Ibid. *Ego ſum via, ueritas, et uita.* 123.

Ibid. *Si quis venit ad nos, et hanc doctrinam non affert nolite recipere eum in domum nec aue ei dixeritis.* pag. 299.

Ibid. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.* 454.

Cap. 11. *Vtique Domine ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei uiui, qui in hunc mundm ueniſti.* 35.

Cap. 12.

Cap. 12. *Ieſus autem clamauit, & dixit qui credit in me non credit in me, ſed in eum qui miſit me.* 36.
Ibid. *Veruntamen multi ex principibus crediderunt in eum, ſed non confitebantur, dilexerunt enim magis gloriã hominum, quam gloriam Dei.* 208.
Ibid. *Et loculos habens ea quæ mittebantur portabat.* 357.
Ibid. *Erant autem quidam gentiles ex his qui aſcenderant vt adorarent in die feſto.* 410.
Cap. 13. *In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* 231.
Cap. 14. *Non turbetur cor veſtrum, creditis in Deum, & in me credite.* 37.
Ibid. *Quia Pater maior me eſt.* 55.
Ibid. *Et ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis vt maneat vobis cum in æternum ſpiritum veritatis.* 59.
Ibid. *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* 158.
Ibid. *Qui habet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui me diligit.* 250.
Ibid. *Vado preparare vobis locum, ſi abiero iterum veniam.* 588.
Ibid. *Venit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam.* 605.
Cap. 15. *Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius quæcumque audiui à patre mea nota feci vobis.* 336.
Ibid. *Cum autem venerit paraclitus quẽ ego mittam vobis à patre ſpiritum veritatis qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.* 73.
Ibid. *Qui me odit, & patrem meum odit.* 38.
Ibid. *Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.* 9.
Cap. 16. *Si quid petieritis patrem in nomine meo.* 50.
Ibid. *Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos, ſi autem abiero mittam eum ad vos.* 60.
Ibid. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, & ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* 65.
Ibid. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* 67.
Ibid. *Vt gaudium veſtrum ſit plenum.* pag. 335.
Ibid. *Expedit vobis vt ego vadam, ſi enim non abiero paraclitus non veniet ad vos.* 762.
Cap. 17. *Hæc eſt vita æterna ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* 34. & 71.
Ibid. *Quos dediſti mihi cuſtodiui & non periit ex eis quiſquam niſi filius perditionis.* 33.
Ibid. *Et nunc clarifica me pater apud temetipſum claritate quã habui priuſquam mundus fieret.* 22.
Cap. 18. *Ieſus ſciens omnia quæ uentura erant.* 590.
Ibid. *Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſinagoga, et in templo quo omnes Iudæi conueniunt.* pagin. 343.
Cap. 19. *Nos legem habemus, & ſecundum hanc legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit.* 32.
Cap. 20. *Dominus meus, & Deus meus.* pag. 38.
Ibid. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, et in terra ſicut miſit me pater, et ego mitto uos.* 548.
Ibid. *Venit Ieſus ianuis clauſis, et ſtetit in medio.* 588.
Ibid. *Quæcumque alligaueritis erunt ligata et in cælis.* 945.
Ibid. *Pax vobis, ſicut miſit me pater, et ego mitto uos.* 947.

Actuum

Actuum Apoſtolorum.

CAp. 1. *Prabuit ſeipſum uiuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, et loquens de Regno Dei.* 1074.
Cap. 2. *Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni.* 612.
Ibid. *Pœnitentiam agite, et baptizetur unuſquiſque ueſtrum in remiſſionem peccatorum.* 557. et 633.
Ibid. *Qui ergo receperant ſermonem eius baptizati ſunt, et appoſitæ ſunt in illa die animæ circiter tria millia.* 663.
Ibid. *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis.* 818.
Cap. 3. *Pœnitemini, et conuertimini ut deleantur peccata ueſtra.* 162.
Ibid. *Petrus, & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam.* pag. 346. et 530.
Cap. 5. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* 60.
Ibid. *Anania cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto, non es mentitus hominibus, ſed Deo.* 71.
Ibid. *Ite, & ſtantes in templo loquimini plebi omnia uerba uitæ huius. Qui cum audiſſent intrauerunt diluculo in templum, & docebant.* 344.
Ibid. *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis nihil ultra imponere uobis oneris quã hæc neceſſaria.* 62
Cap. 7. *Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis.* ibid.
Ibid. *Sed excelſus non in manufactis templis habitat.* 341
Cap. 8. *Imponebant manus ſuper illos, et accipiebant Spiritum Sanctum.* 678.
Ibid. *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, &c.* 226.
Cap. 9. *Multo magis conualeſcebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant damaſci affirmans, quoniam hic eſt Chriſtus.* 62.
Cap. 10. *Cum introiſſet Petrus obuius ei uenit Cornelius, & procidens ad pedes eius adorauit.* 542.
Cap. 12. *O plene omni dolo, & omni fallacia.* 65.
Cap. 13. *Suſcitauit illi Dauid Regem, cui teſtimonium perhibens dixit inueni Dauid filium Ieſſe uirum ſecundum cor meum, qui faciat omnes uoluntates meas.* 247.
Ibid. *Segregate mihi Paulum, et Barnabam.* 1106.
Cap. 15. *Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum.* 250. 408. & 488.
Cap. 16. *Media autem nocte Paulus, et Silas orantes laudabant Dominum, et audiebant eos qui in cuſtodia erant.* pag. 530.
Ibid. *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis nihil uobis ultra imponere quam hæc neceſſaria.* 548.
Ibid. *Cum autem baptizata eſſet, et domus eius deprecata eſt dicens.* 663.
Cap. 17. *Nec in manufactis templis habitat, aut manibus humanis colitur.* pag. 341.
Cap. 19. *Dixit autem Paulus Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ populum.* 623.
Ibid. *Multi autem ex his qui fuerant curioſa ſectati contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus.* 299.
Cap. 20. *Beatius eſt dare, quam accipere.* 56.
Ibid. *Attendite uobis, et uniuerſo gregi, in quo uos Spiritus Sãctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* 62.
Ibid. *Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in uos non parcentes gregi.* 306.
Ibid. *Vna autem Sabbati cum conueniſſemus ad frangendum panem Paulus diſputabat.* 818.
Cap. 21. *Et poſitis genibus in littore orauimus.* 394.
Cap. 28. *Bene Spiritus Sanctus locutus eſt per Iſaiam Prophetam.* 62.

Epiſto-

Epiſtolarum Pauli ad Romanos.

CAp. 2. *Reddet unicuique ſecundum opera eius.* 9. et 261.
Ibid. *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud eum, ſed factores legis iuſtificabuntur.* 9.
Cap. 3. *Legem ergo deſtruimus per fidem, abſit, ſed legem ſtatuimus.* 259.
Cap. 4 *Non infirmatus eſt fide nec conſiderauit corpus ſuum emortuum.* pag. 199.
Ibid. *Credenti in eum qui iuſtificat impium.* 160.
Ibid. *Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* 166.
Cap. 5. *Vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in uitam æternam.* 169.
Ibid. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis.* 154. & 62.
Ibid. *Per obedientiam unius hominis iuſti conſtituentur multi.* 154.
Ibid. *Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit gratia.* 139.
Ibid. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.* 73.
Ibid. *Nemini quidquam debeatis niſi ut inuicem diligatis.* 259.
Cap. 6. *Non regnet peccatum in mortali ueſtro corpore ut obediatis concupiſcentiis eius.* 249. et 141.
Ibid. *Stipendium peccati mors, gratia autem Dei uita æterna.* 117. et 273.
Ibid. *Liberati à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ.* 483. et 144.
Ibid. *Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.* pag. 483.
Ibid. *Neque exhibeatis membra ueſtra arma iniquitatis peccato.* 169.
Cap. 7. *Peccatum non cognoui niſi per legem nam concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret non concupiſces.* 141.
Ibid. *Igitur ego mente ſeruio lege Dei, carne autem legi peccati.* 144.
Ibid. *Sentio aliam legem in membris meis.* 141
Ibid. *Velle quidem adiacet mihi perficere autem bonum non inuenio.* 251
Cap 8. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater.* 233. et 314
Ibid. *Cohæredes autem Chriſti ſi tamen compatimur, ut et conglorificemur.* 9.
Ibid. *Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* 73.
Ibid. *Nihil ergo nunc damnationis eſt eis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant.* pagina 139. et 162.
Ibid. *Quos prædeſtinauit hos uocauit quos uocauit hos iuſtificauit.* 160.
Ibid. *Spiritus autem uiuit propter iuſtificationem.* 182.
Cap. 9. *Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus Benedictus in ſecula.* 39.
Ibid. *Numquid eſt iniquitas apud Deum abſit.* 123.
Ibid. *An non habet poteſtatem figulus facere aliud uas in honorem aliud in contumeliam.* 129.
Cap. 10. *Quicumque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit, ſed quomodo inuocabunt in quem non crediderunt.* 198.
Ibid. *Quis aſcendit in Cælum Chriſtum deducere aut quis deſcendit in abyſſum ideſt Chriſtum à mortuis reuocare.* 611.
Cap. 13. *Qui diligit proximum, legem impleuit.* 250.
Ibid. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* 477.
Ibid. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à Deo.* 480.
Ibid. *Si male egeris time non enim ſine cauſa gladium portat miniſter enim Dei eſt uindex in iram, ei qui male operatur.* 489.
Cap. 14. *Alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem.* 402.

Cap.15. *Obſecro vos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt adiuuetis me in orationibus.* 328.

Ibid. *Vt ſicut portauimus imaginem terreſtris Adami, ita etiam portemus imaginem cæleſtis.* 134.

1. Ad Corinthios.

Cap.1. *Verbum Crucis pereuntibus ſtultitia eſt, his autem qui ſalui fiunt ideſt nobis Dei virtus eſt.* pag. 762.

Cap. 3. *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* 893.

Ibid. *Si cuius opus arſerit detrimentum patietur.* 1160.

Ibid. *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt.* pag. 255.

Cap. 4. *Nolite ante tempus iudicare quoad vſque veniat Dominus.* 308.

Ibid. *Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* 363.

Ibid. *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* 372.

Cap.5. *Quid mihi de his qui foris ſunt.* pag. 310. & 662.

Ibid. *Caro, & ſanguis Regnum Dei nõ poſſidebunt.* 470.

Cap.6. *Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum ad verecundiam veſtram dico.* 488.

Ibid. *Delictum eſt in vobis quod iudicia habetis inter vos.* ibid.

Cap. 7. *Volo vos omnes eſſe ſicut meipſum, dico autem non nuptis, & viduis, bonum eſt illis ſi ſic permaneant ſicut ego.* 517.

Ibid. *Nolite fraudare inuicem niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi.* 517.

Ibid. *Propter fornicationem autem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat.* 523

Ibid. *Pretio empti eſtis nolite fieri ſerui hominum.* 482.

Cap. 8. *Scimus quia nihil eſt Idolum in mundo, & quod nullus eſt Deus niſi vnus.* 437.

Cap. 9. *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit.* 270. & 357.

Ibid. *Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem circumducendi, ſicut cæteri Apoſtoli, & fratres Domini.* 342. 522. & 875.

Cap. 10. *Non poteſtis menſæ Domini participes fieri, & menſæ Dæmoniorum.* 699.

Ibid. *Calix benedictionis cui benedicimus.* 623.

Ibid. *Panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini, eſt itaque quicunque manducauerit panem.* pag. 743.

Cap. 11. *Ego enim accepi à Domino.* pag. 743.

Ibid. *Conuenientibus vobis in Eccleſia audio ſciſſuras eſſe inter vos.* 344.

Ibid. *Cætera cum venero diſponam.* 372.

Ibid. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat.* 835.

Ibid. *Accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis.* pag. 933.

Ibid. *Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem Domini annunciabitis.* 940.

Cap.12. *Si totum corpus oculus vbi auditus ſi totum auditus vbi odoratus & ſi omnia eſſent vnum membrum, vbi corpus nunc autem multa quidem ſunt membra vnum autem corpus.* 496.

Cap.14. *Si orem lingua ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt; quid ergo orabo ſpiritu, orabo, & mente.* 911.

Ibid. *Mulieres in Eccleſijs taceant, ſi quid autem volunt diſcere domi viros ſuos interrogent.* 344.

Cap.15. *Quid facient qui baptizantur pro mortuis ſi mortui non reſurgunt, vt quid baptizantur pro illis,* 1174.

2. Ad Corinthios.

CAp. 1. *Et qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos Deus.* 643.
Ibid. *Teſtem inuoco Deum in anima mea.* 366.
Cap. 4. *Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur.* 262.
Cap. 5. *Pro Chriſto legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos.* pag. 894.
Ibid. *Dedit nobis miniſterium reconciliationis.* 948.
Ibid. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum.* 257.
Ibid. *Et ſi nouimus Chriſtum ſecundum carnem, ſed iam non nouimus.* 470.
Cap. 7. *Has ergo habentes promiſſiones chariſſimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis.* 281.
Cap. 8. *Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt cum eſſet diues.*

Ad Galathas.

CAp. 3. *Quicunque ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt.* pag. 258.
Ibid. *Chriſtus nos redemit de maledicto legis.* 266.
Ibid. *Non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber, non eſt maſculus, neque fœmina, omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu.* 495.
Cap. 4. *Non ſpreuiſtis, neque reſpuiſtis, ſed ſicut Angelum Dei ſuſcepiſtis me ſicut Chriſtum Ieſum.* 542.
Ibid. *Dies obſeruatis, & menſes, & annos timeo vos ne fruſtra laboraue im in vobis.* 402.
Cap. 5. *In Chriſto Ieſu, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur.* pag. 9. & 180.
Ibid. *Currebatis benè quis vos impediuit veritati non obedire perſuaſio hæc non eſt ex eo qui vocat vos.* 123.
Ibid. *Omnis lex in vno ſermone impletur, diliges proximum tuum ſicut teipſum.* 250.
Cap. 6. *Qui autem ſeminat in ſpiritu de ſpiritu metet in vitam æternam.* 9. & 262.

Ad Epheſios.

CAp. *Elegit nos in ipſo, vt ſimus Sancti, & immaculati in conſpectu eius.* 162.
Ibid. *In quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis Sancto.* 644.
Cap. 2. *Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.* 9. & 262.
Ibid. *Per ipſum habemus acceſſum ad Patrem.* 334.
Cap. 3. *Flecto genua mea ad Patrem.* pag. 394.
Cap. 4. *Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.* 109.
Ibid. *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.* 307.
Ibid. *Aſcendit ſuper omnes cælos, vt impleret omnia.* 587.
Ibid. *Quod aſcendit quid eſt, niſi quia deſcendit primum in inferiores partes terræ.* 611.
Ibid. *Nolite contriſtare Spiritum Dei Sanctum, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis.* 643.
Cap. 5. *Viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea.* 1144.
Ibid. *Implemini ſpiritu loquentes vobis metipſis in pſalmis, & hymnis, & Canticis ſpiritualibus.* 530.
Ibid. *Mundans eum lauacro aquæ in verbo vitæ.* 666. & 625.
Ibid. *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia.* pag.

pag. 618. & 633.
Ibid. *Subijcite inuicem in timore Chriſti.* pag. 1011.
Cap. 6. *Filioli obedite parentibus veſtris in Domino.* 260.
Ibid. *Loricam iuſtitiæ, ſcutum fidei, galeam ſalutis, gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* 326.

Ad Philippenſes.

CAp. 1. *Teſtis mihi eſt Deus quomodo capiam vos in viſceribus Chriſti.* 366.
Cap. 2. *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.* 9. & 226.
Ibid. *Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* 40.
Ibid. *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum.* 594. & 557.
Ibid. *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur Cœleſtium, Terreſtrium, & Infernorum.* 394. & 1160.
Cap. 3. *Vt inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt, ideſt Chriſti quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide.* 160.
Ibid. *Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.* 36.

Ad Coloſſenſes.

CAp. 1. *Qui eſt imago Dei inuiſibilis.* 58.
Ibid. *Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum filij dilectionis ſuæ.* 170.
Ibid. *Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem habitare.* 590.
Cap. 2. *Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* 40.
Ibid. *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, ac ſabbato.* 400.

Ibid. *In quo ſunt omnes Theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi* 590. & 593.
Cap. 3. *Quodcumque facitis ex animo operamini ſicut Domino, & non hominibus.* 900. 209. & 262.
Ibid. *Charitas eſt vinculum perfectionis.* pag. 564.
Cap. 4. *Orationi inſtate orantes ſimul, & pro nobis.* 328.

1. ad Theſſalonicenſes.

CAp. 4. *Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum, itaque qui hęc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum.* 549.

2. Ad Theſſalonicenſes.

CAp. 2. *Elegit nos Deus primitias in ſalutem in ſanctificatione ſpiritus, & fide veritatis.* 63.
Ibid. *Tenete traditiones ſiue per epiſtolã, ſiue per ſermonem.* 372.
Cap. 3. *De cætero fratres orate pro nobis vt ſermo Dei currat.* 329.

1. Ad Timotheum.

CAp. 1. *Quidam circa fidem naufragauerunt.* 600.
Cap. 2. *Vnus eſt mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus.* 600. & 601.
Ibid. *Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus ad Deum, ſimiliter, & mulieres.* 345.
Ibid. *Obſecro igitur primum fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt.* 480.
Cap. 3. *Habeant myſterium fidei in conſcientia pura.* 1129.
Cap. 4. *Noli negligere gratiam quæ eſt in te cum impoſitione manuum Preſbyterij.* 1121.

Ibid. *Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi, & prophetiam cum impoſitione manuum Presbyterij.* pagin. 1107.

Ibid. *Pietas autem ad omnia vtilis eſt promiſsionem habet vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.* 9.

Ibid. *Omnis creatura ſanctificatur per verbum Dei, & orationem.* 385.

Ibid. *In nouiſſimis diebus diſcedent quidam à fide prohibentes nubere, & abſtinere à cibis quos Deus creauit.* pag. 423.

Cap. 5. *Diaconos ſimiliter pudicos non bilingues, non multo vino deditos non turpe lucrum ſectantes.* pagin. 504.

Ibid. *Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor.* 527.

Ibid. *Cum luxuriatæ fuerint in Chriſto nubere volunt habentes damnationem.* pag. 570.

Ibid. *Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis Angelis eius.* pagin. 63.

Ibid. *Qui benè præſunt Presbyteri duplici honore digni habeantur maximè qui laborant in verbo, & in doctrina, dicit enim Scriptura non alligabis os boui trituranti, & dignus eſt operarius mercede ſua.* 355.

Cap. 6. *Quem ſuis temporibus oſtendit beatus, & ſolus potens Rex Regum, & Dominus Dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem.* 54.

2. Ad Timotheum.

CAp. 1. *Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.* 1121. & 107.

Cap. 2. *Sermo eorum vt cancer ſerpit ex quibus, & Hymenæus, & Philetus, qui à veritate exciderunt.* pagin. 600.

Cap. 3. *Homines corrupti mente reprobi circa fidem.* ibid.

Cap. 3. *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus, in die illa iuſtus Iudex non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius.* 9. & 221.

Ad Titum.

CAp. 1. *Oportet Epiſcopum eſſe hoſpitalem, benignum, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem.* 514.

Ibid. *Conſtituas per ciuitates Presbyteros, vt ego diſpoſui tibi ſi quis ſine crimine eſt vnius vxoris vir.* 527

Ibid. *Soli Deo honor, & gloria.* 49.

Cap 2. *Expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* 39.

Ibid. *Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem ſectatorem bonorum operum.* pagin. 140.

Cap. 3. *De his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo.* 254.

Ibid. *Hæreticum hominem poſt vnam, aut ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & deliquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus.* 299.

Ibid. *Admone illos Principibus, & Poteſtatibus ſubditos eſſe dicto obedire.* pag. 480.

Ibid. *Secundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti.* 633.

Ad

Ad Hebræos.

CAp.1. *Cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius.* 40.
Ibid. *Multifariam multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis.* pag. 41.
Cap.2. *Debuit per omnia fratribus aſſimilari.* 593.
Ibid. *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum.* pag. 594.
Cap.4. *Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.* 593. & 605.
Cap.5. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis.* 865.
Ibid. *Qui in diebus carnis ſuę preces, ſupplicationeſque obtulit.* 470.
Cap.6. *Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis Sanctis, & miniſtratis.* 9.
Ibid. *Homines per maiores ſe iurant.* pag. 364.
Cap.7. *Talis enim decebat, vt nobis eſſet Pontifex ſanctus, innocens impollutus, ſegregatus à peccatoribus.* pag. 605.
Ibid. *Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* 879.
Ibid. *Si conſummatio eſſet per Sacerdotium leuiticum quid adhuc &c.* 879.
Cap.9. *Si ſanguis Hircorum, & Taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti.* 607.
Cap.10. *Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit.* 241.
Ibid. *Patientia enim vobis neceſſaria eſt vt voluntatem Dei facientes reportetis repromiſſiones.* 262.
Cap.11. *Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt & inquirentibus ſe remunerator ſit.* 198.
Ibid. *Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum argumentum non apparentium.* 198.
Ibid. *Sancti per fidem vicerunt Regna fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum.* 322.
Cap.13. *Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius reſtituar vobis.* 329.
Ibid. *Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem, qui in tabernaculo deſeruiunt.* 342. & 879.
Ibid. *Obedite prępoſitis veſtris, & ſubiacete eis.* 486.
Ibid. *Honorabile eſt inter omnes coniugium.* 523.
Ibid. *Beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus.* 865.

IACOBI EPISTOLAE.

CAp.1. *Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.* 9.
Ibid. *Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis.* 86.
Ibid. *Nemo cum tentatur dicat quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat.* 123.
Ibid. *Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus, deindè concupiſcentia cum conceperit parit peccatum, peccatum verò cum conſummatum fuerit generat mortem.* pag. 140.
Cap.2. *Ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum.* 9.
Ibid. *Qui offenderit in vno factus eſt omnium reus.* 117.
Ibid. *Fides ſine operibus mortua eſt.* pag. 188.
Ibid. *Quid proderit Fratres mei, ſi fidem*

dem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides ſaluare illum. 206.
Ibid. *Si tamen legem perficitis Regalem ſecundum Scripturam.* 260.
Cap. 5. *Orate pro inuicem vt ſaluemini.* pag. 329.
Ibid. *Ante omnia autem fratres mei nolite iurare, neque per cælum.* 367.
Ibid. *Confitemini alterutrum peccata veſtra.* 1111.
Ibid. *Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Eccleſię, & orent ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* 1067.

1. Petri.

CAp. 1. *In timore incolatus veſtri tempore conuerſamini.* 226.
Ibid. *Scientes quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi Agni Immaculati Chriſti.* 334. & 605.
Cap. 2. *Subiecti eſtote ſiue Regi quaſi præcellenti ſiue Ducibus, tanquam ab eo miſſis ad vindictam malorum laudem vero bonorum.* 324.
Ibid. *Quaſi modo geniti infantes.* 86.
Ibid. *Genus electum Regale Sacerdotium.* 906.
Cap. 3. *Viuificatus autem ſpiritu, in quo his qui in carcere erant ſpiritibus veniens prędicauit.* 611.
Cap. 5. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei non vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo.* pagina 496. & 482.

2. Petri.

CAp. 1. *Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis.* 9.
Ibid. *Dabo autem operam, & frequenter habere vos poſt obitum meum, ut horum memoriam faciatis.* 335.
Cap. 2. *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines.* 65.
Cap. 3. *Nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* 123.

1. Ioannis.

CAp. 1. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, veritas in nobis non eſt.* 247.
Cap. 2. *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in illo.* 158. & 564.
Ibid. *Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* pagin. 123.
Ibid. *Qui ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.* 564.
Ibid. *Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo.* 565.
Ibid. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non autem pro noſtris tantum, ſed pro totius mundi.* 598.
Cap. 3. *Qui non diligit manet in morte.* 1004.
Ibid. *Quidquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodiuimus.* 247.
Ibid. *Tranſlati ſumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres.* 206
Ibid. *Qui facit peccatum ex diabolo eſt, quoniam ab initio diabolus peccat.* 136
Cap. 4. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* 313.
Cap. 5. *Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum.* 38.
Ibid. *Quoniam tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in cælo, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum ſunt.* pag. 66. & 72.
Ibid. *Vt ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto:* 21.

2. Ioannis

2. Ioannis.

CAp. 1. *Et ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.* 158.

Apocalypſis.

CAp. 1. *Qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens.* 79

Cap. 2. *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* 79.

Cap. 3. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi iannam, intrabo ad illum, & canabo cum illo.* 124. & 600.

Ibid. *Quia ſeruaſti verbum meum, & non negaſti nomen meum, & ſeruaſti verbum patientiæ meæ ecce dabo illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos.* 545.

Cap. 5. *Viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno habentes ſinguli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quę ſunt orationes Sanctorum.* 335.

Cap. 6. *Fecit nos regnum, & ſacerdotes.* 906.

Cap. 7. *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus quoad vſque ſignemus Seruos Dei noſtri in frontibus eorum.* pag. 375.

Cap. 8. *Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo.* 333.

Cap. 18. *Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* 1048.

Cap. 21. *Et eadem illic eſt menſura hominis, qua eſt Angeli.* 773.

Ibid. *Et templum non vidi in ea Dominus enim Deus templum illius eſt.* 343

Cap. 22. *Qui iuſtus iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc. ecce venio cito, & merces mea meum eſt reddere vnicuique ſecundum opera ſua.* 9. & 270. & 160.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Præd.

BIBLIO-

BIBLIOTHECAE THEOLOGICAE

LIBER QVARTVS

De Doctrina Sacra, quatenus propugnando ſua principia, aduerſus omnium Infidelium genera dicitur Polemica, aut Reflexiua.

SECTIO VNDECIMA

In qua ſeruato ordine, quem in Summa D. Thomas tenuit, præcipuæ refelluntur hæreſes, quæ in Occidente, & Septemtrione potiſſimum vigent inter Lutheranos, Caluiniſtas, Anabaptiſtas, & nouos Trinitarios.

CAPVT PRIMVM.

Præmittitur breuis idea rerum in hac Sectione tractandarum.

QVONIAM innumeræ propè ſunt Occiduarum, Septemtrionaliumq; partium hæreſes, quæ ſi diſcuterentur omnes, haud vnquam eſſet finis, præcipuas duntaxat hic refellendas ſuſcepimus, quas vel in communi, vel in particulari docent Lutherani, Caluiniſtæ, Anabaptiſtæ, nouique Arriani, vel Trinitarij; ad has enim quatuor hæreticorum Sectas potiſſimum ſpectant, ac reducuntur hæreſes, quibus fędè contaminatur, & in materia Religionis ſub nomine Chriſtiano diuiditur Occidens, nec non Septemtrio.

Lutherani, vt nominis ſola notio demon-

monſtrat, ſunt illi, qui Martini Lutheri, Islebij nati anno 1483. in Comitatu Mansfeldenſi, ex Iuriſta Monachi Auguſtiniani anno 1504. & Theologiæ Doctoris Erfordiæ creati 1514. peruerſam, quam anno 1517. Vvirtembergæ, & Heildebergæ primum ſpargere cępit, doctrinam ſequuntur. Hi autem, cum ex Diuo Hieronymo in cap. 11. Iſaiæ proprium ſit hæreſis, quod *de vna duæ fiant, & rurſum ipſa diuidantur in partes, vt proprios abducant greges*, vt in plures abducti ſunt Sectas, quidam enim eorum ſunt Molles, quidam Rigidi, quidam autem Mixti, quod nec cum rigidis, nec cum mollibus ſentiant, ſed ab vtriſque ſuffurantes ſuam ſcholam efficiant, ita quoque varias ſuſceperunt denominationes; in Anglia enim vocantur *Proteſtantes*, quod ibi ſe Lutheranos Rigidos ſequi proteſtentur; in Germania autem *Confeſſioniſtæ*, à profeſſione Auguſtanæ Confeſsionis, quam Lutherus meditatus eſt, Philippus verò Melanchton deſcripſit, opem ferentibus duce Saxoniæ Ioanne Georgio, Marchione Brandeburgenſi, alijſque ducibus, & ciuitatibus Germaniæ. Cuius confeſsionis editionem eo tendiſſe refert Fridericus Staphylus de conc. ſect. Luth. vt omne dogma, quod in Chriſtiana Fide orthodoxum eſt, funditus deleretur: ſed fruſtra, veritate enim Domini manente in æternum, propria mendacium corruit contradictione: nam vt rectè aduertit Fabritius Leodius in Armonia in præfatione, ab anno 1530. quo in Comitijs Auguſtanis dicta confeſsio primùm Carolo Cæſari exhibita eſt, vſque ad annum 1540. tria illius exemplaria adeò euariata prodierunt, vt vix in vno articulo cum prototypo Cæſari oblato concordarent: nullumque finem ſcribendi fore ſubdit, ſi varietates in exemplaribus Latinis, & Germanicis poſt annum 1540. ortæ, enumerandæ eſſent. Et ab iſta euariatione factum eſt, vt Lutherani in tres ſupradictas factiones Rigidorum, Mollium, & Mixtorum diuiſi fuerint, quarum vnaquæque poſtea ſuas habuit ſubdiuiſiones, à proprijs denominatas erroribus, vel authoribus.

Tria potiſſimum ſunt, propria Lutheranorum dogmata. I. Quod corpus, & ſanguis Chriſti ſunt vbique, in cœlo, in terra, in inferno; & ſpeciatim in pane, vino, lacte, &c. à quo falſo dogmate vocantur etiam Vbiquiſtæ, ſeu Vbiquetarij.

II. Quod infantes, dum baptizantur, habeant actum internum fidei, quo credant in Chriſtum, & quod per illum actum iuſtificentur.

III. Quod in Sacramento Euchariſtię maneat ſubſtantia panis, & vini, cum ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti, ita vt ſub ſpecie panis ſit duplex ſubſtātia; altera panis, altera corporis Chriſti; & ſimiliter ſub ſpecie vini duplex ſubſtantia; altera vini, altera ſanguinis Chriſti.

Caluiniſtæ, ſunt illi pariter, qui Ioannis Caluini patria Nouiodunenſis in Picardia, & ibidem primùm Canonici, deindè Apoſtatæ à fide, impuram, quam circa annum Domini 1536. pro pura venditans, ſub prætextu reformationis Eccleſiæ, Geneuæ prædicare cœpit, & in qua Lutherum cum ſuis ſibi præluxiſſe ait lib. aduerſ. Vveſphalum, doctrinam amplectuntur. Hi quoque in varias ſectas diuiſi Cauſſariorum, ſiue Conciſtorialium, Liberorum, Caluinomaſtigarum, Pacificorum, Caluinopapiſtarum, diuerſa etiam nomina ſortiti ſunt. Nam in Anglia vocantur *Puritani*, vel quod puriores haberi velint alijs ſectarijs; vel quod ſe purum Dei verbũ ſcriptum, reiecto tradito, ſequi glorientur. In Gallia *Hugoniſtæ*, ſeu *Hugonotti*, quod ibi prima, vt dicitur conuenticula habuerint in domo cuiuſdam nomine Hugonis. In Belgio *Geuſii* à verbo Gallico geux, id eſt mendici, eo quod nonnulli eorum, cum Bruxellis libello ſupplici Gubernatrici Margaritæ exhibito, prorogationem peterent edictorũ Sacræ Inquiſitionis recipiendorum, ita primum fuerint appellati à quodam

equi-

equite aurei velleris, tanquam nihili homines, quibuſque minimè formidandis concedenda non erant petita; ipſique tale nomen, oblata ſibi hac occaſione, ſeditionis mouendæ libentiſsimè amplexi ſint, ſe & confœderatos vocantes Geuſios, vt apud omnes eos vulgatiſsima eſset illa proclamatio, *Viue les Geux*, ſimulque vaſcula lignea, qualibus vtuntur mendici, ad latus vel collum appenderint, quorum laminis argenteis inſcriptum erat. *Quinta Aprilis* 1566. *Viue les geux*. In Bohemia dicuntur *Picarditæ*, quia Caluinus erat Picardus: in Heluetia *Sacramentarij*, & *Zuuingliani* ab Hulderico Zuuinglio Canonico Conſtantienſi præcipuo Caluini ſequace, quique cum eo in Sacramento Euchariſtiæ realem Chriſti præſentiam negauit, verba conſecrationis *hoc eſt*, &c. ſic interpretatus, hoc ſignificat corpus meum. Turrianus autem lib. de Euchariſtia ſcripſit cum ſuam de illa quadrageſies mutaſſe ſententiam.

Capita controuerſiarum, in quibus Caluiniſtæ ſpeciatim ab Eccleſiâ Catholica diſsident ſunt hæc ferè. I. de Chriſto, quem aſſerunt non eſſe mortuum pro omnibus. In cruce deſperaſſe. Verè adinferos non deſcendiſſe. Imaginem eius in templis tolerandam non eſſe. Eum eſſe mediatorem ſecundum vtramque naturam diuinam, & humanam. Multa denique ab initio ignoraſſe, quæpaulatim didicerit.

II. De Prædeſtinatione, qua docent, quoſdam homines ad vitam, alios ad interitum, & damnationem fuiſſe prædeſtinatos citra vllum ipſorum meritũ, ſublataque omni arbitrij humani libertate.

III. De gratia, quam dicunt non omnibus, ſed paucis, id eſt, ſolis prædeſtinatis dari, eamque actualem ſolùm, & non habitualem, eaque lege, vt qui illam accipiunt, non poſsint illa liberè vti, ſiue non eſſe in eorum poteſtate, cum illa cooperari, vel non cooperari.

IV. De authore peccati, quem aſſerunt eſſe Deum, idemque facinus Deo, Sathanæ, & homini aſsignare non eſſe abſurdum.

V. De baptiſmo infantium; docent enim omnes filios fidelium ab vtero materno naſci ſanctos, & hæredes vitæ æternæ, proindèque ſine baptiſmo ſaluari poſſe: filios autem infidelium, etiamſi baptizentur, non ſaluari, nec baptiſmum illis prodeſſe: qui autem ex thoro illegitimo naſcuntur, ſiue ſint filij fidelium, ſiue infidelium, æternæ damnationi obnoxios eſſe, nec ad baptiſmum admittendos.

VI. De Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento, in quo negant realem corporis Chriſti præſentiam.

VII. Nolunt in Eccleſia vllum officiorum, & dignitatum ordinem, & diſtinctionem; vllaſque cœremonias.

Anabaptiſtæ ſic dicuntur à reiteratione baptiſmi eorum, qui in pueritia illum ſuſceperunt. Præcipuum huius factionis ducem quidam faciunt Nicolaum Ciconiam, aliàs Storkium; alij Muntzerum, ſiue Monetarium, dicti Nicolai diſcipulum, authorem belli ruſticani in Germania aduerſus ſuos dominos; alij tandem Balthaſarem Pacimontanum. Ex iſta ſimiliter multæ aliæ deriuatæ ſunt ſectæ; *Catharorum*, id eſt, purorum, quod ab omni peccato, & macula ſe liberos iactent; ideoque omittunt illam particulam Orationis Dominicæ, dimitte nobis debita noſtra: *Tacentium*, qui interrogati de Religione non reſpondent, ſed quaſi attoniti hærent in ſuis phantaſijs: *Enthuſiaſtarum*, qui gloriantur ſe cum Deo loqui, & cœleſtibus viſionibus illuſtrari, vel tantam Spiritus Sancti ſe habere abundantiam, vt quæcumque in mente fienda veniant, Spiritus Sancti opera eſſe exiſtiment; hæreſis certè peſtilentiſſima, quæ ad omnia facinora viam aperit, & quæcumque fingendi dogmata licentiam tribuit: *Libertinorum*, ſeu *Liberorum fratrum*, qui putant Chri-

ſtianam libertatem in eo ſitam eſſe, vt nulli Principi, aut Magiſtratui politico ſubiecti ſint: *Adamitarum*, qui ob æmulatam Adæ nuditatem, ementitamque innocentiam, antiquos hæreticos Adamianos, quorum meminit Epiphanius hęreſi 52. imitantes, nudi per hortos aberrant, ſubque arboribus exiguis folijs pręcincti matrimonium contrahunt: *Condormientium*, ſic dictorum, quod viros, & fœminas eodem loco, & lecto promiſcuè dormire debere doceant.

Anabaptiſtarum dogmata, ſiue communia omnibus, ſiue aliquorum propria, ſunt hæc.

I. Nullum eſſe peccatum originale.

II. Infantes non eſſe baptizandos, eo quod baptiſmi capaces non ſint.

III. Apud Chriſtianos non debere eſse Magiſtratum ſæcularem, ſeu politicum.

IV. Chriſtianis prohibitum eſse bellum.

V. Similiter prohibitum eſse iuramentum.

VI. Polygamiam eſse licitam.

VII. Matrimonium diſsolui poſse propter diuerſitatem religionis; vel etiā vbi tædium in altero coniugum interceſserit.

VIII. Laudant promiſcuos concubitus, modo alter altero ſit contentus, vndè concubitus iſtos ſpirituale matrimonium; matrimonij verò Sacramentum carnale eſse dicunt.

IX. Animas iuſtorum poſt hanc vitam extingui, ſeu dormire docent.

Omnes ſupradicti errores, cum ſint vnicuique Sectæ ex allatis proprij, alios inſuper habent ſibi communes, & in quibus aduerſus Eccleſiam Catholicā inter ſe conueniunt.

I. Circa Sacram Scripturam, cuius aliquas partes canonicas à Catholicis receptas negant, facilemque intelligentiam, ac obuiam eſse affirmant.

II. Circa traditiones, quas in rebus ad fidem ſpectantibus prorſus reijciunt.

III. Circa Eccleſiam, cuius membra & notas malè explicant, viſibilitatem, & in rebus fidei indefectibilitatem negant, eamque veram apud Catholicos reperiri.

IV. Circa viſibile Eccleſiæ caput, quod negant eſſe Romanum Pontificem Diui Petri ſucceſsorem.

V. Circa iudicem controuerſiarum fidei, & religionis, quem ſolam Scripturam eſſe contendunt, vel ſpiritum particularem, non autem Eccleſiam.

VI. Circa inuocationem Sanctorum, cultumque eorum, quæ illicita eſse, Deoque iniurioſa aſserunt.

VII. Circa Purgatorium, cuius exiſtentiam negant, proindèque ſuffragiorum neceſsitatem pro mortuis.

VIII. Circa communionem ſub vtraque ſpecie, quam laicis ex Chriſti inſtitutione neceſsariam eſse dicunt.

IX. Circa ſacrificium miſsæ, quod negant eſse propriè ſacrificium.

X. Circa Sacramenta quorum ſeptenarium numerum negant.

XI. Circa cælibatum miniſtrorum Eccleſiæ, ad quem eos iure non teneri volunt.

XII. Circa peccati originalis, mortalis, & venialis naturam explicandam.

XIII. Circa liberum arbitrium, quod per peccatum originale docent fuiſse amiſsum.

XIV. Circa iuſtificationem peccatorum.

XV. Circa obſeruationem legis Decalogi, quam negant eſse poſsibilem homini etiam cum auxilio diuinæ gratiæ.

XVI. Circa merita bonorum operum, negant enim hominem, etiam iuſtum, cum gratia Dei poſse facere bona opera, quę apud illum ſint meritoria vitæ æternæ.

Noui Ariani ſunt illi, qui ſopitam iamdudum Arij hæreſim iterum ſuſcitarunt, filium negantes Patri eſſe conſub-

ſubſtantialem. Horum anteſignanus fuit Michael Seruetus Hiſpanus, tum Valentinus Gentilis Coſentinus, Blandrata, Bernardinus Ochinus, & miniſtri Tranſyluaniæ, vbi potiſſimum, nec non in Lithuania, & minori Polonia iſta hæreſis radices egit; quæ in Bideitas, & Tritheitas diuiſa eſt. Bideitæ ſunt illi, qui duos fatentes Deos Patrem, & filium etiam, ſed Patre minorem, Spiritum Sanctum Deitate ſpoliant; propter quod alio nomine noui Macedoniani, & cum illis Pneumathomachi, id eſt Spiritui Sancto bellum inferentes vocantur. Trideitæ verò, ſiue Tritheitæ ſunt illi, qui tres Deos diuerſos, aut vt eiuſdem ſpeciei plura indiuidua per ſe ſubſiſtentia, & diuerſas eſſentias diſtinctas habentia prædicant, quorum in Polonia dux fuit quidem Georgius Paulus anno 1560. ex Coccio in Theſauro tomo 1. refutat. cap. 3. 4. 5. & 6.

Tantum ſufficiat de præfatis quatuor ſectis, earumque diuiſionibus, & erroribus præcipuis breuiter attigiſſe; minutior enim illarum notitia repetenda eſt ex innumeris prope authoribus, qui hæreſum huius temporis hiſtoriã conſcripſerunt, citatis in indice vniuerſali Iuſtiniani: quique rectè aduerterunt, tam fæcundam illarum extitiſſe genituram, vt nunquam præteritorum temporum hæreſes ita multiplicatæ fuerint. Nonaginta ſiquidem ab Apoſtolorum temporibus, vſque ad ſuam ętatem recenſet Diuus Auguſtinus. Centum octuaginta, & vnam vſque ad Lutherum numerat Nicolaus Sanderus. A Lutheri verò tempore anno 1517. vſque ad annum 1595. pluſquam ducentas refert Stanislaus Reſcrus in Centurijs. Interim nos præcipuas recellemus, quantùm ſufficiet, ad detegendam earum falſitatem, & confirmãdam vndequaque Catholicam veritatẽ; pro inſtituti noſtri ratione; eumdemq; materiarum ordinem, quem ſuperiori Sectione contra Orientaliũ hæreſes, obſeruabimus, Diui Thomæ ſcilicet in Summa: vtemurque potiſſimum teſtimonijs Sanctorum Patrum ſex primorum ſæculorum, non quod ſubſequentibus eadem non ſit fides adhibenda, vt tomo 3. diximus agendo de illis, ſed quia aduerſarij priorum authoritatem, vt plurimum, magis reuerenter ſuſcipiunt, nec non quia, vt in materia Religionis, & fidei probemus modo aliquid eſſe verum, aut à Chriſto reuelatum, ſatis eſt nobis oſtendere, ita de illo veterem Eccleſiam, eiuſque Patres ſenſiſſe; ſicut per oppoſitum, vna ex præcipuis notis hæreſeos, eſt, ſi poſt fidem Catholicam, prędicatam, & receptam, longoque tempore cultam, noua aliqua opinio exoriatur, quæ nouitate ſua perturbet animos fidelium aſſuetos iamdudum contrariæ doctrinæ. Qualem fuiſſe doctrinam Pelagij, qua negabat originale peccatum, teſtatur D. Auguſtinus lib. 3. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 6. & 7. *Vnde nobis*, inquit, *hoc negotium repente emerſerit neſcio. Nam ante paruum tempus à quibuſdam tranſitoriè colloquentibus, curſim mihi aures perſtrictæ ſunt, cum illic apud Carthaginem eſſemus, non ideo paruulos baptizari, vt remiſſionem accipiant peccatorum, ſed vt ſanctificentur in Chriſto. Qua nouitate permotus, & quia opportunum non fuit, vt contra aliquid dicerem, & non tales homines erant, de quorum eſſem authoritate ſollicitus, facile hoc in tranſactis, atque abolitis habui. Et ecce contra Eccleſiam iam ſtudio flammante defenditur, ecce ſcribendo etiam memoria commendatur, ecce res in hoc diſcriminis adducitur, vt hic etiam à fratribus conſulamur, ecce contra diſputare, & ſcribere cogimur.* Hæc Auguſtinus de hæreſi Pelagiana tunc primum exorta; quæ noſtrorum temporum in Occidente nouatoribus, non minus verè conueniunt, quatenus recedentes ab Eccleſia Catholica, non ſolum contra illam plures hęreſes iamdudum extinctas renouarunt, verum etiam alias de nouo cuderunt, vniuerſæ antiquitati aduerſantes.

Adeò

Adeo vt Andreas Dudithius maximus Romanæ Eccleſiæ aduerſarius Epiſt.ad Bezam, quæ eſt inter Epiſt. Theologicas Bezæ, coactus fuerit dicere, *Si veritas eſt, quam veteres Patres mutuo conſenſu ſunt profeſſi, ea à Pontificijs tota ſtabit.*

Talem autem mutuum, & vnanimẽ Veterum Patrum conſenſum, quem ſuo loco tomi 3. ſatis probatum eſſe notauimus; primò, quando Eminentiſſimi quique ſingularum nationum in rei alicuius affirmatione conſenſerint, neque illis quiſquam ſe oppoſuerit, qui quidem orthodoxus cenſeretur; ſecundò, quandò illi non vt Doctores loquuntur, neque dicunt hoc, aut illud ſic eſſe credendum, aut ſic faciendum, ſed tanquam teſtes eorum, quæ ſuis temporibus Eccleſia vniuerſalis credebat, aut faciebat, dicunt hanc eſſe fidem, aut praxim Eccleſiæ per totum orbem terrarum, huiuſmodi, inquam, veterum Patrum conſenſum, euidens eſſe argumentum veritatis; falſitatis verò, deprauatæque inuentionis, & ſuperinductionis in ijs, quę illi opponuntur, Iſaacus Caſaubonus Nouator & ipſe, vt inimici etiam noſtri ſint iudices, affirmat in epiſtola dedicatoria ad Regem Angliæ, cuius verba, quia funditus euertunt nouitates eorum, placet hic referre: *Ea*, inquit, *eſt fides, ad quam alter Apoſtolus S. Iudas omnes omnium Eccleſiarum fideles reuocabat, cum pullulantibus inter ipſos iam tum hæreſibus hortatur ſuos, vt fortiter decertent pro fide, quæ ſemel tradita fuit Sanctis: quæ vt Tertullianus ait, vna omnino eſt, ſola immobilis, & irreformabilis: idem de velandis Virginibus: Veritati nemo præſcribere poteſt; & lib. de præſcript. Principalitas veritati, poſteritas mendacitati deputanda; id enim eſſe Dominicum, & verum, quod ſit prius traditum, id autem extraneum, & falſum, quod ſit poſterius immiſſum: rectiſſimeque idem doces, parabolam Chriſti ſeminantis, & diaboli poſtea ſterilis ſeni adulterium ſuperinducentis, doctrinarum diſtinctionem figuraſſe, id eſt veram antiquitatem aſſeruiſſe aduerſus poſteriores quaſque hęreſes. Hoc & Beatus Martyr Cyprianus volebat, cum in epiſtola ad Cęcilium errantes in Religione, ad radicem, atque originem traditionis Dominicæ, omnibus nouellis, & humanis traditionibus valere iuſſis, iubebat reuerti. Tertull. in præſcript. Nobis nihil ex noſtro arbitrio inducere licet, ſed nec eligere, quod aliquis de ſuo arbitrio elegerit, Apoſtolos Domini habemus authores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter nationibus aſſignauerunt, hæc Tertullianus. E tribus regulis Vincentij Lirinenſis, quæ in omnium ore ſunt, prima eſt, quod fuit ab initio.* Hactenus pręfatus author.

CAPVT II.

Statuitur contra Caluinum, & eius ſequaces, non obſtante certitudine Diuinæ prædeſtinationis, & reprobationis, hominem adultum eſſe liberum in ſuis actionibus, quibus ſalutem conſecuturus eſt, vel æterno ſupplicio addicendus.

PRimum, quod ex materiis ad primam Diui Thomæ partem ſpectantibus occurrit diſputandum, eſt cũ Caluino, & eius ſequacibus, vtrùm nimirum humana libertas adultorum cohæreat cum certitudine prædeſtinationis, & reprobationis; Caluinus enim paſſim, ſed præcipuè lib. 1. cap. 21.22. & 23. lib. 3. cap. 21. & 23 negatiuam partem tenet, aſſerens, Dei decretum circa prædeſtinatos, ac reprobos ita eſſe immutabile, vt tollat arbitrij libertatem, & ineuitabili neceſſitate hi pereant, illi ſaluentur; affirmatiuam autem omnes Doctores Catholici. Etſi enim difficile ſit conciliare libertatem voluntatis creatę cum certitudine Diuinæ Prouidentiæ, præſertim in prædeſtinatis

ſtinatis, & reprobis, proptereaque diuiſi ſint Theologi in modo talis conciliationis explicandæ; quem etiam nonnulli putant nos in hac vita latere, eſſeque de numero illorum, de quibus ſcriptum eſt, *Altiora te ne quæſieris, plura enim ſunt tibi ſupra ſenſus hominum reuelata*; nihilominus omnes vnanimiter docent, huiuſmodi certitudinem nihil humanę libertati officere, ſed cum ea optimè cohærere, ſecundum exigẽtiam ſibi propriam libertatis creatæ, ac proindè dependentis.

Igitur abſtrahendo nunc à modis in particulari conciliandi libertatem noſtram cum certitudine diuinæ prædeſtinationis, & reprobationis, nec non ab alijs pluribus, quæ circa vtriuſque naturam, cauſas, & effectus ſalua fide inter Doctores diſputantur, in præſenti ſolùm intendimus contra Caluinum, & ſequaces oſtendere ſecundum diuinitus reuelata, quod prædeſtinatio, & reprobatio non auferunt libertatem eorum actuum, per quos executioni mandantur. Non enim aſſerimus, loquendo de prædeſtinatione, hominem illam habere in ſua poteſtate, & libertate, hoc eſt vt prædeſtinetur à Deo; ſiquidem ille modus loquendi denotat, poſſe hominem efficere antecedenter aliquid ad ſuam prædeſtinationem, quo eam obtineat, vel impediat: quod eſt prorſus falſum: ſed libertas eius tantùm conſiſtit in hoc, quod poteſt operari, aut non operari, vt conſequatur ſalutem. Itaque libertas hominis exercetur, non ad ponendam prædeſtinationem Dei, vt tollamus omnem æquiuocationem, cauillandique inimicis occaſionem, ſed ad ponendos prædeſtinationis effectus, non quidem omnes, vt ſatis patet de gratia præueniente primario eius effectu, ſed aliquos nempè ad quos prædeſtinatus cooperatur: quia nimirum hoc ipſum eſt, quod Deus ordinat, & diſponit, vt homo liberè operando ponat illos prædeſtinationis effectus, & aſſequatur gloriam.

Expreſſa huius veritatis fidei definitio habetur in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 5. docente, quod, *in ſacris litteris cum dicitur: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos; libertatis noſtræ admonemur, cum reſpondemus: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur; Dei nos gratia præueniri confitemur*. Tum can. 4. ait: *Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, neque poſſe diſſentire ſi velit, ſed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque paſſiuè ſe habere; anathema ſit*. Et can. 5. *Si quis liberum hominis arbitrium poſt Adæ peccatum amiſſum, & extinctum eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo, immo titulum ſine re, figmentum denique à Satana inuectum in Eccleſiam, anathema ſit*. Denique can. 23. vbi damnat eos, qui aſſererent *hominem ſemel iuſtificatum amplius peccare non poſſe, neque gratiam amittere*, maniteſtè declarat in negotio iuſtificationis, & ſalutis eſſe hominem liberũ. Quod Concilium, velint nolint aduerſarij, vt fuit verè Canonicum, & Oecumenicum, ita quoque infallibilis authoritatis in decernendis rebus fidei.

Præcipua Scripturæ loca, quibus hęc fidei veritas, ac definitio innititur, primò ſunt illa, vbi homo tàm abſolutè, quàm in negotio ſalutis dicitur expreſſè liber, ſiue poſſe operari, & non operari; Geneſ 4. v. 6. *Dixitque Dominus ad eum* (ſcilicet Cain) *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne ſi bene egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus, peccatum tuum aderit? Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius*. Deuteronomij cap. 30. v. 19. *Teſtes inuoco hodie cęlum, & terram, quod propoſuerim vobis vitam, & mortem, benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuũ.* Ioſue 24. v. 14. *Nunc ergo timete Dominum, & ſeruite ei perfecto corde, atque*

que

que veriſſimo &c. *Sin autem malum vobis videtur vt Domino ſeruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui ſeruire potiſſimum debeatis, vtrum Dijs, quibus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia, an Dijs Amorrhæorum, in quorum terra habitatis: ego autem & domus mea ſeruiemus Domino.* Eccleſiaſtici cap. 15. verſ. 14. & ſeq. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij. Adiecit mandata, & præcepta ſua: Si volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Appoſuit tibi aquam, & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi: quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia videns omnes ſine intermiſſione. Oculi Domini ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam hominis. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi.*

Qui Eccleſiaſtici locus non ſolum probat primum hominem ante lapſum præditum fuiſſe libero arbitrio, vt fatetur Caluinus lib. 1. Inſtitut. cap. 15. §.8, verum etiam cæteros homines poſt illum, vt patet tùm ex ipſomet contextu, tùm ex eo quod tota ratio præfati heretici, cur homo poſt lapſum careat libero arbitrio, eſt in eo poſita, quod libertas hominis pugnet cum certitudine diuinæ prouidentiæ. At diuina prouidentia, eique debita certitudo, & infallibilitas non incepit à lapſu hominis, ſed fuit etiam antea; igitur, ſi ante lapſum non impediebatur à libero arbitrio, nec ipſa liberum deſtruebat arbitrium, poſt lapſum quoque illud non deſtruet. Immo ex hoc ipſo, quod Deus prouidentiam rerum omnium habet, ſequitur hominem in quocumque ſtatu libertate arbitrij gaudere debere; cum prouidentiæ diuinæ illud ſit maximè proprium non deſtruere, ſed conſeruare naturas, earumque proprietates. Diſponit enim ſuauiter omnia Sap. 8. & vt indè colligit Diuus Auguſtinus lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 30. Sic adminiſtrat, quæ creauit, vt etiam ipſa proprios exercere, & agere motus ſinat.

Eiuſdem Eccleſiaſtici cap. 31. v. 10. *Qui probatus eſt in illo, & perfectus eſt, erit illi gloria æterna: qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit: ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino, & eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum.* Iſaiæ cap. 1. verſ. 19. *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.* Matth. cap. 19. verſ. 17. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* & cap. 23. verſ. 37. *Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti.* 1. Corinth. 7. 37. *Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam: bene facit.*

Secundo loco ſunt omnia illa Scripturæ teſtimonia, quibus paſſim homines dicuntur Deo vocanti cooperari, ſuamque vocationem per bona opera certam reddere, eſſeque adeo neceſſaria ad conſequendam beatitudinem, vt ſi adhibeantur, illam conſecuturi ſint, etiam per modum coronæ, & mercedis; ſin minus non ſint conſecuturi; his enim euidenter ſignificatur; homines in negotio ſalutis æternæ, nedum illi cooperari per efficientiam phyſicam, eliciendo nimirum actiuè actiones illas, quibus ſalus perficitur, quod nonnulli ex aduerſarijs adhuc negant, verum inſuper cum plena, & perfecta libertate. Huiuſmodi autem teſtimonia habentur Pſal. 14. verſ. 1. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam,*

Pſalm.

Pſalm. 18. verſ. 12. *Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.* Pſal. 61. verſ. 13. *Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.* Eccleſiaſtici 16. verſ. 15. *Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum, & ſecundum intellectum peregrinationis ipſius;* & cap. 18. verſ. 22. *Non impediaris orare ſemper, & ne verearis vſque ad mortem iuſtificari: quoniam merces Dei manet in æternum.* Mat. cap. 5. verſ. 12. *Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* v. 17. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.* v. 21. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum Cælorum.* cap. 7 verſ. 21. *Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in Regnum Cælorum: Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in Regnum Cęlorum.* cap. 16: verſ. 7. *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis; & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.* cap. 19. verſ. 17. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* & uerſ. 29. *omnis, qui reliquerit domum* &c. *centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* cap. 20. 8. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* cap. 25. 34 *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare &c.* Lucæ cap. 10. verſ. 28. *Hoc fac, & viues.* Ioannis 5. 29. *Procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitę: qui vero mala in reſurrectionem iudicij.* cap. 15. verſ. 14. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę ego præcipio vobis.* Roman. cap. 2. verſ. 6. *reddet vnicuique ſecundum opera eius.* & verſ. 13. *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabuntur.* cap. 8. verſ. 17. *Cohæredes autem Chriſti: Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* 1. Corinth. 13. 2. *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil ſum.* 2. Corinth. 4. 17. *Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* cap. 7. verſ. 10. *Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pænitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſæculi autem triſtitia mortem operatur.* Ad Galat. cap. 5. verſ. 6. *In Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides quę per charitatem operatur.* cap. 6. verſ. 8. *Qui autem ſeminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes.* Epheſ. cap. 2. verſ. 10. *Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Philipp. cap. 2. verſ. 2. *cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini.* Coloſs. cap 3. verſ. 23. *Quodcumque facitis, ex animo operamini ſicut Domino, & non hominibus: Scientes quod à Domino accipietis retributionem hęreditatis.* 1: Timoth. cap. 4. verſ. 8. *Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habet vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.* 2. Timoth. cap. 4. verſ. 7. *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi Dominus in die illa iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed & ijs, qui diligunt aduentum eius.* Hebr. cap. 6. verſ. 10. *Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis.* Iacob. cap. 1. verſ. 12. *Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.* & cap. 2. verſ. 24. *Ex operibus iuſtificatur homo: & non ex fide tantum.* 2. Petri cap. 1. verſ. 10. *Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis.* Apocal. cap. 2. verſ. 10. *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* cap. 22. verſ. 9. *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & Sanctus ſanctificetur adhuc. Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua.*

Quibus in locis, & alijs ſimilibus, cũ etiam contineantur teſtimonia, quæ pręcipiunt aliquid homini faciendum, vel non faciendum ad conſecutionem vitę æternæ; item quibus illa nobis promittitur à Deo ſub conditione, ſi talia prędare voluerimus; nec non docetur per nos ſtare, quo minus bene agamus, & peccata vitemus, indeque illam conſequamur: hæc meridiana luce clarius demonſtrant contra Caluinum, non obſtante certitudine diuinæ pręde ſtinationis, & reprobationis hominem adultum eſſe liberum in ſuis actionibus, quibus vel æternam adepturus eſt vitam, vel ęterno addicendus ſupplicio. Cum enim præceptum inter alios fines habeat iſtum pręcipuè, vt ſit norma bene viuendi, ratione huius finis neceſſario exigit in homine arbitrij libertatem, nam fruſtra datur regula ei, qui non poteſt deficere, aut non poteſt non deficere, vt pluribus oſtendit Diuus Auguſtinus lib. de gratia, & libero arbitrio cap. 2. Similiter vbi promittitur à Deo vita æterna ſub conditione bene viuendi, mandataque eius obſeruandi. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*, Si poſito diuino auxilio ad id neceſſario, quodcumque ſit illud, iuxta diuerſitatem opinionum, in poteſtate noſtra non eſſet præſtare cõditionem oblatam, illa non eſſet verè ſub conditione promiſſio, ſed manifeſta potius irriſio. Peccante tandem homine, Deus fruſtra quæreretur de illo, quaſi per illum ſtetiſſet, quo minus bene ageret, cum ipſe, ſi liberum non haberet arbitrium, aliter facere non potuiſſet.

Vnde licet nunquam poſſet explicari in particulari, quomodo certitudo diuinæ prædeſtinationis, gratiæque neceſſitas ſimul cum libertate in pijs actionibus cohæret, ſine vlla tamen dubitatione, ſtante Scripturæ authoritate, credendum nobis eſſet, illa rectè inter ſe concordare: atque adeò prorſus reijciendum dogma illud contrariũ, in quo Caluinus, & eius ſequaces aſſerunt funditus deſtrui libertatem voluntatis creatę eo ipſo, quod Deus certò prædeſtinauerit, & reprobauerit; cum enim eadem Scriptura diuina, quæ prædeſtinationem, & gratię neceſſitatem prędicat, libertatem quoque noſtram tot modis commendet, manifeſtè ſequitur ea ſibi inuicem non obeſſe, ſed optimè ſimul ſubſiſtere. Quod ſufficit probare, ad impugnandum præfatum aduerſariorum errorem.

Pręter verbum Dei ſcriptum habemus inſuper pro eadem veritate traditum in Sanctorum, ac veterum libris, quatenus omnes mutuo conſenſu docent, tanquam dogma fidei certiſſimum, quod homo nedum ante, ſed etiam poſt lapſum ſit libero præditus arbitrio, cique nihil in pijs, & ad ſalutem conducentibus actionibus obſit diuinæ prouidentiæ, aut prædeſtinationis certitudo. Quorum teſtimonia, quia ſunt obuiam apud Iodocum Coccium tom. 2. Theſauri Catholici lib. 1. art. 5. & Cardinalem Bellarminum tom. 4. lib. 5. cap. 25. & ſequentibus, libenter illis referendis ſuperſedeo; ſolumque noto, eorum vim nõ eneruari ex eo, quod interdum citentur aliqui Patres, vt Tertullianus, Origenes, & alij, qui in errores lapſi ſunt, aut quorum opera, ſi fuerũt orthodoxi, vel corrupta, vel ſuppoſita eſſe dicuntur. Et ſi enim libenter admittamus nonnullos Patres interdum erraſſe, v. g. Origenem, non tamen in hoc, quod cap. 13. Matth. lib. 3. de princip. cap. 1. præfat. in epiſt. ad Romanos, aſſeruerit hominem præditum eſſe libero arbitrio; cuius argumentum demonſtratiuum eſt, quod, cum eius errores diligentiſſimè notauerint Epiphanius, Theophilus, Hieronymus, Auguſtinus, Theodoretus, & alij, nullus tamen eorum inter illos poſuit, hominem præditum eſſe libero arbitrio; & quæ dicuntur ab eo in hac materia, eadem reperiuntur in cæteris Patribus orthodoxis, tùm Græcis, tùm Latinis. Gratis etiam admiſſo, quod nonnulla veterum Patrum opera, aut ſuppoſititia

ſint

ſint, aut corrup ta, v.g. Dionyſij Areopagitæ, Clementis Romani libri Recognitionum, in quorum 3. inducit Apoſtolum Petrum cum Simone Mago, pro libero arbitrio ita diſſerentem : *Dic quomodo Deus iudicat ſecundum veritatem vnumquemque pro actibus ſuis, ſi agere aliquid in poteſtate non habuit &c.* Negari tamen non poteſt ea eſse antiquiſſima, quorum faciunt mentionem antiquiſſimi etiam Doctores, atque adeo licet eſsent ſuppoſititia, aut ignorarentur eorum nomina, nihil impedire, quin ex illis traditio rectè probari poſſit : Si autem ſunt corrupta, & deprauata, pro vt Euſebius lib. 3. hiſtor. cap. 38. ſcribit Recognitionum libros eſse quidem Clementis Romani, ſed ab hæreticis deprauatos ; nec non Epiphanius hæreſ. 30. & Ruffinus in Apologia pro Origene ; fatemur quidem, ijs ex locis, vbi corrupti fuere, nullam probationem deſumi poſse, ſed potius emendari debere, ſecus autem ex illis, vbi manifeſtè conſtat, eos non fuiſse deprauatos, cuiuſmodi ſunt illa, quibus aſtruitur libertas arbitrij. Nam vt rectè obſeruat Bellarminus loco citato, ante Ruffini tēpora, qui hos libros Latinos fecit, nulli fuerunt hæretici, qui libero arbitrio nimis multum tribuerent, quod poſtea fecerunt Pelagiani; multi autem fuerant, qui illud negauerant, vt ſtatim dicemus. Vnde ſi in his libris liberum negaretur arbitrium, poſset quidem eſſe ſuſpicio, id fuiſse ab illis inſertum ; verum cum ita clara habeatur illius confeſſio, ſicuti nulli hæretico illius tēporis adſcribi poteſt, ita ſignum eſt euidens, eam tunc fuiſse veram Eccleſiæ doctrinam, contra hæreticos illam negantes. Confirmaturque tùm ex eo, quod veteres Patres, qui dicunt, hos libros ab hæreticis fuiſse deprauatos, non tacent in quibus articulis id acciderit, nimirum de diuinitate filij, alijſque ſimilibus, nulla vnquam mentione facta de aliqua corruptela in articulo libertatis humanæ, tùm quod, quæ in his libris de illa traduntur, eadem prorſus docentur ab alijs Patribus, vt neceſse ſit, aut eos omnes erraſse, aut omnes eorum libros fuiſse deprauatos, ſi libri iſti Recognitionum, & ſimiles in hoc articulo deprauati cenſendi ſunt, aut falſam continere doctrinam. Quæ cum ſint clariſſima, nonniſi ſummæ aduerſariorum pertinaciæ tribui poteſt, quod illis reſiſtere audeant.

Cum autem omnes veteres Patres vnanimiter de libertate humana rectè ſenſerint, hominem nimirum, etiam poſt lapſum, liberi eſse arbitrij, ad bene, vel male agendum; nullaque diuina vel fatali neceſſitate in hoc moueri, ſed pro ſua libertate, vel Deum monitorē, & iuuantem ad bonum, vel diabolum ſeductorem ad malum ſequi ; ſoli hæretici oppoſitum docuerunt, & in eo pro talibus ſemper habiti ſunt, Simon Magus nihil hominis arbitrio, ſed omnia fato fieri volens; Marcion, Valentinus, & Manes, qui duplicem humani generis naturam aſseuerabant ; & hominum naturaliter bonos alios, & fideles, ac proindè neceſsario ſaluandos : alios naturaliter malos, & infideles, ac reprobos eſse dicebant: vt referunt Ireneus lib. 4. cap. 72. Clemens Alexandrinus initio lib. 5. Stromat. Origenes lib. 1. in epiſt. ad Roman. ad illa verba; *Segregatus in Euangelium Dei* ; nec non lib. 3. de princip. cap 1. & Eccleſia Lugdunenſis in libro contra Ioannem Scotum, de quo ſtatim. His iungendi ſunt hæretici illi, qui prædeſtinationi diuinæ plus equo tribuentes nihil vt in ſalutem, ac perditionem hominum merita conferrent, ſed alterutra pars quadam fatali neceſſitate conſtaret, Prædeſtinati, vel Prædeſtinatiani appellati ſunt.

Etſi enim aliqui putent horum hæreſim nullam in rerum naturam fuiſse : ſed meram Auguſtini doctrinæ calumniam ; cum, qui illam tuerentur, inuidioſo illo nomine à Pelagianis, & eorum ſequacibus onerarentur; nihilominus præter huiuſmodi doctrinæ Auguſtinianæ æmulos, & obtrectatores,

res, fuiſſe inſuper hæreticos prædeſti-
natianos, eoſque proprium quemdam
errorem habuiſſe, veriſimilius alijs vi-
detur, quod Proſper in Chronico illo-
rum mentionem faciat; *Prædeſtinato-
rum*, inquit, *hæreſis, quæ ab Auguſtini
libris malè intellectis accepiſſe dicitur ini-
tium, his temporibus ſerpere exorſa*; Tum
Sigebertus in Chronico ad annum 415.
ſed quod rem maximè probat, eſt Lu-
cidi presbyteri retractatio, vt conſtat
ex Fauſti Regienſis epiſtola ad ipſum,
& eiuſdem Lucidi libello, in quo de
Concilij Arelatenſis authoritate à Fau-
ſto monitus, Prædeſtinatorum, qua ir-
retitus erat, eiurauit hæreſim, & ei ana-
thema dicit; qui aſſerit, *quod præſcientia
Dei hominem violenter compellat ad
mortem; vel quod cum Dei pereant volun-
tate, qui pereunt*. Item, *qui dicit, huma-
næ obedientiæ laborem diuinæ gratiæ non
eſſe iungendum*. Tum, *qui dicit poſt
primi hominis lapſum ex toto arbitrium
voluntatis extinctum*. Quos tamen ad-
uerſus hanc hæreſim duos ſcripſit li-
bros Fauſtus de libero arbitrio, cautè
legendi ſunt, nam licet Gennadius in
lib. de viris illuſt. miris laudibus eos
efferat, Galaſius tamen Papa in decre-
to de libris apocryphis omnino reijcit;
vt etiam reijciunt, & refellunt S. Ful-
gentius, Petrus Diaconus, Ioannes Ma-
xentius, Auitus Viennenſis, hic enim
ſub ſpecie defendendi liberi arbitrij, li-
mites prætergreſſus, Auguſtini doctri-
næ, quantumlibet diſſimulare conetur,
aduerſatur in omnibus, & Semipela-
giana dogmata palam aſſeuerauit.

Nono poſtea ſæculo duo in Gallia
extitere, Ioannes ſcilicet Erigena, vel
potius Fringena genere Scotus, & Go-
theſcalcus Monachus Sueſſionicæ Pa-
rochiæ, quos, ſed præcipuè ſecundum,
eumdem de prædeſtinatione errorem
ſuſcitaſſe, aſſerendo, ex æterno Deum,
quos voluit prædeſtinaſſe ad regnum,
& quos voluit prædeſtinaſſe ad interi-
tum; & qui prædeſtinati ſunt ad inte-
ritum ſaluari non poſſe, qui autem præ-
deſtinati ſunt ad regnum, perire non
poſſe; teſtantur, quæ tunc contra eos
celebrata fuere in Gallia Concilia, Ca-
riſiacenſe, Valentinum, cui interfue-
runt Epiſcopi XIV. ex Prouincijs tri-
bus Lugdunenſi, Viennenſi, & Arela-
tenſi; necnon ſcripta à Floro Diacono
Eccleſiæ Lugdunenſis, vt creditur ſub
eiuſdem Eccleſiæ nomine, in libro con-
tra 19. capitula Ioannis Scoti: nec non
alio de tribus epiſtolis contra Gothe-
ſcalcum datis; vbi tamen damnata eius
dogmata, ſi ſanè intelligantur, Catho-
licæ, & Auguſtinianæ doctrinæ conſen-
tanea eſſe declarat. Porrò Ioannes Eri-
gena Carolo Caluo, qui tunc in Gallia
regnabat, vnicè dilectus: ſed poſtea in
ſuſpicionem hæreſis adductus abijt in
Angliam, vbi poſt annos aliquot à pue-
ris, quos docebat, graphijs confoſſus
eſt anno 883. vt refert Matthæus Vveſt-
monaſterienſis: Gotheſcalcus autem,
qui primùm in Moguntina Synodo, cui
Rabanus Maurus præfuit, condemna-
tus anno 848. & ad Hincmarum Rhe-
menſem Archiepiſcopum remiſſus, ab
eodem in alia Synodo apud Cariſiacum
iterum damnatus eſt, ac retruſus in Mo-
naſterium, virgis tamdiu cæſus eſt, dum
librum ſuum in ignem, qui iuxta erat
accenſus, proijceret.

Demum Ioannes Vviclephus circa
annum Domini 1390.2. Trialogi cap. 3.
aſſeruit, *Deum neceſſitare creaturas ſin-
gulas actiuas ad quemlibet actum ſuum: &
ſic eſſe aliquos prædeſtinatos, hoc eſt, poſt
laborem ordinatos ad gloriam, & aliquos
præſcitos poſt hanc vitam miſeram ad pœ-
nam perpetuam*, &c.

En, vt omittam Mahumetanos, quos
habuerunt magiſtros noſtri ſectarij, vn-
de quales magiſtri, tales diſcipuli; quod
enim nonnulli eorum Auguſtini glo-
rientur magiſterio, eamdemque eſſe
Caluini, quæ Auguſtini fuit, de præde-
ſtinatione, ac reprobatione ſententiam,
falsò ab illis iactari, vtque fœdas, &
horribiles magiſtri ſui blaſphemias tan-
tæ authoritatis præſidio tegerent, & ab
humani odio generis, & conuicio vin-
dicarent, pluribus oſtendit eruditiſſi-

mus

mus Petauius tomo 1. Theologicorum dogmatum lib. 10. cap. 6. adductis in medium vtriuſque locis, quæ ibi videri poſſunt. Interim vnico ſequenti argumento rem clarè demonſtrari puto; nã ſi eadem eſſet Auguſtini, & Caluini ſententia de prædeſtinatione, & reprobatione, ſiue tolli arbitrij noſtri libertatem, adeò vt ineuitabili neceſſitate alij ſaluentur, & alij pereant, tenuiſſet Diuus Auguſtinus, certè non erat, cur ex vna parte eius æmuli, & obtrectatores toties ei obijcerent, talem ex eius doctrina ſequi neceſſitatem, ipſe verò ex alia tam conſtanter id ſemper, & vbique negaret; ſed, vt omnibus vel mediocriter in Theologia verſatis compertum eſt, nihil fuit frequentius Pelagianis, Semipelagianis, & alijs doctrinæ Auguſtinianæ inimicis, quam ex illa deducere libertatis humanę violationẽ, neceſſitarique homines ad benè, vel malè agendum; Auguſtino autem nihil antiquius, quàm à tali calumnia, peſſimiſque conſequentijs ſuam vindicare doctrinam; eſt ergo pluſquam euidens argumentum, ipſum, nedum ante, ſverum etiam poſt exortam hæreſim Pelagianam, credidiſſe ſemper tanquam certiſſimum fidei dogma, quod homines adulti liberè ſaluentur, aut damnentur, ſiue ſuam operentur ſalutem; atque adeò falsò ab aduerſarijs iactari, eamdem eſſe Caluini id expreſsè negantis, quæ fuit Auguſtini, de libero arbitrio, de neceſsitate gratiæ, deque prædeſtinatione, & reprobatione ſententiam, omnia enim iſta ſunt neceſſariò connexa.

Ratio autem, cur diuina voluntas, & prouidentia, ſecundum legem ordinariam nobis diuinitus reuelatam, nullatenus violat iura libertatis humanæ, deſumitur à D. Thoma 1.p.q.19. art.8. quæſt.22. art.4. & lib.3. contra Gentes cap 194. ex ipſamet efficacia diuina, quæ ſua vniuerſaliſſima ratione, & cauſalitate non ſolùm habet eſſe principiũ & cauſare ſubſtantiam actuum noſtrorum, ſed etiam modum; ſeu quod idem eſt, non ſolùm attingit, & diſponit de effectu aliquo faciendo, ſed etiam de modo, quo à ſua cauſa faciendum eſt, quia etiam modus iſte à Deo eſt. Vnde, cum aliæ ſint cauſæ neceſſariæ, pro illis adaptauit modum operandi neceſſarium; aliæ verò contingentes, & liberæ, pro illis quoque diſpoſuit modũ agendi liberum, & contingentem. Tantùm ergo abeſt, quod diuina prouidentia, quantumuis certa, & infallibilis, erga liberos actus prædeſtinatorum, & reproborum; certo quoque, & infallibiliter futuros, efficaxque voluntas, qua voliti ſunt, lędat libertatem, vt potius illam exigat perfectio diuinæ gubernationis, ſub quam cadunt effecta quoad ſubſtantiam, & ſimul quo ad modum, quo executioni mandantur. Libenter enim admittimus Deum omnia futura præſcire certò, & infallibiliter; nec non etiam omnia, quæ futura ſunt, certò, & infallibiliter eſſe futura; negamus autem neceſſariò eſſe futura. Nam poteſt aliquid eſſe certum & infallibile, quod tamen non ſit neceſſarium, ſed contingens, aut liberum: quo pacto certum, & infallibile eſt, actu loquentem, vel ambulantem, loqui, vel ambulare, quod tamen liberè facit.

At dicunt aduerſarij, verum quidem, & efficacem eſse Diui Thomæ diſcurſum in ſtatu innocentiæ, non autem in ſtatu naturę lapſæ, in quo per peccatũ fuit extinctum in nobis liberum arbitrium, vel Deus in pœnam illius voluit tali efficacia concurrere cum noſtra libertate, quod deſtruat illam, cum antè peccatum alio ſuauiori modo cõcurriſſet. Item, certitudinem, & infallibilitatem prouenientem ex ſuppoſitione actus, quo V.g. loquens, vel ambulans determinauit ſe liberè ad loquendum, vel ambulandum, ſimul ſtare poſſe cum contingentia, & libertate, ſecus autem, quandò prouenit ex ſuppoſitione antecedente actum; phyſicèque prædeterminante operantem ad illum, qualem diuinam eſſe voluntatem, quamplures

res

res docent Theologi Catholici, reſpectu quorumcumque actuum humanorum bonorum tàm naturalium, quàm ſupernaturalium, hoc eſt cum diuina gratia factorum.

Ad primum reſpondetur primò, liberum arbitrium ex peccato primi parentis viribus quidem attenuatum, non tamen extinctum fuiſſe, vt ait Concilium Tridentinum ſeſſ.6. c.1. patetque ex diuinis Scripturis ſuperiùs adductis. Secundò reſpondetur, hos duos titulos non ſatis cohærere inter ſe, quibus liberum negant arbitrium, videlicet, quia per peccatum originale fuit extinctum in nobis, & quia efficacia voluntatis, & motionis diuinæ non ſtat cum illo. Efficacia enim diuinæ voluntatis, ac prouidentiæ eadem eſt ante, & poſt peccatum in Angelis, & hominibus; hoc enim ex ipſa natura rei, & ex ſubiectione cauſæ creatæ ad increatam oritur: quare ſiue detur peccatum, ſiue non, cum ſemper maneat iſta diuinæ voluntatis efficacia, ſemper deſtruetur libertas noſtra; malè ergò ab aduerſarijs eius carentia refertur in pœnam peccati, aut habetur pro illius effectu: ſique ex ipſis efficacia diuinæ voluntatis fuiſſet compoſſibilis cum libertate in ſtatu innocentiæ, talis quoque fatenda eſt in ſtatu naturæ lapſæ, eoque modo quo illi hæc duo extrema in illo, nos in iſto ſtatu conciliabimus. Quod enim dicunt Deum in pœnam peccati voluiſſe tanta, & tali efficacia concurrere cum noſtra libertate, vt illam deſtrueret, qua ante illud non concurriſſet, eſt falſum; quicquid enim ſit de potentia extraordinaria, loquendo modo de ordinaria, & ſecundum quod de facto res nobis fuit diuinitus reuelata, iam oſtendimus ſupra, Deum hominibus iura libertatis in operando tollere noluiſſe; ita exigente ineffabilis eius prouidentiæ ſuauitate, vt non immutet modum operandi creaturarum; vndè cum libertas ſit modus proprius naturæ intellectualis, illiuſque excellentiam maximè commendet, quaquauerſum errant aduerſarij, dum aiunt, diuinam prouidentiam ſic ea diſpoſuiſſe, quæ ad ſalutem æternam, & reproborum ſtatum pertinent, vt hominum libertatem deſtruere voluerit. Quapropter S. Dionyſius cap. 4. de Diuinis nominibus ait: *Nec enim eſt prouidentiæ naturam interimere, & tollere, &c.* cum paulò ante dixiſſet abſurdum eſſe, quod nonnulli fingebant, prouidentiam inuitos nos ducere ad virtutem. Quo etiam ſpectat ſententia Diui Auguſtini loco ſuperiùs citato lib.7. de Ciuit. Dei cap.30. *Sic Deus adminiſtrat omnia, quæ creauit, vt etiam ipſa proprios exercere, & agere motus ſinat.*

Ad ſecundum reſpondetur admittẽdo faciliùs forſan explicari poſſe libertatem, ſi infallibilitas in operando procedat ex ſuppoſitione actus, quam ſi ex ſuppoſitione prædeterminante ad illum, verùm cum hi modi explicandi non pertineant ad fidem, ſed ad probabiles tantum Doctorum opiniones, ſufficit ad noſtrum intentum, vtque iura libertatis humanæ ſaluari dicamus, cũ certitudine, & infallibilitate diuinæ prouidentiæ, quod certitudo, & infallibilitas abſolutè non pugnent cum libertate & contingentia, quodque ſuppoſitio talem certitudinem, & infallibilitatem inducens, quantumuis antecedens, ſit ab vniuerſaliſsima cauſa, cui, eo ipſo quod ſubduntur actus noſtri non ſolùm quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad modum, indifferentiamque libertatis, vt diximus, tantùm abeſt, vt illam auferat, quin potius det, tanquam radix, & principium illius; hoc, inquam, ſufficit, adiuncta Scripturæ authoritate clarè docentis horum duorum extremorum compoſsibilitatem, vt nec certam Dei prouidentiam, nec libertatem hominum negemus; etiamſi modum in particulari illa ſimul conciliandi ignoraremus. Poteſt enim facilè contingere, vt aliquid ab vna parte manifeſtè conſtet, ab altera ſit maximè dubium, & obſcurum; ſed non ideo vnum eſt negandum propter alterum, vt rectè ait Diuus Auguſtinus lib. de bono perſe-

uerantiæ cap. 14. *Nunquid ideo negandum eſt, quod apertum eſt, quia comprehendi non poteſt, quod occultum eſt.*

Et hæc quoque ſufficiunt, veluti in abſtracto, ad ſolutionem argumentorũ, quę in contrarium Catholicæ veritatis ſolent fieri, ac deſumi, tùm ex efficacia diuinæ voluntatis, tùm ex certitudine diuinæ prouidentiæ, aut præſcientiæ; dum enim obijcitur primò: non poteſt non fieri ab homine, quod Deus efficaciter vult ab illo fieri, ſed Deus vult efficaciter fieri bona opera ab homine adulto prædeſtinato; ergo non poteſt non illa facere, ac proindè indifferens, & liber non eſt. Secundò, Diuina prouidentia non poteſt falli, ſeu non poteſt non conſequi finem, quem efficaciter intendit, aut imperat, ergo non poſſunt res euenire aliter, quàm à Deo diſpoſitæ ſunt; atque adeò, cum Deus ita diſpoſuerit res, vt prædeſtinatus benè operetur, reprobus verò permittatur malè operari, non poterit aliter euenire; ſicque nulla eſt libertas in bonis operibus prædeſtinati, & malis præſciti, aut reprobi.

Reſpondetur ad primum libenter concedendo maiorem, videlicet, non poſſe fieri ab homine, quod Deus vult efficaciter fieri ab illo; ſed eo tamen modo quo vult ipſe: vnde neganda eſt conſequentia, hinc hominem liberum non eſſe, aut indifferentem in operando; cum enim influxus, & efficacia diuinæ voluntatis non ſolùm reſpiciat, & intendat quod actus fiat, ſed etiã quod liberè, & contingenter fiat, & vtrumque ab illa deriuetur, & participetur, ſequitur tantum hominem non poſſe non operari ex ſuppoſitione, ſeu non poſſe repellere illam efficaciam in ſenſu compoſito, aut potentia conſequenti, ac proindè facere quod ille actus non fiat liberè, quia ſupra totum hoc cadit efficacia diuinæ voluntatis; poteſt tamen abſolutè, & ſecundum ſe, ſeu in ſenſu diuiſo, aut potentia antecedenti, quoniam hoc ipſo quod Deus vult, & dat ipſum modum libertatis, vult quoque, & dat poſſe oppoſitum abſolutè, ſi quidem hoc eſt velle, & dare quod liberè fiat. Libertas enim in actu primò conſiſtit in hoc, quod homo poſsit operari, & non operari; in actu ſecundo quod actu operetur, & abſolutè operari non poſſit, licet ex ſuppoſitione non poſſit, non autem quod ſimul operetur, & non operetur.

Quo eodem ſenſu Theologi, dum ex certitudine, & efficacia diuinæ prædeſtinationis infertur, prædeſtinatum non poſſe non rectè operari, atque ſaluari, communiter aſſerunt tale, & ſimilia conſequentia poſſe accipi, vel in ſenſu diuiſo, vel in ſenſu compoſito; in ſenſu compoſito, hoc eſt non poſſe hominem componere hæc duo ſimul, ſe eſſe certò prædeſtinatum, & ſe non ſaluari: in ſenſu diuiſo, hoc eſt non relinqui in homine prædeſtinato potentiam ad peccandum, ac ſe non ſaluandum. Sique ſumatur in ſenſu compoſito, verum quidem eſſe illud conſequens reſpondent, & in hoc duntaxat ſenſu rectè inferri ex illo antecedenti, ſeu ex certitudine prædeſtinationis, ideoque noſtræ non repugnare libertati; ſi autem in ſenſu diuiſo, falſum eſſe, & nequaquam ſequi ex illo antecedenti. Ratio eſt, quia Deus non prædeſtinat, vt homo non poſſit peccare, ſed tantum ne peccet actu, ſeu ne moriatur in peccato, ſed vt moriens in gratia ſaluetur. Vndè ex prędeſtinatione non tollitur illa potentia, ſed ponitur actus, & firmatur certitudo, & infallibilitas actus: ad quam certitudinem ſatis eſt, non poſſe coniungi, aut componi hæc duo in actu ſecundo, hominem eſſe prędeſtinatum, & non adimpleri in actu id quod à Deo decretum eſt: at certitudo, & infallibilitas actus non repugnat libertati, quæ conſiſtit tantùm in indifferentia per modum potentiæ actiuę: certitudo igitur diuinæ prædeſtinationis nullatenus humanæ præiudicat libertati.

Per quod etiam patet ad ſecundum argumentum, cum eadem ſit ratio, quã-

tum ad præſens inſtitutum, diuinæ voluntatis, prædeſtinationis, ac prouidentiæ; vndè quod ponitur prouiſum eſſe à Deo, vt ſit futurũ, ſi ſit de genere contingentium, ac liberorum, quales ſunt actus, quibus prædeſtinatus ſaluatur, poterit non eſſe ſecundum ſe conſideratum; ſic enim prouiſum eſt, vt ſit contingens, ac liberum, potens conſequenter abſolutè non eſſe, poſſibile tamen non eſt, quod ordo prouidentiæ deficiat, quin contingenter, ac liberè eueniat. Et ita Diuus Thomas 3. contra Gent. cap. 94. ait: quod *hæc conditionalis non eſt vera: Si Deus prouidit hoc futurum, hoc erit, ſed ſic erit, ſicut prouidit futurum: prouidit autem illud eſſe futurum contingenter: ſequitur ergò infallibiliter, quod erit contingenter, non neceſſariò.*

At quia monente Petro Apoſt. ep. 1. cap. 3. verſ. 15. parati ſemper eſſe debemus ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationem de ea, quæ in nobis eſt, ſpe, ſeu fide, Theologi plures inuenerunt modos conciliandi libertatem noſtram cum efficacia diuinæ voluntatis, ac certitudine diuinæ prouidentiæ, & prædeſtinationis, ſiue explicandi in particulari, quid intenderit Diuus Thomas dum ait veluti in abſtracto locis citatis, Deum adaptare, aut diſponere modum agendi liberè, vbi vult cauſas liberas operari, ideoque efficaciam diuinæ voluntatis, nec conſequenter prouidentiæ, quidquam obſtare earũ libertati. Duos tamen ſolùm referam præcipuos, & ad quos omnes alij, ni fallor, reduci debent, vt ſint rationabiles. Primus erit florentiſſimæ Diui Thomæ Scholæ, alter Patrum Societatis Ieſu.

In Schola igitur Diui Thomæ admittente circa liberos actus creatos decreta Dei ex natura ſua efficacia, quibus nimirum eos prædefiniuit, aut prędeterminauit, antecedenter ad quoſcũque præuiſos creatæ voluntatis influxus, ſeu nihil ex parte illius ſupponens, vel expectans, ſed totum ex ſe cauſans, ſuoque influxu tangens effectum; ita exigẽte ſumma quam habet cauſa creata ad increatam ſubordinatione, ac dependentia; per hanc eamdem decretorum, ſeu diuinæ voluntatis efficaciam, putant Thomiſtæ ſufficienter inter ſe conciliari poſſe, & diuinæ prædeſtinationis certitudinem, & prædeſtinatorum in operando libertatem, quatenus nedum efficax eſt reſpectu ſubſtantiæ, ſed inſuper reſpectu modi actus liberi ponendi, conſiſtentis in hoc, quod cõcurſus eius præmouens det determinationem ad vnum in ipſo actu, conſeruando abſolutè facultatem, & potentiã ad oppoſitum, non tollendo; & ſoluendo ipſam indeterminationem, & ſuſpenſionẽ ad operandum, non poteſtatem, & vniuerſalitatẽ dominatiuam coarctãdo. Præfatus enim cõcurſus non dat libertatem quantũ ad potentiam ipſam; hæc enim ipſa creatione animę fit, ſed quantum ad vſum, vt vtatur non coactè, ſed liberè actu ſuo, modo dicto. Quod ſi inſtetur quomodo ſtare poſsit, quod fiat etiam contingenter, ſi certò, & infallibiliter; reſpondent eumdem concurſum dare quod fiat infallibiliter ex parte Dei operantis, contingenter autem ex parte effectus operati; ita vt ex parte Dei intendentis totum hoc, quod eſt actum fieri liberè, infallibilitatem habeat illa operatio vt à Deo; ex parte autem cauſæ proximæ liberæ contingentiam, & mutabilitatem, quia hoc ipsũ Deus etiam vult, ſicut in ſe immutabilis exiſtens, & operans facit effectus mutabiles, & motus ipſos, & infinitus exiſtens, effectus finitos. Qua ratione Diuus Proſper lib. 2. de vocatione gentium cap. 28. ait, quod Deus ad obediendum ſibi, ipſum velle ſic donat, vt etiam à perſeueraturis ipſam mutabilitatem, qua poſſunt nolle, non auferat. Vndè cum in hac eadem Schola certitudo, & infallibilitas diuinæ prędeſtinationis, ac reprobationis, ſit talis in vi cauſalitatis, & efficaciæ intrinſecæ ipſius decreti voluntatis diuinæ ad cauſandum, vel permittendum ea, quę per illud decretum attingit, & ordinat; non

autem

autem in vi ſolius præſcientię, quia videlicet Deus ante omnem efficaciam, & cauſalitatem decreti ſui præſciat per ſcientiam mediam, quam docent Patres Societatis Ieſu, id quod factura eſt libera voluntas, & tunc ſuppoſita iſta præſcientia decernat illud ipſum facere, quod præſciuit, & ſic tale decretum ſit efficax, & certum vt innixum illi præſcientiæ; manifeſtè ſequitur, quod ſi præfatum decretum cauſatiuum, & efficax non lædat modo explicato iura libertatis creatæ, nec etiam violentur certitudine prędeſtinationis; quodque conſequenter conciliatio libertatis noſtræ cum illa non habeatur per præuiſionem eius, quod factura eſt libera voluntas, ſed ipſamet efficacia diuinæ voluntatis, quæ ſua vniuerſaliſsima cauſalitate non ſolum habet eſſe principium, & cauſare ſubſtantiam actus noſtri, ſed etiam modum, indifferentiamque libertatis.

In Schola autem Patrum Societatis Ieſu, vbi non admittitur, quod reſpectu actuum liberorum, vt liberi ſint, Deus habeat voluntatem efficacem antecedentem, quæ ex ſua natura, aut virtute cauſatiua, quod idem eſt in præſenti, determinet actum liberum, cum tali determinatione videatur ipſis non poni, ſed potius impediri modus operandi cauſæ liberæ, recurritur ad decreta, quæ ſolùm ſunt efficacia ex aliquo extrinſeco extra Deum, & ſic vocantur indifferentia, non quia indifferentiam noſtræ libertatis conſeruant tantum, ſed etiam quia de ſe non habent aliud, quam offerre duplicem concurſum, vel agitationem ad duplicem actum; expectant autem vt determinet ſe voluntas creata ad quod voluerit, & tunc concurrit Deus eo determinato influxu, quem voluntatem in tali rerum ſerie poſitam, adhibitiſque talibus medijs elegiſſe præuidit per ſcientiam, quam vocant mediam. Huiuſmodi ergo decretis indifferentibus, ſeu benignis, & non efficacibus ex natura ſua, eo quod operentur efficaciter, non in vi ſuæ influentiæ, quæ omnino antecedat conſenſum, ſed in vi mediorum quæ adhibet, & in vi conſenſus ex voluntate conſecuti, dicta media determinantis, quem præuidet, exiſtimant Patres Societatis Ieſu perfectè ſaluari iura libertatis creatæ, facilèque conciliari poſſe cum certitudine diuinorum decretorum; quatenus ea determinatione prçuiſa, decretum Dei, quod illi obſecundat, & decernit, quod præuidit, redditur tantum infallibile, & efficax præſcientia, non autem cauſalitate.

Quod idem conſequenter aſſerunt de diuina prædeſtinatione, & reprobatione, eas nimirum non impedire libertatem in ſingulis actibus prædeſtinatorum, aut reproborum, cum ſint poſteriores ſcientia media, ſeu conditionata, qua dicunt ante omne abſolutum decretum ſuę voluntatis Deum prænouiſſe, ex hypotheſi, quod ſi homines in talibus, ac talibus circumſtantijs conſtitueret, futurum, vt quidã liberè cooperarentur diuinæ gratiæ, ac proindè benè agerent, & gloriã conſequerentur; alij verò abutentes gratia liberè peccarent, & damnarentur; eaque poſita, diuinam voluntatem efficaciter voluiſſe executionem prædicti ordinis, decernendo: *conſtituantur homines in prædictis circumſtantijs, & fiant, vel permittantur omnia, quæ conditionatè cognita ſunt, & eo modo, quo cognita ſunt*; tum poſtremò eamdem voluntatem id executam eſſe, non aliter, quam mediante diuina prouidentia, prędeſtinatione, & reprobatione illi intimatũ fuerat. Vndè cum actus prouidentiæ, & voluntatis Dei non aliter diſpoſuerint, & voluerint actus noſtros, quam interuentu ſcientiæ conditionatæ prçcogniti ſunt, & illi cogniti fuerint, vt liberè futuri, certè eadem ſalua libertate cadunt, ſub Diuinæ prouidentię certitudinem, & voluntatis efficaciam.

Verùm, vt in primo explicandi modo Scholæ Diui Thomæ tam magnificè de Deo ſentientis, ſupremaque eius iura tuentis, nulla prorſus eſt difficultas, quin inuiolata per illum ſeruentur, nec non

non libertas eorum, qui ad benè operandum prædeterminati fuere, magna tamen eſt, indeque vnicum alicuius momenti argumentum contra ſententiam Thomiſtarum, in declarando, quomodo, ſtante neceſsitate talis prędeterminationis ad benè operandum, non ſolùm ad melius eſſe, ſed ad ſimpliciter, quodque inſuper pro adultis non detur locus medius inter Paradiſum, & Infernum, ſufficienter dicatur prouiſum his, qui illa carent, in ordine ad actus ſupernaturales, vitæque æternæ conſecutionem, per gratiam ſufficientem. Ita per oppoſitum in altero explicandi modo Patrum Societatis Ieſu, licet tanta non ſit difficultas in ſaluandis iuribus humanæ libertatis, ſumma tamen eſt in ſaluandis diuinis; quomodo nimirum in ſtatu per ſcientiam mediam præuiſo, & explorato, non dicatur Deus cœco modo agere, certitudinemque ſuæ ſcientiæ à rebus accipere, ignorando euentum ſui concurſus, cum pro eo ſtatu ſit indifferens, vt exit ab illo, dependeatque à determinatione cauſæ ſecundæ per ſcientiam mediam exploranda, vt de illo abſolutè decernat. Vnde, vt ſolet in rebus arduis accidere, huius ſententiæ ſequaces diuiduntur, totque ſunt ferè placita, quot capita in componendo, & conſtruendo iſto decreto indifferenti, ſiue explicando quid importet, aut connotet.

Igitur, quia vbi duo ſunt extrema inter ſe concilianda, non ſolùm vnius, aut alterius extremi, ſed vtriuſque iura ſeruari debent illęſa, ſi ſemel clarè oſtenderetur, conditionatè loquor, quod priori modo ex dictis tolleretur libertas humana, poſteriori autem certitudo diuinæ prouidentiæ, recurrendum eſſet, vt diximus ſupra, ad certam Scripturarum, & Eccleſiæ anchoram, docentiũ vtriuſque extremi compoſsibilitatem, & in incerto modi illam explicandi, ita cum timore, & tremore noſtram operari ſalutem, iudicia enim Dei abyſsus multa, & miſericordia eius, quia non ſumus conſumpti, vt etiam ſentiamus de illo in bonitate, credamuſque voluntatem eius multò magis propenſam eſſe ad ſalutem hominum, quam ſit propenſa voluntas ipſius hominis; multò enim plura fecit Deus, vt nos ad gloriam perueniamus, quam ipſi facimus. Vnde præclarè S. Auguſtinus lib. de prędeſt. Sanctorum cap. 11. ait: *Miror homines infirmitati ſuę ſe malle committere, quam firmitati promiſsionis Dei. Sed incerta eſt mihi, inquis, de meipſo voluntas Dei; quid ergo? tuane tibi voluntas de te ipſo certa eſt? nec times? qui videtur ſtare, videat ne cadat, cum igitur vtraque incerta ſit, cur non homo firmiori, quàm infirmiori fidem ſuam, ſpem, charitatemque committit.* Tantùm de pręſenti controuerſia contra Caluinum, & eius ſequaces, quam Theologi ſolent tractare cum Diuo Thoma 1. p. quęſt. 19. de voluntate Dei; 22. de prouidentia, & 23. de prędeſt.

CAPVT III.

Defenditur contra nouos Trinitarios myſterium Trinitatis, & primò contra Michaelem Seruetum, eiuſque ſequaces diſtinctio trium perſonarum vera, & realis.

CVm nihil ferè in tota veterum hæreſum colluuie diſperſum ſit, quod non in noſtri temporis, ac Septẽtrionis hæreticos, quaſi ſentinam confluxerit. Indè etiam Sabellianæ, Arrianęque peruerſitatis, nec non Peratarum dogmata, tanto iam temporis decurſu conſumpta, nunc velut putrida oſſa ab impietatis tumulo exhumata iterum lucem, & Eccleſiam infecerunt. Michael enim Seruetus Hiſpanus, Sabellio inhęrens, negauit in Deo tres perſonas realiter diſtinctas; indèq; aſſeruit Chriſtum appellari Dei filium, quod ex ipſa Dei ſubſtantia caro eius in vtero Virginis ſit concepta, ipſaque Diuinitas ei communicata per vnctionem, & inhabitationem gratiæ, vt poſtea docuit Neſtorius;

ſtorius; proptereaque Chriſtum eſse Deum factum, non ęternum, ſed temporalem; & conſequenter eum ante incarnationem nihil fuiſſe niſi ideam in mente diuina. Seruetum Geneuæ à Caluino damnatum, & viuum exuſtum ſecuti ſunt nonnulli miniſtri Tranſyluani, vt Franciſcus Dauid, Georgius Blandrata, & alij; qui tamen inter ſe diſſident, non quidem de negando Trinitatis myſterio, ſed de inuocatione Chriſti, an ſit facienda, & quomodo, quia ſi non eſt verus, & ſummus Deus non eſt inuocandus.

Alij per oppoſitum ſecuti Peratici Euphratis hæreſim, diuiſerunt tres naturas diuinas in tribus perſonis, treſque proindè conſtituerunt Deos; ita in Polonia Georgius Paulus, eoque duce plures alij, vt colligitur ex quadam Polonorum epiſtola ad Senatum Geneuenſem, nec non ex Caniſio lib. de corruptelis verbi Dei; his quoque annumerari ſolet quidam Valentinus Gentilis, Italus Coſentinus, eamdem eſſentiam diuinam iuxta numerum trium diuinarum perſonarum multiplicans, in eo tamen ſe ab Arrianis differre profitens, quod pares, ſiue æquales tres eſsentias trium perſonarum cum ſequacibus aſſereret; ſed vt mox dicemus, ad Arrianorum Partes poſtmodum tranſijt, aſſerta earum inęqualitate.

Dictus igitur Valētinus Gentilis, primùm Sabellianus, deinde Arrianus factus eſt, videns enim Scripturę palam aduerſari Deorum multiplicitatē, docere cœpit Patrem longè eſſe ceteris perſonis eminentiorem, illumque ſolùm eſſe verum, & Summum Deum, ſeu eſſentiatorem, alias perſonas eſsentiatas. Sic minorem Patre filium conſtituens iterum Arrij hæreſim ab inferis ſuſcitauit; cum mitigatis tamen Arrianis, ſeu Semiarrianis, dixit filium non eſſe factum ex nihilo, ſed ex Patris ſubſtantia, & ab æterno; quam autem filio, conſequenter etiam Spiritui Sancto veram denegauit Diuinitatem, Bernę traditus eſt vltimo ſupplicio, quamuis palinodiam recantare offerret: Ex profeſſo autem Ioannes Sommerus, Chriſtianus Francus, & alij apud Coccium tom. 1. Theſauri lib. 1. art. 6. admiſſa Verbi Diuinitate, docuerunt Spiritum Sanctum non eſſe Deum, phantaſmaque eſſe, quod Papiſtę de eius eſſentia, vel deitate credunt; & ita Macedonij hęreſim ipſi renouarunt.

Cum autē ſuperiùs ſect. 4. ſufficienter refutauerimus Tritheitarum errorem, nunc primùm contra nouos Sabellianos trium diuinarum perſonarū realem inter ſe diſtinctionem, tùm ſequentibus capitibus earumdem in vna numero natura vnitatem contra Arrianos, & Macedonianos probabimus.

Prima igitur huius veritatis definitio, quod in Deo tres dentur perſonæ realiter inter ſe diſtinctæ reperitur facta à S. Dionyſio Papa, cuius verba refert S. Athanaſius in epiſtola de decretis Nycęnæ Synodi; tùm in omnibus deinceps Concilijs tam Generalibus, quàm particularibus, Antiocheno I. anno Domini 266. ſub Dionyſio Papa, & II. anno 272. ſub eodem; Arelatenſi anno 314. Alexandrino anno 315. Romano 275 Epiſcoporum anno 324. ſub Sylueſtro Papa. Nicęno I. Generali I. anno 325. ſub eodem Sylueſtro; Romano eodem quoque anno. Romano anno 337. ſub Iulio. Romano anno 341. ſub eodem Iulio & anno 342. Mediolanenſi anno 344. Agrippinenſi, ſeu Colonienſi anno 346. Sardicenſi anno 347. Vaſenſi anno 351. Sirmienſi anno 353. Ariminenſi anno 359. ſub Liberio. Alexandrino ſub eodem, anno 362. & 363. Illyrico anno 365. Tyanenſi eodem anno. Romano I. & II. ſub Damaſo anno 369. Aegyptiaco eodem anno. Romano III. ſub Damaſo anno 373. Antiocheno ſub eodem anno 378. Conſtantinopolitano I. Generali II. ſub Damaſo anno 381. vbi, vna voce, Macedonij hæreſi damnata, diuinarumque perſonarum Trinitate aſſerta, Symbolum Fidei in Nicæna Synodo collectum ite-

rum approbatum fuit; & ad maiorem explicationem additum, Spiritum Sanctum ex Patre procedere; quod Sacra Synodus Nicæna non explicuerat, eo quod, teſte Baſilio epiſt. 78. nulla tunc ea de re controuerſia mota eſſet; idem tradit S. Hieronymus epiſt. 75. *Confeſſi ſunt*, inquit, *quod negabatur, tacuerunt de quo nemo quærebat*. Quamuis etiam ſatis expreſſam fuiſſe Spiritus Sancti diuinitatẽ in Nicæno Symbolo S. Epiphanius doceat hæreſi 74. propè finem, dum in eo poſita illa ſunt verba: *Et in Spiritum Sanctum*. Quod & dilucidius adhuc, qui Synodo interfuit, Athanaſius teſtatur, ſcribens libellum Nicænæ Fidei ad Iouianum Imperatorem, vbi poſt recitatum Nicænum Symbolum hæc ſubdit: *Sed nec alienauit Spiritum Sanctum à Patre, & Filio, ſed eum vnà glorificauit cum Patre, & Filio, & in vna Sancta Trinitatis fide, eo quod ſit vna in Sancta Trinitate Deitas*. Et in epiſtola ad Africanos in fine; *Eadem*, inquit, *illa Synodus blaſphematores Spiritus Sancti, dicenteſque eum creaturam eſſe ſubuertit. Nam cum Patres ſtatuiſſent de fide in filium, id ſtatim adiectum voluere; credimus & in Spiritum Sanctum; vt perfectam, & plenam de S. Trinitate fidem, confeſſionemque abſoluentes, formam eius, quæ in Chriſto eſt, fidei, & doctrinam Catholicæ Eccleſiæ exhiberent: cum & nobis, & omnibus ſit notum, neminique vnquam Chriſtianorum dubium fuerit, nos in Deũ, non in creaturam habere fidem: Deum, inquam, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium, & inuiſibilium conditorem: & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filiũ eius vnigenitum: & in Spiritum Sanctum; vnum Deum in Sancta, & perfecta Trinitate cognoſcentes, in qua baptizamur, & in quam coaptamur, deitate*. Hactenus Athanaſius. Poſtea tamen, inſurgente Macedonio contra Spiritum Sanctum, hæc Synodus Conſtantinopolitana, vt clarius eius diuinitatem, & perſonalem à Patre, & Filio diſtinctionem declararet, addidit Symbolo; *Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio coadorandum, & conglorificandum, qui loquutus eſt per Prophetas*.

In Concilio Aquileienſi anno 381. Carthaginenſi anno 396. Toletano 1. Carthaginenſi 217. Epiſcoporum anno 423. Epheſino I. Generali III. anno 431. vbi damnata hæreſi Neſtorij, iterum Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vna trium realiter diſtinctarum perſonarum Diuinitas fuit adorata. Chalcedonenſi Generali IV. contra Eutychen, & Dioſcorum anno 450. ſub Leone I. Conſtantinopolitano II. Generali V. anno 500. Pariſienſi ſub Pelagio I. anno 567. Aurelianenſi anno ſequenti 568. ſub Ioanne III. Toletano IV. anno 643. VI. anno 648. XI. anno 660. Cõſtantinopolitano III. Generali VI. contra Monothelitas anno 670. ſub Agatone, Toletano XI. anno 674. Nicæno II. Generali VII. anno 780. vbi damnatis Sacrarum imaginum conuitiatoribus, Sacroſanctę Trinitatis myſterium ab vniuerſis celebratum fuit. Vormatienſi anno 860. Conſtantinopolitano IV. Generali VIII. 383. Epiſcoporum, anno 870. Lateranenſi ſub Calixto II. anno 1123. & ſub Innocentio III. anno 1215. Viennenſi Generali 300. Epiſcoporum anno 1311. ſub Clemente V. Florentino anno 1439. ſub Eugenio IV. Lateranenſi quod cæpit ſub Iulio anno 1511. & clauſum eſt ſub Leone anno 1518. ac tandem in Tridentino inchoato 1545. & abſoluto ſub Pio Quarto 1563.

Præcipua autem Scripturæ loca, quibus hæc fidei Catholicæ veritas, tot in Concilijs vbique, iuxta exigentiam temporum, & hæreticorum eam de Mundo tollere conantium, definita, declarata, & explicata, expreſsè fuit reuelata, habentur in nouo potiſſimum teſtamento. Quamuis enim Sacroſanctum Trinitatis myſterium varijs modis in veteri teſtamento inſinuatum fuerit, vt cap. 6. oſtendemus, clara tamen, & aperta tanti, tàmque profundi myſterij cognitio per Euangelicam Chri-

ſti do-

ſti doctrinam primùm cœpit mundo illuceſcere. Nec immerito, ſicut enim non conueniebat redemptionis humanæ myſterium manifeſtè prædicari, priuſquam illud perfectum eſſet, atque ob id primùm à Chriſto Domino palã doceri conueniens fuit, vt qui illud erat perfecturus; ita ante Chriſtum Trinitatis myſterium non debebat apertè reuelari; *tum* ne Iudæi, ad idololatriam valde proni, indè exiſtimarent tres eſſe Deos; *tum* quia huius myſterij explicationem Chriſto reſeruari conueniebat: nam cum Deum nemo vnquam viderit, vnigenitum filium, qui eſt in ſinu Patris, profundiſſimum Diuinitatis arcanum reſerere oportebat: *tum* denique, quia tunc aperiri debuit, ac manifeſtari, quando ſingulæ perſonæ, ſingulari quodam pro redemptione hominũ effectu erant innoteſcendę, quod accidit in aduentu Chriſti, quoniam Pater innotuit mittendo filium, filius redimendo genus humanum, & Spiritus Sanctus totum mundum deſtructa idololatria trahendo ad Chriſtum. Vndè Sanctus Epiphanius in libro Ancorato ait: *Vna Deitas à Moyſe præcipuè annuntiata eſt, perſonarum dualitas vehementer à Prophetis prædicata, Trinitas verò perſonarum in Euangelijs manifeſta facta eſt.* Quod conſtabit ex locis, quæ in præſenti capite adducturi ſumus.

Primus ergo noui teſtamenti locus, in quo diuinarum perſonarum Trinitas realiter diſtincta exprimitur, legitur Matth. cap. 3. *Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cęlis dicens: hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui.* Ibi enim Trinitatis myſterium declaratur in Patre loquente, in filio teſtimonium recipiente, & in Spiritu Sancto ſub columbæ ſpecie deſcendente. Hanc autem eſſe Trinitatem perſonarum entitatiuè, & realiter diſtinctarum, non verò ſecundum diuerſa officia, aut munera, pro quibus diuerſas gerant perſonas, quatenus in infinita Dei eminentia vna perſona ſola omnia illa præſtare poteſt, quæ plures perſonæ creatæ, atque adeo ita nominari, ac ſi eſſent plures perſonæ, vt dicunt aduerſarij, clarè demonſtrat illa particula, *Hic eſt filius meus dilectus*, nec non aliæ, vbi pariter eadem ſecunda perſona dicitur filius, 1. Ioan. cap. vlt. *vt ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto*; vbi enim ponitur vera filiatio, & conſequenter vera paternitas, debet poni diuerſum ſuppoſitum, ſeu perſona, nihil enim dicitur pater, aut filius ſui ipſius; nec etiam pes, vel manus, multoque minus accidens vt color, vel calor, dici poteſt filius alterius, cum ſolum ſit filius id, quod eſt ſimile alteri, vt perſona, quaſi propagatum in ſimilitudinem alterius. Quę igitur diſtinctio ex Scriptura ponitur in diuinis, quamque aduerſarij ipſi non negant, non eſt officiorum, non attributorum, aut virtutũ, non effectuum ad extra, aut diuerſorũ reſpectuum ad diuerſos effectus, non nominum, ſed perſonarum, ſeu ſuppoſitorum neceſſariò eſſe debet; ſuppoſito quod iuxta illam verus in Deo filius, & conſequenter verus pater ſit. Deinde illud pronomen *hic* demonſtrat perſonam, & non ipſum Patrem, quia non demonſtrabat ſeipſum, nec vt audiretur, ſe proponebat: ergo aliam filij perſonam deſignabat.

Alter locus habetur eiuſdem Sancti Matthæi capite vltimo, & Marci 16. vbi Chriſtus iubet Apoſtolos baptizare *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Quamuis enim aduerſarij ex hoc loco ſuum errorem confirmare conentur, nimirum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum vnam tantùm eſſe perſonam, quod Chriſtus non dixerit, baptizantes eos in nominibus, ſed in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; hoc tantùm ſignificat vnitatem perſonarum in natura; Trinitas verò earum realis apertiſſimè declaratur, cum tam expreſsè tria earumdem nomina propria per coniunctionem,

quæ

quę diuerſa copulat, hic omnium primò coniungantur. Quare per hanc baptizandi formulam refellitur Sabellius confundens perſonarum pluralitatem, & Arrius negans illarum in eadem numero natura vnitatem.

Ioannis cap. 1. dum dicitur, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, tali etiam modo loquendi, & ſimilibus eiuſdem S. Ioannis cap. 1. v. 18. *Deum nemo vidit vnquam: Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit*: & cap. 6. *Qui me miſit mecum eſt*; 16. *Pater mecum eſt*. & 17. v. 5. *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate, quam habui prius, quam mundus eſſet, apud te*, clarè ſignificatur realis diuinarum perſonarum inter ſe diſtinctio. Si enim Verbum eadem eſt perſona cum Patre à quo eſt, quomodo apud eum, in eo, & cum eo eſſe dicitur, nemo enim dicitur apud ſe, aut in ſe, aut ſecum eſſe; ſed potius conſuetudo loquendi hoc habet, vt alius apud alium eſſe dicatur: Eo igitur ipſo, quod Sacra Scriptura eodem prorſus modo, quo diſtinctio inter perſonas apud nos ſignificatur, eâdem in diuinis exprimere voluit, alias rueret tota ei us authoritas, & vſus, ſi non loqueretur in ſenſu proprio, & plano, & inter homines ſolito, præſertim in re tàm ardua, ſicuti eſt myſterium Trinitatis, neceſſario ponenda eſt intra ipſum Deum realis perſonarum diſtinctio, & non eadem ſolùm iuxta diuerſa officia, ſeu effectus connotatos, ſicut Sabellius dicebat eſſe Patrem vt Creatorem omnipotentem, filium vt incarnatum, Spiritum Sanctum, vt ſanctificantem. Eoque magis, quo in præfatis Scripturæ locis, & alijs ſimilibus, antecedenter ad omnia creata, & ad incarnationem dicitur, quod ille filius eſt apud Patrem, eſt cum Patre, eſt in ſinu Patris ab illo genitus, ſimiliter Spiritus Sanctus ab eo procedens, vt mox dicetur; non igitur illa diſtinctio, quam Scriptura ponit in diuinis, eſt ratione alicuius rei creatæ adiunctæ ipſi Deo, ſed ratione pluralitatis perſonarum æternaliter in eo exiſtentium.

Eiuſdem Sancti Ioannis cap. 5. per totum ferè Verbi diuini à Patre diſtinctio perſonalis ſignificatur, præcipuè autem ponderandus eſt verſus 17. *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor*. 19. *Non poteſt filius à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem*. & 32. Alius eſt, *qui teſtimonium perhibet de me*. Item cap. 8. verſu 18. *Ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de me ipſo; & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me, Pater*, & verſu 42. *Ego enim ex Deo proceſſi, & veni: neque enim à me ipſo veni, ſed ille me miſit*. Quot enim ſunt verba, tot videntur eſſe argumenta diſtinctionis perſonalis inter Patrem, & Filium, quia ſignificatur cum proceſſione vnius ex alio, nullus enim producit, aut mittit ſe; nec non cum terminis, quibus demonſtrantur perſonę, non formę, aut virtutes agendi, cum articulis videlicet demonſtratiuis, *Ego, & hic ille, alius*, & ſimilibus; eo enim ipſo, quod res illæ, quę in diuinis ponuntur diſtinctæ, ſunt capaces huiuſmodi articulorum, ſeu pronominum, quibus non demonſtrantur niſi perſonæ, & ſuppoſita, non partes, non accidentia, non officia; tales, inquam, res ſunt perſonæ. Deinde, quod ſe habet vt forma, & virtus ſeu principium, quo faciendi, non congruè dicitur, quod facit id, quod viderit perſonam facientem, cum ſit ipſa ratio, & forma agendi: ergo dum citato cap. 5. verſ. 19. ait Chriſtus de ſe, *Non poteſt filius à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem*; nequit nomine filij à Patre diſtincti accipi, id quod ſe habet vt virtus, aut potentia faciendi ſola ratione diſtincta à Patre, ſed neceſſario debet intelligi alia ab eo perſona. Sicut etiam cum ait idem Chriſtus cap. 8. verſ. 18. *Ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de me ipſo, & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me Pater*, Suam pariter ſignificauit perſonalem à Patre diſtinctionem; alioquin ineptè,

quod

quod blaſphemum eſt aſſerere, duxiſſet argumentum ex pluralitate perſonarũ inter homines ad firmandam veritatem teſtimonij, ex eo, quia plurium perſonarum eſt, præmiſſo illo Deuteronomij loco, *quia duorum hominum teſtimonium verum eſt*; Si quando intulit, ſuum, & Patris teſtimonium habendum eſſe quoque pro vero, quia plurium eſt, locutus non fuiſſet de pluralitate perſonarum, ſed officiorum, vel attributorũ eiuſdem perſonę, cum tota firmitas teſtimonij fundetur in eo, quod à pluribus feratur perſonis. Quare etiam in alijs locis, quibus hoc ipſum dicitur, vt Ioannis 15. de Spiritu Sancto, *Ille teſtimonium perhibiit de me*, & eiuſdem 1. epiſt. cap. 5. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus*, apertè ſignificatur diſtinctio perſonarum, quia teſtimonium, vt firmum ſit, exigit illarum pluralitatem; eaque particula *tres* in maſculino, non officia, aut proprietates, ſed perſonas deſignat, quæ proprijs ibi nominibus à S. Ioanne notantur.

Item cap. 10. eiuſdem, vbi Chriſtus de ſe, & Patre pluraliter loquitur dicens, *Ego & Pater vnum ſumus*, ſignificatur perſonalis eorumdem diſtinctio, vbi enim vnum eſt tãtùm ſuppoſitum, vnaque perſona diuerſa duntaxat gerens munera, talis loquendi modus in plurali vſurpari propriè non poteſt; nec quod ſolum eſt pars alicuius perſonæ v.g. manus, aut pes, vel aliqua virtus illi inhærens, v.g. intellectus, poſſunt vti pronomine *ego*, & dicere, ego, & illa perſona, cuius eſt pars, aut virtus, fecimus hoc, aut vnum ſumus; nam vt iam diximus huiuſmodi pronominibus non demonſtrantur niſi perſonæ, & ſuppoſita; vtique non debemus illis, aut eorum ſignificationibus ad libitum, ſed iuxta proprium, & communem loquendi, & vtendi modum.

Realis tandem, ac vera perſonarum in diuinis Trinitas, ſeu diſtinctio traditur eiuſdem S. Ioannis cap. 14. verſ. 16. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*; v. 26. *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia*; & cap. 15. verſ. 26. *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me*. Primum enim cum dicitur Spiritus Sanctus à Patre, & Filio mittendus, & procedens, ab eis perſonaliter diſtingui neceſſe eſt; nulli enim niſi perſonæ in diuinis mitti, ac procedere conuenit; vnum enim attributum nec procedit; nec mittitur ab alio, nec etiam à Deo, ſic enim diſtingueretur ab illo, & iam diuiſio fieret in natura. Si aduerſarij dicant non eſſe veram proceſſionem, nec miſſionem, vt non ſit vera diſtinctio perſonarum, cuius aliud fundamẽtum non eſt, quam vera illarum proceſſio, eſt facere Scripturam mendacem, tàm clarè oppoſitum docentem. Deinde per illa verba, *quem ego mittam vobis à Patre*, filij quoque habetur diſtinctio à Patre, quia ſignificat ſe à Patre per generationem accepiſſe virtutem mittendi, ſicut ſpirandi. Vbi etiam conſiderandum eſt, in his omnibus exprimendis, vſum fuiſſe terminis, ac ſignificandi modis, quibus ſolæ demonſtrantur perſonæ.

Et ſi igitur Scriptura, vbi diſtinctionem, & pluralitatem aliquam in Deo ponit, aſſirmando in eo dari alium, & alium, docendo non eſſe ſolum, ponẽdo aſſociationem vnius cum alio, proceſſionem, generationem, filiationem, numerum, ipſo perſonæ nomine non vtatur, nihilominus cum iſta diſtinctio eodem prorſus ſignificetur modo, quo diſtincti homines, vel Angeli nominãtur, quos diſtinctas eſſe perſonas nullus dubitat, licet Scriptura non exprimat ipſos nomine perſonæ, neceſſario quoque fatendum eſt, quod illæ tres res, quas Scriptura diſtinguit in Deo, ſint perſonæ, quamuis nomine iſto non exprimantur; minimeque illi adaptari poſſe, prǽſertim ſi ſumantur collectiuè omnia ſuperius adducta eius loca, quæ

ad

ad ea eludenda excogitarunt aduerſarij, præfatam nimirum diſtinctionem, quam ponit in Deo, vel eſſe ratione alicuius rei creatæ adiunctę; vel ratione diuerſorum attributorum, quæ licet ſola diſtinguantur ratione; explicantur tamen modo noſtro, ſicut ſi verè diſtinguerentur, quia diuerſos habent effectus; vel tandem ratione diuerſorum officiorum, ſeu munerum, pro quibus vnamet perſona diuerſas gerere poteſt perſonas; vt ſatis patet ex huc vſque dictis, nec non ex vnanimi veterum Patrum tàm Græcorum, quàm Latinorum conſenſu, qui præfata Scripturæ loca ſemper interpretati ſunt de vera, ac reali diuinarum perſonarum inter ſe diſtinctione, proque hęreticis habuerunt eos omnes, qui oppoſitum docuerunt.

Quorum primi fuere Cataphryges, authore Montano, ſic à regione, in qua verſabantur, ſcilicet Phrygia, denominati. Cum enim hi in duas ſectas eſſent diuiſi, & quidam Proclum, quidam verò Aeſchinem ſequerentur; qui ſecundum Aeſchinem dicti, hunc peculiarem errorem inuexerunt, quod Chriſtus ipſe ſit Filius, & Pater, has duas perſonas confundentes, vt inſinuat Tertullianus lib. de præſcriptionibus cap. 53. ibique aduertit Pamelius notatione 317. id apud neminem aliũ, quam apud Tertullianum reperiri; qui etiam eò forſan alludit lib. contra Praxeam, dum de ipſo ait cap. 1. *Iſte primus ex Aſia hoc genus peruerſitatis intulit Romanæ humo*; Phrygiam enim, vndè Cataphrygæ dicti, eſſe in Aſia, dubium non eſt. Inde igitur Praxeam ſuum errorem videtur hauſiſſe; quod tamen inter pręfatos hæreticos occultius lateret, eumque poſtea palam fecerit, & apertè Praxeas docuerit, ideo primus dicitur, qui circa Trinitatis myſterium, & perſonarum diſtinctionem in apertam hæreſim proruperit aſſerens, Patrem, & Filium non duas eſſe perſonas; ſed vnam, qui cum Deus omnipotens ſit, ipſemet in tempore natus, & paſſus, Chriſtus appellatur; contra hunc Tertullianus librum ſcripſit, in quo rectè de myſterio Trinitatis ſentit, quamuis iam Montani hæreſi infectus eſſet, & à Catholicis, quos ipſe Pſychicos vocat, declinaſſet; eumque cap. 1. affirmat Patripaſſianum fuiſſe; *Paracletum*, inquit, *fugauit, & Patrem crucifixit*; nec non Optatus Milleuitanus lib. 5. aduerſus Parmenianum, & S. Cyprianus epiſt. 73. ad Iubaianum, vbi poſitis primo loco Patripaſſianis, id de Praxea, eiuſque ſequacibus intellexiſſe notat Pamelius annotatione 1. in lib. Tertulliani aduerſus Praxeam, & ſuper prædictam Cypriani epiſtolam, n. 21.

Praxeam poſtea ſecutus eſt quidam Victorius, eodem Tertulliano teſte in fine libri de præſcript. Vtrumque Noëtus, & iſtum Sabellius, qui, quod hanc hæreſim celebriorem reddiderit, illi quoque nomen dedit. Et quamuis S. Epiphanius referat Sabellium in hoc à Noëto ſuo magiſtro diſſenſiſſe, quod non diceret Patrem eſſe paſſum; nihilominus Philaſtrius, & ex eo Auguſtinus lib. de hæreſibus, hæreſi 41. affirmant Sabellianos in eodem errore fuiſſe, indeque Patripaſſianos, quam Sabellianos crebrius nuncupatos. Nec aliter ab eo dici potuit, ijſque omnibus, qui vnam, & eamdem perſonam eſſe volunt Patrem, & Filium. Vnde, vt notauimus ſupra, ipſum Praxeam, qui hãc hęreſim prius euulgauit, Patripaſſianum fuiſſe Tertullianus aſſeruit. Eamdem Auguſtinus lib. de hæreſibus, hæreſi 70. tribuit Priſcillianiſtis in Hiſpania; noſtriſque temporibus renouauit Michael Seruetus, vt dictum ſupra.

Vt autem Catholicis nulla ſuppetit ratio naturalis, qua tam arcanum, tamque ineffabile myſterium probare, aut demonſtrare poſſint, ſed quod rationibus, & ſcientia non attingunt, credunt fide, captiuantes intellectum in Dei reuelantis obſequium; ita aduerſarij nihil contra illud afferre poſſunt, quod repugnet lumini naturali, eiuſque principijs; iamque tom. 1. lib. 2. ſect. 2. c. 2. oſtendi-

oſtendimus, quomodo rectè cohæreat cum illo, *quæcumque ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.*

Secundò dicimus per hoc myſteriū, minimè deſtrui alia, vt obijciunt aduerſarij; nimirum quod *duo contradictoria non poſſunt de eadem re ſimul verificari*, quatenus eadem prorſus res ſimpliciſſima admittit, quod ſimul ſit communicabilis, & incommunicabilis. Quod *per eamdem entitatem, qua aliquid conſtituitur, differt ab alijs*; nam Pater conſtituitur per eſſentiam diuinam, & tamen non differt realiter à filio per illam. Quod *vbi eſt ordo proceſſionis, & originis vnius ab alio, non poteſt eſſe ſimultas naturę*; quam tamen Catholici admittunt in diuinis perſonis procedentibus, & non in duratione ſolum. Tandem *quod nulla res producit ſuummet eſſe*, aut per proceſſionem illud communicat, vt contingit admiſſo Trinitatis myſterio, vbi Pater producendo filium, producit illudmet eſſe, quod habet.

Ad primum enim reſpondetur, illud principium naturale, quod duo contradictoria non poſſunt verificari de eadem re, manere prorſus illæſum in hoc myſterio, quia particula *de eadem re*, etiam in creatis intelligitur formaliſſimè in quantum *eadem res*. Vnde cum res illa, ſeu entitas, quæ eſt diuina eſſentia, quamuis ſit vna, plurium tamen rerum, ſeu generum perfectiones habeat, nequaquam ſecundum idem eſt communicabilis, & incommunicabilis, ratione enim naturæ dicitur communicabilis, ratione autem perſonæ, & relationis incommunicabilis, ideoque nulla contradictio eſt.

Ad ſecundum dicitur, illæſum quoque manere illud principium, Pater enim in ratione Patris non conſtituitur per eſſentiam diuinam, ſed per propriam perſonalitatem, qua differt à filio; vel quod idem eſt, Pater conſtituitur per eſſentiam diuinam, non ſub *conceptu* abſoluto, ſed relatiuo, & per eamdem ſub conceptu etiam relatiuo differt à filio. Diuina enim eſſentia propter ſuam infinitam eminentiam vtrumque genus complectitur, & abſolutum, & relatiuum; ratione primi conueniunt perſonę, ſub ſecundo autem opponuntur, & ſic diſtinguntur.

Ad tertium reſpondetur, illud principium intelligendum eſſe de origine, & proceſſione diuerſæ naturę, aut entitatis abſolutę, ab ea quæ eſt in ſuo principio. Quando autem id quod procedit, & principium à quo procedit ſolum ſunt diuerſa relatiua habentia eamdem prorſus naturam, illud principium non tenet, ſed poteſt inter illa duo dari ſimultas non ſolùm durationis, ſed & naturæ, cum ordine originis; eo quod relatiua, in quantum relatiua, ſunt ſimul natura, nec tantùm relatiua, quæ fundantur in vnitate, & conuenientia, ſicut ſimilitudo, & ęqualitas, ſed etiam quæ fundantur in origine, & actione, ſicut paternitas, & filiatio: hæc enim relatiua, etiam in creatis, in quantum talia, ſunt ſimul natura, & tamen fundantur in origine, quia filius procedit à Patre; ſique tales relationes eſſent perſonæ ſubſiſtentes, vna procederet ab alia, & tamen in ratione correlatiuorum eſſent ſimul natura.

Ad quartum denique reſpondetur, certiſſimum eſſe, quod nulla res producit ſuummet eſſe, nec tale principium infringi per hoc myſterium. Siquidem Pater non producit ſuum eſſe abſolutum, ſed communicat; neque etiam producit ſuum eſſe relatiuum, id eſt ſuam relationem paternitatis, ſed eſſe relatiuum, ſeu relationem filiationis; ideoque filius dicitur tantum Deus genitus in concreto ratione ſuppoſiti generati, eſſentia autem nequaquam dicitur genita, ſed ſolummodo communicata, quia tamen illi realiter identificantur omnes relationes, proptereaque impoſſibile ſit illam communicari, quin etiam dictæ relationes cum ea communicentur, inde per mutuam circuminſeſſionem vna perſona

dicitur eſſe in alia, non tamen illam de nominare formaliter; ſed materialiter tantum dici poteſt, eamdem rem, vel entitatem, quæ eſt filius, eſſe quoque Patrem, aut vice verſa. Cuius rei ſimilitudo aliqua perfecta in proceſſionibus creatis aſſignari non poteſt, quia in huius proceſſionis modo præcellit Deus omni creaturæ, & eſt proprijſſima diuinitatis in ratione diuini, omnes enim creaturarum proceſſiones fiunt per emiſſionem rei procedentis extra ſuum principium, ſaltem in entitatis diſtinctione; in diuina autem proceſſione non fit diuiſio à ſuo principio in natura; ſed plena, & omnimoda illius communicatio, & identitas; quod vt dicetur capite ſequenti, optimè cõtra Arrium nomine conſubſtantialitatis expreſſum eſt; dictuſque filius, genitus, non factus, conſubſtantialis Patri.

Tertiò iam oſtendimus ſupra ſect. 4. cap. 5. hanc realem perſonarum diuinarum diſtinctionem, nihil obſtare vnitati Dei, rationibuſque naturalibus illam probantibus, cumque ex ibi dictis, quæ Sacræ Scripturæ ab aduerſarijs admiſſæ Dei vnitatem, eædem in illo realem trium perſonarum diſtinctionẽ clarè nos doceant, neceſſario fatendum eſt iſta duo minimè inter ſe pugnare, aut incompoſſibilia eſſe.

Ex eadem noui teſtamenti ſcriptura nedum realis habetur diuinarum perſonarum diſtinctio, &, vt capitibus ſequentibus oſtendemus, earumdem in eſſentia vnitas, ſed hunc inſuper ordinem originis eſſe inter illas, vt Pater à nullo ſit, Filius ſit à ſolo Patre, Spiritus autem Sanctus ab vtroque. Patrem à nullo alio eſſe non indiget probatione, cum ſit prima perſona, atque adeo improducta. Filium eſſe à Patre, patet Ioannis 7. verſ. 29. *Ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.* & cap. 8. verſ. 42. *Ego enim ex Deo proceſſi, & veni:* Quamuis enim Origenes hæc verba ad Incarnationem referat, impugnetque eos, qui filij generationem æternam hoc verbo *proceſſi* ſignificari dicunt, ſi enim, inquit, filius Dei à Patre proceſſiſſet, & egreſſus eſſe diceretur, vt Deus eſt, tunc Pater priuaret ſe ſubſtantia illa, quam dedit filio, & rurſus corporeus, & diuiſibilis eſſet. Melius tamen Diuus Auguſtinus tract. 42. non ſolum hunc locum de Incarnatione, ac viſibili filij Dei in terras miſſione interpretatur, verum etiam de æterna generatione, qua vt Deus à Patre æternaliter procedit; & ſic vt vtrumque exprimeretur, vtroque vſus eſt vocabulo, *Ex Deo proceſſi, & veni,* quorum etiam primum Hilarius lib. 6. de Trinitate docet de æterna filij generatione eſſe intelligendum, & exponendum. Argumentis autem Origenis vnico verbo reſpondetur, proceſſiſſe Filium à Patre, non quod alia ſubſtantia, ſed quod alia ſit ab eo perſona: nec eſſe diuiſionem, aut diſtinctionem in ſubſtantia, ſeu natura, ſed in perſonis.

Similiter quod Spiritus Sanctus à Patre procedat eſt certum; id enim ita diſertis verbis aſſeruit Chriſtus Ioann. 15. verſ. 26. *Mittam vobis Spiritum veritatis, qui à Patre procedit,* vt nullus ſit ambigendi locus; ſuperiori verò ſectione oſtendimus contra Græcos, eumdem à filio quoque procedere. Tantum ergo ſufficiat de præſenti controuerſia aduerſus nouos Sabellianos, de qua agunt Theologi cum Diuo Thoma 1. p. q. 29.

†

CAPVT IV.

Statuitur contra nouos Arrianos, authore Valentino Gentili, vera filij Diuinitas, ſiue eius cum Patre in vna, & eadem numero natura vnitas.

QVæ Concilia ſuperiori capite adducta realem trium diuinarum perſonarum inter ſe diſtinctionem, eadem definierunt perfectam filij cum Patre vnitatem, præcipuè autem Nicænum Generale I. vt dicetur infra. Cum autem innumera ſint noui teſtamenti loca, vndè hanc Eccleſia Catholica fidem deſumpſit, claritatis gratia à nonnullis ad certas reducuntur claſſes; vt ſub *prima* contineantur ea, quibus filio, ipſa propria appellatione veri Dei, non minus quam Patri diuina tribuitur natura; & ita quidem, vt tali modo nulli vnquam creaturæ diuina nomina accommodari poſſint. Sub *ſecunda* ea, vbi ſcriptura ipſa tanquam ſui interpres declarat in vno loco, ſe loqui in alio, de filio aliqua, quæ ſine vlla controuerſia de vero Deo intelligenda ſunt. Sub *tertia*, quę diuinæ naturæ proprietates filio æque, ac Patri tribuunt. Sub *quarta*, quæ illi adſcribunt omnes operationes ſolius Dei proprias. Sub *quinta* ea, quibus Patri æqualis & conſubſtantialis aſſeritur. Sub *ſexta*, quę illum vocant verè, ac propriè Vnigenitum Dei Patris. Sub *ſeptima*, quæ eam eſſe Chriſti maieſtatem ſignificant, vt illi non minus quam Aeterno Patri diuinus cultus adhibendus ſit, in eum credendo, in illum ſperando, illum ſuper omnia diligendo, ei obediendo propoſita nobis æternæ vitæ corona, & mercede, eius iram timendo, in illo gloriando, illi tanquam primo beneficiorum authori gratias rependēdo, eum adorando, per eius nomen iurando, & tandem quod in eius nomine; & illius authoritate Chriſtianæ Religionis ſacris initiemur. Quæ omnes ſunt principales cultus diuini partes vni, ac ſoli Deo conuenientes, nullique alteri debitæ, aut reddendæ abſolutè, ſi quidem ipſe Deus Iſrael per Iſaiam clamat, *Gloriam meam alteri non dabo*; Igitur ſi Chriſto tribuuntur, ipſe eſt etiā cum Patre verus Deus Iſrael. Denique ſub *octaua* claſſe cōprehenduntur ea teſtimonia, in quibus ſignificatur Chriſtū purū hominem, aut puram creaturā non eſſe; & commemoratis omnibus præcipuis Dei creaturis, vt cœlis, elementis, hominibus, Angelis, nuſquam tamen in numero earum reponitur Verbum, ſed cum Patre numerari ſolet; vel certè per ſeipſum commemoratur tanquam exiſtens, & ſubſiſtens extra omnem creatum ordinem. Quod ipſum eſt, diuinam naturam non ſolùm per affirmationem, vt in præfatis omnibus teſtimoniorum generibus, ſed etiam per negationem quandam ei tribuere: *Omnis enim ſubſtantia, quæ creatura non eſt, Deus eſt*, inquit veriſſimè Diuus Auguſtinus lib. 1. de Trinitate cap. 6. Cum, inquam, ad has octo, vel ſimiles claſſes, ſeu argumentorum ſedes, vnde filij probetur Diuinitas, redigi poſſint omnia Scripturæ loca; nos tamen ea adducemus, & explicabimus illo, quo in noui teſtamenti libris legatur, ordine; quæque ſolum ſunt magis clara ad refellendam Arrianorum hęreſim, qui eo ipſo quod admittant Chriſtum eſſe ſecundam Trinitatis perſonam, ſeu Verbum in eo carnem fuiſſe factum, omnia illa Scripturæ teſtimonia, quæ docent Chriſtum, ſeu filium hominis, eſſe verum Deum, demonſtrant quoque aduerſus illos, ſecundam Trinitatis perſonam eſſe verum Deum. Etſi enim, qui negauere Chriſti diuinitatem, vel quod idem eſt, eum eſſe ſecundam Trinitatis perſonam, vt Ebion, & Cherinthus, quos poſtea ſecuti ſunt Paulus Samoſatenus, Photinus, & alij, non propterea negare debuerint hoc myſterium Trinitatis, id eſt tres veras perſonas in vna diuinitate, neque hoc admiſſo, indè præciſè conuinci, quod Chriſtus ſit Deus, nam poterant affirmare,

mare, quod in Deo tres dentur perſonæ, negare autem quod vlla illarum fuerit incarnata, & ita quidem myſterium Incarnationis deſtruere, aſserendo Chriſtum eſſe perſonam ſolùm creatam, nón autem Trinitatis; nihilominus ſemel ab Arrianis conceſso, quod Chriſtus Dominus ſit ſecunda Sacræ Triadis perſona, quatenus in ipſo noſtram aſsumpſit carnem, certè quæ loca Scripturæ docent Chriſtu m eſse verum Deum ratione talis vnionis, illa eadem directè demonſtrant contra Arrianos, ſecundam quoque Trinitatis perſonam eſse verum Deum, ac vice verſa.

Secundam ergò Perſonam SS. Trinitatis, filiũ videlicet, eſse verum Deũ Patri conſubſtantialẽ probat primò prǽclara illa Petri confeſſio Matth. 16. & Ioannis cap. 6. verſ. 69. *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*; in qua Filium Dei vocat natura, non adoptione. Adoptione enim omnes confitebantur Chriſtum eſse filium Dei, quandoquidem Virum iuſtũ, & Prophetam putabant. Certiſſimum autem argumentum eſt, quod Petrus Chriſtum Filium Dei viui appellans, Ioanni, Eliæ, Ieremiæ, & Prophetis opponat, quos certum eſt, filios Dei fuiſſe gratia adoptionis, Chriſtum ergo nõ adoptione, ſed natura filium Dei confitetur. Quod etiam probat ipſa confeſſionis Petri præ alijs commendatio facta à Chriſto Domino; ſi enim Petrus ſolùm filium Dei adoptiuum Chriſtum appellaſset, confeſſio eius cæteris præferri non debuiſset, nam qui ipſum putabant eſse vnum ex Prophetis, certè filium Dei adoptiuum etiam confitebantur. Itaque rectè SS. PP. ex hoc loco Chriſti diuinitatem probauerunt, vt Hilarius in comment. & lib. 6. De Trinit. Athanaſ. ſerm. 3. contra Arrianos, alijque plures. Quod autem ibi Chriſtus contemptiſsimo vocabulo ſe filium hominis appellarit, data opera id fecit, vt Diſcipulorum fidem exploraret, occaſionemque præberet illis, quod ſentiebant, etiam ſi nihil de ipſo ſupra hominem ſentirent, liberè dicendi, & aperiendi.

Hanc tandem Chriſti diuinitatem, & cum Patre æqualitatem, probant verba Angeli dicentis Luc. 1. c. 10. de Ioanne; *& multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum, & ipſe præcedet ante illum*. Ergo re vera teſtimonio Angeli, S. Ioannes Baptiſta conuerſurus erat filios Iſrael ad verum Dominum, ac Deum Iſrael; ſed Ioannes conuertit ad Chriſtum, digito eum populis, quos baptizabat, demonſtrando, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt, qui poſt me venit, cuius ego non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius*, Ioannis 1. Marci 1. Matth. 3. act. Apoſt. 13. Igitur Angelico teſtimonio Chriſtus eſt verus, ac Summus Deus. Quod etiam irrefragabiliter probat relatiuu m [*Illum*] relatum ad antecedens [*Dominum Deum ipſorum*] ſi enim Ioannes Prǽcurſor fuit, & præceſſit ante Chriſtum, Chriſtus autem eſt Dominus Deus filiorum Iſrael. Chriſtus igitur verus, & ſempiternus eſt Deus; filij enim Iſrael verum Deum colebãt, & credebant. Meſſiam autem, & Chriſtum vocat Angelus Dominum Deum Iſrael, *tùm* quia de Iudæorum ſemine carnem humanam accipere voluit; *tùm* quia illi ante aduentum ipſius in eum ſperabant, & credebant, *tum* etiam quia veri Dei cultus, & religio apud ſolos Iudęos tunc vigebat, mundo ferè vniuerſo erroribus, & idolatrijs obſcurato Pſal. 75. *Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius*. *Tum* denique propter ſpecialem prouidentiam & curam, quam Deus ſemper habuit de illo populo. Iuxta illud Pſal. 94. *Ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.*

Inſuper Ioannis cap. 1. dicitur, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Ex quibus verbis tam apertè diuinitas, & æqualitas filij cum Deo Patre probatur, vt ſolerent multi antiquitus illa ſuſpenſa de collo ferre, non tanquam amule-

amuletum ex ſuperſtitione aliqua, ſed præcipuè tanquam ſymbolum fidei, vt ſe Catholicos, non Arrianos eſse profiterentur. Quemadmodum ſi quæ roſaria vocamus, quibus precari Beatam Virginem ſolemus, loco torquis gereret quis ad collum, vt oſtenderet ſe nō hæreticum, ſed Catholicum eſse. *Verſabatur* enim olim in his primis Euangelij Ioannis verbis omnis ferè inter Catholicos, & Arrianos controuerſia: quaſi arcem hoc loco Catholicis conſtituentibus, eius fidei, quam habebant Auguſtiſſimi SS. Trinitatis myſterij. Accedendo ergò ad ſingulorum verborum explicationem, certum eſt nomine Verbi filium Dei hoc loco intelligi debere, adeo vt ne Arriani quidem, quamuis in torquendis ſcripturis audaces negauerint. Cur autem filius Verbum vocetur, ſitque nomen proprium ipſius, patet ex hoc, quod procedat per intellectum: ſolum notandum eſt hic occaſione nominis Græci λόγος, quo vſus eſt Ioannes, quod & rationem, & definitionem, & ſermonem, & Verbum ſignificat, aliquos vertiſse pro Verbo ſermonem, non incongruè profectò, cum multi veteres, & graues authores ſæpe filium Dei ſermonem appelleat. Melius tamen Verbum, quàm ſermonem latinè verti, non ſolum venerabilis noſtri interpretis authoritas, ſed etiam ratio perſuadet. Nam ſiue filius λόγος appelletur, quia notitia Patris eſt, non ſolemus cōceptum mentis ſermonem, ſed Verbum nominare: ſiue quia interpres eſt Patris, eius ad nos mandata deferens, nemo eſt qui interpretem, & mandatum, non Verbum potius, quam ſermonem dixerit. Et ſi filij naturam, & vtriuſque nominis ſermonis, & Verbi proprietatem ſpectemus, reperiemus, ſermonem, orationem totam multis conſtantem verbis, verbum autem dictionem vnam, ac ſimplicem ſignificare, cum ergo filius æternus vna ſimplicique natura ſua, quidquid eſt in Patre, declaret, melius verbum quam ſermo dicitur. Rurſus cur S. Ioannes verbum potius quam filium appellarit, multæ redduntur rationes à Sacris interpretibus, communis eſt, ne ſi vocaſset filium, aliquid fortè carnale, aut patibile lector cogitaret, quod poſtea accidit Arrianis non valentibus filium intelligere, ſine fœmina.

Coniungendo ergò dictionem illam *Verbum* cum alijs duabus, *in principio erat*, maximè ſi *in principio* idem ſit ac ante omnia ſecundum Auguſtinum, aut in primordio mundi, & omnium rerum creatarum, oſtenditur primò æternitas Verbi; Ex eo enim, quod in hoc principio erat Verbum, rectè infertur, nunquam incepiſſe eius durationem, & eſſe. Si enim incepiſſet, ergo eſſe ipſius non præceſsiſſet principium durationis, & omnium rerum creatarum, quod tamen verbum *erat* ſignificat. Præteritum enim perfectum ita ſignificat tempus præteritum, vt non ſignificet rem, quæ dicitur fuiſſe, adhuc permanere in illa duratione, de qua eſt ſermo. At præteritum imperfectum ſic ſignificat tempus præteritum, vt & ſimul conſignificet rei perſeuerantiam, ac firmitatem in eſſe. Proindè dum dicitur, Verbum erat in principio, ſignificatur Verbum præceſsiſſe principium illud, & tamen cum ipſo principio perſeueraſſe, quod eſt, eſſe æternū. Si autem *in principio*, idem ſit ac in Patre, vt interpretantur plures Sancti Patres, tunc æternitas Verbi ſignificatur ſolo Verbo *erat*, vt ait Cyrill. lib. 1. Ioan. cap. 1. hoc modo ſcribens: *Principij autem vocabulo commodiſsimè verbum, erat, connectit: ne ſolum decorus, verum etiam æternus, & ante ſæcula filius intelligatur; In profundiſsimam enim, & incomprehenſibilem generationem, quæ cuncta ſuperat tempora, erat iſtud, cogitantis ſententiam adducit. Erat enim per ſe indeterminatè prolatum, nullis vnquam terminis circumſcribetur, cum natum ſit ſcrutantem ſemper intellectum precedere: adeò vt quocumque arbitreris quaſi ad vltimum exitum, & quietem ipſum erat, iam perue-*

perueniſſe, indè ſuperioris curſus initium ſtatim factum eſſe videatur. Rectè igitur Concilium Nicænum, Arianos dicentes, fuiſſe aliquando tempus, quando filius Dei non erat, ex hoc loco damnauit, ſcitèque Ambroſius lib. 1. de fide ad Grat. c. 5. argumentatur: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Erat, inquit apud Deum. Erat, erat, erat, erat, ecce quater erat, vbi impius inuenit quod non erat.*

Particulis autem, *& Verbum erat apud Deum*, ſuperiori capite diximus, inſinuari contra Sabellianos diſtinctionem filij à Patre, ibi enim nomen Deus ſupponit pro Patre, & in eodem ſenſu dicit Ioannes Verbum eſſe apud Deum, quo infra dicit verſ. 18. eſſe *in ſinu Patris*. Cur autem Euangeliſta hic Dei nomine potius, quàm Patris vſus fuerit, rationes ſunt in promptu; Primùm quia non dixerat, in principio erat filius, ſed, in principio erat Verbum. Si filium nominaſſet, conſentaneum fuiſſet, vt diceret. & filius erat apud Patrem, quod ea duo nomina ſua relatione benè hæreant. Cum autem verbum appellaſſet, magis fuit cōſentaneum, vt *apud Deum*, quam apud Patrem fuiſſe diceret, quia magis vſitatè verbum Dei, quàm verbū Patris dicitur. Secundò quia ſtatim dicturus erat, *& Deus erat Verbum*, ſumpto initio ab vltima dictione præcedentis membri, quod in tota hac oratione præſtiterat, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Hæc autem orationis gratia perijſſet, ſi dixiſſet & verbum erat apud Patrem, nec enim à Patre poterat alterum membrum incipere; ſubſumendo, & Pater erat Verbum, quia Verbum non eſt Pater.

Tandem vltimis particulis, *& Deus erat verbum*, clarè, & manifeſtè conſubſtantialitas filij cum Patre conuincitur pro ijs, qui vnum Deum conficentur. Cum ergò Euangeliſta prima parte ęternitatem Verbi, ſecunda perſonalem eius à Patre diſtinctionem ſignificauerit; hac tertia parte neceſſariò identitatem naturæ ipſius cum Patre ſignificauit, ne ex ſecunda parte à Deo Patre diſtinctum intelligeretur Verbum, quaſi & natura illi ſit diuerſum, & Deus eſſe non crederetur, cum vnus ſit Deus, & Verbum apud Deum fuiſſe, dictum ſit. Verborum autem conſtructio ita ordinanda eſt, vt *Verbum* ſit ſubiectum, *Deus* attributum, atque orationis ſenſus; & verbum illud, quod dixi, erat Deus, quemadmodum Hilarius cap. 7. de Trin. & Baſilius homilia in hæc verba interpretantur, poſtulatque ipſa per ſe ſententia. Non enim de Deo, ſed de Verbo, an ante mundum fuiſſet, vbi fuiſſet, quid fuiſſet, agebatur. Cur autem S. Ioannes non dixerit, Verbum erat Deus, quod fuiſſet clarius? reddunt rationem Interpretes, quod ſoleant Hebræi ea figura delectari, qua finis pręcedentis membri initium ſequentis eſt, vt patet ex nullis Sacræ Scripturæ locis, Geneſ. cap. 1. ver. 1. & alibi. Idem Ioannes voluit hoc loco, & infra verſ. 4. quod non feciſſet, ſi dixiſſet Verbum erat Deus. Cœterum quantum ſpectat ad ſenſum, nullum diſcrimen eſt. Nam ſiue dicatur, Verbum erat Deus, ſiue Deus erat Verbum, neceſſariò ſequitur contra Arrianos, filium Dei, qui verbum appellatur, verè Deum eſſe; eſtque illuſtriſsima ſententia, quæ nullis corrumpi cauillis, nullis obſcurari poſſit tenebris; quamuis id pluribus modis tentauerint Arriani, alijque Hæretici, quorum peruerſas interpretationes commodius afferemus in fine huius capitis agendo de erroribus circa Trinitatis myſterium exiſtentibus, eorumque origine. Verba tantùm Ambroſij proponam circa has tres veritates ſuperius explicatas, qui lib. 1. de Fide cap. 5. ſic ait: *Omnes hæreſes hoc capitulo breui piſcator noſter excluſit. Quod enim, erat in principio, non includitur tempore, non præuenitur principio, ergo Arrius conticeſcat. Quod erat apud Deum, non commiſtione confunditur, ſed manentis Verbi apud*

apud Patrem, ſolida perfectione diſtinguitur, vt Sabellius obmuteſcat. Et Deus erat Verbum, non ergò in prolatione ſermonis, hoc, Verbum eſt, ſed in illa cæleſtis deſignatione virtutis, vt confutetur Photinus. Hæc Ambroſius.

Non ſolùm autem in verbis iam allatis, ſed etiam in toto Euangelij S. Ioannis decurſu, ita apertè filij diuinitas inſinuatur, vt nulla ſit catholica veritas circa filium, quæ indè abundè confirmari non poſſit, ſicut per oppoſitum nulla de eo hæreſis nata, aut naſcitura, quæ efficaciter non confutetur. Nam hoc eodem cap. 1. verſ. 3. dicit omnia per ipſum facta eſſe, vndè omnipotentia. verſ. 14. eiuſdem cap. 1. & cap. 3. v. 16. vocat illum Vnigenitum, vnde filiatio eius naturalis, filius enim Dei Vnigenitus, non poteſt non eſſe, vt diſputat Cyrillus, filius naturalis; ſi enim ſolùm eſſet filius adoptiuus, vt volunt Arriani, iam non Vnigenitus diceretur, cum multi alij ſint adoptiui; neque quidquam pro nobis Deus feciſſet magni, ſi creaturam nobis aliquam dediſſet, cum igitur Ioannes loco citato cõmendet amorem Dei erga genus humanum dicendo, *ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum Vnigenitum daret*, loquitur proculdubio de filio eius naturali, qui aſſumpta carne in plenitudine temporis datus eſt nobis, natus eſt nobis. Præterea nomen Verbi quo ſolus inter Euangeliſtas vtitur Ioannes, & adhuc non paſſim, ſed quinque ſolùm, locis, hoc exordio, & poſt cum dicit, *Verbum caro factum eſt*, prima epiſtol. cap. 1. v. 1. & cap. 5. ver. 7. & in Apocalipſi cap. 19. v. 13. hoc, inquam, nomine Verbi ſignificatur manifeſtè ſpiritualitas, & immaterialitas æternæ generationis, qua Filius in diuinis à Patre procedit. Animaduertendum eſt etiam poſtquam dixit Ioannes, *Verbum caro factum eſt*, nuſquam præterea toto, quàm magnum eſt, Euangelio, Verbum nominaſſe, vt ſic Verbum à carne, id eſt Deum ab homine, creatorem à creatura diſtingueret. Vocatur enim filius *Verbum*, non quia homo, ſed quia Deus eſt, & Deus quidem filius, cuius officium eſt, quaſi legatum eſſe Patris, pro eo mitti, pro eo loqui, pro eo Eccleſiam rempublicam ſuã gubernare. Quod etiam rectè non Verbum Dei, ſed abſolutè *Verbum* Euangeliſta vocauit, vt obſeruauit Theodorus Mopſueſtenſis in Græca citatus catena; ex hoc quod ſolet Scriptura, Verbum Dei præceptum appellare, & illud verbum, quod ad Prophetas ſæpe factum eſſe dicitur, vnde ne quis putaret filium Dei eſſe eiuſmodi Verbum, non Verbũ Dei, ſed *Verbum* ſimpliciter ab Euangeliſta vocatum eſt. Adnotarunt etiam Chriſoſtomus homil. 3. & Theophilactus, Euangeliſtã non ſimpliciter λόγον *Verbum*, ſed cum articulo τον λόγον *Verbum* illud dixiſſe, vt oſtenderet ſe non de quouis, ſed de illo ſubſtantiali, atque diuino Verbo loqui.

Inſuper Catholicam de Diuinitate Filij, & æqualitate eius cum Patre ſententiam manifeſtè probant verba Ioannis cap. 5. quibus refertur Iudęos quęſiuiſſe Chriſtum interficere, quod ſe Filium Dei, id eſt, Deo æqualem faceret. Intellexerunt enim Iudæi quamuis hebetes & carnales, Chriſtum ſe alio ſenſu, quam alij Sancti homines vocari ſolent, filium Dei appellauiſse, nempè verum, legitimum, natura genitum, non adoptionis factum beneficio. Vndè rectè Auguſt. tract. 17. in Ioannẽ dicit irridendo, interfectores Chriſti intellexiſſe, Arrianos autem nullatenus. Si autem in Iudęis, Chriſtum verum eſſe Deum intelligentibus, error opinionis fuiſſet, aut eorum calumnia, & non veritas, nequaquam certè Chriſtus talia tuliſset, ſed aut errorem correxiſſet, nõ paſſus eos in re tanta falli, aut calumniam, ſicut alias etiam, quas ipſi falsò obiecerant, refutaſſet, id autem nuſquã præſtitit, quin potius ſeipſum iterum aſſeruit Filium Dei, & eadem ſe omnino facere, quæ facit Pater. Dices cum Tranſyluanis Arrianis ſufficienter Chriſtum ſe excuſaſſe apud Iudæos Ioann.

cap. 10.

cap. 10. illo teſtimonio Scripturæ pſal. 81. *Ego dixi Dij eſtis*, quaſi diceret, ſi illi, ad quos Dei ſermo factus eſt, dicuntur Dei, cur non dicetur Filius Dei ille, quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum? ex quo ſolum ſequi videtur Chriſtum ſe filium Dei nominaſſe, eo modo quo Prophetæ, & iuſti filij Dei dicuntur. Verùm vt optimè notauit Hilarius 7. de Trinitate, Chriſtus hoc modo potius contrariò argumentatur, ſi iuſti, & Prophetæ filij Dei vocari poſſunt, quantò magis ille quem Pater peculiari modo in vnitate perſonæ diuinæ ſanctificauit. Secundò poſſumus etiam dicere, Chriſtum primò reſpondiſſe Iudæis, & eorum calumniam reieciſſe hoc modo; fruſtra dicitis me blaſphemaſſe, nominando me Filium Dei, ſi plures alij ad quos ſermo Dei factus eſt, etiam Dij vocantur. Deinde reiecta calumnia, oſtendiſse ex operibus, ſe eſſe verum Deum cum Patre æqualem, ſequentibus verbis: *Si non facio opera Patris mei nolite mihi credere; & vt cognoſcatis quia ego in Patre, & Pater in me eſt*, &c. cuius ſignum eſt manifeſtum, quod ſtatim de Iudæis addit Euangeliſta, *quærebant ergo eum apprehendere*, quem ſcilicet antea lapidare volebant, certè ob eamdẽ cauſam; nam ſi illis Chriſtus dixiſſet ſe non eſſe Deo ęqualem, & vnum cum illo, ſed ſolum filium adoptione, inſtar aliorum Prophetarum, certè odium depoſuiſsent, aut voluntatem ipſum lapidandi, & occidendi reuocaſſent, nec Ioannis 19. Pilato aſſeueranter dixiſſent, *Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.*

Idem colligitur ex cap. 6. verſ. 41. *Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſset, Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*: non enim tam murmurabant, vt apparet, quod ſe panem appellaſſet, quam quod ſe de cœlo dixiſſet deſcendiſse, hominem, cuius Patrem, vt ipſi dicunt, matremque, fratres, & ſorores cognoſcerent. Intelligebãt enim Chriſtum, cùm ſe de cœlo deſcendiſſe dixit, ſignificaſſe, ſe verum filium Dei eſſe, qui non è terra, ſed è cœlo originem habuiſſet; propterea dubitãt, quomodo de cœlo deſcenderit, cum patrem, ac matrem in terris habeat, ex vulgari enim opinione putabatur filius Ioſeph Luc. 3. v. 23. vndè rectè Ammonius, *propter matrem eius carnalem, non exiſtimabant fieri poſſe, vt ipſe è cælo deſcendiſſet, aut quod exteriùs apparet conſiderantes, & in naturam ipſius diuinam, quæ ſenſum oculorum fugit, mentem non figentes ſcandalizabantur.*

Ioannis cap. 7. v. 29. illis verbis, *Ab ipſo ſum, & ipſe me miſit*, vtraque Chriſti natura, & origo æterna aperitur. Ab ipſo ſum vt Deus, & Dei filius: & ipſe me miſit; quia homo factus ſum ab eo miſſus. Quamuis enim ſint, qui idem eſſe putent *ab ipſo ſum*, & *ipſe me miſit*. Melius tamen Auguſtinus, & alij à Deo eſſe interpretantur, ex Deo natum eſſe; miſſum autem à Deo, factum eſſe hominem; itaque primum membrum de diuina, ſecundum de humana natura intelligendum. *Magnificè*, inquit Auguſtinus tract. 31. in Ioannem, *vtrumque monſtrauit: ab ipſo, inquit, ſum, quia filius de Patre, & quidquid eſt filius de illo eſt, cuius eſt filius. Ideò Dominum Ieſum dicimus Deum de Deo: Patrem non dicimus Deum de Deo, ſed tantùm Deum. Et dicimus Dominum Ieſum lumen de lumine: Patrem non dicimus lumen de lumine, ſed tantùm lumen. Ad hoc ergo pertinet, quod dixit ab ipſo ſum. Quod autem videtis me in carne, ipſe me miſit. Vbi audis, ipſe me miſit, noli intelligere naturæ diſsimilitudinem, ſed generantis authoritatem.* . . . .

Ioannis cap. 8. v. 58. dicente Ieſu Iudæis, *Amen, Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego ſum*, clarè diuinitas eius, & æternitas oſtenditur, quando enim dicit, *Antequam Abraham fieret ego ſum*; non tantùm docere voluit ſe antiquiorem eſſe quam Abraham, ſed nullum prorſus initium habuiſſe. Quia ſi habuiſſet, habuiſset vtique vt homo, ſi vt homo longè poſt Abraham, cum non ſolum nondum annos natus eſſet quinqua-

quinquaginta, vt obijciebant ei Iudæi, ſed ne trigeſimum quartum annum adhuc compleſſet. Quare idem fuit dicere, ſe fuiſſe ante Abraham, & nunquā eſſe cœpiſſe, ſeu ante omnia ſæcula extitiſſe. Cur autem Chriſtus non yſus fuerit hoc poſteriori modo loquendi, cum illo clarius ęternitatem ſuam, atque adeò Diuinitatem aſſeruiſſet; id ab ipſo factum eſt, quia de Abraham quæſtio erat, an eum videre potuiſſet, itaque ſatis habuit dicere, *Antequam Abraham fieret ego ſum.* Non dicit factus ſum, ſed *ego ſum,* quod omnes ferè authores adnotarunt, vt oſtenderet Iudęis ſe eum eſſe, qui olim dixerat Moyſi exod. 3. *Ego ſum qui ſum.* Verbum enim hoc *ſum*, maximè Deo proprium eſt, vt docent Theologi 1. par. q. 11. *Tùm* propter amplitudinem ſignificationis, Deus enim omnem entis rationem, & perfectionem eminenter in ſe præcontinet, creaturæ autem determinatas ſolùm perfectiones habent, & ideo ſunt homo, leo, animal, viuens, corpus, aut quid aliud, at abſolutè & vniuerſaliter non dicuntur, ſunt, quia maxima pars ipſius eſſe non eſt in eis, Deus ſolus eſt, qui abſolutè eſt. *Tùm* propter ſimplicitatem, omnis enim creatura compoſitionem habet, at Deus ſimpliciſſima eſt natura, ſimpliciſſimumque eſſe, verbum autem hoc ſubſtantiuum, eſt ſimplex, cœtera verba compoſita, & reſolubilia. Si enim dicas, ille amat, ſi reſolues, cōpoſitionem inuenies, nempè, ille eſt amans. *Tùm* demum propter æternitatem: quæ inuariabilis eſt: quod fuit enim: non eſt: quod erit: nondum eſt: at quod eſt: non habet mutationem: & dum præſens eſt: inuariabile eſt: ſic Deus non mutatur, ſemperque eſt, his de cauſis Deo proprium eſt dicere: *ego ſum*: dicente ergò hoc de ſe ipſo Chriſto, rectè D. Auguſt. tract. 43. in Ioannem, & Tertull. libro de Trinit. aut quiſquis eſt eius author, Diuinitatem eius ex hoc loco probant. Quam etiam Iudæi intellęxerunt, ſed non crediderunt, quin putantes eum blaſphemare, qui ſe apertè Deum eſſe diceret, lapidare voluerunt. Erat enim lex Leuit. 24. v. 16. *Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimat eum omnis multitudo populi.* Nulla autem blaſphemia maior eſſe poterat, quam ſi quis homo, qui Deus non eſſet, ſibi diuinitatem attribueret. Iudæi ergò exiſtimantes, Chriſtum purum eſſe hominē, videnteſque Deum ſe profitentem, tanquam blaſphemum lapidare voluerunt. Niſi Dominus, qui iam verbis ſuā apertè ſignificauerat diuinitatem, eamdem reipſa oſtendiſſet, reddendo ſe inuiſibilem, interim dum per medios hoſtes ſuos incedens de templo egrederetur.

Ioannis cap. 9. v. 36. Cœcus natus reſtituto ſibi prius corporali viſu, interrogatus à Chriſto, *Tu credis in Filium Dei? reſpondit ille, & dixit: qui eſt Domine, vt credam in eum? Et dixit ei Ieſus: & vidiſti eum, & qui loquitur tecū ipſe eſt. At ille ait credo Domine. Et procidens adorauit eum.* Sic non ſolùm verbis, ſed etiam factis oſtendendo, ſe verè credere Chriſtum filium eſſe Dei, verumque, & ipſum Deum. Non enim vt Prophetam, non vt virum ſanctum, non vt hominem de ſe benè meritum, vrbanitatis cauſa, ſed vt verum adorat Deum. Sciebat enim ante & Prophetam, & virum ſanctum, & benè meritum eſse, vt patet ex confeſſione eius facta coram Phariſ. verſ. 17. 31. & 33. eiuſdem cap. 9. & tamen non adorauerat. Igitur quod modo illum adoret, tribuendum eſt fidei ipſius qua illum filium Dei naturalem credebat. *Vis videre*, inquit Auguſt. tract. 44. in Ioann. *qualem credat? & procidens adorauit eū.* Hic itaque locus ſignandus erat aduerſus Arrianos. Quo etiam vtuntur Theologi ad refellendum errorem Neſtorij, eo enim ipſo quod Dominus dicit, *qui loquitur tecum, ipſe eſt*, ſcilicet, *filius Dei*, manifeſtè oſtenditur, vnum eumdemque eſſe in perſona filium hominis, qui vtique loquebatur, ac videbatur, & Filium Dei.

Ioannis 10. v. 30. *Ego & Pater vnum ſumus.*

ſumus. Quibus verbis non ſolùm Sabellij, vt ſuperiori capite notatum fuit, ſed etiam Arrij hæreſis apertiſsimè cōuincitur. Nam per verbum, *ſumus*, perſonarum pluralitas ſignificatur, per *vnum* verò, vnitas naturæ. Non enim accipi poteſt illud *vnum ſumus*, dictum de vnitate, aut concordia voluntatis, quemadmodum voluerunt Arriani, vt hoc teſtimonium, quo contra eos nullū eſt efficacius, Catholicorum manibus eriperent. Hanc Arrianorum reſponſionem refert, & refellit doctè, & efficaciter Auguſt. lib. 2. contra Maximin. cap. 12. & lib. 3. cap. 22. vbi perpetua Scripturæ obſeruatione docet, omnia, quæ vnum eſſe dicuntur, eiuſdem naturæ eſſe, nec exemplum vllum contrarium in ſacris litteris reperiri. Verùm his omiſſis contextus ipſe falſam hanc refellit interpretationem, vt rectè annotat Baſil. lib. 1. contra Eunomium; volebat enim probare Chriſtus, neminem poſſe de manu ſua oues ſuas eripere: quia ipſe ait, *ego & Pater vnum ſumus*, quaſi ſic virtualiter argumentando, *ego & Pater vnum ſumus*, nemo poteſt eas rapere de manu Patris, ergo nemo etiam poteſt rapere de manu mea. Vel alio modo, nemo poteſt de manu Patris rapere, cum Deus ſit: igitur nec de mea manu poterit, quia ego & Pater vnum ſumus, vnius eſſentiæ, & poteſtatis: ſi igitur nemo de manu Patris rapere poteſt, nec de mea poterit. Vt ergo argumentum, & ſententia Chriſti Domini ſit efficax ad oſtendendum id, ad quod probandum pronunciata eſt, debet intelligi de vnitate naturæ, ac potentiæ, non autem ſolùm de concordia, aut conſenſu voluntatis. Nam quod quidam reſpondere ſolent etiam ex voluntatum concordia idem probari poſſe, quia cum Pater idem, quod Filius velit, nunquam permittet, vt quiſquam de filij manu oues rapiat, ex alio loco Ioan. cap. 17. v. 12. refutatur. *Quos dediſti mihi, cuſtodiui, & non perijt ex ijs quiſquam, niſi filius perditionis*, vbi non Patris auxilio, ſed ſuæ potentiæ tribuit, quod nemo de manu ſua oues rapuerit. Non ergo hoc loco propter Patris auxilium, ſed propter ſuam ipſius cum Patre in natura, atque adeò in potentia æqualitatem, probat argumento irrefragabili, neminem de manu ſua poſſe oues rapere: quod etiam Iudæi intellexerunt, & non ſolùm factis, ſed etiam verbis declararunt, quamobrem Chriſtum lapidare volentes dicebant v. 33. *De bono opere non lapidamus te, ſed quia tu homo cum ſis, facis teipſum Deum*. Proindè, cum Arriani hac quidem in parte Iudæorum impietatē ſectati ſint, quod ſimul cum eis non potuerunt ferre aſſertionem æqualitatis filij cum Patre, in eo tamen ſuperauerunt Iudæorum impietatem, & cæcitatem, quod his clariſſimis Domini verbis noluerunt intelligere ſignificatam eius cum Patre æqualitatem, quam tamen ſignificatam his verbis ob eorum claritatem, & dicendi rationem, Iudæi benè intellexerunt. Sed ne huic Iudæorum intelligentiæ ſoli inhæreamus, conſulamus quæ Chriſtus reſpondit illis opponentibus; *Homo cum ſis, facis teipſum Deum*: eorum enim intelligentiam non ſolùm non correxit; ſed potius confirmauit, & comprobauit, rurſus dicens ver. 38. *Si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis, & credatis, quia Pater in me eſt: & ego in Patre;* quaſi ſic argumentando, quorum eadem ſunt opera, ij idem, vnumq; ſunt, hoc enim principium eſt ſubintelligendum; ſed mea, & Patris mei opera eadem ſunt, ergo *ego & Pater meus vnum ſumus*, hoc eſt, *ego in Patre, & Pater in me eſt*, quod idem valet ac ſi diceret, *ego, & Pater vnum ſumus*, vt interpretantur Cyrillus & Auguſt. tract. 48. alijque plures. Et ſic quia reperijt Chriſtus ſe eſſe verum Dei filium cum Patre æqualem, Iudæi rurſum eum apprehendere, & lapidare quærebant. Hanc enim illationem, & cauſam particula *ergo*, in contextu poſita indicat. Antecedentia igitur & ſequentia, manifeſtè probant, illam Arrianorum interpretationem eſſe impiam,

piam, ac mendacem.

Ioannis 11. ver.4. Chriſtus Dominus audita Lazari infirmitate dicit, *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.* In lectione huius ſententiæ, & expoſitione, aliqua ex parte varij ſunt Doctores. Ambroſ. lib.4. de fide cap.6. legit, *Pro gloria Dei, vt glorificetur filius per eum*, ſic referendo vtrumque relatiuum ad Patrem, vt glorificetur filius eius, ſcilicet Dei, per eum, ſcilicet per Patrẽ; & in hoc ſenſu locum hunc obijciebant Arriani Catholicis, vt probarent minorem eſſe filium Patre, cum per Patrẽ glorificari dictus eſſet. Quorum obiectio vana eſt: eadem enim ratione probarent Patrem minorem eſſe filio: nam Ioannis 17 dictum eſt, *Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.* Hilarius lib.9. de Trinitate eodem modo legit, *pro gloria Dei, vt filius Dei glorificetur per eum*, ſed vltimum relatiuum refert ad Lazarum, ita vt ſenſus ſit, vt filius Dei glorificetur per Lazarum, qui ſuſcitatus à Chriſto Diuinitatem eius indè cœpit credere, & prædicare. Auguſt. autem tract. 49. ſolùm legit, *pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei*, non addendo, *per eum*, neque *per eam*. Chriſoſtomus hom. 61. legit *per eam*, referendo ad infirmitatem, & ita in vulgata editione legitur, eſtque accommodatior lectio, ſibi enim inuicem reſpondent hæc verba. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed vt per eam glorificetur Dei filius. Verùm quomodocumque legatur rectè probant ex hoc loco veteres authores Chriſti Diuinitatem. Nam aut ſeipſum Deum appellat, cum dicit *pro gloria Dei*, quod ſtatim explicans addit, *vt glorificetur filius Dei per eam*; quaſi dicat, *pro gloria Dei*, id eſt mea, vt exponere videtur Auguſtin. tract. 49. citato, cui expoſitioni fauet, quod non reperitur in iſta ſententia aliqua particula diſtinguens, non enim dictum eſt pro gloria Dei, & vt glorificetur filius Dei per eam. Aut ſi nomen Dei, cum dicit *pro gloria Dei*, accipiatur pro perſona Patris, vt exponunt Hilarius, Ambroſius, & Chriſoſtomus locis ſtatim citatis, & fauet illud Ioannis 14. *vt glorificetur Pater in filio*; iam ſignificauit Chriſtus ſaltem eamdem eſſe Patris, & filij gloriam, ac proindè & eamdem ſubſtantiam. Nam quorum eſt vna gloria, eorum neceſsè eſt eamdem etiã eſſe ſubſtantiam, vt dicetur infra cap.4. explicando hymnum glorificationis, Gloria Patri, &c.

Eodem cap. 11. v. 27. habetur Marthæ de Chriſto confeſsio, *Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.* Quibus verbis quidquid confiteri poterat de Chriſto, videtur breuiter eſſe confeſſa. Nihil enim amplius Petrus confeſſus fuerat Matth. cap. 16. v. 16. & ſupra cap.6. verſu 69. Quin ipſius confeſſioni hoc etiã addidit, *qui in hunc mundum veniſti*, vt animaduertit Rupertus. Cum ergò ijſdem, quibus Petrus, vtatur verbis, eodem etiam animo, eademque, qua Patrum fide talia dixiſſe exiſtimauerunt Auguſt. tract.49. & Hilarius lib. 6. vnde etiam Cyrillus, & Leontius notauerunt τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, *illum filium Dei illius*, appoſito Græco articulo vocauiſſe, vt non qualemcumque, ſed verum naturalem, & vnicum Dei filium ſignificaret. Nihilominus Chriſoſtomus homil. 61. Euthimius, & alij exiſtimant Martham non diſtinctè verba Chriſti percepiſſe, nec Chriſtum filium Dei appellaſſe, quod intelligeret eſſe filium Dei Patri conſubſtantialem, qui carne aſſumpta homo factus eſt, ſicut nos credimus, & confitemur: ſed filium Dei ſupra omnes Prophetas, & iuſtos vocauit, non diſcernens, nec aſſequens qualis eſſet filius Dei. Iudæi enim Meſsiam filium Dei futurum etiam expectabant: at non omnes huius myſterij diſtinctam, aut explicitam habebant notitiã, erat enim adhuc imperfecta fides. Verùm quidquid ſit de intelligentia Marthæ, certum eſt verba Chriſti, occaſione quorũ Martha reſpondit ſe credere, etiamſi

tunc non perciperentur ab ea, intelligenda tamen eſſe de diuinitate ipſius; cum dicit, *ego ſum reſurrectio & vita*. Quamuis enim Chriſtus, etiam vt homo, poſſit eſſe tripliciter cauſa reſurrectionis hominum, *primò*, cauſa meritoria, quatenus ſuo merito, & iuſtitia omnium hominum liberationem à morte obtinuit. *Secundò*, cauſa inſtrumentalis, humanitas enim Chriſti Domini eſt inſtrumentum, & organum quoddam diuinitatis, per quod miracula edit, vt docet Athanaſ. ſerm. 4. contra Arrianos, *per carnem*, inquit, *cæcum illuminauit, & Lazarum reſuſcitauit*, eadem ratione per carnem in die nouiſſimo ſuſcitabit omnes. *Tertiò*, cauſa exemplaris, in quantum ad exemplar ipſius caro Iuſtorum ſurget glorioſa, & impatibilis iuxta illud Apoſtoli ad Philipp. 3. *reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ*. Tamen loquendo de cauſalitate cauſæ primæ, ac ſupremæ effectricis reſurrectionis, hæc nō poteſt competere Chriſto niſi quatenus eſt Deus, ſolus enim Deus eſt prima cauſa ſuſcitandi, & reuocandi mortuos ad vitam 1. Reg. 2. *Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit*. Hanc autem ſupremam cauſalitatē principaliter ſignificaſſe videtur Chriſtus, dum ait, *ego ſum reſurrectio, & vita*, ſingula enim verba emphatica ſunt, pronomen *ego*, opponit verbis illis Marthæ, *quæcumque propoſceris à Deo, dabit tibi Deus*, quaſi reſpondeat, non precariò, non aliena virtute, ſed ego ipſe mea ſuſcitare poſſum: & quod dicit *ſum reſurrectio & vita*; Hebraiſmus eſt ſenſum cauſalem efficiens, id eſt cauſa reſurrectionis & vitæ, & effector earum in vniuerſum, qui omnem reſurrectionem, & vitam efficio. Hoc articuli Græci ſignificant, *ego ſum ipſa reſurrectio, & ipſa vita*.

Ioannis 12. v. 44. *Ieſus autem clamauit & dixit: qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me. Et qui videt me, videt eum qui miſit me*. Rectè veteres authores, & alij qui contra Arrianos diſputarunt, ex hoc loco diuinitatem Chriſti probauerunt. Etenim ſi qui credit in filium, credit in Patrem, qui videt filium, videt & Patrem, de quacumque viſione intelligatur, aut de viſione corporali, vt volunt aliqui, aut de viſione ſpirituali, vt exponunt alij, eadem profectò vtriuſque natura eſt. Cum autem dicit Chriſtus Dominus, *qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me*, non ſignificat, qui credit in ſe, non credere in ſe (vt intelligebant Arriani, apud Ambroſium lib. 5 de fide cap. 5. ſuum indè errorem de minoritate Chriſti reſpectu Patris confirmare conantes) ſed non credere in hominem tantùm, qualis ipſe illis videretur, ſed credere in Deum, quemadmodum qui in Patrem crederent, vt exponit Ambroſius loco citato: loquitur enim vt homo, vt Cyrillus ait; Aut qui credit in ſe non ſolùm in ſe, ſed etiam in Patrem credere, quia ipſe, & Pater vnum ſunt, ſicut dixit Io. cap. 7. v. 16. *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me*; non enim negat eſſe ſuam, ſed eſſe ſolùm ſuam. At eiuſmodi locutiones, quæ frequenter occurrunt, & ex quibus Hæretici Arriani occaſionem errandi ſumpſerunt, nihil ipſis fauere communiter ibi docent Patres. Solùm poſſet quis obijcere in præſenti, non ſequi, Chriſtum eumdem eſſe cum Patre Deum, propterea quod, qui in eum credit, in Patrem credat. Nam & qui Apoſtolis credit, Patri credit, tamen non continuò ſequitur Apoſtolos eſſe Deū, idemque cum Patre: & de illis dicit Chriſtus Lucæ cap. 10. v. 15. *Qui vos ſpernit, me ſpernit, qui autem ſpernit me, ſpernit eum, qui miſit me*. Itaque nihil maius ex hoc loco colligi poſſe videtur, quàm Chriſtum legatum eſſe Patris, ſicut Apoſtoli ipſius legati erant: iniuria enim, aut honor Legati in eum, à quo miſſus eſt, redundare ſolet. Verùm pro ſolutione huius obiectionis benè, & commodè adnotarunt Theophilactus, & Euthymius non dixiſſe, qui credit mihi, credit ei qui miſit me: ſed *qui credit*

dit in me, credit in eum, qui miſit me. Quibus verbis docet, in ſe eſſe credendum, non autem dicitur in quemquam, niſi in Deum credere. Eius quidem Legatis, & Prophetis credimus, in ipſos verò non credimus. Præterquam quod vt Chriſoſtomus, Ambroſius, & Auguſtinus obſeruarunt, propterea addidit, *qui videt me, videt eum qui miſit me*; vt clarioribus verbis omnē tolleret dubitationem. Iam enim præcedentibus verbis dixerat de fide, *qui credit in me*, &c. nunc ſe conſubſtantialem ſignificat Patri ex viſione vtriuſque inſeparabili. Nam primò loquendo de viſione mentis, & intellectus clara, qualis eſt Beatorum; certum eſt eum, qui clarè videt Chriſtum, videre ſimul in eo Patrem, vt ſit ſenſus, ſi me apertè cognoſceretis, & intueremini, videretis etiam Patrem: ſi autem verba Chriſti, qui videt me, videt & Patrem, aut eum qui miſit me intelligantur de viſione corporali, vt probabilius putant aliqui, cum de præſenti loquatur, & cum hominibus, ſic etiam Patris & Filij viſio inſeparabilis eſt. Qui enim videbat oculis corporeis Chriſtum, Deum videbat, nō quidem per ſe, & immediatè, quia Deus inuiſibilis eſt oculo corporeo, ſed mediatè: ſicut dicimus nos videre ſubſtantias medijs tamen accidētibus, & videre perſonas hominum, cum nonniſi figuræ eorum noſtris ſe oculis obijciant, ita videbatur Deus, ſed per humanitatem vnitam Diuinitati, & ſicut Deus dicebatur pati, patiente humanitate propter hypoſtaticam vnionem, ita etiam eadem ratione, videbatur Deus, viſa humanitate Chriſti, ſicut etiam videbat, loquebatur, & audiebat Deus, omnes enim hæ enuntiationes veræ ſunt: cumque eadem eſſet Diuinitas Patris, qui videbat Chriſtum, videbat Patrem ratione vnius Diuinitatis: & hoc commune fuit credentibus, & non credentibus, quamuis qui credebant, nouerant ſe, dum videbant Chriſtum, ſimul videre Patrem, & Deum, at qui non credebant, id non agnoſcebant.

Rurſus cap. 14. verſ. 1. Chriſtus Dominus conſolando Diſcipulos ait: *Non turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum, & in me credite.* Quibus verbis Auguſtin. tract. 67. argumentari putat Chriſtum, debere Diſcipulos in ſe credere, quandoquidem in Patrem crederent. *Conſequens*, inquit, *eſt, vt ſi in Deum creditis, in me credere debeatis. Quod non eſſet conſequens, ſi Chriſtus non eſſet Deus: creditis in Deum, & in me credite, cui natura eſt, non rapina eſſe æqualem Deo.* Sic diuinitatis ſuæ fide Chriſtus Dominus ſuorum turbationi medetur. Triſtitia enim, & timor: omniſque turbatio diſcipulorum maximè ex eo procedebat, quia ea ſolum conſiderabant in Chriſto, quæ erant humana, nempè diſceſſus eius, ipſorum in hoc ſæculo manſio, & alia, quæ ex his cōſequi videbantur: idcircò accommodatum, & optimum Chriſtus adhibet remedium, nempè, vt remota conſideratione rerum humanarum, mentem figant in eis, quæ diuinitatis ſunt; tunc enim ceſſabit omnis timor, cum credent eum, qui moritur, & qui vadit, Deū eſſe, ab omni periculo liberare potentē, qui ſi noluiſſet mori, & pati, eū nemo cogere potuiſſet, quo protegēte nihil eis nocere poterit. Dicit ergo, ſicut vos creditis in Deum, & fatemini ab omni eum poſſe periculo, & malo liberare, credite in me etiam quia Deus ſum, qui omnia poſſum: Vndè Hebraiſmum eſſe rectè putant aliqui, quo in priori membro ſententiæ particula ſimilitudinis intelligenda eſt; Hanc enim habet particula, *&*, quæ apud Hebræos comparationem implere ſolet. Similem Hebraiſmum habemus Ioannis cap. 5. verſ. 17. *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor*, id eſt, *ſicut Pater meus vſque modo operatur, ita etiam, & ego operor.* Rurſus cap. 14. verſ. 19. vbi Chriſtus dicit Apoſtolis *Vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis*, ideſt, quia ſicut ego viuo, ita & vos viuetis.

Eodem cap. 14. verſ. 9. dicente Ieſu,

ſu, *Philippe qui videt me, videt, & Patrem*, & verſ. 10 *non creditis quia ego in Patre, & Pater in me eſt?* Manifeſtè inde colligitur Patrem, & filium, eſſe vnius, & eiuſdem ſubſtantiæ. Si enim non ita eſſet, non ſubito qui videt Chriſtum, videret & Patrem, vt iam ſupra adnotauimus, ſiue talia verba intelligantur de viſione intuitiua, ſiue intelligantur de fide, quæ etiam in Scriptura viſio dicitur 1. Corinth. cap. 13. *Videmus nunc per Speculum*, ſiue tandem de viſione corporali. Aduertendum eſt ſolum per humanitatem aſſumptam ita Patrem, & filium videri ratione deitatis, quæ vna eſt vtriuſque, vt tamen filius videatur ratione etiam Perſonæ, non Pater: nam perſona filij vnita erat naturæ humanæ, non autem perſona Patris. At Chriſtus non dicit: qui videt me, non videt Patrem: ſi enim ſic loqueretur, occaſio daretur errandi, vt exiſtimaretur alterius eſſe naturæ à Patre; ſed conſiderans vnam vtriuſque Diuinitatem, quæ erat in natura humana, & per quam mira faciebat opera, dixit, *qui videt me, videt & Patrem*, & rurſum, *non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt*. Si tantùm dixiſſet, *Pater in me eſt*, potuiſſent fortaſſe Arriani calumniari Patrē in filio, ſicut regem in legato ſuo eſſe. Nunc autem cum non ſolum Patrem in ſe, ſed ſe etiam in Patre eſſe dicat, quid quæſo ſignificare poteſt; niſi vnā vtriuſque, æqualemque eſſe naturam. Atque hoc vno verbo longiſſima Arrianorum diſputatio refutatur, quam Cyrillus hic refert.

Ob eamdem pariter naturæ, ac ſubſtantiæ cum Patre vnitatem Chriſtus Dominus cap. 15. verſ. 23. dicit *qui me odit, & Patrem meum odit*; eo quod vna ſit mihi cum illo natura, & potētia, ex cap. 16. verſ. 15. & cap. verſ. 10. Item cap. 20. vbi S. Thomas tactis vulneribus Chriſti ait. *Dominus meus, & Deus meus*; huiuſmodi voces non ſunt referendæ ad Deum Patrem per quamdam admirationem, ſeu exclamationem, vt poſſent obijcere hæretici Arriani, ſed ad Chriſtum, ad affirmationem, & confeſſionem Deitatis, ac reſurrectionis ipſius, vt apertè colligitur ex ipſo textu ſiquidem latinè eſt ſimpliciter *Deus meus, Dominus meus* non autem ò Dominus, nec ò Deus meus. Greçè etiam non eſt aduerbium vocandi ὦ, ſed ſolum, articulus præpoſitiuus ὁ Θεὸς, qui articulus probat adhuc Chriſti Diuinitatem per antonomaſiam. Deinde non agebatur ibi de Patre, ſed de ſolo filio; & Beatus Thomas de ſolo Chriſto, deque eius reſurrectione dubitauerat. Vtitur hoc loco D. Athanaſius in epiſt. ad Maximum Philoſophum, & D. Auguſt. in epiſt. 174. ad Paſcentium, & D. Chryſoſtomus in homilia quadam de Trinitate 3. tomo, vbi eleganter obſeruauit expertum fuiſſe hic Thomam, quod in Pſalmo 76. eſt ſcriptum *Manibus meis Deum exquiſiui, & non ſum deceptus*.

Tandem Diuus Ioannes non ſolum in Euangelio, ſed etiam in Epiſtolis, maximè 1. cap. 5. verſ. 20. diuinitatem filij confirmat his verbis, *& ſcimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero filio eius, hic eſt verus Deus, & vita æterna*. Quod teſtimonium appellat Sanctus Athanaſ. in diſput. cum Arrio ſcriptam demonſtrationem. Scio Eraſmum in annotationibus ad hunc locum dicere illas particulas, *hic eſt verus Deus*, non ad filium, ſed ad Patrem referri. Verum primò quis hunc authorem ſuſpectum, omnibus Sanctis Patribus, qui talia verba ad filium referunt ad probandam eius diuinitatem, anteponat. Secundò ex ipſomet contextu Græco patet, pronomen illud, *hic*, ibi ad filium referri debere. Sic enim legitur, καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεός. Cum igitur nomen Ieſu Chriſto proximè antecedat pronomen hic, per ſe patet, pronomen illud de Chriſto dici, & ad ipſum referri. Arabes etiam idem oſtendunt ſic enim legunt,

gunt, *& hic eſt verus Deus*, alij, *hic enim eſt verus Deus*, quæ duæ particulæ, *&*, &, *enim* ſignificant verba ſequentia coniungi debere immediatè præcedẽtibus. Tertiò hic duo attributa Dei ſimul coniunguntur, *verus*, *& vita æterna*, ergo ad quem refertur vita æterna refertur etiam verus Deus; At vita ęterna in ſacris litteris ſolet dici per appropriationem de Chriſto, *Ego ſum via, veritas, & vita*, & in hac eadem epiſt. 1. Ioann. cap. 5. & hæc vita æterna in filio eius eſt: ergo etiam illud alterũ attributum *verus Deus* refertur ad Chriſtum. Denique hoc ipſo, quod Ioannes vocat Chriſtum verum filium Dei, eſt etiam verus Deus, in vnitate ſubſtantiæ à Patre genitus, nomen enim filiationis propriè, & verè generationem viuentium conſequitur in quibus genitum ex ſubſtantia generantis procedit. Pro quo aduertendum eſt, quod verum poteſt dupliciter accipi. Vno modo vt diſtinguitur contra falſum, ſicut propoſitio, qua ſignificatur, ſicut eſt in re, dicitur vera; falſa autem qua non ſignificatur, ſicut eſt in re. Alio modo vt diſtinguitur contra ſimilitudinariè ſumptum: quomodo dicimus viuum animal eſſe verum animal, pictum autem non eſſe verum animal, ſed per quamdam ſimilitudinem. Cum ergo dicitur Chriſtus eſſe verus filius Dei, accipitur verum ſecundo modo, & eſt ſenſus quod eſt filius Dei ſecundum propriam, & eſſentialem huius nominis ſignificationem, atque adeò non quaſi à Deo creatus in quantacumque naturæ excellentia, ſed quaſi ex Dei ſubſtantia ante ſæcula genitus, in perfectam ipſius ſimilitudinem.

Ad Romanos cap. 9. verſ. 5. dicit Apoſtolus, *Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula Amen.* Et ad Titum 2. verſ. 13. *Expectantes beatam ſpem, & aduentum glorię magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti*. Eraſmus pro Arrianis pugnans, per Magnum Deum intelligit Patrem; per Saluatorem verò filium. Verum non Patrem, ſed filium vtrobique hic intelligi putant Chryſoſtomus, Theodoretus, Hieronymus, Theophilactus, & alij. Et certè ſi hęc Pauli verba diuiſim accipienda eſſent, Græcæ orationis indoles poſtulare videbatur, vt articulus repeteretur του μεγάλου θεοῦ καὶ του σωτῆρος; cum ergo omittatur, & vnus idemque articulus, vtrumque nomen ſcilicet, tam *Magni Dei*: quam *Saluatoris*, reſpiciat, & copulet per copulam *&*: dicit enim Apoſtolus ſic του μεγάλου θεοῦ, καὶ σωτῆρος: argumentum eſt manifeſtum illa duo de vno Chriſto accipienda eſſe; cum pręſertim illuſtris hic aduentus, de quo Apoſtolus in præſentia loquitur, non Patri, ſed filio tribui ſoleat, non enim Pater, ſed filius cum magna luce, & maieſtate venturus eſt ad Iudicium, vt fideles ſuos præmiet, ac remuneretur. Vt patet ex Matth. cap. 10. 19. & 25. Hinc ergo patet contra Arrianos veteres, & nouos puta Tranſyluanos, filium Dei Ieſum Chriſtum eſſe verum magnumque Deum. Scio Ambroſij commentarios diuiſim accipere, vt *Magni Dei* referatur ad Patrem, *Saluatoris* autem ad Chriſtum; verum cum ſexcenta in ijs commentarijs deprehendantur loca, quę hæreticam redoleant impietatem, meritò viri docti ſuſpicantur authoris eſſe omnino hęretici; tantum abeſt, vt Ambroſio non orthodoxo ſolum, ſed grauiſſimo, doctiſſimoque Theologo tribuendi videãtur; vnde non eſt, quod authoritatem ex eiuſmodi commentarijs deſumptam magni faciamus, quin potius ſuſpectam ſemper habeamus.

Epiſtola ſecunda ad Corinthios c. 4: verſ. 4. & ad Coloſſenſes cap: 1. verſ. 15. vocatur Chriſtus imago Dei, proculdubio ex hoc quod ſit Patri omnino ſimilis, & ęqualis, atque adeo eiuſdem planè cum eo eſſentiæ. Quemadmodum enim propriè dicitur filius, quia ex vi ſuæ productionis procedit vt ſimilis; ita eadem ratione propriè dicitur imago patris, eius totam naturã exprimens. Ideo ad Hebręos cap. 1. dici-

dicitur, *Cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*. Nam vt Auguſt. lib. 13. de Trinit. cap. 5. & Anſelmus in epiſt. ad Coloſſenſes cap. 1. rectè obſeruarunt; aliter homines, aut Angeli ſunt Dei imagines, aliter Chriſtus: aliter enim imago Regis eſt in nummo, aliter in filio: nos ſumus nummus in quibus eſt imago Dei, deficiens, & nō repræſentans eſſentiam ipſius, Chriſtus autem filius eſt æqualis Patri, eiuſdemque cum illo ſubſtantiæ, & naturæ.

Ad Philippenſes cap. 2. verſ. dicitur, *Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu: qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*. Commentarius Ambroſio adſcriptus Græcam dictionem, μορφὴ non formam vertit, ſed externā ſpeciem, figuram, aut ſpecimen, ita vt eſſe in forma Dei idem ſit, quod externam quandam Dei ſpeciem ſenſibus obijcere, ac plurima Diuinitatis indicia, atque argumenta præ ſe ferre, mortuos excitando, ſurdis reddendo auditum, leproſos mundando. Hoc auidè arripit Eraſmus, additque hinc contra Arrianos pro filij diuinitate non poſſe validum confici argumentū: nam & alij Sancti fecerunt miracula, atque adeò ſpecimen aliquod diuinitatis ediderunt, nec tamen fuerunt Dij. Verum quidquid ſit de ſpeudo Ambroſij commentarijs, omnes ferè Sancti Patres, ne vero quidem Ambroſio abnuente epiſt. 47. & lib. 2. de fide cap. 4. hunc locum de naturæ ęqualitate cum Patre interpretantur, & vt firmiſſimū, de Chriſti diuinitate teſtimonium proponunt. Quamuis enim Græca vox μορφὴ apud prophanos Scriptores figuram, aut externam cōformationem aliquando ſignificet, vt patet ex Ariſt. in prędicamēto qualitatis, vbi vocem Gręcam μορφὴ atque adeò ſignificatum eius, reducit ad quartam ſpeciem qualitatis. Quin etiam Tertullianus lib. 5. aduerſus Marcionem cap. 20. & lib. aduerſus Praxeam cap. 7. μορφὴν effigiem reddit, non eo tamen ſenſu, quo Pſeudo Ambroſius, & Eraſmus, cum hoc teſtimonio maximè Chriſti diuinitatem probari cenſeat. In ſacris tamen litteris hoc ſignificatū non habet, ſed ad externam ſpeciem, aut qualitatem indicandam aliæ voces adhibentur, vt εἶδος aut τύπος, aut ὁμοίωμα aut μόρφωσις: Vnde cum Chriſtus coram diſcipulis externam ſpeciem mutauit à Matth. cap. 17. verſ. 1. & Marco cap. 19. deſcribitur hoc verbo μετεμορφώθη, à Luca verò cap. 9. verſ. 29. in hunc modum τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον. Itaque hoc loco formam Græcè μορφὴν poſuit Apoſtolus, vt ipſam Dei naturā atque eſſentiam ſignificaret. Et patet primò, quia, vt ait Chryſoſtomus, formam Dei opponit Paulus formæ ſerui; atqui forma ſerui eſt natura hominis, quam aſſumpſit filius: ergo forma Dei eſt natura, in qua eſt ęqualis Patri, vnde ſubdit Apoſtolus *non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Dei*, quia ſcilicet re vera erat æqualis Deo, ac conſequenter erat ipſe Deus. Secundo quia hoc ęſt argumentum Apoſtoli: Chriſtus cum eſſet Deus, ac proinde in æquali gloria cum Patre; ita tamen ſe demiſit, vt naturam ſerui, id eſt hominis aſſumeret, fieretque ſeruus Deo Patri obediens vſque ad ignominioſiſſimam mortem Crucis. Dices cur clarè non dixit Apoſtolus, qui cum eſſet Deus? reſpondetur id dixiſſe, & amplius dixiſſe; per formam enim ſignificat gloriam, & maieſtatem Dei, eamque opponit formæ id eſt, infirmitati, & vilitati humanæ. Vnde alibi in terminis filiū vocat Deum, vt patet Rom. 9. verſ. 5. & Coloſſ. 2. verſ. 9. vbi dicitur, *quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*. Chriſtus igitur eſt verus Deus, non creatura, ſi quidem nulla creatura recipit totam plenitudinem diuinæ bonitatis, cum perfectiones à Deo in creaturas per modum cuiuſdam deſcenſus procedāt. Eodem ſenſu dicitur in eodem capite v. 3. quod in Chriſto *ſunt omnes Theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*, quia cum ſit Deus, intellectus ipſius non deficit in cognitione, nam intellectu diuino.

nino. Quid plura? numquid Apoſtolus clarè diuinitatem Chriſti prædicat, quando ad Hebræos cap. 1. dicit; *Multifariam multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis: nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorũ, per quem fecit & ſæcula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: tanto melior Angelis effectus, quando differentius præ illis nomen, hereditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum. Filius meus es tu, ego hodie genui te.* &c. Quæ verba niſi intelligerentur de filiatione naturali, quam impugnant Hęretici Arriani, nulla ratione eſsent vera cum omnibus iuſtis tam hominibus, quã Angelis poſset æque dicere, quod ſui filij ſint adoptiui, & per gratiam. Nec obſtat ſi Chriſtus ſit excellentioris naturę prę Angelis: quia etiam inter Angelos ordines diuerſi inueniuntur, & tamen omnibus eadem filiationis ratio competit. Igitur ſingulari priuilegio Chriſtus hic à Paulo dicitur filius Dei, & à Sancto Ioanne, Vnigenitus, quia filius naturalis, Patri conſubſtantialis. Tot, tamque apertis ſcripturæ teſtimonijs, pro diuinitate filij, ſeu Verbi Incarnati, accedit inſuper traditio, quatenus omnes veteres Patres Orthodoxi Græci, & Latini vnanimi ſemper aſsenſu eamdẽ veritatem docuerunt, tanquam fidei dogma certiſſimum, & de illa intelligenda eſse præallata Scripturæ teſtimonia, habitis pro hæreticis omnibus illis, qui eam quocumque tempore, & modo impugnare auſi ſunt. Vndè Arrius, quicquid ſit de alijs ipſo antiquioribus authoribus, à quibus ſuum dicitur hauſiſse venenum, Dionyſio, apud Auguſtinum lib. de Eccleſiaſtic. dogmat. cap. 3. Origene, apud Hieronymum epiſt. 59. ad Auitum, Auguſtinum lib. de hæreſibus, hæreſi 43. Diuum Thomam 1. par. quæſt. 34. art. 1. ad 1. vbi Origenem dicit, *fontem fuiſſe Arrianorum*, quamprimù[illegible] filij diuinitatem, eiuſue cum P[illegible] ſubſtantialitatem negare cœpit, innixus tam ipſi proceſſioni filij à Patre, quàm ſine diſtinctione ſubſtantiæ, ſeu naturæ intelligere non poterat, tum quibuſdã Scripturæ locis, quę inferioritatem aliquam filio tribuere videntur, & intelliguntur de illo in natura humana pro nobis aſsumpta, vt dicetur infra, in Concilio Alexandriæ à S. Alexandro Patriarcha coacto damnatus eſt; ipſeque, vel, vt iniuſtè damnatus videretur, & apud alios Epiſcopos refugium poſſet inuenire, vel etiam tot Scripturæ authoritatibus cõuictus, primùm ſuam hæreſim moderari, vel potius palliare conatus eſt.

Cùm enim ante, vt patet in epiſtola B. Alexandri Patriarchæ Alexandrini, quam refert Socrates lib. 1. hiſt. cap. 3. & ex eo Cardinalis Baronius ad annũ Chriſti 318. num. 60. negaret filio Dei omnia quæ ad diuinitatem pertinent in ratione Verbi, imo & ſimilitudinem cum Patre, nec non æternitatem, vndè vulgatum erat illud apud Arrianos proloquium, *Erat quando filius non erat*; ſique vrgeretur, quod Ioann. 1. dicitur, *omnia per ipſum facta eſſe*, atque adeo ipſum non eſse factum, cum omnia, quę facta ſunt, ab ipſo ſint, diſtingueret inter hoc, quod eſt eſse Verbum, ſeu Sapientiam Dei propriè, & in rigore, quale eſt Verbum, & Sapientia, quæ intra Deum eſt, ſeu ipſa Dei eſsentia eſt, abſolutaque eius perfectio, & inter filium, qui eſt procedens à Deo; diceretque hunc filium eſse extra Deum, nec per ipſum facta eſse omnia, nec ipſum eſse verbum propriè, ſed abuſiuè, quaſi vocem externam; atque adeo per filium non eſse facta omnia, niſi inſtrumentaliter, ſed per Verbum internum Dei, quod propriè eſt Verbum, ita deludens vim argumentorum, quæ ex ſcripturis contra ipſos proferebantur, vt teſtatur Athanaſius in decretis Nicænæ Synodi; Cum, inquam, Arrius, & eius diſcipuli ita de filio Dei ſentirent

ſatum Concilium Alexandri- poſtea illum plenum Deum vocauit ante tempora, & ſæcula, iam moderans id quod prius dixerat; *Erat quando filius non erat*, ſed tamen voluntate, & conſilio Dei; vt conſtat ex epiſtola, quam ſcripſit ad Euſebium Nicomedienſem Epiſcopum, relata ab Epiphanio hæreſ. 69. & Theodoreto lib. 1. hiſt. cap. 5. nec non alterius Euſebij Cæſarienſis, validi Arrianiſmi fautoris, ad Alexandrum Patriarcham, cuius fragmenta recitantur in Concilio Nicæno II. act. 6. tali nihilominus æquiuocatione, propriaque hæreticis calliditate, & vafritie hæc, & ſimilia tunc dixit, vt nullo modo filium Patri conſubſtantialem, aut ſimilem faſſus fuerit, ſed tantùm creaturam eſſe incommutabilem, & ante tempora, non autem ſicut vnam ex alijs creaturis, per quam omnia facta eſſent, in quo calidiſſime ſuum occultabat venenum, intelligens per ipſam omnia facta eſſe tanquam per inſtrumentum, non tanquam per ſupremam virtutem, & omnipotentiam; vt B. Alexander epiſtola citata rectè detexit, vbi ex perſona Arrij ait eum dixiſſe, *ſuam ipſius eſſentiam*, hoc eſt Patris, *vt eſt, filium non percipere, quippe filium noſtra cauſa factum eſſe, vt Deus per ipſum, tanquam per inſtrumentum nos crearet, neque extitiſſe aliquando, niſi Deus nos creare in animum induxiſſet*.

Res igitur cum ita ſe haberet, & Arriana hæreſis maiores vires cum dicta moderatione in dies acciperet, anno Domini 325. qui erat annus Pontificatus Syluestri xij. & Imperij Conſtantini Magni XX. authoritate eiuſdem Syluestri, petente, curante, & fauente Conſtantino, celebrata eſt Prima Sacroſancta Oecumenica Synodus 318. Epiſcoporum Niceæ in Bythimia, vbi hæreſi Arrij damnata, fides diuinitatis filij ſtabilita eſt; ad quod tria potiſſimum acta fuiſse à Sanctis, & doctis illis Patribus conſtat ex eius hiſtoria.

Primum fuit conditio Symboli Nicæni, in quo omnia penitus Arrianæ hæreſis capita truncata fuere. Nam cum inter Patres nonnihil laboratum eſſet, qua potiſſimum voce diuinitatē æqualem, paremque filij Dei cum Patre poſſent exprimere, quaque omnis Arrianorum impietas remaneret prorſus extincta, eorumque ſubterfugia, quibus veritatem obſcurare conabantur, occluſa, filium tandem, in concepta fidei formula, quam Nicænum Symbolum fideles appellare conſueuerunt, cōſubſtantialem eſſe Patri dixerunt, vt refert Athanaſius in epiſt. de decretis Nicænæ Synodi contra hæreſ. & non ſolum ſimilem; hanc enim vocem Euſebius, & eius ſequaces non abnuebant, quia cum eſſe ſimilem, & eſſe imaginem Dei, etiam de homine in ſcriptura dicatur, non diſcernitur illa ſufficienter filius Dei à cæteris creaturis, nec eius conſequenter diuinitas exprimitur. De hac autem voce Conſubſtantialis, Marius Victorinus, cum pluribus agit, ait lib. 2. aduerſus Arrium prope finem, omne venenum Arrianæ hæreſis fuiſſe illa internecatum; quam etiam Diuus Ambroſius lib. 3. de fide ad Gratianum capite vltimo teſtatur additam fuiſſe, occaſione litterarum ipſiuſmet Euſebij Nicomedienſis in Synodo lectarum, ac recitatarum; *Author*, inquit, *ipſorum Euſebius Nicomedienſis epiſtola ſua prodidit dicens: Si verum filium Dei increatum dicimus, homouſion, conſubſtantialem cum Patre incipimus confiteri. Hæc cum lecta eſſet epiſtola in Concilio Nicæno, hoc verbum in tractatu fidei poſuerūt Patres, quod viderunt aduerſarijs eſſe formidini, vt tanquam euaginato ab ipſis gladio, ipſum nefandæ caput hęreſis amputarent*.

Cœterum quod calumniarentur Arriani vocem eſſe exoticam, nec reperiri in diuinis Scripturis, imo auerſatos illam fuiſſe Patres Concilij Secundi Antiocheni contra Paulum Samoſatenum, nullius eſt momenti, cum eius ſignificationem ex ſacris litteris eſſe, nomenclaturamque non nuper inuentam,

ſed

ſed à Sãctiſſimis quoque Patribus vſurpatam, ab ipſo præſertim Sancto Dionyſio Romano Pontifice, Dionyſio Alexandrino Epiſcopo, & ante hos à Theognoſto antiquo Theològo, Athanaſius pluribus doceat in epiſtola decret. Synodi Nicænę; nec Concilium Antiochenum reprehendit illam ob nouitatem, ſed ob malum Pauli Samoſateni vſum; vt teſtatur idem Athanaſius lib. de Synod. demonſtrans vtrumque Cõcilium Antiochenum, & Nycænum idẽ prorſus de vera filij cum patre diuinitate ſenſiſſe: *Etſi amborum*, inquit, *Conciliorum Patres diuerſimodè de conſubſtantiali mentionem fecere; non tamen ea de cauſâ ab illis diſſidere debemus, ſed illorum mentes ſcrutari, quod ſi fecerimus omnino inueniemus ambas Synodos inter ſe conuenire. Qui enim Samoſatenum ſuſtulerunt, hanc vocem, conſubſtantialis, corporaliter accepere; cum Paulus ſophiſticari vellet, & diceret: Si Chriſtus non ex homine Deus factus eſt, igitur conſubſtantialis eſt Patri, & neceſſario ſequitur tres eſſe ſubſtantias, vnam quidem, quæ prior ſit, vt princeps; reliquas vero duas ex ea oriundas. Ideoque merito vitantes illud ſophiſma Pauli, dixere Chriſtum non eſſe conſubſtantialem; non enim ita ſe habet filius ad Patrem vt ille cogitabat*. Et paulo poſt; *Nam vtraque Synodus iuſtam habet, & rationabilem cauſam, cur illa ad illum, iſta verò ad iſtum modum verba ſua temperauerit. Quandoquidem enim, & Samoſatenus ſentiebat, filium ante Mariam non fuiſſe, ſed ab ea initium ſuę eſſentiæ accepiſſe; ideo Epiſcopi tunc congregati, hominem hæreſeos condemnatum abdicarunt; & de filij diuinitate ſimplicius ſcribentes, non exquiſitam diligentiam in tractatu huius vocis conſubſtantialis adhibuerunt, ſed vt acceperant de conſubſtantiali, ita locuti ſunt. In eo enim omnem curam habebant, vt quod Samoſatenus excogitarat, tollerẽt, & docerent ante omnia fuiſſe filium, eumque non ex homine Deum eſſe factum; ſed cum Deus eſſet induiſſe ſerui ſpeciem, & cum Verbum eſſet, carnem eſſe factum, quemadmodum locutus eſt Ioannes, atque ita aduerſus Pauli blaſphemias actũ fuit.* Huc vſque de Synodo aduerſus Paulum Athanaſius; quibus plane declaratur longè diuersè à Paulo vſurpatum nomen conſubſtantialis: quod merito ijdem Sanctiſſimi Patres ſunt auerſati, vt diuerſum ab eo, quod in Sacroſancto Concilio Nicæno Orthodoxi pari omnes confeſſione profeſſi ſunt; cœterum, quam ſincerè, & ſanè ijdem acceperint verbum, conſubſtantialis, eorum profeſſio fidei ibi edita, & apud Synodum Epheſinam intexta, ſequentis tenoris, ſatis declarat.

Confitemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ante ſæcula quidem ex Patre, per Spiritum Sanctum nouiſsimis verò temporibus ex Virgine ſecundum carnem natum; vna dumtaxat perſona ex cęleſti Diuinitate, & humana carne conflata, ſubſiſtentem. Totum Deum, & totum hominem. Totum Deum etiam cum corpore, ſed non ſecundum corpus Deum. Totum etiam hominem cum Diuinitate, ſed non ſecundum Diuinitatem hominem. Totum rurſus adorabilem etiam cum corpore, ſed non ſecundum corpus adorabilem. Totum adorantem Patrem etiam cum Diuinitate, ſed non ſecundum Diuinitatem adorantem. Totum increatum etiam cum corpore, ſed non ſecundum corpus increatum. Totum etiam formatum cum Diuinitate, ſed non ſecundum Diuinitatem formatum. Totum Deo homouſion conſubſtantialem etiam cùm corpore, ſed non ſecundum corpus conſubſtantialem. Quemadmodum neque ſecundum Diuinitatem quoque hominibus coeſſentialis eſt: eſt autem nobis ſecundum carnem conſubſtantialis, etiam in Diuinitate exiſtens. Etenim cum illum ſecundum ſpiritum Deo conſubſtantialem dicimus; non dicimus hominibus ſecundum ſpiritum coeſſentialem. Contra autem, cum illum ſecundum carnem hominibus conſubſtantialem prædicamus; non prædicamus illum ſecundum carnem Deo coeſſentialem; vt enim ſecundum ſpiritum nobis conſubſtantialis non eſt (nam ſecundum hunc Deo conſubſtantialis eſt) ita

viciſsim Deo ſecundum carnem coeſſentialis non eſt; ſecundum hanc autem nobis conſubſtantialis eſt. Quemadmodum autem hæc diſtincta, & inter ſe diſcreta pronuntiamus, non ad inducendam vnius indiuiſę perſonæ diuiſionem, ſed ad denotandam naturarum, & proprietatum Verbi, & carnis diſtinctionem, & inconfuſibilitatem: ita illa quæ ad indiuiſę vnionis, compoſitioniſue rationem faciunt, vnita prędicamus, & veneramur. Quibus ſanè nihil illuſtrius, non ſolùm ad ipſius Pauli condemnationem, ſed etiam ad aſtruendam filij Diuinitatem contra futuros Arrianos. Vndè etiam detegitur conniuentia Euſebij Hiſtorici cum his vltimis; quippè qui lib. 7. cap. 23. & 24. hanc retexens hiſtoriam, atque Synodicam à Sancta Synodo ad Dionyſium Papam ſcriptam recenſens epiſtolam, quæ in ea de fide Catholica tractatio habebatur, ſubducens, obuolutamque ſilentio relinquens, ex parte tantùm recitauit; quod nimis Arrianos illa perſtringeret, dum Chriſti natura Diuina Patri conſubſtantialis, tam luculenter ac diſtinctè aſſeritur.

Porrò Arrianæ hæreſis patroni, ſe cauſa cadere in Concilio Nicæno aduertentes, vt aliquod ſubterfugium haberent, quaſi pro vltimo conatu de ingenito Patre propoſitionem addiderunt, nempè, vt Pater tantùm diceretur ingenitus, vt poſtea deducere poſſent, filium non eſſe increatum, quia non erat ingenitus, pro eodem diuulgantes accipi ingenitum, & increatum, ſeu non factum, genitum autem idem eſſe, quod factum. Sed Sancta Synodus conſiderata illorum hypocriſi, ac vafritie, ſic filium genitum declarauit, vt tamen ad eludendam illorum impoſturam addiderit *non factum*, ſicque *genitum, non factum* adiecerit ſymbolo. Quare, cum omnes tergiuerſandi vias ſibi viderent occluſas, ad tempus cedentes definitioni Synodi conſenſerunt, & ſubſcripſerunt, ſed ſpecie duntaxat tenus, veram enim conſubſtantialitatis ſignificationem, & ſenſum, quo à Patribus Concilij poſita eſt, nunquam admiſerunt, verùm in alium longè diuerſum detorſerunt, vt clarè colligitur ex litteris Euſebij Cæſarienſis ad Eccleſiã ſuam miſſis, quas refert Socrates lib. 1. hiſt. cap. 5. vbi dicit dupliciter intelligi à ſe illam vocem *conſubſtantialis*, & *ex ſubſtantia Dei eſſe*, primò, quod non aliud ſignificaret; quam filium ex Patre eſſe, & non diuiſum, ſeu non partem aliquam Patris eſſe. Secundò, quod filius nullam ad alias creaturas ſimilitudinem haberet, ſed vnius Patris, qui illum genuit, omninò ſimilem eſſe, neque ex alia, quàm ex Patris ſubſtantia, & eſſentia genitum. Similiter illam vocem, *genitum, non factum*, ſic ſe approbaſſe dicebat, quatenus filius non eſſet factus ſicut cæteræ creaturæ, quæ per ipſum factæ ſunt, nec earum ſimile quidquam haberet, ſed præſtantioris eſſet naturæ, quam vlla creatura; non autem abſolutè negaſſe eſſe factum, & creatum. In hoc tamen profecerunt, quod cum prius filium, nec conſubſtantialem, nec Patri ſimilem eſſe crederent, demum faſſi ſunt eſſe ei ſimilẽ, & ex eius ſubſtantia, & eſſentia genitũ ante omnia ſæcula. Quæ fuit ſecunda Arrianiſmi moderatio, ob quam eius authores, & ſequaces, deinceps Semiarriani vocari meruerunt.

Mortuo interim Conſtantinopoli Arrio, effuſis in morem Iudæ, vt dicitur, in ſeceſſu viſceribus, non propterea extinctus eſt eius error, nam, cùm vno poſt anno Conſtantinus Magnus Nicęnæ fidei acerrimus defenſor, vltimum diem obijſſet, ob cuius maximè timorem Arriani quoque illam amplexi fuerant, ſaltem quoad ſpeciem, poſtea regnante Conſtantio ipſorum fautore, in Antiochena Synodo, quo pluſquam nonaginta Epiſcopi ad Encænia, ſeu dedicationem Templi à Conſtantino Magno incepti, & poſt eius mortem abſoluti, cępit ab Euſebianis, qui triginta ſex erant Epiſcopi, noua fidei forma concipi, nec vna tantùm, ſed quatuor diuerſę, vt Socrates lib. 2. cap. 7.

& ante ipſum Diuus Athanaſius lib. de Synodis teſtatur, in quarum prima, ſublata conſubſtantialitatis voce, quodque filius ex ſubſtantia Patris eſſet, cum ipſis nimis parcè de Diuinitate filij videretur egiſſe, ac proindè in Arrianiſmi ſuſpicionem facilè venire poſſe, aliam ampli oribus verbis ediderunt, in qua plura filij attributa explicarunt, nempè eſſe Deum de Deo, ante ſæcula genitum, vitam, lucem, ſapientiam, &c. quod verò ſpectat ad vocem conſubſtãtialis, ea omiſſa, dixerunt eum eſſe expreſſam Diuinitatis, eſſentiæ, virtutis, conſilij, gloriæque Patris imaginem. Quam fidei formulam, ſub titulo Luciani Martyris, qui multo ante paſſus fuerat, & apud quem dicebatur ſcripta, eos euulgaſſe tradit Sozomenus lib. 3. hiſt. cap. 5. in alijs autem duabus formulis *ibidem* ab Euſebianis ſtatutis, nihil de conſubſtantialitate, aut ſimilitudine ſubſtantiæ in filio habetur, ſed tantum eum eſſe Deum genitum ante ſæcula ex Patre, & cum Patre exiſtentem. Vbi cum filium dicerent Deum, non propterea quis putet, hoc ipſo negaſſe quod eſſet creatura, quia etiam hoc nomen Deus, aliquando reperitur creaturis attributum in Scriptura, vt pſal. 81. *Ego dixi* Dij eſtis, ſcilicet participatiuè. Quę autem creaturis aliquo modo attribuuntur perfectionis, non renuebant filio concedere, quem omnibus creaturis præſtantiorem eſſe libenter admittebant.

Occaſione præfata ſecundæ formulæ fidei, in qua filius expreſſa ſimilitudo eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ vocatur, factum eſt, vt vox *homouſion*, quæ conſubſtantialem ſignificat, in *homiouſion*, hoc eſt ſimilem in ſubſtantia commutata fuerit, indèque orta Semiarrianorum ſecta; qui tamen, pro inconſtantia hæreticorum propria, in Synodo Syrmiana, vbi Oſius minis fractus dicitur illis fauiſſe, cum prius in formula fidei filius ex ſubſtantia Dei eſſe diceretur, poſtea in ſecunda tam vocem *homouſion*, quam *homiouſion* ablegarunt, vt nec conſubſtantialis, nec ſimilis in ſubſtantia vocaretur; teſte Diuo Athanaſio in lib. de Synodis, Hilario in libro item de Synodis, Socrate lib. 2. hiſt. cap. 25. imo aliqui ad antiquũ erroris Arriani rigorem reuertentes, diſſimilem omninò filium ipſi Patri iterum euulgarunt.

Inſuper cum duobus circiter poſt Sirmianam pſeudoſynodum annis, indicta eſſet Oecumenica Synodus anno Chriſti 359. ſub Liberio Papa, præſidente in ea Legato Apoſtolicæ Sedis Vincentio Epiſcopo Capuano, magna Arrianorum calliditate factum eſt, vt in duas partes Synodus diuideretur, teſte S. Athanaſio lib. de Synodis, ita vt vna ageretur Arimini Italiæ vrbis in Aemilia, alia Seleuciæ in Iſauria, & in Ariminenſi Synodo, vbi erant Epiſcopi numero 400. ex quibus non amplius, quã octoginta numerabantur Arriani, reliqui omnes fidei Catholicæ defenſores, primùm quidem illam acerrimè propugnarunt, reiectiſque alijs fidei formulis, vnicum duntaxat Nicænum fidei Symbolum comprobarunt. Verùm poſtea vehementiſſimè inſtantibus Vrſacio, & Valente, alijſque Arrianæ impietatis anteſignanis, qui tanquam noſtros adiuuantes, ſubiecerunt ſententiam, cui inerat occultus dolus, filium Dei non eſſe creaturam; ſicut cæteras creaturas; intelligentes, non vt Catholici, Chriſtum non eſſe vllo modo creaturam, ſed contra eſſe quidem creaturam, at non ſimilem alijs creaturis; *Etenim his verbis*, inquit Seuerus, *quibus ſimilis eſſe cæteris creaturis filius negabatur, creatura tamen potior tantùm cæteris pronuntiabatur*. Id tandem actum eſt, vt vox conſubſtantialitatis, & ſubſtantiæ ablegaretur ſub colore pacis, & concordiæ, & loco eius ſimilis Patri diceretur. Indeque S. Hieronymus loquens de actis huius Concilij dialogo contra Luciferianos ait; *ingemuit totus orbis, & Arrianum ſe eſſe miratus eſt*; quod tamen haud ita accipiendum eſt, vt quam adeo deteſtati erant Patres Orthodoxi, atque hactenus abominarentur Arrianam hæreſim,

reſim, crederent ſe inuitos, nolenteſque eſſe amplexos, cum nonniſi volens quis effici poſſit hæreticus, ſed quod non ſine aliqua culpa, colorato nomine pacis nō inſtitere impreſſis Sanctorum veſtigijs, & Catholicam fidem nouis contextam verbis, ab hominibus impietate vbique famoſis, nimis incautè ſuſcipere adacti ſint, conſubſtantialitatis nomine prætermiſſo; atque ſubſtantię pariter ablegato. Qui inſuper hęretici legatos ad Imperatorem mittentes fidei ſuæ formulam, quam Arimini propoſuerant, vbi Patri filium per omnia ſimilem affirmarent; ſic in deteriùs temperarunt, vt tantùm ponerent ſimilem, & illam excogitarunt fraudem, vt Niceæ aliqui Epiſcopi congregarentur; ibique ex fidei formula tollerent voces illas ſubſtantiæ, & conſubſtantialitatis, earumque loco filium dicerent ſimilem Patri, & hanc formulam tanquam Sacræ Synodi Nicænæ venditarent, vt refert Theodoretus lib.2. hiſt. cap.21.

Verùm in Concilio Seleuciano per idem tempus, vt notauimus ſupra, quo Ariminenſe, celebrato, multò proteruius debacchati ſunt tùm Semiarriani, tùm Arriani, qui cum Acacio, & Aetio ſentiebāt, & Chriſtum diſſimilem Patri, eiuſq; ſubſtantiæ expertē eſſe volebant; at quia id fateri publicè odioſum iam erat, primæq; blaſphemiæ Arrij incutiebat horrorem, ab eo Acacius ibi abſtinuit, abiegataque ſolùm conſubſtantialis voce, Chriſtum ſimilem in ſua fidei formula confeſſus eſt. Sed deluſoriè, interrogatus enim à Semiarrianis, qua in re intelligeret filium Patri ſimilem? reſpondit non in ſubſtantia, ſed ſola voluntate ei ſimilem eſſe (quaſi affectu, & voluntate ſolùm Patri concors, & ſeruiens eſſet) cum tamen à contraria parte argueretur, quod in libris ſuis docuiſſet filium per omnia Patri ſimilē eſſe; vt refert Socrates lib. 2. hiſt. cap. 31. & 32. Aëtius autem cum filium eſſe diſſimilem Patri, coram Conſtantio Imperatore aſſereret, ab eo miſſus eſt in exilium, ex Theodoreto lib. 2. hiſt. cap.27. qui & cap.29. de Eunomio idē ſentiente agit. Ab iſto Aetio deriuati ſunt hæretici dicti Aetiani, frequentius tamen ab Eunomio denominati ſunt Eunomiani, vt ait Auguſt. lib. de hæreſibus; Hactenus de primo, à Synodo Nicæna, & deinceps præſtito pro diuinitate filij explicanda, adhibito conſubſtantialis vocabulo, quod quantò fuit hæreticis odioſius, tantò libentiùs omnes Patres Orthodoxi illud amplexi ſunt.

Alterum ab eadem Synodo actum pro maiori huius veritatis confirmatione, fuit additamentum ab ipſa factum verſui *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, cum enim, vt mox dicemus; iā ante Nicænum Concilium ex traditione Apoſtolorum vigeret vſus in Eccleſia, quod à fidelibus glorificationis dictus hymnus occineretur vbique, licet diuerſo ritu, occaſione hęreſis Arrianæ recens in Nicæna Synodo accepit additamentum. Blaſphemantibus namque Arrianis, filium à Patre in tempore factum, fuiſſeque proindè tempus, quādo non erat, placuit Sācţæ Synodo aduerſus eiuſmodi hæreſim addi ad antiquum Glorificationis hymnum Gloria Patri, &c. illam appendicem, qua dicitur, *Sicut erat in principio, nunc, & ſemper, & in ſæcula, ſæculorum. Amen*. Cuius ſenſus eſt, nos illam celebrare de Deo vno, & Trino gloriam, quæ ei ab ęterno ineſt, & ſemper fuit, & ſemper eſt, & ſemper futura eſt in illo. Ex hoc enim quod æternitas ſit infinita quædam duratio virtute continens omnes alias, atque adeo ęquipolleat infinitis durationibus, temporibus, & ſæculis, rectè exprimitur per omnes eiuſmodi durationum differentias.

Vndè quod ſpectat ad huius verſiculi originem, quem glorificationis Maiores noſtri appellauere, quique ex prę-ſcripto Eccleſiæ ſolet cani in fine cuiuſcumque Pſalmi. Prima ſtare non poteſt Alcuini ſententia lib.6. de Diuinis officijs, exiſtimantis illum à S.Hieronymo rogatu, & hortatu Damaſi Papæ

pæ fuiſſe compoſitum; cum ante vtriuſque tempora iam in Eccleſia Orientali cantatum fuiſse in fine totius Pſalmodiæ colligatur ex Theodoreto lib. 2. hiſt. cap. 24. & Sozomeno lib. 3. cap. 20. qui ſcribunt Antiochiæ, temporibus Conſtantij Imperatoris; Catholicos, & Arrianos in hoc diſcrepaſse, quod illi canerent in fine Pſalmodiæ, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, iſti autem; *Gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto*. Quare duæ epiſtolæ, quæ de hoc verſiculo agunt, Damaſi ad Hieronymum, & Hieronymi ad Damaſum tom. 1. Concil. in rebus Damaſi, aut tanquam ſuppoſitiæ relegandæ ſunt cum Mariano Victorio in fine tom. 9. Cardinali Baronio circa annum Domini 325. num. 175. Cardinali Bellarmino de Scriptoribus Eccleſiaſticis: aut ſi quis velit illis adhibere fidem cum alijs, intelligendæ ſunt non de compoſitione huius hymni, ſed de cantu, & recitatione ipſius in fine cuiuſcumque pſalmi; Quatenus anno Domini 370. Damaſus Papa temporibus Valentiniani Imperatoris ex Sancti Hieronymi monitu ſanciuit, atque præcepit, vt hic verſiculus, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, non ſolùm in fine totius Pſalmodiæ, ſed etiam in fine cuiuſque Pſalmi in Eccleſia Romana vniuerſaliter recitaretur; vt legitur in Breuiario in eius die.

Secunda Nicephori ſententia lib. 9. hiſtor. cap. 24. vbi ſcribit hunc verſiculum à Flauiano Monacho Antiocheno, qui paulò ante Damaſi tempora floruit, compoſitum fuiſse, & in fine totius Pſalmodiæ à Monachis ex more decantatum; quem ritum poſtea Catholici Antiochię ſecuti ſunt, vt ſtatim dictum ex Theodoreto, & Sozomeno, eadem ratione, qua prima nequit eſſe vera, cũ enim ante tempus pręfati Monachi mẽtio habeatur huius verſus in Concilio Nicæno, non poteſt prima illius compoſitio, & origo Flauiano tribui, ſed ad ſummum inſtitutio, quod in ſuorum Monachorum Conuentu publicè decãtaretur, poſt finem totius Pſalmodiæ, ad profitendã iuxta fidem Concilij Nicæni conſubſtantialitatem, & perfectam diuinarum perſonarum æqualitatem.

Idem quoque dicendum eſt de tertia ſententia Valfridij lib. de obſeruationibus Eccleſiaſticis cap. 25. & Guillelmi Duranti in Rat. lib. 5. cap. 2. num. 17. referentium primam originem huius verſus ad Nicænam Synodum. Si quidem iam ante illam erat vſus in Eccleſia illum occinendi, non fuit igitur ab ea primum inuentus, ſed tantùm, vt ſtatim dicebam, occaſione hæreſis Arrianæ recepit illud additamentum; *Sicut erat in principio, &c.* quod clarè teſtatum habetur ex primo Concilio Vaſenſi c. 5. paulò poſt Nicænum celebrato, temporibus Conſtantij Imperatoris, cum Sanctus Nectarius Epiſcopus Viennenſis ſederet, qui eidem Synodo interfuit, ex Adone in Chronico anno Domini 337. verba autem Synodi hæc ſunt. *Et quia non ſolùm in Sede Apoſtolica, ſed etiam per totum Orientem, & totam Africam, vel Italiam, propter hæreticorum aſtutiam, qua Dei filium non ſemper cum Patre fuiſſe, ſed à tempore cœpiſſe blaſphemant, in omnibus clauſulis poſt, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen, dicitur: etiam & nos in vniuerſis Eccleſijs noſtris hoc ita dicendum eſſe decernimus*.

Vera igitur ſententia eſt illa, quæ aſſerit verſum *Gloria Patri, &c.* glorificationis hymnum à maioribus appellatum, nequaquam inuentũ eſſe à Concilio Nicæno, ſed ab ipſis Apoſtolorum temporibus, fideles, cum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti baptizarentur, eaſdem tres perſonas Sanctiſsimæ Trinitatis eiuſmodi hymno conglorificare cœpiſſe. Quod quidem ex maiorum traditione, abſque aliquo ſcripto ſibi Eccleſiam vendicaſſe pluribus oſtẽdit Diuus Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 27. & 29. Vnde etiam Clemens Romanus lib. 8. conſtitut. Apoſtolic. c. 18. & ſequentibus ad hunc hymnum glori-

glorificationis procul dubio alludens, pluries repetit, *Tibi omnis gloria, & honor, & adoratio Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, & nunc, & ſemper, & in omnia ſæcula ſæculorum*. Ioannes Gerſon Cancellarius Vniuerſitatis Pariſienſis in tractatu anagogico de verbo, & hymno gloriæ arbitratur non ſine optima ratione, hunc hymnum *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, ab Angelis in nocte Natiuitatis Domini virtualiter, & originaliter cantatum fuiſſe, cum laudantes Dominum dixerunt, *Gloria in altiſsimis Deo*; idem enim eſt, ac ſi dixiſſent, *Gloria in excelſis Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, cum nomen Dei pro omnibus perſonis ſupponat propter vnitatem, quam habent in eſſentia; atque adeò dicere poſſumus etiam hymnum glorificationis deriuaſſe ex cantico illo Angelorum, cum in vtroque idem ſit initium, atque eadem vox, nempè *gloria* ponatur: licet autem in Cantico Angelico trium perſonarum Sanctiſsimæ Trinitatis expreſsa mentio non habeatur, Eccleſia tamen illud tali mentione poſtea locupletare, & amplificare voluit, vt patet ex verbis annexis, quę Innocentius lib. 2. de myſterijs Miſſæ cap. 20. tribuit Teleſphoro Papæ: at Clemens Romanus lib. 7. Conſtitut. cap. 48. & 57. innuit ab Apoſtolis totum hoc additamentum fuiſſe compoſitum, cum ibi totus ferè hymnus recitetur.

Porrò Maiores noſtros ſimili hymno totam auguſtiſſimi Sanctiſsimæ Trinitatis myſterij fidem comprehendere voluiſse manifeſtè patet. Nam primò Trinitas perſonarum realiter inter ſe diſtinctarum apertiſsimè declaratur, cùm tàm expreſsè nomina earum propria per coniunctionem, quæ diuerſa copulat, in hoc verſiculo coniongantur; per primam verò dictionem *Gloria*, taliũ perſonarum conſubſtantialitas, perfectaque æqualitas ſignificatur. Pro cuius intelligentia notandum eſt, hoc nomen Gloria, Græcis Doxa, ad Deum relatum duo inter alia ſignificare, ex Diuo Thoma 1. Corinth. cap. 12. lect. 2. vel enim ſignificat gloriam Dei internã, vel gloriam Dei externam. Per gloriã Dei internam nihil aliud intelligitur, quam ipſamet Diuinæ eſſentia, magnitudo, ſapientia, bonitas, potentia, cęteraque eiuſmodi attributa, ac perfectiones, provt ſunt notæ palam Deo, & ab eo clarè cognitæ, ſeu ob quas Deus in ſe clarus, & glorioſus ab ęterno exiſtit, iuxta illud Ioannis 17. *Clarifica me Pater claritate, quàm habui apud te antequam mundus fieret*; vbi Gręcè eſt, *Doxaſon me ſu Pater para ſeauto ti doxi.* Per externam verò Dei gloriam nihil aliud intelligitur, quam clara notitia Angelorum, & hominum de ipſius infinita maieſtate, & perfectione; quæ gloria, licet vt ab omnibus Deo offertur, & celebratur, atque ore pronuntiatur, ſit quid creatum, & temporale, cum ſit actus hominis: obiectiuè tamen eſt ipſemet Deus Trinus & vnus, cuius ęternam gloriam, ſapientiam, atque potentiam laudando in ore, vel corde repetimus, & celebramus.

In hoc ergo verſiculo, ſiue ſumatur *Gloria* primo modo, hoc eſt, pro confeſſione internæ gloriæ, quam Deus de ſeipſo, ſuaque infinita magnitudine, & excellentia æternaliter habuit, & pro notitia quam habet Pater de Filio; & Filius de Patre, & Pater, & Filius de Spiritu Sancto, & Spiritus Sanctus de vtroque, de qua gloria principaliter intelligendus eſt verſiculus: ſiue ſumatur gloria ſecundo modo, pro actu laudis, vel internæ, vel externæ, quo glorificamus Patrem, & Filium, & Spiritũ Sanctum; & vnuſquiſque fidelis celebrat Deum, qualis ab æterno in ſe ipſo celebris fuit, & glorioſus; in hoc enim maximè Deus internè gloriatur, quod non ſit ſolitarius (ſiquidem non eſt cõſolatio perfecta ſolitario) ſed in conſubſtantiali trium perſonarum æterno conſortio beatus. Siue, inquam, ſumatur gloria vno, vel altero modo, rectè diuinarum perſonarum ęqualitas, & vnitas eſsentiæ, vel naturæ in illis per talem vocem deſignatur, non repetendo,

Glo-

Gloria Patri, *Gloria Filio*, *Gloria Spiritui Sãcto*; ſed vnica gloria tres illas perſonas glorificando. Sicut enim Matth. 28. dum dicitur, *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, vnico nomine vnitas eſſentiæ denotatur vt docet Ambroſius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 14. & lib. 2. in Lucam cap. 3. ita etiam in præſenti de vnico nomine gloria arguere poſſumus. Hinc patet dictionem *gloria* in hymno glorificationis contentam ſignificare aliquam gloriam, quæ ſoli Deo competat: nempè illam, quæ ſupremam maieſtatem, & excellentiam ſummo duntaxat bono conuenientem comprehendit, de qua ait Apoſtolus 1. ad Titum cap. 1. *Soli Deo honor, & gloria*; nam, vt ait Diuus Tomas 2. 2. q. 84. art. 1. ad 1. *Deo debetur reuerentia propter eius excellentiam, quæ aliquibus creaturis communicatur: non ſecundum æqualitatem, ſed ſecundum quamdam participationem. Et ideò alia veneratione veneramur Deum, quod pertinet ad latriam: & alia veneratione quaſdam excellentes creaturas, quod pertinet ad Duliam.* Ad profitendum igitur gloriam talem Deo, diuiniſque perſonis competere, quæ non alteri, quam vero debeatur Deo, Sancta Mater Eccleſia in fine cuiuſque Pſalmi, aliaſque ſæpius in diuinis officijs præfatum verſiculum adhiberi voluit; cui etiam, dum à fidelibus recitatur, omnes aſſurgunt detecto capite verè venerantes, & adorantes Sanctiſſimam Trinitatem vnum Deum. Imò Romani Pontifices indulgentiarum gratiam impertiti ſunt ijs, qui huiuſmodi actum latriæ, externamque ceremoniam in huius verſiculi pronuntiatione deuotè adhiberent. Cautum quoque eſt in ritibus Eccleſiaſticis, vt dum canitur in choro *Gloria Patri*, *&c.* omnes caput humiliter inclinent, & tunc tẽporis omnes aliæ actiones quieſcant, & ſuſpendantur, ita vt ſoli pronuntiationi huius verſiculi intendatur, quo principalis fidei noſtræ myſterij doctrina, hoc eſt Sacroſanctæ Trinitatis in eſſentia, æternitate, alijſque attributis vnitas continetur. Ad quam adhuc expreſsiùs declarandam aduerſus impiã Arrianorum hæreſim, dicentium fuiſſe tempus, quando filius non erat, Nicęni Patres addiderunt ſequentia verba: *Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Si autem quis petat, cur in Eccleſia non canatur, *Gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto*; ſicut enim orationes diriguntur ad Patrem, & concluduntur per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Ita quoque poſſet alicui fortaſſe videri conſentaneum, quod in hymno glorificationis Sanctiſſimæ Trinitatis diceretur, *Gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto*.

Pro explicatione huius quæſiti primò ſuppono tanquam certũ, hunc verſiculum ſic pronuntiatum nullam prorſus continere falſitatem. Vnde Beatus Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 1. narrat ſe diuerſimodè illum pronuntiaſſe, nunc dicendo, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.* nunc, *Patri cum Filio, & cum Spiritu Sancto.* nunc, *Patri per Filium in Spiritu Sancto.* Et hanc varietatem non arguere in diuinis perſonis eſſentiæ diuerſitatẽ ibidem oſtendit aduerſus hæreticos, qui illum calumniabantur, quod diuerſimodè confeſſionem Trinitatis faceret. Quia tamen hæretici Arriani, & Macedoniani eiuſmodi *per*, & *in* Filio, & Spiritui Sancto coniunctis in hymno glorificationis inferioritatem vtriuſque ad Patrem oſtendere, atque adeò conſubſtantialitatem, & æqualitatem trium diuinarum perſonarum inter ſe deſtruere conati ſunt, nam Deo eſt etiã gloria per creaturas, & in creaturis: ideò Eccleſia Catholica ad omnes huiuſmodi errores deteſtandos, iure merito, more vſitato, & antiquitus tradito ſemper cecinit, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.* Hac enim forma clarius, & apertius conſubſtantialitas diuinarum perſonarum ſignificatur; ſuppoſito præſertim

tim hæreticorum abuſu penes illas particulas *per*, & *in*.

Secundò ſuppono orationes fideliũ non ſolùm dirigi poſſe ad totam Trinitatem, verùm etiam ad omnes perſonas in particulari; vndè in Litanijs dicitur *Sancta Trinitas vnus Deus miſerere nobis*; & Dionyſius lib. de Myſtica Theologia ait: *Trinitas ſupereſſentialis dirige nos*. Nazianzenus orat.2.de pace circa finem; *O Trinitas Sancta, & longanimis (es enim longanimis, quæ tamdiu ſcindentes te toleras) ſuſcipe etiam iſtos, &c.* Deindè ad animi affectus figillatim erga vnamquamque perſonam excitandos, plures apud Sanctos orationes, piaque exercitia reperiuntur. Quãdo tamen ſic alicui perſonæ in particulari funduntur preces, laudeſque decantantur, non ita debet accipi, quaſi aliæ perſonæ excludantur, nam vt rectè docet Tertullianus lib.de oratione, Diuus Auguſtinus epiſt.66. ad Maximum Medicum, & lib.3. contra Maximinum Arrianum cap.10. propter eſſentiæ vnitatem ſemper in Patre intelligitur filius, & Spiritus Sanctus, atque adeò in Filio Pater, & Spiritus Sanctus, & in Spiritu Sancto Pater, & Filius. Similiter non ita debet intelligi, quaſi aliquid gloriæ vni tribuatur perſonæ, quod non alijs, cum omnes tres perſonæ ęqualiter concurrant ad creationẽ, iuſtificationem, aliaque tàm naturalia, quàm ſupernaturalia dona, & beneficia hominibus elargienda. Quocirca in Concilio Toletano V. can. 1. & 2. in confeſsione fidei definitur, vniuerſa opera Trinitatis ad extra eſſe inſeparabilia, & indiuiſa, quod prius docuerat Dionyſius cap.2.de diuinis nominibus; Auguſtinus lib.1. de Trinitate cap.4. & 5. cum enim omnes diuinæ perſonæ habeant vnam, & eamdem ſimpliciſsimam agendi virtutem, ſunt conſequenter vnum indiuiſum principium omnium operum ad extra. Verumtamen quia talis virtus agendi eſt ita cõmunis ſingulis Sanctiſsimæ Trinitatis perſonis, vt ordine quodam eis conueniat, in quantum filius ſimul cum natura illam accepit à Patre, Spiritus Sanctus ab vtroque; inde etiam fit, vt vnicuique perſonæ attribuantur quædam proprietates, quidamque effectus in rebus, ratione quorũ ſpecialia ab illis petimus, ſpecialeſque illis gratias, & laudes rependimus.

His ſuppoſitis, reſpondeo ad quæſitum, quod, vbi diriguntur orationes noſtræ ad aliquam perſonam in particulari V. g. ad Patrem, ſicut ſolet frequentius, cum Chriſtus ita docuerit nos orare Matth. 6. *Pater noſter, qui es in cælis* &c. & Ioann. 16. *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo* &c. tunc eiuſmodi orationes rectè concluduntur, per Chriſtum, aut per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum &c. cum ſit ille aduocatus noſter per quem omnia petimus: At cum in hymno Glorificationis toti Trinitati ſimul laudes decantentur, melius dicitur, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*, quàm, Gloria Patri per filium in Spiritu Sancto. Primo enim modo glorificantur immediatius omnes tres Sanctiſſimæ Trinitatis perſonæ, clariuſque aperitur earum inter ſe conſubſtantialitas, ſiue in eſſentia vnitas, ratione cuius eamdem Patri, & Filio, & Spiritui Sancto gloriam damus. Quapropter Eccleſia Romana omnium aliarum mater ad hanc fidem contra omnes hæreticos manifeſtius profitendam ſemper tali forma in fine Pſalmorum, alijſque diuinis officijs vſa eſt, ſimpliciterque pronuntiauit, *Gloria Patri, & filio, & Spiritui Sancto*; quamuis in ſuis hymnis aliam phraſim, ſeu loquendi modum adhibeat; vt quando canit: *Deo Patri ſit gloria, eiuſque ſoli filio, cum Spiritu Paraclito, & nunc, & in perpetuum Amen.* Vel, *Gloria tibi Domine, qui ſurrexiſti à mortuis, cum Patre, & Sancto Spiritu in ſempiterna ſæcula Amẽ.* Vbi præpoſitio *cum* non ſolum debet ſumi aſſociatiuè, ſed etiam copulatiuè, de qua diſtinctione videri poteſt Scotus in 3. diſt. 9. vbi explicando authorita-

ritatem Damaſceni, *Chriſtus Deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cum Patre, & Spiritu Sancto vna adoratione cum incommutabili carne eius*, aſſerit vltimam prępoſitionem *cum*, accipi aſſociatiuè, non autem copulatiuè, vt ſit ſenſus adoramus Verbum cum carne, id eſt habens carnem ſibi vnitam, non autem cum carne, hoc eſt carnem adoramus, vt ſit propoſitio copulatiua, & hoc conſiderando carnem, vt caro eſt, & non vt vnita diuinitati.

Quod autem in Concilio Toletano IV. can. 14. ſancitum fuerit, vt diceretur, *Gloria, & honor Patri, & filio, & Spiritui Sancto*; forſan id factum eſt ob aliquam hæreſim, quæ tunc in illis partibus vigebat; vel ad conformandũ ſe modo loquendi Scripturæ, vt colligitur ex ipſomet canone, cuius tenor iſte eſt: *Statuimus vt in fine Pſalmorum non Gloria Patri, ſed gloria, & honor Patri dicatur, Dauid dicente, Afferte Domino gloriam, & honorem; & Ioannes Euangeliſta audiuit vocem dicentem, honor, & gloria Deo noſtro &c. qui verò hoc prætererit excommunicetur*; Eodem etiam modo dicitur in Miſſa Moſarabum, quæ appellatur etiam Sancti Leãdri, & qua vſa eſt Hiſpania vſque ad tempora Alphonſi VI. Verum præfatũ Concilium ſub Honorio Papa I. celebratum non fuit Generale, ad quod cõuenere ſolum Gallęciæ, & Hiſpaniæ Epiſcopi. Quapropter licet eius decretum ſit conforme etiam modo loquendi Scripturę: Eccleſia tamen Romana nunquam ea forma vſa eſt in fine Pſalmorum: licet multoties in fine hymnorum canat; *Gloria, & honor Deo vſquequaque altiſſimo*.

Tertium in Concilio Nicæno præſertim pro ſtabilienda contra Arrianos vera filij diuinitate, Sanctiſſimęque Trinitatis fide, fuit canon editus, ſed penes Epiſcopos Catholicos ſecretò retentus, de conficienda littera formata. Eiuſmodi litteræ, inter plures alias ſpecies, quarum in Eccleſia fuit vſus, nihil erant aliud, quam teſſera quædam, vocat Tertullianus libr. de præſcript. cap. 20. conteſſerationem Catholicorum, quæ peregrinantibus dari conſueuerat, vt pro Catholicis cognoſcerentur, & ab hæreticis diſtinguerentur. Sic colligitur ex decreto Sixti I. qui vixit anno Domini 141. in quo ſtatuit, ne Epiſcopus euocatus ad Sedem Romanam Apoſtolicam, rediens ad parochiã ſuam ſuſcipiatur niſi cum formatis ſalutationis ad plebem à Sede Apoſtolica. Et Optatus Mileuitanus eiuſmodi commercio formatarum, vnius Eccleſiæ Catholicę ſeruari, ac proindè probari ſolitam vnitatem tradit lib. 2. contra Parmen: vbi texens Catalogum Romanorum Pontificum à Petro vſque ad Siricium de eo ait: *Cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in vna communionis ſocietate concordat*. Vnde etiam communicatorię litteræ ſunt appellatæ; Sic Auguſtinus epiſt. 163. ad Eleuſium, & ſocios, *hic primo aſſerere*, inquit, *conatus eſt, vbique terrarum eſſe communionem ſuam. Quærebam vtrum Epiſtolas communicatorias, quas formatas dicimus, poſſent, quo vellent, dare: & affirmabam, quod manifeſtum erat omnibus, hoc modo illam, facillimè terminari poſſe quæſtionem*. Hæc Auguſtinus. Quæ autem dicebantur formatæ, ſeu communicatoriæ litterę, eędem, vt author Atticus tom. 2. Concil. poſt Concil. Chalcedon. Canonicæ epiſtolæ appellabantur. Quin etiam Theophilus Epiſcopus Alexandrinus in epiſt. 1. Paſchali in fine, quas dicimus communicatorias, eaſdem & pacificas nominatas eſſe demonſtrat: quas adhuc idẽ author in epiſt. 3. Paſchali in fine appellat Eccleſiaſticas.

In Concilio ergo Nicæno forma quædam eiuſmodi litterarum, ne fraus irreperet, ne ve Arriani cum Catholicis temerè commiſcerentur, eſt inſtituta; cuius ſcribendæ exemplar editum eſt ab Attico ipſo Epiſcopo Conſtantinopolitano, quod excuſum habetur poſt Concilium Chalcedonenſe: & in Creſconiana collectione ſub eiuſdem Atti-

Attici titulo deſcriptum reperitur in hęc verba.

Græca elementa litterarum numeros etiam exprimere, nullus, qui vel tenuiter Græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epiſtolis Canonicis, quas mos Latinus formatas appellat, aliqua fraus falſitatis temere pręſumeretur; hoc à Patribus trecentis decem, & octo Nicææ congregatis ſaluberrime inuentum eſt, & conſtitutum: vt formatæ epiſtolæ hanc calculationis, ſeu ſupputationis habeant rationem: id eſt, vt aſſumantur in ſupputationem prima Græca elementa Patris, & filij, & Spiritus Sancti, hoc eſt, π, υ, α, quę elementa & octogenarium, & quadringenteſimum. & primum ſignificant numerum: Petri quoque Apoſtoli prima littera, id eſt, π, quæ numerum octoginta ſignificat: Eius quoque qui ſcripſit epiſtolam, prima littera; cui ſcribitur, ſecunda littera; accipientis tertia littera; ciuitatis quoque, de qua ſcribitur, quarta; & indictionis, quæcumque eſt, eiuſdem temporis idem, qui fuerit numerus, aſſumatur. Atque ita his omnibus Græcis litteris, quæ, vt diximus, numeros exprimunt, in vnum ductis; vnam, quæcumque collecta fuerit, ſummam epiſtola teneat; Hanc qui ſuſcipit omni cautela exquirat expreſsè. Addat præterea ſeparatim ἀμὴν, quod in epiſtola nonageſimum & nonum numerum, ſecundum Gręca elementa, ſignificat. Valete in Domino. Hactenus ex collectione Creſconiana.

Sic igitur, quod in hac formata, tribus illis prioribus elementis, Patris, & filij, & Spiritus Sancti, perfectæ & Sanctiſſimæ Trinitatis nomina adnotarentur; veluti ſymbolicis formulis, aduerſus ipſos, qui tunc inſurrexiſſent, hæreticos Arrianos fides Nicæna, eademque Catholica de hoc myſterio videbatur eſſe deſcripta. Quod verò non ſolùm in rectę fidei confeſſione, ſed & ex vera cum Eccleſia Catholica Romana communicatione probari deberet, qui recipiendus eſſet; inde additum eſt à Sanctis Patribus primum illud, quod ſequitur elementum π, nominis Petri; idque ea de cauſa, quod in Sede Petri vigeret totius Eccleſiæ Catholicæ principatus. Vnde reliquę litteræ, quibus indicabantur nomina ſcribentis, afferentis, recipientis, temporis, quo ſcripta, & loci, ex quo data erat formata, pro occaſione diuerſarum perſonarum, locorum, & temporum, ita mutabantur, vt tamen quatuor iam dicta litterarum elementa, quibus hæ voces ſignificabātur, Pater, filius, Spiritus Sanctus, Petrus cuicumque formatæ immutabilia inhærerent, ſicut & litteræ ſignificantes, Amen. En quot vijs, ac modis Nycæni Patres filij diuinitatem, nec non à maioribus acceptam de illa, totoque Trinitatis myſterio fidem conſeruare, ſtabilire, puramque ad nos tranſmittere totis viribus ſtuduerunt; quos poſtea ſecuti ſunt omnes alij Patres Orthodoxi; quorum teſtimonia non adduco, quia de illis non dubitant aduerſarij, ſed potius paruifaciunt, facileque videri poſſunt apud Interpretes Diui Thomæ 1. p. q. 29. & ſequentibus, Vaſqueſium diſp. 109. cap. 3. Didacum Ruis, Iodocum Coccium tom. 1. Theſauri, Bellarminum de Chriſto lib. 1. Dionyſium Petauium tom. 2. Theolog. Dogmat. Inter hos autem, qui pro fide Catholica contra Arrianā hæreſim pugnauerunt, eamque ſolidius & acutius refutarunt, potiſſimum eminuerunt Athanaſius, Hilarius, Gregorius Beticus in Hiſpania, Sebadius, ſiue Phebadius Agennenſis in Gallia, Idacius, ſiue Ithacius Clarus Epiſcopus Hiſpanus, Auguſtinus paſſim in multis tractatibus, ſed præcipuè tom. 2. epiſt. 57. ad Dardanum; 120. ad Honoratum; 150. ad Elpidium; 174. vſque ad 179. contra Paſcentium. Tom. 3. lib. de fide, & ſymb. in Enchirid. à cap. 34. ad 42. totis 15. libris de Trinitate; lib. 1. de Geneſi ad litteram à cap. 1. ad 2. tom. 4. lib. 83. quæſtionum, quæſt. 28. ad 30. tom. 5. lib. 2. de Ciuitate Dei cap. 10. tom. 6. in orat. de 5. hęreſibus; lib. contra ſerm. Arrianorum; lib. 3.

aduer-

aduerſus Maximinum; diſput.cum Feliciano Arriano. Fulgentius contra obiectiones Arrianorum;ac tandem D.Thomas lib.4. contra Gentes cap. 6. & ſequentibus, vbi omnia eorum argumenta latè collegit, & optimè diſſoluit; quare pręcipua tantùm hic adducam.

Satisfit nonnullis aduerſariorum obiectionibus.

PRimùm ſolent obijcere aduerſarij, quod loca ſcripturæ ſuperius adducta non ſufficienter probent intentam filij diuinitatem. Reſpondetur primò, hoc eſſe falſum, vt ſatis patet ex dictis pro eorum ponderatione, vt mirum ſit Arrianos homines alias in ſcriptura verſatos id non vidiſſe; debeatque pudere eos,qui noſtris temporibus eorum ab inferis errorem de nouo excitarunt, non intellexiſſe, quod Iudæi ipſi penetrare potuerunt. Exiſtimabant enim, quando Chriſtum Dominũ illa de ſe, quę adduximus teſtimonia afferentem audiebant, Ioann.10. *Ego, & Pater vnum ſumus.* 14. *Creditis in Deum,& in me credite.* 16. *Omnia quæcumque habet pater mea ſunt* &c. eum ſe Deum dicere, & quæ de ſe aſserebat, ijs ſe filium Patri æqualem, & eundem prorſus cum eo Deum ſignificare. Cur enim quæſo Iudęi dixiſsent Chriſtum blaſphemaſſe, *quia cum eſſet homo, ſe Deum faceret*, niſi intellexiſsent ipſum de vera diuinitate locutum fuiſse; cur Caiphas ipſum interrogauit Marci 14. *Tu es Chriſtus filius Dei Benedicti?* niſi quod ſibi, & alijs perſuaſum habebat, Chriſtum verum filium ſe Dei naturalem & dixiſſe, & ab omnibus teneri voluiſse. Quod idem Iudęi accuſantes eum coram Pilato manifeſtè iterum ſignificarunt Ioann. 19. *debet mori, quia filium Dei ſe fecit*; non adoptiuum,qui enim talem ſolùm ſe faciebat morte, aut alio ſupplicio dignus non erat; ergo naturalem.

Reſpondetur 2. gratis admiſso, quod filij diuinitas, ſeu cum Patre naturæ vnitas, & conſubſtantialitas non ita clarè ſignificaretur in Scriptura, cuius tamen oppoſitum conſtat ex dictis, imò totum teſtamentum nouum ad hoc ordinatur, vt illa probetur, omnemque ſuſtulit dubitationem, quæ oriri poterat, Diuus Ioannes 1. epiſt. cap. 5. *Vt ſimus in vero filio eius, hic eſt verus Deus, & vita æterna*; ad intentum nihilominus ſufficere, quod præfata Scripturæ teſtimonia,& ſimilia ita fuerint ex traditione ab omnibus Patribus, Concilijs, Summiſque Pontificibus Romanis vnanimiter, perſeueranter, ac firmiter intellecta, & explicata, v que ad hæc noſtra tempora; Sique nonnulli Patres, ante exortam hæreſim Arrianam, aut Concilium Nicænum, interdum in loquendi modo, vel etiam in conſectarijs quibuſdam nonnihil ab vſitata, vel exacta regula deflexerunt, generatim tamen omnes,quo ad ipſam dogmatis ſubſtantiam Catholicæ de diuinitate filij, Trinitatiſque myſterio fidei ſuffragantur, conſentientemque cum illa doctrinam habent. Vnico forſan Origene excepto, de quo eſt quæſtio vtrum doctrinam Arrij primitus tenuerit;fuit enim illo antiquior. Affirmant Epiphanius apud Auguſtinum lib. de hęreſibus, hæreſi 43. Diuus Hieronymus epiſt. 59. ad Auitum; Diuus Thomas 1:p. q 34. art. 1. ad 1. vbi adducta quadam authoritate Origenis ſuper Ioannem docentis, *Verbum metaphoricè dici in diuinis*, aſſerit eum fontem fuiſſe Arrianorum. Negant autem alij, vt Pamphilus in Apologia pro Origene, Ruffinus, Socrates lib. 6. Hiſtor. cap. 15. & ſi quæ loca in eo oppoſitum ſubolere videntur, ab hæreticis deprauata eſse dicunt; facitque pro hac parte Diui Athanaſij dictum in epiſt. de decret. Nicænæ Synodi,vbi aſserit nullum ex antiquis Patribus pro hæreſi Arrij allegari poſse,& vtitur cõtra illam teſtimonio Origenis. Cui etiã ex modernis fauent Picus Mirandulanus in apologia de hac re, Sixtus Senẽ-

ſis

ſis annot. 165. Vaſques 1. p. diſput. 109. cap. 1. Probabilius crederem illum quidem non ita exacto loquendi modo forſan dediſſe occaſionem, & anſam hæreſi Arrij, minimè autem illa infectum fuiſſe; & ita intelligendum eſſe Diuum Thomam, quando vocat eum fontem Arrianorum; ſicut idem Sanctus Doctor lib. 4. contra Gentes cap. 6. deducit eorumdem errorem ex Platonicorum dictis, ponentium Summum Deum Patrem, & creatorē omnium rerum, à quo primitus effluxiſſe dicebant quamdam mentem, in qua eſſent omnium rerum formæ, quam paternum intellectum appellabant. Quæ enim de filio Dei in ſcripturis dicuntur, hæretici Arriani de hac mente, quam creatam eſſe putabant, creaturarum tamen ſupremam, intelligebant. Verum quidquid ſit de hac controuerſia, etiam admiſſo, quod Origenes prius Arrij hæreſim docuiſſet, non ſolum veritati Catholicæ de filij diuinitate nihil obeſt, ſed potius fauet; dum enim veteres ex vna parte Patres in hoc illū reprehendunt, alij vero ex altera eum liberant tali nota, manifeſto eſt argumento, ſemper in Eccleſia pro certiſſimo fidei dogmate habitam fuiſſe Verbi Incarnati diuinitatem; pro hæreticis verò, qui illam negarent.

Secundum aduerſariorum argumentum deſumitur ex nonnullis Scripturæ locis, quibus ſoli Patri vera tribui videtur diuinitas, atque adeo ab illa excludi filius; Ioannis 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* 1. Timoth. capite vltimo, vbi loquens de Chriſto comparatiuè ad Patrem ait: *Quem ſuis temporibus oſtendit beatus, & ſolus potens Rex Regum, et Dominus Dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, et lucem habitat inacceſſibilem.*

Reſpondetur 1. ad hoc argumentū, primi loci in eo contenti ſenſum eſſe, quod ſolus Pater ſit verus Deus, comparatus cum falſis gentium Dijs, quos prius Iudæi ſæpius coluerant; qua ratione, cum non eſſet comparatio inter Patrem, & cæteras perſonas, ſed inter illum, & deos gentium, qui illa particula, *ſolum*, excluduntur, ſub nomine Patris etiam filius, & Spiritus Sanctus comprehenduntur, ſoluſque Pater nominatur, vti fons, ac principium totius diuinitatis, quoque poſito reliquæ duæ perſonæ ſufficienter ſignificantur, hac prima reſponſione facili, & expedita vtuntur plures Patres, Hilarius lib. 9. de Trinitate; Baſilius lib. 5. aduerſus Eunomium; Gregorius Nazianzenus orat. 4. de Theologia; Chryſoſtomus commentarijs in Ioannem cap. 17. Cyrillus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius ibidem; nec non Theodoretus in Catena Græcorum.

Secundò reſpondetur, illam particulam, *ſolum*, ſumi poſse, vel vt aduerbium, vel vt nomen adiectiuum. Si primo accipiatur modo, nullam habet difficultatem, quia facit ſenſum, quod Pater tantùm eſt Deus, vel nihil aliud quàm Deus; Chriſtus autem, quem miſit, non ſolùm eſt Deus, ſed inſuper homo.

At quia conformiter ad textum, dicta particula, *ſolum* videtur ſumenda adiectiuè, reſpondetur tertio, hoc quoque modo planum eſse huius loci ſenſum, in eoque ſignificari vtramque perſonam eſse *ſolum verum Deum*; illa enim particula, *& quem miſiſti Ieſum Chriſtum*, copulatur Pater, & Ieſus Chriſtus ab eo miſsus, atque adeo nomen illud adiectiuum, *ſolum*, ad Chriſtum neceſsario pertinet; vt ſenſus ſit, Patrem, & Chriſtum eius filium, ſolum Deum verum eſse, non excludendo filium, ſed admittendo; vel quod idem eſt, hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum cum Chriſto, quem miſiſti, quaſi ipſe ſolus cum Chriſto miſso ſit verus Deus, non ipſe ſolus ſine Chriſto. Hac etiam reſponſione vtuntur Hilarius, Chryſoſtomus, ac Cyrillus locis ſuperius citatis, & inſuper Ambroſius lib. 5. de fide cap. 2. nec non Diuus Auguſtinus tract. 105. in

in Ioannem, ita ordinans præfatum locum, *vt te, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, cognoſcant ſolum Deum verum*; vbi etiam in verbo miſiſti ſubintelligitur Spiritus Sanctus, quatenus ipſe quoque miſit Chriſtum, vt hominem. Cui ſenſui magis litteræ conſentaneo nihil obeſſe interruptionem illam verborum rectè notat Chryſoſtomus, probatque exemplo deſumpto ex 1. epiſt. ad Corinth. cap. 9. *An ego ſolus, & Barnabas non habemus poteſtatem?* vbi illa intercisio ſententiæ nihil detrahit Barnabæ, cum ſenſus ſit, *Ego, & Barnabas ſoli*, vel, *Ego ſolus cum Barnaba*, non excludendo Barnabam per particulam, *ſolus*, ſed adijciendo, & coniungendo eum ſibi, & eſt communis modus loquendi, vt cum dico, ſolus ego, & Franciſcus fecimus hoc, vel illud. Quamobrem iſte locus non ſolum non fauet aduerſarijs, ſed potius benè intellectus probat contra illos veram filij cum Patre diuinitatem; quodque iuxta Scripturę phraſim particula excluſiua *ſolus* etiam adiectiuè ſumpta nunquam excludit tres perſonas, quia inſeparabiles ſunt in eſſentia, ſed perſonas extraneas; & ſic cum dicitur ſecundo loco, & alijs ſimilibus, quod ſolus Pater habet immortalitatem, ſolus eſt potens &c. illa particula *ſolus* non excludit perſonas diuinas à conſortio immortalitatis, & potentiæ, aliorumque attributorum abſolutorum, ſed perſonas creatas; & Deum, qui eſt illæ tres perſonæ, ſiue ſubſiſtentem in illis, vt alia demonſtrant Scripturę loca, immortalitatem ſignificat habere, & potentiam.

Tertia obiectio fundatur in ijs Scripturæ locis, quæ Chriſtum Dominum, minorem, & inferiorem Patre affirmāt; Ioannis 14. *Quia Pater maior me eſt*. 1. Corinth. 15. *Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui ſibi ſubiecit omnia*. Quæ verba non poſſunt intelligi de Chriſto ſecundum naturam humanam; ſiquidē in hac multo magis Patri fuit ſubiectus ante glorificationem ſuam, quàm cum omnem poteſtatem ſibi datam oſtendet; igitur debent intelligi de Chriſto ſecundum aliam naturam, qua licet præcellat omni creaturę, non tamen eſt æqualis Patri, aut conſubſtantialis, ſed ad ſummum ſimilis, tanquam nobiliſſima creatura; vnde etiam ad Coloſſenſes cap. 1. vocatur *Primogenitus omnis creaturæ*, nec non Eccleſiaſtici cap. 1. & 24.

Reſpondent communiter Patres, teſtimonia illa Scripturæ, quibus filius minor Patre dicitur, intelligenda eſſe de filio in natura humana aſſumpta, in qua minoratus eſt, non ſolum reſpectu Patris, ſed etiam paulo minus ab Angelis; diciturque inſuper ſeruus Patris, ab eo mandatum accepiſſe, factumque eſſe illi obedientem. Quare in hoc ſenſu locutum fuiſse Chriſtum, cum ait, *Pater maior me eſt*, ſpecialiter docent, ex Græcis Athanaſius orat. 2. contra Arrianos, & lib. de Synodo Ariminenſi; Baſilius lib. 4. aduerſus Eunomium; Nazianzenus orat. 4. & 5. de Theologia: ex Latinis autem Hilarius lib. 5. & 11. de Trinitate; Ambroſius lib. 2. de fide cap. 4. & lib. 5. cap. 8. Auguſtinus lib. 1. de Trinitate cap. 7. & xj. q. 4 ad Oroſium; lib. 88. quęſtionum, q. 69. & tract. 78. in Ioannem; Leo Papa I. ſerm. 3. in Pentecoſten. Hunc autem eſſe genuinum iſtius loci ſenſum, patet ex præmiſſis, quibus Chriſtus locutus fuerat de ſuo ad Patrem reditu, *ſi diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad Patrem, quia Pater maior me eſt*; vt enim propriè loqueretur, oportebat dicere ſe redire ad Patrem ſecundum humanitatem aſſumptam, nam ſecundum diuinitatem, vti decedere à Patre non poterat, ita nec ad eumdem redire; Deindè cum toto iſto capite multa Chriſtus dixiſſet de ſua diuinitate, & conſubſtantialitate cum Patre; & fortaſſe nuſquam tot, & tam perſpicua; ſpectaretque ad fidem, ſe ita Deum aſſerere, vt inſuper veram hominis naturam habere ſignificaret, quod negaturi

erant

erant plures hæretici, propterea dixit, *vado ad Patrem, quia maior me eſt*.

Similiter cum ait Apoſtolus, quod tunc & ipſe filius ſubiectus erit Patri, manifeſtè loquitur de filio, vt homine, prius enim locutus fuerat de eius reſurrectione, ei ſolum conuenienti, vt homini; quod autem inſtant aduerſarij, in humanitate Chriſtum multo magis Patri fuiſſe ſubiectum ante glorificationem ſuam, quam cum omnem poteſtatem ſibi datam oſtendet; adeòque præfata Apoſtoli verba debere intelligi de Chriſto in alia natura; reſpondetur id male ab ipſis inferri; nullum ſiquidem eſt inconueniens, quod abſque multiplicatione diuerſarum naturarum vni & eidem naturæ humanæ Chriſti Domini, ſecundum diuerſos eius ſtatus, diuerſę quoque tribuantur ſubiectiones, & vnaquæque in ſuo genere dicatur maior altera; quare licet maior ſubiectio Chriſti nunc apparuerit in patiendo; non tamen in agendo, & ſubijciendo ſibi omnia, ſicut tunc apparebit, cum Chriſto, etiam vt homini, ex ſubordinatione ad operationem, & influentiam Dei, tanquam inſtrumento diuinitati coniuncto omnia ſubijcientur; qua tamen ſubiectione ei non competente, niſi ex operatione diuina, tunc & maximè ſubiectus erit Deo; quia manifeſtabitur operationem illam non procedere ab humanitate Chriſti, niſi vt ab inſtrumento diuinitatis, quod ſi inſtrumentum eius eſt, ei quoque ſubiectum eſſe debet; de quo videndus eſt Diuus Thomas ad hunc Pauli locum, nec non lib. 4. contra Gentes cap. 8.

Demum, ſi quæ authoritates loquentes de ſapientia, quæ eſt filius, illam vocant creatam, loquuntur de filio in natura humana aſſumpta; notat inſuper Diuus Thomas 1. par. quæſt. 41. art. 2. ad 3. proceſſionem Verbi vocari aliquando in ſcripturis generationem, & aliquando creationem, vt ex vtraque ſumatur aliquid perfectionis, ad integrè explicandam generationem illam; nam generatio eandem ſubſtantiam communicat genito, ſed cum mutatione creatio diuerſam ſubſtantiam communicat creaturæ. Proceſſio autem Verbi eſt ſine mutatione in eadem numero ſubſtantia generatio. Quomodo autem citatis Eccleſiaſtici, & Diui Pauli locis dicatur Sapientia incarnata primogenita ante omnem creaturam, vel omnis creaturæ, explicabitur infra cap. 6.

Quarta obiectio deſumitur ex alijs Scripturę locis, vbi tribuuntur multæ imperfectiones filio; quæ cum Deo conuenire nequeant, neceſſario fatendum eſt, illum non eſſe talem. Prima eſt ignorantia diei iudicij Marci 13. *de die autem illa nemo ſcit, neque Angeli in Cælo, neque filius, niſi Pater.* Secunda eſt impotentia Matth. 20. *Sedere ad dextram, vel ad ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Et Ioannis 5. *Non poteſt filius à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem.* Vndè, quando alibi dicitur ipſum facere, creare, & operari id, quod Pater, non debet intelligi modo diuino, ſed inſtrumentali, & inferiori, virtuteque ſibi ab eo data, Matth. 28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Quod etiam ſonat imperfectionem, quia ipſemet Dominus dixit, *Beatius eſt dare, quam accipere*, Act. 20.

Reſpondetur ad hanc obiectionem, nullam prorſus imperfectionem tribui Chriſto, qua Deo in diuinis ſcripturis, vndè aliquam eius ad Patrem inferioritatem arguere poſſint aduerſarij, diſtinctam ab ea, quæ prouenit illi ex humana natura aſſumpta; quinimo huc vſque dicta clarè demonſtrant perfectā eius cum Patre ęqualitatem. Quare ad primam probationem dicitur, filiū; qua talem, nihil poſſe ignorare, cum in ipſo ſint omnes theſauri ſcientiæ, & ſapientiæ Dei; ſed vt bene aduertit Diuus Thomas citato loco contra Gentes, dicitur de die iudicij nihil ſcire, quia ad modum ignorantis ſe habuit

buit vt homo, de illo tacendo, ſeu nihil reuelando. Qui enim aliquid ſciens tacet, ſeu occultat, videtur reſpectu aliorum, quaſi ignoranter ſe gerere, dum, quod ſcit, non manifeſtat.

Ad ſecundam probationem reſpondetur, etiam admiſſo, quod ibi Chriſtus loquatur non vt filius hominis, ſed vt filius Dei, male indè colligi in eo impotentiam cõcedendi diſcipulis ſeſſionem ad dexteram, & ad ſiniſtram; non enim dixit id ad ſe non pertinere abſolutè, ſed non pertinere ſic, id eſt, ratione propinquitatis carnalis; verum ex debita præparatione, & diſpoſitione Patris, & conſequenter ſua, quia, *quacumque Pater facit, & filius ſimiliter facit*, Ioannis 5. proptereaque ſignanter dicit *dare vobis*, nam particula *vobis* denotat perſonas petentes in quantum tales, quoniam propinqui ſunt. Quibus ergo paratum eſt à Patre, & ſimiliter à filio, dare illis, ſuum eſt, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua, & quatenus ſedes illæ à dextris, & ſiniſtris ex diuina prædeſtinatione dependent. Proindeque rectè ait Chriſtus, eas ſine iſta non eſſe ſuum dare, nec ob propinquitatem carnalem, quia nec ipſius Patris eſt ita dare.

Vbi ſimiliter Chriſtus ait Ioann. 5. *non poteſt filius a ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem*, id ſine vllo prorſus detrimento dixit æqualis cum Patre poteſtatis, ſed tantùm ſignificare voluit, quod id quod filius operatur, per generationem accipit à Patre. Cum enim prius dixiſſet ſe cum Patre operari; explicandus erat ille modus, ne quis exiſtimaret eamdem ſe facere cum Patre perſonam. Igitur diſtinguit perſonam à perſona, dicens ita ſe cum Patre operari, vt à ſe non operetur, ſed tanquam filius genitus à Patre, qui naſcatur ex eo videndo, & intelligendo, quique ipſum intelligere accipit à Patre; atque adeo non poſſit niſi videndo, & intelligendo ab eo accipere, & rationem operandi, & potentiam operandi. Non poſſe ergo filium à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem, non ſignificat eũ non facere propria, & diuina virtute, quæ tota eſt à ſe, id eſt increata, & non ab alio extraneo participata, vt intendunt aduerſarij, ſed tantùm, quod non poteſt facere à ſe, vt perſona ingenita, ſed vt nata, & procedens à Patre, & conſequenter prout viderit illum facientem.

Ita Patres interpretantur communiter hunc locum, ſed præ omnibus clariſſimè, & acutiſſimè Diuus Auguſtinus pluribus in locis, tract. 20. in Ioannem. *Inſeparabilia*, inquit, *ſunt opera Patris, & filij: ſed non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem. Quia videre filij, hoc eſt natum eſſe de Patre. Non alia viſio eius, & alia ſubſtantia eius, nec alia potentia eius. Totum quod eſt, de Patre eſt, totum quod poteſt de Patre eſt. Hoc ergo eſt, non poteſt filius à ſe facere quicquam, quod eſt, ſi diceret, non eſt filius à ſe. Etenim ſi filius eſt, natus eſt, ſi natus eſt, ab illo eſt, de quo eſt natus.* Inſuper. *Hoc intelligitur in illis verbis. Non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem. Hoc eſt: quidquid filius habet, vt faciat, à Patre habet, vt faciat. Quare habet à Patre, vt faciat? Quia à Patre habet, vt filius ſit. Filio hoc eſt eſſe quod poſſe.*

Et rurſus tract. 21. *Omnia per filium facta ſunt. Verbum Patris eſt filius, nihil dixit Deus, quod non dixit in filio. Dicendo filium genuit. Non carnaliter accipiamus illud, niſi viderit opus Patris. Videndo enim natus eſt, & naſcendo videt. In eo quod eſt illi videre, in eo eſt illi natum eſſe.* Idem habet lib. 16 de Trinitate cap. 14. *Non poteſt*, inquit, *filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem. Potenter hoc non poteſt: nec eſt infirmitas iſta, ſed firmitas. Nouit omnia Deus Pater in ſeipſo, nouit in filio: ſed in ſeipſo tanquam ſeipſum. In filio tanquam verbum ſuum. Quod eſt de his omnibus, quæ ſunt in ſeipſo.*

ſeipſo. Omnia ſimiliter nouit & filius. In ſe ſcilicet tanquam ea, quæ nata ſunt de ijs, quæ Pater nouit in ſeipſo. In Patre autem tanquam ea de quibus nata ſunt, quæ ipſe filius nouit in ſeipſo. Sciunt ergo inuicem Pater, & filius; ſed ille gignendo, iſte naſcendo. Quo etiam ſenſu idem Sanctus Doctor aſſerit dictum fuiſse à Chriſto Domino verſ.20. *Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei, quę ipſe facit. Ad hoc*, inquit tract. 19. in Ioannem, *quod ſupra dixi; Niſi quod viderit Patrem facientem, videtur pertinere, & quod omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit*; quod fuſius explicans tract. 2. ait. *Videamus quemadmodum demonſtrat Pater filio quæ facit, cum Pater nihil faciat, niſi quod per filium facit. Vbi demonſtrat Pater filio quod facit, niſi in ipſo filio, per quem facit? Videre Patrem, hoc filio eſt eſſe filium, Verbum Patris eſt filius. Nihil dixit Deus, quod non dixit in filio. Dicendo filium genuit filium.* Adeo vt, iuxta mentem Sancti Auguſtini, quemadmodum videre verbum, vel filium, eſt eſse natum, & genitum à Patre, ita demonſtrare Patris, eſt gignere fiilium, & Patrem filij eſse. Vndè hac interpretatione, quæ procul dubio genuina eſt, & conſona Sacro Textui; cum enim Ieſus ibi Iudæis calumniantibus, quod curaſset in Sabbatho languidum triginta, & octo annorum, reſpondiſset: *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor*; ſubdit tamen Euangeliſta: *Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non ſolum ſoluebat Sabbathum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo*; ipſeque Chriſtus, vt vidimus, explicat modum, quo æquali cum Patre poteſtate operatur; non ſolum ſoluitur argumentum aduerſariorum, ſed clarè hoc loco, ſi quis ſit alius, demonſtratur vera filij cum Patre diuinitas.

Ad id quod inferebant, filium quidem facere omnia, quæ Pater, ſed modo inſtrumentali, & inferiori, quia dicitur facere virtute à Patre accepta, omniaue per ipſum fieri, ſed non ex ipſo, particula *per* deſignante miniſterium, & inferioritatem. Reſpondetur primò, in Scriptura non ſolum dici creaturas per filium factas, ſed etiam in ipſo omnia conſtare, Coloſſenſ. 1. verſ. 15. *Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cælis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates; omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant*; tùm ipſum *portare omnia verbo virtutis ſuæ.* Hebræor. 1. ac demum, *quæcumque Pater facit, & filium ſimiliter facere*, Ioannis 5. Qui certè modi loquendi, & ſimiles Sacræ Scripturę ſatis ſuperque indicant, non omnia per illum facta eſſe inſtrumentaliter, ſed principaliter, ſeu virtute Patri coæquali, quia tamen per generationem accepta, ideo cauſalitas eius interdum etiam ſignificatur illa præpoſitione *per*.

Secundò reſpondetur ex Diuo Thoma 1. par. q. 36. art. 3. præpoſitionem *per* denotare medium, ſeu ordinem aliquem in proceſſione, vel actione alicuius rei. Poteſt autem eſſe medium in virtute, & authoritate, vel in inſtrumento, & miniſterio; poteſtque etiam virtus eſſe eadem, ſed tantùm ordo in ſuppoſitis, ſeu perſonis. Eſt ordo in authoritate, & virtute, cum dicitur, quod Balliuus operatur per Regem, ſeu per authoritatem Regis. E contra verò, cum dicitur quod Rex operatur per ſuum Balliuum, tunc præpoſitio *per* ſignificat miniſterium, & inſtrumentū. In diuinis Pater operatur per filium tanquam per perſonam à ſe genitam, ſed eadem virtute, & authoritate cum illa, & ita eſt ordo in perſonis, non in virtute, & potentia operatiua; propterea que præpoſitio *per* nullam in filio, vbi omnia per illum facta dicuntur, inferioritatem in agendo denotat.

Per quod patet ad vltimam inſtantiam, quia licet beatius, imo perfectius ſit

ſit dare, quam accipere, vbi quis liberè, & diminutè dat; vel,quod idem eſt, quando id quod datur,non eſt tantum, nec idem quod ipſemet dans, ſecus autem vbi, quod accipitur, eſt vnum, & idem cum ipſomet dante. Cum igitur Deus Pater non tantùm neceſſario, & naturaliter generet filium, verum etiā per generationem illi communicet totum, quod ſe tenet ex parte ipſius, ita vt filius accipiens non maneat diſtinctus à Patre dante, niſi in oppoſitione relationis, quæ eſt inter dantem, & accipientem, producentem, & procedentem; æque beatum, & perfectum eſt filio accipere, quam Patri dare. Niſi quis vellet dicere Patrem dici beatiorem, non re tamen, aut ſecundum diuinitatem, ſed denominatione, quatenus fons eſt, & principium diuinitatis, & vti Græci loquuntur *cauſa filij*, quē genuit; quemadmodum multi Patres Græci Athanaſius orat. 2. contra Arrianos, Epiphanius hæreſi 69. Naziāzenus orat. 4. & 5. de Theologia, Cyrillus lib. 2. Theſauri cap. 3. Chryſoſtomus, Theophilactus, & Euthymius in Ioannem, Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 19. Ex Latinis autem Hilarius lib. 5. & 11. de Trinitate, exiſtimauerunt Patrem Ioannis 14. dici maiorem filio, nedum ſecundum humanitatem, vt explicuimus ſupra, verum etiam ſecundum diuinitatem, non quod reipſa maior, ſed quod maiorem filio, quem genuit, habet authoritatem.

Omitto plures alias obiectiones, quæ poſſent deſumi ex varijs difficultatibus circa huius myſterij explicationem occurrentibus,verum quia in præſenti agimus contra hæreticos admittentes, vt ſupponimus, diuinarum ſcripturarum authoritatem, ſufficit ex illis oſtendiſſe eius veritatem,vt incunctanter credatur; nullamque proinde afferri poſſe contra illud difficultatem à Paganis, aut Ethnicis, cui ſufficienter ſatisfieri non poſſit, vt de omnibus fidei noſtræ myſterijs probauimus ſupra ſect. 1. vndè ſatis ſit de præſenti contra nouos Arrianos, & Semiarrianos controuerſia.

CAPVT V.

Stabilitur contra nouos Macedonianos Diuinitas Spiritus Sancti, ſeu tertiæ Perſonę SS. Trinitatis.

HVius veritatis Catholicæ magis expreſſa definitio primùm facta eſt contra Macedonium, & eius ſequaces illam negantes in Secunda Synodo Generali Conſtantinopolitana I. vt dicetur infra, quam cęteræ deinceps amplexæ ſunt, nullaque fermè eſt, in qua fidei confeſsio, ſeu ſymbolum ibi editū non præmittatur. Etſi autem Scripturæ loca, quibus iſta Eccleſiæ fides, ac definitio innituntur, ad certas quoque reduci poſſent claſſes, vt ſuperiori capite diximus de Diuinitate filij, eumdē nihilominus, quem ibi in eius, hic in Spiritus Sancti Diuinitate etiam probanda, ordinem ſeruabimus, librorum videlicet noui Teſtamenti.

Primus igitur locus vndè veritatem hanc fidei colligere poſſumus ſunt verba Matth. cap. vlt. & Marci 16. Pro forma baptiſmali à Chriſto Domino inſtituta; *Baptizantes eos in nomine* Patris, *& Filij, & Spiritus Sancti*; cum enim baptiſmus in nomine vllius creaturæ conferri non poſſit, ſi confertur in nomine Spiritus Sancti, neceſſe eſt fateri ipſius cum Patre, & Filio diuinitatem, & æqualitatem. Sic Athanaſius ſerm. 3. contra Arrianos, & in orat. de æterna ſubſtantia filij, & Spiritus Sancti, contra Sabellij gregales, Hilarius lib. 2. de Trinit. Gregorius Nazianzenus in oratione habita coram centum quinquaginta Epiſcopis, & orat. 5. de Theolog. Ambroſ. lib. 1. de Spiritu Sancto c. 14.

Ioannis 14. verſ. 16. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis*. vbi Chriſtus Dominus Paraclitum vocat Spiritum Sanctum, quaſi conſolatorē, quamuis enim

hoc nomen tribus diuinis perſonis cõmune ſit, tamen per attributionem datur tertię perſonæ, ſicut etiam nomen Spiritus. In illis igitur verbis Chriſti Domini diligenter conſideratis non ſolùm diſtinctio Spiritus Sancti à perſona Patris, & Filij, ſed etiam eius cum vtroque conſubſtantialitas habetur. Nã cum à Filio mitti, à Patre procedere, ille verò venire dicitur, ſicut diſtincta ſunt mittere, & procedere ab alio, & venire: ita ſunt diſtinctæ perſonæ, mittens, à quo procedit, & qui venit. Deindè Spiritus Sancti conſubſtantialitas Patri, & Filio ſignificatur, quando dicitur ab vtroque procedere, ſicut Filius eſt Patri conſubſtantialis, quia à Patre gignitur. Hinc ſoluitur quæſtio, qua de cauſa tot verbis vſus ſit Dominus in hoc ſpiritu deſcribendo. Reſpondetur enim id factum fuiſſe primò vt myſterium Trinitatis, quod ad fidem Chriſtianorum pertinet, exponeretur; ad quod erat opus tertiæ huius perſonę dignitatem oſtendere. Secundò vt quã dignum ſit fide teſtimonium eius, de quo adiungitur, *ille teſtimonium perhibebit de me*, aperiret; & declararet; & diſcipulos ipſos confirmaret ad teſtimonium de ipſo Chriſto exhibendum. Quatuor enim impedimenta, quæ Apoſtolorum teſtimonium Chriſto perhibendum impedire, aut ſaltem retardare poterant, Spiritus Sancti diuinitate prædicata, & explicata tolluntur. Primum impedimentum erat humilitas Chriſti: nam de mortuo, & à Iudęis crucifixo teſtimonium reddere, humile quid, & contemptibile videri poterat. Secundum erat difficultas perſuadendi; nam perſuadere hominem crucifixum eſſe Deum, arduum videbatur, & erat. Tertium periculum: nam cum Chriſtus ſe propter ſuam prędicationem à Iudæis occidendum iam illis reuelaſſet, quid non erat à diſcipulis timendum teſtimoniũ perhibentibus? Quartum erat quod parum eſſent idonei, ſe enim illiteratos, & humilis conditionis agnoſcebant. Hæc inquam quatuor impedimenta, quæ diſcipulorum animos maximè à prędicatione Euangelica deterrere poterant, prudentiſsimè Chriſtus Dominus repellit his verbis præmiſsis: *Teſtimonium*, inquit, *perhibebit Spiritus Paraclitus, veritatis, qui à Patre procedit, et quem ego mittam vobis.* Primò quidem, ne videatur vobis vile, & contemptum officium, & teſtimoniũ, quod ille, qui à Patre procedit, & eſt ipſi conſubſtantialis, eſt perhibiturus. Rurſus ne timeatis, non poſſe vos arduam veritatem perſuadere: ille enim Spiritus veritatis, qui omnia ſcit, qui quæcumque vult docet & perſuadet, vobiſcum & per vos reddet teſtimonium. Vndè Marci 13. v. 10. Math. 10. v. 19. Lucæ 12. v. 11. & 21. v. 14. monet Apoſtolos Chriſtus, *et cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: ſed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini; non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus Sanctus*. Nec vos præterea terreat periculum, quod vobis certum imminet. Nam non ſolùm efficiet vos ſpernere, & contemnere pericula omnia temporalia, ſed deſiderare, & gaudere in eis. quia Paraclitus eſt, & conſolator, & incitator, ſeu exhortator. Et in huius fidem legimus act. 5. v. 41. *Quod ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*. Nec denique conturbet vos veſtra inſcitia: nam ſpiritum mittã vobis, qui erit in vobis ipſis; qui tales vos efficiet, vt teſtimonium probatiſſimum mundo perhibere poſſitis, dabit enim vobis ſcientiam, & ſapientiam, cui mundus non poterit contradicere. Sic Diuinus Paulus in cuius conuerſionis ſolemnitate hæc ſcribo act. 9. *Multò magis conualeſcebat, et confundebat Iudæos, qui habitabant Damaſci, affirmans quoniam hic eſt Chriſtus*.

Eiuſdem S. Ioannis cap. 16. dicente Chriſto Domino: *Si enim non abiero Paraclitus non veniet ad vos, ſi autem abiero mittam eum ad vos*. Doctè, & verè Chriſoſtomus hom. 77. annotat contra Macedonium negantem Spiritus Sancti diuinita-

diuinitatem, hoc loco eam inſinuari: non enim expediens eſſet receſſus Chriſti, qui filius Dei eſt, nec compenſaretur aduentu creaturæ: neceſse eſt igitur Spiritum Sanctum hic promiſſum, Deum eſſe: Non autem ex impotentia factum eſt, vt annotat Auguſt. tract. 94. quod Spiritus Sanctus præſente Chriſto non venerit, eiuſque ad Patrem receſſum expectarit. *Nec enim vbi ille erat*, inquit Auguſt. *iſte inde receſſerat, et ſic venerat à Patre, vt non maneret in Patre*; ſed quia ſic diſpoſuerat Deus, vt nonniſi poſt aſcenſionem Chriſti mitteretur.

Poterat ergo Spiritus Sanctus abſolutè venire, nam Chriſtus, vt Deus eſt, Spiritum Sanctum mittit, vt autem Deus eſt omnia replet, & in terra, & in cœlo ſemper eſt, ſiue ergo abſens ſit, ſiue præſens humanitas eius in terra, ſemper potuit Spiritum Sanctum mittere: tamen poſito diuinæ prouidentię decreto, non potuit. Huius autem prouidentiæ diuerſæ afferuntur congruentiæ. Primò quidem ex parte Spiritus Sancti, vt eius diuinitas maximè innoteſceret; cum enim manifeſtanda eſſet hominibus, ex miris ſignis, & operibus, quæ effecturus erat; ſi tunc Chriſtus adfuiſſet, ſoli ipſi talia opera facilè tribuiſſent homines, non autem aduenienti Spiritui Sancto, at cùm eo abſente facta ſunt, Spiritus Sancti potentia, & diuinitas apertius commendata eſt; ſic ergò cum tres perſonæ eiuſdem eſſentiæ, & potentiæ manifeſtandæ eſſent in Euangelio, congruum fuit, vt reſeruarentur aliqua opera, per quæ Spiritus Sanctus, diſcedente prius Chriſto, ſuã diuinitatem oſtenderet: quandoquidem iam Pater in veteri teſtamento ſuam diuinitatem demonſtrauerat: Filius in carne ſe Deum miris operibus oſtenderat. Secundò ex parte Chriſti ipſius, ad oſtendendendum quod Spiritus Sãctus non ſolùm à Patre, ſed etiam à Filio procedat; ſi enim tunc præſens fuiſſet Chriſtus, nón tam facilè miſsionem, atque adeò proceſsionem Spiritus Sancti, ipſi multi tribuiſſent, ſed exiſtimaſſent ſolum Deum Patrem propter Chriſtum miſiſſe: at dum recedit, & poſt receſſum Spiritus venit, faciliùs ab eo miſſum eſſe, atque adeò ab ipſo procedere, cum mitti vnam perſonam ab alia, ſit ab ipſa procedere, credi potuit. Alias congruentias relinquo; quæ non faciunt ad præſens inſtitutum.

Diui Matthęi cap. 12. Marci 3. & & Lucæ 12. dicitur, *qui autem blaſphemauerit in Spiritum Sanctum, non ei remittetur*. Non ſolùm ex hoc loco refutantur Sabelliani, qui tres in Deo perſonas confundebant, cum hìc perſona Filij, & Spiritus Sancti adeò diſtinguantur, vt, qui in illum peccat, veniam obtineat, qui in hunc non obtineat: ſed etiam Macedoniani, qui Spiritus Sancti negabant diuinitatem; Abſurdum eſt enim, vt peccata aduerſus aliquam creaturam ſint grauiora, aut ad remittendum difficiliora, quam aduerſus Deum, cum peccata primariò per ſe ſint contra legem, & maieſtatem Diuinam, nec vllus ſit textus, quo blaſphemiæ aduerſus Filium, aut Patrem dicãtur non remitti in ęternum; conſequens eſt igitur, vt Spiritus Sanctus ſit verus Deus non creatura, nec Filio, aut Patre inferior, ſed vtrique conſubſtantialis. Quid autem intelligatur per peccatum in Spiritum Sanctum, & quomodo nunquam remittatur, non eſt huius loci diſcutere, eamque ſuperiori ſectione ſufficienter probauimus cap. 22.

Diui Lucæ cap. 1. dicit Angelus ad Beatiſsimam Virginem Mariam, *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Similiter Matthæi 1. *quod in ea natum eſt de Spiritu Sancto eſt*. Vbi Incarnatio Verbi Diuini, quæ eſt miraculum miraculorum, peculiariter attribuitur Spiritui Sancto; quod ſua virtute ita effecerit in Virgine, quod viri erat, formando, & organizando, ac animando carnem Chriſti, vt etiam ſanctam effecerit ipſius conceptionem, vt explicant Theologi 3. par. & ſacri Interpretes comment. in cap. 1.

S. Lu-

S.Lucæ. Quamuis enim omnia opera, quæ extra ſe Deus operatur, communia ſint quantum ad efficientiam toti Trinitati, atque adeo caro Chriſti non à Spiritu Sancto ſolo, ſed etiam à Patre, & Filio indiuiſa actione fuerit formata; ſpecialiter tamen hoc tribuitur Spiritui Sancto, ratione ſanctificationis adiunctæ, ſolet enim ſcriptura, quæ gratiæ ſunt, & ſanctitatis, per appropriationem tribuere Spiritui Sancto. Igitur Spiritus Sanctus eſt Deus, ex cuius ineffabili ſuperuentione, Beatiſsima Virgo Maria ſalua virginitate concepit, non tantum hominem, aut filium hominis, ſed etiam Filium Dei Altiſsimi, ita vt non hominis ſolius, ſed ſimul etiam filij Dei mater effecta ſit.

Actuum Apoſtol.cap.5. v.4. Spiritus Sanctus expreſsè nominatur Deus. Ibi enim Petrus increpans Ananiam, eiuſque vxorem, quod mentiti eſsent aduerſus Spiritum Sanctum, ſubdit ſtatim non eſſe mentitos hominibus, *ſed Deo*; quia ſcilicet mentiti erant Spiritui Sancto, qui eſt vnus, ac verus Deus, cum Patre, & Filio, ſicut notant etiam Athanaſ. lib. de communi eſſentia, Gregor. Niſſ orat. de Filio, & Spiritu Sancto, Hieron. in cap. 63. Iſaiæ; Ambroſius lib.3. de Spiritu Sancto, alijque plures. Mentiuntur ergò Tranſyluani aſſerentes, nuſquam vocari expreſsè Spiritum Sanctum Deum. Cur autem, cum Ananias æquè dici poſſet mentitus Patri, & Filio, dicatur tamen mentitus Spiritui Sancto, non deſunt multæ congruentiæ, quæ poſſunt videri hic apud Interpretes; quatuor affert Cornelius à Lapide.

Rurſus act. Apoſt. cap. 7. v. 51. ex verbis Stephani ad Iudæos: *Vos ſemper Spiritui Sancto reſtitiſtis*; Diuinitatem Spiritus Sancti contra Macedonianos colligunt Chriſoſtomus, & Oecumenius ſicut & Athanaſius ad Serapionem, & ſerm. de communi eſſentia Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Cap.15. verſ.28. dicente Beato Petro: *Viſum eſt enim Spiritui Sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria*; Eiuſdem Sancti Spiritus inferunt Diuinitatem Didymus lib. 2. de Spir. Sanc. Ambroſ. lib.2. de Spiritu Sancto cap. vlt. & Idacius contra Varimund. ſignificatur enim hìc, vt operator gratiæ, vt auctor imperatæ executionis, arbiterque ſuæ poteſtatis; Idem deducit Chriſoſtomus ſerm. de Trinit. & Cyrillus Hieroſolymitanus, catheceſi 17. ait: *Illum nunc in vnitate Patris, & Filij conſtituiſſe nouum teſtamentum in Eccleſia Catholica; Apoſtolos per authoritatem ab ipſo acceptam, qui etiam ſcripto ſuo apertè declarauerint, quòd tametſi ab hominibus id ſcriptum erat, ſed ex Spiritu Sancto tamen Oecumenica eſſet conſtitutio.*

Cap.20. v.28. dicente Paulo dum verſaretur in Vrbe Epheſina: *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Indè Spiritus Sancti Deitatem argumentantur, quotquot ſibi hóc de illo argumentum tractandum ſuſceperunt, Athanaſius, Dydimus, Baſilius, & alij.

Cap.21. v. 11. notandus eſt modus loquendi Prophetæ Agabi: *Hæc dicit Spiritus Sanctus*, Prophetas veteres imitantis, qui dicere ſolebant, *Hæc dicit Dominus Deus*, quia Spiritus Sanctus æquè, vt Pater, & Filius, Dominus, & Deus eſt, nec eorum ſeparari poteſt operatio, quorum natura, & voluntas vna eſt.

Idem dic de modo loquendi Pauli dicentis ad Iudæos actuum cap. vltimo: *Benè Spiritus Sanctus locutus eſt per Iſaiã Prophetã*, &c. ſolus enim Deus fuit Sacræ Scripturæ, & Prophetarum inſpirator, vndè cum id à D. Paulo hìc, & à D.Petro cap.1. act. v.12. tribuatur Spiritui Sancto, manifeſtum eſt pro Diuinitate ipſius argumentum. Sed de hoc redibit ſermo infra.

Ad Romanos cap.5. v.4. dicitur, *quia Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*. Ex quo loco poteſt argui Diuinitas Spiritus Sancti, cum enim ſolius

Dei

Dei ſit animam ſanctificare, ac mediante gratia,& charitate in ipſa inhabitare, iuxta illud Leuitici 22. *Ego Dominus, qui ſanctificabo vos*, hocque tribuatur Spiritui Sancto,oportet igitur Spiritum Sanctum eſſe Deum. Sic 1. Corinth. cap. 6. dicitur: *Abluti, & ſanctificati eſtis; iuſtificati eſtis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri*. & cap. 12. *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus, & alij datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alteri fides*; hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus diuidens ſingulis *pro vt vult*. In qua authoritate ponderanda ſunt etiam illa verba *pro vt vult*. Solius enim Dei eſt facere pro vt vult; reliqua namque voluntatem habentia, habent regulam ſuæ voluntatis: ſolique Deo proprium eſt, quod ſua voluntas ſit regula; igitur dicente D. Paulo de Spiritu Sancto, quod gratias vnicuique diſtribuat, *pro vt vult*,apparet Spiritum Sanctum eſſe verum Deum. Inſuper Theophilactus ex hoc loco infert Spiritum Sanctum eſſe Dominũ,& Deum, neque effici, ſed efficere omnia ęquè vt Pater,quia operatur omnia in omnibus, vt dixit Apoſtolus ver. 6. operari enim omnia,quod verſ.6.tribuit Patri,hic tribuit Spiritui Sancto; quamuis per quãdam appropriationem Apoſtolus gratias, ſeu dona tribuat Spiritui Sancto, ſeu fonti bonitatis, miniſteria filio, ſeu Domino; operationes Deo, ſcilicet Patri, quaſi primo omnium principio.

Sic iterum 2. epiſt. ad Theſſalonicenſes cap. 2. dicitur, *Elegit nos Deus primitias in ſalutem in ſanctificatione ſpiritus, & fide veritatis*, & Ioannis 3. *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto,non poteſt introire in regnum Dei*. Per baptiſmum enim his verbis ſignificatum, virtute Spiritus Sancti regeneratur homo in nouum hominem, & in ſtatu filiorum Dei conſtituitur, vt hæreditatem regni Dei percipere poſſit. Eo autem Chriſtus hic ſolius Spiritus Sancti mentionem fecit, quamuis baptiſmus conferri debeat in nomine triũ diuinarum perſonarum, vel quia ſpecialiter omnia noſtræ ſanctificationis, ac iuſtificationis opera tribuuntur Spiritui Sancto; vel, vt verba hæc relationem quamdam haberent ad teſtimonium Ioannis,cuius fortaſſe Nicodemus,cum quo ibi loquebatur Chriſtus, ignarus non erat: nam Ioannes dixerat: *Ego vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit in Spiritu Sancto*, quod non ſolùm debet intelligi de effuſione Spiritus Sancti in Pentecoſte, qua copiosè inſtar aquæ in Apoſtolos effuſus eſt, eoſque in ſeipſo quaſi merſit,& abſorpſit; ſed etiam quia Apoſtolis baptizantibus deſcendebat Spiritus Sanctus in fideles, non tantùm inuiſibiliter, ſed & viſibiliter in ſpecie ignis, vti primitus in ipſoſmet deſcenderat in Pentecoſte, vndè non immeritò Baptiſmus vocatur Sacramentum Spiritus Sancti. Vide Cornelium à Lapide in Act. Apoſtol. cap. 1. vbi explicat illa verba, *Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non poſt hos multos dies*.

Prima epiſtola ad Corinthios cap. 2. ver. 10. dicitur; *quod Spiritus omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. Quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? ita & quæ Dei ſunt nemo cognouit niſi ſpiritus Dei*. Qui modus loquendi valdè notãdus eſt, non enim ſcrutari eo loco ſumitur pro inquirere, aut inueſtigare aliquid antea incognitum, ſed pro, vt idem ſignificat, ac aliquid perfectè comprehẽdere,quo ſenſu pſal. 7. dicitur Deus *ſcrutari corda noſtra, & renes*, & ad Rom. 8. vocatur *ſcrutator cordium*. Vt rectè notauit D. Baſil. lib. 5. contra Eunomium, D. Hilarius lib. 12. de Trinitate, Chriſoſtomus hic, alijque plures. Quo circa Cyrillus lib. 10. in Ioann. cap. 6. cum hunc Pauli locum explicaret. *Omnia*, inquit, *quę vnigeniti ſunt ſpiritus nouit non diſciplina quadam, ne miniſter filij eſſe intelligatur, ſed vt ſpiritus eius*. & mox; *ſine diſciplina igitur omnia ſciens, quæ ſunt eius, ex quo, & in quo eſt, Sanctis reuelat, ſicuti vult*.

Meritò ergò ex hoc loco D. Ambroſius

ſius, alijque Patres contra Macedoniũ probant Spiritum Sanctum eſſe Deum, comprehendere enim omnia profunda Dei, non eſt alicuius creaturæ, vt patet ex hoc quod Dominus dicit Matth.11. *Nemo nouit filium niſi Pater: neque Patrem quis nouit niſi filius*: Et Iſaię 24. ex perſona Dei dicitur. *Secretum meum mihi*. Cum igitur id ab Apoſtolo tribuatur Spiritui Sancto, quod omnia etiam profunda Dei comprehendat, hoc eſt diuinam naturam tantum cognoſcat, quantum cognoſci poteſt; manifeſtiſſimum eſt pro Diuinitate ipſius argumẽtum. Spiritum autem Sanctum omnia noſſe, quæ pertinẽt ad diuinam naturã, cum habeat, vt naturam, ſic ſcientiam, & rerum omnium abſolutiſſimam comprehenſionem cum Patre,& Filio communem, non ſolùm docet Paulus, dum ait ipſum omnia etiam profunda Dei ſcrutari, ſed etiam pereleganti ſimilitudine oſtendit dicendo: *Quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? ita & quæ Dei ſunt nemo cognouit niſi ſpiritus Dei*. Oſtẽdit enim cognitionem ſpiritus non aliter diuinæ cognitioni exæquari, ac ipsã hominis cognitionem humanæ menti, eſſeque Spiritum Sanctum Deo æquè intimum, ac ſpiritus hominis homini ipſi eſt intimus: ac proindè ſicut ſpiritus hominis intrinſecus eſt homini, & non eſt extraneæ naturæ ab ipſo, ſed aliquid eius, & omnium, quæ ſunt in ipſo conſcius, ſic Spiritus Sanctus non eſt naturæ extraneæ à Deo, ſed eiuſdem cum ipſo eſſentiæ, atque adeò ita profunda Dei ſcrutatur, vt nihil ipſi remaneat in Deo incognitum. Cum autem ait Apoſtolus, *nemo cognouit niſi ſpiritus*, ſubaudiendum eſt,& niſi is cui voluerit ſpiritus reuelare, vti ſibi, & Apoſtolis illum ea reuelaſſe dixerat ver.10. Rurſus cum dicit *nemo niſi ſpiritus*, non excluditur filius, vt enim ſuperiori dictum eſt capite, dictiones excluſiuæ vni perſonæ attributæ, reſpectu aliquarum perfectionum eſſentialium nullam habent vim excludendi alias perſonas diuinas, ſed ſolùm alias eſſentias à diuina. Vndè hæc loquendi formula de Spiritu Sancto ſimilis eſt alteri de Patre, & Filio, apud D.Matth.cap.11. *Nemo nouit Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare*.

Eiuſdem Epiſtolæ primæ ad Corinthios cap.6. fideles vocantur templum Spiritus Sancti. *Neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti*. Quibus verbis Apoſtolus non obſcurè Spiritus Sãcti diuinitatẽ declarat; nunquam enim in ſcripturis inuenietur Viros ſanctos appellari templa alicuius creaturæ, vel alicuius Angeli, ſed ſolius veri Dei. Vndè etiam mox Apoſtolus ſubdit, *glorificate, & portate Deum in corpore veſtro*, vbi Græcè eſt articulus prępoſitiuus τὸν θεὸν, & hæc vltima verba ad Spiritum Sanctum referuntur, vt rectè notat D. Auguſtinus epiſt. 66. videturque colligi manifeſtè ex cap.3. eiuſdem Epiſtolæ: *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis; & ſi quis templum Dei violauerit, diſperdet eum Deus, templum enim Dei ſanctum eſt*; vbi apertè Corinthios vocat templum Dei, quia ſunt templum Spiritus Sancti, aut quia Spiritus Sanctus in eis, quaſi in proprio domicilio habitat. Igitur Spiritus Sanctus eſt Deus. Deindè cùm membra noſtra, quæ templum Spiritus Sancti eſſe dicit, ſint membra Dei, & Chriſti, nam ſupra præmiſerat, *Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti*? inconueniens eſſet, cum Chriſtus ſit verus Deus, quod membra Dei, & Chriſti, templum Spiritus Sancti eſſent, niſi Spiritus Sanctus Deus eſſet. Rectè igitur Theodoretus, & Ambroſius, *ſuperiùs templum Dei dixit: hic Templum Spiritus Sancti, quia in ſubſtãtia, hoc eſt Spiritus Sanctus, quod Deus*. Eadem autem Templi metaphora vſus eſt Chriſtus cum de ſuo corpore loqueretur Ioannis 2. v. 19. *Soluite*, inquit, *templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Verùm aliter Chriſtus, aliter nos templum Dei, ac Spiritus Sancti ſumus, vt optimè monet Cyrillus in

illum

illum Ioannis locum. Ille ſiquidem ſuaptè natura verè Dei templum appellari poteſt, ob inſitam diuini Verbi hypoſtaſim, atque adeo habitantem in eo omnem plenitudinem diuinitatis; nos non niſi ſpiritualiter, & ob gratiam immanentem, vt ſuo loco fuſius explicabitur. Solùm hic notabo non eodem modo eſſe intelligendum, quod Spiritus Sanctus mentes Sanctorum impleat, & eos inhabitet, ſicut diabulus aliquos implere, vel inhabitare dicitur. Habetur enim Ioann. 13. de Iuda, quod poſt buccellam introiuit in eum Satanas, quia diabolus cum ſit creatura, non implet aliquem, neque inhabitat participatione ſui, vel per ſuam ſubſtantiam, ſed tantum per effectum malitiæ ſuæ, vt habetur act. 12. *O plenè omni dolo, & omni fallacia*. At Spiritus Sanctus, cum ſit Deus, non ſolùm per effectum ſuæ virtutis Sanctorum implet mentes, ſed etiam per propriam ſubſtantiam; iterum cum eſſe intra aliquid, ſit eſſe intra terminos eius, ſecundum quod ſubſtantia ſpiritualis poteſt eſſe intra terminos alicuius, ita poteſt dici eſſe intra ipſum, duplex autem datur terminus rei, ſcilicet terminus corporalis quantitatis, vt inuenitur in corporibus: & terminus eſſentiæ, vt inuenitur in omni creatura, Subſtantia ſpiritualis creata, v.g. Dœmones, & Angeli poſſunt eſſe intra terminos corporalis quantitatis: quia intra illos poſſunt operari; at non poſſunt eſſe intra terminos eſſentiæ, neque ſicut pars, neque ſicut virtus dans eſſe: quia eſſe maximè rerum ſpiritualium eſt per creationem; ſed hoc ſoli Deo competit, qui dat eſſe menti, atque adeò ſolus Deus intimè illabitur ipſi, vt docent Theologi, & hunc modum eſſendi per intimum illapſum D. Paulus tribuit Spiritui Sancto, quando fideles vocat templum, & habitationem Spiritus Sancti, ſicque ex tali modo eſſendi ſolius Dei proprio rectè poſſumus Spiritus Sanct. vna cum Patre, & filio diuinitatem argumentari.

Iterum cap. 14. dicuntur fideles ſpiritu loqui myſteria, & cap. 2. reuelari per ſpiritum, cum ergo reuelatio myſteriorum proprium opus Dei ſit in ſcripturis; dicitur enim Daniel. 2. *Eſt Deus in cœlo reuelans myſteria*, manifeſtè colligitur ex hoc loco, & alijs ſimilibus Spiritum Sanctum eſſe Deum.

Epiſtola 2. D. Petri cap. 1. v. 30. *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia. Sed Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines*. Ex hoc loco, alijſque ſimilibus, vbi Spiritui Sancto tribuitur, locutum fuiſſe per Prophetas, clarum habemus pro Diuinitate ipſius argumentum; ſiquidem ex ſacris ſcripturis apparet, ſolum Deum eſſe, qui locutus eſt per Prophetas, vndè Iſaiæ cap. 41. verſ. 23. *Quę ventura ſunt annuntiate nobis, & ſciemus quia dij eſtis vos*; Nam vt ait Tertull. Apologet. 20. *Teſtimonium diuinitatis eſt veritas diuinationis*. Solus enim Deus per ſuam omniſcientiam certò, & infallibiliter præſcit futura contingentia. Cum ergò Spiritu Sancto inſpirati talia locuti ſint ſancti Dei homines; ſequitur Spiritum Sanctum eſſe Deum.

Epiſtola 1. S. Ioannis cap. 2. v. 20. *Sed vos vnctionem habetis à Sancto, & noſtis omnia*. Quaſi diceret, ſicut vnctio, id eſt gratia, & ſapientia, quam in vnctione recipiebant, docebat Reges regere, Prophetas prophetare, Sacerdotes ſacra tractare & docere; ita vnctio, id eſt gratia, & ſapientia Spiritus Sancti, quē in vnctione corporali Baptiſmi, & Confirmationis accepiſtis, docebit vos, ò Chriſtiani, omnia, quę ad Chriſtianam fidem, & vitam pertinent. Quod antea prędixerat Chriſtus Ioannis 16. 13. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*, & *ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis*. Cum igitur interius docere ſit propriū opus Dei, iuxta illud Pſal. 93. vbi dicitur de Deo, *qui docet hominem ſcientiam*, & Danielis 2. *Dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam*; Spiritus Sanctus, cui hoc tribuitur,

buitur, erit verus Deus. Aduertendum eſt tamen non abſolutè dici, quod docere ſit proprium opus Dei, ſed quod docere interius: vt enim egregiè declarat D.Thom. 1.p.q.117. artic.1. de verit. q.11. artic. 1. ſicut natura in ſanatione eſt interius agens, & principale, medicus autem eſt agens inſtrumentale coadiuuans naturam, & illi adminicula præbens, ita in acquiſitione ſcientiæ tã naturalis, quam ſupernaturalis principale agens eſt lumen naturale, vel ſupernaturale intellectus, quo principia per ſe nota cognoſcit, per quæ in aliorum cognitionem deuenit. Magiſter autem dicitur cauſare ſcientiam in diſcipulo exterius agendo, proponendo videlicet aliqua inſtrumenta, & adminicula, quibus intellectus diſcipuli vtitur ad ſcientiam comparandam, puta, proponendo ei aliquas propoſitiones minus vniuerſales, ſenſibilia exempla, ordinem principiorum ad concluſiones, & alia huiuſmodi. Quia ergò interius agens, principale, eſt lumen intellectus, exterius autem agens, miniſterium exhibendo, eſt homo docens, & ſolus Deus eſt cauſa interioris luminis; ideò benè dicitur, quod interius docere ſit proprium opus Dei; quod eſt maximè verum loquendo de magiſterio interiori circa res fidei ac noſtræ ſalutis, de quibus Ioannes loquitur loco citato. Vndè ſtatim ſubdit, *Et non neceſse habetis, vt aliquis doceat vos, ſed ſicut eius vnctio docet vos de omnibus*; quaſi diceret fidelibus, non eſt neceſsè, vt pſeudoapoſtoli, & hæretici vos doceant veram fidem, & doctrinã. Iam enim eam didiciſtis ab ipſis Chriſti Apoſtolis cooperante vnctione Spiritus Sancti, quem in Baptiſmo, & magis in Confirmatione accepiſtis; neceſsè eſt enim, vt quod Apoſtoli, & prædicatores foris per vocem docent, id ipſum Spiritus Sanctus interius per gratiam, & illuminationem vos doceat. Ita communiter Interpretes, ac S. Auguſtinus vnctionem hanc explicant, pro gratia Spiritus Sancti, puta donum ſapientiæ, & intellectus fidelibus inditum in Baptiſmo, & auctum in Confirmatione. Hæc enim gratia, & ſapientia vngit, imbuitque animam, quaſi vnguentum ſpirituale, fragrantiſſimo odore, & ſapore rerum diuinarum, æquè ac vnguentum corporale, puta Chriſma, vngit imbuitque corpus fragrantia corporali. *Quantum ad me pertinet*, inquit Auguſtinus, *omnibus loquutus ſum, ſed quibus vnctio illa intus non loquitur, quos Spiritus Sanctus intus non docet, indocti redeunt. Magiſteria forinſecus quædã adiutoria ſunt, & admonitiones; cathedram in cælo habet, qui corda docet, de Domino dico. Propterea ait & ipſe in Euangelio. Nolite vobis dicere Magiſtrum in terra, vnus eſt Magiſter veſter Chriſtus; ipſe vobis intus loquitur, quando nemo hominum illic eſt; quia etſi aliquis eſt à latere tuo, nullus eſt in corde tuo; & non ſit vllus in corde tuo, Chriſtus ſit in corde, vnctio ipſius ſit in corde; ne ſit in ſolitudine cor ſitiens, & non habens fontes, quibus irrigetur. Interior ergò Magiſter eſt qui docet, Chriſtus docet, inſpiratio ipſius docet. Vbi illius inſpiratio, & illius vnctio non eſt, forinſecus inaniter perſtrepunt verba*. Et S Gregorius homil.30. in Euangelia, citans hæc verba Sancti Ioannis, illaque Euangelij eiuſdem explicans, *Ipſe vos docebit omnia*, ait, *quia niſi idem ſpiritus cordi adſit audientis, otioſus eſt ſermo doctoris. Non ergo*, mox ſubdit, *docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, quia niſi intus ſit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat*.

Denique eiuſdem Epiſtolæ primæ S.Ioannis cap.5. dicitur: *Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cęlo Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnũ ſunt* Quibus verbis ſignificat Ioannes, teſtes illos non ſolùm eſſe cœleſtes, quia erant in cœlis, ſic enim plures erant alij in cœlo, ſcilicet Angeli, qui Chriſti natiuitatem, aliaque myſteria annuntiauerant, ſed eſſe diuinos teſtes, tres ſcilicet perſonas Trinitatis, eiuſdem naturæ, ac ſubſtantiæ vnitate, vnum dictas, & appellatas, quę in cęlo, & de cęlo, tùm Angelis, tùm maximè hominibus

nibus (hoc enim præcipuè intendit loco citato S. Ioannes) teſtimonium perhibent Chriſto, quod ſcilicet ipſe ſit verus Meſſias, Deique filius; nimirum Pater, dum in baptiſmo, & transfiguratione Chriſti Matth. 3. v. 17. & c. 17. v. 5. publicè proclamauit, *hic eſt Filius meus dilectus ipſum audite*; rurſum cum ſuper Chriſtum rogantem, vt ſe clarificaret, è cœlo intonuit: *& clarificaui, & iterum clarificabo*. Ioann. 12. v. 18. Similiter, & Spiritus Sanctus dum deſcendit in Chriſtum ſub ſpecie columbæ, & effudit ſe ſe in Apoſtolos, cęteroſque fideles in die Pentecoſtes, idque ex Chriſti prędictione, promiſſione, & miſſione: vnde idem Spiritus Sanctus per ora Apoſtolorum, non aliud ferè quàm Chriſtum præconizauit, iuxta illud Chriſti Domini Ioannis cap. 16. ver. 14. de Spiritu Sancto; *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis*.

Denique filius ipſe ſæpiſſimè dixit, docuitque, ac miraculis probauit ſe eſſe Meſſiam, Deique filium verum, vt patet ex toto Euangelio Sancti Ioãnis. Notat S. Hieronymus præfatione in Epiſtolas Canonicas, hæc ab Infidelibus, ſcilicet Arrianis (vnde & moderni Arriani in Transyluania propter hæc verba totam Sancti Ioannis Epiſtolam reijciunt) fuiſſe abraſa è nonnullis Græcis codicibus. Quocirca non legit hæc Syrus, Clemens Alexãdrinus, Beda, Oecumenius, & alij nonnulli quos citat Franciſcus Lucas in annotationibus huius loci annot. 612. Hinc Blandrata Hęreticus in ſecunda diſputatione Albana, ſumpſit occaſionem, dicendi hæc verba à ſolo Hieronymo legi; verùm grauiter aberrauit ille; nam ita quoque legerunt Higinius Papa Epiſt. 1. Cyprianus lib. de vnitate Eccleſiæ, Athanaſius, & alij, quos citat Bellarmin. lib. 1. de Chriſto, cap. 2. leguntque conſtanter Biblia Latina, correctioraque Græca, vndè ſcripturæ canonicæ rationem habent, ac proindè ex ijs rectè confirmatur myſterium Trinitatis, ac Diuinitatis filij, & Spiritus Sancti contra Arrianos, & Macedonianos. Nam quod dicit 2. Blandrata loco citato, per eiuſmodi verba, dato quod ſint, & debeant eſſe, debere intelligi Patrem, & filium, & Spiritum Sanctum eſſe vnum, ſicut etiam ibidem ſpiritus, aqua, & ſanguis, dicuntur vnum. Sed hæc tria non ſunt vnum eſſentia, ſed ſolum teſtimonio, quia idem teſtificantur, ergo Pater, & filius, & Spiritus Sanctus ſunt ſolùm vnum eodem modo, ſcilicet teſtimonio, non verò eſſentia, aut natura. Hoc inquam quod aſſerit Blandrata eſt falſum. Nam primò illud, *& hi tres vnum ſunt*, cum ſermo eſt de ſpiritu, aqua, & ſanguine in multis vulgatis codicibus Latinis, & Græcis, vt Complutenſibus & Regijs non habetur ex annotatione 213. Franciſci Lucæ. Vnde Sanctus Thomas opuſcul. 24. in 2. decret. Suſpicatur hæc verba ab Arrianis eſſe appoſita, vt indè à pari colligerent tres perſonas dici vnum non eſſentialiter, ſed teſtificatiuè. Verùm quia in Græcis correctioribus, & communiter in Latinis vulgatis eiuſmodi verba reperiuntur, dico ſecundò aliter haberi, cum de ſpiritu, aqua, & ſanguine dicuntur, & efferuntur. In Gręco enim ſic legimus καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν, *& hi tres in vnum ſunt*; & Syrus, *hi tres in vno ſunt*. At verò de Patre, filio, ſeu Verbo, & Spiritu Sancto dicitur, & hi tres vnum ſunt, καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. Vt ſignificaret Ioannes, tres illos teſtes in terra, eſſe ſolum vnum teſtimonio, cum ait *in vnum*, ſcilicet teſtimonium *ſunt*, tres autem qui in cœlo ſunt, eſſe vnum non ſolum teſtimonio, ſed etiam natura, & ſubſtantia. Audiamus S. Auguſtinum lib. 3. contra Maxim. cap. 22. *Vnum ſunt*, inquit, *aqua, ſanguis, & ſpiritus concordia quadam teſtandi, Pater, Verbum, & ſpiritus vnitate prætereа naturæ*. Nam vt ait Innocentius Tertius in Concilio Lateranenſi, *inter creatorem, & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos* maior

maior ſit diſſimilitudo notanda. Deindè tertiò conceſſo cum Blandrata, alijſque Tranſyluanis Hæreticis, illud, *& hi tres vnum ſunt*, de tribus Trinitatis perſonis eodem ſenſu dici, atque de ſpiritu, aqua, & ſanguine, cum etiam Complutenſia, & Regia Biblia habeant, loquendo de Patre, & filio, & Spiritu Sancto καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι, id eſt, *& hi tres in vnum ſunt*, nihil adhuc roboris amittit prædictum teſtimonium, quin clariſſimè trium perſonarum Diuinitatem demonſtret; trium enim illarum teſtimonium, teſtimonium Dei ſequentibus verbis appellat Ioannes, ſicut teſtimonij humani ſiue hominum nomine vocat illud Spiritus aquæ, & ſanguinis. *Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod maius eſt*. Quaſi diceret ſi teſtimonium hominum tantæ eſt authoritatis apud homines, quod illud acceptamus, multo maioris authoritatis eſt teſtimonium Dei. Et in hoc manifeſtè ſubintelligitur non ſolum Patrem, & filium, ſed etiam Spiritum Sanctum eſſe Deum, quod nobis erat in hoc capite probandum; alioquin non de teſtimonio ſpiritus dixiſſet, *Teſtimonium Dei maius eſt*. Amplius cum Pater, & filius ſint perſonæ ſubſiſtentes, & diuinæ naturę, Spiritus Sanctus non connumeraretur eiſdem ab Euangeliſta Sancto Ioanne, niſi eſſet perſona ſubſiſtens cum Patre, & filio in diuina natura.

Vnde breuiter animaduertendum eſt, quod, licet aliquando in ſcripturis, aliud ſit, eſſe ſpiritum Dei, aliud, eſſe Spiritum Sanctum, quia per ſpiritum Dei poteſt aliquando intelligi aliqua perfectio abſoluta in Deo; nihilominus ſæpè ſæpius ſpiritus Dei, & Spiritus Sanctus pro eodem ſumuntur, nimirum pro tertia Sanctiſſimæ Trinitatis perſona. Sic 1. ad Corinth. c. 2. cum præmiſiſſet Apoſtolus, *nobis reuelauit Deus per Spiritum Sanctum*: ad huius confirmationem inducit; *Spiritus enim omnia ſcrutatur etiam profunda Dei*, & poſtea concludit, *ita & quæ ſunt Dei nemo nouit niſi ſpiritus Dei*. Ex quo manifeſtè apparet, quod idem ſunt Spiritus Sanctus, & ſpiritus Dei. Idem colligitur ex hoc, quod Matth. 10. Dominus dicit. *Non enim vos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*; loco autem iſtorum verborum Marcus dicit, *non eſtis vos loquentes, ſed Spiritus Sanctus*. Manifeſtum eſt igitur idem eſſe Spiritum Sanctum, & ſpiritum Dei, ſiue Patris, atque adeo conſequens eſt, vt Spiritus Sanctus ſit veriſſimus Deus, præſertim collatis ſimul, & collectis in vnum præfatis omnibus ſcripturæ locis, in quibus omnia Dei attributa, omneſque eius perfectiones eſſendi vbique, omnipotentię, iuſtificandi, diuina comprehendendi, & inſpirandi &c. aſſignātur Spiritui Sancto; nec non attenta ſimul diuina traditione, iuxta quam veteres Patres, Græci, & Latini irrefragabiles eius teſtes, pro veritate Catholica ſemper habuerunt, & aſſeruerunt diuinitatem Spiritus Sancti, nec non de illa præfata ſcripturæ loca intellexerunt; adeo vt quamprimum aliqui eam negare, & impugnare auſi ſunt, ſtatim ab Eccleſia tanquam hæretici condemnati ſunt.

Vt enim varios, eoſque enormes circa Spiritum Sanctum errores omittam, loquendo ſolùm de illis hæreticis, qui tres admittentes perſonas, beneque de Patre, & filio ſentientes, exiſtimauerunt Spiritum Sanctum, non eſſe Deum, ſed creatum, & factum; cum primùm Macedonius cæteris apertius in hanc erupiſſet blaſphemiam, nonnulloſque ſequaces habere inciperet, de eo monitus Athanaſius à Serapione Epiſcopo, primus ex Orthodoxis, qui tunc floruere, Patribus, in nefariam hæreſim pro Spiritus Sancti diuinitate fulmen veritatis contorſit, & vexillum fidei leuauit. Cuius ſequaces, Macedoniani Pneumatomachi deinceps appellati fuere; licet enim ante Macedoniū Aetius, & illius diſcipulus Eunomius,

nec

nec non Arriani non minus Spiritui Sancto, quam filio veram ademerint diuinitatem; nihilominus quia poſt Cõcilium Nicænum, aſſerta iam filij diuinitate, Spiritui Sancto bellum intulit; & quia nobilior author extitit, cum iam Conſtãtinopolitanam ſedem tenuiſſet, à qua ab Acacio Arriano deiectus fuerat, fauore Cõſtantij Imperatoris, apud quem malè acceptus erat, vt referunt Sozomenus lib. 4. cap. 23. & Socrates lib. 2. cap. 34. indè communiter Patres, & Concilia aſſerunt proprium Spiritus Sancti hoſtem, ac ideo Pneumatomachum dictum, Macedonium fuiſſe, & ab eo ſequaces Macedonianos Pneumatomachos. Quare, ſi quod ex aliorum relatu tradit Auguſtinus lib. de hæreſibus, hæreſi 52. ſcilicet, *Macedonianos non Deum, ſed deitatem Patris, & filij dixiſſe Spiritum Sanctum, & nullam propriam habere ſubſtantiam*, verum fuit, forſitan ipſi priorem mutarunt ſententiam, conuicti manifeſtiſſimis ſcripturarum teſtimonijs docentium Spiritum Sanctum eſſe perſonam, ab alijs duabus Patre, & filio diſtinctam; ſicut etiã frequens eſt hereticorum mos, in nullo ſtabiles eſſe, ſed omni vento doctrinæ circumferri. D. enim Athanaſ. in epiſt. ad Serapionem refert ipſum ſcripſiſſe ſibi de hac hæreſi tunc recenter orta, quod *dicerent iſti heretici Spiritum Sanctum non ſolum creaturam eſſe, ſed vnum quoque ex ſpiritibus miniſtris, & gradu tantum à cæteris Angelis differre*; Sanctus autem Leo Magnus ſerm. 4. de natiuitate cap. 5. & ſerm. 1. de Pentecoſte cap. 4. expreſsè tradit, Macedonium diuinitatem filio, ſaltem verbo tenus, palam conceſſiſſe, Spiritui Sancto ademiſſe; demum, vt alia plura omittam, ſexta Synodus generalis act. 18. ait; *Macedonius Spiritus deitatem negabat, & Dominum, eumque conſeruum prædicabat*.

Qua hereſi magis, ac magis in dies inualeſcente tàm in Oriente, quàm in Occidente, tum acceſſione ſequacium, quorum precipui fuere Eluſius, Euſtatius, Baſilius, & Ancyranus; tum inſuper vitæ ſuæ inſtituto, grauitate, & modeſtia, *nam vitam*, inquit Sozomenus lib. 4. cap. 26. *cui populus maximè ſolet animum attendere, non male inſtituebãt*; tum denique portentis, & ſignis mendacibus, quorum aliqua refert Anaſtaſius Nicænus quæſt. 23. Cyſici potiſſimum patratis, vbi Eleuſius Epiſcopus erat, atque ita Macedonianorum ſectam fundauerat, vt propterea vrbs illa dicta ſit Macedonianorum; Anno Domini 381. Damaſi 15. Menſe Maij, celebrata eſt ſecunda ſancta Synodus Oecumenica Conſtantinopolitana authoritate eiuſdem Damaſi Papæ, curante, ſpectante, & fauente Theodoſio ſeniore imperij anno 12. in qua conuenerunt omnes numero centum quinquaginta Patres, inter quos S. Gregorius Nazianzenus; cui ſi clam euocata fuit, vt in carminibus de vita ſua cecinit, ea fuit cauſa, ne forte id ſciens, fuga ſe ſubduceret à Synodo, vbi de cõfirmanda ipſi antea collata ſede Conſtantinopolitana in primis agendum erat. Partis Macedonianæ primas obtinuerunt præfatus Eleuſius Cyſici, & Marcianus Lampſaci Epiſcopus. Omnes illius ſectæ erant ad numerum 36. quorum maior pars è Ciuitatibus Helleſponti fuit.

In hac ergo Synodo, poſt exhibitum Patribus volumen Occidentaliũ, quod nihil aliud fuit, quam profeſſio illa fidei à Damaſo ex Concilio Romano ſcripta ad Paulinum Epiſcopum Antiochenum, non Theſſalonicenſem, vt perperam ait Theodoretus illam referens lib. 5. cap. 11. quæ continebat anathematiſmos aduerſus omnes hæreſes tunc temporis Orientalem Eccleſiam potiſſimum infeſtantes; tum cognito pariter, atque ab omnibus abſque cunctatione recepto Nicæno fidei ſymbolo, cum in eo parcius de diuinitate Spiritus Sancti actum fuiſſet, eo quod non ita apertè tunc hæreſis ei aduerſaria emerſiſſet, ſicut poſt Macedonium; quomodo intelligendum eſt,

quod

quod Baſilius epiſt. 60. & 78. Nazianzenus orat. 52. quæ eſt epiſt. 2. ad Cledonium aſſerunt, tempore Concilij Nicæni nondum fuiſſe motam quæſtionẽ de diuinitate Spiritus Sancti, placuit ſacræ Synodo de illa addere aliqua, vt de filio in Nicæno Concilio factum fuerat, quibus aduerſus omnes hæreticos, eiuſdem Spiritus Sancti vna eadẽque cum Patre, & filio diuina ſubſtantia prædicaretur, idemque Dominus diceretur, quem ſeruum eſſe impij blaſphemabant hæretici. Quod feciſſe, ſeu ſcriptum fuiſſe in hac Synodo à Patribus libellum fidei, ijdem ipſi teſtati ſunt in epiſtola ſequenti anno data ad Damaſum, & ad alios Epiſcopos, qui Romæ conuenerant, apud Theodoretum lib. 5. cap. 9. quem libellum fidei, ſiue dixerimus Symbolum ſumma deliberatione Sanctorum Patrum examinatum, atque decretum, tradunt Nicephorus lib. 12. cap. 13. & alij ſcriptum fuiſſe à S. Gregorio Nyſſeno Epiſcopo; quod ſic ſe habet recitatum act. 2.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, viſibilium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei Vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; natum, non factum: homouſion Patri, hoc eſt eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & noſtram ſalutem deſcendit: Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto, & Maria Virgine humanatus eſt: Et crucifixus pro nobis ſub Pontio Pilato, & ſepultus: Et tertia die reſurrexit; & aſcendit in cælos; ſedet ad dexteram Patris: Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, ex Patre *procedentem, cum Patre, & filio coadorandum, & conglorificandum, qui loquutus eſt per Prophetas. In vnam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum: Et expectamus reſurrectionem mortuorum: Et vitam venturi ſæculi Amen.* Subditur ibi: *Omnes Reuerendiſſimi Epiſcopi clamauerunt: Hæc omnium fides: hæc Orthodoxorum fides: omnes ſic credimus.* Idem reperitur apud Latinos diuerſa tamen translatione, cui quando, quaue occaſione appoſitum fuerit, *filioque*, iam oſtendimus ſuperiori ſectione contra Græcos cap. 2.

Porro cum Patres huius Concilij primùm dicant conſeruandum eſſe Nicænum ſymbolum, & poſtea dictam fidei profeſſionem emittant, ſatis inſinuarunt, non nouum in ſubſtantia ſymbolum edere, ſed Nicænum tantùm explicatius tradere. Ex quo factum eſt, vt etiam in ſequentibus Concilijs, fidei profeſſionem, pro vt habetur in Concilio Conſtantinopolitano regiſtrata, vocarint Nicænam fidem, vt patet ex Concilio Epheſino, & Chalcedonenſi.

Sic aſſerta à Patribus veritate Catholica de diuinitate Spiritus Sancti, antiquitus tradita, diuinis ſcripturis probata, à veteribus Patribus cuſtodita, & à recentioribus ſcriptoribus declarata, nimirum à S. Baſilio, qui paulo ante deceſſerat, homil. 10. Hexam. 15. de fide 17. in S. Baptiſma, 27. de Spiritu Sancto; 28. contra Sabellianos; toto lib. 3. & 5. contra Eunomium, & in peculiari libro de Spiritu Sancto ad Amphilochium præſertim à cap. 9. vſque ad 29. & Gregorio Nazianzeno, atque Niſſæno, qui aderant; quodque magnæ videbatur eſſe ſecuritatis, atque fiduciæ, ea definita, ſecundum quod acceperant per recitatum in Synodo volumen Damaſi ab Occidente miſſum, ac demum ab eodem confirmata, nefaria paulatim hæreſis Macedonij, & ſequacium deficere cœpit, eſſetque adhuc ſepulta in inferno, ni aliqui ſolo huius ſæculi ducti genio, nouandi omnia, illam inde ſuſcitaſſent; qui, quoniam ſuum errorem, contra tot, tam-

que aperta ſcripturæ teſtimonia, nonnullis alijs ſubobſcuris, maleque intellectis colorare conantur, breuiter hic illis ſatisfaciemus.

Soluuntur obiectiones aduerſariorum contra Diuinitatem Spiritus Sancti,

OBijciunt primò, nullibi Spiritum Sanctum pro tertia perſona ſumptum vocari in ſcriptura Patri, & filio conſubſtantialem, & æqualem: Igitur non eſt Deus. Reſpondetur ad hoc argumentum, non haberi quidem hos terminos, vbi fit ſermo de Spiritu Sancto, etſi enim filium æqualem eſſe perſpicuè dicatur Philipp. 2. & Ioann. 5. nullibi tamen diſertis verbis id aſſeritur de Spiritu Sancto. Verum ſub alijs terminis pluſquam ſufficientiſſimè ſignificatur, dum ſolus Spiritus Sanctus in forma baptiſmi Patri filioque connumeratur Matth. vltimo; dum vnum cum illis dicitur 1. Ioann. 5. dum expreſsè Dei nomẽ illi tribuitur Actor. 5. *Anania, cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto? non es mentitus hominibus, ſed Deo* 1. Corinth. cap. 3. & 6. *An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt? Glorificate, & portate Deo in corpore veſtro* &c. *Quem Deum*, inquit Auguſt. epiſt. 66. *niſi Spiritum Sanctum, cuius corpora noſtra dixerat eſſe templum*; quod idem docet lib. 1. de Trinitate cap. 6. & fuſius lib. 3. contra Maximinum; cum enim ponere plures Deos ſit error ita palmarius, vt non poſſit affirmari, niſi ipſa ſcriptura nihil frequentius docens, quam Deum eſſe vnum, apertè negetur, nec non ipſamet ratio naturalis; quod his temporibus Valentinus Gentilis videns, cum primo poſuiſſet, in Deo eſſe tres ſpiritus æternos, declinauit ad Arrianiſmũ, poſuitque filium inferiorem Patre, & ſolum Patrem eſſe Deum. Probata ſemel ex ſcriptura Spiritus Sancti diuinitate, manet quoque probata eiuſdem, cum Patre, & filio conſubſtantialitas, & æqualitas; Diuinitatem autem Spiritus Sancti ſatis ſuperque demonſtrãt, quæ ſupra ex ſcripturis adduximus; vbi præterquam expreſsè vocatur Deus, tribuuntur inſuper illi perfectiones, & operationes, quæ nonniſi vero Deo competere poſſunt, ſiue quæ de illo dicuntur, ęque primò, ſicut de Patre, & filio.

Propterea que veteres Patres *Conſubſtantialem* Spiritum Sanctum paſſim appellarunt Iacobus frater Domini, & Marcus Euangeliſta in ſuis Liturgijs, Synodus Alexandrina, Ioannes Papa II. Baſilius, Epiphanius, Auguſtinus, ambo Cyrilli Alexandrinus, & Hieroſolymitanus, pręter alios plures, qui Trinitatem *conſubſtantialem*, ſiue *coeſſentialem* vocant, omnibus obuios in ſuperioribus citatis authoribus. *Aequalem* etiam Patri, & filio Spiritum Sanctum expreſsè dixere, ex Græcis Athanaſius lib. 6. de Beatitudine Filij Dei; Nazianzenus orat. 37. Epiphanius hæreſi 62. 69. & 73. Chryſoſtomus in Ioann. cap. 16. homil. 77. in acta Apoſtol. homil. 1. ad illud, *Baptizabimini Spiritu Sancto*, & homil. 2. ad illud: *Accipietis virtutem* &c. Cyrillus Alexandrinus dialog. de Trinitate lib. 3. & 7. Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 16. & 17. Theodoretus lib. 5. de Spiritu Sancto cap. 3. & in epitome diuinorum decret. Ex Latinis autem Auguſtinus lib. 1. de Trinitate cap. 6. lib. 2. cap. 5. & 6. lib. 7. cap. 6. lib. 15. cap. 3. & lib. 3. contra Maximinum cap. 10. epiſt. 66. ad Maximum. Fulgentius lib. de fide ad Donatum cap. 8. & de fide ad Petrum cap. 1. Leo Magnus ſerm. 1. de Pentecoſte cap. 4. Gregorius Magnus homil. 26. in Euangelia, alijque deinceps.

Secundo obijciunt, in aliquibus ſcripturæ locis, facta honorifica mentione Patris, & filij, taceri Spiritum Sanctum; v. g. Ioann. 17. *Hęc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.*

1. ad

1. ad Timoth. 5. *Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu*. Ergo ſignum eſt eum non eſſe cum illis Deum. Peculiariterque ex eo, quod Apoſtolus, nominato Chriſto, continuo ſubiunxerit, *& electis Angelis*, miniſtri Tranſyluani inferunt Spiritum Sanctum Angelis annumerari, & eiuſdem ordinis eſſe. Reſpondetur in alijs ſcripturæ locis Spiritum Sanctum, ſimul cum Patre, & filio, æque honorificè nominari, vt in forma baptiſmi, Matth. vltimo. 2. Corinth. 13. *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei* (Patrem intelligit) *& communicatio Sancti Spiritus ſit cum omnibus vobis*. 1. Ioann. 5. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum ſunt* Vnde quod, facta mentione Patris, & filij, Spiritus Sanctus interdum non nominetur, non propterea ſequitur eum non eſſe Deum, ſicut nec ſequitur filium non eſſe Deum, quod ſcripturæ quoque mentionem faciant Dei ſiue Patris, & Spiritus Sancti, non facta mentione filij; ſed tantùm quandoque reticeri poſſe perſonam vnam Trinitatis, & numerari aliam, ſecundum quod exigit textus; quodque nominato Deo, vel Patre, eo ipſo ſubintelligatur filius, & Spiritus Sanctus, vt diximus ſuperiori capite, & rectè poteſt intelligi citatus Apoſtoli locus, vbi ait, *teſtor coram Deo*; ſub electis autem Angelis minimè comprehendi Spiritũ Sanctum, clarè demonſtrant loca pro diuinitate eius adducta quæque Angelis, aut alicui alteri creaturę nequaquã conuenire poſſunt, ſed ſoli Deo.

Tertiò objiciunt illud Ioann. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*. Si enim omnia per Verbum facta ſunt, igitur & Spiritus Sanctus, atque adeo creatura eſt, & non Deus.

Pro ſolutione huius argumenti notandum eſt, loci in eo adducti duplicẽ eſſe lectionem; vnam, quæ habet punctum, non poſt *nihil*, ſed poſt *quod factum eſt*, vt ita continuetur periodus, *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt*: ſicuti legunt omnes fermè Patres Græci: Alteram, quæ punctum infigit poſt *nihil*, vt ibi ſenſus terminetur cum periodo; ſicuti legunt plerique ex Latinis. At quocumque legatur modo nihil prorſus fauet aduerſarijs: prima enim lectio facit tantùm ſenſum, nihil eorum, quæ facta ſunt, ſine Verbo factum eſſe, qui ſanè diuinitati Spiritus Sancti nihil penitus obeſt, aut eum factum eſſe probat: *Omnia quęcumque facta ſunt, dicit Euangeliſta, non omnia ſimpliciter*, inquit Nazianzenus orat. 37. quæ eſt 5. de Theologia: *Nam ne ipſe quidem Pater, nec omnia ea, quæ facta non ſunt*. Videlicet creaturæ poſſibiles, quæ nunquam ſunt producendæ. In ſecunda etiam lectione, vbi punctũ immediatè ponitur poſt nihil, idẽ prorſus remanet ſenſus propter diſtributionem accommodam; *omnia*, nimirum, *per verbum facta eſſe, & ſine ipſo factum eſſe nihil, eorum omnium, quæ facta ſunt*, vel *nihil ex eo quod factũ eſt*. Quamobrẽ vt aduerſarij ex hoc loco probarent Spiritum quoque Sanctum per Verbũ fuiſſe factum, prius deberent probare, quod ſupponunt, illum ſcilicet eſſe creaturam, ſeu quid factum, contineri que proinde inter omnia per Verbum facta; aut verò oſtendere ibi particulã *omnia* non ſumi in ſenſu allato, pro omnibus factis, aut factibilibus, ſeu creaturis, prout iuxta phraſim ſcripturæ ſæpius ſumitur; *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Donec ei ſubijciat omnia. Omnia traham ad meipſum*; ſed abſolutè, & omnino vniuerſaliter, ſiue pro omni ente, quod falſum eſt, ſic enim deberet quoque *Patrem* includere; Igitur quemadmodum inter omnia facta non continetur ille, quoniam ipſe fecit per Verbum, neque continetur Verbum, quoniam per illud facta ſunt omnia; ſic etiam non comprehenditur Spiritus Sanctus, quoniam ipſo facta ſunt omnia pſalm. 32. *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis vir-*

tus

tus eorum; diciturque Deus, & Creator æqualiter cum Patre, & filio, vt ſupra oſtendimus.

Quartò obijcitur illud Ioannis 15. *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, ſpiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me*; & cap. 16. *Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à ſemetipſo; ſed quæcumque audiet loquetur.* At, qui mittitur, quique à ſemetipſo non loquitur, nec ſuæ authoritatis, nec ſui iuris eſt, ſed potius alieno ſubijci videtur nutui, & arbitrio; Igitur Spiritus Sanctus non eſt Patri, & filio coæqualis.

Reſpondetur, malè argui, ex miſſione Spiritus Sancti, eius inferioritatem; ſicut enim filius non eſt inferior Patre, vt admittunt aduerſarij, licet ab eo mittatur: ita etiam Spiritus Sanctus nõ eſt inferior, quamuis ab vtroque mitti dicatur. Miſſio quippè ſolummodo continet proceſſionem cum operatione ad creaturas tranſeunte; vt explicãt Theologi in tract. de Trinitate; Ad alium locum dicitur, Spiritum Sanctũ non loqui à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet, nihil eſſe aliud, quam non eſſe à ſemetipſo; quemadmodum enim non eſt à ſemetipſo, ſed à Patre, filioque procedit, ita nec loquitur, & annuntiat, niſi quæ à Patre, filioque accipit ab illis procedendo; vt ſuperiori ſectione cap. 2. diximus.

Quintò obijcitur illud Roman. 8. vbi Apoſtolus ait, quod *Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Cum enim, qui poſtulat, inferior ſit eo, à quo poſtulat, nec talem inferioritatem habeat Spiritus Sanctus, ratione alicuius naturæ aſſumptæ, ſicut Chriſtus, vt homo, dicitur etiam interpellare pro nobis, ſequi videtur illum non eſſe Deum, ſed creaturam Dei, quem orat, vel à quo gemendo poſtulat.

Huic argumento duplex adhiberi ſolet ſolutio; prima eſt, citatum Apoſtoli locum non debere intelligi de perſona Spiritus Sancti, ſed de ſpiritu creato gratię, quem Deus in animam infundit: ille enim dicitur pro nobis poſtulare, quia quod ex nobis neſcimus, inſtructi ſpiritu gratiæ rectè poſtulamus. Verum quia nomen Spiritus hic non ſignificare perſonam Spiritus Sancti, ſed tantummodo creatum aliquod donum ipſi attributum, videtur textui violentum in toto illo capite, vt diligenter conſideranti patebit; altera ſolutio eſt Diui Auguſtini lib. 1. contra Maximinum verſus principium, nec non epiſt. 105. & 121. exponentis hunc locum in ſenſu cauſali, non autẽ formali, vt perinde ſit, *Spiritus pro nobis poſtulat*, ac *facit nos poſtulare. Sic dictum eſt*, inquit Auguſtinus loco citato contra Maximinum; *gemitibus interpellat, vt intelligeremus: gemitibus interpellare nos facit. Adeſt enim nobis, & infundendo charitatem nobis, facit nos interpellare gemitibus. Denique alio loco dicit Apoſtolus, clamantem Abba Pater; alio loco dicit, in quo clamamus Abba Pater; expoſuit quid ſit clamantem Abba Pater, dicendo, in quo clamamus. Ac per hoc quidem clamantem, id eſt clamare facientem. Do exemplum locutionis huius. Nonne Deus eſt præſciens futurorũ? Quis hoc negabit inſanus? Tunc ait Apoſtolus. Nunc autem cognoſcentes Deum, imo cogniti à Deo. Si nunc eos cognouit Deus, non eos nouerat, non elegerat, non prædeſtinauerat ante mundi conſtitutionem, ſed ſic dixit. Nunc autem cognoſcentes Deũ, imo cogniti à Deo, vt intelligerent Deum feciſſe in eis cognitionem ſuam: cognoſcentes Deum. Quid eſt cognoſcentes Deum? nolite vobis arrogare, nolite ſuperbire. Cognitores ſuos Deus nos fecit. Deus vobis dedit, vt cognoſcatis. Quomodo & illud Domini. Nunc cognoui, dicit Abrahæ Dominus, quoniam timeas Deum: quando attulit filium ſuum ad holocauſtũ, dixit ei Deus: nunc cognoui, id eſt nunc cognoſcere feci. Si ergo has locutiones, ſicut libris diuinis eruditus, agnoſceres, de gemitibus illis, quibus dictum eſt gemitibus interpellare Spiritum Sanctum, non*

eum faceres miſerum; & concludit. Facit nos clamare propter quod dictus eſt clamans. Hactenus Auguſtinus omnino conformiter ad textum; vt manifeſtè colligitur ex eodem verſu: *Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram: nam quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis.* Itaque quoniam in virtute Spiritus clamamus, poſtulamus, interpellamus per adiutorium, quod nobis Deus, ac ſubinde nō ſolum Pater, & filius, ſed etiam Spiritus Sanctus nobis confert, tanquam cauſa principalis nō modo vniuerſalis, verum etiam particularis, cuiuslibet operationis, quæ fiat, ſicut oportet ad ſalutem conſequendam; ideo Spiritus dicitur clamare, & poſtulare pro nobis, id eſt per nos tanquam inſtrumēta poſtulandi; meritò namque cauſæ principali particulari tribuitur, quod ipſa per ſua inſtrumenta operatur.

Sextò obijciunt nonnulla veteris Teſtamenti loca, vbi Spiritus Sanctus dicitur eſſe factus, & creatura; Amos 4. *Ego formans tonitru, & creans Spiritum*; ſed huiuſmodi locis facilis eſt reſponſio, qui non ſumuntur pro Spiritu Sancto, ſed pro vento, qui etiam Spiritus appellatur: Exodi 15. *Flauit Spiritus tuus, & operuit eos mare.* Pſ. 106. *Dixit, & ſtetit Spiritus procellæ* &c.

Quæ autem poſſent inſuper obijci ab aduerſarijs contra naturam proceſſionis Spiritus Sancti, non eſt huius loci explicare; ſolum notandum eſt ea optimè à Theologi dilui; quod etiamſi non præſtaretur, ſufficere deberet aduerſarijs authoritas diuinæ reuelationis, vna cum Eccleſiæ definitione, quam enim fide certum eſt ex illa Spiritum Sanctum eſſe verum Deum, Patri, & filio conſubſtantialem, ab vtroque procedentem, eadem credendum eſt, nihil in hoc abſurdi, aut impoſſibilis contineri, licet plenè indagari, aperta que illius ratio adduci non poſſit.

CAPVT VI.

Quod myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis ſufficienter probari poſſit aduerſus Iudæos ex ſcripturis veteris Teſtamenti.

Qvamuis non poſſit ex veteri Teſtamento, vt benè notarunt Abulenſis in quodam opuſculo de Trinitate, & Nicolaus Lyranus in opuſculo contra Iudæos tomo 6. Gloſſæ ordinariæ, ſacroſanctum Trinitatis myſterium ita demonſtrari, vt negantes manifeſtæ contradictionis arguantur, attamen ſunt aliqua in eo teſtimonia, quæ ſi expoſitionem rationi magis cōſonam, & antiquis etiam Rabbinis, qui ante Chriſti aduentum fuere, non ignotam ſequamur, hoc myſterium Trinitatis, aut pluralitatem ſaltem perſonarum non obſcurè prædicant, ſuntque ſatis efficacia contra Iudæos, niſi obfirmati eſſent animi in ſua perfidia, vt patebit ex ſequentibus.

§. I.

De loco Geneſeos 1. *In principio creauit Deus*, vſque ad illud *Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.*

Primum ergò teſtimonium ex veteri teſtamento deſumptum eſt illud, quod habetur Geneſ. 1. *In principio creauit Deus* vſque ad illud, *& Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Ita vt *in principio* iuxta mentem SS. Auguſtini, Ambroſij, Baſilij, Ruperti, & aliorum, idem ſit, quod in Filio, ſeu in Verbo, quod eſt ſecunda Sanctiſsimæ Trinitatis perſona, per filium enim quaſi ideam, & ſapientiam Patris omnia eſſe creata docet Apoſtolus ad Coloſſenſes 1. verſ. 16. Spiritus Domini, qui ferebatur ſuper aquas, ſit Spiritus Sanctus tertia in Trinitate perſona à Deo Patre, & filio procedens, ſuaque

vi

-vi, præſentia, & potentia ventum,& auram calidam adſpirans aquis, vt indè reptilia, volatilia, piſces, & germina, imo cæli omnes ex aquis producerentur; vt explicant Auguſt. Hieronymus, Baſilius, Theodoretus, Athanaſius, & penè omnes alij Patres, qui hinc Diuinitatem Spiritus Sancti probant; quamuis alij per ſpiritum ibi Angelum, aut ventum à Deo excitatum intelligant, ſicut per ly *in principio*, idem ac in primordio, ſeu ante omnia, ita vt nihil Deus creauit prius, vel ante cælum, & terram.

Secundò Lyranus, Burgenſis, Galatinus, Auguſtinus Eugubinus, & alij, ponderant ſupradictum teſtimonium, adnotando, quod voci noſtræ Latinę Deus correſpondet in Hebręo vox אלהים heloim in numero plurali, à ſingulari אל hel, aut אלה heloa, ac ſi Latinè diceretur creauit Dij, vbi nomen Dei in plurali coniunctum verbo ſingulari, pluralitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ diuinæ adumbrare videtur. Scio aliquos reſpondere deduci non poſſe efficax argumentum pro Trinitatis myſterio aſſerendo, ex illa coniunctione nominis in plurali, cum verbo in ſingulari, eo quod familiare ſit Hebræis vti verbo ſingulari loco pluralis, ſicut & Arabibus maximè quando verbum præcedit nomen, vt tacoul elnas, تقول الناس dicet homines, pro dicent homines. Quæ etiam ſyntaxis familiaris eſt Græcis, verùm tantummodò in coniunctione verborum cum pluralibus neutris vt ζῶα τρέχει pro τρέχουσι, vbi neutrum plurale verbo ſingulari gaudet. Hæc tamen ſolutio non videtur eneruare vim authoritatis adductæ, conceſſo enim talem modum loquendi eſſe phraſim Hebraicam, ſecundum quam verbum in ſingulari poteſt coniungi cum nomine in plurali, non poteſt tamen in diuinis aliquod nomen plurificari, niſi multiplicato eius ſignificato, cum ergo nomen illud Ehohim plurificari non poſſit ratione eſſentiæ, quæ eſt vna, ſupereſt, quod plurificetur ratione perſonarum, quæ in diuinis ſunt tres, vndè Sanctus Thomas 1. parte quæſt. 39. artic. 3. ad 2. notat apud Hebræos nomen *Elohim* ſignificare principalius proprietatem perſonalem; ſicut apud Græcos dicuntur *tres hypoſtaſes*, & apud Latinos tres perſonæ. Sic ergo nomen *Ehohim* in numero plurali coniungitur cum verbo ſingulari ברא bara, id eſt creauit non ſolum elegantiæ cauſa, vel quod Hebræi res magnas, & magnates honoris cauſa compellant numero plurali, aut ad declarandam tres Dei dotes ſcilicet intelligentiam, ſapientiam, prudentiam, quibus ipſe condidit mundum, ſed ad innuendum maximè pluralitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ. Quod confirmat Petrus Galatinus lib. 2. de arcanis cap. 9. & Nicolaus de Lyra ex minori expoſitione ſuper Geneſim, quæ apud Rabbinos in magno precio eſt: vbi Rabbi Huna dixiſſe fertur, *niſi hic ſermo ſcriptus eſſet, non licuiſſet dicere creauit Heloim hoc eſt dij*.

§. II.

De loco Geneſeos 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.*

Secundum teſtimonium, quod propter authoritatem Patrum contemnendum non eſt, adduci ſolet ex eodem capite primo Geneſ. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. Nec enim verba illa authoritatis, & maieſtatis ſolius cauſa, vt principes vti ſolent, dicta fuiſſe putandum eſt; aut quaſi hiſce verbis alloquatur Deus Pater Angelos imperando ipſis, vt fabricent corpus humanum, & animam ſenſitiuam, ſibique ſolum reſeruet animę rationalis creationem, vti voluit Plato in Timęo, & Philo lib. de opificio ſex dierum. Hoc enim vt impium reijciunt S. Baſilius, Chryſo-

ſtomus, Theodor. Cyrillùs lib. 1. contra Iulianum, & Auguſtinus lib. 16. de Ciuitate Dei cap. 6. nam Deus non per Angelos, ſed per ſe tam corpus, quam animam hominis creauit, vt colligitur ex cap. 2. Geneſ. verſ. 7. & 21. Vnde non ait hic facite, ſed faciamus ad imaginem, non veſtram, ò Angeli, ſed noſtram.

Alloquitur ergo hic Deus Pater ſuum Filium, & Spiritum Sanctum, quaſi collegas ſuos, eiuſdem ſecum naturæ, potentiæ, & operationis, vt docent ſupracitati Patres, imo Conciliũ Sirmienſe apud Hilarium lib. de ſynodis, dicit anathema ijs, qui aliter hunc locum explicant. Sic igitur ſummum fidei myſterium, ſcilicet Sanctiſſimæ Trinitatis, & indiuiduę vnitatis, primum in creatione hominis reſeratum eſt, quod poſtea in eiuſdem hominis ſpirituali recreatione, aut regeneratione, puta in Baptiſmo, apertè declarandum, & profitendum erat, dum baptizantur omnes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Hanc etiam interpretationem confirmat Petrus Galatinus lib. 2. de Arcanis cap. 9. verſus finem ex Midras Coheleth. in expoſitione Eccleſiaſtæ 2. in illa verba, *Quid eſt homo, vt ſequi poſſit regem factorem ſuum?* in Hebræo enim habetur *regem qui fecerunt eum*. Sed infra recurret explicatio huius loci.

§. III.

De loco Geneſeos 16. verſ. 24. *Pluit Dominus ſuper Sodomam, & Gomorram ſulphur, & ignem à Domino de cælo.*

HAec phraſis, qua vtitur Moyſes; quando dicit *pluit Dominus à Domino*, innuit diſtinctionem perſonarum in diuinis, cum enim dicitur Dominus à Domino apertè denotatur Deus de Deo, quod ſine perſonarum multiplicatione intelligi non poteſt. Reſpondent aliqui cum Dioniſio Carthuſiano per Dominum qui dicitur pluere à Domino ſignificari Angelum, qui Dei perſonam ſuſtinebat, quem Dominum appellauit, quia quaſi Dominus inter reliquos tres apparuit. Sed hæc interpretatio non quadrat textui Hebræo יהוה מאת יהוה *Iehoua mehet Iehoua*, vtrobique enim ponitur nomen Dei ineffabile, quod ſoli Deo applicari conſueuit. Caietanus, Pagninus, Vatablus, & Oleaſter in hunc locum putant eſſe Hebraiſmum, vt perindè ſit, *pluit Dominus à Domino*: ac *pluit à ſeipſo*, puta à ſe, ſuaque omnipotentia, non à cauſis naturalibus: quaſi diceretur, non naturalis, ſed cœleſtis, & diuina fuit hæc pluuia ignis, & ſulphuris. Nihilominus, licet ſimilis loquendi modus iuxta phraſim hebraicam in Scriptura reperiri poſſit, non eſt cur etiam ſimile teſtimonium commodè non poſſit intelligi de pluralitate perſonarũ, cum illo ſic vtantur Ignatius in Epiſtola ad Antiochen. Iuſtinus in Dialogo cum Triphone longè ante medium, Athanaſius in orat. contra gregales Sabellij, Hilarius 5. de Trinitate; Tertullianus lib. aduerſus Praxeã cap. 16. alijque plures. Et Concilium Sirmienſe videtur omnes alios ſenſus damnare, & anathemate ferire eos, qui negauerint Geneſ. 19. cum dicitur *pluit Dominus à Domino*, de Patre, & Filio eſſe intelligendum. Verùm authoritas huius Concilij non reddit hanc interpretationem certam certitudine fidei, cũ non ſit ab Eccleſia receptum, niſi quatenus Photinum damnat, imò hoc Concilium in multis deprehenditur Arrianum, docet enim Filium, quà Deus eſt, Patri eſſe obſequentem, & miniſtrantem.

†

§. IV.

§. I V.

De nomine ineffabili Iehoua reuelato Moyſi exodi cap. 3. verſu 15. & cap.6. verſu 3.

S. Hieronymus epiſt. 136. ad Marcellam notat apud Hebræos decem eſſe nomina Dei. Primum eſt אל eL, id eſt fortis. Secundum eſt אלוה *Eloha*, quod Deum, qua prouidentem, gubernantem, iudicantem,& vindicantem ſignificat. Tertiũ eſt הלוהים Elohim, quod eſt plurale nominis Ehoha. Quartum eſt צבאות Sabaoth, id eſt exercituum, aut copiarum; quod non eſt tã nomen, quàm cognomen Dei; vnde ſemper cũ alio Dei nomine ſolet coniungi, dicitur enim *Adonai Sabaoth*, id eſt Dominus virtutum, vel exercituũ.

Quintum eſt עליוך Elion, id eſt excelſus. Sextũ nomen eſt אהיה אשר אהיה *eie aſcer eie*, *ſum qui ſum*, vel *qui eſt*, vndè exod. 3. dicitur *qui eſt miſit me*. Septimum eſt Adonai, id eſt *Dominus*. Octauum eſt יה *ia*, quod eſt abbreuiatũ *Iehoua*, ſonatque in *Halleluia*; *Halleluia* enim eſt compoſitum ex *hallelu*, id eſt *laudate*, & *ia*, id eſt *Deum*. Nonum eſt Saddai, id eſt *munificus*, *liberalis*, *omnipotens*. Decimum eſt Tetragrammaton, quod vulgo *Iehoua* pronuntiant, ineffabile dictum, eo quod ab Hebræis haberetur ſacratiſsimum, ſummèque venerabile, tanquam nomen Dei primariũ, proprium, & eſſentiale, in quo myſterium ipſum Trinitatis quantum ad perſonarum diſtinctionem, eſſentiæque vnitatem mirabiliter adumbratum fuit. Pro cuius intelligentia recolenda ſunt dicta tom.4. lib.3. ſect.7. cap.4. ſcilicet,

Arcana Hebræorum myſteria in ſcribendo ad tria genera principalia reuocari, quibus etiam ſuæ ſubſunt ſpecies. Genera ſunt נוטריקון Notariacon. גמטריא Guematria,& תמורה Temoura.

Notariacon eſt myſterium, ſecundum quod primò ſingulæ duntaxat dictionũ, aut carminum primæ litteræ ſumuntur, & poſtea ex illis voces aliquæ efformẽtur ad propoſitum ſignificantes. Quæ ſpecies vocatur *raſci tibot*, id eſt, *capita dictionum*, Græcis ἀκρόστιχον. Aut è contra vltimæ tantùm litteræ ſumuntur modo ſupradicto, diciturque illa ſpecies *Sophi tibot*, id eſt, *fines dictionum*. Aut etiam tertio ex ſingulis dictionum litteris formantur ſingulæ voces, aut carmina, & hæc ſpecies nomine generis retento vocatur *Notariacon*. Quorum omniũ exempla citato adduximus loco.

Guematria eſt æquiualentia ſenſus, ex æquiualentia numerica dictionum; hãc Græci tabulam Pythagoricam vocare videntur. Hoc autem duobus modis fieri poteſt, aut ſimpliciter ex æquiualentia numerica litterarum, aut eaſdem multiplicando, aut ad inuicem addendo, ita vt ex ſumma producta eliciatur aliquid ad propoſitum; quorum exempla pariter allata ſunt loco citato.

Tertium tandem genus *Temoura* dictum, eſt anagramma purum, aut perfectum, abſque detractione, additione, & immutatione. Et quidem aliud eſt ſimplex, vocatum ſimpliciter *Temoura*, aliud myſticum vulgo *Tſiruph*, id eſt *combinatio*, eſtque anagramma, in quo iuxta ritum 22. alphabetorum myſticorum, quæ ponunt Cabaliſtæ, aliæ pro alijs ſumuntur litterę, abſque eo quod immutetur ordo litterarum, vt fit in anagrammate ſimplici, ſed eodem ordine litteræ ſuppoſitæ pro veris ſumuntur, vt clarius in exemplis citato pariter loco adductis patebit ea legenti.

Modus autem eiuſmodi arcanæ ſcriptionis non ſolùm vſitatus fuit apud Hebręos, ſed etiam apud alias nationes, quamuis diuerſis rationibus. Clemẽs enim Alexandrinus lib.5. Stromatũ docet tres apud Aegyptios characterũ ſpecies fuiſſe, videlicet ἐπιστολογραφικὴν, ſiue Epiſtolarem, ἱερατικὴν ſeu Sacerdotalem, & ἱερογλυφικὴν, id eſt hieroglificam, vt refert Athanaſius Kircheries in Prodromo Copto, & fuſius in Oedipo Aegyptiaco, quem ibi promittit.

Hanc

Hanc quoque apud Græcos ſcribendi formam viguiſſe ſatis, ſuperque demonſtrant, epiſtolæ quædam S. Pachomij, & Theodori eius diſcipuli ad diuerſa Aegypti monaſteria exaratæ, in quibus arcanam prorſus ſcribendi rationem obſeruare videtur, dum nunc latentis arcana Diuinitatis, nunc occultum animorum cum Deo nexum, nunc vitæ ſanctè, beatèque inſtituendæ rationem deſcribit, tam ex forma, & figura litterarum græcarũ, quam ex numeris ſub ijs latentibus. Sic enim in quadam epiſtola ad Cornelium Archimandritã ſcribit Pachomius. Fac opus I Iota, pone Δ delta ante oculos tuos, vt benè ſit animæ tuæ. Vbi dum dicitur fac opus I Iaudæ, vir ſanctus nihil aliud intelligit, niſi quod ei, qui ad eminentem religioſæ vitæ ſtatum, vocatus eſt, omnia in ſimplicitate, & ſinceritate, cum intentione recta ſine vllo ad proprium commodum reſpectu peragenda ſint. Quod enim vnitas inter numeros, id Iota inter litteras Græcas, & Aegyptiacas, à qua veluti omnium minima, cæteræ omnes tamen litteræ componuntur, quemadmodum & in alphabeto Hebraico ex littera Iod, quæ ideo principium interpretatur, eo quod omnium aliarum litterarum principium ſit, & ab ea vnaquæque originem ſcriptura habeat, cum ipſa à nulla originem trahat: ita ſincera, & recta intentio, humiliſque coram Deo conuerſatio, cæterarum actionum, operationumque altiſſimarũ in ſpirituali ędificio adhibendarum primum veluti fundamentum eſt, cætera omnia componens. Cum præterea Iota tàm lingua Aegyptiaca, quàm Græca, nihil aliud quàm quid paruulum, aut minimum denotet, an non appoſitè ad illud Cęleſtis magiſtri, *niſi efficiamini vt paruuli non intrabitis in Regnum Cælorum*, alludere videtur.

Similiter cum in eadẽ epiſtola dicit, *Pone* Δ *delta ante oculos tuos vt benè ſit animę tuæ*, nihil aliud denotare videtur, niſi perfectam diuinarum virtutum imitationem, iuxta illud Chriſti Domini, *Eſtote perfecti ſicuti Pater veſter cęleſtis perfectus eſt*; quod fit per intimam illam vnionem, conformitatemque intellectus, & voluntatis noſtræ cum diuina. Cum enim Platone teſte Δ figurarum omnium prima ſit, à qua omnes aliæ originantur, & in quam rurſus omnes reſoluuntur; certè ſumma ratione à Priſcis Patribus, id pro diuinæ Eſſentiæ Symbolo, diuinarumque perfectionum, & emanationum archetypo aſſumptum fuit.

Meminit huius arcanę ſcribendi formæ S. Cyrillus in quadam epiſtola ad Sanctum Leonem Papam, & Zoſomenus lib.3. hiſtor. Eccleſiaſt. cap.23. vbi ait, in tabula Pachomij, quam ab Angelo accepiſſe fertur, totum conuentum in viginti quatuor claſſes iuſſu Angeli diſtinctum eſſe, & ſingulas claſſes ſingulis litteris græcis vocatas: iuſiſſe quoque, vt v.g. ſimpliciores vocarentur α, vel I; Vafri autem, ſeu Verſipelles ζ vel ξ, vt alij aliarum litterarum notis appellarentur, provt forma litteræ, rationem vitæ cuiuſuis claſſis aptè videretur exprimere; quod etiam in vita Sancti Pachomij legitur.

His pro opportunitate loci breuiter adnotatis circa diuerſos arcanè ſcribendi modos, de quibus poſſunt conſuli Ioannes Fortius Hortenſius lib. de myſtica litter. ſignificat. Valuerdius in alphabeto Salomonis, Goropius in Hermathena, & alij; redeundo ad noſtrum inſtitutum.

Dico primò cum Ludouico Alcaſar in Apocalip. cap.1.v.4. nomen illud Iehoua יהוה tetragrammaton per antonomaſiam dictum, eſſe nomen Hebręũ myſticum, & ænigmaticum, ex pluribus dictionibus conflatum, quarum prima tantum elementa notaricè ſcribuntur, eo ferè modo, quo in publicis ſcriptionibus, primæ tantùm nominum litteræ compendioſè ſcribi ſolent, vt D.O.M. pro Deo Optimo Maximo, F.E.R.T. in Ducis Sabaudienſis inſigni pro Fortitudo Eius Rhodum Tenuit. I. N. R. I. pro Ieſus Nazarenus Rex Iudęorum; ſimile

ſimile tandem eſt illud S. P. Q. R. pro Senatus Populus Que Romanus.

Si autem inquirat aliquis quænam ſint quatuor illæ dictiones, quarum litteris primordialibus componitur nomẽ יהוה Iehoua; Reſpondetur eſſe quatuor ſequentes, יהי הוי ו הי, *ibie*, *boia*, *ve baia*; ita vt nomen יהוה ſit idem quod *ibie*, *boia*, *ve baia*, ſiue vt latinè dicam, *erit*, *eſt*, *&* *fuit*, quibus vocibus mirificè auguſtiſsimum Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium deſignari videtur, etenim ſi in illo triſagio Iſaiæ 6. & Apocalip. 5. certum eſt ex Patribus Trinitatẽ perſonarum adorari, cur non idem in illa triplici repetitione ſubſiſtentię *erit*, *eſt*, *& fuit*, ſuſpicari liceat.

Nec refert, ſi quis obijciat, Perſonas Trinitatis eſſe ſolummodo tres, litteras autem dictionis hebraicæ יהוה eſſe quatuor. Reſpondetur enim, in pluribus dictionibus coniungendis aptiſſimè interijci coniunctionem copulatiuam; cui ſeorſim etiam reſpondet ſua littera, vt videre eſt in illa communiſſima inſcriptione S. P. Q. R. Senatus Populus Que Romanus. In nomine ergo יהוה illud ו vau coniunctio copulatiua eſt; nec tamen eius adiectio myſterio Trinitatis adumbrando ſuperflua, aut otioſa æſtimanda eſt, quin potius ipſi mirificè deſeruire. Explicato enim nomine manifeſtè patet, tres ſolùm ſubſiſtentias in illo contineri, *erit*, *eſt*, *& fuit*, ſed eas vnitas per coniunctionem copulatiuam *&*, ita vt vnum nomen conſtituant; quod ad infinitam diuinæ eſſentiæ vnitatem in tribus perſonis ſpectare facilè intelligitur. Tres itaque ſubſiſtentiæ per triplicem verbi ſubſtantiui repetitionem denotantur; ſed vnitæ in vnitate vnius, & eiuſdem eſſentiæ, aut naturæ per coniunctionem copulatiuam.

Quod ſi rurſus dicat aliquis, ad Trinitatem perſonarum indicandam, aptius fuiſſe ſine vlla variatione dicere, *eſt*, *eſt*, *eſt*, ſicut Iſaiæ 6. & Apocalipſ. 5. dicitur *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*; ſi quidem illa temporum diſtinctio, non ſolùm non deſeruit, ſed etiam obeſſe videtur proprietatibus *diuinarum* perſonarum ſignificandis. Reſpondetur tamen, vt intelligeretur non eſſe eiuſdem veritatis repetitionem, ſed ſubſiſtentium diſtinctionem, elegantiæ fuiſſe aliquam verbi ſuſtantiui diſtinctionem proponi, ita vt ſicut in vno verbo ſubſtantiuo eſſe, tria diſtinguntur tempora, ita & in vnica eſſentia diuina, tres admitti debeant perſonæ diſtinctæ. Notandum eſt tamen, diſtinctionem illam temporum, non ita diſtribui diuinis perſonis, vt vni earum denegetur, quod alteri conceditur, aut quaſi non ſimul æternaliter exiſtant; ſed vt innuatur ſolùm, aliquam eſſe conuenientiam, vt Patri aptetur fore, Filio eſſe, & Spiritui Sancto fuiſſe. Et ratio quidem illa eadem eſſe poteſt primo, propter quam Theologi potentiam Patri tribuunt, Sapientiam Filio, & Spiritui Sancto bonitatẽ. Illud enim futurum *erit* ad potentiæ manifeſtandæ promiſſionem referri debet, vt expreſſit D. Ioannes Apocalipſ. cap. 1. numero 8. dum ait, *qui eſt*, *& qui erat*, *& qui venturus eſt omnipotens*. Simili modo illud *fuit* ad æternam Dei bonitatem referri poteſt, quæ prima omnium fuit ratio, quæ Deum induxit ab æterno, vt ſe creaturis ad extra cōmunicaret. Denique ex tribus temporum differentijs, nulla eſt æternæ ſapientiæ accommodatior, quàm temporis pręſentis, quia & futuris, & pręteritis Dei ſapientia pręſens adeſt, omniaque in ſua æternitate intuetur præſentia. Sic igitur ea ratione qua potentia ad Patrem, ſapientia ad Filium, & bonitas ad Spiritum Sanctum pertinere dicuntur, ita etiam & *erit* ad Patrem, *eſt* ad Filium, & *fuit* ad Spiritum Sanctum. Inſuper dici poteſt illam temporum diſtinctionem, ac diſtributionẽ valde eſſe conſentaneam veritati, ad remouendam quamcumque imperfectionis ſuſpicionem, quam quis poſſet habere circa perſonas diuinas. Quemadmodum enim appropriatio potentię, ſapientiæ, & bonitatis in diuinis, non ſolùm fit ſecundum rationem ſimilitudinis,

nis, ſi conſideretur, quod in diuinis perſonis eſt, ſed etiam ſecundum rationem diſſimilitudinis, ſi conſideretur quod in creaturis eſt; vndè ex hoc quod repræſentari ſoleat æternus Pater ſub figura hominis ſenioris, vt nemini ſuſpicio orireturs ipſum inſtar ſenis debilem eſſe, atque infirmum, tribuitur ipſi titulus potentiæ; deindè, qui Filium dicit, perſonam aliquam iuuenilem ſibi perſuadet, vndè ne ſuſpicaremur ipſum non eſſe ſapientem, propter temporis paucitatem inſtar iuuenum, tribuitur ipſi ſapientia, & tandem quia audiendo nominari ſpiritum, pauemus, & exhorreſcimus, nec videtur credibile, quod inter ſpiritum, & homines carnales poſſit aliqua eſſe amicitia, Spiritui Sanɛ̃o appropriatur bonitas, & amor. Ob eamdem ferè rationem, quoniam de Patre nemo poteſt dubitare, quod non fuerit, ſed potius quod habendo Filium, qui poſsit ipſi ſuccedere, in æternum non futurus ſit, vt contingit in humanis, ſic ad excludendam illam imperfectionem non dicitur de ipſo quod *fuit*, ſed quod *erit*, & vice verſa, de Filio quod *eſt*, & non *erit*, & de Spiritu Sancto, de quo tanquam de tertia perſona, poterat ſuboriri dubium, quod ſolùm eſſet poſt alias perſonas, non tantùm poſterioritate originis, ſed etiam durationis, enuntiatur, quod *fuit*.

Secundo nomen יהוה Iehoua iuxta ſecundam ſpeciem *Geumatrice* ſcribendi, mirabiliter exprimere videtur auguſtiſsimum Sanctiſsimæ Trinitatis myſterium, ſubſtituendo tamen, iuxta ſecundam ſpeciem tertij generis arcanè ſcribendi *Temeura* dicti, loco primæ litteræ, Iod, litteram א aleph ſecundum alphabetum decimum Cabbaliſticum, & myſticum, & loco litteræ ו vau, litteram, Iod, ſecundum alphabetum decimum quintum, vbi Iod ſubſtituitur litteræ Vau, ſicut aleph litteræ Iod; ita vt efformetur vox אהיה *ahia*, quæ idem valet, ſeu ſignificat, ac יהוה Iehoua. Itaque אהיה per ſe multiplicato, id eſt 21, per 21; Summa producta efficitur אמת veritas nempè 441. cui ſi rurſus incorporetur אהיה ſiue 21. Summa efficitur producta רוח אהבה הנפק *Spiritus amoris procedens*, nempè 462. Senſus eſt. Deus Pater ſe per ſe, ſi dicere liceat, plurificans; id eſt ſuum eſſe, abſque vlla multiplicitate, aut diſtinctione in natura Filio cõmunicans producit *Veritatem*, id eſt *Verbum*, quod cum Patre conſpirans, producit Spiritum Sanctũ, Spiritum amoris, cuius eſt proprietas, vt ſit producens. Porrò notandum eſt circa vocem אמת veritas, quæ numericè reddit 441. quod talis numeri ſummatio ſit 9. qui numerus in tantum ſui vniformitate gaudet, vt quotieslibet addas, aut multiplices 9. Summa producta nihil reddet vnquam præter 9. adeò ſibi conſtans eſt, & vna veritas. V. g. bis 9. ſunt 18. ecce 9. ter 9. ſunt 27. en 9. ſexies 9. ſunt 54. habes 9. nouies 9. ſunt 81. ecce 9. duodecies 9. ſunt 108. en 9. & ſic in infinitum.

Tertio in nomine Iehoua mirabile quid contingit; quod ad Trinitatis myſterium referri poteſt: nempè idem nomen legi poſſe, vt plures dictiones, & vt vnicam dictionem, non variata ſignificatione eſſentiali. In alijs dictionibus, quæ ex primis plurium dictionum elementis componuntur, ſi id quod ex illis primis litteris coaleſcit, conſideretur; inueniemus aut nihil prorſus ſignificare, vt I.N.R.I. in titulo crucis, aut ſignificare aliquid longè diuerſum, vt F.E.R.T. in Sabaudienſi vexillo. At in nomine Iehoua, ſi conſideremus hanc ipſam dictionem Iehoua יהוה, quæ ex primis plurium dictionum elementis componitur, vt ſupra dictum eſt, mirabile hoc reperitur, nempè non variari ſignificationem eſſentialem; quia ſignificatio eſſentialis nominis extenſi, non eſt alia quam Verbi ſubſtantiui *erit*, *eſt*, *& fuit*: ipſa enim dictio Iehoua conſiderata, vt vnica dictio, eſt nomen verbale, quod eamdem Verbi ſubſtantiui ſignificationem ſeruat. Maior enim Interpretum pars, quæ admittit nomen Iehoua non eſſe plurium dictionum

abbre-

abbreuiationem, deriuat illud à verbo ſubſtantiuo היה vel הוה, *haia*, vel *haua*. Quamuis deriuationis forma non eodem modo explicetur ab omnibus; Quoniam Vatablus deriuat à verbo הוה *haua* addito י Iod formatiuo, quod ſæpè nominibus addi ſolet ſignificantibus qualis ſit, ſiue qualis futurus ſit ille, cui hoc nomen inditur. Caietanus verò, Bellarminus, & alij deriuant à verbo היה permutato Iod in Vau, quia hæ litteræ ſunt permutabiles, ſed quomodocunque id fiat, ſignificatio ſemper eſt eadem, atque adeò mirabile eſt, tres illas ſubſiſtentias diſtinctas, & inter ſe vnitas, *erit*, *eſt*, *& fuit*, & vnicum nomen ſimplex Iehoua, eamdem habere ſignificationem eſſentialem; ita vt nomen etiam ipſum ſit quodammodo trinum, & vnum, ad Trinitatis Diuinæ ſignificationem.

§. V.

Quod idem nomen Iehoua, etiam vt eſt ſimplex dictio, ſit myſterij Sanctiſsimę Trinitatis expreſſiuum.

SAcratiſſimum nomen Iehoua, non ſolùm vt eſt nomen complexum, hoc eſt ex pluribus dictionibus conflatum, quarum prima quæque tantùm elementa ſcribuntur SS. Trinitatem ſignificat, vt ſuperiori paragr. explicatum fuit; ſed etiam hoc habet, vt eſt nomen aliquod incomplexum, ſecundum aliorum ſententiam, prout facile ex ſingulis ipſius litteris argui poteſt. Prima enim littera י *Iod*, quæ ſignificat initium, poteſt applicari primæ perſonæ ſcilicet Patri, qui dicitur fons, & origo totius Trinitatis, ac diuinitatis. Littera ה *he*, quæ denotat eſſe, & viuere, Filio, per quem omnia facta ſunt, ſuamque eſſentiam acceperunt, denique littera ו *Vau*, quæ ſignificat nexum, eſt enim dictio copulatiua, ſicut & apud Arabes 9. poteſt appropriari Spiritui Sancto, qui eſt nexus, copula, vnio, & amor notionalis Patris, & Filij: Vndè Græcus Scholiaſtes pro eo quod habemus exodi 6. verſu 3. in vulgata editione, *& nomen meum adonai non indicaui eis*, & in Hebræo, *nomen meum Iehoua*: Gręcus inquam Scholiaſtes legit, & vertit, *non indicaui eis nomen Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Quarto loco ponitur in nomine יהוה aliud ה he, quia cum Filius duplicem habeat reſpectum vnum paſſiuum ad Patrem generantem, alium actiuè ad Spiritum Sanctum, quem cum Patre ſpirat, duplici illa litteræ he ה repetitione ſignificatur Filius cum illo duplici reſpectu. Vltra quod dici poteſt, denotari etiam duplicem naturam diuinam ſcilicet, & humanam in Chriſto impermixtam, & inconfuſam.

Secundò nomen Iehoua SS. Trinitatem ſignificat, quatenus ſecundum expoſitionem Rabbi Eleaſar apud Galat. lib. 2. cap. 2. Vbicumque in Scriptura ponitur nomen Dei ineffabile Iehoua, ſemper intelligitur Deus, & domus Iudicij eius, hoc eſt Deus Vnus, & Trinus, qui dicitur iudicij eius. Nam domus Iudicij apud Hebręos dicebatur, cum tres, vt minimum, ad iudicandum conueniebant.

Tertiò apud eumdem Galatinum lib. 2. cap. 10. Rabbi Haccados docet hoc nomen Iehoua dictum fuiſſe *Semhammephoras*, hoc eſt nomen expoſitũ; explicarique per nomen duodecim litterarum, quod latina lingua ſignificat, *Pater, Filius, Spiritus Sanctus*, & per aliud quadraginta duarum litterarum, quod noſtra lingua ſonat, *Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus, Trinitas in vnitate, & vnitas in Trinitate*. Vnumquodque autem nomen quo exponitur nomen illud ineffabile, non eſt vnum tantum, ſed plura ſimul. Vt videre eſt apud Galat. loco citato.

Quartò denique, & vltimò dici poteſt, Sanctiſſimum & ineffabile nomen *Iehoua* fuiſſe Trinitatis ſignificatiuum, ex modo ipſo illud ſcribẽdi. Apud Hebręos enim & Chaldæos, vt ex pluribus antiquis Rabbinorum codicibus conſtat,

ſtat , nomen tetragrammaton ſcribebatur cum triplici iod , & camets ſubſcripto intra circulum ſequenti forma,



cum ergò Iod ſignificet principium, & tota Trinitas ſit vnum principium rerum extra ſe in vna eſſentia , & natura . Hinc Trinitas perſonarum oſtenditur triplici Iod, vnitas verò eſsētiæ vnica vocali ꞊ camets, quæ eſt omnium prima , & perfectiſſima. Nec myſterio vacat quod Trinitas perſonarum exprimatur, non caracteribus, aut litteris diuerſis, ſed vna, & eadem littera ter repetita , vt ſic in hoc Sanctiſſimo nomine , non tantum perſonarum inter ſe diſtinctarum pluralitas, ſed etiam perfecta earum inter ſe æqualitas demonſtraretur .

Ad illuſtrandum autem , & probandum hunc modum ſcribendi monogrāmaticè SS. nomen Iehoua plura non deſunt argumenta. Primò quod in antiquiſſimis tum impreſſis , tum manuſcriptis Hebræorum codicibus Vaticanis, paſſim hoc nomen Dei יהוה tribus hiſce apicibus ſcriptum reperitur . Etſi moderni Hebrei in odium Sanctæ Fidei noſtræ , vno Iod omiſſo , plerumque duobus tantum id effigient vt ſequitur יי . Sed de huiuſmodi apicibus nominis Dei , eiuſque origine, & myſterijs conſulendus eſt R.Abraham Picol, libro de expoſitione apicum , vbi præclara quæuis de eo tradit , & Sacram Triadē eo ſignari demonſtrat.

Secundò, quod omnes ferè Orientales populi, ſecuti procul dubio Hebręos, nomen quoque Dei litteris conſignare ſolerent ; nam præter Chaldæos , qui nomen ſuum diuinum plerumque ſic reſcribunt ייי vti in antiquis eorum manuſcriptis apparet, apud Græcos etiā nomen Dei his tribus litteris IAΩ. ſcriptũ reperitur, vel, vt in circulo ſequenti



nam Diodorus Siculus , qui primus , ſi Plinio credendum eſt lib. 7. cap. 56. apud Grecos nugari deſijt , ſpectatorque plurimarum rerum fuit , inter cætera Moyſem in moral. his verbis prodit lib. 32. *Apud Iudęos Moſes ab Iao , quem illi Deũ inuocant, acceptas leges dare ſe præferebat, &c.* vbi nomine Iao, Sacroſanctum Dei tetragrammaton יהוה a Diodoro deſignatum fuiſſe certum eſt . De quo videndus eſt Macrobius Saturnal. lib. 1. cap.19. vbi refert ex oraculo Apollinis Clarij hunc verſum ,

Diuorum Summum cunctorum en accipe Iao .

Et Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromat. *Quatuor litterarum* , inquit , *nomen myſticum eſt, quo illi circundabantur, qui ſoli adytum ingrediebantur* . Dicitur autem Iaon Ιαων , quod exponitur exiſtens (ὁ ὢν) . Armeni quoque nomen Dei , ac ſumma quęuis Dei myſteria litteris cōſignare ſolent ; Nam per primam alphabeti litteram *ա* quam *Aip* vocant, coniunctam vltimæ dicti Alphabeti, videlicet trigeſimæ nonæ *o* , quam *Aipun* dicunt, idem denotant , quod Hebręorum Sapientes per 3. Iod circulo inſcripta, ſeu quod Græci per primam, & vltimam Alphabeti ſui litteram A & Ω, videlicet illum qui ſe *Alpha* , & *Omega*, *Aip* , & *Aipun* , principium ſcilicet , & finem eſſe dicebat . Nam in *Aip* , prima alphabeti Armeniaci littera , quæ tribus lineolis ad baſim litterę perpendiculariter erectis efformata eſt, tria in vno conueniunt , Pater nimirum, & Filius, & Spiritus Sanctus, tres vnum ſunt. Et *Aipun* trigeſima nona littera Alphabetum claudens , nec ad quadragenarium numerum tranſire permittens, orbis eſt in ſe reuolutus, atque reflexus, principio , & fine carens , qui Trinitatis vnionem inſcrutabilem ſignificat . Teſtatur hoc monogramma Armeniacum , quod in libro , ſeu charta quadam conuoluta Armenicè ſcripta Bibliothecæ Vaticanæ , orationum principijs præfixum videtur , vt ſequitur




ac proindè hoc nomen per huiuſcemodi characteres repręſentatum idem eſt , quod *Heli Hebul* , hoc eſt *magnus Deus* .

Huic paragrafo coronidē imponet mirabilis quædam, eaque vetuſtiſsima [illegible] inſcri-

inſcriptio , in rupe quadam Montis Oreb , quæ pars montis Sinai eſt , inciſa, cuius typum ex oculatis teſtibus refert Athanaſius Kircherius cap. 8. Prodromi Copti , modo ſequenti .

Typus Inſcriptionis Synaicæ.



Huius autem Scripturæ antiquæ,quã præfatus author Chaldaicam eſſe exiſtimat , atque ante Chriſti aduentum exaratam , vel à Moyſe, vel à Propheta Ieremia, ſenſus eſt .

Deus Virginem concipere faciet, & illa pariet filium .

Vbi prima vox *Deus* per hoſce tres apices



veluti per tria Iodim exprimitur . Ita vt clarè pateat hoc nomen Dei יהוה antiquitus ſciptũ fuiſſe monogrammaticos tribus Iod,ſiue apicibus , non alia ratione , niſi vt trina illa nominis יה aut יהוה repetitione,Sacroſanctæ Trinitatis myſterium implicitè ſignificaretur, vt diximus , & apertè teſtatur Ioannes Fortius,Hortenſius Neophytus in libello de myſtica litterarum ſignificatione his verbis: *Veteres*, inquit , *alia ratione ſcribebant Dei nomen* יהוה , *alia legebant . Quidam id tribus Iod, quidam tribus apicibus, ad triũ diuinarum proprietatum myſterium, ſeu* מרות *Sacramentum indicandum ſcribebãt.*

§. VI.

De loco Deuter. 6. verſ. 4. *Audi Iſrael Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt .*

INter loca veteris teſtamenti , quibus Auguſtiſſimum Sãctiſſimæ Trinitatis myſterium vtcumque ſignificatur, & adumbratur, non infimum ordinem tenent illa, quibus ter nomen Dei ſolet repeti ; vt contingit in præſenti loco Deuter. maximè ſi attendatur Hebraicus textus, in quo pro illa voce, *Dominus*, eſt nomen ineffabile *Iehoua* , ſic enim habet, *Audi Iſrael, Deus, Deus noſter, Deus vnus eſt* - Simile eſt illud teſtimonium Pſalmi 66. *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus* ; Vbi nomen Deus ter repetitum, ęque vt *Sanctus* apud Iſaiam cap. 6. 3. Significat tres perſonas : Secundò verò loco additum ע noſter ſignificat Verbum diuinum , ſecundam Sanctiſſimæ

Trinitatis perſonam incarnandam. Qua ratione teſte Galat. lib. 2. arcan. cap. 1: ſtatutum fuit ab antiquis Rabbinis, vt minimum bis in die, mane, ſcilicet, & veſpere, vel oriente, & occidente ſole, ab vnoquoque Iudæorum recitarentur, tam illa Iſaiæ, vel potius Seraphim verba, quam hæc Moyſis Deuter. 6. nimirum vt ita perſonarum Trinitatem cum diuinæ eſſentiæ vnitate omnes Iudæi ſaltem implicitè profiterentur. Rabbi enim Simeon filius Ioai in libro Zoar exponens prędicta Deuteronomij verba hæc ait. *Audi Iſrael antiquus* יהוה, *Iehoua, id eſt, Deus qui eſt principium omnium rerum, antiquus antiquorum, hortus radicum, & omnium rerum perfectio: & dicitur Pater.* אלהינו *Heloenu, id eſt, Deus noſter, profunditas fluminum, & fons ſcientiarum, quæ procedunt ab illo, & vocatur filius.* יהוה *Iehouah, id eſt, Deus, hic eſt Spiritus Sãctus, qui à duobus procedit, & vocatur menſura vocis, vnus eſt, vt vnum cum alio concludat, & colliget. Nec enim alius ab alio diuidi poteſt.* Simile quid ait Rabbi Ionathan Vſielis filius, alijque plures Rabbini, quorum teſtimonia refert Galatinus lib. 2. de Arcanis cap. 1. teſtaturque ſe ea legiſſe in vetuſtiſſimis eorum codicibus: tametſi in his, quibus nunc vtimur, à perfidis huius ætatis Rabbinis in odium Chriſtianæ fidei expuncta reperiantur.

Ne autem diuinarum perſonarum Trinitas ſic in veteri teſtamento trina illa nominis Dei repetitione frequentius ſignificata, & adumbrata vnitati diuinæ eſſentiæ derogare videretur, ita vt propter perſonarũ Trinitatem plures Dij eſſe crederentur, quocumque in loco perſonarum Trinitas exprimitur, ſemper fere eodem quoque in loco, & diuinæ ſubſtantiæ vnitas inſinuatur, ſicut è contrario ne propter ſingularis Dei vnitatem perſonarum Trinitas a diuina natura excluderetur, vbicumque in ſacris veteris teſtamẽti litteris vnius Dei eſſentia, aut natura exprimitur, ſemper ibidem, & trium perſonarum pluralitas innuitur; ſic in præfatis Deuteronomij verbis ponitur *vnus*: verbis Pſalmi adiungitur *Metuant eum*; Vbi in eo quod *Metuant eum*, & non eos dicitur, ipſarum perſonarum vnitas quoad naturam oſtenditur, ita vt tres perſonæ diuinæ non ſint tres dij, ſed vnus ſolus Deus. Cui illud quoque, quod Iſaiæ cap. 6. ſcribitur ſimile eſt, vt commodius infra explicabimus.

§. VII.

De locis ex Pſalmorum libro ad comprobandam in diuinis perſonarum pluralitatem deſumptis.

CVm nulla ſint fidei noſtrę myſteria, ad quæ illuſtranda, probandaque non abundè ſuppetant plures loci ex libro Pſalmorum deſumpti, vt præter interpretes potiſſimum docent, hi, qui contra Iudæos diſputant, vt Tertullianus, Iuſtinus, Cyprianus, Gregentius, Hieronymus à Sancta Fide, Porchettus, Valentia Epiſcopus Chryſtopolit. alijque plures; Vndè non immerito Ambroſius ſerm. 16. de Epiphania ait, Dauidem plus præ cœteris Prophetarum ceciniſſe de nuptijs naturæ diuinæ cum humana: Chryſoſtomus epiſtola 6. ad Theodorum, vt in ordine regum, ſic in numero Prophetarum electum ſcribit. Tharaſius Conſtantinopolitanus in epiſtola ad Ioannem Presbyterum, & Anachoretam, quæ habetur tom. 3. Concil. appellat vino diuini ſpiritus inebriatum, & afflatu Dei illuſtratum in Regibus Prophetam, & in Prophetis Regem: Caſſiodorus præfat. in Pſalmos cap. 1. præfert cæteris in accepta immediatè per Deum reuelatione, non per Angelos, viſiones, ſomnia, nubem, & vocem de cælo, & ſimilia, Nemini rationabiliter dubium ſuboriri poteſt, quin inter Hebræos fidem explicitam habuerit Auguſtiſſimi Sanctiſſimæ Trinitatis myſterij, quam etiam poſtea in ſuis Pſalmis

ali-

aliquo modo ſubobſcurè, quantum poterat veteris legis ferre conditio, frequenter inſinuauerit.

Primum ergò ad fidem Trinitatis, aut pluralitatis perſonarum in diuinis teſtimonium habetur Pſalmo 2. verſ. 7. his verbis, *Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te*. Quamuis enim de Dauid aliquo modo poſſint intelligi, vt, quando de tot ereptus periculis,creatus eſt in Regem,denuo generatus videatur, & ſingularem, ac nouam Dei tanquam Patris, expertus beneuolentiam,atque prouidentiam. Nihilominus multo potior ſenſus eſt de Chriſto Domino; quem etiam à Rabbinis traditum refert Galatinus lib. 3. cap. 2. lib. 7. cap. 14. lib. 8. cap. 2. vt taceam in præſenti interpretationem D. Pauli ad Hebræos cap. 1. actuum Apoſtol. cap. 4. & cap. 13. Etſi enim tale teſtimonium, ſicut & alia veteris teſtamenti, quæ in nouo iam ſunt explicata, contra hæreticos, qui vtrique fidem adhibent,maximam vim habeāt, certè tamen Iudæis, & quibuſcumque alijs recipientibus ſolummodo Scripturam veteris teſtamenti,talem ex nouo interpretationē admittere renuentibus aliundè nobis probandū eſt, Primò talia verba debere propriè de ſolo Meſſia intelligi. Secundo quod loquantur de ipſo non temporaliter nato,ſed maximè per ęternam generationem à Deo Patre producto.

Ad primum ſuadendum multum cōducunt primò authoritates antiquorū Rabbinorum à Galatino locis citatis allatorum, ita hunc locum interpretantium: Hieronymus etiam à Sancta fide ex Iudæo Chriſtianus contra Iudæos cap. 5. tomo 4. Biblioth. SS. PP. recitat Rabbi Moſis teſtimonium ex Bereſcit Rabba probantis ex iſtis verbis Meſſiam futurum fuiſſe abſque patre carnali, atque verum filium Dei. Secundò prememorata verba debent intelligi de eodem ac illa, quæ habentur pſal. 109. *Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis* &c. *in ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genui te*. Si quidem vtrobique eſt idem modus loquendi, eademque prorſus Phraſis; niſi quod hic Pſalmiſta Deum & Chriſtum ſuum introducit colloquentes, ita vt ſint verba Patris gaudentis, ad filium videlicet etiam gaudentem, vt docet Tertullianus contra Praxeam cap. 7. & 11. qui colligit inde argumentum contra ipſum pro diſtinctione perſonarum in diuinis: at in prefatis verbis, Pſalmi 109. Regius Propheta non tam drammaticè, quam exegematicè, aut mixtè ſcribit,recitando ex diuina reuelatione colloquium Patris ad Filiū, cui in ſpiritu aſſiſtebat: Sed verba ex Pſalmo 109. allata debēt intelligi propriè,& ad litteram de Meſſia, ergò etiam & iſta. Tertiò tandem, quia omnibus bene collatis, ac penſatis, quę habentur in hoc pſalmo, ſoli Chriſto abſolutè, & ſimpliciter, non autem Dauidi, nec etiam quatenus fuit Typus Chriſti, poſſunt conuenire: ita vt materia huius pſalmi ſit Regnum Chriſti, hoc eſt Chriſtum eſſe verè Filium Dei datum ab ipſo in Regem totius mundi; aduerſus cuius fidem introducit Propheta ipſum mundum inſurgentem, Deumque, ac Meſſiam Dei Filium conteſtantes veritatē fidei Chriſtianæ: ac deinde monet Reges, & Principes; vt ex amore ſubeant iugum Dei, ac Meſſiæ, tùm metu ęterni interitus, tùm ſpe beatitudinis æternæ: vnde perſonæ loquentes in hoc pſalmo ſunt quatuor, Propheta,Reges ac populi ſimul, Deus, & Chriſtus.

Supereſt modo probandum, quod predicta verba ſint intelligenda de Chriſto, ſeu Meſſia, per æternam generationem ab Aeterno Patre producto,atque adeò de ipſo vt Filio Dei naturali non adoptiuo, aut temporaliter nato. Et ad hoc facit primò id, quod ſtatim monebamus,eodem ſcilicet modo hæc verba eſſe interpretanda,ac illa quæ habentur Pſalm.109. *In ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genui te*: quæ intelliguntur de generatione

tione æterna, non temporali, aut adoptiua Meſſię. Secundò quia id videtur apertè ſignificare modus ille loquẽdi ſimpliciter, *filius meus es tu, ego genui te*, nullo alio addito: Etſi enim aliquando reperiatur in ſcripturis de homine ſimplice præſertim iuſto, quod ſit filius Dei, atque adeò quod Deus dicatur illum gignere vt D. Iacobus ait cap. 1. 18. quod nos Deus *voluntariè genuit verbo veritatis?* Petrus 1. Epiſt. cap. 2. fideles appellat *quaſi modo genitos infantes*: & Ioannes cap. 1. 13. *ex Deo natos* vocat; id tamen fit ſemper cum aliquo addito, ex quo apertè colligitur talem filiationem, aut generationem non debere intelligi in ſenſu naturali, aut formali, ſed myſtico ſolũ, & ſpirituali; quod in præſenti non contingit, vnde prædicta verba, nullo alias ſequente abſurdo, deberet enim afferri, ſunt intelligenda de generatione, atque adeo filiatione naturali Meſſiæ, qua æqualis eſt Patri ſecundum diuinitatem, ſed inferior ſecundum aſſumptam humanitatem.

Secundum teſtimonium habetur in Pſalmo 28. verſ. 2. *Afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius, adorate Dominum in atrio ſancto eius*. Sanctus enim Athanaſius libro de Vnitate Dei probat perſonas Trinitatis ex ſimili loco Pſalmi nonageſimi quinti, verſ. 7. *Afferte Domino patriæ gentium, afferte domino gloriam, et honorem, afferte Domino gloriam nomini eius*. Quia ſi vna tantummodo eſſet perſonæ gloria, ſic debuerat Pſalmus intimaſſe *Afferte Domino patriæ gẽtium: afferte ei gloriam, & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius*, & non repetere vocem *Domini*. Quamuis alij fateantur argumenti vim exiguam eſſe; nam de Chriſto omnia intelligunt Caſſiodorus, & alij; vnde & repetitio ad phraſim atque affectum valet: quemadmodum & Verbi (*afferte*) quod Hugo Cardinalis repeti quater ait ob tres perſonas, & eſſentiam ſeu naturam vnã, & indiuiſam in illis. Addit idem oblationem quadruplicem: animæ, quæ Patri; corporis, quæ filio: vocis, quæ Spiritui Sancto: omnium ſimul, quæ fiat toti Trinitati per ſacrificium cordis, ac voluntatis contritæ: iuſtitiæ, & operis: Laudis in prædicatione, & hymnis: Adorationis, & incuruationis, ſeu genuflexionis.

Tertium teſtimonium continetur in Pſalmo 32. verſ. 6. *Verbo Domini Cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*; Etſi enim Abulenſis velit, non intelligi hanc authoritatem de Trinitate perſonarum, ita vt ex illa poſſint Iudæi manifeſtè conuinci, ſed ſolum ſignificari vnum Deum, non ſub ratione alicuius pluralitatis. Vndè cum dicitur, *Verbo Domini cæli firmati ſunt*: eſt ſenſus quod tanta fuit Dei poteſtas, cuius extitit in cęli fabrica maximè conſpicuus effectus, vt illi in tanta mole opus non fuerit mora aliqua, non labore, & machinis, ſicut artificibus, non miniſtris, non materia: ſed verbum vnum ſuffecerit ad condendos & ſtabiliendos cœlos in incorruptibilitate, iuxta illud Pſalmi 141. *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, et creata ſunt*. Et cum additur, *& ſpiritu oris eius omnis virtus eorum* nihil eſt aliud, quam eiuſdem ſententię, alijs tamen verbis, in eodem verſu ad elegantiam repetitio, vt conſueuit fieri in canticis, ac ſi dicatur verbo Domini cœli firmati ſunt, quia ſpiritus oris, & Verbum idem ſunt. Nam verbum vocatur ſpiritus, quia ſpiratur, id eſt flatur; vnde patet vix poſſe intelligi hæc de Spiritu Sancto, quia licet Spiritus Sanctus vocetur Spiritus, tamen non vocatur ſpiritus oris, eo quod iſtud pertinet ad filium, cum filius ſit verbum, & dictus, ſed Spiritus Sanctus non eſt verbum, nec procedit per modum dicti, quæ eſt conceptio intellectus, ſed per modum voluntatis. Accipitur ergò vtrumque pro verbo vocali tanquã ſi Deus loqueretur iubendo, quod omnia fierent, & tunc fierent.

Nihilominus altiore ſenſu hunc locum

cum de Perſonis Trinitatis accipiunt omnes ferè Sancti Patres, quos refert Lorinus tom. 1. in Pſalmos: Sed & Galatinus lib. 2. cap. 4. idem ſenſiſſe docet Rabbinos, Gregentius diſputatione cum Herbano Iudæo tomo 4. Biblioth. SS. PP. Paulus Burgenſis in ſcrut. ſcript. 1. p. d. 9. cap. 12. idem quoque vrget contra Iudæos, negans pro ſola diuina iuſſione debere accipi, & ita quoque de perſonis diuinis Rabbinos intellexiſſe. Cuius rationem ſatis probabilem affert, ex eo quod ſi mandatum ſolum Dei ſignificare Dauid voluiſſet, dicturus tantum fuiſſet *Spiritu eius*, non autem, *Spiritu oris eius*, quaſi demonſtret hoc modo loquendi, ſpiritum, de quo loquitur, eſſe intrinſecum Deo, & à Deo inſpirante diſtinctum. Itaque poſita hac communi ſententia, quod ſupradicta verba de Sanctiſſima Trinitate creante omnia ex nihilo, verbo ſubſtantiali, non prolatitio (cum nonniſi impropriè dici poſſit, quod Deus creando dicat, & quod ibi ſpectetur ratio verbi) & ſpiritu ſubſiſtente, & opifice, non vapore, qui in aerem diffunditur, intelligi debeat, ita vt ſic alludi videatur ad principiū Geneſeos vbi in principio, hoc eſt in verbo dicuntur cœli creati, ſpiritum verò Domini ferri ſuper aquas, illas fouendo, viuificando, vegetando, vt indè cætera producerentur; his vocibus, *verbo Domini*, intelligitur filius Patris, *Spiritu* autem *oris eius*, Spiritus Sanctus, tertia in Trinitate perſona, quæ ideo vocatur ſpiritus oris Patris, quod ab ipſo per os ipſius, ſiue Verbū procedat, vt ſectione ſup. cap. 2. dictum fuit. Quamuis autem tam cœli ſpiritu Dei creati ſint, quam verbo Dei omnis virtus, aut ornatus eorum, ſiquidem propter vnitatē eſſentiæ, quæ eſt virtus operatrix, indiuiſa ſunt opera Trinitatis; & ideo cum dicitur Deus Pater per verbum, creaſſe cœlos, intelligitur non ſine Spiritu ſancto id feciſſe: & cum dicitur virtus, ſiue exercitus cœlorum eſſe à ſpiritu oris Domini, intelligitur eſſe etiam à verbo, à quo ſpiritus ipſe procedit; Nihilominus tamen putant aliqui eam ob cauſam, virtutum cœleſtium, hoc eſt Angelorum creationem Spiritui Sancto per quamdam attributionem aſſignari, quia & ipſi ſpiritus ſunt, & corporis expertes: cœli verò, qui corpora ſunt, verbo Domini creati dicuntur, quia & ipſum Dei verbum etſi antea corporis expers, in fine tamen ſæculorum corpore erat induendum, in ſimilitudinem hominum factum, & habitu inuentum vt homo. Corporum igitur creatio hac de cauſa Dei Verbo attribuitur, ſpirituum ſpiritui. Aut quia ſpiritus cœleſtes non creati modo ſunt, verum etiam ſanctificati, erat enim Deus in illis condens naturam, & largiens gratiam, ideo Spiritui Sancto eorum firmatio tribuitur, cui ſanctificatio omnis tanquam illius fonti, & origini debetur: ita enim ad intra eſt ſterilis nullam aliam perſonam producens neque ad vllam potens, quamuis eiuſdem cum Patre, & filio virtutis, vtrique in omnibus æqualis, vt ad extra ſit fæcundiſſima omnium gratiarum radix per quādam ſpecialem attributionem.

Quartum teſtimonium eſt Pſalmi 42. verſ. 3. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.* Diuus enim Athanaſius tractatu, quod ſpiritus non eſt creatura ad Serapionem, & Cyrillus lib. 1. in Ioannem cap. 2. & 8. ex hoc loco perſonas Trinitatis colligunt, ſicque argumentatur Cyrillus de diſtinctione Patris, & filij, quoniam ſi vnus numero eſſent, vel vna eademque perſona, Propheta oraſſet; veni ad nos lux, & veritas, non autem emitte. Hoc autem dixit inſtitutus diuinitus, inquit Cyrillus, alium mittere, alium mitti, miſſioniſq; modū, vt Deum decet, intelligebat, quamuis id ſubobſcurè ſolùm nomine lucis, & veritatis ſignificare voluerit, quod tempore noui teſtamēti apertè reuelandum erat. Verbum enim

ſiue

ſiue Filius, Chriſtuſue veritas dici poteſt, quatenus ab vmbris, & mendacio liberaturus erat; quatenus ab errore, & ignorantia lux; vel quod placet Cyrillo, veritas, & lux, id eſt, verum lumen, prout à falſorum deorum errore, prauorumque morum tenebris eruit: Vel tertio veritas ad ſignificandum modum procedendi ad intra Verbi, vel Chriſti per intellectum; qui etiam procedendi modus optimè comparatur luci, ſiue emanationi radij à ſole, primò ad ſignificandum generationem filij, eſſe naturalem filiumque à Patre non liberè, ſed naturaliter, perindè vt radium à ſole procedere. Vnde Cyrillus lib. 10. Theſauri c. 8. hinc probat filium Dei non præcedente voluntate, & electione, ſed ſecundum naturam à Patre generatum eſſe. Secundò ſignificatur immutabilitas generationis filij: Sic enim ſine mutatione, & immutabiliter lux, ſiue radius à ſole profluit.

Tertiò adumbratur generationis huius æternitas, radius enim ſiue lux, aut ſplendor ſoli coęuus eſt. Vnde etiam illud Apoſtoli, *Qui cum ſit ſplendor gloriæ*, ad Hebræos cap. 1. & illud Sapientiæ 7. v. 26. vbi dicitur de ſapientia æterna, id eſt de filio, quod ſit *Candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula*. Chryſoſtomus tamen, & Heſychius hic in catena *luce* Verbum deſignari volũt; *veritate* Spiritum Sanctum, qui etiam in Euangelio ſpiritus veritatis appellatur.

Huic autem ſenſui, quod lucis, ac veritatis vocabulis ſignificetur Chriſtus verus Dei filius, vel ſimul filius, & Spiritus Sanctus, non derogat interpretatio aliorum plurium, qui lucem intelligunt Dei ſalutem, & auxilium, quo ſe optat Propheta à ſeruitute, atque à captiuitate liberari; Dei veritatem, Verbum verum, & efficax, quo id executioni mandetur, interpretantur: quæ ambo proculdubio Chriſtus eſt. Nam & Saluatorem illum, & ipſam Patris veritatem credimus, in plenitudine temporum miſſam ad illuminandum eos, qui in tenebris, & in regione vmbræ mortis ſedebant. Vnde hic Pſalmus 42. in quo Propheta loquitur in perſona populi diſperſi, non tam eſt intelligendus de reductione populi Hebræi ad Hieruſalem ſub Zorobabel, Deo Cyrum illuſtrante, eique inſpirãte, vt illum remitteret, quam de reductione, & liberatione eiuſdem populi à captiuitate ſatanica, ad veram Eccleſiam Hieruſalem nouam, tempore Meſſiæ futuram, non potentia vique armorum, ſed diuina illuſtratione. Cui fauet, quod Dauid Vir ſpiritualis fuit, ac proindè ſollicitus de liberatione, non tam à malis temporalibus, quàm à periculis peccatorum, & amiſſionis vitę ęternæ per aduentum Meſsiæ verè præſtanda. *Montis* autem nomine, de quo ſit hic mentio, rectè ſignificatur Eccleſia, quaſi poſita in ſublimi, & nihil humile habens.

Quintum teſtimonium habetur in Pſalmo 49. cuius argumentum, ſeu materia ad litteram eſt duplex Domini, ſeu Meſsiæ aduentus, vnus ad prædicandum, alter ad iudicandum; vnus in carne, occultus, & in humanitate, alter manifeſtus, & in maieſtate. Qui ſenſus apertè colligitur ex eo, quod in principio Pſalmi dicitur Deum locutum eſſe, & vocaſſe terram à ſolis ortu, & ab occaſu, hoc eſt vniuerſam terram. Hoc enim nuſquam tempore veteris teſtamenti factum eſt: ſed tempori Meſſiæ reſeruata eſt vocatio totius terræ, tum ad Eccleſiam, aut fidem, tum ad iudicium. Idem quoque apparet ex media parte Pſalmi, in qua poſthabenda ſacrificia veteris legis Deus declarat; nam & hoc tempori quoque Meſſiæ reſeruatum eſt; quo abrogata fuere cruenta ſacrificia, & inſtitutum incruentum, & Euchariſticũ, quo maximè ſit laudandus, ac honorandus Deus.

In primo ergò iſtius Pſalmi verſiculo habetur *Deus deorum, Dominus locutus eſt, & vocauit terram*; Vbi vertente Ca-

te Caietano ex Hebræo ter Deus, Deus, Deus, poſſet quis trina illa nominis Dei repetitione, Trinitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ adumbratam fuiſſe ſuſpicari; quamuis ipſe Caietanus tribus illis nominibus Hebræis El, Elohim, & Adonai, ſolam hic Meſſiæ perſonam ſignificari, ac nominari velit. Primo, *El*, à fortitudine, ad exprimendum Meſſiam quatenus fortem ad vincendum mundum, & aëreas poteſtates. Secundo *Elohim*, à iudicio, & reſpicit vocationem terræ, quæ fiet in ſecundo aduentu Meſſię ad iudicium. Tertiò ponitur nomen Tetragrāmaton ineffabile, *Iehoua* יהוה pro quo communiter interpretes ponunt *Adonai*, ſiue *Dominum*, quod ipſe verus, ac Summus Deus demonſtratur per duo antecedentia nomina, *El* & *Elohim*. Qui ſenſus eſt etiam efficax ad probandum ex hoc loco contra Iudæos, ſicut ex omnibus alijs veteris teſtamenti, in quibus Diuinitas Meſſiæ apertè aſſeritur, quod in diuinis detur aliqua perſonarum pluralitas, ſi enim Meſſias ex conceſſis ab ipſis eſt perſona à Deo mittente realiter diſtincta, quod etiam manifeſtè colligitur ex ſcripturis veteris teſtamenti, ſicut quod & ſit Deus, euidenter concludi poteſt, talem diſtinctionem non eſſe ratione eſſentię, ſed ſolum perſonæ, atque adeo dari in diuinis aliquam pluralitatem perſonarū, ſalua adhuc, & incolumi manente vnitate eſſentiæ diuinæ.

Sextum teſtimonium eſt Pſalmi 50. verſ. 1. *Miſerere mei Deus*. Nomen enim Dei Hebræum hoc loco eſt Elohim אלוהים. Vbi forma nominis pluralis innuit perſonas Trinitatis proprio quodam modo per peccatum Dauidis hic pœnitentis læſas, & offenſas. Patris, ſecundum omnipotentiam, quia regia poteſtate Dauid abuſus eſt, Vriā occidendo: filij, ſecundum ſapientiam, fraudibus vtendo: Spiritus Sancti, ſecundum bonitatem, dum bonitate, ac pietate Vriæ flecti noluit, & alienum thorum conſpurcauit.

Septimum teſtimonium continetur in Pſalmo 66. verſu 8. *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus; & metuant eum omnes fines terræ.* Multorum enim conſenſu repetitum ter nomen Dei, verbo numeri ſingularis, deſignat in perſonis Deum Trinum, in eſſentia vnum. *Vide*, ait Euthimius, quem & alios plures citat hic Lorinus, *apertum, ac denudatum Sanctiſſimę Trinitatis myſterium, hac triplicatione, Deus, Deus, Deus*. Quamuis Toſtatus opuſculo de Sanctiſſima Trinitate concluſ. 2. exiſtimet ter nomen iſtud repetitum non probare Trinitatem perſonarum, *quia tunc*, inquit, *ſi ponatur quater nomen Dei, ſignificarentur quatuor perſonæ diuinæ*, quod eſt abſurdum, & tamen interdum repetitur ſæpè iſtud nomen Deus in eadem ſententia; Vnde tales repetitiones in Scriptura, ſecundum ipſum, & alios, potius ad ſignificationem pertinent affectus, aut deſiderij. Verum etſi id ſit verum, tamen inſinuatur etiam, maximè in hoc loco, myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, quæ per Chriſtum, & Apoſtolos, quorum aduentum in hoc Pſalmo deſiderat Propheta in ſalutem mundi, manifeſtiſſimè innotuit, ac prædicata eſt; quaſi dicatur, ſaluet nos tota Sanctiſſima Trinitas, & ab omnibus colatur; quam ob rem, in benedictione ſacerdotali Numer. 6. verſ. 24. & 25. cuius hunc Pſalmum eſſe paraphraſim adnotauit Genebrardus, cuncta trina animaduertuntur. Trinitas verſuum, trina repetitio nominis Tetragrammati, ter poſita copula Vau, terna vocabula primi verſus, ſubleuatio manuum in palmam tripartitam, eleuatio trium primorum digitorum, in pronuntiatione Tetragrammati. Ad quod myſterium explicandum Rabbi Iſaac, & alij ſecretiores Rabbini inaniter reſpectum putant ad multas Scripturæ memorabiles ſermones, cum interim hanc ſummam & præcipuam, cuiuſque cauſa reliquæ celebrentur, malitioſè ſubticeant. Neque malè tribus diuinis perſonis benedictiones

ctiones quidam aſſignauerunt, vt [*benedicat nos Deus*] Patrem ſignificet Diuinitatis, & rerum omnium originem, [*Deus noſter*] filius intelligatur, qui incarnatus, habituque inuentus vt homo, arctiſſima quadam nobis coniunctione, & inter nos viſibiliter verſatus, ſalutemque noſtram fortis operatus, Deus noſter propriè dicitur, ſiue *Emmanuel*, quod interpretatur *nobiſcum Deus*; Vnde in nouo teſtamento Dominus noſter appellatur peculiariter Chriſtus. Sed & Auguſtiniani Ordinis Religioſi ad nomen Chriſti, ſemper addunt Domini noſtri, etiam ſi non exprimatur: Ita vt, ſi quis inter legendum id omittat, iubetur exprimere repetendo. Tandem per vltima verba [*Benedicat Deus*] Spiritus Sanctus, & intelligitur, & adoratur, cui munus irrigandi terram noſtram gratiæ donis & imbribus conuenit, vt illa ferax, & fructuoſa ſit. Hæc vota precatus addit Propheta, quod ad gloriam omnium pertinet, idque vnitatis numero, [*& metuant eum omnes fines terræ*] vt eſſentiæ naturæque ſimplicitatem, & vnitatem indicet: optatque vt omnes fines terrę metonimicè, pro omnibus gentibus, & populis, qui in finibus, & externis terræ habitant, ad eum adorandum, colendumque veniant.

Octauum teſtimonium eſt Pſal. 103. verſ. 24. *Quam magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti impleta eſt terra poſseſſione tua*. Hugo enim Cardinalis accommodatè perſonas Trinitatis hic obſeruat, Patris potentiam; *quam magnificata ſunt opera*: filij ſapientiam; *omnia in ſapientia feciſti*: Spiritus Sancti bonitatem; *impleta eſt terra poſſeſſione tua*: *Spiritus enim, Domini repleuit orbem terrarum*. Sap. 1. 7.

Nonum tandem, & vltimum omniumque efficaciſſimum teſtimonium ad comprobandam ex veteri teſtamento pluralitatem aliquam perſonarum in diuinis, habetur in Pſalmo 109. v. 1. *Dixit Dominus Domino meo*, & ſequentibus; Ille enim loquendi modus, *dixit Dominus Domino*, ſatis innuit pluralitatem perſonarum, & dum eodem, parique modo vocatur Dominus ille qui dicit (qui vtique eſt Pater) & ille cui dicit, nempe filius, tam verus eſt Deus filius, quàm Pater, cum poteſtas illa ſupremi dominij in deitate fundetur. Quare Chriſtus Dominus hoc loco vſus eſt ad probandam ſuam diuinitatem Matth. 22. Petrus Apoſtolus Act. 2. Paulus ad Hebr. cap. 1. vbi optimè ponderat particulam ſequentē, *Sede à dextris meis*, quæ contraponitur omni creaturæ quantumcumque excellentiſſimæ: nulla enim ſedet ex propria dignitate, & meritis, ſed miniſtrat. *Ad quem*, inquit Apoſt. *Angelorum dixit aliquando ſede à dextris meis, quoaduſque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi, propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis*. Supereſt modò probare contra Recentiores Iudęos, ex maleuolentia, ſtudioque contradicendi, religioni Chriſtianæ, oppoſitum ſentientes, hunc Pſalmum de nullo alio, quam de Chriſto, aut Meſſia in ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante Luciferum, hoc eſt de ſubſtantia Patris æternaliter genito, ad litteram eſſe intelligendum, non autem myſticè, ac ſub alterius typo. Ad quod primò facit authoritas vetuſtiorū Chriſto Rabbinorum Ionathę filij Oziel, & Ioden à Nicolao de Lyra allatorum, qui de Meſſia Pſalmum præſentem intellexerunt. Proſequitur eadem horum teſtimonia pluribus verbis Auguſtinus Eugubinus, & prętereà Rabbi Moyſis, Hadarſàn, & Rabbi Iſaac. Addit Valentia Chryſtopolitanus Epiſcopus Rabbi Barachiam, Genebrardus Rabbi Moyſen Nahamandem citantem alios, & tandem Galatinus lib. 3. cap. 5. lib. 8. cap. 24. plures adhuc alios refert. Secundò quia totus Pſalmi contextus, & enarratio id clamat, cum neque Abraham, neque Dauid, neque Salomon, neque Ezechias,

chias, aut Zorobabel, de quibus in odiũ fidei Chriſtianæ hunc Pſalmum, qui multum ipſi ſuffragatur, mendaciter interpretari conati ſunt, ſederint ad dexteram Dei, neque geniti ſint ante Luciferum in ſplendoribus Sanctorum, neque Sacerdotes fuerint ſecundum ordinem Melchiſedech, aut Reges ſimul & Sacerdotes; in nullo autem ſacerdotium æternum; ſed hæc omnia ſoli Meſſiæ conueniũt, de quo Propheta, qui eſt perſona loquens in hoc Pſalmo, referens tamen vocem Dei, quinque potiſſimum decantat diuinitatem; Dominium, quod acquiſiuit vt homo in omnem creaturam; ſacerdotalem dignitatem cum facultate inſtituendi Sacrificium, & Sacramenta; Iudiciariam poteſtatem, cum iure leges condendi, & cuiuis pro meritis retribuendi; vltimo tandem rationem, qua ſibi poſtrema tria munera comparauit, nempe per meritum, præcipuè quod exercuit in paſſione, per quam deſcendit in profundum torrentis, ita vt non biberit aquam ad refrigerium, & delectationem; ſed biberit moleſtiſſimam aquam, vt illi faciunt, qui demerguntur in aquis iuxta illud Pſalmi 68. *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam: Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia, veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Merito enim intuitu huius tantæ humiliationis ſponte ſuſceptæ pro gloria Patris, & ſalute Generis humani exaltatum eſt caput eius, aſcendente ipſo in cælum, ſedente ad dexteram Patris, ac conſtituto Iudice viuorum, & mortuorum, ita vt in nomine eius omne genuflectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus

†

§. VIII.

De locis ex libris Prouerbiorum, ſeu Parabolarum, Eccleſiaſtes, Sapientiæ, & Eccleſiaſtici ad Trinitatis myſterium ſpectantibus.

PRimum quod ex libris ſtatim enumeratis occurrit teſtimonium ad Trinitatis myſterium pertinens, habetur Prouerbiorum cap. 8. ver. 22. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret.* Vbi Syrus, *Dominus, creauit me in initio creationis.* Sic & Chaldæus, *Dominus*, inquit, בראני *beraani*, id eſt, *creauit me*; & Septuaginta, *Dominus ἔκτισε*, id eſt, *condidit*, vel, *creauit me*.

Etſi enim Tertullianus lib. contra Hermogenem cap. 12. legens ex Septuaginta; *Dominus creauit me*, vel *condidit me*, alijque plures cum ipſo locum iſtum ad litteram intelligendum putent de ſola ſapientia increata, eaque eſſentiali, & abſoluta, quæ eſt trium perſonarum cõmune attributum: hanc enim poſſedit, id eſt, habuit Deus ab æterno, per eamque concepit, dixit, & fecit omnia: per illam enim velut idæam perfectiſsimam cęlum, terram, totumque architectatus eſt vniuerſum. Nihilominus tamen longè plures alij Patres, qui hic apud Interpretes videri poſſunt, hunc locum exponunt de Chriſto, ſeu Filio Dei, qui eſt Sapientia genita, & Verbum Patris vti docet S. Aug. lib. 7. de Trinitate cap. 2. hanc enim poſſedit ab ęterno per generationem, tanquam prolem & imaginem ſuam; qui ſenſus, cum etiam ab Arrianis admittatur, contendentibus tamen ex hoc loco iuxta Septuaginta verſionem, probare filium Dei non eſſe Deum, ſed eſſe creaturã, efficaciſsimum ex hoc loco argumentũ deſumemus ad probandum etiam contra ipſos perſonarum pluralitatem in diui-

diuinis, earumque in natura,& eſſentia perfectiſsimam vnitatem & æqualitatẽ; Quod enim perſonæ Patris,& Filij realiter ab inuicem diſtinguantur libenter concedunt, vnde quod nobis ex hoc loco probandum incumbit, eſt, ita principium generans, aut parturiens, quod eſt pater, & terminum genitum, qui eſt Filius realiter inter ſe diſtingui, vt tamẽ Filius ſit Deus vniuſque penitus,&eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ.

Ad quod facit primò vulgata noſtra Editio *Dominus poſsedit me*; Poſſeſsio enim, inquit S. Hieronymus epiſtola ad Cyprianum, ſignificat, quod ſemper Filius in Patre, & Pater in Filio fuerit; ratione ſcilicet vnius, & eiuſdem eſſentiæ. Vna enim perſona alteri eſt intima eam occupans, & poſſidens per mutuam περιχώρησιν, id eſt circumince ſſionem, quæ in vnitate naturæ fundatur. Hinc nonnulli cenſent, & innuit Beda S.Ioannem ex hoc loco accepiſſe initiũ Euangelij ſui: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*; hæc enim verba explicant To *Dominus poſsedit me in initio viarum ſuarum*. Clariùs S.Epiphanius hęreſi 73.contra Semiarrianos, *Cùm*, inquit, *ſapientia dixerit, creauit me principium viarum ſuarum, principiũ expoſuit S.Ioannes dum dixit, in principio erat Verbum; Vt ne in prolatione, ſed in ſubſtantia ſolida paſsionis exorte, ex Patre Deum Verbum intelligamus.* Ibidem S.Epiphanius docet S. Paulum verba Salomonis vſurpaſse, ſed nonnihil trãſmutaſſe, dum de Chriſto dixit: *Primogenitus omnis creaturæ*, id eſt prior genitus ante omnem creaturam in quo poſtea creata ſunt omnia, Coloſſens 1. v.15. & 18. Itavt ſupradicta verba *Dominus poſsedit me in initio*, vel ſecundũ Septuaginta, & Symmachum *initium viarum ſuarum &c.* quibus iuxta interpretationem etiam ab Arrianis admiſſam, introducitur Sapientia genita, & Verbum Patris loquens, ſeque ipſum commendans, faciant hunc ſenſum, me qui ante ſæculum erã Verbum Patris, atque illius Sapientia, deputauit Dominus, vel applicauit rebus condendis, v[...] illis initium præberem, & primam [...] eorum conditionem molirer. Hic eni[...] viæ Domini appellantur creaturæ, v[...] ſæpè alibi in ſcripturis. Apud Iob c.4[...] v.14. *Behemot*, id eſt, *Elephas*, dicitu[...] principium viarum Dei. Si autem in[...] quirat aliquis,cur Filius potius, quam[...] Pater, & Spiritus Sanctus rebus con[...] dendis deputatus dicatur. In prompt[...] eſt ratio. Quia Filius, vt obſeruat Au[...] guſtinus lib. 1. de Trinitate, Verbum Patris dicitur; & quia Pater Verbo ſuo omnia perficit, ideo brachium eiuſdem appellatur; brachij autem eſt operari atque exequi res: quapropter licet omnia, quæ Deus efficit ad extra tribu[...] perſonis indiuiduẽ communia ſint, ta[...] men ſpeciali attributione Filio accom[...] modantur, qui Verbum atque brachiũ perſonaliter appellatur. Vel etiam Fi[...] lius Dei, qui eſt Sapientia genita, & Verbum Patris, vocatur hic initium, vel principium, vt vertit Pagninus, viarum Domini, id eſt operum ſuorum, quia loquendo de illis in tota ſua latitudine, hoc eſt tam ad intra, quam ad extra, ſic Sapientia notionalis, ſeu perſonali[...] eſt princeps operum Dei; Hebraicè enim reſcit, Græcè ἀρχὴ, & Latinè principium ſubindè ſignificant id, quod in aliqua re eſt pręcipuum,& princeps, iuxta illud ſtatim ex Iob allatum de Behemot, id eſt,elephante: *ipſe eſt principium viarum Dei*, quaſi diceretur Elephas eſt præcipuus inter animalia, eorumque quaſi princeps, ſiue corporis molem, ſiue clementiam, ſiue robu[...] ſpectes.

Secundò cum dicit Verbum poſſedit me, vel etiam iuxta Arrianos creauit me, antequam quidquam faceret, manifeſtè ſignificatur ipſum nunquam propriè creatum, ſed ab æterno fuiſſe. ſi enim antequam quidquam faceret Deus, fuit Sapientia, puta, filius Dei, qui eſt Sapientia genita, non eſt ergò facta Sapientia. Vnde ipſa verba, & hoc loco, & apud Eccleſiaſten manifeſtè conuincunt impropriè dici Sapientiam creatam.

Ter-

Tertiò ex eo, quòd dicitur filium ante omnia fuiſſe,ab æterno ordinatum eſſe; & ex antiquis, antequam terra fieret &c. manifeſtè ſequitur ipſum nõ eſſe creaturam, quæ aliquando eſſe incepetit vna cum rebus alijs, ſed ex æternitate fuiſſe; ſcriptura enim æternitatem rei alicuius ſignificare conſueuit, cum illam affirmat fuiſſe antequàm mundus crearetur vt Ioannis 17. *Dilexiſti me ante mundi conſtitutionem*. & ad Epheſ.1. *Sicut elegit nos ante mundi conſtitutionem*. Ex eo autem quod Filius Dei,ſeu ſapientia Patris genita ante omnia fuit, ſicut ſequitur,ęternam fuiſſe, ita ſequitur, ipſam fuiſſe Deum ipſum, eiuſdemque cum Patre ſubſtantię. Si enim fuit, & apud Deum fuit cum extra Deum nihil fuerit ante omnem creaturam ſequitur manifeſtè ipſam fuiſſe ipſum Deum. Deinde quia omnes hæretici, qui ſunt hoſtes diuinitatis Chriſti, ęternitatem illius æquè negant. Nam & Arrianorum (vt D. Athanaſius alijque Patres ſæpe teſtantur) axioma de filio erat: *erat aliquãdo, quando non erat*. Vndè etiam tàm præſens, quàm omnia alia Scripturæ teſtimonia, quibus æternitas Chriſto, aliæque naturę diuinę proprietates attribuuntur, æquè diuinitatem ipſius apertè demonſtrare videntur.

Quod autem Tranſyluani lib.2. cap. 11. & Georgius Blandrata, & Franciſcus Dauid in actione 3. Albana dicũt, non ſignificari prędictis verbis, ſicut nec Ioannis 1. *In principio erat Verbum* &c. quod Chriſtus fuerit ab æterno apud Deum, antequam omnia fierent, ſed fuiſſe cognitum ſoli Deo, antequã ipſe meritis, atque doctrina ſua inſtauraret omnia, & ex veteri homine nouam creaturam faceret, hominibuſque inciperet innoteſcere; vaniſſimum eſt commentum, à ſenſu, & conſenſu omnium Patrum alieniſſimum, nullaque vel authoritate, vel ratione ſuffultum, quod euidenter confutatur ex his, quæ hic dicuntur, Filium ſcilicet ante omnes creaturas extitiſſe cum Deo, & in Deo Patre, & cum eo cuncta feciſſe,& compoſuiſſe.

Quartò ſapientia genita, quæ eſt Verbum ſiue filius Dei, dicitur *ab æterno ordinata* &c. Tùm quia ab æterno ordinata eſt, vt per omnia Patri genitori ſuo aſſimiletur, ſitque viua imago, character, & figura ſubſtantiæ ipſius; tùm quia in Sanctiſſima diuinarũ perſonarum Trinitate filius ſecundum ideoque medium tenet locum, qui locus eſt ei debitus, eſtque locus ordinis,medium enim eſt ordo extremorũ: quia ea in ſe ordinat, & vnit. Quare Filius appellari poteſt ordo Patris, & Spiritus Sancti: quia cum ipſe medius ſit, ſecundaque in ordine trium hypoſtaſeon perſona, effecit vt Pater ſit in Trinitate primus, ipſe verò ſecundus, & Spiritus Sanctus tertius, qui eſt cõgruus, & debitus perſonarum SS. Trinitatis ordo. Rurſum dum ipſe ſimul cum Patre producit Spiritum Sanctũ, tam ſibi, quàm Patri illum vnire dicitur. Quod ſi cum alijs legas, *ab æterno ſignata ſum*, de qua lectione vide Salaſar hic, aptiſſimè etiam quadrabit in Filium æternũ,qui ex ſua Charachteriſtica proprietate eſt imago expreſſa Patris, & figura ſubſtantiæ eius. Sicut & alia verſio ſeptuaginta, *ante ſæculum fundauit me*,vel *fundata ſum*, referendo illud verbum ad diuinam hypoſtaſim, per quam natura diuina in filio ſubſiſtit, nos enim ſubſiſtentiam ad inſtar fundamenti,ac baſis quodammodo intelligimus. Vel ſecundò ne quis diuinam in Filio naturam ratione humanitatis aſſumptæ,de qua verbum illud antecedens *creauit me*, propriè ſumptũ ſolummodo poteſt intelligi, euariari, aut demutari exiſtimaret, ſubiecerunt ſeptuaginta *Ante ſæcula fundauit me*. Accipe verba Hilarij lib. 12. de Trinitate *Sic igitur ſapientia memorem ſe eorum, quæ à ſæculo ſunt dicens in opera Dei, atque in vias Dei creatam ſe eſſe dixit: atque ita creatam, vt fundatam etiam ſe ante ſæcula doceret, ne aſſumptæ creationis Sacramentum demutaſſe naturam videretur,*

deretur, cum fundationis firmitas conuellendi ſtatus non reciperet perturbationem. Eamdē quoque rationem attulit Fulgētius contra Arrianos reſponſ. 3. *Ante ſæcula, inquit Sapientia fundatam ſe dixit, vt natiuitatem ſuam qua de Patre nata eſt immutabilem eſſe monſtraret. Quod enim fundatum dicitur nulla ratione conuellitur: quod autem non conuellitur, non mutatur.*

Quarto quod addit, *nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram, & ante colles ego parturiebar, & quando præparabat cælos aderam,* nihil aliud videtur eſſe quam maior explicatio illius quod dixit verſ. 22. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* Notat tamen Doctor Angelicus lib. 4. contra Gentes cap. 11. rectè Verbum Dei hic vocari à Deo conceptum, cum ita ſit a Deo genitum, quod tamen ab ipſo non recedat, ſed in ipſo maneat, quod enim generatur, quamdiu in generante manet, dicitur conceptum. Eſt autem differentia inter conceptionem Verbi Dei, & materialem animantium conceptionem, primo quod proles quamdiu concepta eſt, & in vtero clauditur, nondum habet vltimam perfectionem, vt per ſe ſubſiſtat à generante ſecundum locum diuerſa, & ideo aliud eſt conceptio prolis genitæ, aliud partus ipſius, ſecundum quem loco ſeparatur ab vtero generantis egrediens. At Verbum Dei in ipſo Deo dicente, aut generante exiſtens, eſt perfectum in ſe ſubſiſtens, diſtinctum à Deo dicente, non enim expectatur ibi localis diſtinctio, cum perſonæ in diuinis ſola relatione diſtinguantur; vndè in generatione Verbi idem eſt, & conceptio, & partus; & ideo poſtquam hic ex ore Sapientiæ dictum eſt: *Ego iam concepta eram,* poſt pauca ſubditur, *ante colles ego parturiebar.* Kurſus quia conceptio, & partus in corporalibus cum motu, & ſucceſſione fiunt, ideo neceſſe eſt, vt id, quod concipitur, nondum ſit, & quod parturitur nondum ſit à parturiente diſtinctum, cum conceptionis terminus ſit eſſe concepti in concipiente, terminus autem partus, ſit eſſe eius, qui parturitur, diſtinctum à pariente. Conceptio autem, & partus intelligibilis Verbi non eſt cum motu, nec cum ſucceſſione: Vndè ſimul dum concipitur, eſt: & ſimul dum parturitur diſtinctum eſt: ſicut quod illuminatur, ſimul dum illuminatur, illuminatum eſt, eo quod in illuminatione nulla ſucceſſio eſt; & ideo poſtquam ex ore Sapientiæ dictum eſt: *Ante omnes colles ego parturiebar,* ne quis parturitionem præceſſiſſe partum exiſtimaret, aut quod dum parturiretur, non eſſet illico ſubiunxit, *Quando præparabat cælos aderam.* Quaſi diceret, ab æterno parturiebar, ſed plenè, & perfectè, vt eodem inſtanti perfectè exiſterem, eſſemque præſens Patri gignenti, cum eo moliens cœlos totumque vniuerſum. Sic cum in generatione carnali animantium prius aliquid concipiatur, deindè parturiatur, deinde reddatur preſens aut adſit parienti; hæc omnia in diuina generatione ſimul eſſe intelliguntur, nam Verbum Dei ſimul concipitur, parturitur, & adeſt. Quod etiam clarè docet Sanctus Hilarius lib. 7. de Trinitate poſt medium, clarius Sanctus Auguſtinus in Pſalm. 2. clariſſimè Origenes homil. 6. in Ieremiam, *Filius,* ait, *continuo eſſe ſuum accipit & manat à Patre ſicut ſplendor à Sole.*

Secundum teſtimonium eſt Prouerb. cap. 30. v. 4. *Quod nomen eſt eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti?* S. enim Auguſtinus epiſt. 49. ad Deo gratias in reſponſione ad quintam eius quæſtionem docet Salomonem hic inſinuare voluiſſe Deum non eſſe vnum in perſona, ſicut eſt vnus in eſſentia, ſed in vna eſſentia plures habere perſonas; ſumendo in hoc loco *nomen* quemadmodum paſſim aliàs in Scriptura, ſumitur pro ipſamet perſona, iuxta Canonem D. Auguſtini, Hieronymi, aliorumque Interpretum in Pſalmos, vbi valdè obuia ſunt huius modi loquendi exempla. Pſal. 19. *Protegat te nomen Dei Iacob;* id eſt, *Deus Iacob.*

ceb: & 71. *Populus inſipiens incitauit nomen tuum*, id eſt, teipſum, &c. ita vt præallegatorum verborum, *Quod nomen eius, aut quod nomen filij eius, ſi noſti?* ſenſus ſit: quis ipſe, aut quis filius eius, edicito mihi, ſi fortè id aſſequi potuiſti? Quod autem nulla hic facta Spiritus Sancti mentione, ſolius filij meminerit Salomon; ſunt qui referant ad hoc, quod in auguſtiſsimo Sanctiſsimæ Trinitatis myſterio præcipua difficultas ſita ſit in concordanda ſumma, & infinita ſimplicitate ac potius vnitate ſubſtantiæ diuinæ cum diſtinctione perſonali: ad quã peruincendam ſufficit duarum perſonarum enumeratio. Nam ſi ſemel ponatur filium ab intellectu Patris fœcundo gigni, ſtatim ſequitur voluntatem conſimili præditam eſſe fœcunditate, atque adeo ex illa perſonam etiam ſubſiſtere. Quamuis alij velint hic etiam Salomonem Spiritus Sancti cum duabus alijs perſonis meminiſſe, conuerſo tamen ordine, cum paulò ante ait, *Quis continuit ſpiritum in manibus ſuis*, vel vt habent Septuaginta *in ſinu ſuo*? ſimilitudine aeris Spiritum Sanctum, eiuſque proceſſionem adumbrando, veluti ænigmaticè, nè ſi clarè Trinitatis myſteriũ enuntiare voluiſset Iudæis rudibus, & craſſis, ab ipſis non caperetur, ſed rideretur, exploderetur, & fortè blaſphemaretur.

Tertium teſtimonium vndè colligũt aliqui in diuinis pluralitatem perſonarum cum vnitate tamen eſſentiæ, & naturæ habetur Eccleſiaſtes cap. 2. v. 12. *Quid eſt, inquam, homo vt ſequi poſſit Regem factorem ſuum*; vbi in Hebræo habetur, *Regem qui iam fecerunt eum*; quæ verba explicans Midras Coheleth apud Galatinum lib. 2. cap. 9. ſic ait: *Poſt Regem videlicet aliorum Regum Regem, Deum Sanctum, & benedictum, tu ne valebis Stare? Docet autem per hoc, dicendum, quod non eſt ſcriptum qui fecit eum, ſed qui fecerunt eum. Quod ex quo in lege ſcriptum eſt, dici poteſt, Deus enim Sanctus, & domus iudicij eius fecerunt eum: ſi autem ex hoc dixeris, duo ergò ſunt principia. Non ſequitur. Nonne enim iam dictum erat;* Deuteron. cap. 32. *Ipſe fecit te, & aptauit, vel parauit, vel ornauit te?* huc vſque expoſitio. Circa quam quatuor notanda ſunt. Primò Hebræos nõ ſolius elegantiæ, aut etiam maieſtatis gratia, numero ſingulari, pro plurali ſemper vſos fuiſſe, coniungendo aliquãdo nomen quod eſt in plurali cum verbo ſingularis numeri, aut vice verſa, maximè cum loquuntur de Deo, abſque eo quod ſub tali modo loquendi myſterium lateat aliquod; in ſupradicta enim expoſitione facilis fuiſſet recurſus interpreti ad talem phraſim Hebraicam, abſque aliquo alio occultiori, aut latentiori ſenſu, quod tamen non facit, imo ex tali modo loquẽdi colligit Deũ ſanctum, & benedictum, & Domum iudicij eius hominem feciſſe, quæ verba ſunt profundiſsimis plena myſterijs ad noſtrum intentum, vt ſtatim dicemus. Secundò notandum eſt cum nomine *Rex*, ſingularis numeri, hic coniungi verbum pluralis *fecerunt*, quia Deus in prima hominis conditione, pluraliter dixerat faciamus hominem, non faciã, ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, non meã, aut noſtras imagines, vt perſonarum identitatem, ac diuinæ eſſentiæ vnitatem indicaret. Qua etiam de cauſa dicitur Pſalmo 146. *Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum*, in Hebræo, *in factoribus ſuis*; Et Iſaiæ 54. *Dominatores tui factores tui, Deus exercituum nomen eius.* Tertiò dicit expoſitio præallegata Deũ ſanctum, & benedictum, & domum iudicij eius ad faciendum hominem conueniſſe, hoc eſt, Deum vnum, qui dicitur ſanctus, & benedictus, & Trinum, qui dicitur, Domus Iudidij eius. Nam Domus Iudicij apud Hebræos dicebatur, cum tres vt minimum ad iudicandũ conueniebant. Ad quam Phraſim fortaſſe alludere voluit Tertullianus, quãdo lib. de Baptiſmo Trinitatem vocat Eccleſiam Diuinarum Perſonarũ. Quartò tandem infert non ideò eſſe plura principia, eo quod Domus conſilij Dei ad faciendum hominem conuenerit, ita

enim

enim in illa perſonę diſtinguntur, vt vnam tamen, & eamdem numero naturam retineant, atque adeo vnicùm ſint creaturarum omnium principium, & cauſa.

Quartum teſtimonium eſt eiuſdem Eccleſiaſtes cap.4. v. 12. vbi dicitur: *Funiculus triplex difficilè rumpitur*. Etſi enim huiuſmodi verba ad litteram explicentur à multis de ſocietate plurium hominum, quæ magnæ commoditatis eſt, ita vt ſenſus ſit, Quo plures, eo melius: nec enim facilè poterunt expugnari, & frangi, ſicut funis intortus ex pluribus filis ſparteis, *non citò* (ſic Hebraicè, Græcè, Chaldaicè) rumpitur, ſed cuiuslibet machinæ, aut molis põdus ſuſtinet: quæ tamen ſeiuncta fila tenuia ſunt, & infirma. Vndè hic ternarius numerus pro quauis multitudine etiã magna vſurpari poteſt, qui vſus non ſolùm Scriptoribus Sacris, ſed etiã prophanis familiaris eſt, qui ter felicẽ, ter maximum, ter ſapientem aliquem dicere ſolent: de quo vſu vide Petrum Bongum de Myſterijs numerorum, & Ribera in caput 1. Amos.

Etſi, inquam, præfata verba ſic ad litterã intelligantur; Nihilòminus Ambroſius lib.4. epiſtola 17. tomo 5. Hieronymus hic, Gregorius lib.33. Moralium cap.12. alijque plures hunc locum myſticè interpretantur de auguſtiſsimo SS. Trinitatis myſterio. Ita enim implicatus eſt huius diuini funiculi nodus, quo Trinitas perſonarum, & vnitas eſſentiæ nectuntur, vt humana ratio illum non ſolùm plenè capere, verùm nec explicare, aut ſoluere valeat, niſi lumine fidei confortetur. Cui ſenſui concordant Gloſſæ Hebraicæ à Nicolao de Lyra opuſculo contra Iudæos, & Galatino lib.2. Arcan. citatæ, dicentes, antiquum myſterium Trini, & vnius difficilè diſcutitur, licet Iudæi moderni retorqueant hanc gloſſam ad tria attributa diuina, ſcilicet poteſtatem, ſapientiam, bonitatem; ſed fruſtra, cum ita clarè paſſim in diuinis Scripturis laudentur huiuſmodi attributa, quæ etiam Gentiles, & Philoſophi ſolo luminis naturalis ductu agnouere, multa ſublimiter, & altè de illis ſentientes. Vndè nõ eſt, cur hæ Gloſſæ de Trinitate attributorum, & non ſuppoſitorum in vnitate naturæ, & eſſentiæ à modernis Hebræis intelligantur, ſi plenam fidem allegatæ gloſſę adhibere velint.

Et ex hoc fortaſse Brachmanes apud Indos, hoc etiam tempore, antiquorũ Gymnoſophiſtarum reliquiæ, Myſteriũ Trinitatis profitentur, funiculi, quem indè ab ætatis ſeptennio geſtant, & rumpere nefas ducunt, ſymbolo ex tribus alijs intorti, quorum ſinguli rurſum conſtent ex tribus lineis ad perſonarum numerum deſignandum: hæc verò vt vnum & idem eſſe declarent, extrema funiculi inter ſe nodo connectunt. Quod refert Perpinianus orat.8. de Deo Trino, & Vno, & ex ipſo Lorinus hic.

Sapientiæ 1. v.6. & 7. vbi dicitur: *Benignus eſt enim Spiritus Sapientiæ, & non liberabit maledicum à labys ſuis: quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcruiator eſt verus, & linguæ eius auditor. Quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, &c.* Multi doctores huiuſmodi verba referunt ad Spiritum Sanctum, tertiam Trinitatis perſonam, indeque eius diuinitatem probant non ſolùm quia expreſsè nominatur Deus, verùm quia ibi tribuuntur illi attributa introſpiciendi intimos animi ſinus, & receſſus, nec non per immenſitatem replendi orbem terrarum, quæ ſoli Deo ex Scripturis competunt. Propterea Sanct. Auguſtinus lib.65. quæſt. quæſt.22. ait: *Spiritus Sanctus Deus eſt. Quare non continetur loco, aut diſtenditur: Neque temporum motionibus ſubiacet, ſed eſt vbique præſens, & totus.* Et lib.2. contra Maximinum cap. 11. ita eum alloquitur: *Non vis eum dicere Deum, cuius tantam diuinitatem per laudem coactus es confiteri: vt cum ſit vnus, vbique ſit præſens, & nemini ſanctificando deſit, vbicunque quiſque Christianus eſſe, & Deum orare voluerit, ſimul ſe omnibus exhibendo, ſiue in Oriente, ſiue in*

Occiden-

Occidente baptizentur in Chriſto: hoc & nos dicimus, ſed quem dicimus, talem, ac tantum, abſit à nobis, vt eum negemus Deum. Similiter, quod ex Scripturis nemo ſit bonus niſi ſolus Deus, ſcilicet natura ſua, & non alterius participatione, atque ita vocetur, eiuſdem Sapien. cap.12. v.1. *O quam bonus, & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus*; inde S. Baſilius lib. contra Eunomium ait: *Bonus Deus, & dicitur, & eſt bonus, & Spiritus Sanctus non aſtructam habens bonitatem, ſed natura ſibi innatam*.

Eiuſdem Sapientiæ cap.7. ver.21 *Omnium enim artifex docuit me Sapientia*: his verbis plures quoque doctores aſſerunt, intelligi ſecundam Sanctiſsimæ Trinitatis perſonam, quæ Sapientia notionalis dicitur, indeq; probant eius diuinitatem, quod omnium artifex appelletur, nam, vt ait Baſilius lib.4. contra Eunomium circa medium, *Si Patris virtus per Filium creauit; Pater creator eſt, non filius: ſicut inſtrumentum non eſt artifex*; ſed Dei verbum, ſeu ſapientia eſt omnium artifex; non igitur, vt aiebant Arriani, Filius, vt inſtrumentum, aut miniſter, & ſeruus operatur, ſed vt verus Deus. Deindè artificis ſapientia non eſt inſtrumentum, nec miniſter obediens, ſed potius dirigit opus, & imperat, eſtque principalis cauſa operis; igitur, dum loco citato filius vocatur *Sapientia artifex*, nec non cap.9. de eodem dicitur: *Eſt tecum Sapientia tua, quæ nouit opera tua, quę affuit tibi cum faceres orbem terrarum*; hæc enim verba de Filio, & Verbo intelligit Fælix Papa I. epiſt.3. ad Benignum; cui concinit illud Prouerb.8. *Quando præparabat cælos aderam*: dicendum eſt cum Damaſceno lib.4. fidei, cap.19. omnia per ipſum facta fuiſſe, impletumque beneplacitũ paternum: *Non veluti per inſtrumentum, aut ſeruum, ſed vt per ſubſtantiale, & hypoſtaticum eius Verbum, & Sapientiam, & virtutem, propterea quod in Patre, & Filio vna contemplatur motio*.

Eoque magis hoc eſt certum, quo creatio propter mutationem effectus ex nihilo ad aliquid, tantam potentiæ, virtutiſque ſupereminentiam in ſua cauſa requirit, vt cõmuniter doceant Patres, nulli creaturæ communicari poſſe, neque tanquam inſtrumentali cauſæ; ſiquidem Arriani non aſſerebant, filium creare tanquam principalem cauſam, ſed tanquam inſtrumentum Patris, ac præcipuam illius creaturam: Igitur dum Patres impoſsibile dicunt, quod vlla creatura quantumuis nobiliſsima creet, & indè probant, Filium non eſſe creaturam, cum ſit qui creat; manifeſtè ſequi videtur, eos fuiſſe locutos de creatura, tanquam cauſa inſtrumentali; rectèque propterea indè collegiſſe filium non eſſe creaturam, cum ſit creator, quandoquidem nulla creatura poteſt eſſe creatrix inſtrumentaliter, multoque minus principaliter; & creare conſequenter ſoli competit Deo.

Hoc argumento potiſsimum vſi ſunt Athanaſius orat.3. contra Arianos; *Condere*, inquit, *& creare ſolius Dei eſt, eiuſque Verbi, & Sapientiæ. Ideoque in condendi ratione, non alium inueneris, niſi ſolum* Dei *verbum*. Et epiſt. ad Africanos, *Si Verbum, per quod omnia facta ſunt, & ipſum quoque creatura fuerit, ſequitur, vt illud ſeipſum creauerit. Sed qui quæſo, id quod creatur, creare, aut quod conditur condere poterit*. Demùm longè inferiùs inter medium, & finem huius epiſtolæ repetit, nullam creaturã poſſe creare. Item in epiſt. ad Serap. quæ incipit *Admirabere*, paulò poſt medium, eodem vtitur argumento ad probandã diuinitatem Spiritus Sancti: *Quod ſi*, inquit, *quia conditor eſt Filius, quemadmodum Pater; ideò non eſt creatura; manifeſtum eſt, ne Spiritum quidem eſſe creaturam, quandoquidem de illo ſcriptum eſt Pſal.103. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur*. Nec non etiam Baſilius lib.5. contra Eunomium; Epiphanius in Ancorato; tres Gregorij Nazianzen. orat. 44. in Sanctam Pentecoſten, Nyſſenus orat. Catechet. cap.4. Bæticus lib. de Trinitate propè finem; Cyrillus Alexãdrinus lib.2. Theſauri cap.2. alijque

plures tum Græci, tum Latini. Vndè patet, quantum à vero Patrum ſenſu aberrent illi Theologi, qui putant creaturã ſupernaturaliter eleuari poſſe à Deo tanquam inſtrumentum ad creandum; ni enim contrarium ſenſiſſent, & de illo Arrianos conuiciſſent, facile potuiſſent iſti effugere vim argumenti, dicendo, Verbum eſſe inſtrumentum ſupernaturaliter eleuatum; idque propterea libentius aſſeruiſsent; quoniam viliorem reddidiſſent naturam, & potentiam Verbi; quo totæ eorum collimabant vires.

Tandem cap. 16. v. 12. vbi dicitur: *Etenim neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus, Domine, ſermo, qui ſanat omnia*; quamuis litteræ cortex ſit diuinum imperium, quo facit, quæcumque vult; nihilominus, quia ratio Verbi, Sapientiæ, ſermonis, & ſimiles, tam ex Scripturis, quam ex Patribus ſunt rationes notionales, & propriæ ſolius Filij, primarius ſenſus altior, & litteralis huius loci, non minus quam præcedens, eſt Verbum Vnigenitum Patris. Hoc enim realiter, & propriè mittitur à Patre: Imperium autem commune tribus perſonis, non mittitur, niſi metaphoricè loquendo, aut per proſopopeiam; deindè quia ſanare omnia, & eripere de interitionibus temporali, & ęterna, proprium eſt Verbi diuini incarnati, qui Saluator ea de cauſa vocatur. Cui concordat locus Pſal. 106. *Miſit Verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum*. Quem de verbo à Patre miſſo, & Incarnato, qui eſt Chriſtus Dominus, intelligunt Athanaſius lib. de Incarnatione Verbi Dei inter med. & finem; epiſt. ad Marcellinum de interpretat. Pſalm. orat. 3. contra Arrianos, Gregorius Nyſſenus tract. 1. in Pſal. cap. 8. Chriſoſtomus ad eum verſum pſal. 106. Cyrillus Alexandrinus lib. 5. in Iſaiam; Euthymius in panoplia part. 1. tit. 8. Damaſcenus lib. 1. fidei cap. 2. Ex Latinis Cyprianus lib. 2. aduerſus Indæos cap. 3. Ambroſius in pſalm. 43. pluresque alij expoſitores ad prefatum verſum pſalmi 106.

Eccleſiaſtici cap. 1. v. 8. dum dicitur. *Vnus eſt altiſsimus creator omnipotens, & rex potens, &c.* hoc loco, & alijs vbicunque Scriptura docet, quod vnus eſt creator, coniunctis cum illis, quod Filius, vel Chriſtus ſit etiam Creator, apertè ſignificatur ipſius diuinitas, & cum Patre in eſſentia vnitas, ſtante præſertim, quod, vt ſtatim diximus ex Patribus, virtutem creatiuam ſuſcipere creatura non poteſt: refutaturque inſuper Arrianorum delirium dicentium Deum Patrem nihil creaſſe, neque feciſſe immediatè niſi ſolum Filium; ita vt apud illos non aliter ille, qui ſolus eſt Deus, crearit cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis ſunt; niſi præcipiendo creationem, ad eum modum, quo Rex, in ſuo regali ſolio ſedens, dici poteſt debellare hoſtes, aut ædificare palatia, vel agros colere, quatenus hæc opera mandat ducibus, architectis, agricolis; ſi enim res ita ſe haberet, iam duo eſſent creatores, interuallo perfectionis diſtantes: Alter creator ſcilicet eſſet Deus, qui creaſſet Filium; alter verò creator eſſet Filius reliquarum rerum creator, & creatura Patris; non autem, vt ait Scriptura, *Vnus eſſet altiſsimus creator omnipotens*.

Præterquam, ex alijs pluribus Scripturæ locis, nihil clarius habetur, quã Deum Patrem non præcepiſſe tantum, ſed etiam nulla interpoſita creatura ſeipſo immmediatè omnia creaſſe, vel executum fuiſſe, quæ præcipiebat. *Primò* Geneſ. 1. *In principio creauit Deus cælum & terram*. deindè: *Dixit quoque Deus: fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum*. Et infra: *Et fecit Deus beſtias terræ*; demumque in fine capitis dicitur: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona*. Quæ profectò verba clarè ſignificant, non complacuiſſe in operibus artificis, alienæ naturæ, & artis inferioris; ſed complacuiſſe ſibi Deum in proprijs operibus, quæ patrarat ipſe. *Secundò*, quia Pater ibidem ſignificare volẽs, alias perſonas ad creationis opus cooperari non, dixit: *facite*, neque

neque Filio dixit *fac*. Sed dixit, *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. Quem modum loquendi, vt vidimus ſupra, plurimi Patres ponderant, ad probandam identitatem operationis, & conſequenter eſſentiæ in tribus perſonis. *Tertiò*, quoniã expreſsè habetur, quod ſolus Deus, abſque quolibet alio factore, qui non ſit idem Deus, fecerit cœlum, & terrã, Iſaiæ 44. *Ego ſum Dominus, extendens cælos ſolus, ſtabiliens terram, & nullus mecum*. Et Iob 9. *Qui extendit cælos ſolus*. Si enim feciſſet tantum imperando, vt Filius crearet, tanquam miniſter Patris, & non ipſi coeſſentialis, aut conſubſtantialis, non feciſſet ſolus, ſed aliquis diuerſæ naturæ cum illo concurriſſet, vt executor mandati. *Quartò* iuxta prædictum errorem, nullus eſſet creator omnium; Pater enim ſolius Filij Creator eſſet, Filius autem non eſſet creator Filij, ſed aliarum rerum; cum tamen Deus *omnium creator* vocetur Eccleſiaſtici 24. & 2. Machab. cap. 1. *Quintò*, quia Pater non ceſſauit à creando, & operando, ſicut iſti fingunt, creato Filio. Eodem Filio teſtante Ioann. 5. *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor*. Quod argumentum benè ponderat Cyrillus Alexandrinus lib. 5. in Ioannem cap. 3. *Sextò* tandem, cum idem Chriſtus aſſerat Matthęi 6. de volatilibus cæli, *Pater veſter cęleſtis paſcit illa*; & cap. 10. de paſſeribus exigui valoris: *Vnus illorum non cadit ſuper terram ſine Patre veſtro; ſed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt*, nullus niſi ſtolidus cogitare, & dicere poteſt, Deo indignum eſſe creare cętera, præter Filium, & eorum curam perfectiſſimã gerere. Igitur quod vnus, quod ſolus ſit altiſſimus creator omnipotens, ex Sacra Scriptura, quodque ex eadem ſit creator etiam Filius cum Patre, manifeſtè arguitur vtriuſque nec non Spiritus Sancti conſubſtantialitas, qui itidem creator appellatur; ita vt omnes tres perſonæ ſint vnus Deus, ſicut ſunt vnus, & ſolus creator omnipotens.

Quibus non obſtat, quod Filius, ſub nomine æternæ Sapientiæ eiuſdem Eccleſiaſtici cap. 24. de ſe dicat: *Ego feci in cælis, vt oriretur lumen indeficiens*. Et poſt pauca: *Gyrum cæli circuiui ſola*; quaſi particula illa *ſola* ſignificaretur, eum ſolùm omnia præter ſeipſum creaſſe. Cum potius ſi ſolus Filius aliena virtute, vt inſtrumentum, vel Patris auxilio, vel imperio, ſicut miniſter, aut diſcipulus omnia creaſſet, & operetur, illa excluſiua ſola verificari non poſſet. Quia non creat, & operatur ſolus, qui habet herum imperantem opus, aut magiſtrũ docentem, & dirigentem, aut principalem cauſam, à qua moueatur, vt inſtrumentum, quale aiunt Ariani eſſe Filiũ reſpectu Patris; Igitur dicitur vnus, ſoluſque creator Filius, quia eadem indiuiſibili, ſolaque actione qua creat Pater, creat & ipſe, nec datur niſi vnus, & ſolus Deus creator exiſtens in tribus perſonis.

Vndè, vt ſæpius notauimus, Sancti Patres, & ex illis doctores Theologi ſtatuerunt illam generalem regulam, quod in Scriptura Sacra dictiones excluſiuæ, vni perſonæ copulatæ, non habent vim excludendi duas alias perſonas, ſed potius includendi: quoniam in ſolo Patre comprehenditur Filius, & Spiritus Sanctus, ac ſimiliter in ſolo Filio Pater, & Spiritus Sanctus intelligitur, ſicut etiã in ſolo Spiritu Sancto Filius, atque Pater. Iuxta quam regulam hunc eumdem Eccleſiaſtici locum intellexit, & explicuit Euariſtus Papa epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos Africanos. *Sicut*, inquit, *non obeſt Filio, cum ſolus dicitur Pater lucem inacceſsibilem habitare; ita non obeſt Patri, cùm Sapientia, quæ eſt Filius, dicitur gyrum cæli ſola circuire*.

Eiuſdem Eccleſiaſtici cap. 24. ver. 5. *Ego ex ore Altiſsimi prodiui primogenita ante omnem creaturam*; huiuſmodi verbis Filium, Sapientiam increatã Patris, & creatricem rerum omnium intelligi communiter docent Patres; tùm illa particula, *prodiui*, ſignificari propriam, ac realem eius à Patre proceſſionẽ; alia

autem, *ex ore*, modum proceſſionis per intellectum, talis enim vox non poteſt aliud os ſignificare, niſi Patris intellectum, per quem loquitur,& iubet. Vndè Ambroſius lib. vnico de Filij diuinitate cap.6. ait: *Hoc Verbum nuncupatur, quia ex proprio diuino ore proceſſit, & nihil Pater ſine eo, aut iuſſit, aut fecit*. Sique interdum Spiritus Sanctus dicitur Spiritus oris, Pſal.32. *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum*; dici poteſt ibi ſumi os paſsiuè pro Filio, cuius Spiritus Sãctus dicitur Spiritus, quia ab eo procedit; cumque ex ore noſtro duo valdè diſtincta procedant, videlicet,verbum, & halitus, ſiue ſpiraculum, aut ſpiritus reſpirationis vitalis, & afferentis vitam; hoc ſecundo modo procedit Spiritus Sanctus ex Filio, & Patre, tanquam halitus vitalis, ſeu afferens vitam. Ideoque Spiritus Sanctus ex ore non procedit vt verbum, neque procedit per intellectum.

Quod ſi quis contendere vellet, Spiritum Sanctum procedere ex ore, provt eſt potentia loquendi; ſciendum eſt potentiam loquendi, non ad intra ſolùm eſſe, ſed etiam ad extra. Hæc autem non eſt ſola intellectio, ſed intellectionem ſupponens conſiſtit in volitione, pro vt potens eſt communicare donum Sapientiæ intellectus, ſcientiæ, & artis. Vndè cum Ioannis 14. dicitur de Spiritu Sancto: *Ille docebit vos omnia*,& c.16. *Docebit vos omnem veritatem*; reſpicienſque ad illa, nec non ad alia Pſalmi 32. Athanaſius ait dialogo 1. de Sancta Trinitate contra Anomæum: *Vteri nomine gignendi vim, oris, docendi vim intellige. Idcircò igitur dictus eſt Filius ex vtero, quod ſit genitus; & propterea Spiritus eſt oris Spiritus, quoniam is eſt, qui docet*; conſequenterque aſſerit, inter Filium, & Spiritum Sanctum, *differentiam eſſe non habita ratione; quod ſunt ex hypoſtaſi, ſed quod vnus quidem ex vtero ſit, alter ex ore*. Subdit autem: *Vterum declarare generandi vim, os docendi facultatem*; talia verba non ſunt accipienda, quaſi Spiritus Sanctus procedat per intellectum,& ipſe quoque dicendum ſit verbum; ſed dicitur Spiritus oris, vel docere,quia docere præſupponit quidem intellectionem, ſed inſuper requirit volitionem communicandi dona, quæ intellectum creatum illuſtrant. Quæ volitio cum ſit amor, ideoque peculiariter pertineat ad Spiritum Sanctum,vt aſſerunt Theologi, indè etiam dicitur ipſũ docere. Cui addi poteſt, quod *docere*, vt ſumitur in Euangelio, & ab Athanaſio, ſignificat practicam diſciplinam, quæ diſcipulos reddat prõptos ad executionem.Quomodo comprehẽdit omnia dona Spiritus Sancti.

Quod autem eiuſdẽ capitis 24. v.14. ſubdatur *Ab initio, & ante ſæcula creata ſum*; nihil obſtat certitudini præſentis teſtimonij de æterna Verbi diuini generatione; Præter quam enim nonnulli Patres docent huiuſmodi verbis, ſicut & alijs Prouerb. 8. *Dominus creauit me*, iuxta verſionem Septuaginta ſignificari temporalem quoque eiuſdem natiuitatem ab æterno præordinatam; vt Chriſoſtomus homil. de Ioanne Baptiſta, & ſerm. de Trinit. Baſilius lib. 4. contra Eunom. explicans citatum ex Prouerbijs locum: *Capiendum*, inquit, *verbum genuit, de Deo Filio; creauit verò de Deo, qui formam ſerui accepit*; reſtringendo adhuc præfata verba ad generationem eius diuinam,de qua, omnes ferè Patres Græci,& Latini ea primario dicta fuiſſe, & intelligenda eſſe volunt,nihil illi obſtat verbum,aut nomen creationis,quibus Scriptura non vtitur ad ſignificandum, Verbum fuiſſe ex nihilo productum, non autem ex ſubſtantia Patris, ſed ad remouendam ab eius productione imperfectiones, quas audito nomine generationis, ſolemus concipere. Dum enim dicitur illud prodijſſe ex ore altiſſimi, ſatis patet non fuiſſe ex nihilo productum,ſed ex ſubſtantia Patris,ſiue de ſubſtantia Patris, ſiue ex Patre, aut de Patre, ſiue ex Deo, aut de Deo genitum, & non factum. Quoniam quidquid exit, aut prodit ab aliquo, fuerat

prius

in illo, ſaltem ſecundum aliquid Si igitur Filius exiuit, & prodijt à per æternam generationem; prius ne, quam eſſet genitus, fuerat in ſecundum ſuam ſubſtantiam. Ne- enim ſecundum ſuam perſonam eſ- terat prius origine, quam gene- ur.

§. I X.

eſtimonijs Prophetarum pro Augu- ſtiſsimo Sacræ Triadis myſterio.

aiæ cap.6. v.1. *Vidi Dominum ſe- dentem ſuper ſolium excelſum, & ele- m: & ea quę ſub ipſo erant replebant lum. Seraphim ſtabant ſuper illud, Et clamabant alter ad alterum, & di- t: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Domi- Deus exercituum, plena eſt omnis ter- oria eius.* Circa quam Iſaiæ viſio- , licet aliqui vt Alcazar in Apoca- . v.2. not.3. cenſeant, quod Iſaias n Deum Patrem viderit, non Filiũ, Spiritum Sanctum; alij verò ex ad- , vt Procopius, Arias, & Sanctius, l ſolus Filius illi apparuerit; quibus i debent omnes illi doctores, qui nt in omnibus apparitionibus Dei s in veteri teſtamento, apparuiſſe n Filium, idque ad hoc, vt Patri- laret ſpecimen ſuæ Incarnationis æ. Nihilominus Iſaiæ hic appa- tres perſonas Sanctiſsimæ Trini- aſſerit cum Toleto, & Maldona- ornelius à Lapide, adductoque in m Leone Caſtrio, ait, eſſe commu- Patrum, & Eccleſiæ ſenſum. Proba- *primò*, quoniã Filium hic apparuiſ- rè habetur Ioann.12.v.41. vbi cita- aiæ verbis, mox ſubdit. *Hæc dixit quando vidit gloriam eius* (ſcili- Chriſti) *& locutus eſt de eo*. Idem de tu Sancto conſtat Act.cap.28.v.25. uncto cum hoc Iſaiæ: ait enim ibi cas, Spiritum Sanctum dixiſſe ver- uæ habentur Iſaię cap.6.v.9.& 10. , vt dicit v.1. vidit eum, qui dicebat hæc verba, ſedentem in ſolio: ergo vidit Spiritum Sanctum. De Patre docent omnes SS. Patres, qui videri poſſunt apud S.Ioannem Damaſcenũ tract. de Triſagio; nec dubium eſſe poteſt. Quo argumento Cornelius à Lapide in hunc Iſaiæ locum refert Eminentiſſ. Cardinalem Bellarminum olim conuiciſſe quemdam Palæologum Arrianum: *Ille*, inquiebat, *quem vidit Iſaias fuit verus Deus, vt patet, & admittunt Arriani; ſed Iſaias vidit Filium Dei, vt patet Ioãnis 12.41. Ergo Filius eſt verus Deus. Secundò*, quia ſicuti ob vnitatem eſſentiæ, Seraphim ſemel tantùm clamarunt, *Dominus Deus Sabaoth*; ita ob tres perſonas eodem ſedentes in throno, ter acclamarunt *Sanctus*; vt docent omnes ferè Patres inferiùs citandi.

Quamuis autem hoc teſtimonium ita ſumptum haud ſufficiat ad conuincendam Iudæorum peruicaciam; tamen ſic acceptum, vt ab ipſis Iudęorum interpretibus declaratur, plurimùm habet momenti, vt potè contra quod nulla Iudæi exceptione vti poſſunt. Eo ſiquidem ſignificari diuinarum Trinitatem perſonarum Rabbi Simeon filius Ioai, & Rabbi Ionathas filius Vrielis exponunt iſtis verbis: *Sanctus hic eſt Pater, Sanctus hic eſt Filius, Sanctus hic eſt Spiritus Sanctus*. Quorum teſtimonia Galatinus lib.1.cap.2. de Arcanis Fidei, legiſse ſe teſtatur in vetuſtiſsimis eorũ codicibus: nam in ijs, quibus nunc vtimur, à perfidis ætatis huius Rabbinis expuncta ſunt. Idem addit veteres Talmudiſtas ſtatuiſse, vt ſingulis Iudęi diebus, bis ſaltem, Oriente nimirum, & Occidente Sole, tam hæc Iſaiæ, vel potius Seraphim verba, quam illa Moyſis Deuteron.9.v.4. iuxta Hebraicum textum, *Audi Iſrael, Deus, Deus noſter, Deus vnus eſt*; à quolibet Iudæo quoque recitarentur; quod apud eos ad ſua vſque tempora perſeueraſſe affirmat; quippè quibus ſignificari arcanum aliquod Meſsiæ tempore aperiendum, ac diuulgandum aſſeuerabant; ſcilicet perſonarum diuinarum Trinitatem

tem cum vnitate eſſentię; nam nomen *Deus* in Deuteron. ter repetitum, æquè vt *Sanctus* apud Iſaiam ſignificat tres perſonas. Secundo verò loco addita particula *noſter*, ſignificat Verbum aſſumpſiſſe carnem noſtram, nobiſque datum, & nobis natum eſſe Emmanuelem: qua ratione etiam Dauid dixit pſal. 66. v. 7. *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus*. Citat & Genebrardus in fine lib. 1. Chronolog. veterem Rabbinum Ibba nomine, qui dicit hos tres *Kados*, id eſt *Sanctus* alibi vocari tria ſpecula, tria luminaria, tres ſupremos Patres principio, & fine carentes; alibi vocari coronam, ſapientiã, & intelligentiam, alibi tria iod m deſignantia tres Iehoua, id eſt tres perſonas diuinas, vt ſupra explicuimus §. 5.

Verùm, quia Caluinus negat hoc Iſaiæ Triſagio ſignificari myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, aſſeritque inſuper contra Arrianos apertioribus locis vtendum eſſe, ne eis ridiculi ſimus, quaſi tales reputans omnes Patres, qui oppoſitum tenent, placuit hic eos adducere; vnde æquus arbiter facilè iudicabit, quàm meritò Hunnius Caluinomaſtigem ſcripſerit hoc titulo: *Caluinus arrianiſans*; cumque minimè pręferendum eſſe tot veterum, ac Sanctorum Patrum authoritati, hoc Iſaiæ teſtimonio Trinitatem probantium.

Ex quibus primi occurrunt Summi Pontifices Romani, Alexander I. epiſt. *1.* Decretali *cap. 6.* quæ tanquam vnica epiſtola Benedicti Papæ I. extat etiam tom. 2. Conciliorum. Felix III. epiſt. *3.* ad Petrum Fullonem ex Synodo Romana, vbi poſtquam ex præſenti hymno Triſagio probauit myſterium Trinitatis adiungit. *Cum terræ motu Conſtantinopolis quateretur, populuſque in campo oraret, infantulus, toto populo ſpectante cum Proclo Ciuitatis Epiſcopo, in Cælum per vnam horam raptus eſt, ibique huiuſmodi didicit hymnum. Rurſumque deſcendens, nunciauit, quæ in ęthere audierat, dicens de cælo quaſi de multitudine pſallentium, huiuſmodi laudes inſonuiſſe auribus ſuis, dictumque ſibi, vt eam laudationem populo indicaret. Quam vbi populi inceperant, ciuitatem receperunt, Deoque per huiuſmodi laudem propitio facto, ab imminenti ira liberati ſunt.*

Item Patres Quintæ Synodi Generalis, quæ fuit Conſtantinopolitana II. eodem Triſagio ſignificatam fuiſſe SS. Trinitatem in vnitate eſſentiæ docuerunt, Antheon quoque Epiſcopus Arſinois in epiſt. ad Petrum Antiochenũ, quam hic cito, quia ponitur in quadã Synodo Conſtantinopolitana ſub Felice Papa III. in cauſã Petri Fullonis, non modo defendit, Triſagio ſignificari Trinitatem, ſed etiam refutat hæreſim præfati Petri, qui Triſagio ſubiungebat crucifixum, dicens: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis crucifixus*; vel, *qui crucifixus es pro nobis*, quod crederet totam Trinitatem fuiſſe crucifixam, vel, vt alij volunt, Spiritũ Sanctum, aut aliam quartam perſonã.

Eadem omnino mens, atque ſententia fuit aliorum Patrum tùm Græcorum, tum Latinorum, quando prædicto teſtimonio vtuntur: vt Origenes homil. 4. in illud Iſaiæ 6. *Sanctus* &c. Athanaſius lib. de communi eſſentia Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ſub titulo *quod non tres dij*; item lib. de humana natura ſuſcepta. Baſilius lib. 3. contra Eunom. Nazianzenus orat. 38. in Chriſti Natiuitatem, Epiphanius in Ancorato; Chryſoſtomus tom. 3. ſerm. de Trinitate. Theodoretus in fragmento penult. quod refertur ad finem Breuiarij Liberati, ante Conciliũ Aruernenſe. Et omnium fuſiſſimè Damaſcenus tota epiſt. vel tract. de Triſagio. *Deitas*, inquit, *trine ſignificatur gloriaque afficitur, cum dicitur, ter Sanctus, Sanctus, Sanctus: ac rurſum tres hypoſtaſes vna tantum gloria afficiuntur, cum dicitur, Dominus Deus Sabaoth, plena eſt omnis terra gloria eius. Sanctus ergo Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus Sanctus. Ter Sanctam ergo dicimus deitatem, & Trinitatem, non vero vnicam eius perſonam.* Quod expreſsè probat,

mirum vnamquamque perſonam
tim acceptam (veluti Patrem)
oſſe appellari Triſagion,nec Tri-
; quia Pater, ſigillatim acceptus,
t tres hypoſtaſes vnius ſanctita-
l luminis. Hoc enim ſignificatur,
o Deus laudatur, vt Triſagios,
Terſanctus; niſi fortè illud, *Tri,*
cet ſolummodo perfectionem, &
tem ſanctitatis. Idem aſſeren-
ſt de filio per ſe ſumpto,nec non
ritu Sancto, & conſequenter de
s omnibus perfectionibus abſo-
quibus addatur *Ter,* vt dicendo
iens, aut *Terpotens.*
Latinis Ambroſius lib. 2. de fide
tianum cap. 4. *Quid ſibi vult,*
ſub vno nomine ſanctitatis, trina
o? Si trina repetitio, cur vna lau-
ſi vna laudatio, cur trina repeti-
rina repetitio cur, niſi quia Pater,
us, & Spiritus Sanctus ſanctitate
ſunt? Non dixit ſemel, ne filium
raret; non bis ne Spiritum San-
ræteriret: non quater, ne creatu-
iungeret. Et vt oſtenderet, Trini-
nam eſſe Deitatem, cum tertiò di-
anctus, Sanctus, Sanctus: addidit
riter: Dominus Deus Sabaoth.
rationem eamdem habet lib. 3.
itu Sancto cap. 18. Hieronymus
. & epiſt. 142. ad Damaſum de
viſione Iſaię. Auguſtinus ſerm.
empore. Fulgentius lib. de fi-
etrum cap. 1. & ad obiectionē
rianorum. Gregorius lib. 29.
Iſidorus lib. de Natiuitate Do-
p. 4. Rupertus in eum locum,
ernardus ſerm. de kalendis No-
s.

odem cap. 6. verſ. 8. *Et audiui*
Domini dicentis: Quem mittam?
ibit à nobis? vbi Deus de ſe lo-
numero plurali; quemadmodū
eſ. 3. *Ecce Adam quaſi vnus ex*
ctus eſt; nec non cap. 11. *Veni-*
damus, & confundamus ibi lin-
rum; plures etiam Patres vtun-
iſmodi teſtimonijs ad proban-
es perſonas vnius eſſentiæ di-
uinæ; Baſilius lib. 5. contra Eunom. Gregorius Nyſſenus lib. de Trinitate, & Aduentu Domini contra Iudæos. Chryſoſtomus in ſerm. de Trinitate. Cyrillus Alexand. dial. de Trinitate lib. 3. Theodoretus in Geneſim. quæſt. 19. ac demum Hieronymus Iſaiæ 6. vbi notat illud: *Quis ibit nobis, illo ſenſu accipiendum eſſe, quo & in Geneſi legitur, faciamus hominem &c. vt Sacramentum indicet Trinitatis.*

Item cap. 48. verſ. 16. *Ex tempore antequam fieret, ibi eram: & nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius*; idem Hieronymus ita exponit hunc locum: *Quando fiebant omnia à Patre*, ipſe ſcilicet filius, *erat cum eo, cui adgaudebat, qui etiam nunc dicit: Ego qui ſemper eram cum Patre, & in Patre, & ſine Patre nunquam eram: etiam nunc loquor; & iuxta fragilitatem carnis aſſumptæ dico, quod Dominus Deus miſerit me, & Spiritus eius: breuique verſiculo, Trinitatis nobis oſtenditur Sacramentū.* Eodem quoque modo diuinitatem Filij, & Spiritus Sancti, & conſequenter Trinitatis myſterium colligunt alij Patres Latini, Ambroſius in Symb. Apoſtolor. cap. 6. & lib. 2. de fide ad Gratianum; nec non lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 1. Auguſtinus ſerm. 6. de tempore, qui eſt ſecundus de natiuitate. Iſidorus Hiſpalen. lib. de Natiuitate Domini cap. 4. Ex Græcis Athanaſius epiſt. 2. ad Serapionem; & lib. 3. de aſſumptione hominis. Baſilius lib. 3. contra Eunom. Chryſoſtomus homil. 3. de Spiritu Sancto, quæ incipit, *Heri à nobis.* & ſerm. de Trinitate.

Præterea cap. 53. verſ. 8. *Generationem eius quis enarrabit.* Inde Patres cōmuniter probant Chriſti Domini generationem, eiuſque profunditatem, Angelis etiam incomprehenſibilem. Cui non obſtat, quod aliqui ex illis intelligant præfata verba de temporali eius natiuitate, præterquam enim, vt alias ſuo loco diximus, vnus & idem ſcripturæ locus poteſt habere duplicē ſenſum litteralem, quòdque inſuper

præ-

præditus ſenſus de temporali natiuitate filij dici poteſt pertinere ad complementum primarij de generatione diuina; vnde ait Leo Magnus ſerm.9. de natiuitate; *Non ſolùm ad diuinam eſſentiam, ſed etiam ad humanam ſpectat naturam, quod dictum eſt per Prophetam: Generationem eius quis enarrabit?* Quo etiam duplici ſenſu omnes ferè Patres Græci, & Latini intelligunt illum locum Pſal. 2. verſ. 7. *Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te;* & alium Pſalm. 109. verſ. 3. *Ex vtero ante luciferum genui te;* adhuc tamen permiſſo quod ibi fieret ſolum mentio temporalis generationis Filij, haberetur etiam intentum de pluralitate perſonarum, ſolumque ſupereſſet dubium de diuinitate filij per æternam generationem; quæ ſatis patet ex contextu; illamque probauit Apoſtolus ex v. 7. Pſal. 2. dicens: *Cui enim Angelorum dixit Deus: filius meus es tu;* cum enim hæc verba intelligi non poſſint niſi de filiatione naturali, quia etiam Angeli ſunt filij adoptiui per gratiam, manifeſtè ſequitur Chriſtum eſſe Patri conſubſtantialem. Quo Pſalmi 2. teſtimonio tam ipſe, quàm alij Apoſtoli frequentius, & libentius vſi ſunt; quemadmodum Act. 4. & 13. quo Rabbini communiter illum exponunt de Meſſia, vt notat Galatinus lib.3. cap.7. & Lorinus in argumento Pſalmi.

Demum cap. 66. *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit maſculum, &c. Numquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam dicit Dominus? ſi ego, qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus.* Quæ verba ſic ad præſens intentum ponderat Iſidorus Hiſpalen. lib. 1. contra Iudæos cap. 1. *Antequam parturiret, peperit: & antequam veniret partus eius, peperit maſculum. Quaſi apertè diceret: Antequam Chriſtum Virgo parturiret in carne, generauit Filium in diuinitate Pater, & antequam tempus Virginis parturiendi veniret, genuit eum ſine tempore Pater. Vnde inferius ait: Quis audiuit vnquam tale? aut quis vidit huic ſimile? Re vera quia nihil tale in hominibus accidit, aut quippiam; & poſt hæc ſubiungit. Numquid qui alios parere facio, ipſe non pariam? dicit Dominus. Et qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero? ait Dominus.* Hactenus Iſidorus hunc veluti litteralem iſtius Iſaiæ loci ſenſum vrgens ad probandum Chriſti Domini diuinitatem; & ad idem affertur à Cōcilio Hiſpalenſi II. act. 3. Cui valde fauet, authoritatiſque pondus non exiguum conciliat, quod plures alij Patres eodem vtantur argumento aduerſus Arrianos. Eamdem enim rationem eiſdem prope verbis vrgentes tacitè citare videntur præfatum Iſaiæ teſtimonium. Athanaſius in ſerm.3. geſtorum Nicæni Concilij: *Dicunt* (inquit, videlicet Arriani) *ſterilem eſſe, & infructuoſam naturam paternam, quæ omnibus rebus inſitam, & propagatiuam ſimilium dedit naturam.* Cyrillus Hieroſolym. Catecheſi 7. *Nam qui omnibus vim gignendi impartitur, eum hac facultate priuare impium ſane fuerit.* Cyrillus Alexandrinus dialogo de Trinitate lib. 1. vbi Arrianos ita reprehendit; *Ipſam Dei Patris naturam in hoc ſimul dehoneſtant, quandoquidem dicunt non eſſe fructiferum, & ſpoliant eum gignendi facultate, cuius tamen figuras parturiens, & fructificans creaturarum natura in ſe declarat.* Quod idem habet lib.2. Theſaur. cap. 1. *Si non potuiſſe dixerint* (videlicet generare filium conſubſtantialem) *impudenter impotentiam Patri attribuent: ſi noluiſſe, turpiſſimam illi pigritiam imponent.* Similiter Baſilius lib.4. contra Eunom. *Si Deus non generat, quia non poteſt, minor eſt, quam generans, & perfecta natura. Cum ad hoc etiam imbecillitas inſit. Quod ſi poteſt, & noluit, quod natura habet, voluntate retinuit.* Auguſtinus tandem ait epiſt. 66. ad Maxim. *Si temporalibus, & paſſibilibus rebus Deus tribuit, vt quod ſunt, hoc generent, quanto magis ipſe æternus, & impaſſibilis non aliud, quam quod eſt*

ipſe

generauit vnus vnicum? Quare
us Thomas de potentia quęſt. 9.
. in argum. 9. eiuſque ſolutione
onens quaſi certum hoc teſtimo-
robari æternam Verbi generatio-
aduertit tantum, ex eo ſolum;
Deus alijs generationem tribuat
nere cauſæ efficientis, non proba-
erationem diuinam. Alioqui pro-
ur Deum moueri, quoniam crea-
motum tribuit. *Sequitur autem,*
it in Deo generatio ex hoc, quod tri-
ijs generationem, vt cauſa effecti-
exemplaris. Pater autem eſt exem-
enerationis, vt generans, ſed filius
itus. Vnde non oportet quod gene-
Dici etiam poteſt probari rectè
generare, ex eo quod alijs ge-
onem tribuat, ſi ſupponatur; ge-
onem eſſe intellectualem opera-
n abſque vlla prorſus imperfe-
; ſicut Pſalm. 93. Deum videre
tur ex eo, quia *finxit oculum*, ſup-
poſſibilitate viſionis intellectua-
que imperfectione. Sed iſta poſſi-
eſt euidens naturæ lumine, non
illa.

miæ 23. verſ. 5. 6. *Ecce dies ve-*
dicit Dominus, & ſuſcitabo Dani.
nen iuſtum, & regnabit Rex, & ſa-
rit, & faciet iudicium, & iuſtitiam
a. Et hoc eſt nomen, quod voca-
m, Dominus (Hebraicè Iehoua)
oſter. Ibi Chriſti Meſſiæ tam
as ſecundum carnem, quam eiuſ-
uinitas per æternam generatio-
um vocatur Iehoua, apertè ſi-
tur.

ch 3. verſ. 36. *Hic eſt Deus no-*
non æſtimabitur alius aduerſus
ſt hęc in terris viſus eſt, & cum
us conuerſatus eſt. vbi etiam,
n de Patre, ait Gregorius Na-
us orat. 4. de Theologia, *ſed*
ermo habeatur, adiectio hac aper-
rat. Hic enim eſt, qui corpoream
n conſuetudinem habuit, inferiſ-
s coniunctus eſt.

cap. 1. verſ. 7. *Et domui Iuda*
r, & ſaluabo eos in Domino Deo

ſuo, id eſt, *Pater in filio*, vt exponit Hieronymus; ex hoc enim, & alijs ſimilibus locis, vbi Deus loquitur de Deo, ſicut vna perſona de alia, viſum eſt antiquis Patribus, coniecturam valdè probabilem deſumi poſse, pro diuinarum perſonarum pluralitate, & earumdem in eſsentia vnitate, proptereaque idem locus Oſeæ in hunc finem adducitur à Baſilio lib. 5. contra Eunom. cui adiungit alium Apoſtoli 2. ad Tit. capit. 1. *Dabit ei Dominus inuenire à Domino miſericordiam.*

Ioelis cap. 2. verſ. 28. *Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem* &c. Sancti Spiritus tertia Sanctiſsimę Trinitatis perſonæ miſsionem prænuntiatam fuiſse, impletamque Act. 2. v. 17. docet ibidem Sanctus Petrus.

Michææ cap. 5. verſ. 2. *Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis*; id de æterna ſimul, & temporali generatione Chriſti Meſsiæ, ſimul Filij Dei, & Filij hominis, Hieronymus, & Theodoretus ibi exponunt, & Iſidorus Hiſpalenſis lib. 1. contra Iudæos cap. 2. conferentes hunc locum cum generatione ex vtero, de qua Pſal. 109.

Zachariæ c. 3. verſ. 2. *Et dixit Dominus ad Satan: Increpet Dominus in te Satan: & increpet Dominus in te*: his verbis eamdē vim ac illis Ioelis ſtatim citatis ineſſe docet Hieronymus, imo tanquā communem Catholicorum expoſitionem refert, & approbat eſſe dicta; *Quia Pater, & Filius Dominus eſt: & in centeſimo nono pſalmo legimus, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: Dominus de altero Domino loquitur: non quod ipſe Dominus, qui loquitur, increpare non poſſit, ſed quod ex vnitate naturæ, cum alter increpauerit, increpet ipſe, qui loquitur. Qui enim videt filium, videt & Patrem.* Idem teſtimonium ad probandam Chriſti Domini diuinitatem adducit Gregorius Nyſſenus lib. de Trinitate, & aduentu Domini con-

tra Iudæos capite 2.

Tantum de veteris teſtamenti locis, ac teſtimonijs pro Auguſtiſſimo Sanctiſſimę Trinitatis myſterio, quorũ ſi aliqua ſeorſim non ita efficaciter illud probant, omnia tamen collectiuè ſumpta, adiunctiſque Rabbinorum explicationibus, pluſquam ſatis id præſtant contra Iudæos; demonſtratiuè autem contra hæreticos, attento in pluribus vnanimi veterum, ac Sanctorum Patrum conſenſu, quodque magis eſt, Eccleſiæ definitione, ex illo tanquam irrefragabili veri Scripturæ ſenſus teſtimonio iuxta diuinam traditionem.

CAPVT VII.

Statuitur aduerſus Lutherum, & Caluinum, eorumque ſequaces, dari in homine liberum arbitrium.

PRimum, quod ex materijs ad 1.2. Diui Thomæ ſpectantibus, quæſt. 10. vbi agit de modo, quo voluntas mouetur, hoc eſt de eius libertate, ſe offert cum Lutheranis, & Caluiniſtis diſputandum, eſt, vtrum verè voluntas habeat modum liberè operandi, ſiue detur in homine liberum arbitrium. Quamplures hæretici, ab initio naſcentis Eccleſiæ, humanam libertatem denegarunt, ſeu docuerunt, hominem nullo ad quaſcumque actiones ſuas libero arbitrio gaudere, ſed abſoluta neceſſitate, quam fatum veteres Philoſophi appellarunt, ſemper agere, & agi: Ita Simon Magus apud Clementem lib. 3. recognit. Marcion, & Hermogenes apud Tertullianum lib. de anima cap. 10. Manichæi apud Hieronymum in præfat. dialogi contra Pelag. & Auguſtinum lib. de hæreſibus hæreſi 46. Priſcillianiſtæ apud eumdem hereſi 70. Quam hæreſim, vt alias plures, mira concordia amplexi ſunt huius temporis Nouatores, Lutherus in art. 36. à Leone X. damnato, vbi ait, omnia de neceſſitate abſoluta euenire, & liberum arbitrium eſſe titulum ſine re, omnino friuolum, & inanem; Caluinus lib. 2. inſtitut. cap. 2. ſect. 4. & 8. vbi pariter cenſet abolendum eſſe nomen liberi arbitrij, & potius ſeruum, quam liberum arbitrium appellandum; Melancton art. 16. apologiæ pro confeſſione Auguſtana, & Kemnitius in exam. ſeſſ. 6. Concil. Trident. cap. 5. vbi, licet admittant hominem eſſe liberum ad actiones ciuiles, & politicas, non tamen ad ſpirituales, vt pote ad conuerſionem, iuſtificationem, & reſiſtentiam tentationibus.

Quidquid autem ſit, an antiqui hæretici voluerint imponi ab extrinſeco neceſſitatem noſtræ voluntati, ſcilicet ab aſtris, cauſiſque cæleſtibus, vel potius oriri ex eius natura ab intrinſeco; hoc ſecundum negant recentiores; triplicem enim hominis ſtatum diſtinguentes; naturæ integræ, qualis erat in primis parentibus ante peccatum, cum iuſtitia originali potiebantur: naturæ lapſæ, qualis in ijs fuit poſt peccatum: & naturæ per gratiam, & merita Chriſti Domini reparatæ; expreſsè aſſerunt ſe non adimere libertatem ab homine ante peccatum, pro ſtatu naturæ integræ, quaſi ille liber non eſſet; ſed tantùm eum in ſtatu naturæ lapſæ ita fuiſſe per peccatum corruptum, vt iam tentationibus non poſsit reſiſtere, verum in eas neceſſariò feratur, & ſi à gratia Dei moueatur, quemadmodum in ſtatu naturæ reparatæ moueri ſolet, non poſſe non amplecti gratiam ipſam, nec poſſe tunc vllo pacto malum eligere; ideoque in ſtatu naturę lapſæ, & in ſtatu naturæ reparatæ, ſolum ab extrinſeco, ſcilicet ab ipſo Deo, eiuſue voluntate, & prouidentia, hominem ſua libertate ſpoliatum, ac priuatum fuiſſe.

Veritas Catholica, præfatis hæreticorum ſententijs è diametro oppoſita, docet hominem ex natura ſua eſſe prędıtum libertate, ſeu libero arbitrio ad omnes actiones ſibi proprias: ita tamen, vt ad ſupernaturales auxilio gratiæ ſupernaturali indigeat, ad hu-

manas

verò, & ciuiles, ſeu etiam natu-
lo auxilio, & concurſu naturali
i opus habeat ; minimèque in-
e extinctum per peccatum ori-
nec Dei gratia, aut prǽſcientia ,
ntia, prædeſtinatione,& repro-
diuina , vllatenus veluti ab ex-
deſtrui, aut impediri à libero
o, & vſu ſuorum actuum.Quod
s probauimus ſupra cap. 2. hu-
onis; quæ enim Scripturæ ibi-
atæ docent liberum arbitrium ,
m aſſerat peccatum originale ;
d ſalutem neceſsitatem, diuinæ
is efficaciam, præſcientiæ , ac
ntiæ certitudinem , manifeſtè
onſtat, hæc omnia rectè inter
ere, compoſsibiliaque eſſe; vn-
it iſta breuiter annotaſſe ad
dumtaxat explicationem er-
uerſariorum ; quodque vanè
illi patrocinari Diuum Augu-
um ait in Enchiridio, cap. 30.
bitrio male vtens homo , & ſe
& ipſum. Item in epiſt. 107.
arbitrium ad diligendum Deum
ati granditate perdidimus. Ta-
vana iactantia; falſaque ex di-
guſtini conſequentia proue-
diſtinctione duplicis liberi ar-
eptionis,quæ tamen illi fami-

eſt, qua ſumit illud pro na-
iuris facultate , quę ad neu-
oſitorum neceſſario alligata ,
minata, alterutrum pro libito
amplecti poteſt; vocarique
eologis libertas à neceſsita-
nda eſt, qua ſumitur pro ple-
etaque bene agendi poteſta-
nibus peccati impedimentis
quæ partim innata facultate,
i gratia, partim denique li-
ccatorum impedimentis ſta-
udabilem eius functionem
t, integratur ; commmuni-
heologis nuncupatur liber-
tute, vel etiam à miſeria mo-
t, à peccati , & corruptelæ
uibus qui peccat, ſeruilem

in modum miſerè obligatur.

Iuxta hanc igitur duplicem liberi arbitrij acceptionem, cuius innumera ſunt apud Auguſtinum teſtimonia , debent intelligi ſuperius obiecta,aliaque ſimilia , vbi aſſerit illud culpa hominis perijſſe, nimirum ſi ſumatur pro plena ſtudioſè, vel laudabiliter agendi poteſtate, ſecus autem, ſi pro naturali alterius eligendi facultate ; ſic enim liberum arbitrium, poſt primi parentis delictum , indeque contaminatam ab origine naturam in poſteris manſiſſe , pluribus docet in locis,pro quibus nũc ſufficiat ille, ex lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagianorum , ad Bonifacium cap. 2. vbi reſpondens obiectioni Pelagianorum, qui Catholicos vocabant Manichæos, quaſi cum ipſis, inquiebant, docerent, *Quia primi hominis peccato id eſt Adæ liberum arbitrium perierit, & nemo iam habeat poteſtatem benè viuendi, ſed omnes in peccatum carnis ſuæ neceſſitate cogantur,* ſic ait: *Liberum autem arbitrium defendendo præcipitant, vt de illo potius ad faciendam iuſtitiam , quam de Domini adiutorio confidatur, atque vt in ſe quiſque, non in Domino glorietur. Quis autem noſtrum dicat , quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere ? Libertas quidem perijt per peccatum, ſed illa , quę in Paradiſo fuit , habendi plenam cum immortalitate iuſtitiam, propter quod natura humana diuina indiget gratia , dicente Domino, ſi vos filius liberauerit , tunc verè liberi eritis , vtique ad benè, iuſtèque viuendum. Nam liberum arbitrium vſque adeò in peccatore non perijt , vt per illud peccent maximè omnes , qui cum delectatione peccant , & amore peccati, hoc eis placet quod eis libet.*

En ergo quomodo Auguſtinus libertatem, quam homini peccatum eripuiſſe nonnunquam docet, accipit pro plena laudabiliter agendi poteſtate , eaque ratione dicit ereptam fuiſſe , quoniam ex tribus , ex quibus ipſa conſtat , vt ſtatim dicebamus , innata facultate , adiuncto gratiæ auxilio , &

ſoluto à peccati impedimentis ſtatu, hæc duo poſteriora in Adamo, & poſteris per peccatum ab eo commiſſum, perierunt; ſuperſtite ſolo priore, natiua ſcilicet facultate, quæ ſeorſim ſumpta, ſinè diuinis quibus erat munita auxilijs, eniti amplius non poteſt ad cęlum.

CAPVT VIII.

Oſtenditur contra Lutherum, & Caluinum, eorumque ſequaces, peccatum veniale natura ſua diſtingui à mortali.

CVm circa materiam de peccatis, de qua agit Diuus Thomas 1.2. à quæſt 71. ad 88. incluſiuè tres præcipuos habeant errores Lutherani, & Caluiniſtæ; primum, quod peccata venialia non diſtinguantur natura ſua à mortalibus; ſecundum, quod Deus ſit primarius author peccati; tertium circa naturam, & eſſentiam peccati originalis. Primum refellemus in hoc capite, duos alios in ſequentibus.

Diuinis igitur Scripturis clarè teſtātibus, quibus accedit vnanimis Patrum conſenſus, tùm Eccleſiæ definitio in Concilijs Milleuitano can. 7. & Tridentino ſeſſ. 6. cap. 11. quod peccata quædam iniuſtos homines conſtituant, quędam verò in ipſis iuſtis ita hęreant, vt non propterea iuſti eſſe deſinant, aut cum iuſtitia, & ſanctitate non pugnēt; Lutherani quidem, & Caluiniſti contra Iouinianum, & Pelagium ſimpliciter diſtinctionem peccati mortalis, & venialis è medio tollentes, illam admittunt, ſed peruerſis interpretationibus deprauant. Caluinus enim lib. 2. Inſtitut. cap. 8. §. 59. Vvicleffum ſecutus apud Vualdenſem tom. 2. de Sacrament. cap. 54. peccata venialia dici vult omnia peccata prædeſtinatorum, mortalia verò peccata omnia reproborum; cum hoc ſolum diſcrimine, quod Vvicleffus abſolutè peccata electorum fecerit venialia; Caluinus autem velit eſſe venialia, quæ fluunt ab electis poſt fidem adeptam, non autem quæ ante illam, lib. 3. inſtit. cap. 2. §. 11. adeo vt iuxta ipſum peccata fidelium electorum ſint venialia, non tàm quia electi ſunt, quàm quia manent cum fide, quæ ſemel habita nunquam perit, & propria electorum eſt; in quo Iouinianum ſecutus eſt docentem apud Hieronymum lib. 2. hominem ſemel baptizatum non poſſe vnquam à gratia Dei excidere.

Martinus autem Lutherus, cum prius in art. 32. docuiſſet, omne opus hominis iuſti eſſe peccatum ex natura ſua mortale, & hoc Leo X. Pontifex damnaſſet, ita ſuum errorem poſtea explicuit, vt aſſeruerit, omne opus hominis iuſti eſſe peccatum ex natura ſua mortale, & ex ſola Dei miſericordia veniale. Sique in lib. de captiuitate Babylonica capi de Baptiſmo indicat, omnia peccata eſſe venialia præter incredulitatem, cum ait: *Ita vides quam diues ſit homo Chriſtianus, ſiue baptizatus, qui etiam volens non poteſt perdere ſalutem ſuam quantiſcumque peccatis, niſi nolit credere*: id non ita intelligendū eſt, quaſi voluerit Lutherus non eſſe peccata ex natura ſua mortalia præter incredulitatem, ſed illud dixit, quia exiſtimauit omnia peccata condonari, vel non imputari credentibus, non credentibus autem nullum condonari; cum iuxta ipſum, vt dicetur infra, ſola fides iuſtificet, quare ſic ad primum reditur errorem, quod quæuis peccata natura ſua ſint mortalia, ſola verò Dei miſericordia venialia in credentibus.

Contra quos omnes, & ſimiles errores duo breuiter præſtabimus. Primùm enim oſtendemus peccatum veniale natura ſua diſtingui à mortali; tùm in particulari refellemus falſas Lutheri, & Caluini, eorumque ſequacium opiniones.

Pro diſtinctione ergo peccati venialis ex natura ſua à mortali, habentur in primis plura ſacræ Scripturæ teſtimonia. Matth. 5. *Qui iraſcitur fratri ſuo*

reus

s erit iudicio; qui dixerit raca, reus
concilio; qui dixerit fatue, reus erit
ennę ignis. Quæ dicta non fuere à
riſto Domino ad ſignificandā pec-
orum mortalium inæqualitatem;
bus reſpondent diuerſi gradus ſup-
iorum in gehenna, vt ibi ineptè in-
retatur Beza; nam ſi ita eſſet, non
è Chriſtus de ſolo *dicente fatue* pro-
tiaſſet, *reum fore gehennæ ignis*; ſed
tribus gradibus iracundiæ indicare
uit, nullo habito reſpectu ad prede-
tionem, nec diſcuſſo, quid poſſit,
velit diuina miſericordia; propriam
catorum menſuram, eſſeque aliqua,
manifeſtum conuicium, quæ fa-
t reum gehennæ ignis, & per hoc
peccata mortalia; alia verò leuio-
quàm vt illam mereantur, dicuntur
venialia; quales ſunt duo primi
ndiæ gradus, vnus eius, quæ ita
eſt, vt in vocem nullam erumpat;
eius, quæ paulo grauior eſt, non
en peruenit vſque ad apertum cō-
um. Si enim omnes hi gradus, &
equenter omnes culpæ gehennam
, ſeu pænam promererentur æter-
ex natura ſua, nec ea diſtinguere n-
peccata venialia, & mortalia;
ſum cogeretur concilium ad diju-
ndum, num aliqua culpa gehenna
, ſeu morte æterna apud inferos
enda eſſet; ſignificari autem hic
gehennam ignis mortem æternam,
nt communiter Patres Hilarius,
ſtinus, Chryſoſtomus, Theophila-
& Hieronymus in commentario
10. ſuper illa verba, *Timete eum,*
oteſt animam, & corpus perdere in
nam, aſſerit, nomine gehennæ
er in Euangelio ſignificari pœnas
as.

atth. 12. dum ait idem Chriſtus,
ni verbo ocioſo, quod loquuti fuerint
es, reddent rationem in die iudicij,
de eo longè mitius loquatur, quā
is ſceleribus, ob quę in die iudi-
turus eſt. *Ite maledicti in ignem*
m; diſcedite à me omnes operarij
tatis; manifeſtè innuit dari quæ-

dam leuiora ex natura ſua peccata, cuiuſmodi ſunt verba otioſa, de quibus licet reddenda ſit ratio in die iudicij, non tamen vſque ad ignis æterni inflictionem.

Idem oſtendit cap. 23. vbi arguens Phariſæos, quod grauiſſima legis pręcepta facilè tranſgrederentur, minuta verò obſeruarent; atque ita peccata leuiſſima ſtudiosè cauerent, maxima verò ſine ſcrupulo committerent, vocat eos *Duces cæcorum excolantes culicem, camelum autem glutientes.* Vt enim inter culicem, & camelum tanta eſt ex natura rei differentia, vt nulla ferè inter ea proportio eſſe videatur, ita fatendum eſt peccata venialia, quæ culicibus, diſtingui ex natura rei à mortalibus, quæ camelis comparantur.

Eo quoque ſpectat, quod ait Luc. 6. verſ. 41. *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras.* Si enim omnia peccata ex natura ſua mortalia eſſent, dignaque æternis pœnis, ſeu quod idem eſt venialia non diſtinguerentur ex natura ſua à mortalibus, quis credat, ita quædam à Chriſto Domino extenuari potuiſſe, vt cum feſtuca, & culice conferrentur, dum alia camelis, & trabibus comparauit.

Eiuſdem Sancti Lucę cap. 12. v: 59. vbi ait Chriſtus, *Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas;* communiter Patres per nouiſſimū minutum intelligunt peccata minuta, & leuiſſima, pro quibus in carcere Purgatorij ſatisfaciendum eſt, niſi in hac vita relaxata iam fuerint; nam qui cum peccato mortali tranſit ex hac vita, continuo ſtipendium eius, mortem videlicet ſempiternam accipit. Iam ergò, cum debitum vnius minuti minimum ſit, nec in vllo tribunali pro tam exiguo debito damnari quis ad mortē poſſit: vt Chriſtus Dominus peccata venialia cum tali debito rectè comparaſſe dicatur, neceſſe eſt, vt peccata venialia nec ſint ex natura ſua mortalia, nec morte æterna digna.

Eamdem

Eamdem habet doctrinam Apoſtolus 1. Corinth. 3. v. 12. vbi etiam peccata venialia rebus natura ſua leuiſſimis comparat, ligno, fæno, ſtipulæ; & Epheſ. cap. 5. verſ. 3. cum ſex peccatorum genera cauenda eſſe monuiſſet, quæ videlicet apud Gentiles vix pro peccatis agnoſcebantur, fornicationẽ, immunditiam, auaritiam, turpia verba, ſtultiloquium, & ſcurrilitatem, de tribus prioribus tantùm ſubiunxit, eos, qui talia agunt, *non habere hæreditatem in Regno Chriſti, & Dei*. Quia licet tria poſteriora debeant quidem eſſe aliena à fidelibus, non tamen ex genere ſuo talia ſunt, vt iuſtitiam deſtruant, & excludant à Regno Cœleſti.

Quod præfatis, ac ſimilibus Scripturæ locis aduerſarij reſpondere ſolent, probari quidem eſſe aliqua peccata venialia, ſed non talia ex natura ſua, verùm habito reſpectu, vel ad prædeſtinationem, vel ad miſericordiam Dei illa pro mortalibus, qualia ſunt ex natura ſua, non imputantis, non ſolùm, vt patet ex dictis, violentum eſt textui, verum etiam traditioni contrarium, ex qua veteres Patres irrefragabiles illius teſtes, & cuſtodes vnanimiter docent hanc veritatem de diſtinctione venialis ex natura ſua à peccato mortali, & de illa intelligenda eſſe allatas Scripturas; cum enim de peccatis venialibus ſermonem habent, ea peccata venialia intelligunt, & ſignificare volũt, ex eo quod leuiſſima, minuta, & quotidiana vocant; minuta autem, & leuia rectè vocari nequeunt, quæ ex natura ſua reum æternorum ſuppliciorũ conſtituunt, licet ex miſericordia condonentur, aut non imputentur. Ex Græcis videri poſſunt Origenes homil. 35. in Lucam explicans illa verba capitis 12. *Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas*, & dicens, eos reddere nouiſſimum quadrantem, qui modicum debent. Ioannes Chryſoſtomus homil. 24. in Matth. vbi exponens illud cap. 7. *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui* &c. peccata venialia, quæ flagitijs opponuntur, delicta leuiſſima, & culpas paruulas appellat. Ex Latinis Tertullianus lib. de anima cap. 7. Cyprianus lib. 4. epiſt. 2. Ambroſius ad cap. 12. Lucæ. Hieronymus ad cap. 5. Matth. & lib. 2. aduerſus Iouinianum, qui peccata paria eſſe dicebat, vbi hæc ait: *Non tibi habebunt tantas gratias, quos de humili in ſublime leuas, quantum iraſcentur, quos propter leue, quotidianumque peccatum in exteriores tenebras retruſiſti.* Quibus ſanè verbis clarè oſtendit, leuia quotidianaque peccata, cuiuſmodi ſunt, vt ipſe ibidem docet, verba otioſa, non mereri ex natura ſua pænam gehennæ. Nam ſi tali pœna ea peccata digna eſſent, nulla fieret homini iniuria, ſi ob illa in exteriores tenebras proijceretur, neque iuſtè inde queri, vel iraſci poſſet. Sed nec leuia vllo modo ab illo, & cæteris Patribus nominari poſſent; ob quæ mereretur quis æternas inferni pœnas. Auguſtinus lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 26. nec non lib. de nat. & gratia adductis in medium Scripturis cap. 35. 36. & 37. quibus vſus fuerat in condendis canonibus 6. 7. & 8. Concilij Mileuitani ſcilicet, *Dimitte nobis debita noſtra*, & *ſi dixerimus, quia peccatum non habemus* ad definiendum, ſanctos, & iuſtos homines habere peccata quædam, quæ tametſi ſanctitati, & iuſtitię non repugnent, nihilominus verè & peccata ſint, & remiſsione indigeant: demum cap. 38. explicans, de quibus illæ ſint intelligendæ peccatis, nimirum de venialibus. *Ita*, inquit, *nec commemorandum fuit, ſi Abel, quamuis meritò iuſtus appellatus eſt, paulo immoderatius aliquando riſit, vel animi remiſſione iocatus eſt, vel vidit aliquid ad concupiſcendum, vel aliquando immoderatius poma decerpſit, vel pluſculo cibo crudior fuit, vel cum oraret, cogitauit aliquid, vnde eius in aliud auocaretur intentio, & quoties illi iſta, ac ſimilia multa ſubrepſerint*: huiuſmodi peccata venialia, quæ iuſtitiam non auferunt, expreſsè docet ideo talia eſſe, vel quia

in re

euiſsima conſiſtunt, vel quia ob-
t incautis. *Quia*, inquit, *ſæpè in*
nis, & aliquando incautis obrepit
m, & iuſti fuerunt, & ſine pecca-
fuerunt. Idem prorſus habet lib.
rit. & litter. cap. 36. ſerm. 41. de
s; & in Enchiridio cap. 22. & 71.
igitur, cur peccatum ſit veniale,
guaturque à mortali, non eſt,
on imputatur, licet imputari poſ-
aduerſarij vnanimiter docent,
umque proueniat talis non im-
, in quo diuiſi ſunt; ſed quia
muis à iuſto, vel iniuſto prędе-
, vel reprobo voluntariè fiat, in
atura ſua leuiſſima conſiſtit, vt
o ocioſo, in riſu nimio, in pluſ-
bi ſumptione, vel quia obrepit
s, vt euagatio mentis tempore
is, vt docet Auguſtinus, et Ca-
cum illo.

adhærendo Concilium Milleui-
videtur iſtam veritatem defi-
Canonibus citatis, provt illos po-
plicuit Diuus Auguſtinus præ-
oco, nec non Tridentinum ſeſſ. 6.
. de iuſtificat. & ſeſſ. 14. cap. 5.
et, in Confeſſione Sacramenta-
ta mortalia omnia, quæ menti
nt (poſt diligentem conſcientię
onem) eſſe neceſſario aperien-
ialia verò vtiliter aperiri, non
riò; demum in Bulla Pij V. per
ium XIII. renouata contra Mi-
Baium, propoſitio 25. damna-
eſt: *Nullum eſt peccatum ex na-*
veniale, ſed omne peccatum me-
nam æternam.

gitur non negemus, quod po-
Deus pro ſua voluntate, quædã
prohibere, nimirum ſub mor-
æ ex natura ſua non ſunt mor-
enim de facto nonnulla prohi-
uæ alioqui ex ſe nullo modo
la, vtique potuiſset etiam gra-
iqua interdicere, quæ ex ſe
ccata, vel mala venialia, Deum
ec ita ſe geſſiſſe, nec peccata
, vt ita ſe gereret, exegiſſe na-
quaſi digna pœna æterna, cla-

rè oſtendunt, quæ hactenus ex Scripturis, traditione, & Eccleſiæ ſenſu attulimus; perſuadentque inſuper ſequentes rationes; quarum prima deſumitur ex morali æſtimatione, & analogia ad res humanas: in quibus vt leuiora quędam errata ſunt, quæ non merentur apud iudices, & principes pœnam mortis; ſimiliter inter amicos non omnis offenſa cenſetur ſufficiens ad diſſoluendam amicitiam, ſed aliqua datur leuis iniuria, quæ ſeruata ſimpliciter amicitia contriſtare quidem aliquantum poteſt amicum, non eo tamen vſque, vt effici debeat inimicus, & offenſorem vſque ad mortem inſectari. Non omnes tandem morbi ſunt lethales: ſed aliqui citra mortis periculum corpus affligunt: ita quoque apud Deum, non omnia peccata ſunt digna ſempiterna morte; non omnia ſufficientia ad diſſoluendã amicitiam cum Deo, & extinguendam vitam gratiæ; ſed quædam ex propria natura, & leuitate ſua ab intrinſeco venialia ſunt, quantumuis voluntariè cõmiſſa, qualia ſunt mendacium iocoſũ, verbum otioſum, riſus immoderatus, &c. quæ propterea Diuus Auguſtinus citato ſerm. 41. de Sanctis ait, diuino iudicio ſola pœna temporali Purgatorij mulctanda eſſe, *Illo*, inquit, *tranſitorio igne (de quo dixit Apoſtolus, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem) non capitalia, ſed minuta peccata purgantur.* Et infra, eadem comparat cum puſtulis, & ſcabie, quæ non ſolùm non occidunt, ſed etiam ex natura ſua non ſunt morbi lehtales: *Quibus*, inquit, *peccatis licet occidi animam non credamus, ita tamen eam veluti quibuſdam puſtulis, & quaſi horrenda ſcabie replentia deformem faciunt, vt eam ad amplexus illius Sponſi cæleſtis, aut vix, aut cum grandi confuſione permittant.*

Altera ratio fundatur in explicationæ naturæ peccati venialis, & mortalis, ſiue quænam ſit propria ratio, & differentia vtriuſque; differentiæ enim, quod aliud tollat gratiam, aliud verò non; aliud mereatur pœnam æternam, aliud

tempo-

temporariam, vt docent Scripturæ, & Patres, licet ſint pluſquam ſufficientes, vt ex illis à poſteriori, & tanquam effectibus vniuſcuiuſque proprijs, nobiſque magis notis certò arguamus contra hæreticos, ea inter ſe diſtingui ex natura ſua, huiuſmodi tamen differentias nō eſſe primas inter peccatum mortale, & veniale, quin imo ex eo quod in ſe diuerſa ſunt, vel peccatum mortale eſt in ſe graue, veniale autem in ſe leue: mortalis eſt grauis offenſa Dei, veniale leuis; indè oriri præfatos effectus, clarè conſtat; proptereaque inueſtiganda eſt prima ratio differentiæ inter vtrumque peccatum, ſiue cur mortale ſit graue, veniale autem leue. Qua in re explicanda diuiſi ſunt Theologi 12. q.88. vbi videri poſſunt.

Nos interim aſſerimus cum D. Thoma citata quęſt. art. 1. ad 1. peccatum veniale, & mortale propriè, & primò inter ſe ex natura ſua differre, tanquam grauem, & leuem Dei offenſam; quod peccatum mortale ſit contra legem, veniale autem præter legem. Vndè ſic efformatur noſtra ratio: illa peccata diſtinguuntur ex natura ſua, quorum vnũ eſt ex ſe contra legem, aliud verò præter legem tantùm; ſed peccatum mortale ex ſe eſt contra legem, veniale autem præter tantùm; igitur ex natura ſua diſtinguuntur. Maior huius argumenti eſt certa, & prima minoris pars; ſecunda ergo, in qua eſt difficultas, probatur, ſiue explicatur. Supponendo 1. quod hic non eſt ſermo de peccatis venialibus, ita nonnunquam à cauſa dictis quia nimirum ex ignorantia, vel infirmitate committuntur, ratione cuius is, qui peccauit, ſolet dici miſericordia dignior; nec etiam ab euentu, quia per pœnitentiam expiantur; cum enim venialia primi generis non dicantur talia, vt diſtinguantur contra quodcumque mortale, ſed contra peccatum mortale ex malitia; nec etiam illa ſecundi generis opponantur abſolutè mortalibus, ſed ijs tantum, quæ reipſa nunquam remittuntur, ac per hoc ad mortem conducunt æternam; manifeſtè patet venialia his modis ſumpta non diſtingui à mortalibus ex hoc, quod iſta ſint contra, illa verò præter legem Dei. Tota ergo difficultas, procedit de venialibus, ita ex natura, & ratione peccati dictis, vtrum nimirum ſint tantùm præter, nō autem contra legem Dei.

Quæ venialia, ſupponendum eſt ſecundò, rurſus in duo genera diuidi; primum eorum ex genere ſuo talium, alterum eorum ex imperfectione operis. Venialia ex genere ſuo ſunt illa, quæ quantumuis deliberatè, & voluntariè fiant, habeantque pro obiecto rem malam, & inordinatam, legi tamen Dei, ſiue charitati eius, & proximi, non repugnant, quale eſt verbum otioſum, riſus immoderatus, & alia ſimilia. Quibus contraria ſunt peccata mortalia ex genere ſuo, vt periurium, furtum rei grauis, adulterium, & alia id genus, quæ apertè cum charitate Dei, vel proximi pugnant.

Venialia ex imperfectione operis ea dicuntur, quæ tametſi ex genere ſuo, ſiue intra proprium genus ad mortaliũ grauitatem pertingere poſſent, tamen ob imperfectionem operis venialia redduntur, quia videlicet ſola imperfectio operis facit, vt cum charitate non pugnare iudicentur. Quibus contraria ſunt mortalia ex parte agentis, quæ quidem ex genere ſuo venialia eſſe potuiſſent, & tamen ex diſpoſitione quadam peccantis mortalia ſunt, tale peccatum eſſet, ſi quis verbo otioſo Deum grauiter offendere intenderet, aut adeò delectaretur otioſis confabulationibus, vt paratus eſſet in ijs tempus conterere, etiam cum ex diuino præcepto aliquid ei neceſſario faciendum ſub culpa graui incumberet.

Hoc autem vltimum genus veniali ũ ex imperfectione operis in duo demum membra diſtingui ſolet; eorum videlicet, quæ fiunt, ex ſubreptione, cuiuſmodi ſunt primi motus cupiditatis, iræ, inuidentiæ, & alij ſimiles, quibus cum priùs in animo exiſtant, quam ratio plenè

liberare potuerit,eſſent ne admit-
, nec ne, vt deficit perfectè volun-
n, ita etiam, & eſſe perfectè pec-
. Alterum eſt eorum, quæ talia
x paruitate materiæ, vt furtum
oboli, vel alterius rei nullo, aut
mo pretio æſtimatæ; quantumuis
rfectè voluntaria.
rtiò ſupponendum eſt, cum dici-
ccatum mortale eſſe contra legẽ,
item veniale, ſumi poſſe legem
iter; primò pro ea, quæ ſimplici-
perfectè obligat, ac ſimiliter trãſ-
nem legis pro plena tranſgreſſio-
quo ſenſu videtur accipi Matt.19.
ad vitam ingredi, ſerua mandata;
oann. cap.1. *Si quis dixerit ſe dili-*
eum, & mandata eius non cuſtodit,
x eſt: Secundò ſumi poteſt lex
amplè, includendo etiam illam,
nperfectè obligat, & pariter ſu-
imperfectam quoque tranſgreſ-
legis.
bus ſuppoſitis, aſſerimus venia-
atura, & ratione peccati talia,
mque ſint generis, dici quidem
ſſe contra legem, aut præceptũ,
tur lex in ſecundo ſenſu; præce-
idem ſunt, non otiosè loquen-
furandi etiam in parua quanti-
in vniuerſum, rationis lumen
non eſſe peccandum venialiter,
ui ita peccat, contra hoc dicta-
it; illaque proindè definitio D.
ni lib.22. contra Fauſtum c.27.
n eſt dictum, vel factum, vel con
contra legem, poteſt in eodem
tendi quoque ad peccatum ve-
ecus autem, ſi ſumatur lex in
nſu, ſic enim ſolum peccatum
, dicitur eſſe contra, veniale
eter legem. Lex enim, v.g. non
, vt incipiam à peccato veniali
tate materiæ, non prohibet fur-
is oboli in ſpecie, ſed prohibet
n genere. Quia autem finis præ-
charitas, qui prohibet furtum,
iniuriam, & læſionem proxi-
rtum quidem rei notabilis, quo
læditur proximus, prohibet

ſimpliciter, ac perfectè; furtum autem rei minimæ, quo proximus non læditur niſi ſecundum quid, non prohibet niſi ſecundum quid. Indè furtum oboli ex paruitate materiæ, ſicut à lege ſimpliciter, ac perfectè tali non prohibetur, quæque conſequenter in omni rigore, atque antonomaſticè dici lex debeat, ita nec dici poteſt eſſe perfectè, ac ſimpliciter contra illam, ſed tantùm ſecundũ quid; quod ad diſtinctionem peccati mortalis, vocatur eſſe pręter legem. Quod autem de lege prohibente furtũ, exempli gratia adduximus, idem de cęteris legibus, vbi admittitur paruitas materiæ, intelligendum eſt, dicendumque venialia ex illa prouenientia non eſſe contra, ſed præter legem.

At multò magis talia ſunt, quæ venialia dicuntur ex genere ſuo; nam cùm ex dictis finis præcepti ſit charitas, & ex fine menſurentur pręcepta; ſi quod præceptum conſtituatur de re, quæ parum admodum ad eum finẽ ſpectet ex genere ſuo, cuiuſmodi ſunt pręcepta non ridendi immoderatè, non dicendi verbum ocioſum, & ſimilia, manifeſtè patet eorum quoque tranſgreſſionem ex ſe non eſſe perfectè contra legem, aut finem eius; ſicut etiam lex talia prohibens non eſt perfectè, & in rigore lex, ſed in ampla quadam ſignificatione, provt, ex dictis, lex includit etiam illã, quæ imperfectè obligat, & conſequenter ſumitur imperfecta quoque tranſgreſſio legis.

Maior difficultas eſt de peccatis venialibus ex ſubreptione, an dicenda ſint contra, vel præter legem? cum ex genere ſuo, materiæque quantitate ſint grauia, deſinantque ſolùm eſſe talia defectu perfecti voluntarij ad peccatum graue requiſiti; ſed hæc quoque aſſerimus non eſſe contra legem formaliter, ſed materialiter tantùm; vt enim lex ſimpliciter, ac perfectè aliquid prohibens, tanquam ſuo fini contrarium, dicatur ſimpliciter ac perfectè obligare, maximè in foro conſcientiæ, adeò vt illam tranſgrediens dicatur formaliter cõ-

tra illam agere, & conſequenter pecca-
tum graue committere, requiritur, vt
talis tranſgreſsio ſit voluntaria volun-
tario ſufficienti ad huiuſmodi peccatū,
nam vt ait Diuus Auguſtinus lib. de ve-
ra religione cap. 14. *Vſque adeo peccatū
voluntarium eſt malum, vt nullo modo ſit
peccatum, ſi non ſit voluntarium*; lexque
aliter ordinans non eſſet iuſta; ſed, vt
ſupponimus, peccatum, quod dicitur
veniale ex ſubreptione, non eſt perfectè
voluntarium, quantū ſufficit, vt ſit pec-
catum graue formaliter; igitur, licet di-
ci poſſit eſſe contra legem materiali-
ter, non tamen formaliter. Rectèque
proindè Theologi communiter cum D.
Thoma loco citato docent, peccata
venialia, cuiuſcumque tandem generis
ſint, non eſſe contra legem, ſed præter
legem, atque adeò non eſſe perfectè, &
ſimpliciter peccata, ſed imperfectè, &
ſecundum quid; cuius ſignum eſt eui-
dens à poſteriori, quod non excludunt
charitatem, nam alioquin hominibus
iuſtis in eſſe nō poſſent, vt fides docet;
cùm ex Diuo Auguſtino lib. de natura,
& gratia cap. vlt. charitas ſit vera, per-
fectaquè iuſtitia, *Qui autem diligit, le-
gem impleuit*, ait Apoſt. Rom. 13. Non
igitur ſunt peccata venialia propriè cō-
tra legem, nequè perfectè, ſimpliciter-
que peccata; quibus adhuc preſentibus,
legem abſolutè, & ſimpliciter implere
dicitur, qui illa committit. Dum au-
tem peccata venialia dicuntur eſſe non
contra, ſed præter legem, hoc intelli-
gendum non eſt mere negatiuè, eò pa-
cto, quo etiam actus indifferentes ſunt
præter legem: ſed aliquo modo priuati-
uè, id eſt cum aliqua oppoſitione ſaltē
imperfecta, vt explicuimus. Tantùm-
que ſufficiat ad probationem diſtinctio-
nis peccati venialis ex natura ſua à mor-
tali; iam ſuperſunt ſecundo loco refel-
lendi errores Caluini, & Lutheri in
hac materia.

Primùm enim, quod ait Caluinus
peccata venialia eſſe omnia peccata
prædeſtinatorum, mortalia verò pecca-
ta omnia reproborum, quaſi prædeſtina

ti, maximè poſt fidem ſuſceptam, quæ
ex ipſo ſemel habitā nunquam perit, le-
thaliter peccare non poſſint, falſum eſſe,
clarè demonſtrant plura Scripturæ exē-
pla. Primum Adami, qui certè præ-
deſtinatus erat, & nunc in cœlis glorio-
ſus regnat. Nam inter hæreticos nu-
merant Tatianum, qui negabat Adamū
ſaluum eſſe, Ireneus lib. 1. cap. 31. Ter-
tull. lib. de præſcript. hæret. Epiphan.
hæreſi 46. Auguſtin. lib. de hæreſ. c. 25.
Et tamen eundem Adamum lethaliter
peccaſſe, & verè à gratia Dei excidiſſe
docet Apoſtolus Rom. 5. *Per vnum ho-
minem peccatum in hunc mundum intra-
uit, & per peccatum mors*, non ſolum
corporis, ſed etiam animæ per amiſſio-
nem gratiæ, vt communiter docent SS.
Patres. Alterum eſt Sancti Prophetæ
Dauid, quem prædeſtinatum, fidelem,
& iuſtum in peccata mortalia, eaque
grauiſsima lapſum eſſe, & indè à gratia
Dei excidiſſe, ſed rurſus per pœniten-
tiam ad illam redijſſe teſtantur diuinæ
Scripturæ pariter, & Patres. Tertium
eſt Apoſtoli Petri, quem ſimiliter præ-
deſtinatum fuiſſe, & cum iam fidelis,
ac iuſtus eſſet, mortale peccatum gra-
uiſſimum commiſiſſe ter Chriſtum ne-
gando, & inſuper negationem iureiu-
rando confirmando, habetur ex ijſdem
Scripturis, & Patribus, Diuo præſertim
Auguſtino tract. 66. in Ioannem; ſalua
igitur fide dici non poteſt, vt vult Cal-
uinus, fideles prædeſtinatos lethaliter
peccare non poſſe; ſiue peccata venia-
lia dicenda eſſe omnia peccata præde-
ſtinatorum, mortalia verò peccata om-
nia reproborum, & in hoc præcisè di-
ſtingui inter ſe peccata venialia, &
mortalia.

Cui accedit manifeſta ratio ex ipſo-
rummet aduerſariorum ducta princi-
pijs. Quærendum enim ab illis eſt, an
ea peccata Adami, Dauidis, & Petri
voluntariè ab illis commiſſa ſimul cum
fide iuſtificante ſtare potuerint, nec ne;
ſi ſecundum reſpondeatur, ea videlicet
excuſsiſſe fidem iuſtificantem, iam per
hoc fateantur neceſſe eſt, lethalia fuiſſe,
quod

nos aſſerimus. Si verò reſpon-
, præfata peccata cum fide ſtare
ſe, ſequitur, poſſe homines ſemel
catos liberè quæcumque peccata
ittere, furta, adulteria, homicidia,
Iam ſi hæc in hominibus ſemel
atis cum ipſa fide iuſtificante
lunt, hoc ipſo à Deo non impu-
, nec tam ſunt venialia, & remit-
, quam reipſa condonata, atque
miſſa. Quare nemo non videt,
ſarios ad has tandem redigi angu-
vt vel concedere cogantur, poſſe
nes prædeſtinatos, & fideles pec-
ethaliter; propterea que non eſſe
a omnia prædeſtinatorum, poſt
ſemel ſuſceptam, venialia; vel
ſtinatis fidelibus; id eſt, verè fi-
s licentiam tribuant furta, adul-
homicidia, & alia id genus ſcele-
unè, ac liberè perpetrandi.
undo, quæ Lutherus, eiuſque ſe-
s in hac eadem materia aſſerunt,
m peccata venialia eſſe illa, quæ
non imputantur; quamuis ex ſe
ſint pœna æterna. Tum, illa
ta à Deo non imputari, quæ ſimul
nine cum fide, id eſt, cum fiducia
cordiæ conſiſtunt. Demum illa
eccata cum fide conſiſtere, quæ
uoluntaria. Non minus abſur-
t, & ab orthodoxa fide aliena.
enim peccata venialia eſſe ea
on imputantur, repugnat apertè
uræ; vbi, dum de peccatis venia-
gitur, ex conſenſu etiam Luthe-
m, edocemur, illorum à Deo re-
nem eſſe petendam Matth.6. *Di-*
nobis debita noſtra; nam vt poſt
lium Mileuitanum can.7. ait Tri-
um ſeſſ.6. cap.11. iuſtorum etiam
c *vox humilis, & verax*: non igi-
ſunt tecta, & condonata, vel non
ata, vt ipſi aſſerunt, ſed impu-
, & ligant, reoſque faciunt etiam
, licet facilè condonentur: quid
emiſsione illis opus eſſet, ſi non
arentur? Deindè propriè loquen-
n ideo peccatum aliquod eſt ve-
quia Deus illud ad reatum mor-

tis æternæ non imputat, ſed ideò Deus ita illud non imputat, quia veniale eſt, hoc eſt mitiori, ſeu temporali duntaxat pœna dignum. *Secundò* falſum eſt, illa peccata non imputari, ac per hoc eſſe venialia, quæ ſimul cum fide conſiſtunt; nam ſi res ita ſe haberet, manifeſtè ſequeretur nullum eſſe lethale peccatũ, præter infidelitatem, quæ vt ſola fidei opponitur, ita quoque illam ſola excludit, ac proindè furta, homicidia, adulteria, & alia id genus non eſſe peccata mortalia, quibus fidem non excludi, ſed cum ea cõſiſtere ſatis patet ex eo quod ſemper in Eccleſia latiſsimum diſcrimẽ habitum eſt inter hæreticos, & malos Catholicos, inauditumque in ea, quod ob furtum ſolum, vel adulterium, aut aliud ſimile peccatum Chriſtianus aliquis fidem amiſiſse, atque adeò infidelis, aut hæreticus factus fuiſſe dicatur. Nam, vt rectè ait Diuus Auguſtinus lib. quæſt. in Matth. quæſt.11. *In hæreticos, & malos Catholicos hoc intereſt, quod hæretici falſa credunt: illi autem vera credentes, non viuunt ita, vt credunt.* Quod idem habet lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas cap.18.

Si dicant aduerſarij, peccata quidem mortalia ſtare poſſe cum fide, ſi accipiatur pro aſſenſu certo, & indubitato rebus à Deo reuelatis adhibito; ſecus autem ſi ſumatur, vt illam accipiunt pro fiducia miſericordiæ propter Chriſtum, & quidem ſpeciali, qua vnuſquiſque certò credat, & confidat, ſibi Deũ propter Chriſtum eſſe propitium, ſed in iis, qui talem fidem habent omnia peccata eſſe venialia, ea autem abſente mortalia; hoc minimè ſatisfacit; præterquam enim fidem falsò collocant in eo, quod non eſt fides, fiducia videlicet miſericordiæ propter Chriſtum; & per illam hominem iuſtificari opinantur; vt dicetur infra agendo de iuſtificatione. Non videtur adhuc minus abſurdum dicere, quod cum præfata fiducia liberè quis, & impunè poſſit perpetrare omnia quantumuis grauiſſima ſcelera, eo quod illam habenti à Deo non impu-

imputantur, aut per illam venialia redduntur. Deinde, qui eſſent hæretici, grauiſſimoſque errores in rebus ad doctrinam fidei ſpectātibus haberent, quales ſunt Lutherani, Caluiniſtæ, Trinitarij, Anabaptiſtæ, & alij, ſalui fieri poſſent, dummodò ſibi certò perſuaderent ſe Deo propter Chriſtum eſſe cariſsimos, ac proindè haberent fidem illam ſpecialem, quæ apud eos iuſtificat, quā de facto ſe habere prędicant, quamque Lutherani conſequenter ad ſua principia illis denegare non poſſunt. Nam huic ſpeciali fidei ipſorum nō repugnat quælibet infidelitas, ſed ea ſolum, qua quis non certò credit ſibi Deum eſſe propitium; & cum illa omnia peccata ſunt venialia, proptereaque à ſalute minimè retardantia.

Tertiò tandem, quod aiunt, illa ſola peccata cùm hac fide conſiſtere, quæ ſunt planè inuoluntaria, omnino paradoxum eſt, tùm quia teſte Auguſtino loco ſuperiùs citato lib. de vera religione, cap. 14. *Vſque adeò peccatum voluntarium eſt malum, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium.* Tùm quia, dum pro finali ratione adducunt, cur peccatum aliquod cum fide ſimul maneat, & ſit veniale, aliud illam excludat, & ſit mortale, quod illud inuoluntarium eſt, hoc voluntarium; nihil eſt hoc aliud, quàm diſcrimen peccatorum venialium, & mortalium ad ipſam peccati rationem, & naturam reducere, atque adeò verbo ſolùm negare, quod reipſa affirmare coguntur; voluntarium ſiquidem eſſe, vel inuoluntarium ad ipſam peccati naturam, & rationem pertinet; Peccatum enim, quo magis habet voluntarij, eo magis eſt peccatum, quo verò minus habet, eo minus eſt peccatum; & ſi nullo modo voluntarium ſit, nullo modo, ex Auguſtino, peccatum erit; en quot aduerſarij à veritate Catholica deuiantes, abſurda, ſibique contraria, & pugnantia debent admittere.

Si autem aliquis inquirat, qua certitudine prędicta ſint tenenda? reſpondeo primò de fide eſſe, quod ſint quędam peccata leuiora, quæ de facto non mereantur pœnam æternam, non diſſoluunt gratiam, & amicitiam cum Deo, & rectè venialia appellantur, atque à mortalibus diſtinguntur. In hoc conueniunt aduerſarij nobiſcum.

Dicò ſecundò, non eſſe de fide, ſaltē quo ad nos, quod peccata venialia diſtinguantur ex natura ſua à mortalibus; etſi enim ſuperiùs allata tùm Scripturę, tùm Patrum teſtimonia id ſonare videātur, nullibi tamen expreſsè, & ſub his terminis ab Eccleſia definitum reperitur; Quare aduerſarij ex hoc præcisè, quod talem negent diſtinctionem, reputandi non ſunt hęretici, ſicut nec ex Catholicis Ioannes Gerſon de Vita ſpirituali, alphabeto 63. litt. A. Almainus tract. 3. Moral. cap. 10. & Ioannes Roffenſis contra artic. 21. Lutheri, qui pariter opinati ſunt, omne peccatum ex natura ſua mereri pęnam ęternā, atque adeò eſſe mortale; ſed Deum ex ſua miſericordia ſtatuiſſe, quædam peccata leuiora, v.g. verba otioſa, & ſimilia, non punire in æternum, & ſic ea reddidiſſe venialia; quamuis hæc ſententia ſit omnino, tanquam improbabilis, ac temeraria reijcienda.

Tertiò aſſero, contra fidem eſſe, omninoque hęreticum modum, quo Lutherani, & Caluiniſtæ explicant pręfatorum peccatorum diſtinctionem, manifeſtè enim aduerſatur definitioni Eccleſiæ in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. de iuſtificatione, can. 7. 9. 12. & 14. quibus expreſsè condemnantur aſſerentes, *Opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, quacumque ratione facta ſint, verè eſſe peccata, vel odium Dei mereri.* Item, *ſola fide impium iuſtificari, & fidem iuſtificantem nihil aliud eſſe, quàm fiduciam diuinæ miſericordiæ, peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua iuſtificamur.*

Nunc breuiter diluendę ſunt aliquę aduerſariorum obiectiones. Etſi enim non tam pugnent pro modo, quo in explicanda diſtinctione peccati mortalis à veniali vtuntur, quemque ſtatim dixi-

nus eſſe hęreticum; quàm contra-
nctionem eorumdem inter ſe ex na-
ſua, quia tamen huiuſmodi diſtin-
iem, tanquam Scripturæ, Sancto-
que Patrum, & Eccleſiæ ſenſui ma-
onformem, clarè demonſtrant ſu-
is ex illis adducta;eaque ſemel vn-
iaque ſtabilita, ſupradictos errores
es, aut ſimiles corruere neceſſe eſt;
illi opponuntur, vana eſſe conabi-
oſtendere.

ima igitur obiectio deſumitur ex
ullis Scripturæ locis, vbi abſolutè,
iuersè peccata dicuntur reum fa-
hominem maledictionis diuinæ,
ſque æternæ. Deuteron.27. *Ma-
us omnis, qui non permanſerit in
us, quæ ſcripta ſunt in libro legis*
. Ezechielis 18. *Anima quæ pecca-
pſa morietur*. Roman.6. *Stipendium
i mors*. Iacob. 2. *Qui offenderit in
ictus eſt omnium reus*. Matth. 5.
*go ſoluerit vnum de mandatis iſtis
is, & docuerit ſic homines, minimus
tur in regno cælorum*. Igitur pec-
enialia, cum ſint verè peccata-,
mnia ex ſe mortalia, ſolùmque
ericordia Dei venialia; Reſpon-
in his, & ſimilibus Scripturæ lo-
i peccantibus pœnæ comminan-
ernę, non agi de peccatis in vni-
,ſiue vt abſtrahunt à mortalibus,
alibus, ſed de ſolis mortalibus,
nt perfectè, & ſimpliciter pecca-
ibuſque proindè debetur pœna-
æternæ, quæ eſt ſimpliciter pœ-
potius pęnarum omnium grauiſ-
on autem venialibus, quæ tantũ
perfectè, & analogicè talia. Id-
ilè eſt probare, ex adiunctis,pręce-
bus, & ſequentibus præfatorum
n, ſi rectè perpendantur; nec nõ
inem contra aduerſarios; Quia-
eccata etiam venialia compre-
entur,ſequeretur homines iuſtos
peccata venialia non ſolùm poſ-
ere à vita gratiæ, verùm etiam
excidere; non enim Scripturæ
int, eum qui non permanſerit
eptis Domini, poſſe maledici, ſi
Deus voluerit, ſed iam eſſe maledictum:
neque dicunt, animam quæ peccauerit,
poſſe mori, ſi Deus imputare velit pec-
catum, ſed planè mori; & ſtipendium-
peccati non dicunt, poſſe eſſe mortem,
ſed reipſa eſse; neque aſſeritur, eũ qui
offendit in vno, poſſe fieri omnium reũ,
ſed factum eſſe omnium reum; aut qui
ſoluerit vnum de mandatis iſtis mini-
mis, & docuerit ſic homines, minimum
vocari poſſe in regno cœlorum, ſed ab-
ſolutè pronuntiatur, minimum, id eſt,
nullum, eum eſſe vocandum in regno
cęlorum. At ne ipſi quidem aduerſarij
concedunt, ob ſola peccata venialia ho-
minem iuſtum de facto maledici à Do-
mino; vel excidere à vita gratiæ; vel
fieri totius diuinę legis violatæ reum;
vel excludi ab hæreditate regni cęleſtis;
Scripturæ igitur illæ non de venialibus
delictis, ſed de mortalibus, ſeu de cri-
minibus tantùm intelligenda ſunt; ma-
lèque propterea adducuntur ab aduer-
ſarijs ad probandum omnia peccata eſ-
ſe ex ſe mortalia, æternorumque ſup-
pliciorum promeritoria, ſiue peccatum
veniale non diſtingui ex natura ſua à
mortali.

Altera obiectio fundatur in pręcepto
Chriſti Domini Matth. 22. *Diliges Do-
minum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.*
ita vt lethaliter peccet, qui huic præce-
pto non ſatisfacit: ſed qui vel minimũ
committit peccatum, illi non ſatisfacit;
igitur nullum datur peccatum veniale-
ex natura ſua diſtinctum à mortali.

Pro ſolutione huius argumenti no-
tandum eſt, dilectionem Dei *ex toto cor-
de* duobus modis intelligi poſſe; vno
modo; vt idem ſit *ex toto corde*, quod
ſuper omnia alia appretiatiuè, nihil Dei
amori anteponendo, vel adæquando;
altero modo, vt ſemper actu Deus co-
gitetur, & diligatur, & ſic animum Dei
amor occupatum teneat, vt nihil obre-
pere poſſit; quod ſit non ſolùm contra,
ſed præter Dei, vel proximi charitatem.
Quo prænotato reſpondetur, eum le-
thaliter peccare, qui dilectionis Dei pri-
mo non ſatisfacit modo; negamus autẽ
mino-

minorem, cum ſcilicet, qui leue committit peccatum, illi non ſatisfacere, aut tale peccatum repugnare obſeruantiæ legis hoc modo imperantis dilectionem ex toto corde; libenter tamen admittimus incompoſſibile eſſe cum dilectione poſteriori modo ſumpta; ſed hęc, cum propria ſit beatorum, nobis in hac vita propriè non imperatur, ita vt, ſi vel minimum committamus veniale peccatum, dicamur ſimpliciter, & abſolutè tranſgredi pręceptum dilectionis Dei, & ſic ex natura rei mortaliter ſemper peccare.

Tertiò obijciuntur nonnulla Patrum, ac præſertim Auguſtini loca, epiſt. 29. & lib. 9. confeſſionum cap. vlt. nec non lib. 2. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 3. vbi videtur ſignificare ob quodlibet peccatum homines damnandos fore, niſi miſericordia iudicium mitigaret. Item eadem epiſt. 29. epiſt. 168. concione 3. ſuper pſal. 118. tract. 12. in Ioannem; & tract. 1. in epiſt. eiuſdem docet multa venialia ſimul collecta damnare hominem: ex quo ſequi videtur, vt ſi pauca venialia non damnent, id fiat ex miſericordia Dei, non ex natura ipſius peccati.

Reſpondetur huiuſcemodi locorum explicationem repetendam eſſe ex ipſomet Diuo Auguſtino, qui in præfata epiſtola 29. ad Hieronymum non ſemel aſſerit, qui offendit in vno, fieri omnium reum, ex Diuo Iacobo, quia peccat contra charitatem; cum enim cætera mandata ad hoc vnum charitatis, vel dilectionis reuocentur, vt ait Apoſt. Rom. 13. hinc ſequitur, vt qui vnum aliquid mandatū ſimpliciter violat, conſequenter charitatem violet, totamque legem quodammodo, indèque efficiatur ita ſimpliciter tranſgreſſor legis, & reus mortis æternæ, ac ſi nullum vnquam præceptum obſeruaſſet; Quare ex mente S. Auguſtini, qui peccat falſa charitate, nō ita offendit; vt fiat omnium reus, pęnamque æternam mereatur. Sed idem Auguſtinus ibi clarè docet, peccata venialia committi à filijs Dei iuſtis, & charitatem habentibus, licet non tantam, quantam in patria cæleſti habebunt. Ex eo enim quod in hac vita charitas non eſt tam perfecta, quàm erit in futura, omnia peccata venialia committi dicit: Illa igitur, etſi conſiſtere non poſſint cum perfectione charitatis, quæ habebitur in Patria, abſolutè tamen cum charitate non pugnant, aut cum neceſſaria integritate illius; atque adeo non ſequitur, vt qui venialiter offendit in vno, fiat omnium reus; aut quod venialia ex ſe mereantur mortem æternam, niſi miſericordia iudicium temperaret.

Vnde reſpondetur in duobus primis locis locutum fuiſſe Auguſtinum de pœna Purgatorij, quæ acerbiſſima eſt, & quam vix vlli iuſti homines, niſi ex magna Dei miſericordia euadunt, ita vt recta ex corpore ad cęlum eorum animæ tendant. Hoc autem ita eſſe patet ex eo, quod oraturus pro anima matris ſuę, cuius virtutes ſummoperè cōmendauerat; ne quis fortè inde miraretur, quod pro ea oraret, reddit rationem dicens; *Væ etiam laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam*: vbi ſi illud *væ* reſpiceret damnationē ęternam, non autem ſolas Purgatorij pęnas, non fuiſſet ratio, cur pro defuncta matre orandum fuiſſet: neque enim pro damnatis orare licet. Ad alterum locū ex lib. 2. de peccat. merit. & remiſſ. vbi ait: *Quis cum ſpe aliqua adipiſcendæ ſalutis ęternæ, de hac vita migraret, manente illa ſententia, quod quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus, niſi poſt paululum ſequeretur, ſuperexaltat autem miſericordia iudicio*? reſpondetur debere intelligi de peccato mortali, quod etiamſi vnicum, & minimum ſit ſufficit ad æternā hominis damnationem. Quia autem nemo certò ſcit, an non habeat aliquod eiuſmodi crimen; & ſi habeat, an ad Dei gratiam per veram pęnitentiam redierit; rectè ait Auguſtinus, quod nemo, quantumuis cætera alia obſeruaſſet mandata, cum ſpe aliqua adipiſcendæ.

dæ ſalutis æternæ,de hac vita migraret, manente præfata Diui Iacobi ſentētia, niſi ſciret ſe bonum habere Dominum, & ſperaret per infinitam eius miſericordiam hoc vnicum, & minimum lethale peccatum iam eſſe ſibi dimiſſum.

Ad alia eiuſdem Sancti Auguſtini loca, quibus docet multa peccata leuia ſimul collecta occidere, & damnare hominem,non ſecus atque vnum graue ſcelus. Reſpondetur primò nihil fauere aduerſarijs, qui vel minimum veniale peccatum aſſerunt ex natura ſua eſſe mortale, & non ſolam eorum collectionem. Secundò reſpondetur, non ſic eſſe ibi intelligendum Auguſtinū, quaſi voluerit multitudinem peccatorū venialium, dum venialia maneat, æquari poſſe vni mortali, vt ſi pauca non damnent, id fiat ex miſericordia Dei, non ex natura ipſius peccati; ſed mens eius ſolùm fuit, multa venialia, ſi contemnantur, & negligantur,præſertim ſcienter, paulatim diſponere ad mortale crimen, indeque ſequentes æternas pœnas; vt communiter ex illo Eccleſiaſti. cap. 19. *Qui ſpernit modica, paulatim decidet*, docent Patres; *Si curare parua negligimus*, inquit S. Gregorius lib. 10. Moral. cap. 14. *inſenſibiliter ſeducti, audenter etiam maiora perpetramus*.

Quartò, & vltimo obijciunt. Peccato veniali eædem, quæ mortali conueniunt conditiones; igitur peccata, quæ dicuntur venialia, non diſtinguntur ex natura rei à mortalibus, ſed ſolùm ex miſericordia Dei. Probatur antecedens. Primò,quia peccatum veniale infinitam habet, ſicut mortale, malitiam. Secundò, quia non videtur minus irremiſſibile, quam mortale, cum eius quoque remiſſio fieri non poſſit ſine gratia Dei: quod autem ex gratia Deus facit, poteſt ſine dubio non facere. Tertiò, quia Deus ſine nota iniuſtitiæ, peccatum veniale, æquè ac mortale punire poteſt pœna mortis æternæ, ſi quidem malum culpæ etiam leuiſsimæ, maius eſt quolibet malo pœnæ etiam grauiſſimæ; ſi igitur ita non punitur de facto, miſericordiæ Dei, non autem naturæ peccati venialis tribuendum eſt, quaſi alia ſit eius, ac mortalis conditio.

Reſpondetur ad hoc argumentum negando antecedens. Ad cuius primā probationem dicendum eſt,falſum eſſe, quod peccatum veniale habeat malitiā infinitam, cum non auertat hominem à Deo Summo,& infinito bono. Ea enim ratio eſt, cur peccatum mortale dicatur infinitam habere malitiam, quia mutat vltimum finem, ac facit, vt homo relicto Deo, qui verè eſt infinitus, in rem creatam,vt in ſuum finem vltimum conuertatur hoc pacto,non quidem effectiuè, ſed affectiuè deſtruens Deum, vt docet Chriſoſtomus homil. 4. in Matth. ſuper illa verba, *Quærentes eum tenere*; vbi ait, *Homo malus quantum ad voluntatem ſuam manus mittit in Deum, & Deum occidere tentat*. Vndè quod communiter aſſeritur, ne quidem vel minimum peccatum veniale committi debere, ad bonum etiam infinitum adipiſcendum, non ea eſt cauſa, quia ſit ipſum quoque malum infinitum, ſed quia eſt ita malum ex natura ſua, vt non poſsit vllo modo fieri bonum, adeòque non ſit eligibile, neque medium ad vllum bonum conſequendum.

Ad ſecundā probationem, vt reſpondeamus,notandum eſt in peccato veniali duo poſſe conſiderari; primò deformitatem, ſiue maculam, quæ ex eo relinquitur in anima; ſecundò reatum pœnæ ob iniuriam Deo illatam. Iterum poſſe quoad vtrumque; dici irremiſſibile, vel per ſe, vel per accidens, quatenus, vbi in homine peccatore reperitur,irremiſſibile eſt, niſi remittatur peccatum mortale: Quo ſuppoſito, negamus peccatum veniale eſſe æquè, ac mortale irremiſsibile ex ſe, quoad reatum culpę, & pęnæ. Si quidem deformitas, quam infert peccatum mortale prouenit ex amiſsione gratiæ, quæ eſt vita ſpiritualis animæ;& quia nemo poteſt ſeipſum à morte reuocare, indè peccatum mortale, quod tollit principium vitę, id eſt gratiam, ex natura ſua dici-

tur

tur irremiſsibile, in quantum, vt remittatur, neceſsaria eſt noua Dei gratia, non ſolùm ſumpta pro liberali condonatione Dei, verùm etiam pro habitu gratiæ in anima inhęrente. At peccatum veniale, cum non excludat gratiam Dei, atque adeò non tollat principium vitę ſupernaturalis, ſed tantùm impediat aliquo modo feruorem charitatis, quod ſpectat ad maculam, vel deformitatem inde reſultantem, conſiſtentemque in priuatione huiuſmodi feruoris, non eſt ex natura ſua irremiſſibile, ſed remiſſibile, ſiquidem relinquit in homine habitum gratiæ, & charitatis, ex cuius actu, qui ſimpliciter eſt in poteſtate hominis iuſti, talibus habitibus præditi, facilè remitti poteſt. Si autem ex ſe nō eſt irremiſsibile, quo ad reatum culpę, minus quo ad reatum pœnę ad illam ſubſequentis; ſicut enim peccatum mortale per ſe inducit reatum pœnę æternę, quia per ſe eſt irremiſsibile, quo ad reatum culpę, ob totalem gratiæ per eam amiſsionem; ita per oppoſitum peccatū veniale, cum ex ſe non ſit irremiſſibile quoad reatum culpæ, non inducit per ſe reatum pœnæ æternę, ſed tantùm temporalis. Vndè quando in argumento dicitur, peccatum veniale remitti nō poſſe ſine gratia Dei, atque adeo poſſe nunquam remitti, quia quod ex gratia Deus facit, poteſt non facere; reſpondendum eſt, vel gratiam accipi intrinſecè, pro habitu videlicet animæ inhærente, eamque ſanctificante; vel extrinſecè, pro liberali condonatione pœnæ. Et quidem, ſi primò ſumatur modo, libenter admittimus abſque gratia peccatum etiam veniale remitti non poſſe; ſed eam gratiam iam habet homo iuſtus, qui peccatum veniale expiare debet, proindèque noua non eget infuſione gratiæ, vt diximus. Si verò gratia accipiatur ſecundo modo pro liberali condonatione pœnę, fatendum eſt poſſe quidem Deum abſolutè illam non condonare, quod enim ex gratia facit, poteſt abſolutè non facere, ſecus autem ſtante pacto, & promiſsione; qua adhuc deficiente, ſique vellet Deus non remittere, ſed omnino exigere pœnam peccati venialis ab eo, qui culpam ipſam venialem per actum dilectionis expiaſſet; temporalem ſolùm, non autē æternam repetere poſſet pœnam.

Vtrum autem peccatum veniale, vt mortali coniunctum, ſit per accidens irremiſsibile, ſempiternoque puniendum ſupplicio, quatenus contingere poteſt, vt decedens quis in peccato mortali non remiſſo, habeat ſimul peccata venialia, quæ licet ſecundum ſe mereantur ex dictis temporalem dumtaxat pænam, dubitari tamen poteſt, ob coniunctionem cum mortali, & ob ſtatum damnationis, an ſaltem per accidens punienda quoque ſint in æternū; diſputant inter ſe Doctores Catholici ſalua fide. Diuus enim Thomas, & eius diſcipuli 12. quæſt. 87. art. 5. ad 3. docent veniale peccatum, etiam ſi fuerat antea remiſſum quo ad culpam, ſed reliquerat alicuius pœnæ reatum, & poſtea lapſus homo fuerit in mortale, in eoque deceſſerit, plectendum eſſe per accidens pœna æterna. Scotus verò in 4. diſtinct. 21. quæſt. 1. & alij ex aduerſo volunt pœnam peccati venialis, etiam non remiſsi quod culpam, licet coniuncti cum mortali, & in inferno, habituram ſuo tempore finem, iuxta meritum intrinſecum ipſius peccati venialis: quia Scotus putat non ſolum pœnam, ſed etiam culpam venialem, penitus remitti, & deleri per ſolutionem, & paſsionem condignæ pœnæ.

Durandus autem in 4. diſtinct. 21. quæſt. 2. ſub diſtinctione reſpondet, peccatum ſcilicet veniale, ſi non fuerat remiſſum quo ad culpam, puniendum fore pœna æterna; ſi remiſſum fuerat, ſed reliquerat alicuius pęnæ reatum, puniendum fore tanta ſolummodo pœna temporali, cuius reatum reliquerat. Et diſtinct. 22. quæſt. 1. num. 11. ſic declarat, peccata mortalia prius remiſſa quo ad culpam, relicto tamen reatu pœnæ temporalis, non redire quo ad æternitatem pœnæ per ſequens mortale pec-

ccatum, ſed punienda adhuc eſſe
ferno ſola ipſa temporali pœna.
quibus videri poſſunt interpretes
citato 1.2.
d tertiam,& vltimam probationem
nus Deum æquè poſſe æternali-
unire peccatum veniale, ac mor-
Etſi enim poſsit quidem Deus de
ſuis facere, quicquid placuerit,
olum hominem, qui venialiter
uit, interficiendo, aut in nihilum
endo, ſed ipſoſmet etiam iuſtos,
atos; atque hoc pacto ſe ſupremū
re Dominum; nihilominus tamē,
it iuſtus etiam iudex, nequit iu-
nire peccatum quodlibet venia-
na omnium grauiſsima, quæ eſt
æterna. *Nam*, ſicut rectè ait D.
ſtinus lib. 3. aduerſus Iulianum
8. *Bonus eſt Deus, iuſtus Deus; po-
quos ſine bonis meritis liberare,
onus eſt: non poteſt quemquam ſine
meritis damnare, quia iuſtus eſt.*
ſſumus & nos dicere in preſenti
bonus eſt Deus, iuſtus eſt Deus:
aliquos ſupra condignum præ-
,quia bonus eſt: non poteſt quē-
ſupra condignum punire, quia
eſt; ſaltem loquendo de poten-
linaria, vt contingeret, ſi quodli-
ccatum veniale æternis caſtiga-
plicijs. Quando ergo dicitur,
ulpa etiam leuiſsima eſt maius
, quam ſit pœna quæcumque
grauiſsima, non ita accipiendum
uaſi propterea debeatur maxima
euiſsimæ culpæ; hoc enim eſt
rationem iuſtitiæ; ſed quia cul-
malum ſimpliciter, nulloque
ligibilis; pœna autem eſt ma-
, cui infligitur, non tamen ſim-
, quin etiam bona, & iuſta dici
eſt eligibilis ad vitandum ma-
lpæ; adeo vt mors potius appe-
it, ſi detur optio, quam otioſum
i proferendum. Et hæc ſufficiant
enti controuerſia, quem tra-
heologi loco ſæpius citato 1. 2.

CAPVT IX.

Statuitur aduerſus Lutherum, & Caluinum, eorumque ſequaces, Deum non eſſe cauſam, vel authorem peccati.

PRætermiſſo errore Marcioniſtarum apud Irænæum lib. 1. cap. 29. Cerdoniſtarum apud Tertullianum lib. de præſcript. Manichæorum apud Auguſtinum lib. de hæreſibus cap. 49. Priſcillianiſtarum apud Leonem in epiſt. ad Turibium cap. 6. Albigenſium apud S. Antoninum 4. par. Summæ Theologicæ tit. 15. cap. 7. §. 5. qui duo ſumma principia, ac veluti duos Deos, vnum bonum, alterum malum commiſcentes, referebant quidem in iſtum primariam peccati cauſam, ſed illum non Deum, verùm diabolum, aut certè Deum non bonum, ſed malum vocabant. Primus, qui Deum, & bonum Deum authorem malorum, id eſt, ſcelerum, impietatum, flagitiorumque noſtrorum auſus eſt dicere, fuit, ex Vincentio Lirinenſi, Simon Magus, non ea tamen ratione, quod velit, aut imperet, aut etiam efficiat illa, ſed eam nobis dederit naturam, quæ non poſſit non peccare. Idem etiam docuit Florinus quidam apud Euſebium lib. 5. Hiſtor. cap. 20.

Hanc hæreſim, horrendamque blaſphemiam dudum ſopitam hoc noſtro ſæculo ſuſcitarunt Lutherus art. 16. à Leone X. damnato, vbi expreſsè ait; *Deum in impijs mala opera facere*, & clarius Philippus Melanchthon in cap. 8. ad Roman. docens, *omnia fieri à Deo, ſiue bona, ſiue mala, & adulterium Dauidis, atque proditionem Iudæ non minus eſſe propria Dei opera, quam conuerſionem Pauli, & Magdalenæ*. Qui tamen poſtea in locis communibus poſterius editis anno 1536. ſententiam hanc retractauit, titulo de cauſa peccati. Deinde Libertini in Friſia, aduerſus quos ſcripſit Caluinus duos libros, quorum alter inſcribitur: Inſtructio contra Li-

bertinos, alter eſt epiſtola ad Rotomagenſes; è quibus Cardinalis Bellarminus, quoniam huius ſectæ, cuius authores fuere Coppinus, & Quintinus, Sutores Flandri, alij non habentur hiſtorici, nouem præcipuos refert errores tom. 4. lib. 2. de ſtatu peccati c. 1. quorum primus erat, quæcumque videntur fieri ab hominibus, fieri à Deo, ſiue bona, ſiue mala; ſecundus, non eſſe reprehendendos eos, qui occidunt, furantur, & mechantur, quia hoc eſſet Deum ipſum arguere; tertius, peccatũ nihil eſſe, præter meram opinionem, cum Deus illud faciat, qui nihil mali poteſt facere.

Etſi autem Caluinus tum editis pręfatis libellis, tum etiam alibi, in præfatione libri de æterna prædeſtinatione, & in fine eiuſdem libri; lib. 1. inſtitut. cap. 17. §. 3. horrendam iſtam blaſphemiam deteſtari videatur, quæ refert in Deum actiones malas; in eadem nihilominus ſententia ipſum fuiſſe clarè teſtantur in primis libri, quibus multi Lutherani, vt Heshuſius, Caſtalio, & alij, illam vt ipſius refutarunt, deindè, quod diſputando contra Catholicos, meram Dei permiſſionem reſpectu peccati admittentes, apertè aſſeruit, Dei voluntate, & decreto fieri peccata, Deum authorem eſſe omnium flagitiorum, non permiſſorem. Verba eius ſunt lib. 1. inſtitut. cap. 18. §. 3. *Et iam ſatis apertè oſtendi, Deum vocari omnium eorum authorem, quæ iſti cenſores volunt otioſo tantum eius permiſſu contingere.* Tandem id ipſum ſequitur ex his, quæ ipſe, & eius ſequaces, docent de cauſa peccati ex parte Dei. *Primò* eum ab æterno nõ ſolùm præſciuiſſe, & permiſiſſe; ſed etiam efficaciter voluiſſe, ordinaſſe, prædeſtinaſſe, vt Adam peccaret, & totam poſteritatem in ruinam ſecum pertraheret, lib. 3. Inſtitut. cap. 23. §. 4. & 7. *Secundò* ab æterno quoque voluiſſe, ordinaſſe, ac prędeſtinaſſe, vt alia peccata fierent, quæ quotidie committuntur ab hominibus, lib. 1. Inſtitut. cap. 18. §. 1. lib. 3. cap. 25. §. 6. & 9. *Tertiò*, vt hoc decretum executioni mandetur, Deum quotidie mandare, vrgere, & impellere Sathanam, vt maleficia concipiat, & homines ad peccandum inducat, lib. 1. Inſtitut. cap. 18. §. 1. & 2. lib. 3. cap. 4. §. 2. & 5. *Quartò*, occulta vi mouere, & neceſſitare miſeros mortales, ad omnia flagitiorum genera, lib. 1. Inſtitut. cap. 18. §. 2. & 4. lib. 3. cap. 23. §. 9. *Quintò*, denique, ipſum nobiſcum peccata noſtra operari; eoque magis ipſum, quam nos, quod ipſe ſit principale agens, & operans; nos mera ſolum inſtrumenta lib. 1. Inſtit. cap. 17. §. 5. cap. 18. §. 1. & 2. lib. 3. cap. 4. §. 2. Ex his, inquam, & ſimilibus manifeſtè ſequitur, Deum verè, & propriè eſſe authorem peccatorum, quæ fiunt ab hominibus; ſique interdum, ne inuidiam tam horribilis blaſphemiæ ſubeant, id verbo negare videantur, eos tamen reipſa ſentire, quod palam affirmare, vel profiteri non audent, pluribus demonſtrat Cardinalis Bellarminus loco ſuperius citatò.

Igitur contra hunc portentoſum Caluiniſtarum errorem, perpetua ſemper, & conſtans fuit Eccleſiæ fides, Deum ſcilicet, ita eſſe authorem mali pœnæ, quod alij negarunt hæretici apud Auguſtinum libro de hęreſibus, hæreſi 63. vt tamen nequaquam ſit author, vel cauſa mali cúlpæ, ſeu peccati. Expreſſa huius veritatis definitio habetur in Concilio Arauſicano cap. 23. *Suam*, inquit, *voluntatem, non Dei, faciunt homines, quando agunt quod Deo diſplicet* cap. 25. *Aliquos verò ad malum diuina poteſtate prædeſtinatos eſſe, non ſolam non credimus, ſed etiam ſi ſunt, qui tantum malum credere velint, cum horũ deteſtatione illis anathema dicimus.* Tum Valentino ſub Lothario cap. 3. docente, *mala non eſſe ex Dei voluntate, & prędeſtinatione*; & nouiſſimè in Tridentino ſeſſ. 6. can 6. *Si quis dixerit, non eſſe in poteſtate hominis, vias ſuas malas facere, ſed mala opera, ita vt bona Deum operari, non permiſſiuè ſolum, ſed etiam*

propriè

propriè, & per ſe, adeò vt ſit proprium eius opus non minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli, anathema ſit.

Innumera autem ſunt Scripturæ loca, quibus hæc innititur Eccleſiæ fides, ac definitio, *Primum* illa, vbi Deuteronomij cap. 32. dicitur: *fidelis Deus, & abſque vlla iniquitate*; ad Romanos 9. *Nunquid eſt iniquitas apud Deum? abſit*: Ioann. 10. *Ego ſum via, veritas, & vita*; quæ certè verificari non poſſent, ſi Deus aut per ſeipſum peccare, aut in alijs eſſe poſſet propriè, & poſitiuè cauſa peccati formaliter, vt morale malum eſt. *Secundò*, vbi prædicantur omnia opera Dei iuſta, & ſancta Geneſ. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*; Pſal. 144. *fidelis Deus in omnibus verbis ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis*. Si enim aliqua ex ijs eſſent mala, & peccata, nō eſſent omnia bona, ſancta, & iuſta, vt ſatis patet. Sapient. 11. *Nihil odiſti eorum, quæ feciſti*, at certè Deus odit, abominatur, & deteſtatur peccata, vt mox dicetur; ergo non ipſe eſt peccatorum cauſa, aut ea reputanda ſunt inter eius opera. *Tertiò*, vbi aſſeritur, Deum nolle peccatum, ſed illud odio proſequi Pſal. 5. *Non Deus volens iniquitatem tu es*; & Pſal. 72. *Odiſti omnes, qui fornicantur abs te.* Sapient. 14. *Odio ſunt Deo impius, & impietas eius. Quartò*, nolle mortem, vel damnationem cuiuſquam, Ezechiel. cap. 8. verſ. 23. *Numquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus Deus; & non vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat.* Oſeæ 13. *Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum.* 2. Petri 3. *nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Quintò*, peccatum eſſe proprium creaturæ, ſiue non eſſe à Deo, ſed à dæmone, mundo, & carne, ad Galat. 5. v. 7. *Currebatis benè: quis vos impediuit veritati non impedire? Perſuaſio hæc non eſt ex eo, qui vocat vos.* 1. Ioann. 2. verſ. 16. *Quoniam omne, quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt.* cap. 3. verſ. 8. *Qui facit peccatum ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. Sextò*, Deum non imperare, imo ſeueriſſimè prohibere omnia peccata, Eccleſiaſtici cap. 15. verſ. 21. *Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi: non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium, & in utilium.* Ieremie 15. verſ. 5. *Et ædificauerunt excelſa Baalim, ad comburendos filios ſuos igni in holocauſtum Baalim; quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor eorum. Septimò*, eum neminem tentare, ſeu quod eodem recidit, nemini obiectum peccati proponere, aut ad illud allicere; in hoc enim eſſentialiter conſiſtit tentatio ad malum, Eccleſiaſtici cap. 15. verſ. 11. *Non dixeris; per Deum abeſt: quæ enim odit ne feceris. Non dicas: ille me implanauit: non enim neceſſarij ſunt homines impij:* Iacob. 1. verſ. 13. *Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt: ipſe autem neminem tentat.* Quod ſi neminem tentet, & ad peccatum alliciat, multo minus flectet, & impellet hominum voluntates ad peccandum, tantumque abeſt, vt nos tentet, quinimmo non permittit nos tentari ſupra vires, dicente Apoſtolo 1. Corinth. 10. *Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* Cum autem ex Auguſtino lib. 2. de conſenſu Euangeliſt. c. 3 duplex ſit tentationis genus, vnum ad probandum, alterum ad ſeducendum; de hoc vltimo eſt ſermo locis citatis, vbi dicitur *Deus intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat*; nam de priore ſcriptum eſt Geneſ. 22. *Tentauit Deus Abraham. Octauò* tandem, & vltimo loco ſunt illa Scripturę teſtimonia, quibus habetur Deum hortari homines ne obdurent corda ſua Pſal. 94. *Nolite obdurare corda veſtra*; item inuitare ad ſe omnes, Matth. 11. *Venite ad me omnes*; pulſare ad oſtium cor-

dis, Apocalipſ. 3. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo*.

Igitur ni Scripturam,imo Deum ipſum ſibi eſſe cōtrarium dicere velimus, vbi in illa vocatur author mali, intelligenda eſt de malo pœnæ: Iſaię 45. *Ego Dominus faciens pacem, & creans malum*; id eſt,bellum. Ierem.14. *Inducam ſuper eos mala*, id eſt, afflictiones. Amos 3. *Non eſt malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus*. Non autem de malo culpæ, ſeu de peccato, reſpectu cuius eſt cauſa tantum permiſſiua,ſi ſumatur formaliter; nam pro materiali, ſeu quo ad entitatem eius phyſicam, realem, Deū concurſu generali in ratione cauſæ primæ, & vniuerſalis, illam efficere ſimul cum cauſa creata libenter admittunt Doctores Catholici, non ſolùm in vniuerſali dicentes, Deum concurrere immediatè ad omnem actionem cauſæ ſecundæ, ſed in ſpeciali etiam id explicantes de actibus prauis. Iuxta quæ debent exponi alia Scripturæ dicta, in quibus videtur Deus nominari cauſa, vel author peccati, diciturue mouere, & inducere homines ad quędam opera mala; quia nimirum illa permittit, ad eorumque entitatem realem materialem concurrit, nec non etiam in bonum conuertit; *Vos cogitaſtis de me malum*, inquit Ioſeph ſuis fratribus Geneſ. 50. 20. *Sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis, & ſaluos faceret multos populos*. Vt enim rectè docet Auguſtinus Enchirid. cap. 100. *Non ſineret bonus fieri male, niſi omnipotens etiam de malo facere poſſet benè*; eodemque ſenſu ait in Pſalm. 54. *Ne putetis gratis malos eſſe in hoc mundo,& nihil boni agere de illis Deum: omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur*. Et lib.12. de Ciuitate Dei cap.1. *Multa quidem fiunt à malis contra voluntatem Dei: ſed tantæ eſt ille ſapientiæ, tantæque virtutis, vt in eos exitus, ſiue fines, quos bonos, & iuſtos ipſe praſciuit, tendant omnia, quæ voluntati eius videntur aduerſa*. Quibus luce meridiana clarius conſtat, efficientiam Dei, quæ in peccatoribus, quando peccant, reperitur, non eſſe reſpectu deformitatis ipſius peccati, alias dici non poſſent facere contra voluntatem eius, ſed vel reſpectu finis boni, in quem ſolet peccata à ſe permiſſa, ſeu quæ non impedit, reducere, vel reſpectu ſubſtantiæ actus ipſorum peccatorum,ad quem efficienter concurrere diximus.

Verbo Dei ſcripto pro hac veritate accedit traditum; veteres enim Patres irrefragabiles eius teſtes, ac cuſtodes ita illam docent,tanquam diuinitus reuelatam, & de illa intelligendam eſſe ſcripturam in allato, tanquam in proprio, & genuino ſenſu. Ex Gręcis Sanctus Dionyſius Areopagita lib. de diuinis nominibus cap. 4. Iuſtinus in orat. 1. ad Gent. & dialogo cum Tryphone verſus finem. Irenæus integrum opus aduerſus Florinum ſcripſit, cuius meminit, & aliqua refert verba Euſebius lib. 1. hiſt. cap. 19. Clemens Alexandrinus lib. 1. Sromat. circa medium, nec non lib. 1. Pedagogi cap. 8. item lib.4.& 5. Origenes lib. 4. contra Celſum poſt medium, & lib. 6. explicans illud Iſaiæ, *Ego ſum, qui facio pacem, et conſtruo mala*. Euſebius Cæſarienſis lib. 6. de præparat. Euangel. cap. 5. & 9. Sanctus Athanaſius in orat. contra Idola verſus principium. Sanctus Baſilius in homil. 2. de opere ſex dierum; & homil. 9. integra, *quod Deus non ſit author malorum*, vbi atheiſmum eſſe docet hoc ſentire. Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Iulianum ante mediū; Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 2. Gregorius Nyſſenus lib. 7. Philoſophiæ cap. 1. & orationis Catecheticæ cap. 7. Epiphanius contra Caianos hæreſi 38.& 66. contra Manichæos. Ioannes Chryſoſtomus homil. 3. in Geneſ. & homil. de interdictione arboris ad Adam; *Manifeſtum eſt*, inquit, *Deum noluiſſe Adam peccare, qui voluit eum ante peccatum praſtruere. Potuit Adam & Deo parere, quod noluit: & conſentire diabolo, quod maluit*; item homil. 23. in acta

Apoſtol. 13. in 1. ad Corinth. & xplicans verba Chriſti Matth. 18. *ſe eſt, vt veniant ſcandala.* Ioannes anus collat. 6 cap. 5. & collat. 8. 6. Cyrillus Alexandrinus in cap. ſaiæ, & lib. 3. in Iulianum circa ium, vbi aſſerit Deum ſcire bonũ, alum, ſed bonum theoricè, & pra-, quia ſemper benè operatur; ma-autem theoricè, & non practicè, nunquam malè operatur. Iſidorus ſiota lib. 1. epiſt. 240. Theodore-b 5. de natura hominis; *Si bonus eus* &c. quæſt. 37. in Deuteron. & . 5. ad Græcos, vbi adducit teſti-ium Platonis, & aliorum. Proco-Gazæus ad cap. 1. Geneſ. Anaſta-ynaita lib. 11. Examerou Ioannes aſcenus lib. 2. Orthodoxæ fidei 30. lib. 4. cap. 20. & dialogo ad-s Manichæos. Elias Cretenſis in 1. & 3. Nazianzeni. Leo Philo-us Imp. epiſt. ad Omarum Sarace-n regem. Theophilactus ad c. 13. h. explicans illa verba, *quia viden-n vident* &c. *hoc eſt*, inquit, *à Deo vt natura intelligere poſſint, non t voluntariè* &c. Oecumenius ad . epiſt. ad Rom. explicans illud, *quidem vas in honorem, ad ignomi-aliud*. Euthymius ad cap. 6. Matth. cãs illud, *Et ne nos inducas in ten-em*, ac ſi diceret, *ne permittas nos i* &c. item ad cap. 19. *Aiunt qui-quod ſi omnia à Deo ſunt, vtique ere malum Deo poſſibile eſt. Quibus cimus, quod facere malum non eſt ia, ſed impotentiæ.* Georgius Ce-s in Heraclio contra Mahometum tem Deum, & omnis boni, & ma-orem. Nicetas Choniates lib. 4. ri Orthodox. hæreſi 33. de Ma-is.

Latinis Tertullianus lib. 2. con-arcionem cap. 14. vbi adhibita ctione malorum pœnæ, & culpæ, inquit, *cuique parti definimus au-r: malorum quidem peccati, & cul-bolum, malorum verò ſupplicÿ, & Deum creatorem, vt illa pars mali-tiæ deputetur, iſta iuſtitię mala condenti iudicia aduerſus mala delicti.* Item de oratione cap. 8. explicans illa verba, *ne nos inducas in tentationem*, ait, *id eſt, ne patiaris induci, ab eo vtique, qui ten-tat, Cæterum abſit vt Dominus tentare videatur, quaſi aut ignoret fidem cuiuſ-quam, aut deÿcere ſit conſentiens.* & lib. aduerſus Hermogenem cap. 9. *Iam er-go malum ab ipſo, qui eſt mali ſi non au-thor, quia non effector, certè permiſſor, quia Dominator.* & lib. aduerſus Pra-xeam. *Iniquitatem, quam rectiſſima ve-ritas improbat, damnare poteſt, non face-re.* Cyprianus epiſt. 52. explicans il-lud Sapient. 2. *Deus mortem non fecit, nec lętatur in perditione viuorum.* Am-broſius lib. 1. Exameron. cap. 8. lib. de Paradiſo cap. 8. & 15. lib. 2. de Cain, & Abel cap. 9. *Vult te prouocare ad pę-nitentiam Deus, vult de ſe ſperari indul-gentiam, vult demonſtrare tua confeſſio-ne, quod non ſit author malitiæ &c.* & paulo poſt, *Sed quanto granius peccato ipſo ad Deum referre quod feceris, & rea-tus tui inuidiam transfundere in autho-rem non criminis, ſed innocentiæ?* Hie-ronymus ad cap. 7. Eccleſ. Explicans illa verba, *Deus creauit hominem rectum*; ad cap. 45. Iſaiæ exponens illud, *fa-ciens lucem, & tenebras* &c. in Lament. Ierem. cap. 3. & ad caput 1. epiſt. ad Epheſ. vbi interpretans illa verba, *Qui operatur vniuerſa ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, ait, *non quod omnia, quæ in mundo fiant, Dei voluntate, & conſi-lio peragantur: alioquin & mala Deo po-terunt imputari; ſed quod vniuerſa, quæ facit, conſilio facit, & voluntate.*

Auguſtinus in tribus libris de libero arbitrio ea potiſſimũ de cauſa ſcriptis, vt oſtenderet, Deum non eſſe authorẽ peccati; tùm alibi paſſim; lib. 2. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 17. *Nul-lius*, inquit, *culpæ humanæ in Deum re-feras cauſam*; & cap. 18. *malam volun-tatem ad authorem Deum eſſe referen-dam nefas eſt dicere.* lib. de ſpiritu, & littera cap. 31. *Nuſquam legimus in San-ctis Scripturis, non eſt voluntas niſi a Deo:*

Deo: & rectè non ſcriptum eſt; quia verum non eſt: aliòquin etiam peccatorum, quod abſit, author eſt Deus, ſi non eſt voluntas niſi ab illo: quoniam mala voluntas iam ſola peccatum eſt, etiam ſi deſit effectus, id eſt, ſi non habeat poteſtatem. lib.5. de Ciuitate Dei cap. 8. *à Deo ſunt omnes poteſtates, quamuis ab illo non ſint omnium voluntates.* Et cap.9. *Sicut omnium naturarum creator eſt, ita omnium poteſtatum dator, non voluntatum. Malę quippe voluntates ab illo non ſunt, quoniam contra naturam ſunt, quæ ab illo eſt.* lib.13. de Trinitate cap. 12. *modus quo traditus eſt homo in diaboli poteſtatem, non ita debet intelligi, tanquam hoc Deus fecerit, aut fieri iuſſerit, ſed quod tantũ permiſerit.* lib. de prædeſtinat. Sanctorum cap. 10. *Præſcire potens eſt Deus, etiam quæ ipſe non facit, ſicut quæcunque peccata.* & lib.1. ad Simplicianum quæſt. 2. diſputans de illis verbis, *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*; quærenſque, quomodo Deus potuerit odiſſe Eſau, cum tandem dicatur nihil eorũ odiſſe, quæ fecit? aut quare dixerit Deus, *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*: Et ſimiliter non dixerit, Solem dilexi, Lunam autem odio habui? tandem reſpondet his verbis. *Qui nodus ita ſoluitur, vt intelligamus omnium creaturarum eſſe artificem Deum: omnis autem creatura Dei bona eſt; & omnis homo in quantum homo eſt, non in quantum peccator. Eſt ergo creator Deus, & corporis, & animi humani. Neutrum horum malum, & neutrũ odit Deus. Nihil enim odit eorum quæ fecit. Eſt autem animus præſtantior corpore; Deus verò & animæ & corporis vtriuſque effector, & conditor; nec odit in homine niſi peccatum. Eſt autem peccatum hominis, inordinatio atque peruerſitas; id eſt, à præſtantiore conditore auerſio, & ad condita inferiora conuerſio. Non igitur odit Deus Eſau hominem, ſed odit Deus Eſau peccatorem.* Iuxta quæ, & alia ſimilia, quæ obuiam habet D. Auguſtin. debent intelligi nõnulla eiuſdem loca aliquantulum ſubobſcura, quibus pro ſua ſententia vti ſolent aduerſarij, quippe qui negotiatores, vt & cæteri hæretici, perambulantes in tenebris. Eoque magis quo, cum paulo poſt obitum Sancti Auguſtini nonnulli eius ęmuli ex libro de prædeſtinatione Sanctorum malè intellecto colligerent, Deum prædeſtinaſſe impios ad opera mala, & proinde fieri opera mala ex decreto, & impulſu Dei, id acriter refutarunt fideliſſimi eius diſcipuli Sancti Proſper, & Fulgentius.

Primus enim in reſponſione ad Capitula Gallorum cap. 12. ſic habet. *Si Deus hominem ſibi obedientem à pietate deturbat, & bene currentem cadere facit: ergo pro bonis mala retribuit, & iniuſtè punit, quod vt fiat impellit. Quid tam peruerſum, quid tam inſanum dici, aut cogitari poteſt? Sed in talem ſenſum trahuntur, qui putant in omnibus hoc eſſe præſcientiam Dei, quod & voluntatem: cum voluntas eius nunquam velit niſi bona. Præſcientia autem bona noſcit, & mala: ſed bona, quæ aut ipſe faciat, aut etiam vt nos faciamus imperat: mala autem, quæ omnino ipſe non facit, neque fieri ſuaſit, aut impulit.* Et cap. 14. *Infidelitas non credentium Euangelio nequaquam ex Dei prædeſtinatione generatur. Bonorum enim Deus author eſt, non malorum. Prædeſtinatio igitur Dei ſemper in bono eſt, aut ad retributionem iuſtitię, aut ad donationem pertinens gratiæ.* Idem docet in reſpõſione ad 10. obiect. Vincentian. *Non caſus ruentium, nec malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium prædeſtinatio Dei aut ſuaſit, aut excitauit, aut impulit: Sed planè prædeſtinauit iudicium ſuum, quo vnicuique retributurus eſt pro vt geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Quod iudicium omnino futurum non eſſet, ſi homines voluntate Dei peccarent.*

Sanctus autem Fulgentius lib. 1. ad Maximum diſputans hanc quęſtionem, vtrum peccata fiant ex prædeſtinatione Dei, quæ eſt ipſa quæſtio, quam nunc agimus contra Caluiniſtas, ita loquitur *Potuit, ſicut voluit, prædeſtinare quoſdam ad gloriam, quoſdam ad pœnam. Sed quos præde-*

ſtinauit ad gloriam, prædeſtinauit
itiam; quos autem prædeſtinauit ad
n, non prædeſtinauit ad culpam. Poſ-
m aliquod peccatum ex prædeſtina-
Dei eſſe, ſi poſſet aliquis hominum
eccare. Nullus autem hominum iu-
cat, quamuis eum Deus iuſtè peccare
tat. Et infra, *In Sanctis coronat*
iuſtitiam, quam eis gratis ipſe tri-
ratis ſeruauit, gratiſque perfecit:
os autem condemnabit pro impietate,
iuſtitia, quam in eis ipſe non fecit.
s enim opera ſua glorificat, in iſtis
opera ſua non condemnat. Idem
cap. 19. 20. 21. & 23.
cherius Lugdunenſis lib. de qu.
. veteris & noui Teſtamenti: In-
Quid reſpondendum eſt eis, qui di-
obis, quid fecerunt Iudæi, ſi credere
tuerunt? quia neceſſe fuit, vt ſermo
Prophetę impleretur dicentis: Excę-
ulos eorum, & indurauit cor eorum,
videant oculis, & intelligant corde,
ertantur, & ſanem illos. Reſpon.
ta hoc prædixit, quia Deus hoc fu-
eſſe præſciuit. Neque enim poteſt
atum compellere Deus, cui non po-
ere peccatum. In his ergo non præ-
tio diuina intelligenda eſt, ſed præ-
. De hoc in Euangelio ſcribitur:
a non poterant credere, quia iterũ
ſaias: Excæcauit oculos eorum, &
uit cor eorum, & reliqua. Non po-
credere, ita dicitur, ſicut & nos ſæpe
dicimus non poſſe, quia nolumus. Et
raone ſcribitur; In hoc excitaui te,
ndam in te virtutem meam: neque
ixit, in hoc te feci, vt talis eſſes, ſed
e elegi, & ſuſcitaui, cum te talem
ſſes. Ergo & ſic excæcati eorum
induratum eſſe cor dicitur, qui iã
ac cęcitate dignos effecerant. Ex-
tem, & indurat Dominus peccato-
ferendo, & non adiuuando.
I. epiſt. 93. ad Turib. cap. 6. &
5. de Paſſione Domini c. 2. *Nun-*
iquitas perſequentium Chriſtum ex
a eſt conſilio? Et illud facinus, quod
ains eſt crimine, manus diuinę
tionis armauit? Non hoc planè de
ſumma iuſtitia ſentiendum eſt, &c. Pri-
maſius ad cap. 2. prioris ad Timot. *Qui*
omnes, &c. Gregorius Magnus in pſal. 4.
Pſalm. 4. pęnitent. lib. 29. Moral. c. 21.
homil. 9. in Ezechielem, *Mala noſtra*
ſolummodo noſtra ſunt: bona autem noſtra
& omnipotentis Dei ſunt, & noſtra. Beda
ad cap. 3. Marci. Rabanus Maurus lib. 4
de Vniuerſo cap. 10. Anſelmus lib. de
concordia præſcientiæ, & prędeſtina-
tionis, *Sicut Deus non facit iniuſtitiam,*
&c. tum ad cap. 11. epiſt. ad Rom. Ru-
pertus Tuitienſis ad cap. 17. Apocalipſ.
Hugo Victorinus ad cap. 1. Ioannis, &
lib. 2. de Sacram. p. 5. cap. 27. *Malis*
Deus poteſtatem tribuit ſolam, non volun-
tatem: quia licet ex ipſius permiſsione ſit,
quod malum poſſunt; ex inſpiratione tamẽ
eius non eſt, quod malum volunt. Mala-
rum enim voluntatum Deus ordinator eſt,
non creator. Petrus Lombardus lib. 2.
diſtinct. 37. Diuus Thomas 1. 2. qu. 79.
art. 1. Quique deinceps ſequuti ſunt om-
nes Doctores Scholaſtici.

Diuinæ demum reuelationis autho-
ritati, quod Deus non ſit propriè, & po-
ſitiuè cauſa peccati formaliter, vt mo-
rale malum eſt, adſtipulatur ratio etiam
naturalis. Quo enim eius lumine no-
tum eſt, Deum eſſe ſummè, & infinitè
bonum, ſapientem, omnipotentem, vl-
timum finem, primam regulam iuſtitiæ,
& ſic de cæteris; eodem conſtat, ipſum
non poſſe eſſe peccati authorem, nec
per ſe, nec per alios; ſi quidem omne
peccatum, vel eſt ex ignorantia, vel ex
impotentia, vel ex certa malitia; ſed in
Deo nulla poteſt eſſe ignorantia, cum
ſit infinitæ ſapientiæ; nulla impotentia,
ſeu infirmitas, cum ſit omnipotens; nec
aliqua malitia, cum ſit infinitè bonus;
Ergo Deus nullo modo eſſe poteſt cau-
ſa peccati, nec in ſe, nec in altero. Si-
militer, quia peccatum eſt per receſsũ
ab ordine, qui eſt in Deum, ſicut in vl-
timum finem; quàm impoſsibile eſt
Deum, eſſe ſibi, vel alijs cauſa diſce-
dendi ab ordine, qui eſt in ipſum; tam
repugnat eum eſſe, vel poſſe eſse cau-
ſam peccati, vel ſui vel alterius; deinde
bonum

bonum increatum, ſeu vltimus finis, qualis eſt Deus, cum ſit ſummè bonus, debet eſſe quoque ſummè vnus, atque adeò ſibi ſummè concors; diſcordia enim opponitur vnitati; cuius tamen oppoſitum contingeret, ſi Deus mali culpæ cauſa eſſet, aut eſſe poſſet; eo enim ipſo, quod culpa eſt contra vltimum finem, qui eſt ipſemet Deus, & eſt quidem receſſus ab eo, iam illam cauſando ſibi ipſi contrarius eſſet. Idem patet ex hoc, quod Deus ſit prima iuſtitiæ regula, ſeu voluntas eius ſit regula omnium ſuarum actionum; cum enim ipſa ſit intrinſecè rationabilis, quicquid hæc voluntas agit, vel per ſeipſam, vel per alias, non poteſt non eſſe ſemper rationi conſentaneum, & regulæ, atque adeò ab omni malo culpæ alienũ; quemadmodum, ſi via ipſa incederet, quocumque incederet, nunquam deuiare dici poſſet.

Cum autem, ſicubi Sacræ Scripturæ, & Sancti Patres loquentes de peccato, ſiue de malo culpæ formaliter, videntur illud tribuere Deo, facilè ex dictis intelligi poſſint; *primò* vt dicatur Deus facere, & imperare, quod tamen duntaxat permittit, & ſinit, vel etiam prædicit. Etſi enim non omnis, qui aliquid permittit, rectè dicatur imperare, vt illud fiat, neque excitare, & prouocare ad illud, tamen Deus, ſine cuius permiſſione nihil fieri poteſt, cum ad certum aliquem finem obtinendum, fieri ſinit aliquid, rectè dicitur per quemdam tropũ illud facere, aut imperare, vt rectè ait S. Ioannes Damaſcenus lib. 4. Orthod. fidei cap. 20. *Scire illud attinet, in Scripturæ more poſitum eſſe, vt Dei permiſſionem actionem ipſius appellet.* Similiter ob certitudinem diuinæ præſcientiæ, nonnunquam Deus dicitur imperare peccatum, quòd tantùm præſcit; vt, cũ Ioann. 13. legitur, *Soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud*; non præcipit, aut imperat Chriſtus Iudæis, vt eũ occidant, ſed tantum prædicit, quod cum morte afficient. *Secundò*, quod non ſolùm permittit impios agere multa mala, ſed etiam præſidet ipſis voluntatibus malis, vtendo illis, iam ad malè agendum paratis, eaſque in bonum finẽ referendo, quemadmodum, vt ait Baſilius in orat. quod Deus non ſit author peccatorum, medicus vtitur viperæ veneno, quod ipſe non fecit ad curanda plerumque corpora. *Tertiò*, quod interdum deſerat homines in tentationibus, ſubtrahendo nimirum illis auxilia gratiæ efficacis; cum enim per huiuſmodi ſubtractionem contingat homines in peccata labi; ſic ſæpe in Scriptura dicuntur homines indurari, & obcæcari à Deo; verum quia hoc non fit poſitiuè, ſed negatiuè, videlicet non miſerendo, vt ait Diuus Auguſtinus epiſt. 105. ad Sixtum: *Deus indurat, non impartiendo malitiam, ſed non impartiendo gratiam*; lib. 1. ad Simplicianum quæſt. 2. *Deum indurare, eſt nolle miſereri, nec ab eo irrogatur aliquid, quo ſit homo deterior, ſed tantùm quo ſit melior non erogatur*; lib. 5. in Iulianum cap. 3. *Cum dicitur homo tradi deſiderÿs ſuis, indè fit reus, qui deſertus a Deo cedit eis, atque conſentit, vincitur, capitur, trahitur, poſſidetur*. Demum tract. 53. in Ioannem, *ſic excęcat Deus, ſic obdurat, deſerendo, non adiuuando, quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt*. Propterea non eſt cauſa peccati, aut indurationis; eoque magis, quo nunquam Deus ita deſerit, quin ſaltem iuuet ad impetrandam gratiam, & vires, quibus tentatio vinci, & obduratio tolli poſſit, quando tenetur homo conuerti ad fidem, vel iuſtitiam, & niſi faciat peccet. Vndè peccatores in ſcripturis, & obdurati reprehenduntur, & puniuntur; cumque Ioannes cap. 12. expreſsè dixiſset de quibuſdam: *Propterea non poterant credere, quia dixit Iſaias: Excæca cor populi huius*; de iiſdem c. 15. ait, *excuſationem non habere de peccato ſuo*; quia vt citato tractato 53. docet Auguſtinus, licet cæci non poſſint videre, tamen poſſunt ex cæcis fieri videntes. *Quartò*, quod interdum Deus, aut aliqua ab eo præſtita, ſint occaſio peccandi hominibus; vt cum Chriſtus appellatur

ur in ſacris litteris, *Petra ſcandali,* *fenſionis*, & veniſſe dicitur *in rui-* *& in reſurrectionem multorum*, hoc ntelligendum non eſt, quaſi Deus alum, offenſionem, aut ruinam cato prouenientem per ſe cauſet, ia ex eius aduentu in mundum, miraculis atque operibus, hoc lum homines arripuerunt; & ſic endum eſt, quod Exodi 23. & 20, dicuntur munera excæcare Sapientum; & Sapient. 14. crea- ctæ in muſcipulam pedibus inſi- m: quatenus peccatores ex Dei us factis in bonum finem, occa- peccandi frequenter accipiunt. inquam, iuxta præfatos modos, gulas ſoluantur obiectiones, quas rij deſumunt ex Scripturis, & us, ideo illis omiſſis, tres alias breuiter proponam.

na eſt, quia Deus eſt cauſa noſtri rbitrij, hoc verò eſt cauſa pecca- ur Deus eſt primæua peccati cau- æſertim cum liberum creans ar- n, præuiderit peccata ex illo fu- Vel aliter, Deus tribuit homini- tentiam peccandi: ergo eſt etiã peccatorum cauſa.

pondetur ad hanc obiectionem, n arbitrium potius eſſe appellan- otentiam, qua peccatur, quam iam peccandi, ſi quidem eſt po- ndifferens ad hoc, aut ad illud, aquam ex ſe determinata ad pec- n, aut à Deo data homini ad nem, vt peccaret; imo potius ad potens peccare, ex eo quod eſt o, & non peccans cum Dei au- udem conſequeretur, & meritũ: e quando peccat, & obiectum à tione alienum amplectitur, iſtud Deo tribuendum, ſed tantùm . Nec verò Deus ſcientia viſio- idit, liberum arbitrium pecca- antequam decreuiſſet ipſum , ſed ſolùm poſt hoc decretum, ſt decretum permittendi pecca- ex hoc ad ſummum inferri po- um permittere voluiſſe peccata,

quæ vtique non tenebatur impedire.

Secunda obiectio eſt, quia primus homo, & cæteri deinceps labi in peccatum non potuere Deo inuito, vel ignorante, vel ocioſè ſpectante; primum enim repugnat eius potentiæ, ſecundum ſapiẽtiæ, tertium prouidentiæ: ipſo igitur volente, & decernente lapſi ſunt; eoque magis quo in Scripturis legitur eũ creare impios, vt poſtea in eorum pœnis iuſtitia diuina reluceat; Prouerb. 16. *Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque ad diem malum.* & Roman. 9. *An non habet poteſtatem figulus facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam*; & ſic de cæteris.

Reſpondetur ad hoc argumentum concedendo antecedens, & negando conſequentiam; nam lapſus eſt primus homo, & alij deinceps Deo permittente, & ex lapſibus illorum per ſuam potentiam, ſapientiam, & prouidentiam ingentia bona eliciente; atque ita non ſunt lapſi, Deo volente, aut decernente, ſed neque etiam eo inuito, aut ignorante; voluntas enim permiſſiua peccatorum non eſt quid negatiuum in Deo, quaſi Deus dicatur permittere peccata, quia negatiuè ſe habet in iuuandis peccatoribus, ſed eſt quid poſitiuum, & vera, atque ſtata voluntas, qua vult auxilia efficacia aliquibus non conferre, nec eos à malis, in quæ inclinant, auertere in bonum finem, & propter bona, quæ ex hac peccatorum permiſſione ſolet elicere; qua de cauſa malè ab aduerſarijs dicuntur contingere otioſo Dei permiſſu, vel otioſum eſſe illorum ſpectatorem. Sic ad loca Scripturæ dicitur, Deũ non creare impios niſi materialiter, id eſt creare eos, quos præuidit futuros ſua propria voluntate impios, vt eorum impietate, quam ipſe nõ fecit, ſed tantùm pręſciuit, vtatur ad iuſtitiæ, & potentiæ ſuæ manifeſtationem; quemadmodum docet S. Auguſtinus epiſt. 106. ad Paulinum; nec non Enchiridion. cap. 27. Et certè dum ait Salomon, *Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*: id eſt, vt gloriam mi-

ſericordiæ, iuſtitiæue ſuæ oſtendat, tantùm abeſt, vt ſignificare voluerit, Deum ante peccati præuiſionem decreuiſſe aliquos damnare, ad gloriam diuinæ iuſtitiæ, in eorum ſupplicijs demonſtrandã, vt impiè aſſerit Caluinus, & eius ſequaces, quin potius contrarium. Nam damnationẽ decernere ob præuiſa peccata iuſtitiæ eſt: ſine præuiſione autem illorum eam decernere iniuſtitiæ; vt ait idem Auguſtinus lib. 3. contra Iulianum cap. 18. *Bonus eſt Deus, iuſtus eſt Deus, poteſt aliquos ſine bonis meritis liberare, quia bonus eſt: non poteſt quemquam ſine malis meritis damnare, quia iuſtus eſt*: & citata epiſt. 106. ad Paulinum. *Quemquam immeritum, & nulli peccato obnoxium, ſi Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur*. Non potuit igitur Deus antecedenter ad omnem culpæ præuiſionem decernere damnationem alicuius, vt iuſtitiam ſuam ea damnatione demonſtraret.

Ad alterum Apoſtoli locum, vnde colligitur, Deum feciſſe quædam vaſa in contumeliam, reſpondetur pariter nõ ita intelligendum eſſe, quaſi ipſe ex materia nobili, aut indifferenti fecerit vaſa in contumeliam, ſed quod ex materia damnata, & contumelioſa fecerit vaſa, qualia materia ipſa exigebat, cum tamen ex eadem materia fecerit alia quædam in honorem, pro beneplacito ſuo, non pro qualitate, aut conditione materiæ; quemadmodum ſi figulus ex luto vaſa quędam lutea faceret; eaque, vt materia ipſa poſtulat, viliſsimis miniſterijs deſtinaret: quædam autem ex eodem luto formata, ſupra materiæ cõditionem auro, & gemmis ornaret, & ad nobiliſsimos vſus deputaret. Ex quo ſequitur, vt vaſa facta in contumeliam, à Deo quidem habeant, vt ſint vaſa, à materia verò iam vitiata, & deprauata, vt ſint in contumeliam; vaſa verò facta in honorem, à Deo vtrumque habeant, & quod vaſa ſint, & quod in honorem ſint. Vt etiam exponit S. Auguſtinus hunc locum epiſt. 105. ad Sixtum: *An non habet*, inquit, *poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa, vtique merito, rectèque damnata, facere aliud vas in honorem indebitum, propter miſericordiæ gratiam, aliud in contumeliam debitam, propter iræ iuſtitiam*. Et rurſus ibidem: *Quamuis itaque Deus faciat vaſa iræ in perditionẽ, vt oſtendat iram, & demonſtret potentiã ſuam, qua benè etiam vtitur malis, & vt notas faciat diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, quæ fecit in honorem non dãnabili maſſæ debitum, ſeu ſuæ gratiæ largitate donatum, tamen in eiſdem iræ vaſis, propter meritum maſſæ in contumeliã debitam factis, id eſt, hominibus propter naturæ bonum creatis, ſed propter vitia ſupplicio deſtinatis, iniquitatem, quam rectiſsima veritas improbat, damnare nouit ipſe, non facere*: & in epiſt. 106. ad Paulinum: *Hæc maſſa*, inquit, *ſi eſſet ita media, vt quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur, non fruſtra videretur iniquitas, vt ex ea fierent vaſa in contumeliam. Cum verò per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem vniuerſa deſtruxerit, procul dubio, quod ex ea fiunt vaſa in honorem, non ipſius iuſtitiæ, quæ gratiam nulla præceſsit, ſed Dei miſericordiæ: quod verò in contumeliam, non iniquitati Dei, quæ abſit vt ſit apud Deum, ſed iudicio deputandum eſt*. Quibus ſanè nihil pręclarius dici poteſt ad ſoluenda omnia aduerſariorum argumenta, confundendamque portentoſam eorum blaſphemiam, qua volunt Deum eſſe abſolutè authorem peccati, creatoſque proindè fuiſſe ab eo impios ad gloriam diuinæ iuſtitiæ, in eorum ſupplicijs demonſtrandam, ex vi decreti, quod vt cauſa omnem prorſus culpę præuiſionem anteceſſerit.

Tertia obiectio deſumitur ex hoc quod Deus concurſu ſuo reali verè efficiat totam entitatem actus peccaminoſi, indè enim videtur ſequi quod Deus, ſciens, & volens, ita concurrens ſit etiã cauſa peccati nedum materialiter, ſed etiam formaliter ſumpti, hoc eſt malitiæ, & deformitatis conſtituentis peccatum, cuius entitas phyſica eſt ipſummet fundamentum.

Reſpon-

ondetur ad hoc argumentum
lo eius ſequelam, vel illationem;
m Theologi laborent in hoc ex-
lo, varioſque propterea modos
arint, vt oſtenderent, qua ratio-
s in actu peccaminoſo ſit cauſa
s poſitiuæ, non verò formalis
; omnes tamen abſolutè negant
m ſequi ex primo, quia ad pri-
on concurrit Deus, vt cauſa
laris, ſed vniuerſalis; vt enim
s defectum in rebus naturalibus
ribui cauſæ vniuerſali, quæ eſt
fecta, & indeficiens, ſed tantùm
oximæ, & deficienti, licet per-
uſdem effectus in ipſam cauſam
lem reuocetur; V. g. defectus
n in arbore, non in ſolem, ſed in
reducitur, quamuis eorum co-
aturitas in illum referatur; de-
audicationis in curuitatem ti-
bliquitatem viæ reducitur, licet
ambulationis ad virtutem
pertineat; pari modo in mo-
efectus, aut deordinatio actus
et attribui Deo, qui eſt cauſa
ns, & vniuerſalis, ſed libero
quatenus in agendo rectæ ra-
gulam non attendit, nec vult
; quamuis perfectio entitatis
quę reperitur in peccato, ſit à
uod ſufficit ad ſolutionem ar-
n genere.

autem inquirat, nunquid non
ſit vllo modo vocari, aut dici
cati; Reſpondent aliqui dici
accidens illius cauſam, qua-
pè remouet prohibens quan-
ſi adeſſet, homo non pecca-
is reſponſio alijs non placet,
Deus peccanti non adſit per
icacia, ſiue ſubtrahat illi au-
cia, non tamen ſufficientia;
non videtur poſſe dici cauſa
ns peccati, reſpectu cuius vi-
uxilia neceſſaria, qualia ſunt
. Abſolutè igitur dicendū
non eſſe cauſam peccati, aut
, non ſolùm quia cum hæ-
uidem in nominibus debe-
mus conſentire; verùm etiam quia ab-
ſolutus ille modus loquendi ſenſum
reddit de peccato propriè, & formaliter
ſumpto. Vnde nonniſi cum explica-
tione aſſerendum eſt, Deum permiſſiuè
duntaxat, eſſe peccati cauſam; vel cum
efficere entitatem realem, & materialē
peccati, pro vt actus quidam eſt, non vt
peccatum, & malum culpæ eſt. Tan-
tum de præſenti controuerſia, quam
Theologi tractant cum Diuo Thoma
1.2. queſt.79.

CAPVT X.

Oſtenditur aduerſus Lutheranos, & Calui-niſtas peccatum originale, nec eſſe ipſammet ſubſtantiam hominis à Dæmone productam, nec concupiſcentiam, prout ad malum pronam.

SVppoſita peccati originalis exiſtē-tia, quam ſuperiori ſectione con-tra Armenos probauimus, quamque nō negant aduerſarij, quibuſcum modo agimus, ſolùm refellendi breuiter ſu-perſunt, quos circa eius naturam erro-res adinuenerunt. Lutherus enim in aſſert. art.2. docet, corruptionem natu-ræ, ac præſertim cōcupiſcentium, qua-lis inuenitur etiam in baptizatis, & iu-ſtificatis, eſſe verè, ac propriè peccatum originis, quamuis credentibus non im-putetur. Luthero conſentit Caluinus lib.2. inſtitut. cap. 1. §. 8. At omnium turpiſsimè Matthias Illyricus Luthera-nus, imitatus Manichæos, qui conſti-tuebant res ſubſtantialiter malas, puta-uit, peccatum originale eſſe ipſammet ſubſtantiam hominis, quatenus per pec-catum Adami anima rationalis ſubſtā-tialiter tota corrupta eſt, ac transforma-ta in imaginem diaboli, ex imagine Dei: vt quemadmodū in homine mor-tuo forma ſubſtantialis cadaueris eſt loco animæ, ita poſt peccatum Adæ ſit in anima forma quædam teterrima ſub-ſtantialis, pro ea, quæ ante fuerat, indu-cta opera diaboli, tanquam imago ſub-ſtantialis ipſius. Contra quos errores ſit, Pri-

Prima concluſio. Peccatum originale non eſt ipſamet hominis ſubſtantia à dœmone producta, qua mediante homo ſit viua, & expreſsa ipſius imago. Hæc concluſio eſt de fide; quam videtur ſufficienter definijſſe Conciliũ Tridentinum ſeſsione 5. in decreto de peccato originali, vbi ait; *Si quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in Baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negat; aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet; ſed illud dicit tantùm radi, aut non imputari;anathema ſit.* At in baptiſmo non tollitur ſubſtantia, aut vlla pars, vel forma ſubſtantialis hominis; igitur peccatum originale, non eſt ipſamet hominis ſubſtantia.

Præcipuæ etiam Scripturæ, quibus huius concluſionis fides innititur, ſunt illæ, quibus aduerſus Manichæos habetur, nullam dari ſubſtantiam malam. Etſi enim Illyricus forſan poſſit ab vno ſe Manichæorum errore purgare, quia non docet expreſsè, mali naturam eſſe abſque principio, & ſempiternam: nunquam tamẽ ſe purgabit ab alijs eorumdem erroribus; *primò*, quod aliqua ſubſtantia ſit mala, & non à Deo, ſed a Diabolo producta; *Secundò*, quod peccatorum noſtrorum non ſit cauſa liberum arbitrium, verùm ſubſtantia illa; *Tertiò*, quod duæ ſint in homine ſubſtantiæ, vna bona, altera mala. Cum enim peccatum omnium conſenſu ſit malum, ſi idem peccatum, vt ait, ſubſtantia eſt, manifeſtè ſequitur, vel non omnem ſubſtantiam eſſe factam à Deo: vel non omnem creaturam Dei bonam eſſe: quod vtrumque repugnat Scripturæ dicenti Ioannis 1. *Omnia per ipſum facta eſſe, & ſine ipſo factum eſſe nihil*; & 1. Timoth. 4. quod, *Omnis creatura Dei bona eſt*: nulla igitur ſubſtantia, ſiue natura eſt mala, ac per hoc neque peccatum.

Idem habetur ex traditione veterum Patrum tùm Græcorum, tùm Latinorũ vnanimiter docentium contra eoſdem Manichæos, tanquam dogma fidei certiſſimum, malum, ſeu peccatum non eſſe aliquam naturam, vel ſubſtantiam, quæ ſit noſtræ adiuncta; ita ex Græcis Baſilius orat. quod Deus non ſit author malorum: *Non imagineris*, inquit, *propriam aliquam eſſe ſubſtantiam mali. Nam malitia non eſt aliquid ſubſiſtens.* Gregorius Nazianzenus orat. in S. Lauacrum verſus finem, & Epiphanius hæreſ. 137. iiſdem fermè, quibus Baſilius, verbis. Ex Latinis autem S. Ambroſius lib. 1. Hexam. cap. 8. *Vtique*, inquit, *non ſubſtantialis, ſed accidens eſt malitia.* S. Hieronymus epiſt. ad Cteſiphontem. *Nunquam à me audies malam eſſe naturam.* S. Auguſtinus lib. 7. Confeſſ. c. 12. *Malum illud, quod quærebam, vnde eſſet, non eſt ſubſtantia, quia ſi ſubſtantia eſſet, bonum eſſet.* Et in expoſitione Pſalm. 68. *Quæſiui quid eſſet iniquitas, & non inueni ſubſtantiam, ſed à ſumma ſubſtantia à Deo, detortam in infimũ voluntatis peruerſionem.* Demum lib. 2. aduerſus Iulianum c. 13. ait: *Non reſiſtimus Manichæis, niſi obtineamus, non eſſe mala orta, niſi ex bonis, nec ea mala ſubſtantiam eſſe, ſed ſubſtãtiarum vitia creatarum.* Quibus ſanè, & alijs ſimilibus SS. Patrum dictis apertè confunditur Illyrici hæreſis, docentis peccatum originis non eſſe aliquod accidens, ſed planè ſubſtantiã quamdam nouam, à dæmone factam, quæ ſit ipſius viua, & eſſentialis imago.

Tertiò probatur veritas noſtræ concluſionis rationibus, præfatum enim Illyrici deliramentum nedum lumini ſupernaturali, aut reuelato, ſed & naturali manifeſtè repugnat. Primò enim peccatum formaliter conſideratum eſt deformitas quædam; ſed impoſsibile eſt ſubſtantiam aliquam, quæ eſt entitas ſtata, & perfecta in genere entis, eſſe formaliter deformitatẽ, quæ nihil aliud eſt niſi priuatio cuiuſdam rectitudinis: ergo ſubſtantia illa, quam fingit Illyricus, non poteſt eſſe formaliter peccatũ originis, ſicut nec aliud quodcumque.

Secundò, ſi ſubſtantia illa, quam aſſerit Illyricus, fuiſſe in homine ante peccatum, & in qua, ex ipſo Dei imago relu-

ıcebat, fuiſſet poſt peccatum deper-
ı,eiuſque loco alia à Dœmone pro-
ta, in qua conſiſteret formaliter pec-
um originale, à cęteris deinceps ho-
ıibus contractum, quaque mediante
ent viua,& expreſsa ipſius dœmonis
ıgo; ſequeretur quód non eſset idē
mo ante, & poſt peccatum, vt ſatis
et, ſi quidem amiſſa per peccatum
ıua intrinſeca ſubſtantiali forma,aliā
uiſſet diſtinctam, ſed hoc eſt abſur-
n, igitur impoſsibilis eſt huiuſmodi
marum commenta ab Illyrico tranſ-
tatio.

Quod, vt huius argumenti, & aliorū
ı declinaret, notari voluit, hominem
ıliciter conſiderari debere, ſcilicet
yſicè, & Theologicè, *Phyſicum* homi-
n appellans, hominem quatenus eſt
mal rationale; vt à Philoſophis defi-
us eſt; *Theologicum* verò, eumdem
atenus iuxta potiorem ſui partem,
npè mentem, capax eſt legis diuinæ;
æſertim ſpiritualis, & ad finem vlti-
ım propriè ſpectantis: paſſimque
ulcat, vbi ait hominē per peccatum
ſtantialiter fuiſſe corruptum, atque
eo ex vna forma ſubſtantiali in aliam
nſmutatam, hoc de homine Theolo-
o,non de Phyſico, intelligendū eſſe,
ı ratione etiam libenter concedit eū
mo modo conſideratum eſſe diuer-
ſpeciei ante, & poſt corruptionem,
us autem ſecundo,perſeuerante ſem-
in homine eadem ratione ſpeciei
manæ,& eadem anima rationali:hęc,
uam, reſponſio, vel diſtinctio non
iſfacit argumento.

Et ſi enim admittamus hominem
ſſe phyſicè, & Theologicè conſide-
i, per hominem Phyſicum intelli-
ıdo, vt debet, hominem intra limi-
, & cancellos naturæ, puræque obe-
entię, vel capacitatis radicalis ad ſu-
rnaturalia; per Theologicum autem,
proximè ad illa per gratiam in ſtatu
ſtitiæ originalis cælitus eleuatum;
ſum eſt tamen, huiuſmodi proximā
uationem factam in eo ſtatu fuiſſe,
formam aliquam ſubſtantialem

animæ rationali adiunctam, repugnat enim talis forma ſubſtantialis ſupernaturalis; ac proinde etiam repugnat, quod homo Theologicus ſit diuerſæ ſpeciei ſubſtantialis ante, & poſt corruptionem; ſed ſicut ante corruptionem conſtituebatur homo Theologicus per accidentalia gratiæ dona, quibus formaliter, & proximè erat propenſus ad omnem ſanctitatem, & iuſtitiam, id eſt, ad cognoſcendum verè Deum,& amandum; ita poſt corruptionem amiſſis talibus donis non debuit fieri Theologicè alterius ſpeciei, per aliquam formam ſubſtantialem, quæ in poſteros generatione trāſfuſa eſſet formaliter peccatum originale, quaque procliues eſſemus ad omnem impietatem,ſed vt explicabitur infra, talis mutatio fuit merè accidentalis, facta per priuationem iuſtitiæ originalis, quam ſcilicet Deus contulerat Adamo ante peccatum, & eo non peccante poſteris contuliſſet. Igitur ſi quæ daretur in homine ante, & poſt lapſum ſubſtantialis aliqua diſtinctio, illa non eſſet Theologica, ſed neceſſariò deberet eſſe phyſica; Eoque magis id Illyricus volens nolens admittere tenetur, quo ait ad formam aliquam eſſentialem hominis referendum eſſe illud Geneſ. 1. vbi dicitur *ad imaginem Dei factum fuiſſe*; Diuina ſi quidem imago non fuit diuinitus poſita in alia hominis parte, vel forma, quam in ipſamet eius forma phyſica ſubſtantiali, nempe anima intellectuali; quatenus ſecundum eam homo (quemadmodum & Deus) intelligentia, memoria,& voluntate prędıtus eſt, vt expreſsè docet Diuus Auguſtinus lib. 14. de Trinit. cap. 3. & 8. vel quatenus homo non ſolum eſt, vt cætera animantia, ſed etiam intelligit ſe eſſe, & diligit ſuum eſſe, & ſuum intelligere, vt Deus, ex eodem Auguſtino lib. xj. de Ciuit. Dei cap. 26. vel denique quatenus homo voluntate, atque arbitrio prædıtus eſt, quo cæteris animantibus imperat, eaque quantumlibet efferata, intelligentiæ, ac ratio-

nis

nis vi ad ſuum vſum traducit, vt præclarè oſtendit Beatus Baſilius homil. 10. in Hexam. & colligit ex illis verbis Geneſ. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra*. Ergo dum præfatus hæreticus ait, imaginem Dei ſubſtantialem fuiſſe prorſus per peccatum in homine deletam, ſucceſſiſſeque illi imagini ſubſtantialem aliquam formam, quæ malum, & peccatum ſit, fateatur neceſſe eſt, ipſum eſſe diuerſæ ſpeciei phyſicæ ante, & poſt peccatum.

Neque multum iuuat illum, quod, vbi ita premitur, interdum dicat, non totam animæ ſubſtantiam in aliam, diaboli opera, & artificio, eſſe conuerſam; ſed partem tantùm ſupremam, id eſt, rationem. Vt enim omittam, quod non ſunt in anima hominis plures ſubſtantiæ, ſed vna tantum, eaque formaliter indiuiſibilis, in qua ratione plures ſolum gradus diſtinguimus, atque adeò illam non poſſe vllo modo reipſa partim conſeruari, partim deſtrui, ſed debere aut totam permanere, aut totam perire; adhuc admiſſis in homine formis ſubſtantialibus partialibus, manet argumentum in ſuo robore, nempè hominem ante, & poſt peccatum eſſe alterius ſpeciei phyſicæ, quippe qui ante peccatum habebat formam rationalem, eſſentialiter hominem, vt à cæteris diſtinguitur, conſtituentem, quam poſt peccatum ex Illyrico amiſit, ac proinde idem homo phyſicè amplius non fuit, deficiente ei ratione, vel forma ſubſtantiali rationis, quæ eſt phyſicum hominis conſtitutiuum. Quod nedum fidei, eiuſque myſterijs contrariũ eſt, ſed & ipſi lumini naturali; quodque conſequenter ſubiectum propriè illius tranſmutationis Illyricanę fuerit homo ſecundum partem ſupremam rationis, qua fuerat factus ad imaginem Dei.

Verum cum Eccleſia Catholica firmiter tenendum eſt, eumdem ſubſtantialiter hominem qui antea fuit ornatus ſupernaturalibus gratię, iuſtitiæque originalis donis, ſubiectum poſtea fuiſſe peccato, indeque illis amiſſis obſoletam quidem, non tamen deletam fuiſſe diuinam in eo imaginem; vt docet Auguſtinus lib. 14. de Trinit. cap. 8: Cum enim negari non poſſit, quin accidentalis iuſtitia, & ſanctitas hominum naturæ initio addita, diuinam imaginem in natura hominis ſpecifica naturaliter inſculptam, illuſtrauerit, atque perfecerit, quatenus homini proximam ſuppeditabat facultatem, vt omnibus vitę actionibus, animęque viribus iuſtitiam, & perfectionem Dei imitaretur; ita libenter admittimus, tali per peccatum amiſſa iuſtitia, & ſanctitate, obliteratum quoque fuiſſe quaſi ſplendorem eius imaginis; vel vt ait Cyrillus Alexandrinus in epiſt. ad Caloſyrium contra Antropomorphytas, cap. 5. obſcuratos characteres, neque amplius illuſtres apparuiſſe. Vnde inſtaurandi hi rurſum ſunt ex Apoſtolo 1. Corinth. 15. *Vt ſicut portauimus imaginem terreſtris Adami, ita etiam portemus imaginem cæleſtis*.

Vltima ratio eſt, quia huius formæ ſubſtantialis, in qua docet Illyricus, conſiſtere formaliter peccatum originale, cauſa effectiua aſſignari non poteſt. Eſſet enim Deus, & non eſset; ex illa enim parte, quia nullum ens, pręſertim ſi ſit ſubſtantia, ſubterfugere poteſt vniuerſalem eius cauſalitatem, illa neceſſariò ſe extenderet ad efficiẽtiam prædictæ formæ; ſe autem non extenderet, quia ipſomet Illyrico fatente, repugnat Deum eſse cauſam effectiuã peccati formaliter ſumpti. Similiter dæmon eſset cauſa illius ex eodem Illyrico; & non eſset; quoniam dœmones nihil quidquam præter motum localẽ poſsunt edere, vt docent Theologi in tract. de Angelis; vndè ſi aliquando ſubſtantias producere videantur, iſtud reipſa non faciunt, ſed eas vel de loco aliquo aduehunt, vel ad ſummum applicando actiua paſſiuis eas producunt; ſubſtantię igitur illius cauſa dæmon dici non

ci non poteſt; neque enim apparet,aut fingi poteſt; quænam actiua paſſiuis tũ applicauerit, cum hominem ad peccatum allexit, & multo minus, quęnam actiua, & paſſiua poſsunt eſse illa, quæ habuerint vim deſtruendi formam ſubſtantialem ſpiritualem natura ſua incorruptibilem, & producendi aliam loco illius, qua homo ad nequitiam, & impietatem omnem procliuis ſubſtantialiter redderetur; niſi dæmoni omnipotentiam Creatoris tribuere velit.

Quod enim reſpondet Illyricus, diabolum non eſse cauſam huius ſubſtantiæ per creationem, ſed per tranſmutationem, hoc eſt, ex ſubſtantia bona, malam veluti arte magica efficiendo. *Quemadmodum*, inquit, *mulierculæ norunt lac in caſeum, vel butyrum conuertere, & vinum in acetum tranſmutare, & tamen neque dicuntur, neque ſunt creatrices*; gratis omnino dicitur, ſi quidẽ lac, & vinum aliaque ſimilia, res ſunt naturaliter tranſmutabiles, proindeque mirum videri non debet, ſi adhibitis naturalibus cauſis, illa facilè tranſmutentur. Subſtantiæ autem ſpirituales, quales ſunt animæ rationales, cum materia careant, non ſunt naturaliter corruptibiles, aut ſubſtantialiter mutabiles, nullaque, vt dicebatur in argumẽto, fingi poſsunt actiua, & paſſiua ex quorum applicatione talis corruptio, aut mutatio ſequi poſſit, ſed ſolus Deus poteſt eas ex nihilo condere, aut in nihilum redigere, aut etiam ex illis alias facere. Igitur aut dæmon cauſa eſse non poteſt, intentæ ab Illyrico tranſformationis ex ſubſtantia ſpirituali bona in malam, aut debet eſse per creationem. Ex quibus omnibus ſatis patet, quam ſit abſurda, & nedum ſupernaturali, ſed & naturali lumini contraria huius hęretici ſententia, nulliuſque conſequenter roboris argumenta, quibus illam ſuadere conatus eſt.

Primum deſumitur ex nonnullis Scripturæ locis, quibus, verbis ſubſtantiam ſignificantibus, deſcribitur homo peccato corruptus; appellatur enim figmentum, ſemen ſerpentis, lutum, cor carneum induratum, & lapideum &c.

Reſpondetur, hæc, & alia ſimilia nomina, quibus peccatores in ſacris litteris depinguntur, intelligenda eſse metaphoricè: alioqui ſi in proprio ſenſu vſurparentur, vel, vt docet Illyricus, propriè in peccatum originis conuenirent, quatenus ſubſtantiam ſonant abſolutè, eodem modo colligeretur, non minus etiam propriè in id peccatum eá vocabula conuenire, quatenus ſubſtantiam certæ ſpeciei ſignificant, vt carneam, lapideam &c. atque adeo peccatum originis non ſolum eſse ſubſtantiam, ſed etiam carnem, lutum, lapidẽ &c. quod, quam ſit abſurdum, ſatis cõſtat. Sique dicat Illyricus præfata vocabula peccato metaphoricè competere, quatenus hanc vel illam ſubſtantiã ſignificant, idem nos reſpondebimus de ijſdem, vt ſubſtantiam etiam ſignificãt abſolutè. Ita vt ſenſus eorum Scripturę locorum ſit, hominem peccato originis infectum, perinde interdum peccare, ac ſi diaboli filius eſſet verè, aut lapideus, ac ferreus &c.

Ad quod confirmandum notat Bellarminus tom. 4. lib. 5. cap. 3. alias pluries Scripturam vti metaphoricè verbis ſubſtantiam ſignificantibus ad exprimenda aliqua, quæ ſunt purè accidentia; vt cum Pſalm. 63. dicitur, *Operuit confuſio faciem meam*; certè cõfuſio non eſt ſubſtantia, & tamen ita declaratur ibi, ac ſi eſſet indumentum aliquod; quoniam enim qui confundũtur, ſuffunduntur rubore, ideo figuratè facies eorum operiri dicitur. Item Lucæ 4. dum dicitur, Imperauit Dominus febri, & dimiſit febris Socrum Simonis; profectò imperata recipere, & facere, ſiue ad imperantis vocem dimittere, nedùm ſubſtantiæ, ſed etiam viuentis, imo intelligentis eſt, & tamen quis dicat febrim ſubſtantiam eſſe; perperam ergo Illyricus, ſi quando Scriptura verbis ſubſtantiam ſignificantibus vtitur in deſcriptione peccati, aſſerit

rit illa propriè, & non figuratè intelligenda eſſe; præſertim indè ſequentibus, vt vidimus, tot abſurdis, & ſcripturæ, & rationi contrarijs.

Tandem ad hominem contra eumdem, & cæteros ſectarios, ſi vim vllam haberet hoc eorum argumentum, pari ratione dicendum eſſet, hominem, cũ in baptiſmo renaſcitur, formam aliquã ſubſtantialem acquirere; Scriptura ſiquidem non minus ſubſtantialibus verbis deſcribit ſtatum hominis per gratiam renati, quàm ſtatum non renati; homo enim renatus vocatur *noua creatura, natus ex Deo, nouus homo ſpiritualis, qui ſemen Dei in ſe habeat, Filius Dei,* &c. Sed hoc non ſolum ab Orthodoxis negatur, qui gratiam, & iuſtitiam, qualitatem inhærentem eſſe docent, verùm multo magis ab Illyrico, & reliquis ſectarijs, qui ne qualitatem quidem gratiam, & iuſtitiam renatorum eſſe concedunt, ſed tantùm imputationem quandam iuſtitiæ Chriſti, ſeu non imputationem peccatorum; Ergo qua ratione neceſſe eſt, vocabula, quibus ſtatus hominis renati ſubſtantialiter exprimitur, metaphoricè ſiue analogicè interpretari, multo magis id aſſerendum eſt de vocabulis, quibus ſtatus hominis lapſi, & non renati ſubſtantialiter quoque ſignificatur.

Itaque, cum vtriſque vocabulis, ſcilicet ad ſtatum hominis renati, & hominis corrupti, ſpectantibus, non ſolum ipſa iuſtitia, & peccatum formaliter, aut in abſtracto ſignificentur, ſed etiam deſignetur materialiter ipſe homo, quatenus peccato, vel iuſtitia affectus eſt, non incongruè ad horum ſtatuum deſcriptionem vocabula ſubſtantialia vſurpata ſunt, per quæ videlicet metaphoricè ſiue analogicè ipſa ratio iuſtitiæ, & peccati formaliter deſcriberetur, vt reperitur in homine, qui alioquin eſt vera quædam ſubſtantia.

Secundum argumentum eſt, quia 1. Ioann. epiſt. cap. 3. verſ. 8. dicitur, *Qui facit peccatum, ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat*: Ergo, inquit Illyricus, homines peccatores gerunt imaginem diaboli à quo ſunt, naturalem ſiue ſubſtantialem.

Reſpondetur ex hoc loco Scripturæ malè talem inferri conſequentiam; nec enim diabolus gignit, aut procreat homines peccatores, niſi quatenus per metaphoram dicitur gignere quos decipit, quiue illum in peccando imitantur; quemadmodum Apoſtolus 1. Corinth. 4. dicit, ſe genuiſſe, quos docuit. Igitur peccatores filij diaboli ſunt per imitationem, malis ipſius ſuggeſtionibus conſentiendo, non per naturam; & imaginem quamdam eius habere dici poſſunt, quia ſimiles ei ſunt, non ſubſtantia aliqua ab eo producta, ſed vitio, & prauis moribus, de quo videri poteſt Diuus Auguſtinus lib. aduerſus Adamantum cap. 5. vbi oſtendit tribus modis aliquos dici filios aliorum. Quare vanum eſt figmentum, & ſomnium, quod de productione, & transformatione ſubſtantiali hominis lapſi artificio dœmonis facta commentus eſt Illyricus, vt homines faceret naturales diaboli filios.

Tertiò arguit, natura humana, quatenus corrupta, repugnat legi diuinæ, ſed quod repugnans eſt ipſi legi, peccatum eſt: igitur natura ipſa erit peccatum: proindeque ipſum erit ſubſtantia aliqua.

Reſpondetur duplici modo aliquid repugnare diuinæ legi: Primò efficienter, & hoc eſt ſubſtantia, nempè anima, quæ efficienter peccat: Secundò formaliter, & hoc eſt actio humana, non quatenus efficienter proueniens ab anima, ſed quatenus à regula rectæ rationis deflectit Peccatum ergò cum ſit id, quod formaliter legi diuinæ repugnat, non autem efficienter, apertè ſequitur illud, quodcumque ſit, ſiue originale, ſiue actuale, non poſſe vllo modo eſſe ſubſtantiã formaliter, ſed ab ea tantùm efficienter prouenire, vt eſt ens phyſicũ bonum, deficienter autem, vt eſt ens redditum moraliter malum per declinationem à regula rectæ rationis, ſicut

primum

um Adami peccatum fuit ab eius
antia efficienter, quæ tamen ex Il-
tunc non erat ſubſtantialiter ma-
ſi vellet, pro vt deberet, contra
rincipia concedere, hominem nun-
prorſus immunem fuiſſe à pecca-
ec ſolùm ſubſtantiam ſui hominis
logici eſſe peccatum, ſed etiam
nis phyſici, quatenus eà ſemper,
ſt ante, & poſt peccatum prędi-
it ſubſtantia, quæ ad ipſum, pro
hiloſophis conſideratur, eſſen-
r ſpectat, & à qua neceſſario effi-
r procedit omnis actio peccami-
modo dicto.

ſſertio ſecunda. Naturæ corru-
ſiue concupiſcentia, qualis rema-
oſt baptiſmum in regeneratis, nõ
maliter peccatum originis, non
quia non imputatur, verum etiã
mputari non poteſt, cum nullum
ſe, vel ex natura ſua peccatum
liter. Iſta quoque aſſertio eſt de
t præcedens, definita à Concilio
ntino docente ſeſſ. 5. per gratiam
malem tolli totum id in renatis,
veram, & propriam peccati ra-
n habet; Sed per baptiſmum
llitur in eo tinctis concupiſcen-
o ex eodem Concilio manet ad
m, atque vtile certamen iuſtorũ,
m communiter docent Patres
s adducendi: Igitur naturæ cor-
, ſiue concupiſcentia, qualis re-
poſt baptiſmum in ex eo rena-
n eſt formaliter peccatum origi-
em de eadem ſic expreſsè ait.
*oncupiſcentiam, quam aliquando
lus peccatum appellat, Sancta Sy-
eclarat, Eccleſiã Catholicam nun-
ntellexiſſe peccatum appellari, quod
r propriè in renatis peccatum ſit,
a ex peccato eſt, & ad peccatum in-
Si quis autem contrarium ſenſe-
athema ſit.* Priuſquam autem
oſtram probemus aſſertionem,
riori eius intelligentia, nec non
uerſiæ inter nos, & aduerſarios,
enda ſunt aliqua. Primò, ho-
, cum à Deo crearetur, diuinũ

quoddam munus vnà cum natura ac-
cepiſſe, quod nominari ſolet abſque
controuerſia iuſtitia originalis; colligi-
turque ex illo Eccleſiaſtis cap. 7. *So-
lummodo hoc inueni, quod fecerit Deus
hominem rectum, & ipſe ſe infinitis mi-
ſcuerit quæſtionibus.*

Secundò animaduertendum eſt, dif-
ficultatem quidem eſſe inter Theolo-
gos, vtrum illud idem iuſtitiæ donum,
fuerit reipſa quoque donum gratiæ,
per quam fuerit homo gratus Deo, &
acceptus ad vitam ęternam, ſicut do-
cent aliqui aſſerentes, vtrumque fuiſſe
vnum, & eumdem habitum realiter, tã-
tumque diſtinctum penes aliquos effe-
ctus, qui iuſtitiæ originali Adamo col-
latæ conueniebant, & gratiæ gratum
facienti ſimpliciter ſumptæ non com-
petunt: An verò fuerint dona realiter
inter ſe diſtincta, vt alij affirmant; ſed
hoc parum intereſt ad propoſitum, cõ-
uenientibus omnibus, ſub iuſtitia ori-
ginali comprehendi gratiam gratum fa-
cientem, ſiue re, ſiue ratione ſolum
fuerint dona inter ſe diſtincta; tùm mu-
nus iuſtitiæ originalis, ita per peccatũ,
amiſſum fuiſſe, vt nunquam in hac vita
reſtituatur, ſecundum omnem vim ſuã,
aut effectus ſtatim adducendos, v. g.
omnimodę ſubiectionis corporis, re-
ſpectu animæ, & ſenſualitatis reſpectu
rationis, & rationis, atque adeo totius
hominis naturæ reſpectu Dei. Illi ſiqui-
dem, qui regenerantur per baptiſmum,
defectum huius integræ iuſtitiæ ſuſti-
nent; quamuis gratia diuina, & alijs
ornentur donis: quibus ſuppletur illud
donum iuſtitię, quo ad eam vim, & fa-
cultatem, quæ hominibus eſt neceſſa-
ria, vt beatitudinem ęternam conſequi
valeant.

Tertiò ergo notandum eſt iuſtitiam
originalem habuiſſe varios effectus,
quorum vnus erat primarius, alij verò
ſecundarij: primarius fuit ſubijcere
animam Deo, ſeu conuertere eam ha-
bitualiter ad Deum, tanquam ad finem
ſuum ſupernaturalem. Secundariorum
verò primus fuit, vires inferiores appe-

titus ſentientis rectę rationi ſubdere: ſecundus totum corpus ipſi animæ ſimiliter ſubdere; & tertius, ægritudines, morbos, & mortem fugare: de quo vltimo non eſt hic quæſtio, cum ſolum de effectibus ſpiritualibus agamus.

His pręſuppoſitis, tanquam veriſſimis, errorem ſuum Lutherani, & Caluiniſtæ attexuerunt. Docent enim peccatum originis, ſeu prauitatem eius ſitam eſſe in defectu integræ iuſtitiæ, qualem habuit initio Adamus, & qualis nunquam reſtituitur homini in hac vita. Defectu cuius iuſtitię, concupiſcentiam quoque, & reliquas animæ potentias, quatenus illo iuſtitiæ dono, quod ad eas omnes modo dicto ſpectabat, priuãtur, peccatũ originis formaliter iſti appellant. Atque adeo etiã contendunt, in hominibus quantumcumque iuſtis hærere ſemper hoc peccatũ in præſenti vita, quatenus manet in illis defectus præfatæ integræ iuſtitiæ originalis. Imo ſuos indè alios errores hauſerunt, quod nimirum, iuſtorum etiam opera omnia ſint inquinata, & infecta, quoniam à natura proueniunt corrupta, ſeu deſtituta dicta iuſtitia integra. Item, quod aliter homo iuſtificari non poſſit, quam iuſtitia Chriſti imputatiua, cum per ſe ſit ſemper obſtrictus peccato; & cætera ferè omnia, quæ in materia pręſertim gratiæ, & iuſtificationis peruersè docent, ſequentibus in capitibus refellenda. Nos autem Catholici aſſerimus, concupiſcentiam, atque adeo reliquas animæ vires, vt in renatis dono iuſtitiæ integræ priuatæ ſunt, quæ alias vulnera naturæ appellari ſolent, videlicet ignorantiam, difficultatem ad bonum, propenſionem ad malum, & ſimilia, veram, ac propriam rationem peccati non habere; ac proindè in defectu iuſtitiæ integræ, minimè peccatum originis formaliter conſiſtere.

Præcipua, quibus hæc fidei Catholicæ veritas innititur, Scripturæ loca habentur, primùm in veteri teſtamento, vbi paſſim docetur per Dei gratiam fieri veram peccatorum remiſſionem, ita vt non ſolum condonetur debitum pœnæ, ſed etiam maculæ, & quidquid habet rationem peccati formaliter ſumpti purgetur, deleatur, tollatur. Exodi 34. *Dominator Domine Deus, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, ac verax, qui cuſtodis miſericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & ſcelera, atque peccata.* Pſal. 50. *Secundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* Item, *Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* Cui conſonat illud Iſaię 1. *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, velut nix dealbabuntur; & ſi fuerint quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.* & cap. 27. *Dimittetur iniquitas Iacob, & iſte eſt omnis fructus, vt auferatur peccatum eius.* Ex quibus, & alijs ſimilibus, tùm veteris, tùm noui teſtamenti locis, ſic contra aduerſarios efformari poteſt argumentum. Quidquid veri nominis peccatum eſt, id totum, vbi homo iuſtificatur à Deo, re vera tollitur, & deletur. Sed defectus hic iuſtitiæ integræ, vbi homo iuſtificatur a Deo, non aufertur. Ergo verè non eſt peccatum; nec conſequenter concupiſcentia. Minor huius argumenti, cum extra controuerſiam ſit, ſolam maiorẽ aduerſarij negant; ſed euidenter illam probant ſtatim adducta Scripturæ loca; quod enim reſpondent, peccata non ita aboleri, vt prorſus iam non inſint animo, ſed ita ſolum remitti, vt ad pœnã æternam non imputentur, abſurdiſſimum eſt, vt dicetur infra, diuinoque textui, apertè repugnans; cuius verbis nemo nonniſi ſua paſſione pluſquã excæcatus videret, clarè ſignificari, & conuinci, non per hoc ſolùm remiſſionem peccatorum fieri, quod illa non imputentur, atque adeo, etiam ſi iuſtificato realiter inſint, dimittantur, quod implicat in terminis, ſed per hoc quod primùm, omnino deleantur, indeq; amplius non imputentur; aut re vera non

imputari

imputari dicantur, quia re vera per Dei gratiam auferuntur. Aliter enim peccatorum non imputatio, ſi ſit vera, & non ficta, explicari non poteſt, nedũ conſone ad Scripturam, ſed etiam ad rectam rationem. Quemadmodum enim qui ſubiectum aliquid nigrum, aut album diceret non eſse tale, eo quod nigredo, aut albedo illi ab aliquo non imputaretur, ſtultiſſimè loqueretur; ita aduerſarij, dum aſſerunt peccatorem eſſe iuſtum, aut non peccatorem, permanente in eo peccato formaliter sũpto, ex eo præcisè, quod ei non imputetur à Deo, turpiter aberrant.

Alia noui teſtamenti loca, eamdem veritatem docentia, ſunt Roman. 8 *Nihil ergo nunc damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant*. Cum enim Apoſtolus prioribus capitibus ſexto, & ſeptimo multa dixiſſet de concupiſcentia, quam modo peccatum metonymicè, modo legem membrorum appellauerat, concludens hic, *nihil damnationis eſſe ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu*, hoc eſt, regeneratis, pluſquam ſatis ſignificauit, concupiſcentiam, quæ remanet in illis, non eſſe peccatum ex natura ſua; alias ea remanente, eſset aliquid damnationis in illis, quæ enim maior damnatio, aut quid ea magis dignum, quam peccatum; Vel quod idem eſt, præfatorũ verborum, ſeu illationis ſenſus tantum eſſe non poteſt, eorum peccata ad æternam damnationem non imputari, vt aduerſarij reſpondent. *Nihil enim damnationis eſſe dicit*, ac proinde ne manere quidem ipſam iniquitatem, qua dignus ſit homo æterna damnatione.

Primò, quia ſi in ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, peccatum, ſeu totum id, quod habet rationem peccati formaliter, per gratiam; vel iuſtitiam Chriſti non tolleretur, falſum eſſet quod Apoſtolus eadem epiſt. cap. 5. verſ. 20. ait; *Vbi autem abundauit delictum*, ſcilicet Adæ, *ſuperabundauit gratia*, ſcilicet Chriſti. Conſtat enim delictum illud deleuiſſe prorſus ipſam iuſtitiam: igitur ni gratia poſtea deleret ſimiliter delictum ſaltem formaliter, idque Apoſtolus non intendiſset, dicendum illi potius fuiſſet, *delictum ſuperabundauiſſe*.

Secundò, quia dum iſti dicunt ex Apoſtolo nihil eſſe damnationis renatis ob concupiſcentiam, non quod ea non ſit peccatum, & conſequenter damnatione digna, ſed quod non imputetur ad illam, vel eius reatum Deus dimiſerit in baptiſmo, non ſolum deprauant hunc locum, ſed talis gloſsa manifeſtam inuoluit contradictionem. Siquidem reatus, vel eſt id, quod propriè dicitur peccatum, vt loquitur D. Auguſtinus lib. 1. de nupt. & concupiſc. cap. 26. *Hoc eſt non habere peccatum, reum non eſſe peccati*, cui conſentiunt aduerſarij, Melanchon in locis communibus tit. de peccato, Caluinus lib. 3. inſtit. cap. 3. §. 11. ac proinde, ſi ſemel verè admittant, reatum dimitti in Baptiſmo, fateri conſequenter tenentur, nihil eſse in renatis, quod habeat veram rationem peccati, ſiue quod idem eſt, concupiſcentiam in illis remanentem non habere culpæ, ſed pœnæ tantum, & ægritudinis rationem; ideoque Paulum dixiſse: *Nihil ergò damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu*. Vel ſi talem reatum negent eſse formaliter peccatum, ſaltem negare non poſsunt eſse omnino inſeparabilem ab eo, quod natura ſua eſt dignum æterna damnatione, qualem eſse volunt concupiſcẽtiam. Reatus enim, qui ab Auguſtino vocatur peccatum, & à Melanctone formale peccati, non eſt ſola ordinatio ad pænam, nam hæc eſt bona, & à Deo; ſed eſt dignitas, ſeu meritum pænæ, vt eam idem S. Auguſtinus appellat in Pſal. 50. *Nemo*, inquit, *naſcitur*, *niſi trahens pænam*, *trahens meritum pænæ*; adeò vt ex Melanctone, iſte reatus ſit relatio, cuius proximum fundamentum eſt actus malus, ſiue iniquitas. Igitur ſi concupiſcentia, qualis remanet poſt Baptiſmum, eſset formaliter peccatum, aut res natura ſua digna morte ęterna, & vt fatetur Melancton, fundamentum pro-

proximum eius relationis, quę dicitur reatus, certè ab ea ſeparari nequaquam poſset; quis enim rationabiliter dicat; ſeiungi poſse reatum, id eſt, dignitatē, & meritum ab ea re, quę ex natura ſua digna eſt pæna, & meretur pænam. Sicut non poteſt relatio à fundamento proximo ſeparari, v. g. fieri, vt qui genuit filium, non ſit eius pater, & qui genitus eſt ab alio, non ſit eius filius. Si ergo Diuus Paulus iuxta aduerſariorum interpretationem per damnationem intellexit reatum, vbi ait, *Nihil damnationis eſſe ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu*, manifeſtè ſequitur, aut falſum eſſe, & contradictorium Apoſtoli teſtimonium, aut verum eſſe, quod nos aſſerimus, concupiſcentiam videlicet, quæ remanet in baptizatis, non eſſe rem ex natura ſua dignam pœna æterna, atque adeo nullo modo habere veram, ac propriam peccati rationem.

Ad Titum cap. 2. *Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum*. Quomodo enim propriè dici poſſet Chriſtum redemiſſe fideles ab omni iniquitate; eoſque mundaſſe, quibus ineſſet peccatum, quæ eſt ipſamet immunditia, qualem aduerſarij dicunt eſſe concupiſcentiam in renatis.

Sancti Iacobi epiſt. cap. 1. *Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Deindè concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cum conſummatum fuerit, generat mortem*. Vbi clarè Apoſtolus concupiſcentiam, id eſt, potentiam pronam, & allicientem ad malum non appellat peccatum, ſed radicem peccati, atque adeò ab illo diſtinctam eſſe intellexit, vt rectè ait Diuus Auguſtinus lib. 6. aduerſus Iulianum cap. 5. *Profectò*, inquit, *in his verbis partus à pariente diſcernitur. Pariens enim eſt concupiſcentia, partus peccatum. Sed concupiſcentia non parit, niſi conceperit, non concipit niſi illexerit, hoc eſt ad malum perpetrandum obtinuerit voluntatis aſſenſum*. Qui ſi fuerit imperfectus, partus quoque erit talis, ſiue peccatum quidem erit, ſed non mortale, ſi autem perfectus, generabit peccatum mortale; cum enim dicit Apoſtolus, peccatum verò cum conſummatum fuerit generat mortem, ſatis conſtat ex textu per peccatum conſummatum non intelligi, vt perperam Caluinus interpretatur, omnia peccata ſimul, vel totum curſū vitæ hominis peccatoris, quo abſoluto nihil ſupereſt, niſi ſupplicium mortis æternę; ſed eum loqui de ſingulis peccatis mortalibus, ſiue ſint operis, ſiue linguæ, ſiue deſiderij, quæ propriè dicuntur peccata conſummata, cauſantia mortem animæ, quæ fit in hac vita, cum ob ea gratia Domini anima deſtituitur, quæ non minus eſt vita eius ſupernaturalis, quam ipſamet anima vita corporis naturalis.

Sancti Ioannis epiſt. 1. cap. 1. *Et ſanguis Ieſu Chriſti filij eius, emundat nos ab omni peccato*; ſed non emundat nos in hac vita à concupiſcentia; igitur ſub nomine peccati formaliter non cōprehenditur, ſique ſtatim ſubiungitur: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*; intelligendum non eſt, vt hęretici corrumpunt, de peccato originis, quod perpetuo in renatis hęreat; ſed ſenſus eſt, neminem ex illis, citra priuilegium, eſſe, qui non frequenter peccet ſaltem venialiter, vbi ad vſum rationis peruenerit. Vnde quod Kemnitius in examine Concilij ait, ingentem eſſe blaſphemiam, ſi dicatur hunc locū eſſe intelligendum de peccatis actualibus, quoniam ſi ita eſſet, ad infantes, & dormientes ea ſententia minimè ſpectaret, riſu potius, quam refutatione dignum eſt. Quaſi verò infantes, & dormientes vnquam dixerint, ſe peccatum non habere. An non ipſe Ioannes, cum ait; *ſi dixerimus*, apertiſſimè ſignificat, ſe de ijs dumtaxat ſermonem habere, qui ſermonis, & rationis vſum habentes falsò pronuntiant, ſe peccatum non habere? quod profectò infantes,

es, & dormientes præſtare non ſunt.

Cum huc vſque adducta, aliaque ſi-a Scripturæ loca pro veritate Ca-ica, adeo ſint clara, manifeſtè ſe-ur eam ne vel minimum fauere ad-arijs; ſed ne ſibi contradicat, eam quam explicant modo, neceſſario ligendam eſſe. Vbi ergò nonnul-locis concupiſcentia vocatur pec-m, notandum eſt, concupiſcentiam ous modis ſumi poſſe, primò pro voluntario concupiſcendi, qui pro-us eſt in lege, *Non concupiſces*; Se-lò pro corruptione naturæ, virium-eius, ſecundum quod homo deſti-s dono iuſtitiæ originalis, quo ad tum ſubijciendi eas rationi, naſci-um pronitate, vel propenſione ad epugnandum: Si primo accipia-nodo concupiſcentia, libenter ad-imus illam eſſe formaliter peccatū, non originale, verum actuale in-im vniuſcuiuſque adulti dictam le-voluntariè tranſgredientis; deque fferimus intelligendum eſſe Apo-m, vbi ad Romanos cap. 7. ait: *atum non cognoui niſi per legem. concupiſcentiam neſciebam, niſi lex et, Non concupiſces*. Tum ex ipſo extu Apoſtoli, qui cum prius di-t legem non eſſe peccatum, id eſt am peccati, ſed eſſe cauſam cogni-s peccati; probauit ex eo, quod cognoſcebant homines, actus etiā iores, vt deſiderium vxoris, vel rei ę eſſe peccata, niſi lex dixiſſet, *concupiſces*. Tum ex conformitate lum Euangelij locum Mathęi 5. Chriſtus Dominus contra peruer-Phariſæorum opiniones, qui ad-docebant, peccata interna, ſeu de-ia iniuſta non eſſe peccata, niſi ex-s ſe proderent, expreſsè ait: *Di-eſt antiquis non mœchaberis, ego au-dico vobis, quia omnis, qui viderit erem ad concupiſcendam eam, iam atus eſt eam in corde ſuo*: Rectè, *in ſuo*, quia non concupiſcentia is, quę eſt concupiſcentia ſecundo modo ſumpta, ſed cordis, id eſt voluntaria per legem, vt vidimus, prohibita, eſt formaliter peccatum. Quare præfatus Apoſtoli locus, & ſimiles nihil patrocinantur aduerſarijs.

Si autem concupiſcentia ſecundo modo ſumatur, concedimus etiam illā dici peccatum. Roman. 6. *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore*; ſed negamus, dici peccatum propriè, atque adeò peccatum originale in illa conſiſtere, vt volunt aduerſarij, vel in defectu integræ iuſtitiæ originalis; Cū enim ex eodem Apoſtolo, & alijs Scripturæ locis manifeſtè conſtet, peccata propriè dicta, verè tolli in iuſtificatione; nec minus conſtet ex ijſdem, concupiſcentiam in iuſtificatione non tolli, Apoſtolo de ſe iuſtificato dicente Rom. 7. *Sentio aliam legem in membris meis*; neceſſariò ſequitur, concupiſcentiam hoc ſecundo modo ſumptam haud ab eo dici peccatum propriè, ſed tantùm impropriè, per figuram metonymiæ, quod ſit effectus peccati originalis, cauſa autem actualis, ſi ei obediatur. Vnde etiam ab alijs vocatur peccatum obiectiuè, à Diuo autem Thoma peccatum originis materialiter 12. quæſt. 82. art. 1. & 3. ſumendo concupiſcentiam pro natura ipſa hominis, & potentijs eius, pro vt originali iuſtitia deſtitutis: cum enim peccatum originale formaliter conſiſtat in priuatione huius iuſtitiæ, modo inferiùs explicando; ſubiectum huius priuationis eſt vtique ſubiectum originalis peccati; rectèque proindè S. Thomas dixit concupiſcentiam ſe habere veluti materiale in peccato originis, vel eſſe peccatum originis materialiter.

Quod obijcit Lutherus, ſi concupiſcentia, vbi vocatur peccatum, non vocaretur propriè, ſed impropriè ſolùm tale, poſſe vtique peccatum non accipi propriè, ineptiſsimum eſt. Etſi enim ex vniuerſali propoſitione rectè colligatur particularis, quia particularis in vniuerſali continetur, atque adeò, ſi aduerſarij oſtenderent, peccatum vbique in Scripturis accipi propriè, recte indè colli-

colligerent, locis ab illis citatis accipi propriè; ex particulari tamen propoſitione non infertur propoſitio vniuerſalis, vndè ex hoc, quod in aliquibus Scripturæ locis, ita exigente vero eorum ſenſu, peccatum accipiatur impropriè, non ſequitur, vt arguit Lutherus, quod vbique ita accipiatur, & nunquam propriè. Sed cum iuxta loquendi Scripturæ modum, vox peccati ſit ambigua, & æquiuoca, nuncque ſumatur pro culpa, nunc pro pœna, quæ eſt culpæ effectus, nunc etiam pro cauſa peccati, nunc denique pro ſacrificio, quod eſt peccati expiatio, nam vbi dicitur Deuteron. 9. v. 21. *Peccatum autem veſtrum, quod feceratis, id eſt vitulum, arripiens igne cõbuſſi*, vitulus dicitur peccatum, quia effectus, & cauſa peccati fuit. Zachariæ 14. v. 19. *An erit peccatum Aegypti, &c.* Deus ibi loquens de plagis Aegypti, per peccatum ſignificauit pœnam peccati. Oſeę 4. *Peccata populi mei comedent, &c.* per peccata intelliguntur ſacrificia, quæ ſunt peccati expiationes, dicunturque Sacerdotes comedere peccata populi, qui comedunt oblationes pro expiatione illorum, ſicut etiam Chriſtus Dominus 2. Corinth. 5. vocatur peccatum, quia ſacrificium fuit pro peccato: Cum, inquam, in Sacra Scriptura, hæc vox peccati ita ſit æquiuoca, vt nunc propriè pro peccato formaliter ſumatur, nunc autem impropriè, ex cõtextu eius, ſiue ex antecedentibus, & conſequentibus colligendum eſt, quomodo intelligi debeat; debetque in ſenſu proprio ſemper accipi, quando nullum ſequitur abſurdum, in metaphorico autem, & improprio, ſi ſequatur, vt oſtendimus ſequi, ſi concupiſcentia, ſecundo modo ſumpta, eſſet formaliter peccatum originis, taleq; proindè peccatum conſiſteret in defectu integræ iuſtitiæ originalis.

Ex his etiam colligo, quod, etſi cõcupiſcentia non ſit propriè peccatum, quia tamen eſt corruptio quædam naturæ, & potentiarum eius incitans ad malum, ſubſequens priuationem iuſtitiæ originalis, ſeu peccati originis per modũ effectus, inde rectè dicatur quid non bonum, & malum, & malum priuatiuum, & poſitiuum, repugnans legi, faciens miſerum, quæ ſunt epitheta cõcupiſcentiæ paſſim attributa in Scripturis, & præſertim in epiſtola ad Romanos; nedum enim malum culpæ, ſed & pęnæ, præcipuè vbi ſubſequitur ad culpam, qualis eſt concupiſcentia, miſeros facit homines; repugnat inſuper legi mentis, non priuatiuè, vt competit peccato propriè dicto, quia eſt actio recedens à ſua regula, cum poſset, & deberet cum illa congruere, ſed repugnat vt lex contraria impellens ad malum, quomodo etiam legi repugnat diabolus, & quicquid incitat ad legis tranſgreſſioné. Imo hoc ipſo quod Apoſtolus Rom. 7. concupiſcentiam vocat legem membrorum: *Video*, inquit, *aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę, & captiuantem me in lege peccati*; ſatis ſignificauit eam non eſſe propriè peccatum, tale enim peccatum non in carne, ſed in mente ſolùm reperitur; quare licet omne peccatum legi repugnet, non tamen vice verſa, omne quod repugnat legi peccatũ eſt, repugnat enim legi homo, qui peccat, & tamen homo non eſt peccatum propriè, vt oſtendimus ſupra contra Illyricum, & admittunt præſentes aduerſarij; indeque, propterea quod concupiſcentia dicatur repugnare legi, malè arguunt, illam eſſe peccatum formaliter, cùm illi non formaliter, aut priuatiuè, ſed cauſatiuè duntaxat repugnet. Defectu quarum diſtinctionum, mirum non eſt, aduerſarios omnia in præſenti materia confudiſſe, nec minus turpiter Sacras Scripturas deprauaſſe contra vnanimem Sanctorum Patrum ſenſum.

Verbo enim diuino ſcripto huc vſque adducto concordat traditum, quod in veteribus reperitur Patribus, vnanimiter docentibus concupiſcentiam non eſſe formaliter peccatum originis, vt ipſemet Caluinus fateri coactus eſt. Sic enim ſcribit lib. 3. Inſtitut. cap. 3. §. 10.

Neque

opus eſt multum inueſtigando labo-
uid hic veteres ſentiant , quando
uguſtinus ſufficere ad id poteſt, qui
magnaque diligentia omnium ſen-
collegit . Ex illo igitur ſumant le-
ſi quid de ſenſu antiquitatis habere
lunt . Porrò inter illum, & nos hoc
ex eſt , quod ipſe quidem concupi-
morbum peccatum vocare non au-
ad illum deſignandum infirmitatis
contentus, tùm demum fieri pecca-
cet, vbi vel opus , vel conſenſus ac-
Nos autem illud ipſum pro peccato
s, quod aliqua omnino cupiditate
ſtillatur .
Grçcis citari ſolent , Methodius
Epiphanium hæreſi 64. docens
iſcentiam in nobis relictam eſſe
onem ; Baſilius in lib. conſtitut.
tic. cap.2. aſſerens, omnes carnis
s eſſe naturales , & ſi quando in
catur , totum eſſe ex negligentia
. Chryſoſtomus homil. 17. in
æum , 13. in epiſt. ad Roman. &
populum Antiochenum : *Concu-*
inquit, *naturale, & male concupi-*
m voluntatis . Cyrillus lib.4. in
m cap. 51. verſus medium : *Vo-*
inquit , *quędam ante omne pecca-*
ccurrit, & ferucns cupiditas ad de-
let allicere , &c.
Latinis S. Cyprianus, vel quicum-
author, ſerm. de ablutione pe-
Sic, inquit , *abluit , quos parentalis*
fecerat, vt nec actualis , nec origi-
acula poſt ablutionem illam vlla
igia derelinquat. Hilarius in pſal.
oi explicans verſ. 29. expreſsè di-
t concupiſcentiam à peccato ,
e non peccatum , ſed viam ad
um appellat. S. Ambroſius lib. 1.
icijs cap. 21. & in lib. de Sacra-
regenerationis . Sanctus Hiero-
s in epiſt. ad Oceanum : *Quomo-*
uit, *iuſtificati ſumus, & ſanctifica-*
eccatum aliquod in nobis relinqui-
Trium autem priorum Patrum te-
ia à Sancto Auguſtino citata
aduerſus Iulianum cum Kemni-
exam. Concilij Tridentini in ſui

erroris fauorem pertrahere conetur, rectè oſtendit Bellarminus tom. 4. lib. 5. cap. 12. temere id ab eo tentatum fuiſſe, peruertiſſeque verba dictorum Patrum, non minus ac ipſiuſmet Diui Auguſtini, nonnulla ſubobſcura eius teſtimonia proferendo, cum non modo nuſquam dixerit, concupiſcentiam propriè eſſe peccatum, ſed clare, diſertiſque verbis contrarium affirmarit in omnibus tomis operum ſuorum, quorũ loca citat idem Bellarminus ; ex quibus tria tantùm , vel quatuor magis expreſſa adducam.

Primùm ex tom. 1. lib. 1. Retract. cap. 15. *Hoc peccatum*, inquit, *de quo ſic eſt loquutus Apoſtolus , ideo peccatum vocatur, quia peccato factum eſt, & pæna peccati eſt . Quandoquidem de concupiſcentia carnis dicitur* . Secundum ex tom. 3. lib. 14. de Trinitate cap. 17. *Quemadmodum aliud eſt carere febribus, aliud ab infirmitate, qua febribus facta eſt reualeſcere : itemque aliud eſt infixum telum de corpore demere, aliud vulnus, quod eo factum eſt, ſecunda curatione ſanare? ita prima curatio eſt , cauſam remouere languoris, quod per omnium fit indulgentiam peccatorum, ſecunda ipſum ſanare languorem, quod fit paulatim proficiendo in renouatione huius imaginis : Quæ duo demonſtrantur in Pſalmo, vbi legitur : Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis , quod fit in Baptiſmo . Deindè ſequitur , Qui ſanat omnes languores tuos , quod fit quotidianis acceſſibus , cum hac imago renouatur* . Quod idem habet tom. 4. lib. de continentia cap. 7.

Tertium, & quartum ex tom. 7. lib. 1. de concupiſcent. cap. 23. *Concupiſcentia in renatis , iam non eſt peccatum , ſi ei ad illicita opera non conſentitur*. lib. 1. contra duas epiſt. Pelagianorum cap. 13. *Dicimus Baptiſma dare omnium indulgẽtiam peccatorum, & auferre crimina, non radere , nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quaſi raſorum in capite capillorum, vnde creſcant iterum reſecanda peccata. Sed de iſta concupiſcentia carnis falli eos credo , vel fallere , cum qua neceſſe eſt, vt baptizatus, & hoc ſi diligentiſ-*

ligentiſsimè proficit, & ſpiritu Dei agitur, pia mente confligat, ſed hæc etiamſi vocatur peccatum, non vtique quia peccatum eſt, ſed quia peccato facta eſt, ſic vocatur, ſicut Scriptura manus cuiuſq; dicitur, quod manus eam fecerit. Idem repetit lib. 6. contra Iulianum cap. 5. *Regeneratus,* inquit, *omni peccato caret, non omni malo: quod planius ita dicitur. Regeneratus omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis.* Et cap. 7. *Percipitur,* inquit, *in Baptiſmo Chriſtiano perfecta nouitas, & perfecta ſanitas, ab eis malis noſtris, quibus eramus rei, non autem ab eis, cum quibus confligendum eſt, ne ſimus rei.*

Quibus certè nihil ab Auguſtino apertius dici potuit ad confundendum Lutheranorum, & Caluiniſtarum errorem, nec non explicanda, quæ ex ipſo falſificant loca, vbi interdum concupiſcentiam appellat peccatum, vel malū, quaſi loqueretur propriè de peccato, aut de malo culpæ, cum ſolùm de illo loquatur impropriè, quatenus ſcilicet concupiſcentia in renatis à peccato eſt, atque ad peccatum inclinat; ſicut Scriptura dicitur manus, quoniam eſt à manu: & locutio dicitur lingua, quoniam à lingua procedit. Vocatur etiam malum formaliter, non ſumpto malo, pro malo culpæ, ſed pro malo pœnæ, ſeu pro infirmitate ex peccato originali relicta. In quo ſanè turpiter decepti ſunt præfati hæretici, non animaduertentes, latius patere malum, imo vitium etiam, quam peccatum propriè. Malum namque, & vitium dici poteſt quicumque defectus perfectionis, quæ fuerat initio noſtræ naturæ attributa, vt docet Auguſtinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 14. dum ait: *Quicquid naturæ perfectioni deeſse videris, id voces vitium.* Quocirca defectus ille iuſtitiæ integræ in concupiſcentia, & reliquis animæ viribus, qui in renatis perſeuerat, malum quoddam, & vitium etiam meritò ab Auguſtino vocatur. Cæterum nō eſt propriè peccatum; atque idcircò rectè dixit locis citatis contra Iulianum regeneratum omni peccato carere, non autem omni malo; ita vt peccatum, neque in illo regnet, neque in illo ſit, cum tamen malum in eodem ſit, tametſi non regnet. Quod enim Sectarij reſpondent, vbi Auguſtinus docet peccatum originis in renatis non eſſe, intelligendum eſſe, illud eis non dominari, ita vt ſerui ſint illius, & ipſius concupiſcentijs obediant, quamuis eis verè inſit, alieniſsimum eſt tum à verbis, tum à mente Auguſtini, manifeſtaque vtriuſque corruptela. Id enim ſi tantùm intendiſſet Auguſtinus, pari ratione docuiſſet, renatos omni etiam malo carere, & non ſolùm omni peccato, vt ait locis citatis; conſtat enim illos non obedire concupiſcentiæ malo, atque adeò mente, & voluntate ſeruos illius non eſſe, ſed iuſtitię, & legis diuinæ, vt patet ex Apoſtolo ad Roman. 7. *Igitur ego mente ſeruio legi Dei, carne autē legi peccati*: cum prius cap. 6. dixiſſet, *Liberati autem à peccato, ſerui autem facti iuſtitiæ.* Ex quibus locis, ſicut etiam Diuus Auguſtinus lib. 6. contra Iulianum cap. 11. docuit, ſatis apparet, concupiſcentiam, quam in regeneratis malum quoddam, & infirmitatem Auguſtinus appellat, minimè in eis regnare. Quocirca cum ait, regeneratos omni peccato carere, & non omni malo, amplius dicit, quam quod in illis peccatum non regnet; nempè, ne eſſe quidem in ipſis peccatum, cum tamen infirmitas, & malum concupiſcentiæ remaneat.

Quare licet admittamus, fieri poſſe, vt aliquid, quod eſt materialiter duntaxat peccatum, aut inclinans ad illud, qualem concupiſcentiam eſſe, huc vſque oſtendimus, poſſit ineſſe, & non regnare, quia vt regnet in ratione peccati, de quo modo eſt ſermo, non autem in ratione infirmitatis, fiatque conſequenter peccatum formaliter, deſideratur peccantis conſenſus, vndè Apoſtolus Ro. 6. de illa loquens ait, *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore,* non autem, *non inſit,* quia licet ſemper inſit, non tamen ſemper regnat, niſi accedente noſtro

conſenſu,

u, quem ibi prohibet Apoſtolus verba, *Non regnet*, id eſt non regnare, illi conſentiendo, dum Attamen videtur implicare dictionem, vt quibus ſemel ineſt m verè, & propriè dictum, illis non dominetur, & ab eo non nentur peccatores, ſiue ſerui ſicut concupiſcentia, ex hoc, ſit in ratione infirmitatis, non on regnare in carne ratione ta- tando videlicet ad peccatum. Si aduerſarijs concupiſcentia eſt m ex natura ſua formaliter tale, que iuſtificatis adhuc inhærens, teſt non conſtituere eos formali- catores, vel ſeruos peccati, quod atum in illis regnare, ni termi- ti, & omnia ſuo more confun- lint.

dem ſi Diuus Auguſtinus concu- am vocare videtur peccatum ormaliter, quando ait lib.1. de concupiſcentia cap. 25. *Concu- in baptiſmo remittitur, non vt ſed vt in peccatum non imputetur*; em, vt corrumpunt aduerſarij: *m in baptiſmo remittitur, non vt ſed vt non imputetur*. Quod idē b. 2. contra Iulianum, & alibi non eſt, quod ex iſto modo lo- S. Doctoris aduerſarij trium- gant, quaſi retractauerit alia nia, quibuſcumque ſignificauit, iſcentiam in renatis peccatum non eſſe, his autem docuerit ium, ſi quidem, inquiunt, nihil ur niſi peccatum; igitur ſi con- ntia remittitur ex Auguſtino in atione ſpirituali, ipſa in ſe verè m erat, antequam remitteretur. net in renatis eadem, quæ antea o ad ſubſtantiam; ergo adhuc ccatum eſt, & ſolum remitti di- uia non imputatur, vt citato lo- upt.& concupiſcentia docet Au. s: Non eſt, inquam, quod ita tur. Quod enim dicunt de re- one, falſum eſt, ſi quidem libri tionum poſteriores ſunt omni-bus libris, ex quibus aduerſarij ſua depromūt argumenta, & tamen lib.1.c.15. apertiſsimè ſcribit, concupiſcentiam infirmitatem eſſe, non autem peccatum, niſi metonymicè; Item liber de perfectione iuſtitiæ contra Cęleſtium poſterior eſt etiam libris retractationum, & tamen in eo libro verſus finem docet, adeo non eſſe peccata motus concupiſcentiæ inuoluntarios, vt pro eorum remiſſione non ſit opus dicere, *Dimitte nobis debita noſtra*. Quod etiam prius docuerat tom.2. in epiſt.200. ad Aſellicum: *Quamuis*, inquit, *inſint, dum ſumus in corpore mortis huius, deſideria peccati, ſi nulli eorum adhiberemus aſſenſum, non eſſet, vndè diceremus Patri noſtro, qui eſt in cælis, Dimitte nobis debita noſtra*. Cum tamen Lutherus in aſſert. art. 2. ex oratione Dominica ducat argumentum ad probandum, concupiſcentiam in renatis eſſe verè, proprièque dictum peccatum.

Nos igitur, abſque vllo ad retractationem recurſu, aſſerimus omnia Diui Auguſtini loca rectè inter ſe cohærere; vbi enim ait concupiſcentiam, non eſſe peccatum, niſi impropriè, quia nimirū ab illo eſt, & ad illud inclinat; loquitur de illa pręcisè ex natura ſua, quęque in renatis poſt baptiſmum remanet; vbi verò dicit illam eſſe peccatum formaliter, loquitur de concupiſcentia eorum, qui nondum ſunt per Baptiſmum regenerati, quia licet concupiſcentia ex natura ſua, ſiue ratione ſui non ſit formaliter peccatum; eademque prorſus ſit, quo ad ſubſtantiam ante, & poſt Baſptiſmū; nihilominus tamen, quia ante Baptiſmum annexum habet reatum peccati originalis, propterea Diuus Auguſtinus ait, illam in non renatis eſſe formaliter peccatum, non ratione ſui, ſed ratione dicti reatus, qui cum ea manet vſque ad Baptiſmum, & reſpectu cuius ſe habet veluti materia, vt diximus ſupra, & iterum inferius dicetur, quemadmodum in renatis motus inuoluntarij eiuſdem concupiſcentiæ, ipſametque ad illos inclinans, accedente eorum conſenſu,

fiunt ſimiliter peccatum; eademque ratione dicit citato libro 1. de nupt. & & concupiſcent.cap.25. *Concupiſcentiam in Baptiſmo remitti, non vt non ſit, ſed vt in peccatum non imputetur*; ſublato ſcilicet per Baptiſmum reatu peccati originalis illi prius annexi, ratione cuius erat peccatum; vt eodem libro c.32. & alibi ſæpius idem ſe explicat Auguſtinus; *Hęc itaque remiſsio peccatorum*, inquit, *quamdiu non ſit in prole, ſic ibi eſt lex iſta peccati, vt etiam in peccatum imputetur, id eſt vt etiam reatus eius cum illo ſit, qui eum teneat æterni ſupplicij debitorem*.

Vbi, dum Auguſtinus concupiſcentiæ reatum tribuit, obſeruandum eſt, ad tollendam omnem æquiuocationem, huiuſmodi reatum tribus modis intelligi poſſe. *Primò*, dici poteſt reatus concupiſcentię, reatus, qui ab ipſa oritur, & in ipſa fundatur, ita vt reus ſit, vel peccator, qui ipſam habet, quia ipſam habet, ſumpto proinde reatu, pro eodē, ac pro peccato, ſicut Auguſtin. eodem libro 1. de nupt. & concupiſcent. c.26. ſcripſit, *Hoc eſse non habere peccatum, reum non eſse peccati*. *Secundò*, dici poteſt, reatus concupiſcentiæ, is, quo ipſa facta eſt, non quem ipſa facit, quomodo, inquit Bellarminus, ſi quis ſibi ipſi manum abſcinderet, diceretur eſſe reus manus abſciſſę, non quod habere manū abſciſſam ſit peccatum, vel reum faciat, ſed quod abſcindere ſibi manum ſit cōtra rationem, & reatum faciat. Sic etiā dicitur reatus concupiſcentiæ, nō quod ipſam habere faciat pręcisè hominem reum, ſed quod ipſa orta ſit ex reatu peccati Adami ad nos transfuſi, qui factus Deo cum tota ſua poſteritate rebellis, meruit in ſe experiri carnis ſuæ rebellionem. *Tertiò*, dici poteſt etiā reatus concupiſcentię, is, quem ipſa facit ſi ad conſenſum pertrahat, vt non ſit propriè homo reus, vel peccator, quia concupiſcentiam habet, ſed quia concupiſcentię abſtrahenti, & illicienti cedit.

Ex his igitur tribus reatus modis, cū aduerſarij primum eligant, hoc eſt reatum pro peccato ſumant, inde concupiſcentiam, quod interdum reatus vocetur, propriè peccatum eſſe volunt; nos autem vt peccatum, ita reatum peccati nedum propriè, ſed impropriè ſumi debere cum Scriptura, & Patribus, Diuoque pręſertim Auguſtino aſſerentes, ſecundo duntaxat, & tertio modo reatum concupiſcentiæ accipimus, indeque concupiſcentiam, non peccatum formaliter, ſed effectum, & cauſam peccati eſſe affirmamus; ſique D. Auguſtinus ait, eum, qui concupiſcentiam habet, eſſe reum, aut peccatorem formaliter, id non debere intelligi ratione concupiſcentię, quaſi peccatum ſit illam habere, ſed ratione peccati, quo ipſa concupiſcentia facta eſt, quodque remanet illi annexum, vſque dum per Baptiſmū renaſcamur; Atque hac ratione Auguſtinus dixit remitti concupiſcentiam in illo, hoc eſt, non ratione ſui, ſed ratione annexi reatus peccati originalis, qui concupiſcentiæ reatus dicitur, quia per eum facta eſt; ita vt reatus, qui ſoluitur in Baptiſmo, non ſit propriè reatus, quē concupiſcentia facit, vt volunt aduerſarij, ſed reatus vnde ipſa, tanquam pęna grauiſsima proceſsit. Reatus enim Adę, quo & nos naſcimur implicati, non fuit habere concupiſcentiam, ſed mentem auerti à Deo, vnde nata eſt ſecundario, & per modum effectus auerſio carnis à ratione. Quia autem huc vſque dicta ſufficienter oſtendunt hanc eſſe genuinam Diui Auguſtini mentem, pluribuſque inſuper demonſtrant Bellarminus tomo 4. lib.5. cap.13 Nec non Valentia 12. diſput. 6. quæſt. 12. puncto 1. nunc veniamus ad rationes ex præfatis Scripturæ, & Patrum authoritatibus deſumptas pro eadem veritate.

Tertio igitur probatur noſtra concluſio rationibus. Prima eſt, quia concupiſcentia ex natura ſua non eſt peccatum: ergo ex eo, quod ſit defectus iuſtitiæ originalis integræ, poteſt quidem, vt docent Scripturæ, & Patres, habere rationem pœnæ, & effectus peccati originalis, pro vt dicit defectum

præfatæ

, quantum ad primum ſuum mu-
pè conuertendi,& ſubijciendi ha-
er animam Deo, ad quem ſe-
auerſio carnis à ratione, in qua
t concupiſcentia, non autem
pſa eſſe verè, & propriè peccatū
le; atque adeò peccatum etiam
le conſiſtere non poteſt in defe-
græ iuſtitiæ originalis.
conſequentia videtur eſſe certa,
cedens eſt verum; Vt enim, quod
ra ſua peccatum eſt, ſemper pec-
eſt, & vndecunque tandem oria-
mper facit reum; ita quod non
catum per ſe, & ex natura ſua,
m poteſt eſſe peccatum forma-
icet poſſit ſubſequi ad illud per
n pœnæ, vt patet in morte, quæ
s corruptionis humanæ naturæ,
tera pars eiuſdem eſt concupi-
cum ignorantia, & alijs eiuſdem
naturæ noſtræ inflictis vulneri-
Antecedens autem eſt Diui Au-
lib. 3. contra Iulianum cap. 12.
cedentis, quod ſi homo non
tur ex Adamo, & tamen haberet
iſcentiam, quam nunc habet, nō
in eo propriè vocari peccatum,
ſtè ob illam reprehendi, cuius;
Auguſtini authoritatem, ratio eſt
unc concupiſcentia res eſſet na-
, propter naturalia autem nemo
or dici, iuſtèque reprehendi po-
oncupiſcentia igitur, ſi non eſſet
um, ſi naturalis eſſet, certè non
catum per ſe, & ex natura ſua;
nim ex natura ſua peccatum eſt,
m dicebam, ſemper peccatum
l eadem tantùm eſt ratio eius, &
Quare ſicut mors, quæ alias
liter contingere poſſet, de facto
m pœna, & effectus peccati ori-
, non autem ipſum peccatum ori-
, niſi metonymicè, ita quoque &
iſcentia eſt pœna, & effectus
m peccati originalis, non verò
peccatum originale. Imo eo ipſo,
à Scriptura, & Patribus vocatur
& effectus talis peccati, non po-
ſummet eſſe formaliter, quia, li-

cet per comparationem ad diuerſa, poſ-
ſit vnum & idem, & peccatum eſſe, &
pœna peccati, addo inſuper & cauſa
peccati, vt patet in his, qui in pœnam
præcedentis peccati, vlterius à Deo
permittuntur peccare, nihilominus in-
telligi non poteſt, vt res vna ſit pecca-
tum, & pœna, atque effectus eiuſdem
peccati, ſi quidem eſſet pœna, & effe-
ctus ſui ipſius, ac per hoc prior, & po-
ſterior ſeipſa: Igitur, ſi concupiſcentia
eſt effectus, & pœna peccati originalis,
non eſt peccatum ipſum originale, niſi
per metonymiam.

Secunda ratio eſt, quia concupiſcen-
tia ſumpta pro actu inuoluntario, id eſt,
pro primis concupiſcentiæ motibus,
quibus mens reſiſtit, verè, & propriè
peccatum non eſt; multò igitur minus
tale erit, ſi accipiatur pro pronitate ad
eum actum, vel motus. Conſequentia
huius argumenti eſt certa, nec illā ne-
gant aduerſarij, qui hanc pronitatem
ideo peccatum eſſe volunt, quoniam
exiſtimāt eam non ſolùm efficienter, ſed
etiam formaliter, aut priuatiuè pugna-
re cum lege Dei; certum eſt autem, eam
non ita pugnare cum lege Dei, ſi actus
eius cum eadem lege non ita pugnat.
Vndè probandum eſt antecedens, quod
ipſi concorditer negant. *Primò*, autho-
ritate Apoſtoli docentis ad Roman.
motus concupiſcentiæ inuoluntarios
non eſſe peccata, nec poſſe proindè ho-
mini imputari; hoc enim ſignificant eius
verba: *Non enim quod volo bonum, hoc
ago: ſed quod odi malum, illud facio: ſi
autem quod odi malum, illud facio, iam
non ego operor illud; ſed quod habitat in
me peccatum*; id eſt concupiſcentia. Nam
ſi verè dici poteſt, vt ait Apoſtolus, de
motu concupiſcentiæ inuoluntario, non
ego operor illum, ſiue illum eſſe in
nobis, ſed non à nobis, manifeſtè patet
illum non eſſe formaliter peccatum, nec
poſſe imputari homini, in cuius pote-
ſtate morali non eſt. Profectò ſi concu-
piſcentia in pueris, amentibus, & dor-
mientibus peccatum non eſt, ex eo quod
non eſt in poteſtate eorum non concu-

piſcere, vt docent S.Ambroſius lib. 1. de officijs cap. 21. S. Auguſtinus lib. 10. Confeſſ. cap.30. S.Proſper lib.3. de vita contemplat. cum etiam non ſit in poteſtate virorum Sapientum, & vigilantium, non habere primos illos concupiſcentiæ motus, vt ſatis experientia docet; fatendum quoque eſt, illis peccata verè non eſſe; rectèque dixiſſe S.Auguſtinum lib.1. de Ciuitate Dei, cap. 25. *Quantò magis concupiſcentialis inobedientia abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi abſque culpa eſt in corpore dormientis? Secundò* probatur idem antecedens, quia ex diuinis Scripturis, vnanimique Patrum conſenſu, lex Domini non ſolùm non impoſsibilis, ſed etiam facilis, ac ſuauis eſt habentibus gratiam ipſius; At impoſſibile eſt, niſi ſingulari Dei priuilegio, etiam iuſtis, & Sanctis non habere motus concupiſcentiæ, repugnantes legi mentis, vt patet ex ipſo Apoſtolo Rom.7. & 2. Corinth. 12. Igitur motus illi ex ſe peccata non ſunt. Quod reſpondent aduerſarij eſſe peccata ex ſe, ſed non imputari iuſtis, ſine ſtomacho audiri non poteſt; iamque oſtendimus ſupra implicare, quod peccatum propriè dictum alicui realiter inſit, & illi non imputetur; nec minus abſurdum, aut paradoxum eſt; quod concupiſcentiam, quàm priori ratione oſtendimus non eſſe ex natura ſua peccatum, ſed tantùm de facto peccati pœnam, voluerit inſuper Deus eſſe peccatum formaliter, vt illud poſtea non imputaret.

Tertia ratio. Illud eſt ſolùm verè proprièque dictum peccatum; quod ex ſe formaliter, aut priuatiuè pugnat cũ lege Dei; ſed concupiſcentia ex ſe non pugnat formaliter, aut priuatiuè, ſed tantùm efficienter cum lege Dei, quia incitat ad eius tranſgreſſionem: Ergo illa non eſt verè, proprièque dictum peccatum. Maior huius argumenti eſt certa; minor ergo probatur; quia vt concupiſcentia ex ſe formaliter, aut priuatiuè diuinæ opponeretur legi, deberet eſſe defectus perfectionis alicuius præſcriptæ à diuina lege in ordine ad finem humanæ vitæ, qui eſt beatitudo; ſiue eiuſmodi aliqua perfectio præſcribatur abſolutè, vt præſcribitur per præceptum affirmatiuum; ſiue ex ſuppoſitione, poſito nimirum quod quis in aliqua materia operatur, vt præſcribitur per præcepta negatiua, quæ in tantùm requirunt bonam operationem, in quantum ſi in eorum materia operari velimus, prohibent nobis, ne malam in ea materia operationem exerceamus, & indè neceſſitatem quamdam imponunt, vt bonam eliciamus. Sed concupiſcentia ex ſe, & natura ſua non eſt defectus perfectionis alicuius præſcriptæ à diuina lege in ordine ad finem vitæ æternæ: Igitur ex ſe formaliter, aut priuatiuè diuinæ legi non opponitur. Maior huius ſecundi argumenti videtur etiam certa; ſi quidem peccatum propriè non eſt niſi defectus alicuius perfectionis neceſſariæ homini in hac vita, vt beatitudinem conſequi poſſit, ſtatim ac moritur, vt comprehendantur peccata venialia, cum quibus ſi quis ex hac vita migret, ſaltem retardatur à beatitudine obtinenda, donec ei remittantur. Minor ergò tantùm ſupereſt probanda, concupiſcentiam ſcilicet, vel defectum iùſtitiæ originalis integræ non eſſe defectum perfectionis alicuius neceſſariæ homini ad conſecutionem vitæ æternæ, ſtatim ac moritur. *Primò*, quia quod in ſtatu iuſtitiæ originalis corpus animæ, & vires inferiores appetitus ſentientis appetitui rationali, aut rectæ rationi abſque rebellione ſubijcerentur, non erat effectus eius neceſſarius ad conſecutionem vitæ æternæ, ſed tantùm proprietas ad ornatum, & perfectionem hominis maioré in illo felici ſtatu pertinens, ſufficiebatque ad ſalutem donũ illius, quoad primarium ſuum effectum ſubijciendi animam Deo, ſeu conuertendi eam ad Deum per gratiam, tanquã ad finem ſuum ſupernaturalem; Ergo defectus dictæ ſubiectionis partis inferioris ad ſuperiorem præciſè, in quo conſiſtit concupiſcentia, non eſt defectus

licuius perfectionis neceſſariȩ ho-
n hac vita,vt beatitudinem,ſtatim
oritur conſequi poſſit. *Secundò*,
i reperitur præſcripta per modum
:alis perfectio, ſeu non rebellio
inferioris ad ſuperiorem, dum
n lege prohibetur *Non concupiſces*,
ıcupiſcentia, vt diximus ſupra,
ır pro actu voluntario concupi-
;non autem pro concupiſcentia
cante pronitatem, vel propenſio-
n homine ad repugnandum rectæ
i, de qua modo eſt quæſtio, dum
ıus concupiſcentiam eſſe pecca-
Illa ergò pręcisè non eſt defectus
tionis alicuius præſcriptæ à diui-
e in ordine ad finem humanæ vi-
i eſt beatitudo ſupernaturalis; &
quenter non eſt propriè peccatū.
, diuinis paſſim Scripturis docen-
homines per Chriſti gratiam,nihil
nte eo defectu, in filios Dei ado-
, & hæredes Dei, cohæredeſque
ti fieri, atque adeo, niſi aliud pec-
npedimentum habeant, nihil ob-
pſis poſſe, quominus vitæ ęternæ
litatem ſibi debitam ſimul ac mo-
ır adeant, vt patet in paruulis ba-
is morientibus; pluſquam ſatis ſi-
atur, defectum, ſeu malum con-
entiæ, non eſſe defectum toties
perfectionis;atque adeò in illa nō
lere formaliter peccatum origina-
l quod idem eſt, in defectu iuſti-
riginalis integræ, hoc eſt quo ad
ſuos effectus, aut munera tàm
ria, quàm ſecundaria.

licant aduerſarij præceptum dile-
s Dei,non poſſe in hac vita adim-
abſque integra iuſtitia, atque adeò
, quia ad id præceptum implen-
it neceſſaria, eſſe nobis in hac vi-
eceptam, ita vt defectus illius iam
catum.

ſpondetur concedendo, nos quidē
oſſe in hac vita adimplere perfe-
æceptum dilectionis Dei, ſi, at-
eius fine, ſenſus ſit, non poſſe nos
n charitatis perfectionem in hac
eruenire,vt perpetuò Deum diligamus, omniaque in ipſum actu referamus, idque ſine interruptione,vt faciūt beati. Atque hoc tantùm, qui citari ſolet Auguſtinus voluit, vbi videtur aſſerere eſſe impoſsibilem pręcepti dilectionis Dei impletionem, vt ſatis frequenter ſe explicat, præſertim in lib. de ſpiritu, & littera cap.36, vbi ait: *Ideo pręceptum hoc traditum fuiſſe illis verbis* (ex toto corde &c.) *vt admoneremur, quo ſpem præmittere, & quid fide expoſcere, & ad quid nos extendere deberemus.* Negamus autem cum eodem Auguſtino, & cæteris Patribus,non poſſe in hac vita Deum ita diligi,vt fiat, quod ex vi eius pręſtare debemus in hac vita,ad vitandū peccatum contra illud;hoc eſt,vt affectum, & animum noſtrum totum accommodemus ſoli Deo, tanquam vltimo fini, quem reliquis omnibus æſtimatione,& affectu noſtro pręponamus & cuius gratia parati ſimus omnia vel facere, vel pati, quæcumque neceſſaria ſint, vt eum vltimi finis loco habere, & retinere valeamus; ad hoc autem minimè requiritur integra iuſtitia,ſed gratia illa ſufficit, per quam natura noſtra in hac vita ſanatur, & roboratur, cum qua omnes Sancti, non obſtante, quod ſentirent aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuantem eos in lege peccati, dicto præcepto ſatisfecerunt. Vndè & Dauid Pſal.118. confidenter dixit; *In tota corde meo exquiſiui te.*

Sed eſto adhuc, quod ſine integra iuſtitia impleri dilectionis præceptum non poſſet, non propterea ſequeretur ipſam, quia ad id præceptum implendum requiratur, eſſe nobis in hac vita præceptam, ita vt defectus illius iam ſit peccatum. Nam & mens noſtra, & intellectus, & voluntas deſiderantur, vt adimpleamus præcepta, neque tamē ideo iſtę etiam res ſunt nobis præceptæ, ſed datæ, vt legi ſatisfaciamus, & noſtrum finem adimpleamus. Similiter vita neceſſaria eſt, vt quædam præcepta obſeruemus, dum viuimus, & tamē abſurdum eſſet ideo putare, vitam eſſe

in ſe

in ſe nobis præceptam, ita vt mors per ſe, quatenus priuatio vitæ eſt, quoddã ſit peccatum propriè. Potuit ergo Deus homini iuſtitiam integram conferre ad præcepta implenda, neque tamen illã quoque ſecundum ſe præcipere; vt huc vſque dicta ſatis demonſtrant.

Quarta, & vltima ratio eſt, quia ex fide certiſſimè conſtat, id totum in Baptiſmo tolli, & deleri, quod veram, ac propriam rationem peccati habet; ſed Baptiſmus non liberat hominem à cõcupiſcentia; ſi quidem poſt eum procliuitas etiam ad mala deſideria perſeuerat; Igitur dicendum eſt, vel concupiſcentiam non eſſe peccatum originis formaliter, vel Baptiſmum non liberare hominem ab illo.

Si reſpondeatur, per Baptiſmum quidem non auferri concupiſcentiam, ſed tantum eius dominium; id enim præſtat gratia baptiſmalis, vt concupiſcentia non dominetur. Id facilè refellitur, etſi enim libenter admittamus per baptiſmum non ſolum haberi remiſſionem omnium peccatorum, ſed etiam quod legi carnis, vel concupiſcẽtię fortiter, ac ſtrenuè reſiſtamus, ne regnet in nobis; attamen ſi concupiſcentia eſſet verè proprièque dictum peccatum originis, non eſſet tale propter dominium, ſed propter repugnantiam ad rationem, vel pronitatem ad illi repugnandum. Si quidem peccatum originis eſt id, cum quo naſcimur, & quod ab origine etiam infantes vſu rationis carentes trahunt: naſcimur autem cum propenſione ad repugnandũ rationi, cum tamen dominium in infantibus non reperiatur, ſed poſtea accedat ex conſenſu voluntatis, ideoque actuale, non originale peccatum eſt. Igitur Baptiſmus etiam ſi dominium tollat, non tamen peccatum originis, ſi ſemel, vt fatentur aduerſarij, concupiſcentia eſt formaliter peccatum originis.

Nec difficilius ſoluitur ex dictis, quod alij è ſectarijs reſpondent, nimirum dici, per Baptiſmum tolli omnia peccata, & conſequenter concupiſcentiam, non quia poſt illum non remaneant, ſed quia non imputantur, mediant eque Chriſti Paſſione fit, vt qui iniquitate, & peccato verè obſtricti tenentur, ideoque digni ſunt per ſe odio, hi propter Chriſti meritum odio non habeantur, ſed diligantur, & ad beatitudinem perducantur; iam enim oſtendimus ſupra, & iterum infra oſtendemus, remiſſionem peccatorum non fieri per non imputationem, modo quo explicant aduerſarij, ſed per totalem eorum abolitionem. Deinde abſurdum eſt dicere, quod per Chriſti meritum peccata, quæ digna ſunt odio, odio non habeantur; ſic enim non veniſſet, vt diſſolueret opera diaboli, & tolleret peccata mundi, ſed potius vt patrocinium ſuſciperet peccatorum, & iniquitatum, reddendo Deo amabiles, & acceptabiles eos, qui realiter ſunt peccatis coinquinati, quique proindè digni ſunt propter illa odio, æternaque damnatione. Inſuper cum Chriſtus non effecerit, vt iniquitatem hominis Deus odio non habeat, nec effeciſſe putandus eſt, vt peccatorem, perſeuerantibus in eo peccatis, non odio proſequatur: ſunt enim hæc duo connexa, vt ex ratione ipſa patet, & ex illo Scripturæ loco Sapient. 14. verſ. 9. *Similiter autem odio ſunt Deo, impius, & impietas eius*. Demum ex dicendis inferius de iuſtificatione, manifeſta eſt hæreſis, quod putent, peccatorem, & iniquum hominem poſſe de nouo à Deo diligi, & iuſtificari, nulla mutatione in ipſo per Chriſti meritum facta ex peccato in iuſtitiam, qua ſimul peccatum prorſus aboleatur, & homo dignus amore reddatur. Quia ſimiliter ex dictis inter probandum Catholicam veritatem, nulli non obiectioni aduerſariorum ſatisfieri poteſt, aut ab authoritate, aut à ratione deſumptæ, non eſt quod in illis vlterius adducendis otiosè tempus teramus.

Prædicta duo cum ſint certa ſecundum fidem, peccatum ſcilicet originale; nec eſſe ipſammet ſubſtantiam hominis à dæmone productam, vt voluit Illyri-

ctus, nec concupiſcentiam prout illum pronam, aut rationi rebellē, cent Lutherani, & Caluiniſtæ; vnus eſt Doctorum Catholicorū s explicandi, in quo formaliter tat peccatum originale, ſiue quæ io conſtitutiua illius: Primus fuit tri in 2. ſentent.diſtinct.30.& 31. tis peccatum originis eſse prauā atem quamdam, ex infectione ordinario modo ſeminatę, ad ipnimam deriuatam. Exiſtimauit per peccatum corpus primi pafuiſse primo infectum, & per s ſemen, & à ſemine rurſum infici s ſeminatum, & tunc animam ex re, cui vnitur, ſicut liquor pretiocum inquinato vaſi infunditur; dictam prauam qualitatem, cum ter variis nominibus appellet, *Tyranni. legis carnis*, ſiue *mem-n, peccati fomitis, concupiſcentiæ, concupiſcibilitatis*, communiter logi, qui hanc Magiſtri ſententiā cant, aut ſequuntur, vocant illam idam qualitatem, Gregorius Arinſis in 2. diſtinct. 30. quęſt. 1. art. nricus Gaudauenſis quod lib. 1. 27. Gabriel in 2. diſt. 30. q. 2. dub. 1. alijque plures.

ecundus modus eſt Alberti Pighij trouerſia de peccato origin. & oſij Catharini in tract.de caſu ho, aſſerentium nihil deueniſſe ad peccato Adami intrinſecum, deque nihil aliud eſſe peccatum ale, quo paruuli naſcuntur ob, quam ipſummet peccatū actuaami, pro vt ab illo ex perſona um poſterorum fuit commiſſum, ab Apoſtolo dicitur in mundum iſſe non per ſe, ſed ſecundū ſuos us, nempe, ſecundum pœnam, etiam Adæ poſteri ſubeunt.

rtius modus, in quem inclinaſſe ır Durandus in 2. diſtinct. 30. q. emque ſecutus eſt Ioannes Roſ art. 2. contra Lutherum, affirmat tum originale ſolum eſſe reatum, aſcimur obnoxij pœnæ temporali, & ęternæ pro peccato, quod Adamus commiſit.

Quartus modus aſſignat pro conſtitutiuo peccati originalis, aliquid poſitiuum ortum ex peccato Adami, in ipſa animæ ſubſtantiæ, vel in voluntate receptum, non quod ſit, ſaltem per ſe primo, ad male operandum; ſed vel ad male diſponendum in ordine ad naturam; ſicut ægritudo, & languor malè diſponit; vel vt anima, & voluntas maneant per illud conuerſæ habitualiter ad bonum commutabile ſicut ad vltimum finem, & à Deo auerſæ; vel denique vt habitualiter per ipſum maneant legi difformes; niſi velint omnes huiuſmodi effectus ſimul & collectiuè à tali poſitiuo præſtari. Pro hoc modo citari ſolēt ex modernis Didacus Nuño 3. p. quęſt. 86. art. 2. dub. 2. Gregorius Martinez 1.2. quæſt. 82. art.1.dub. 1. referens ex antiquis Albertum Magnum, Bonauenturam, Burgenſem, & alios.

Quintus modus eſt Curielis 12. qu. 82. art.3. dub.4. & aliorum ponentium pro formali conſtitutiuo peccati originalis priuationem, non quidem gratiæ, vel iuſtitiæ originalis, ſed conformitatis ad legem, quam Adamus debuit obſeruare, & obſeruando, eam conformitatem acquirere. Quia cum de ratione peccati ſit contrarietas, & oppoſitio ad legem, omne peccatum debet conſtitui per auerſionem ab illa: ita quidem, vt ſi peccatum ſit actuale, conſtituatur per auerſionem actualem, quæ eſt priuatio conformitatis in ipſo actu: ſi verò ſit habituale, ſicut eſt originale, conſtituatur per habitualem auerſionem, quæ eſt priuatio conformitatis habitualis debitæ haberi à ſuppoſito.

Sextus modus docet peccatum originale conſtitui ex æquo per poſitiuū, & per priuationem ſiue gratiæ, ſiue conformitatis prædictæ. Non quod vnica eſſentia prędicti peccati ex poſitiuo, & priuatione coaleſcat; ſed quia illud in duplici genere conſiderari poteſt, nempè in genere mali moralis, & in ge-

in genere mali ſimpliciter, inde huius authores modi affirmant in hoc conſtitui per priuationem, in illo verò per poſitiuum.

Septimus demum modus eſt Diui Thomæ apertè tradentis, propriam, & formalem rationem conſtitutiuam peccati originalis eſſe priuationem gratiæ voluntariam nobis ex vi peccati Adami: vel quod idem eſt, priuationem originalis iuſtitiæ prædicto modo voluntariam, non vt tollit omnes effectus, quos illa cauſabat; ſed vt aufert præcisè effectum primarium communem ipſi iuſtitiæ originali, & noſtræ gratiæ, qui eſt ſanctificare, & rectificare animam in ordine ad Deum.

Ex quibus omnibus modis, tres primi ſunt omnino improbabiles, & tanquam tales cõmuniter reiecti à Theologis, ideoque inepti ad explicandam contra hæreticos naturam peccati originalis: alij autem quatuor cenſentur probabiles, ſed omnium probabiliſſimus, imo verus, eſt ſeptimus D. Thomæ, & florentiſſimę eius ſcholæ. Igitur ſicut in ſtatu iuſtitię originalis plura fuere dona, & perfectiones, quę contulerat iuſtitia originalis, & gratia in ea incluſa; ita quoque homo, in ſtatu naturæ lapſæ, plures contraxit eiuſmodi perfectionum priuationes. Quarum prima, & præcipua fuit priuatio gratiæ ſanctificantis, quæ perficiebat immediatè ipſam ſubſtantiam animæ: tùm priuationes omnium donorum, & virtutum infuſarum, quæ erant in intellectu, & voluntate. Contraxit item in appetitũ ſenſitiuo priuationem ſubiectionis ad rationem, ſeu illarum virtutum, & habituum, quibus conſiſtebat talis ſubiectio. Et tandem ex parte corporis contraxit priuationem illius, vel illarum perfectionum, quibus ſubdebatur animæ, & ab ea continebatur, ne in corruptionem, vel mortem tenderet. Adeo vt vnaquęque præfatarum priuationum in illa parte ſit ſicut in ſubiecto, vbi futura erat perfectio, qua priuat; & in illa ſolùm priuatione, iuxta Diui Thomæ ſententiam, conſiſtat formaliter, vel eſſentialiter peccatum originale, quæ tollit effectum primarium prædictæ iuſtitię originalis communem illi cum gratia, nimirum ſanctificandi animam, & rectificandi in ordine ad Deum. Siquidem in vnaquaque re ratio conſtitutiua eſt primum, quod in ea vt tali inuenitur, & ex quo cætera ad illam ſpectantia conſequuntur; ſed inter prædictas priuationes iſta ſola eſt omnino prima, radixque, & origo cæterarum, quæ ad peccatum originale pertinent: Ergo ipſa dumtaxat poteſt illud eſſentialiter conſtituere.

Quæ ſufficit breuiter attigiſſe, huiuſmodi enim opiniones fuſius diſcutere, extra præſens noſtrum inſtitutum eſt; iuxta quod ſolum intendimus detegere, & refellere præcipuos ſectariorum errores circa naturam peccati originalis, cœteraſque cum illis connexas aliquorum Doctum ſententias. Lutheranis ergo, & Caluiniſtis aſſerentibus peccatum originale non eſſe, aliquid præter ipſam concupiſcentiam; atque adeò nec tolli per Baptiſmum, ſed tantùm non imputari. Nos Catholici, cum Concilio Tridentino, Diuini Verbi tùm ſcripti, tùm traditi, veterumque Patrum authoritati innixi, tanquam quid pertinens ad fidem affirmamus dictum peccatum non conſiſtere formaliter in concupiſcentia, atque adeo nec in defectu iuſtitiæ originalis integræ; ſumpta concupiſcentia pro inordinata illa diſpoſitione habituali, & praua affectione, qua poſt peccatum Adami, & ex vi ipſius, proni, & habiles ſumus ad bona ſenſibilia, & delectabilia contra, vel præter rationis ordinem appetenda. Sic enim ex eodem Concilio dicitur eſſe ex peccato, ſiue effectus peccati, non ſolum reſpectu peccati Adami, ſed etiam reſpectu originalis ad nos tranſmiſſi. Dum enim communiter Doctores aſſerunt concupiſcentiam eſſe cauſam peccati originalis per modum inſtrumenti Adami; loquun-

loquuntur de concupiſcentia, quæ eſt in patre reſpectu peccati originalis exiſtentis in filio; modo autẽ ſermo eſt de concupiſcentia vniuſcuiuſque reſpectu peccati in ipſo exiſtentis, dum aimus, illam eſſe effectum peccati originalis, ſiue ex peccato eſſe, & ad peccatum inclinare, vocarique proindè peccatum metonymicè.

Vndè concupiſcentia pertinet ad vtrumque genus mali ſcilicet culpę, & pœnæ. Nam qua ratione dicit ablationem, & carentiam illius doni, quo natura hominis in ſeipſa perficiebatur, nullo habito reſpectu ad voluntatem, vel ad peccatum, ſortitur rationem pęnæ, & pro vt ſic eſſe à Deo docent Theologi. Quatenus verò ad agendum contra ordinem rationis inclinat, vel hunc ordinem ab actu excludit, pertinet ad malum culpæ,& non eſt Dei effectus, ſed peccati originantis Adami, & originalis ad poſteros tranſmiſſi; diciturque peccatum, non quod ſit tale ſecundum ſe, & formaliter, aut habituale,aut originale,aut actuale;ſed tantùm cauſaliter,quatenus ad peccatũ habilitat,& inducit.Quemadmodũ habitus vitij(cui cõcupiſcentia valde ſimilis eſt) non eſt peccatum formaliter, neque actuale, neque habituale, & ideo in iuſtis poteſt ſimul eſſe cum gratia; dicitur tamen peccatum cauſaliter, quia incitat ad illud, & eius malitiam præcontinet; quod ſufficit, vt ſecundum hanc rationem nequeat eſſe Dei effectus, imo vt ab illo odio habeatur, nec non ab hominibus vituperetur: ſicut etiam propter eamdem rationem concupiſcentiam odio proſequitur Deus, & à diuina eius cauſalitate excluditur.

Demum ex Diuo Thoma 12. q. 82. art. 8. quęſt. 3. de malo art. 7. in corp. & quæſt. 4. art. 2. tàm in corp. quàm ad argumenta, præſertim ad 11. in 2. ſentent. diſtinct. 30. quæſt. 1. art. 3. & alibi, peccatum originale materialiter dicitur concupiſcentia, quatenus ea eſt eius materia; eamque ita appellari nõ ſolùm largè, & impropriè, ex eo ſcilicet, quod conſequenter, & illatiuè ad prædictum peccatum ſe habet;ſed quia ipſa verè, & propriè eſt materia talis peccati, ita quod ipſum componat, & eius prædicationem cum proprietate ſuſcipiat, ſicut lignum eſt materia ſtatuæ, & ſicut in peccato actuali entitas ſe habet vt materia reſpectu malitiæ, cum pluribus Theologis docent,& probant noſtri Salmaticenſes tom. 4. quæſt. 82. tract. 13. diſput. 16. dub. 4. de quo, nec non de tota hac materia eleganter ab illis pertractata videri poſſunt; nos interim ad alias controuerſias tranſibimus.

CAPVT XI.

Probatur contra Lutheranos, & Caluiniſtas, gratiam iuſtificantem eſſe quid creatum intrinſecè inhærens animæ.

Circa materiam de gratia quam tractat D.Thomas 1.2. à qu. 109. vſque ad 114. Lutherani, & Caluiniſtæ varios habent errores; quorum præcipui ſunt, *Primò*; circa eſſentiam eius, quod non ſit quid creatum intrinſecè inhærens animæ. *Secundò* circa effectum eius formalem, qui eſt impij iuſtificatio, in qua aſſerunt, peccata non ita remitti, vt re vera tollantur, item illam formaliter conſiſtere in iuſtitia Dei, vel Chriſti per fidem à nobis apprehenſa, & quæ gratis à Deo nobis imputatur; ad illam nullã prorſus dari diſpoſitionem; ſufficereque fidem, nec vllis alijs virtutum actibus opus eſſe;quam fidem conformiter ſuę hæreſi nolunt appellare diſpoſitionem, ſed tantùm applicationem, ſeu manum apprehenſiuam iuſtitiæ, & meritorum Chriſti, quibus peccata teguntur, & ad pęnam non amplius imputantur;demum hominem in hac vita non tantùm poſſe eſſe certum de ſua iuſtificatione, & ſalute, ſed etiam teneri fide Catholica illud credere: *Tertiò* circa alterũ eiuſdem gratiæ effectum, nempè meritum,

ritum, ab ea proueniens in genere cauſæ efficientis, quod omninò negant. Ex quibus omnibus erroribus, primum in hoc capite, cęteros in ſequentibus refutabimus.

Recentioribus igitur hæreticis aſſerentibus gratiam, de qua loquimur, pro vt nimirum ſignificat donum aliquod gratuitum, ex Dei fauóre, & beneuolentia collatum: ſicut dicitur quis alicui gratiam feciſſe, quando illi donum aliquod liberaliter contulit; Lutheranis, inquam & Caluiniſtis aſſerentibus, non dari huiuſmodi gratiam, aut eſſe quid intrinſecè inhærens animæ, vel ſaltem in hac re valde perplexe loquentibus: nos Catholici oppoſitum dicimus, pro cuius explicatione ſit.

Prima concluſio. Neceſſarius eſt in Deo actus voluntatis, qui ſit dilectio in ordine ad finem ſupernaturalem, ſeu acceptatio ad gloriam, vt homo ſit illi gratus, qui actus verè, & propriè dici poteſt gratia increata.

Concluſio duas habet partes, quarũ prima ita eſt certa, vt à nemine hactenus quantumuis hæretico negata fuerit, eiuſque contrarium nulla poſſit ratione concipi. Secunda verò ſpectat potius ad modum loquendi, quam ad aliquam veritatem explicandam. Cum enim indubitatum ſit apud omnes Deũ gratuito diligere homines, ita vt actus dilectionis diuinæ nullo modo ſit illis debitus; poteſt tamen dubitari, num talis actus poſſit appellari gratia increata, contenduntque nonnulli haud poſſe, ducti ad hoc authoritate quadã Diui Auguſtini lib. de prædeſtinat. Sanctorum cap. 10. & lib. de bono perſeuerant. cap. 14. vbi comparat prædeſtinationem, & gratiam, vt cauſam, & effectum. Verumtamen rectè vocari gratiam æternam, & increatam docent communiter Theologi cum Diuo Thoma 1. 2. quæſt. 110. art. 1. & 3. p. q. 2. art. 10. *Primò*, quia ſic loquuntur Scripturæ, Lucæ cap. 1. verſ. 3. *Et ait Angelus ei: ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum*. Epheſ. 1. 6. & 2. Timoth. cap. 1: verſ. 2. *Gratia, miſericordia, & pax à Deo Patre, & Chriſto Ieſu Domino noſtro*. *Secundò*, quia ratio id apertè ſuadere videtur, ſi quidem adæquata ratio, cur aliquid dicatur gratia, eſt quia gratis nobis exhibetur, & efficit nos Deo gratos, ſed Deus ab æterno gratuitò, nulliſque præcedentibus meritis homines dilexit, & hæc dilectio eſt cauſa efficiens primaria, cur ſint Deo grati, & accepti: Igitur verè, & propriè appellari poteſt gratia. Vnde ad authoritatem Diui Auguſtini reſpódetur ipſum non ſumere ibi nomen gratiæ in tota ſua latitudine, ſed magis ſtrictè, prout ſolum comprehendit effectus prædeſtinationis, vel dilectionis æternæ in ordine ad finem ſupernaturalem.

Secunda concluſio. Gratia gratum faciens, ſeu qua formaliter ſumus grati, & accepti Deo, eſt quid creatum, intrinſecè inhærens animę.

Iſta concluſio, abſtrahendo modo ab hoc, quod huiuſmodi gratia ſit habitus, aut certè qualitas per modum habitus in anima permanens, de quo aliquid infra dicturi ſumus, eſt de fide contra huius temporis ſectarios. Expreſſa eius definitio habetur in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 7. nec non can. 11. *Si quis*, inquit, *dixerit, homines iuſtificari vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, vel ſola peccatorum remiſſione, excluſa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhęreat, aut etiam gratiam, qua iuſtificamur, eſſe tantum fauorem Dei, anathema ſit*.

Innumera autem ſunt Scripturæ loca, quibus hæc fidei veritas, à Concilio definita, habetur. Primò, vbi dicuntur homines verè eſſe, ac fieri iuſti, & Sancti Rom. 5. *per obedientiam vnius hominis, iuſti conſtituentur multi*; quod intelligi debet propriè, & non ſolùm pro eo, quod eſt illis imputari iuſtitiam Chriſti, vt ineptè Caluinus interpretetur hunc locum. Adeò vt per obedientiam vnius Chriſti, dicantur iuſti conſtitui

multi, quatenus merito obedien-
hriſti reconcilietur nobis Deus,&
iuſtitia donemur, quæ ſit quid
ım animæ noſtrę intrinſecè inhæ-
Tum quia non ſunt verè, &
iè iuſti, niſi qui in ſeipſis habent
am, & ſanctitatem, formam iuſti-
em, & ſanctificantem, ſicut non
rè albus, qui non habet albedinē.
quia antitheſis, qua Apoſtolus
loco vtitur, id neceſſariò exigit.
enim prius: *Quemadmodum per*
lientiam vnius hominis, peccatores
uti ſunt multi; ſtatim ſubiungit:
obedientiam vnius hominis, iuſti
uentur multi: Conſtat autem,nec
negāt aduerſarij cum quibus mo-
imus, nos non conſtitui peccato-
r imputationem iniuſtitiæ, quæ
Adamo, ſed per iniuſtitiam nō-
rè inhærentem, quam contraxi-
b inobedientiam primi hominis,
filij ſumus: Igitur nec etiam iu-
cimur,ſi quid antitheſis valet,per
tationem iuſtitiæ,quæ eſt in Chri-
d per iuſtitiam nobis verè inhæ-
m, quæ nobis infunditur,ob Chri-
edientiam, cuius per lauacrum re-
ationis filij adoptiui reddimur.
undò, vbi in Scriptura Sancti ali-
lo vocantur gratia pleni Lucę 1.
. item gratia ipſa appellatur de-
ornamentum animæ Pſalm. 44.
aratur pignori, ſigillo, vnctioni,
& ſemini, Ioann. 4. 2. Corinth.
Ioann. 2. & 3. dicitur denique
i, diffundi in cordibus,creari, eſſe
is, manere, inhabitare, amitti;
5. 2. Corinth. 1. & 6. Theſſalo-
1. Ioann. 4. 1. Petri 5. talibus
cto, & ſimilibus loquendi modis,
uè coniunctim ſumptis, pluſquā
lenotatur, gratiam iuſtificantem
uid creatum intrinſecè inhærens
e.
iuinæ Scripturæ accedit traditio,
teſtes adducit Bellarm. tom. 4.
de gratia, & libero cap. 4. ex
s Dionyſium lib. de Eccleſ. hie-
par. 1. cap. 2. Irenęum lib. 5. c. 6.

Baſilium lib. de Spirit. Sanct. cap. 26. Gregorium Nazianzenum orat. in Sanctum Lauacrum. S. Ioannem Chryſoſtomum homil. 40. in 1. epiſt. ad Corinthios: *Itaque*, inquit, *qui crimine, Regis beneficio, abſolutus eſt, inquinatum animum ſeruat; quem abluit Baptiſma, non item, ſed ſolis radijs puriorem mentem habet*. S. Cyrillum Alexandrinum lib. 4. commentar. in Iſaiam, orat. 2. vbi explicans illud Pauli ad Galatas; *filioli quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis*, ait; *formatur autem in nobis Chriſtus, Sancto Spiritu nobis diuinam quamdam formam per ſanctificationem, & iuſtitiam indente; Sic enim in animis noſtris elucet character ſubſtantiæ Dei, ac Patris, reformante, vt dixi, Sancto Spiritu nos per ſanctificationem in ipſum*.

Ex Latinis autem S. Cyprianum lib. 2. epiſt. 2. ad Donatum; S. Ambroſium lib. 6. Hexam. cap. 8. S. Hieronymum præfat. comment. in Threnos Hieremiæ; & in comment. epiſt. ad Philom. S. Auguſtinum lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 9. cui addo ſequentia loca tom. 2. epiſt. 85. & 120. ad Honorat. cap. 30. tom. 3. lib. de Spirit. & litt. cap. 9. 11. 27. 28. 32. lib. 6. de Geneſi ad litt. cap. 24. tom. 5. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 16. tom. 7. lib. contra duas epiſt. Pelagian. lib. de gratia Chriſti cap. 30. lib. de nat. & gratia cap. 7. tom. 8. in Pſalm. 150. tom. 9. tract. 26. in Ioannem.

Vltimo tandem probatur rationibus noſtra concluſio, quæ ſolum intelligitur de potentia, & lege Dei ordinaria, quam iuxta nobis reuelata ſeruat de facto in ſanctificandis iuſtis. Quid enim ſit dicendum de potentia abſoluta, an nimirum poſſit Deus, vel non, per illam iuſtificare hominem abſque dono creato gratiæ inhęrentis, pertinet ad quæſtionem Metaphyſicam, in qua, vt dicetur infra, Doctores Catholici ſunt inter ſe ſalua fide diuiſi.

Prima ratio veluti à priori, qua vtitur S. Thomas 1. 2. quęſt. 110. art. 1. in

corp. 3.par. q. 86. art. 2. lib. 3. contra Gentes cap. 150. in 2. ſentent. diſtinct. 26. art.1. deſumitur ex ipſamet natura amoris, qui neceſſario reſpicit bonitatem, & ad eam terminatur vt ad obiectum, ita vt diligere nihil aliud ſit, quã velle bonum ei, qui amatur; non poteſt autem ſupponi aliqua bonitas in homine, quæ antecedat dilectionem Dei: Ergo cum Deus quempiam primum diligit, in illo producit bonitatem, quæ eſt ratio obiectiua amoris; proindeque producit in homine bonitatem aliquã ordinis ſupernaturalis, quando eum amat amore ſupernaturali, & acceptat ad beatitudinem ſupernaturalem.

Explicatur, ſiue magis confirmatur hæc ratio. Cum enim amor ſit affectio, qua quis tendit in aliquod obiectum propter eius bonitatem, in hoc conueniunt amor diuinus, & humanus, quod aliquam bonitatem reſpiciant, differunt verò quod dilectioni humanæ prçſupponitur bonitas exiſtens in re amata, circa quam afficitur; at cum in creatura nulla poſſit eſſe perfectio, quę non deriuetur à Deo, vt à primo totius entitatis, & perfectionis principio; inde fit nullam bonitatem poſſe prius eſſe in homine, quam Deus illam velit ipſi communicare; vult autem cum diligit, ſiue naturaliter, ſiue ſupernaturaliter. Sicut enim duo ſunt ordines rerum, & duo genera donorum, naturæ ſcilicet, & gratię, ita etiam duplex amor in Deo diſtingui ſolet, vnus quo creaturas amat in ordine ad finem naturalem; & is dicitur amor naturalis, per quem cauſat in re hoc pacto amata naturam, exiſtentiam, & alias perfectiones naturales, quæ ſunt obiectum terminatiuum talis amoris. Et de illo dicitur Sapient. 11. *Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti.* Alius amor eſt, quo ſolam creaturam intellectualem diligit, in ordine ſcilicet ad finem ſupernaturalem, excedentem omnes naturæ vires; & huic amori debet in creatura correſpondere aliqua bonitas ſupernaturalis, quæ ſit eius terminus; Nihil autem poteſt eſſe in homine, quod ſit obiectum proportionatum amori Dei ſupernaturali, quodque illum antecedat; Igitur aſſerendũ eſt, per illum amorem, quo Deus diligit homines in ordine ad finem ſupernaturalem, in illis produci etiam aliquam formam, ſeu perfectionem ſupernaturalem, qua ſint Deo grati, congruumque diuinæ dilectionis obiectũ. Propterea licet in Deo circa ſeipſum, ſuamque bonitatem ſit ponendus amor affectionis; attamen circa creaturas, Theologi communiter admittunt tantum amorem effectionis, ſiue effectiuũ: non quidem ita, vt ibidem non ſit amor affectionis; ſed quod ex tali amore erga diuinam bonitatem, reperiatur in illa volitione amor effectionis circa creaturas, & non aliter, vt præclarè docet Bernardus lib. de amore Dei c.4. & in Soliloq. n. 12.

Secunda ratio colligitur ex hoc, quod Deus de facto neminem diligit amore ſupernaturali, quem non habeat ſuo modo acceptum ad gloriam, hac enim ratione dicitur *Gratia Dei vita æterna*, quia ſcilicet gratia, qua nos amat, & habet gratos, eſt principium, & ſemen vitæ æternę obtinendæ. Quæ acceptatio ad gloriam, non fit quomodocumque, ſed tanquam ad hæreditatem, vel coronam, & præmium meritorum in adultis; propptereaque neceſſarium eſt, vt qui ad eam eſt acceptus, ſit dignus illa, & habeat quoddam ius ad illam; alioquin gloria nec rectè vocaretur hęreditas, nec merces, nec iuſtus acceptus ad hæreditatem, aut mercedem, ſi in eo nulla eſſet condignitas, nullaque proportio ad illam: Hæc autem dignitas non præſtatur ex aliquo naturali, quia gloria æterna totum naturæ ordinem ſuperat; nec ad eam ſufficit amor Dei extrinſecus, licet enim poſſit donum conferre homini indigno, vt per ſe patet, non tamen habebit rationem hæreditatis, aut præmij: Tota ergo dignitas, quæ poteſt eſſe in homine ad beatitudinem, quæ

in

turis vocatur corona iuſtitiæ, itas, & patria Sanctorum, debet r aliquid ſupernaturale ipſi inè inexiſtens, & hoc appellatur ſanctificans, per quam homines fficiuntur filij Dei, & hæredes ionis eius.

tia ratio poteſt ſumi ex doctrina Thomæ lib.3. contra Gentes cap. Quoniam Deus, quidquid diligit nine, refert in finem ſuæ bonitaltque hominem propter hunc fiperari; non poteſt autem homo gi relatus in aliquem finem, ſeu inclinationem ad illum, multoinus operari aliquid ei proporım, niſi per aliquid in ſe intrinceptum: Ergo vt ſit relatus, & tus verè in finem ſupernaturalẽ, pter illum operetur homo, neo debet præhabere in ſe aliquid aturalis, quod primò, & efficacim ordinet ad beatitudinem, ſittima radix operationum ſupernaım, & hoc eſt gratia ſanctificans, am formaliter ſumus grati Deo, ipimus conſortium naturæ eius, imurque ſpiritualiter cælo.

arta ratio affertur à Diuo Thoma ntent. diſtinct. 17. quæſt.1.art.1. n eſſe politico, & purè morali,eſum, & ſtudioſum,ac rectè diſpon ordine ad finem rationis, ſunt is, qui requirunt virtutem acquinobis inhærentem, ergò à fortiobonum bonitate ſupernaturali, m, & iuſtum, ſeu rectè diſpoſitũ line ad finem ſupernaturalẽ,ſunt is, qui neceſſariò requirunt forpernaturalem nobis inhærentem. ta me dixiſſe,pertinere ad fidem, gratia gratum faciens, ſeu qualiter ſumus Deo grati, & accepti, id creatum intrinſecè inhærens, abſtrahendo ab hoc quod ſit in ermanens. Quia, licet omnes ogi admittant de facto gratiam cantem eſſe habitum infuſum a, x permanentem in anima, quammo per peccatum mortale non ſe auertit à Deo, eiuſque fiat inimicus. Nihilominus Vaſquez 12. diſput. 203. & alij ab eo citati contendunt, non ſpectare ad fidem, quod ſit habitus permanens; oppoſitum tenente maiore Theologorum parte; è quibus tamen Bellarminus notat, Concilium Tridentinum ita definijſſe, gratiam gratum facientem eſſe quid in anima permanens per modum habitus, vt tamen definire noluerit, ſit ne habitus propriè dictus, an qualitas alia; item diſtingueretur ne, vel non ab habitu charitatis; de quibus, & alijs ſimilibus rebus ſalua fide inter Theologos controuerſis, Deo dante agemus tomo ſequenti, nunc enim ſolum intendimus, quæ circa hanc materiam ſpectant ad fidem, contra hæreticos ſtabilire, vnde ſit.

Tertia concluſio. Gratia iuſtificans eſt forma accidentalis, non autem ſubſtantialis. Iſta concluſio eſt de fide contra Oſiandrum in ſua harmonia Euangelica, vbi aſſerit gratiam eſſe potius ſubſtantiam, quam qualitatem; ſi quidem eius iudicio nihil eſt aliud, quã iuſtitia, & ſanctitas ipſius Dei: vndè cum illa ſanctitas, & iuſtitia Dei non poſſit eſſe accidens, ſed neceſſariò debeat eſſe ſubſtantia, quoniam quidquid eſt in Deo, Deus eſt; propterea, inquit præfatus Hæreticus, gratia, per quam iuſtificamur, eſt ſubſtantia, non autem accidens; cuius oppoſitum docet Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. vbi loquẽs de hac gratia ſæpe dicit, eam inhærere nobis: inhæſio autem eſt propria ratio accidentis; & alioqui impoſſibile prorſus, & incogitabile eſt, ſubſtantiam quamdam eſſe, qua formaliter homo reddatur iuſtus: Igitur gratia iuſtificans non eſt forma ſubſtantialis, ſed accidentalis.

Probatur minor huius argumenti; cumque ſubſtantia duplex ſit, vna creata, altera increata, non poteſt eſſe creata, quia nulla ſubſtantia poteſt eſſe ordinis ſupernaturalis, niſi ſit ipſemet Deus, & ſic eſſet creata, & non eſſet

creata;

creata; non poſſe autem hominem per ipſammet ſubſtantiam increatam, quæ Deus eſt, fieri formaliter iuſtum oſtendetur infra. Cum autem diuerſæ ſint accidentiũ categoriꝗ, conueniunt omnes Theologi gratiam iuſtificantem pertinere ad categoriam qualitatis, licet diuiſi ſint, in quanam eius ſpecie ſit collocanda.

Quarta Concluſio. Simul cum dono creato gratiæ ſanctificantis, quod homini infunditur, vt ſit Deo gratus in ordine ſupernaturali, datur etiam ei ipſemet Spiritus Sanctus, aliæque perſonæ diuinæ ſecundum ſe, & animam illius inhabitare incipiunt. Iſta quoque concluſio eſt de fide, abſtrahendo à modo, quo talis noua fiat pręſentia; cum Ioannis 14. expreſsè dicat Chriſtus; *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*. Et idem Beatus Ioannes 1. epiſt. cap. 2. *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo*; Paulus verò Rom. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*. His enim, & alijs ſimilibus Scripturæ teſtimonijs pluſquam ſatis ſignificatur, per huiuſmodi donum gratiæ gratum facientis cum virtutibus illi coniunctis, maximè dici Deum exiſtere, & habitare peculiari modo in anima iuſti. Quem peculiarem modum, præter cõmunem præſentiam, qua Deus eſt in omnibus rebus, licet aliqui reſtringant ad pręſentiá obiectiuam, qua vt obiectum cognitũ, & amatum, in mente iuſti, tanquam in templo colitur; nihilominus alij Theologi extendunt illum, ad nouam realem præſentiam, ita exigente perfecta, & exquiſita amicitia Dei, qua Deus, & homo iuſtus ſe diligunt; in tantùm quod ſi alioquin Deus non eſſet vbique ratione immenſitatis, aut non præſupponeretur ita præſens in anima iuſti per gratiam iam in illo effectiuè productam, tamen conſtitueretur in homine iuſto realiter præſens ratione gratiæ; de quo videri poſſunt Theologi 1. p. q. 8. vbi agunt de immenſitate Dei; & q. 43. vbi de miſſione inuiſibili diuinarum perſonarum.

Summatim ergo huc vſque tradita circa præſentem controuerſiam repetendo, aſſerimus, quod licet actus ille ęternus, ac in Deo immanens, quo iuſtos diligit, rectè gratia appellari poſſit; non tamen eſſe illam gratiam, quæ eſt cauſa formalis noſtræ ſanctificationis, ſeu gratificationis, ſi eſſe gratum ſumatur pro eo, quod eſt, obiectum eſſe proportionatũ diuinæ dilectionis, ſic enim eſt effectus formalis doni creati exiſtentis in homine; ſecus verò, ſi eſſe Deo gratum ſumatur pro eo, quod eſt formaliter diligi per actum diuini amoris, vel huiuſmodi actum verſari circa hominem, tanquam circa obiectum, ſic enim nõ eſt effectus formalis doni creati animæ inhærentis, ſed potius è conuerſo reſpicit iſtud donum, tanquam effectum ſuum in genere cauſæ efficientis.

Item quamuis in homine ſimul cum gratia iuſtificante, & eius donis, dicantur perſonę diuinæ non ſolùm præſentia obiectiua, ſed etiam reali animam eius inhabitare, vt docent plures Theologi, per illas tamen non eſt homo Deo gratus, tanquam per cauſam formalem; non enim vniuntur animæ, vt forma quædam, nec vt ſubſiſtentia naturæ, ſicut fuit vnita ſecunda SS. Trinitatis perſona ſacroſanctæ humanitati Chriſti Domini, qui propterea ex vi talis vnionis, præciſa etiam omni alia gratia creata, dicitur eſſe gratus Deo gratitudine perſonali, quia per illam vnionem fit humanitas ſuppoſiti diuini, quod eſt infinitè gratum. Sed ſunt in anima iuſti vt terminus, & obiectum amoris, ſiue vt res amata realiter vnita, & coniuncta amanti. Atque hinc vlterius fit, cauſam formalem, qua iuſti, & Deo grati efficimur, debere eſſe aliquid animæ inexiſtens, creatum, & illi à Deo infuſum; quo ſimus diuinæ conſortes naturæ, reddimurque obiectum congruum, & proportionatum dilectionis diuinæ; & viciſſim conſtituimur capaces

damandi Deum ſupernaturaliter, ercendi omnes alias operationes m ordinis. Quibus titulis hęc apto, & vſitato loquendi modo uræ, Conciliorum, & Patrũ gra- tum faciens appellatur.

antùm ad argumenta aduerſario- contra ſecundam concluſionem, s prorſus ſunt momenti, proce- uc primò ex indiſtinctione inter m ſumptam in tota ſua latitudine tiam ſtrictè acceptam pro dono, quo formaliter iuſtificamur. Li- im gratia in ſui ampliori ſignifi- e poſsit ſe extendere ad aliquid extrinſecum, cuiuſmodi eſt præ- atio, æternaue Dei dilectio; ſecus ſi ſumatur in ſignificatione ma- itata pro dono gratiæ, quo for- r ſumus illi grati, ſic enim eſt d creatum, nobis inexiſtens, à nfuſum, vt probauimus.

undò procedunt ex indiſtinctio- a modum loquendi Sacræ Scri-, vel in ſenſu cauſali, vel in ſenſu li. Quamuis enim ex multis Sa- cripturæ teſtimonijs colligatur, ſe gratos, & Deo dilectos per eius onem, aut gratiam in ſenſu cau- quia per illam gratia in nobis ef-, nuſquam tamen habetur, quod o Dei ſit gratia formaliter nos icans. Sic Exodi 30. Moyſes de d populum verba faciens ait: *Ipſe tua, & longitudo dierum tuorum*; procul dubio identicè, aut forma- t Priſcillianiſtæ aſſerebant, teſte I. epiſt. 91. & 93. ad Turibium, gi non poteſt, ſed cauſaliter tan- c ſi diceret, *eſt cauſa vitæ tuæ*, & udinis dierum; eodem ſenſu Chri- ocatur ab Apoſtolo *Iuſtitia noſtra*. tiò lapſi ſunt hæretici, non atten-, eſſe gratum Deo poſſe ſumi, & quod eſt diligi, vel eſſe formali- o dilectum; & pro eo quod eſt; iectum proportionatum, vt dili- inter quæ magnũ eſt diſcrimen: libenter concedimus, primum eſ- ſe tantum denominationem extrinſecā ſumptam ab actuali dilectione; ſecus verò ſecundum, ſed eſt bonitas, ratione cuius obiectum aliquod eſt proportio- natum, vt diligatur à Deo. Sicut in obiecto viſus eſt diſcrimen inter eſſe vi- ſum, & eſſe obiectum proportionatum, vt videatur; quia primum eſt tantùm denominatio extrinſeca proueniens à viſione corporea; & ſecundum eſt id, ratione cuius obiectum eſt viſibile, ſiue ſit natura coloris, ſiue ſit aliqua parti- cipatio lucis; quamuis etiam diſcrimen ſit inter hoc exemplum, aut alia, quæ poſſunt deſumi ex ipſamet cognitione, & amore creato: & caſum noſtrum; quia in exemplo eſſe proximè viſibile, pro- ximè intelligibile, proximè amabile, præſupponitur ad actualem viſionem, cognitionem, & amorem; at in caſu no- ſtro, eſſe obiectum proportionatum, vt diligatur, non præſupponitur ad dile- ctionem diuinam; ſed potius eſt effectus eius, & terminus; non quidem ab æter- no, vt poſſet quis male colligere, ſed in tempore. Licet enim amor Dei ef- ficax ſit æternus, ac ſemper in Deo ma- nens ſecundum omnē ſuam perfectio- nem; eius tamen virtus, & efficacia nō tranſit in creaturas ab æterno, ſed ſo- lum pro tempore, & modo, quo Dei voluntate decretum eſt.

Aliter etiam explicari poteſt, ſuppò- nendo, quod dilectio Dei conſiderari poteſt dupliciter. Primò, vt eſt produ- ctio ſui obiecti; ſecundo vt eſt volitio, & amor. Si primo conſideretur modo, an- tecedit gratiam, quam cauſat, ſaltem prioritate dependentiæ, iuxta verò po- ſteriorem modum illam ſupponit; ea ferè ratione, qua Theologi 1. p. qu. 27. docent intellectionem ſpectari duobus modis, ſcilicet, vt eſt dictio, aut pro- ductio Verbi, & vt eſt intellectio eiuſ- dem; dicuntque eam primo modo, eſſe priorem Verbo, quatenus eſt principiũ illius; ſecundo autem modo Verbum ad illam ſupponi. Verùm quomodocum- que dicatur, ſemper eſt verum, homi-

nem

nem nunquam eſſe, aut intelligi perfe-ctè à Deo dilectum, ſeu amore amicitię quin habeat gratiam ſibi inhærentem.

CAPVT XII.

Oſtenditur aduerſus Lutheranos, & Calviniſtas, vbi iuſtificatur impius, peccata ei verè remitti, ac penitus deleri.

PRo intelligentia huius controuerſiæ, primò notant communiter Theologi nomen iuſtificationis à iuſtitia deriuari: iuſtum autem, eſt id, quod rectum eſt, atque cum ſua regula optimè congruit: vndè ille habitus, qui tollit obliquitatem, vel rectitudinis priuationem, meritò vocatur iuſtitia, quę eſt rectitudo interna, qua homo rectè ordinatur erga Deum, & proximum; & de hac videtur intelligendũ illud Apoſtoli ad Philipp. 3. *Vt inueniar in illo nõ habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ ex fide eſt Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide.*

Porrò iuſtificationis ita acceptæ, ſeu à iuſtitia modo explicato deductæ quadruplex eſt acceptio. Prima, & in plurali numero pro lege diuina, pſal. 118. *Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas*; id eſt, legem tuã, quia eius obſeruatio cauſa eſt, ſaltem diſpoſitiua, cur verè iuſti ſimus. Secunda eſt, pro declaratione, atque ſententia, qua quis iuſtus declaratur: & pronuntiatur: quo ſenſu videtur eſſe vocabulum forenſe; in foro quippè iudiciali homines de aliquo crimine accuſati, ſontes, vel inſontes pronuntiari ſolent; & ſic Matth. 12. dicitur: *Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis cõdemnaberis*: id eſt iuſtus, vel nequam declaraberis. Tertia eſt, pro acquiſitione iuſtitiæ, quando nimirum quis ex iniuſto fit iuſtus, ſeu ex ſtatu peccati tranſit in ſtatum gratiæ. Ad Roman. 4. *Credenti in eum, qui iuſtificat impium*; Et cap. 8. *Quos prædeſtinauit, hos vocauit; quos vocauit hos iuſtificauit.* Quarta demum acceptio eſt pro augumento ipſius gratiæ, & iuſtitiæ iam acquiſitæ. Apocalipſ. 22. *Et qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc*: Qua in acceptione aliquando dicuntur opera nos iuſtificare; locutuſque eſt Diuus Iacobus cap. 2. quando ait, hominem iuſtificari ex operibus; & Ioannes Apocalyp. 19. bona opera, & merita Sanctorum vocat iuſtificationes; quatenus per opera exercita in iuſtitia, & meritoria nobis acquirimus augmentum gratiæ, & iuſtitiæ.

Ex his autem quatuor acceptionibus, licet concedatur aduerſarijs ſecundam non eſſe in Scriptura inſolitam, negandum tamen eſt, quod Caluinus lib. 3. inſtitut. cap. 11. §. 3. vt ſuam hæreſim circa iuſtificationem facilius aſtrueret, docuit, illam nimirum eſſe magis propriam, nec poſſe aliter ſumi, cum apud Hebręos verbum hoc *iuſtifico*, idem ſit ac declaro, & pronuntio iuſtum, & innocentem; id enim falſum eſſe; & iuſtificationem in tertia, & quarta acceptione etiam in Scriptura propriè vſurpari, ſeu quod idem eſt, iuſtificare, ſecundum phraſim Hebraicam, non ſemper eſſe iuſtum declarare, ſed iuſtum quoque, & pium efficere, clarè demonſtrant adducta teſtimonia, & ſimilia; cùm quod ait Diuus Auguſtinus lib. de Spiritu, & Littera cap. 16. *Quid eſt aliud iuſtificari, quam iuſtum fieri*: Quare iuſtificatio in dicta tertia ſignificatione, ſeu acceptione ſolet definiri, quod ſit translatio à ſtatu peccati in ſtatum gratiæ, atque iuſtitiæ, & adoptionis filiorum Dei per Ieſum Chriſtum.

Notandum eſt enim ſecundò, duplicem diſtingui iuſtificationem: vnam, quæ fit per modum ſimplicis cuiuſdam generationis, à non eſſe gratiæ ſimpliciter, ad eſſe eiuſdem; qualis fuit in Angelis, & primis parentibus, quando primùm creati ſunt: hi enim iuſti à Deo facti ſunt per infuſionem gratiæ, abſque vllo præcedenti peccato, aut eius debito; & de hac non agimus in præſenti; ſed

ſed de altera, quæ fit de contrario in contrarium, vt cum ſubiectum aliquod de frigido fit calidum: qua iuſtificatione, cùm peccatores omnes tam paruuli, quàm adulti iuſtificari dicantur, peccatum enim, à quo tranſeunt, eſt omninò contrarium gratiæ; indè conſtat ipſam peccati remiſſionem eſſentialiter in hac iuſtificatione includi, non minus quam in calefactione aquæ includitur expulſio frigoris; & in illuminatione aeris expulſio tenebrarum; nec non eamdem remiſſionem, partialiter ſaltem complere, & componere iuſtificationem, *Vt peccati mortui iuſtitiæ viuamus*. 1. Petri 2. Quo fit, vt, certò ad fidem ſpectante, quod in iuſtificatione impij, vera fiat peccatorum remiſsio, & abolitio, nonnulli Doctores Catholici in ea diſtinguentes, veluti terminum à quo, qui eſt peccatorum remiſsio, & terminum ad quem, qui eſt realis hominis ſanctificatio, primùm exiſtimauerint, non perfici formaliter per ipſam gratiam inhærentem, ſed per miſericordiam, & condonationem extrinſecam Dei, ita vt gratia, quæ infunditur, cum remittuntur peccata, ſe habeat ſolùm concomitanter; licet formaliter, & eſſentialiter ſe habeat ad ſanctificationem: alij verò coniunxerint ſimul condonationem extrinſecam, & infuſionem gratiæ inhærentis, ad conſtituendam vnam cauſam formalem adæquatam iuſtificationis. Quæ diuerſitas ſententiarũ nihil prorſus officit fidei, quandoquidem, ſiue fiat peccatorum remiſſio per dictam condonationem extrinſecam, ſiue quod verius eſt per ipſam gratiam inhærentem, vnanimiter admittunt, in iuſtificatione impij ita peccatum remitti, vt quidquid habet rationem culpæ, & maculæ omnino deleatur: quod negant aduerſarij.

Vndè tertiò valdè notandum eſt, præſentem controuerſiam inter nos, & illos non procedere de iuſtificatione adæquatè ſumpta, vel pro ipſa ſanctificatione, & ſpirituali renouatione impij, num fiat per gratiam inhærentem, nec ne; de hoc enim ſubſequens erit controuerſia; ſed difficultas modo ad fidem pertinens eſt, an vbi impio peccata remittuntur, quocumq; id fiat modo, eiuſmodi peccata verè deleantur. Manifeſtum enim, & indubitatum cum ſit tàm apud Catholicos, quam apud hæreticos, homini impio dum iuſtificatur, aliquo modo peccata remitti, Lutherus, & Caluinus, eorumque ſequaces contendunt non ita remitti, vt re vera auferantur, ac deleantur, & non amplius permaneant in anima: ſed potius verè remanere, tamen tegi, & occultari à Deo, quaſi iam ab ipſo non videantur, ſiue homini non amplius imputari peccata ad pœnam, quia nimirum Deus ſtatuit, propter Chriſti iuſtitiam homini imputatam, non punire hominem iuxta proprium demeritum. Vndè Caluinus loco ſuperius citato tàm anxiè voluit, nomen iuſtificationis eſſe forenſe, quaſi externi fori; hoc eſt, nihil aliud eſſe hominem iuſtificari, quàm declarari, & pronuntiari iuſtum, quaſi eſſet iuſtus: quemadmodum ſi iudex diſſimulans delicta alicuius Rei, cum abſolueret, liberumque dimitteret, & inſontem pronunciaret.

Concluſio autem Catholica eſt, homini, quantumuis impio, dum iuſtificatur, ita verè peccata remitti, vt quo ad rationem culpæ omninò deleantur, nec iam in homine iuſtificato permaneant. Expreſſa huius veritatis definitio habetur in Concilio Tridentino ſeſſ. 5. de peccato origin. §. 5. *Si quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in Baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negat: aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet; ſed illud dicit tantùm radi, aut non imputari anathema ſit*. Quod idem vniuerſaliter docet in quacumque iuſtificatione impij ſeſſ. 6. c. 7.

Præcipua Scripturæ loca, quibus innititur hæc fides, ac doctrina Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, habentur Pſal. 50. v. 2. *Dele iniquitatem meam*; & v. 9. *Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor*.

Pſalm.102.v.12. *Quantum diſtat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates noſtras*. Iſaiæ 44.v.22.*Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua*. Micheæ 7.v.18. *Quis Deus ſimilis tui, qui aufers iniquitatem*; Et v. 19. *Deponet iniquitates noſtras, & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra*.

Ioannis 1. v.29. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Act. 3. v. 19. *Pœnitemini, & conuertimini,vt deleantur peccata veſtra*. Roman.8. v.1. *Nihil ergo nunc damnationis eſt eis, qui ſunt in Chriſto Ieſu*. 1.Corinth. 6. v. 11.*Hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, &c.* Epheſ. cap. 1. *Elegit nos in ipſo*, id eſt Chriſto, *vt eſſemus Sancti, & immaculati in conſpectu eius*: Et cap. 5. v.8. *Eratis enim aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino*: Et v. 26. *Seipſum tradidit pro ea,vt illam ſanctificaret,mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ,&c.*

Hæc enim, & alia iam cap. 10. adducta Scripturæ teſtimonia verificari non poſſent, imò abſolutè falſa eſſent, ſi quando iuſtificantur impij, ſuaque illis peccata dimittuntur, illa totaliter non auferrentur, atque delerentur, quoad omnem culpæ rationem: ſed ſolùm, vt aiunt aduerſarij iuſtificati nominarentur, eo quod Chriſti meritum, eorum peccata ſic tegeret, vt, quantumuis verè, ac realiter manerent, illa ad pœnam non imputarentur.

Quibus non fauet, quod interdum in Scriptura explicari videatur peccatorũ remiſſio per hoc,quod tegantur,& deſinant imputari, vt Pſal. 31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum*; Et Pſal. 84. *Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum*. Hoc, inquam, nihil prorſus obeſt veritati Catholicæ in fauorem contrarię hęreticorum ſententiæ, cum enim in citatis locis ita dicantur peccata tegi, & non imputari, vt in alijs multis dicantur inſuper, auferri, tolli, deleri, peccatores ſuper niuem dealbari, quique erant aliquando tenebræ, lucem eſſe in Domino; manifeſtè ſequitur iuxta phraſim Scripturæ,idem penitus eſſe, quod peccata dicantur tegi coram Deo, & non imputari ab eo, atque eſſe omnino deleta, vt habetur expreſsè ex eadem Scriptura, Pſalm.50. *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele*; nec non lib.2. Eſdræ cap.4. v. 5. *Ne operias iniquitatem eorum,& peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriſerunt ædificantes*. Quod idem eo ſimiliter loquendi modo ſignificatur, quo Deus promittit, ſe obliuioni daturum peccata eorum, qui pœnitentiam egerunt.

Ratio eſt, quia licet particulam hanc *tegi*, ſecundum ſe quidem, vel reſpectu noſtri,non ſit idem ac deleri, & tolli,nihilominus reſpęctu Dei, *cuius oculis*, ex Apoſtolo Hebræor.4. *Omnia ſunt nuda, & aperta*, idem prorſus eſt; Deoque conſequenter non poteſt aliquid tegi, niſi penitus tollatur,vel quod idem eſt, nihil ipſi tectum, vel opertum dici, niſi in quantum ceſſat eſſe; vndè etiam non poteſt non imputare peccatum illi, cui realiter inexiſtit, aliàs eſſet habere hominem verè impium, pro pio, & iuſto, quod Deo, qui, vt diximus, omnia intuetur, & æſtimat, ſecundum quod in ſe ſunt, contingere nequaquam poteſt. Igitur iuxta phraſim Scripturæ, idem prorſus eſt, quod peccata dicantur tegi coram Deo, & non imputari ab illo, atque amplius non exiſtere, ſiue omnino deleta eſſe.

Quam etiam interpretationem à maioribus acceptam amplexi ſunt vnanimiter Patres, eamque nobis tradiderũt: vnde Chriſoſtomus ſuperiori capite relatus homil.40. in 1. epiſt. ad Corinth. ait: *Qui crimine, Regis beneficio, abſolutus eſt, inquinatum animũ ſeruat: Quem abluit Baptiſma, non item; ſed ſolis radijs puriorem mentem habet*. Diuus autem Auguſtinus eadem explicans verba, quę obijciunt aduerſarij ex Pſal.31. ait enarrat.2. *Cooperta ſunt peccata, tecta ſunt, abolita ſunt*; & paulò poſt, *nec ſic intelli-*

gatis

quod dixit, peccata cooperta ſunt,
ibi ſint, & viuant; demum ad hoc
andum, aptiſſimo vtitur exemplo,
nque nobis tanquam peritiſſimum
et chirurgum, aut medicum, qui
aſtro tegens vulnus,illud ſimul ſa-
Deus, inquit, *tegat vulnera* (*id eſt*
ta) *non tu: nam ſi tu tegere volue-*
ubeſcens, medicus non curabit. Me-
tegat, & curet: emplaſtro enim tegit,
egmine medici ſanatur vulnus. Et
chiridione cap.42.facta compara-
remiſsionis peccatorum cum
e Chriſti ait, quod, vt Chriſtus
uus eſt, & reſurrexit, ita & nos,cũ
icamur, morimur peccato, quod
nitur, & tollitur: reſurgimus verò,
per gratiam infuſam renaſcimur.
d idem prorſus docent, & tradunt
ri Patres tùm Græci,tùm Latini ſu-
s citati, & inferius citandi.
deò vt aduerſarij nullum ex ipſis
monium, ſicut nec ex Scripturis
cere poſſint; quo ſignificetur clarè,
inem iuſtificatum, ſeu poſt remiſ-
m peccati adhuc eſſe verè pecca-
m, peccato videlicet tecto, non de-
; cum nos Catholici in illis omnia
bulorum genera habeamus, quæ
gitari poterant, ad veram peccati,
mpius iuſtificatur, abolitionem ſi-
candam, vt ſi quis de induſtria
at vocabula, loquendique modos,
us perſpicuè declaret, peccatum
od verè tolli, & aboleri; non poſ-
iquod reperiri,quod Sacra Scriptu-
& Patres ante non occupauerint, vt
t, ex dictis.

ertiò probatur veritas Catholica
nibus. Prima deſumitur ex poten-
& voluntate Dei; ſi enim poſſit pec-
omnia tollere,& delere, ſeu quod
eſt, ſi hoc nullam inuoluit con-
ictionem,illudque velit facere,quo-
aliquem iuſtificat, dubitari non po-
quin peccata in iuſtificatione om-
de facto tollantur. Rem autem
e habere probatur quoad primam
em; quocumque enim modo conſi-
tur peccatum, ſiue ratione auerſio-
nis à Deo, ſiue offenſæ,ſiue reatus pœ-
næ poteſt Deus illud tollere; auerſionẽ
quidem per actum conuerſionis pecca-
toris ad ſeipſum: offenſam verò diligen-
do peccatorem ipſum, & operando in
eo vt viciſſim Deum diligat: reatum
autem pœnæ æternæ, quia vtroque ſu-
blato, offenſa nempè, & auerſione, iam
Deus peccatorem ipſum non amplius
ad pœnam æternam obligat, nec poteſt
honeſtè obligare: non implicat ergo
quominus Deus peccatum quocumque
modo ſpectatum auferre,& delere poſ-
ſit; imo ſuppoſito quod velit illud re-
mittere iuſtificando, implicat, attenta
eius natura, qua vt vidimus ſupra, res
provt ſunt euidenter, & infallibiliter
agnoſcit, implicat, inquam, quod aliter
remittat peccata, aliquemque pro pec-
catore non habeat,quam peccata verè,
ac realiter tollendo. Quod autem Deus
iſtud velit, quoties aliquem à peccato
iuſtificat, etiamſi concederetur de po-
tentia abſoluta aliter fieri poſſe, patet
ex iam adductis Scripturæ teſtimonijs;
per illam enim, modoſque loquendi il-
lius, tàm in hoc iuſtificationis negotio,
quàm in cæteris fidei myſterijs Dei vo-
luntas nobis apertè innoteſcit.

Altera ratio eſt; quia oppoſitus hæ-
reticorum error derogat æquitati,ac ve-
ritati diuinæ; infinitæque meritorum
Chriſti efficaciæ: ſi enim homo, quan-
do iuſtificatur, verè remanet peccator,
& impius, vt ipſi volunt, remanebit
vtique dignus odio Dei,pœnaque æter-
na; diuinæque proindè æquitati con-
ſentaneum non eſt, reputare eum quaſi
amicum, & à pœna abſoluere; ſicut nec
congruit veritati diuinæ declarare, &
pronuntiare iuſtum, vel non peccatorẽ,
hominem qui re vera non eſt talis. Re-
pugnat etiam efficaciæ meritorũ Chri-
ſti, quia ſequitur ea non fuiſſe tanti va-
loris ad iuſtificandum nos à peccatis
noſtris,vt hęc verè,& realiter deleantur,
contra expreſſam Scripturæ authorita-
tem Roman.5. vbi Apoſtolus facta pec-
cati cum gratia antitheſi ait: *Sicut per*
vnius delictum in omnes homines in con-

demnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitę. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obedientiã iuſti conſtituuntur multi. Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum; vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit gratia: vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam aternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Igitur ne gratia Chriſti ſit minus potens, & efficax, quam peccatum Adami, neceſſario fatendum eſt, quod, ſicut peccatum Adami verè, & realiter ab vnoquoque contrahitur; ita quoque verè, ac realiter tàm illud, quàm cætera deleantur in eo, qui iuſtificatur.

Tertia ratio eſt, quoniam, quidquid ſit de remiſſione peccatorum, an præciſè fiat per ſolam condonationem extrinſecam, an verò per ipſammet gratiã inhærentem, de quo agetur capite ſequenti; nihilominus ſi ſermo ſit de adęquata iuſtificatione impij, perfectaque eius cum Deo reconciliatione, Caluinus ipſe expreſsè docet lib. de reformat. Eccleſię pag. 136. *quod nunquam reconciliamur Deo, quin ſimul donemur iuſtitia inherente*. Igitur, ſiue peccatum conſiſtat formaliter in priuatione gratię, ſiue in priuatione rectitudinis moralis, quæ omnibus humanis actionibus ineſſe debet, iuxta diuerſa Theologorum placita, cum tamen huiuſmodi priuationes ita ſint inſeparabiles, vt vna abſque alia reperiri non poſſit, ſi ſemel peccator nunquam adęquatè iuſtificatur, aut Deo reconciliatur, quin ſimul donetur iuſtitia inhærente, vt fateri videtur Caluinus, noſque contra negantes probabimus capite ſequenti, neceſſe eſt per illam omnia ab eo tolli peccata verè, & realiter; aut directè, ſi gratia ſit forma; cuius priuatio, vel defectus conſtituit formaliter peccatum; aut indirectè, & concomitanter, ſi peccatum conſiſtat in priuatione rectitudinis moralis actionibus humanis competentis; in quantum gratia deſtruẽdo ſuam propriam priuationem, conſequenter deſtruit, quidquid ab ea eſt inſeparabile, ſicut eſt priuatio dictæ rectitudinis. Adeò vt, quemadmodum viſus, & eius priuatio ſimul in eodem eſſe nequeunt oculo, ita quoque impoſſibile ſit, iuſtitiam inhærentem ſimul in homine reperiri, abſque vera, & reali peccatorum eius abolitione, cum illa formaliter conſiſtant in priuatione dictæ iuſtitiæ, aut in altera ab eadem priuatione penitus inſeparabili.

Ex quibus omnibus clarè, vt puto, conſtat, quod aſſeruimus, ſcilicet, vbi iuſtificatur impius, illique Deus ſua dimittit peccata, illa verè tolli, ac deleri, Si enim conſideretur peccatum, vt priuatio gratiæ, tollitur directè per infuſionem eiuſdem gratiæ, quæ ſuam priuationem neceſſario deſtruit. Si conſideretur tanquam priuatio rectitudinis moralis, quam vnaquæque actio humana debet habere, quamuis in hoc ſenſu poſſit dici remiſſum per condonationẽ, hoc eſt per ſimplicem nudamque remiſſionem, abſque vlla gratiæ in cordibus noſtris diffuſione; cum tamen huiuſmodi condonationi annexa ſit gratiæ infuſio, neceſſe eſt per illam tolli abſolutè peccatum concomitãter, ſeu per neceſſariam, & infallibilem conſequentiam. Si ſpectetur tanquam offenſa Deo illata, ob quam reddimur obnoxij ſatisfactioni tali iniuriæ proportionatæ, quo ſenſu peccatum vocari poteſt quoddam debitum; cum etiam nec offenſæ, nec debiti rationem habere poſſit, niſi quatenus eſt priuatio, aut gratię, aut rectitudinis moralis; manifeſtè ſequitur illud quoque realiter tolli, vbi à Deo dimittitur. Demum ſi conſideretur peccatum, tanquàm deletio diuinæ imaginis in homine prius ad ſtatum gratiæ eleuato, cum huiuſmodi deletio nihil ſit aliud, quàm eiuſdem gratiæ priuatio; aut rectitudinis moralis, conſtat etiam illud realiter auferri, vbi remittitur; quandoquidem reparatio diuinæ imaginis ſupernaturalis in homine non fit niſi per realem veræ iuſtitiæ inhæren-

ſtitutionem, quæ eſt imago, & ſi- do ipſiuſmet Dei: vt rectè docet Auguſtinus lib. 6. de Geneſi ad m cap.24. vbi explicans illa Apo- oca ad Coloſſ. 3. *Expoliantes vos m hominem, & induentes nouum, nouatur ſecundum imaginem eius, auit illum*. Et Epheſ. 4. *Deponite n hominem, qui corrumpitur ſecun- ſideria erroris, renouamini autem mentis veſtræ; & induite nouum m, qui ſecundum Deum creatus eſt tia, & ſanctitate veritatis*; ait: Re- *dicimur, ſi hoc recipimus quod per- imus homo: recipimus iuſtitiam, ex r peccatum lapſus eſt homo*. Et c.26. *Expoliantes vos veterem hominem, nouum, qui renouatur ſecundum em eius, qui creauit illum*. Hanc *em in ſpiritu mētis impreſſam per- dam per peccatum, quam recipi- r gratiam iuſtitiæ*.

ia aduerſariorum obiectiones, llius ſunt momenti, aut iam ma- olutæ ex dictis, libenter illas . Oſtendimus enim iuxta ſacræ ıtæ phraſim, modumque loquē- in ea peccata remitti dicuntur à lem prorſus eſſe, illa tegi, & non ri ab eo, atque eſſe penitus de- imiliter vbi interdum compara- acta inter iuſtitiam Dei, & no- dicitur Iobi 9. *Verè ſcio quod ita uod non iuſtificatur homo compoſi-* , & cap. 25. *Nunquid iuſtificari omo compoſitus Deo, & apparet natus de muliere*; Pſalm. 142. *ſtificabitur in conſpectu tuo omnis* & Iſaiæ 64. *facti ſumus immun- es, & quaſi pannus menſtruatæ ſtitiæ noſtræ*; huiuſmodi loca, ia non faciunt ſenſum, quod s non poſſint iuſtificari ea iu- one, quæ realem peccatorum nem contineat; aut quod non e iuſtificatione, ſordes & ma- ccatorum ſemper in illis rema- ſed Iob, & Iſaias locis citatis ſignificare voluerunt iuſtitiam reſpectu Dei eſſe veluti nullā, aut ſaltem tanquam nullam apparere; Deus enim ita perfectè iuſtus eſt, & ſanctus, vt homo illius comparatione nullam habere iuſtitiam, aut ſanctitatem videatur, niſi valdè diminutam; ſicut qui lumen candelæ obſcurum vocaret, reſpectu luminis, ac ſplendoris Solis. Notandum tamen illud cap. 25. non fuiſſe ipſius Iob, ſed Baldad Suhitis, quod ipſe Iob non ſatis approbaſſe videtur cap. ſequenti, & clarius c. 27. Sunt etiam, qui locum Iſaiæ potiſſimè intelligendum putent de Hebræis illius temporis, qui cum perfectionem legis profiterentur, non ita illam ſeruabant, ſicut debebant: & ideo vocantur immundi, eorumque iuſtitiæ, hoc eſt exteriores obſeruationes legis immundæ, quia non erant factæ ſicut oportebat. Quod autem ait Pſalmiſta, *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*; intelligendum eſt conditionaliter, niſi ſuperueniat Dei miſericordia: *Ad me*, inquit Auguſtinus interpretans præfata verba, *cum reſpicio, nihil aliud, quam peccatum inuenio, vnde miſericordia Dei, potius quam iudicio indigeo*. De quo redibit ſermo infra, quatenus aduerſarij dictis abutuntur locis, vt etiam probent omnia opera noſtra eſſe peccata.

Tandem cum in homine impio diſtingui debeat, tùm peccatum actuale conſiſtens in humana actione, vel omiſſione præterita, tùm habituale, ſeu macula remanens in anima, qua homo dicitur habitualiter auerſus à Deo, & illi inimicus, vbi iuſtificatur, peccata actualia non ita tolluntur, quaſi fiat, vt actiones præteritæ non fuerint præteritæ, hoc enim eſt impoſſibile. Sed quo ad hoc, quantumuis homo iuſtificetur, adhuc ſemper verum erit dicere, hic homo olim peccauit. Neque in hoc ſenſu Catholici credunt peccata deleri; neque aduerſarij hoc ſolum aduerſus nos negare intendunt. Verum nos aſſerimus, maculam habitualem eſſe illā, quæ per gratiam iuſtificantem tollitur, atque deletur; vel enim hęc macula forma-

formaliter conſiſtit in priuatione gratiæ; & ſic directè tollitur per gratiam; vel quicquid peccatum, aut macula eſſe dicatur, iuxta alias Theologorum ſententias, cum non ſit tale quid, vt ſit indelebile; ſed potius ſemper habeat oppoſitionem ſaltem indirectam cum gratia iuſtificante, neceſſarium eſt, vt per ipſam omnino tollatur, ſicut explicuimus ſupra. Quare hæretici qui oppoſitum docuerunt, planè ignorarunt veram poccati rationem; ſed partim dixerunt, concupiſcentiam ipſam, ſeu partem ſenſitiuam hominis eſſe peccatum, quæ vtique in iuſtificatione nō tollitur, indeque ſupra, nos probauimus, non poſſe habere rationem peccati formaliter: Partim verò aſſeruerunt, omnia opera noſtra eſſe peccata, atque adeò non poſſe homines peccatis omnibus vacare, & verè mundari, ſed ſolùm ratione iuſtitiæ ipſis imputatæ, deſinere imputari eis ad pœnam. Quod eſt errorem errori adiungere, & omnia prorſus in hac materia confundere.

CAPVT XIII.

Statuitur contra Lutheranos, & Caluiniſtas, cauſam formalem noſtræ iuſtificationis, eſſe realem, & internam quamdam iuſtitiam, per quam interius renouamur, & ſanctificamur.

CVm iuſtificatio, de qua agimus in præſenti, ſit illa, vt notauimus ſuperiori capite, quæ fit de contrario in contrarium, propterea que deſcribitur à Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 4. quod *ſit translatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, quæ quidem translatio poſt Euangelium promulgatum, ſine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in Regnum Dei;* Poſtquam egimus de priori eius parte, quæ eſt veluti terminus à quo, hoc eſt de remiſſione peccatorum, eaque oſtendimus verè tolli, & deleri, vbi iuſtificatur impius; nunc de poſteriori, quæ eſt terminus ad quem, agendum eſt, probandumque iuſtificationem præter realem peccati remiſſionem, ac deletionem continere adhuc realem hominis ſanctificationem per gratiam vel iuſtitiam illi formaliter, & intrinſecè inhærentem.

Quare notandum eſt, quod cum hęc ſanctificatio ſit vera actio, qua homo verè iuſtus, & amicus ſeu Filius Dei efficitur, ſuas etiam habet cauſas, quas idem Concilium, prius habito ſermone cap. 5. & 6. de neceſſitate præparationis ad iuſtificationem in adultis, nec nō de modo eius, ſic deſcribit cap. 7. *Hanc diſpoſitionem, ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur; quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum; vndè homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus, vt ſit hæres ſecundum ſpem vitę æternæ. Huius iuſtificationis cauſæ ſunt: finalis quidem gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna: efficiens verò miſericors Deus, qui gratuito abluit, & ſanctificat, ſignans, & vngens Spiritu promiſſionis Sancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ: meritoria autem dilectiſſimus vnigenitus ſuus, Dominus noſter Ieſus Chriſtus; qui cum eſſemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, ſua Sanctiſſima Paſſione in ligno Crucis nobis iuſtificationem meruit, & pro nobis Deo Patri ſatisfecit: inſtrumentalis item Sacramentum Baptiſmi, quod eſt Sacramentum Fidei, ſine quo nulli vnquam contigit iuſtificatio: demum vnica formalis cauſa eſt iuſtitia Dei; non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit; qua videlicet ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modo reputamur, ſed verè iuſti nominamur, & ſumus iuſtitiam in nobis recipiētes, vnuſquiſque ſuam ſecundum menſuram*

ram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis pro vt vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem. Quamquam enim nemo poſſit eſſe iuſtus, niſi cui merita Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti communicantur; id tamen in hac impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem Sanctiſſimæ Paſſionis merito per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret; Vndè in ipſa iuſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem, ſpem, & charitatem. Hactenus Sacrum Concilium.

Conuenientibus ergo nobiſcum aduerſarijs in cæteris iuſtificationis cauſis à Concilio relatis, tota controuerſia reducitur ad cauſam eius formalem, an ſit inhærens, nec ne. Primum enim, qui totum iuſtificationis negotium ſola peccatorum remiſſione perfici volũt, ſeu iuſtificationem in illa adæquatè conſiſtere, quam etiam remiſſionem credunt fieri per extrinſecum fauorem, & condonationem Dei, vel non imputationem, conſequenter ad hunc errorem aſſerere tenentur, iuſtificationem impij non fieri per aliquid ipſi inhærẽs, ſeu formalem iuſtificationis cauſam nõ eſſe aliquid intrinſecum. Qua in ſententia videtur eſſe Caluinus, quamuis non neget ad iuſtificationem requiri etiam imputationem iuſtitiæ Chriſti; ſic enim ait lib. 3. inſtitut. cap. 11. §. 2. *Nos iuſtificationem ſimpliciter interpretamur acceptionem, qua nos Deus in gratiam receptos pro iuſtis habet: eamque in peccatorum remiſſione, ac iuſtitię Chriſti imputatione poſitam eſſe dicimus*; quod idem aſſerit §. 3. Quare, vbi loco ſuperiori capite citato de vera Eccleſiæ reformat. admittit, nunquam nos reconciliari Deo quin ſimul donemur inhærente iuſtitia; adeò vt aliqui crediderint eum, & ſequaces idem cum Catholicis in præſenti controuerſia ſentire, ſolumque de nomine quæſtionem eſſe, aut dicendum eſt, illum pro ſpiritu vertiginis, quo laborant hęretici, ſibi contradicere, aut quod verius eſt valde fraudulenter in hac re ſe geſſiſſe, ſi ponderentur eius verba; dum enim ait: *Etſi enim nunquam reconciliemur Deo, quin ſimul donemur inhærente iuſtitia, diſtingui tamen debent, quæ ſeparari nequeunt*: & iterum lib. 3. Inſtitut. cap. 11. §. 6. *Sicut non poteſt diſcerpi Chriſtus in partes, ita inſeparabilia hæc duo, quę ſimul, & coniunctim in ipſo percipimus iuſtitiam, & ſanctificationem; & verum, ſi ſolis claritas non poteſt a calore ſeparari, an ideo dicemus luce caleſieri terram, calore verò illuſtrari &c.* dum inquam, ſic loquitur Caluinus, manifeſtè indicat, iuſtitiam illam inhærentem, qua reconciliati Deo donamur, non eſſe propriè iuſtitiam, qua nos coram Deo iuſti ſumus, ſed eam conſiſtere in ſola remiſſione peccatorum facta per imputatam Chriſti iuſtitiam, præfatamque donorum inhęrentium collationem, quam ſanctificationem, internamque renouationem appellat, ſe habere tantum concomitanter ad iuſtificationem, vel ſequi ad illam per modum effectus; cum nos Catholici firmiter aſſeramus, veram iuſtificationẽ, qua homo ex impio peccatore, & inimico Dei fit iuſtus, & amicus Dei, non conſiſtere in ſola remiſſione peccatorũ, ſed etiam in interna renouatione, & ſanctificatione, ita vt ipſa renouatio, & ſanctificatio iuſtitia dicenda ſit, & non tantùm iuſtificationis effectus.

Alij autem videntes, quod Sacra Scriptura hominem iuſtificatum abſolutè ſanctum, & iuſtum pronuntiet, & quidem iuſtus non poſſit denominari niſi ab aliqua forma, ſeu iuſtitia, quia iuſtus idem eſt, ac iuſtitiam habens, cum nolint hominem in ſe habere iuſtitiam intrinſecè, à qua ſic nominetur; inde recurrunt ad iuſtitiam extrinſecã, in qua tamen aſſignanda diuiſi ſunt; Oſiander enim in confutatione ſcripti contra ipſum à Melanctone editi, relatis viginti diſcrepantibus inter Lutheranos ſententijs de iuſtificatione,

ratus

ratus ipſe genuinam ſe attigiſſe Lutheri mentem ait; *Quod formalis iuſtitia, qua homo iuſtus eſt, & iuſtificatur, ſit ipſa iuſtitia Dei, qua ipſe Deus eſſentialiter iuſtus eſt, & hominem inhabitat, & hanc ſolum acceptare Deum.* Verum alij Lutherani hac reiecta ſententia dicunt cũ Philippo Melanctone, & Centuriat. Magdeb. cent. 1. lib. 2. quod Chriſti iuſtitia, ſeu omne opus à Chriſto in humana natura pro hominibus præſtitum, & per fidem illis applicatum, ſit iuſtitia formalis, à qua homo formaliter iuſtus ſit, & dicatur; ita vt nec fides, nec vlla alia qualitas hominis inhærens ſit cauſa formalis, à qua iuſtus denominetur. Quamuis Lutherus pluribus in locis de fide contrarium ſentiat; potiſſimum lib. de Captiuitate Babylonica, & ad cap. 2. ad Galat. vbi expreſsè ait; *Eſt ergo formalis noſtra iuſtitia ipſa fides, & nebula cordis, hoc eſt, fiducia in rem, quæ non videtur.* Quam vt doctrinam de iuſtificatione per ſolam fidem defenderet, docuit eam non eſſe nudum aſſenſum, quo res à Deo reuelatæ credantur eſſe veræ: *Sed eſſe fiduciam certam altiſſime animo inſidentem de diuina bonitate, & gratia per verbum Dei cognitam, & manifeſtam;* ſerm. Dom. 2. Quadrag.

Ex Catholicis autem Franciſcus Sonnius lib. 2. demonſtrat. Chriſt. religionis tractat. 9. cap. 5. concedit quidem aduerſus Hæreticos gratiam homini inhærentem, veramque remiſſionem peccatorum, ita vt omnia prorſus deleantur, ſed exiſtimat talem remiſſionem non perfici formaliter per ipſam gratiam, ſed per miſericordiam, & condonationem Dei extrinſecam, ita vt iuſtitia inhærens, ſeu gratia concomitanter ſolùm ſe habeat ad dictam remiſſionem, quamuis ſit vera cauſa formalis iuſtificationis, ſeu renouationis internæ, in quo toto ab hæreticis cœlo diſtat: Quidam verò alij, vt Albertus Pighius coniungunt ſimul Chriſti iuſtitiam imputatam, & infuſionem iuſtitiæ inhærentis ad conſtituendam vnã cauſam formalem adæquatam iuſtificationis. Nos quid in hac materia, te inter diuerſas ſententias tenendum ſit & credendum ſequentibus explicabimus concluſionibus.

Prima concluſio; iuſtificatio impij non conſtat ſola remiſſione peccatorũ iſta concluſio eſt de fide, abſtrahendo ab hoc, quod talis remiſsio præciſe fiat per miſericordiam, & condonationem Dei extrinſecam, vel per ipſam iuſtitiã inhærentem; fuitque expreſsè definita in Concilio Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. ſuperius citato; nec non can 11. *Si quis dixerit, homines iuſtificari vel ſola peccatorum remiſſione, excluſa gratia, & charitate, quę in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhæreat, aut etiam gratiam, qua iuſtificamur, eſſe tantùm fauorem Dei anathema ſit.*

Præcipua, quibus hæc fidei veritas reuelata habetur, Scripturæ loca reperiuntur in epiſtolis Diui Pauli; Roman. 4. vbi loquens de Chriſto ait in fine; *Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã.* Dum enim Apoſtolus nomen iuſtificationis tribuit potius ſanctificationi, & renouationi internæ, quam remiſſioni peccatorum, dubitarique non poteſt, quin ibi velit, mortem Chriſti fuiſſe exemplar mortis peccatorum, id eſt, remiſſionis, & deletionis peccatorum noſtrorum; reſurrectionem verò exemplar renouationis, & regenerationis internæ, per quam in nouitate vitæ ambulamus; vt etiam explicat cap. 6. manifeſtè patet iuſtificationem impij non modo non conſtare ſola remiſſionem peccatorum, vel non imputatione eorum, vt ait Caluinus, ſed neque præcipuè ea conſtare, adeo vt renouatio interna ſe habeat ſolum concomitanter, vel per modum effectus; non autem in ipſa iuſtificatio ſit poſita; alioqui dicere debuiſſet Apoſtolus, Qui traditus eſt propter iuſtificationem à peccatis, & reſurrexit propter vitæ nouitatem. Sicut etiam, cum tam mors,

quam

reſurrectio Chriſti ad iuſtifica-
n neceſſaria eſſet; ideoque po-
Diuus Paulus, vtramque partem
cationis, id eſt remiſſionis pec-
& donum renouationis tribuere
Chriſti, vel reſurrectioni, maluit
diſtinguere, & morti quidem
priare remiſſionem peccati, re-
tioni autem renouationem vitæ
er ſimilitudinem, quam habet
tio peccati cum morte carnis, &
atio ſpiritualis, cum reſurrectio-
porali, vt ſic adæquatè explica-
turam iuſtificationis, hoc eſt tam
d terminum à quo remiſſionis
orum, quam quo ad terminum
em ſanctificationis, & renouatio-
iomodocumque illa fiat, ſiue per
m inhærentem, ſiue per extrin-
de quo non diſputamus modo,
tum intendimus probare con-
luinum iuſtificationem impij
nſtare ſola remiſſione peccato-

ſdem epiſtolæ ad Romanos cap.
ſ. 21. habetur; *Vt ſicut regnauit
m in mortem, ita & gratia re-
er iuſtitiam in vitam æternam*;
poſtolo opponente iuſtitiam
o, & per iuſtitiam intelligente
am renouationem, prout requirit
eſis, clarè patet iuſtificationem
ſola peccatorum remiſsione
uendam eſſe, excluſa renouatio-
rna, quæ expreſsè vocatur ab
lo iuſtitia. Idem colligitur ex
verſ. 13. *Neque exhibeatis mem-
ſtra arma iniquitatis peccato; ſed
e vos Deo tanquam ex mortuis vi-
& membra veſtra arma iuſtitiæ*
um ex epiſtola ad Epheſ. cap. 4.
. *Renouamini autem ſpiritu men-
ræ, & induite nouum hominem,
ndum Deum creatus eſt in iuſti-
ſanctitate veritatis.* Dum enim
ouari in ſpiritu declarat Apoſto-
induere nouum hominem, no-
tem hominem appellat creatū
ia, & ſanctitate veritatis, atque
ſam renouationem, iuſtitiam,

& ſanctitatem, ſatis ſignificat iuſtifica-
tionem impij formaliter, adæquatè
non fieri per ſolam remiſſionem pecca-
torum.

Id tandem non minus clarè demon-
ſtrant cætera Scripturæ loca, tam in
præcedentibus capitibus adducta, quā
in ſequentibus adducenda, vbi impij
iuſtificatio explicatur nominibus mun-
dationis, ablutionis, viuificationis, ſa-
nationis, renouationis, principij benè
operandi, & ſimilibus. Huiuſmodi
enim phraſes, modique loquendi ſo-
lam non ſonant remiſsionem peccato-
rum, ſed ſimul cum illa neceſſariò ali-
quid requirunt ad veram iuſtificatio-
nem.

Verbo diuino ſcripto accedit tradi-
tum, iuxta quod veteres Patres fideles
eius cuſtodes, ac magiſtri ſemper do-
cuerunt Scripturas, vbi agitur de ho-
minum iuſtificatione, præfato modo
eſſe intelligendas; plures citabuntur
inferius in quarta concluſione; nunc
ſufficiat Diui Auguſtini teſtimonium
in Pſalm. 30. vbi circa illa verba, *In
tua iuſtitia erue me*, ait: *Quia non inue-
niſti in me iuſtitiam meam, erue me in
tua, hoc eſt, illud me eruat, quod me iu-
ſtificat, quod ex impio pium facit, quod
ex iniquo iuſtum, quod ex cæco videntem*;
& in Pſalm. 118. explicans illa verba,
feci iudicium, & iuſtitiam, ait; *Iuſtitiæ
nomine hoc loco non ipſa virtus, ſed opus
eius, ſignificatum eſt, quis enim facit in
homine iuſtitiam, niſi qui iuſtificat im-
pium? hoc eſt per gratiam ſuam ex impio
facit iuſtum*, vnde ait Apoſtolus, *iuſtifi-
cati gratis per gratiam ipſius &c.*

Item epiſt. 106. *Profectò*, inquit, *an-
tequam gratia iuſtificetur, vt iuſtus effi-
ciatur impius, quid eſt niſi impius*, & in
Enchiridione cap. 52. *Quemadmodum
in illo vera mors facta eſt, ſic in nobis ve-
ra remiſſio peccatorum, & quemadmodum
in illo vera reſurrectio, ita in nobis vera
iuſtificatio*; vbi Diuus Auguſtinus Apo-
ſtolum ſecutus Roman. 4. iuſtificatio-
nis nomen tribuens internæ renouatio-
ni ſatis ſignificauit iuſtificationem non

conſtare ſola peccatorum remiſsione, ſed principalius conſiſtere in præfata vitæ per iuſtitiam renouatione.

Demum lib. 1. de peccatorum merit. & remiſſ. cap. 13. *Quid eſt*, inquit, *quod abundantiam gratiæ, & iuſtitiæ accipiunt, niſi quod non ei tantum peccato, in quo omnes peccauerunt, ſed eis etiam, quæ addiderant, gratia remiſſionis datur, eiſque hominibus tanta iuſtitia donatur, vt cum Adam conſenſerit ad peccatum ſuadenti, non cedant iſti etiam cogenti:* His verbis manifeſtiſſimè Diuus Auguſtinus præter remiſsionem peccatorum ponit in homine iuſtitiam, per quam diuina præcepta diabolo etiam tentante, ac pene ad præuaricandum cogente, cuſtodiat. Quare Caluinus, qui ſolum Auguſtinum excipere ſolet; cum Sanctos Patres reijcit, eum quoque repudiat lib. 3. §. 15. *Ac ne Auguſtini quidem, inquit, ſententia recipienda eſt, & qui gratiam ad ſanctificationem refert; qua in vita nouitatem per ſpiritum regeneramur.*

Tertiò tandem probatur veritas Catholica ſequentibus rationibus, quarum prima deſumitur ex ipſamet natura iuſtificationis; quia licet interdũ ſumatur in Scriptura pro pronuntiatione, ſeu declaratione iuſtitię de aliquo facta; idque dupliciter, primò ſi à Iudice aliquis accuſatus declaratur iuſtus; ſiue verè, vt Pſalm. 81. verſ. 3. *humilem, & pauperem iuſtificate*; ſiue falsò, vt Prou. 17. verſ. 15. *Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum*, & hæc vocatur iuſtitia forenſis. Secundò ſi quis priuatus, vel ſe venditet pro iuſto, vt Luc. 10. verſ. 29. *Ille autem volens ſeipſum iuſtificare*, & Iob. 9. verſ. 20. *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me.* vel alterum ſic pronuntiet, vt Luc. 7. verſ. 35. dicitur: *Et iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis.* Et ſi, inquam, non dubitent Catholici iuſtificationem in hac acceptione ſumi poſſe, negant tamen, quod ineptè affirmat Caluinus, illam ſcilicet vnicam eſſe veram rationem eius; cum iuſtificatio propriè dicta etiam accipiatur pro donatione, & collatione veræ iuſtitiæ; idque vel actiuè, vt Rom. 4. verſ. 5. dicitur, *Credenti in eum, qui iuſtificat impium*; & cap. 8. verſ. 30. *Quos vocauit, hos & iuſtificauit*; item verſ. 3. *Deus qui iuſtificat*. Vel paſsiuè pro acquiſitione, & adeptione iuſtitię à Deo, qua vbi quis primum ex impio fit iuſtus, vocatur iuſtificatio primã; & de ipſa intelligitur illud 1. Corinth. 6. v. xj. *Hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis &c.* vbi autem quis iam habens iuſtitiam, accipit maiorem, iuxta illud Eccleſ. 18. verſ. 22. *Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari*; & Apocal. 22. verſ. xj. *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc*, vocatur incrementum, vel augmentum iuſtitiæ; Loquendo igitur de iuſtificatione, qua primùm quis ex impio fit iuſtus, & de qua modo eſt difficultas inter nos, & aduerſarios, aſſerimus illam non in ſola peccatorum remiſsione poſitam eſſe, ſed inſuper iuſtitiæ collationem formaliter includere. Siquidem in omni mutatione eſt terminus à quo, & terminus ad quem ducit, à quo etiam nomen ſumit, vt ſatis patet in illuminatione, cuius terminus à quo eſt expulſio tenebrarum, terminus autem ad quem, à quo ſpecificatur, & denominatur lucis diffuſio, & ſic de alijs motibus, vel mutationibus; At iuſtificatio eſt mutatio, ſeu translatio, qua homo ex ſtatu peccati transfertur, ſeu mutatur in ſtatum gratiæ, & iuſtitiæ, iuxta illud Coloſſ. 1. verſ. 13. *Gratias agentes Deo Patri &c. qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ &c.* Ergo, etiã ſi daremus Caluino quod remiſsio peccati fieret per condonationem extrinſecam, & non per ipſammet iuſtitiam, non propterea iuſtificatio ſola conſtat peccatorum remiſsione, ſed adhuc iuſtitiam habere debet per modum termini ad quem; vt quemadmodum nec vera eſt illuminatio, nec vera calefa-

ctio,

i tenebris fugatis, vel frigore
, nulla lux, nulluſque calor in
corpore ſubſequatur, ita nec
ntelligi vera iuſtificatio, niſi ali-
ter remiſſionem peccati, iuſti-
paretur.
e quando Caluinus lib. 3. Inſti-
. xj. petens argumentum ex il-
is Pſalm. 31. cap. 4. ad Roman.
Beati quorum remiſſæ ſunt ini-
, & quorum tecta ſunt peccata;
vir, cui non imputauit Dominus
, inquirit, an hæc ſit plena, vel
ta definitio iuſtificationis, an
? ſique reſpondeatur, plenam
ntendit verum eſſe, quod docet,
tionem ſcilicet, ſola peccatorũ
ne conſtare; cum nulla hic fiat
infuſionis virtutum, & donorũ,
us remiſſionis; ſi autem dica-
idia, beatum vocari non poſſe,
eſt, niſi media ex parte beatus;
men Dauid beatum appellet
i non imputauit Dominus pec-
Reſpondetur facilè ad huiuſ-
uæſitum per aliud, an nimirum
a definitio iuſtificationis, an di-
lla eiuſdem Prophetæ Pſal. 111
vir qui timet Dominum; aut alia
18. *Beati immaculati in via, qui*
nt in lege Domini. Nam ſi plena
eſt remiſſio peccatorum, ſi di-
quomodo dicuntur beati, qui
t niſi media ex parte iuſtificati?
Caluinus dabit his locis ex-
nem, eamdem nos facilius da-
lijs ab ipſo adductis. Interim
s ad has, & ſimiles quæſtiones,
ni in illis Scripturæ locis inte-
finitionem iuſtificationis, aut
inis, ſed explicari tantùm ali-
quod neceſſariò pertinet ad iu-
onem, vel beatitudinem acqui-
. Neque Diuus Paulus ad Ro-
adducit hoc teſtimonium Pſal-
vt definiat adæquatè iuſtifica-
, ſed ſolum vt oſtendat eam eſſe
Dei, nec poſſe proprijs viribus
i. Quod rectiſſimè probat ex
d Dauid beatum vocat eum, cui

Deus peccata remittit, vt per ſe patet; cum vera iuſtificatio, quæ eſt donum Dei, ſimul ſit formaliter tum remiſſio peccatorum, tum ſanctificatio, & renouatio interna hominis; ita vt remiſſio peccatorum, & animæ ſanctificatio, & renouatio poſsint optimè aſsignari, quaſi duo effectus formales iuſtificationis adæquatè ſumptæ, vnus poſitiuus, & alter priuatiuus; ſiue proueniant à diuerſis principijs, nimirum priuatiuus expulſionis peccatorum à condonatione extrinſeca, poſitiuus autem renouationis internæ ab ipſa iuſtitia, ſiue quod verius eſt, vterque proueniat à ſola iuſtitia, ſicut dicimus parietem dealbari, & à nigredine denudari, per eamdem albedinem, vel aerem illuminari, & à tenebris expurgari, per eamdem lucem, vt dicetur infra.

Secundò reſponderi poteſt in præfatis Scripturæ locis definitionem integram iuſtificationis, non quidem explicitè, ſed implicitè contineri. Quia remiſsio peccatorum de facto, ſeu ſecundum legem Dei ordinariam nobis in ſcripturis reuelatam, licet ab alio principio proueniret, quàm renouatio vitæ, & ita diſtinguerentur ratione principiorum, neceſſariam nihilominus cõnexionem habent in iuſtificando homine, ita vt remiſſio peccatorum non fiat, niſi ſimul ſit renouatio, & ſanctificatio per iuſtitiam.

Igitur ſicut illuminatio, etiam ſi fuga tenebrarum, quæ eſt terminus eius à quo, ſeu priuatiuus, ab alio principio oriretur; quam ab ipſamet luce diffuſa, quę eſt terminus ad quem veluti poſitiuus, ſatis definiretur, ſeu integrè implicitè per fugam tenebrarum, ita quoque integra, non quidem explicitè, ſed implicitè iuſtificationis definitio habetur, vbi in Scriptura vocatur remiſſio peccatorum, ob neceſſariam, quam habet de facto in iuſtificando homine, cum iuſtitia connexionem, quæ eſt terminus ad quem iuſtificationis. Nec aliud concludit exemplum

Caluini, non autem iuſtificationem adæquatè ſumptam ſola conſtare peccatorum remiſſione, etiam ſi habeat aliud diſtinctum à ſanctificatione principium, dum ait, *& verum, ſi ſolis claritas non poteſt à calore ſeparari, an ideo dicemus luce calefieri terram, calore verò illuſtrari* &c. cum hoc tamen diſcrimine, quod iſta duo, licet ſeparari nequeant, non poſſunt conſtituere vnam aliquam adæquatam definitionem, nec conſequenter vnum implicitè definiri per aliud, quia luce terram illuſtrari, & calefieri, ſe habent tanquam effectus adæquati diuerſarum formarum diſparatarum, licet in ſole connexarum, quorum conſequentur vnus non poteſt eſſe terminus à quo, vel ad quem alterius; aut comparari ad inuicem ſicut effectus priuatiui, & poſitiui, quemadmodum in iuſtificatione ſe habent expulſio peccati, & ſanctificatio animæ: & in illuminatione tenebrarum fuga, & lucis diffuſio; nec non in calefactione frigoris depulſio, & caloris productio, vt diximus ſupra.

Confirmatur hæc prima ratio, quia iuſtificatio, de qua nunc agimus, ſumpta ſcilicet pro translatione à ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ, non diſtinguitur formaliter, & eſſentialiter ab alia, quæ fit per modum ſimplicis cuiuſdam generationis à non eſſe gratiæ ſimpliciter, ad eſſe eiuſdem, qualis fuit in primis parentibus, cum habeant eũdem terminum ad quem ſuæ ſpecificationis, nimirum ſanctificandi, Deoque gratos, & amicos homines reddendi, differantque ſolum materialiter penes terminos à quo. Igitur quemadmodum iuſtificatio per modum ſimplicis generationis, qualis fuit illa primorum parentum, includebat eſſentialiter ſanctificationem per iuſtitiam, imo erat ipſamet eorum ſanctificatio; idem quoque aſſerendum eſt de iuſtificatione impij, quæque fit de contrario in contrarium, eam nimirum non conſiſtere in ſola peccatorum remiſſione, tãquam in expulſione contrarij, ſed magis principaliter in renouatione vitæ per iuſtitiam, quæcumque ſit illa, de quo, iam notaui ſupra non diſputamus cu Caluino in præſenti concluſione; que magis hoc affirmandum eſt, q in iuſtificatione impij, dicta ſanctific tio, vitæque renouatio nihil eſt aliu quam reſtitutio in priſtinam iuſtitiam nobis in Adamo deperditam, quo primarium eius effectum.

Quæ adhuc ratio concludit, gra admiſſo, quod iuſtificare acciperet vbique pro iuſtum pronuntiare, vel d clarare, nunquam autem pro eo, qu eſt iuſtum facere, ſiue conſtituere. Quoniam, vt ſuperiori capite diximu ſicut licet ſecundum ſe, vel reſpectu no ſtri non ſit idem tegi peccata, ac illa deleri, & tolli, nihilominus reſpect Dei, cuius oculis omnia ſunt nuda, aperta, quique illa æſtimat, ſecundu quod ſunt in ſemetipſis, idem proſu eſt; ita quoque, licet ſecundum ſe, v reſpectu noſtri non ſit idem pronuncia re, & facere iuſtum, attamen reſpect Dei ſunt vnum, & idem, nec poteſt pro nuntiare aliquem eſſe iuſtum, niſi ſimu faciat illum verè iuſtum; proptereaqu ſolus Deus in Scripturis dicitur iuſtifi care impios, quia ſolus poteſt de im pijs facere pios; homines autem, q iuſtificant impios, non minus abomina biles ſunt; quam ſi condemnarent iuſtos vt habetur Prouerb. cap. 17. v. 15. Igitur ſi iuſtificatio ſola conſtaret remiſſio ne peccatorum, abſque vlteriori gratia vel iuſtitia, poſſet quidem Deus impiũ declarare, non peccatorem, qualem eũ feciſſet remittendo ei præcisè ſua peccata, non autem verè iuſtum, & ſanctum ad huiuſmodi enim denominationem non ſufficit abſque alio ſuperaddito nõ eſſe peccatorem, homines enim creati in ſtatu puræ naturæ eſſent non peccatores; non autem iuſti. Ergo vbi in Scripturis dicitur Deus impium iuſtificare, hoc eſt, ſecundum Caluini interpretationem, iuſtum declarare, non poteſt illum verè talem declarare, niſi ſimul illum verè talem efficiat; atque

adeò

adeò iuſtificatio, quomodocumque ſumpta, neceſſariò includit præter remiſſionem peccatorum, vlteriorem iuſtitiam facientem hominem ex non peccatore, vel peccatore ſanctum, & iuſtum, ſecundum diuerſa Theologorũ placita ponentium, vel non ponentium diſtincta vtriuſque effectus principia, nimirum remiſſionis peccatorum, & ſanctificationis internæ.

Altera ratio pro eadem veritate eſt, quoniam, quidquid ſit, an per abſolutam Dei potentiam remitti poſſint peccata per ſolam condonationem extrinſecam, abſque alia gratiæ collatione, vt docent nonnulli Theologi, qua tamen remiſſione præcisè quis poſitiuè iuſtus dici non poſſet, ſed tantùm non peccator, ideoque veluti reduceretur ad ſtatum puræ naturæ, tamen loquendo de facto, & iuxta diuinitus reuelata, ita iuſtificantur homines, vt non ſolùm dicantur ex peccatoribus non peccatores, ſed inſuper filij, amici, dilecti, domeſtici Dei, hæredes regni, taleſque tandem, vt gehennę pœnas nedum euadãt, verùm etiam præmia cœleſtis vitæ acquirant; ſed huiuſmodi tituli, vel appellationes ex ſola peccatorum remiſſione prouenire non poſſunt, non enim dignus eſt amore aliquis ob hoc ſolum, quod ei debita condonata ſunt, cum ea ſoluere non poſſet; neque continuò efficitur filius, domeſticus Dei, hæres regni, aut illo dignus per modum coronæ iuſtitiæ, vt ſatis patet in iudicio forenſi, vbi qui abſoluuntur, eripiuntur quidem à morte, ſed non conſequuntur noua præmia propter hoc tantùm, quod iudicentur non fuiſſe, aut non eſſe rei: Igitur in iuſtificatione præter remiſſionem peccatorum, requiritur vlterior iuſtitia, qua ex inimicis, qui iuſtificantur fiant formaliter amici, & filij Dei, &c. conſtituanturque in ſtatu acquirendi vitam æternam per modum coronæ.

Secunda concluſio. Iuſtitia, quæ ad iuſtificationem, præter remiſſionẽ peccatorum, vlterius requiritur, tanquam cauſa formalis illius, non eſt iuſtitia Dei eſſentialis, ac diuina. Iſta concluſio eſt de fide aduerſus Oſiandrum, definita, & explicata à Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 7. dicente: *Demum vnica formalis cauſa*, ſcilicet iuſtificationis, *eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit; qua videlicet ab eo donati renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modo reputamur, ſed verè iuſti nominamur, & ſumus*. Non igitur negant Catholici, quin efficiens primaria iuſtificationis cauſa ſit Deus, vt enim dicitur Iob 14. v. 4. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es?* Cuius etiam iuſtitia dici poteſt cauſa exemplaris noſtræ, quatenus ad illam velut exemplar Deus iuſtitiam in homine creat; vel ad cuius ſimilitudinem, & imaginem hominem iuſtum efficit. Quemadmodum enim Deus hominem ſecundum naturam creauit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Geneſ. 1. v. 27. ſic in renouatione, & regeneratione ſpirituali eumdem ſupernaturaliter ad imaginem, & ſimilitudinem iuſtitiæ ſuæ per gratiam recreauit. An autem hęc cauſa exemplaris ad cauſam formalem, an autem ad efficientem reuocanda ſit, diſcordant Theologi. Aliqui enim volunt ad cauſam formalẽ, ſed appellant formalem extrinſecam, alij verò ad efficientem, Scotum ſecuti, qui in 1. ſentent. diſtinct. 36. num. 5. de cauſa exemplari ſic loquitur: *Cauſa exemplaris non eſt niſi quoddam efficiens per intellectum, efficiens enim diuiditur inefficiens per intellectum, & efficiens per naturam ſecundum Philoſoph. 2. Phyſicor. Sicut igitur naturaliter producens non eſt alia cauſa ab efficiente, ita nec exemplaris vel exemplariter producens eſt alia cauſa ab efficiente per intellectum*. Parum tamen refert ad præſens inſtitutum, verũ horum dicatur, cum tantùm aſſeramus, quod iuſtitia, qua nos Deus in Scripturis dicitur facere iuſtos, tanquam per cauſam formalem, non ſit iuſtitia eius eſſentialis, ac diuina.

Idque probant efficaciter huc vſque adducta Scripturæ teſtimonia, tùm inferius

ferius adducenda in concluſione quarta, vbi oſtendemus inhærentem, ac infuſam eſſe iuſtitiam noſtram formalē; cum enim iuſtitia Dei eſſentialis nobis formaliter inhærere non poſſit, iuſtoſque intrinſecè denominare, ob imperfectionem, quam inuoluit hoc genus cauſæ formalis intrinſecæ, manifeſtè patet illam non poſſe talem exercere cauſalitatem in iuſtificatione noſtra.

Idem quoque habetur ex traditione, omnibus ibidem citandis Patribus vnanimiter conteſtantibus, formalem cauſam iuſtificationis non eſſe iuſtitiā Dei eſſentialem; ſeu nos iuſtificari iuſtitia Dei, non qua ille in ſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit. Quod quia omnibus expreſsius videtur docere Diuus Auguſtinus, nonnulla eius loca hic adducam; ex tract.26. in Ioannem, vbi ſic ait: *Quid eſt iuſtitia Dei, & iuſtitia hominis? Iuſtitia dicitur, non qua Deus iuſtus eſt, ſed quam dat homini Deus, vt iuſtus ſit homo per Deum.* Epiſt.120. c.30. *Ignorantes*, inquit, *Dei iuſtitiam, qua nos eius gratia iuſti ſumus, vt ipſa Dei iuſtitia nos ſimus, cum iuſtè viuimus credentes in eum, qui iuſtificat impium, non illa, qua ipſe iuſtus eſt, æterna ſua, & incommutabili iuſtitia.* Item lib. de ſpiritu, & littera cap. 9. vbi ait; quod *ſicut fides Chriſti dicta eſt, non qua credit Chriſtus, ſic iuſtitia Dei, non qua iuſtus eſt Deus*, vbi nimirum per iuſtitiam Dei iuſtificari, & ſanctificari in Scriptura dicimur; & cap.32. *Charitas Dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris non qua ipſe nos diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos, ſicut iuſtitia Dei, qua iuſti eius munere efficimur, & Domini ſalus, qua nos ſaluos facit, & fides Chriſti, qua nos fideles facit.* Quod idem docet lib. 3. contra duas epiſtolas Pelegianorum cap. 7. lib. de gratia, & libero arbitrio cap.12. & alibi frequenter.

Demum omiſſa ratione communi cæteris attributis diuinis, qua, ſicut nullum ex illis poteſt reſpectu noſtri exercere cauſam formalem in eſſe rei, adeò vt charitate v.g. vel miſericordia Dei eſſentiali amare, aut miſereri dicamur, ita nec iuſtitia: ſpeciales non deſunt rationes ad confutandum hoc præfati hæretici delirium. Prima eſt, quia ſi Deus nullam vt ſufficientem acceptaret iuſtitiam, niſi ſuam eſſentialem pro redemptione, & iuſtificatione hominū, ſequeretur, quod nec iuſtitiam Chriſti hominis, quę creata eſt, acceptaret; ſed hoc eſt euertere totum myſterium humanæ redemptionis, atque reconciliationis; ſacris vbique Scripturis docentibus, quod per paſſionem, & mortem Chriſti redempti ſumus, & iuſtificamur Iſaiæ cap.53. v.5. & v.11. Roman. c.3. & 5. 1. Ioann. cap.1. v.7. cap.2. v.1. Pro mero igitur figmento habenda eſt Oſiandri ſententia.

Secundò, ſi eſſemus iuſti, iuſtitia Dei eſſentiali nos inhabitante, eſſemus omnes æquè iuſti, atque ipſe Chriſtus Dominus. Nam ipſe quoque non aliter iuſtus eſſe poſſet, niſi per iuſtitiam Dei eſſentialem, ſi Deus nullam iuſtitiam acceptat, niſi ſuam eſſentialem, vt Oſiander fingit; ſed hoc eſt manifeſtè contra Scripturam teſtantem Ioann. 1. nos omnes de plenitudine Chriſti accepiſſe; & ad Epheſ. 4. Vnicuique noſtrū dari gratiam ſecundum menſuram donationis Chriſti; non igitur iuſtificamur formaliter, aut iuſti ſumus iuſtitia Dei eſſentiali, ſed iuſtitia creata, quæ maior, & minor eſſe, ſubque certam menſuram cadere poteſt.

Tertiò, dum aſſeritur, iuſtificari hominem per iuſtitiam Dei eſſentialem, & increatam nobis inhabitantem; vel hoc intelligitur, quia Deus incipit eſſe per eſſētiā in eo, qui iuſtificatur, vel quia ei vnitur hypoſtaticè; vel quia ſpecialiter in eo incipit inhabitare, per effectum ſupernaturalem gratiæ, & Sanctitatis, quem in eo producit; ſed duo prima dici non poſſunt, vt ſatis per ſe patet, abſque vlteriori probatione; deueniendum eſt igitur ad tertium, nempè ad Dei inhabitationem per ſpecialem effectum gratiæ, quem in anima iuſti producit; ſicque iuſtificatio non erit eſſentialis,

, & increata iuſtitia, ſed aliquid
um, ſcilicet iuſtitia, ſeu gratia crea-
animæ infuſa. Et de hac inhabi-
ic iuſtificationem formalem iam
pponente, non autem de aliqua
e ſubſtantiali iuſtitiæ Dei eſſen-
cum anima iuſti; debent intelligi
itata cap. 1 1. Scripturæ loca; adeò
et in genere cauſæ efficientis, priùs
iod Deus in anima gratiæ dona
icat, quam illam inhabitet, illa
a ſpecialis inhabitatio, qua præ
is creaturis animæ iuſti dicitur in-
eam formaliter iuſtificatam iam
pponat; vt rectè docet, & expli-
iuus Auguſtinus ſer. 11. de verbis
ini; *A quo mundamur*, inquit, *ac-
do indulgentiam, ipſum accipimus
torem ad faciendam, augendam, per-
lamque iuſtitiam*; nec non epiſto-
5. ad Sixtum: *Poſt remiſsionem
orum, niſi mundatam domum habi-
ritus Sanctus, nonne cum alijs ſe-
redit ſpiritus immundus? Vt autem
itet Spiritus Sanctus, nonne vbi vult
, & charitas Dei diffunditur in cor-
noſtris, non à nobis, ſed à Spiritu
o, qui datus eſt nobis.* Item ibidem:
*r adiuuat Spiritus nondum inhabitãs,
inhabitans, adiuuat enim vt efficia-
ideles, cum non inhabitat: cum verò
itat adiuuat iam fideles; itaque pur-
r iuſtificat, vt purgatos, & iuſtifica-
habitet.*

iod autem objicit Oſiander dici.
tri. cap. 1. nos effici diuinæ con-
naturę; item Deum non accepta-
am iuſtitiam, niſi ſuam: primùm
ei, ſed nobis potius fauet. Non
dicit Apoſtolus, nos effici diuinæ
rtes naturæ per inhabitationem,
formationem iuſtitiæ Dei eſſen-
; ſed cum immediatè de Chriſto
iſiſſet: *per quem maxima, & pre-
obis promiſſa donauit, vt per hæc ef-
ini diuinę conſortes naturę*. Senſus
nodi verborum eſt, Deum per
a Chriſti nobis pretioſa donaſſe;
romiſerat, ſcilicet dona gratiæ,
uæ fugeremus concupiſcentias,

quæ ducunt ad corruptionem, ideoque ſubiungit: *Fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem*: pręfataque deinceps enumerans dona ait: *Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientiâ autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem*. Qua Diuus Ioannes ait in epiſt. 1. cap. 3. v. 1. nos effici filios Dei, & conſequenter cõſortes naturæ eius, quomodo filij participant naturam Patris: *Videte*, inquit, *qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus*.

Ad ſecundum reſpondetur, ſi acceptare iuſtitiam ſumatur pro approbare illam, Deum acceptare non ſolùm iuſtitiam infinitam, ſed etiam finitam, quę eſt participatio illius, modo vera ſit, & non fucata, vel apparens. Si autem acceptare iuſtitiam, idem ſit atque acceptare ſatisfactionem pro peccato, dicimus non acceptare quidem Deum in veram ſatisfactionem pro peccato niſi iuſtitiam infinitam, qualem fuiſſe illã Chriſti Domini, Dei, & hominis docent vnanimiter Theologi; iuſtitia enim Dei eſſentialis, quamuis ſit infinita, cum ſatisfactoria non ſit, vt talis acceptari non poteſt.

Tertia concluſio. Iuſtitia Chriſti nõ eſt cauſa formalis noſtræ iuſtificationis, ſeu qua homo iuſtus formaliter conſtituitur. Iſta concluſio eſt de fide cõtra Lutherum, & eius ſequaces, in imputatione iuſtitiæ Chriſti iuſtificationẽ ponentes, quaſi videlicet nos iuſti ſimus coram Deo, quoniam tegit nos Chriſtus iuſtitia ſua, & eo modo tectos Deus nos videns, pro iuſtis ſe habere declaret.

Sententia autem Eccleſiæ Catholicę hęc eſt; quod aliud ſit eſſe cauſam efficientem vel meritoriam, aliud verò eſſe cauſam formalem iuſtificationis; & quidem, quod vnica ſit cauſa meritoria iuſtificationis hominum, ſcilicet iuſtitia

Chri-

Chriſti, clarè docet Concilium Tridentinum ſeſſ.6. cap.7. dicens: *Huius iuſtificationis cauſa ſunt*, &c. *meritoria dilectiſſimus vnigenitus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui, cum eſſemus inimici propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, ſua ſanctiſſima paſſione in ligno crucis nobis iuſtificationem meruit, & pro nobis Deo Patri ſatisfecit, &c.* At negat hominem, qui iuſtificatur propter merita Chriſti, vt per cauſam meritoriam, & ſatisfactoriam, conſtitui iuſtum per iuſtitiam Chriſto inhęrentem, & homini extrinſecus ſolùm imputatam tanquam per cauſam formalem; *Si quis*, inquit can.10. *dixerit homines ſine Chriſti iuſtitia, per quam nobis meruit, iuſtificari, aut per eam ipſam formaliter iuſtos eſse, anathema ſit*: vbi vtrumque breuiter definitur, & quod Chriſti iuſtitia ſit cauſa meritoria iuſtificationis, & quod illa non ſit cauſa formalis, à qua formaliter homo iuſtus conſtituatur, quæ planè diſtincta ſunt.

Vndè primò ſatis mirari non poſſum ignorantiam, vel potius malignitatem aduerſariorum, qui vt Eccleſiæ Catholicæ doctrinam reddant odioſam, confundunt cauſam meritoriam cum cauſa formali dicentes: quod dum nos docemus, hominem per iuſtitiam inhęrentē iuſtificari formaliter, ſeu formaliter iuſtum effici, deſtruimus Chriſti meritū; quaſi Deus hominem propter illam iuſtitiam inhęrentem, vt cauſam meritoriam, & ſatisfactoriam iuſtificet, & non propter merita Chriſti; hoc enim falſiſſimum eſſe patet ex ipſiſmet verbis Concilij; atque adeò non minus fraudulenter à Kemnitio proponi ſtatum præſentis controuerſiæ de formali iuſtificatione, dum ait in illa quæri, Quid ſit id, propter quod Deus hominem in gratiam recipiat? an ſit meritum filij Dei, an inchoata in nobis nouitas? & conqueritur, Catholicos detrahere vim iuſtificandi merito Chriſti, vt tribuant eam virtutibus, & qualitatibus ſuis. Cum enim particula *propter* ſit ambigua, propriéque tantùm extendatur ad cauſam meritoriam, aut finalem, impropriè autem ad cauſam formalem, quæ propriè exprimitur particula *per*; ſi enim quæratur, per quid viuit homo? per quid ignis eſt calidus? rectè reſpondetur, per animam, per calorem, quæ ſunt cauſæ formales; ſatis patet in pręſenti controuerſia de cauſa formali iuſtificationis, ſi agatur ſincerè, propriéque loqui velimus, non debere quæri propter quid, ſed per quid homo iuſtificatur, an nimirum iuſtitia ſibi à Deo per Chriſti merita donata, & inhærente, an ipſo Chriſti merito extrinſecus imputato.

Si quis tamen quæſtionē, vt à Kemnitio proponitur, inſtituere vellet, an videlicet iuſtificemur propter meritum Chriſti Domini, an propter inchoatam renouationem noſtram, explicanda prius eſſet, tollendaque æquiuocatio particulæ *propter*, ac deindè reſpondendum, ſi illa ſignificet cauſam formalem, nos iuſtificari propter nouam gratiam nobis inhærentem, non propter meritum, aut iuſtitiam Chriſti, quæ inhærere non poteſt. Si verò ſignificet cauſā meritoriam, nos iuſtificari propter meritum Filij Dei, non propter nouā gratiam infuſam, imo hoc implicat in terminis; quia nihil poteſt eſſe cauſa ſui ipſius, ſeu ſeipſum pręcedere, quod fieret, ſi Deus iuſtitiam homini daret, propter eamdem iuſtitiam, vt cauſam meritoriam, quia cauſa meritoria debet præcedere ſaltem prius natura ipſum donum. Tandem ſi particula *propter* ſignificet cauſam in communi, dicendū eſt, iuſtificari hominem propter vtrumque, ſed propter iuſtitiam Chriſti meritoriè, propter nouam gratiam nobis à Deo collatam formaliter.

Secundò aduertendum eſt, eumdem Kemnitium non minus aberraſſe, dum ait Concilium Tridentinum negare quidem, nos iuſtificari ſola imputatione iuſtitię Chriſti, concedere autem nos ea iuſtificari, ſed non ſola, quod can.11. dicat: *Si quis dixerit, homines iuſtificari vel ſola peccatorum remiſſione, excluſa*

gratia,

n, & *charitate,quæ in cordibus eorum* *piritum Sanctum diffundatur, atque* *nhæreat, aut etiam gratiam, qua iu-* *mur, eſſe tantùm fauorem Dei,ana-* *ſit*. Quaſi illa particula tantùm nificetur. Reſpondetur enim, ibi ilium damnare voluiſſe errorem m, qui in iuſtificatione nullam prorſus gratiam agnoſcebant,quã extrinſecum Dei miſerentis,pec- ue condonantis fauorem, non au- ntendiſſe hominem formaliter iu- ri partim renouatione interna, n imputatione iuſtitiæ Chriſti, cũ e 10. præcedenti abſolutè, & ex- è dixiſſet, non iuſtificari homines liter per ipſam.

rtiò demùm, cùm Chriſtus nedũ oſſit iuſtitia noſtra meritoriè, aut efficienter, quomodo paſsim in turis vocatur fortitudo, patientia, ntia, & ſalus noſtra, verum etiam iam ſatisfecit Patri pro nobis, & ſatisfactionem ita nobis commu- & donat, vt noſtra ſatisfactio, & a dici poſſit, quantumuis enim ſtitiam, aut gratiam nobis inhæ- n verè iuſti nominemur, & ſimus; am tamen non ſatisfacimus Deo lpis noſtris, & pœna æterna; ſed iuſtitia inhærens cum remiſſio- lpæ, & æternæ pœnæ effectus ſa- ionis Chriſti, quæ,vt docet Con- Tridentinum ſeſſ.6. cap. 7. no- iuſtificatione confertur, & appli- Si hoc modo procederet contro- ſolùmque intenderent aduerſarij, imputari Chriſti iuſtitiam,& me- um nobis donẽtur,& applicentur, nos ipſi Deo ſatisfeciſſemus, non eſſe in nobis præterea iuſtitiam ntem, eamque verám, & abſo- eſſe iuſtitiam, cui iuſto Dei iudi- n debeatur pœna,ſed gloria;ſic in nulla inter nos, & illos eſſet di- ; at quia hoc ſecundum negant, litque de illo quæſtio, ideo pro reticis illos habemus.

pro ſtatu,& intelligentia contro- prænotatis, veritas Catholica primò probatur, & patet ex iam adductis inferiuſque adducendis Scripturæ locis, quibus formalis hominum iuſtificatio talibus exprimitur, ac deſcribitur loquendi modis, qui nonniſi iuſtitiæ inhærenti, non autem extrinſecus imputatæ conuenire poſſunt; vt quod abluti, ſanctificati, regenerati, renouati, imo immaculati, filij Dei, conformes imagini Chriſti,eiuſque imaginem portare dicantur, ſicut peccatores portarunt imaginem terreni Adam 1.Cor. 15 v.49.ſed homo dicitur portare imaginẽ terreni Adam, peccatum eius realiter contrahendo, nec enim dicimur peccatores per hoc, quod peccatum primi parentis commiſſum in Paradiſo terreſtri nobis imputetur, ſed quia in anima cuiuſque, quando concipitur,realis macula, & iniquitas reperitur, vt ipſimet aduerſarij libenter concedunt, licet, quale illud peccatum ſit, diſcordent, quod in præſenti nihil intereſt; Multò igitur magis fidelis habet in ſe iuſtitiam inhærentem, in qua Chriſto ſimilis eſt, eiuſque frater, & proindè portat imaginem eiuſdem: quod etiam longè facilius eſt intellectu, quam alterum, & Scripturæ conſonum. Idque inſuper clarè demonſtrat pluries iam adducta antitheſis,quam habet Apoſtolus Ro.5. vt quid ab Adamo mali in poſteros transfuſum ſit, è contra multo abundantius per Chriſtum plus boni in eos, vbi iuſtificantur,transfundantur.

Secundò probatur noſtra concluſio ex traditione pro iuſtitia inhærente, quam Patres ſequenti concluſione citandi vnanimiter conteſtantur.

Tertiò ratione,& *Primò* omnibus illis ſequenti pariter concluſione adducendis pro iuſtitia inhærente; *Secundò*, quia ſi per iuſtitiam Chriſti nobis imputatam formaliter iuſti eſſemus, quilibet iuſti æqualiter iuſti eſſent, nec vnus magis, alter verò minus iuſtus eſſet; ſi quidem iuſtitia Chriſti æqualis, & eadem eſt reſpectu omnium; quod etſi admittant aduerſarij, volunt enim iuſtos omnes in gratia, & gloria æqua-

les eſſe; hoc tamen apertè ſacris litteris repugnat, quæ diuerſos iuſtorum gradus, tam in hac, quàm in altera vita ſtatuunt; Aduerſarij igitur de abyſſo in abyſſum cadentes, vnam hæreſim altera fulciunt, ac defendunt. Quinimò ſi verè nobis imputaretur Chriſti iuſtitia, vt per eã iuſti formaliter redderemur, perindè,ac ſi propriè noſtra eſſet intrinſeca, formaliſque iuſtitia, videretur ſequi, quod eſt abſurdiſſimum, nos debere, quantum ad hoc, non minus haberi, cenſerique iuſtos; quam ipſummet Chriſtum. *Tertiò*, cauſa formalis, & efficiens,non poſſunt in vnam eamdemque rem coaleſcere, cum nempè formalis interna ſit, altera verò, nempè efficiens, ſit externa:ſed iuſtitia Chriſti eſt cauſa efficiens noſtræ iuſtificationis, principalis quidem in ratione meriti: inſtrumentalis autem in ratione realis efficientiæ, vt cõmuniter docent Theologi; ergo non poteſt ipſa eſſe cauſa formalis noſtræ iuſtificationis, ſed quid aliud ab ea promeritum, & productum, ſcilicet iuſtitia nobis inhęrens. *Quartò*, quod in aliquo realiter non exiſtit, non poteſt illud verè,& propriè denominare; igitur, cum iuſtificatio verè, & propriè hominem iuſtum denominet,debet iuſtitia in nobis realiter exiſtere; ſed iuſtitia Chriſti realiter in nobis non exiſtit; non poteſt igitur eſſe cauſa formalis iuſtificationis noſtræ:

Quintò, ſi per iuſtitiam Chriſti imputatam formaliter iuſtificaremur, ſequeretur indè homines eſſe iuſtificatos, & non iuſtificatos; iuſtificatos quidem, vt ſupponunt aduerſarij, non iuſtificatos autem, quia deficientibus gratię donis animæ inhærentibus, ſordes, & maculæ peccatorum non eluerentur, ſed ſemper in ijs manerent. Etenim licet denominatio fiat aliquando à forma extrinſeca, quõmodo paries dicitur viſus per viſionem, quę eſt in oculo. Tamen cum in aliquo duæ ſunt formæ cõtrariæ, vna inhęrens, altera extrinſeca, procul dubio denominatio abſoluta ſumitur ab inhęrente forma potiùs, quam ab extrinſeca. V.g. ſi quis Aethiopem candida veſte indueret, quo exemplo vtitur Cardinalis Bellarminus, non rectè diceretur, hic Aethiops eſt albus, ſed contra, hic Aethiops eſt niger;quia magis ad eum ſpectat propria, & inhærens nigredo, quam ille aduentitius cãdor externus. Ita quoque ſi hominem verè impium, & iniuſtum per inhęrentem iniuſtitiam dicatur iuſtificari imputatione iuſtitię Chriſti, illaque veluti indui per apprehenſionem, & cogitationem, non rectè iuſtus, aut à maculis peccati emundatus dicetur, ſed potius impius, & iniuſtus. Quod licet concedant aduerſarij, ſatis patet ex ſe,& huc vſque dictis, quam ſit abſurdum, iniurioſumque meritis, & ſatisfactionibus Chriſti, per illorum ſcilicet imputationem non deleri ſordes ipſorum peccatorum, ſed ſemper in hominibus,quantumuis iuſtificatis remanere.

Sextò, Chriſtus Dominus meruit id nobis à Deo reſtitui, quod infeliciter amiſeramus in Adam, vt communiter docent Patres, præſertim Sanctus Irenæus lib.3.cap.20.& Diuus Auguſtinus lib.6. de Geneſi cap. 24. 26. & 27. Sed in Adam non perdidimus iuſtitiam imputatam,neque eſſe ad imaginem,& ſimilitudinem Dei ſupernaturalem per imputationem, ſed veram iuſtitiam, veraque gratiæ dona inhærentia, per quæ verè ſimiles eramus Deo; promerente igitur nobis Chriſto, quod *recipiamus iuſtitiam, ex qua per peccatum lapſus eſt homo*, vt ait Auguſtinus loc. cit. manifeſtè patet eam non debere eſſe extrinſecam, aut imputatam,ſed intrinſecam, atque inhærentem.

Præter has rationes poſitiuas, & ſimiles; non deſunt aliæ negatiuæ, quibus nimirum refutemus fundamenta aduerſariorum, ob quæ aſſerunt, iuſtitiam Chriſti ſolam, nobis imputatam eſſe cauſam formalem iuſtificationis. Primò, quia nonnunquam in Scriptura dicitur, *factus nobis à Deo iuſtitia* 1.Corint.1.30. Et 2. Corinth.5.21. ait Apoſtolus: *Eum, qui non nouerat peccatum,*

pro

is peccatum fecit, vt nos efficeremur *Dei in ipſo*; Indè enim ſequi vi- quod nos iuſti ſimus ipſa iuſtitia uæ eſt in Chriſto; ſicut ipſe dici- catum, id eſt peccator, per pec- uæ ſunt in nobis. Quemadmo- nim imputantur illi peccata no- a nobis imputatur iuſtitia illius. pheſ.4. v. 24. monet fideles, *vt nouum hominem, qui ſecundum reatus eſt*, qua ſimilitudine à ve- deſumpta ſignificare voluit nos tri, vel renouari per iuſtitiam exrinſecam.

m hæc, & ſimilia Scripturæ lo- fauent aduerſarijs, ſed alium iuerſum ab eorum hæreſi con- enſum, non eſt igitur quod in orientur. Primo enim dicitur s noſtra iuſtitia, non quod for- iuſti ſimus ea iuſtitia, quæ eſt to nobis imputata, ſed alijs de imirum quoniam ſatisfecit Pa- nobis, & eam ſatisfactionem ita nat, cum nos intrinſecè per ſua ona iuſtificat, vt noſtra ſatisfa- iuſtitia dici poſsit, quatenus il- oque æterno Patri offerre nos us. Item quia efficienter, tùm iè, tùm phyſicè, iuſtitia noſtra s prouenit à Chriſto Domino, co citato principaliter intendit us, ſic enim ab eo dicitur Chri- tia noſtra, quomodo dicitur ſa- noſtra, & redemptio noſtra, for- autem ſapientia noſtra non eſt, quippè nos habere quamdam ſapientiam, qua res diuinas ndimus, & cognoſcimus, ſed er, quia videlicet ſapientes nos ut & nos redemit, aut redem- t; igitur nec iuſtitia noſtra eſt er, ſed efficienter. Quo ſenſu Deus appellatur vita, ſpes, for- ſalus noſtra Pſal.26. quod ex- n Pſal.36. cum dicitur. *Salus ſtorum à Domino*. Quid ergo ſtoli loco cum deliramento orum: vbi quoque Chriſtus catur peccatum, id ita intelli- gendum non eſt, vt ipſi aiunt, quod imputetur illi peccata noſtra, quaſi ipſe illa effecerit, & indè iniquus, aut pec- cator dici poſſit. Sed ſolum imputan- tur illi, quoad debitum ſatisfaciendi, ex quo non peccator, ſed iuſtus dici debet, qui enim pro alio ſatisfacit, iuſtiſsimus eſt. Vndè malè infertur nos effici iu- ſtitiam Dei in ipſo, quaſi iuſtitia eius nos formaliter iuſtos efficiat, ex hoc quod peccata noſtra illi imputentur, quoad debitum ſatisfaciendi Deo per rigoroſam iuſtitiam, taliſque iuſtitia, quoad ſatisfactionem, quam pro nobis præſtitit, nobis imputetur, vt ſtatim di- cebam; vel quod idem eſt, dicatur pro nobis peccatum factum fuiſſe, quia aſ- ſumpta carne ſimili carni peccati, in ea factus eſt hoſtia pro peccato, quippè qui pro peccatis, & pœnis noſtris abun- dè in ara crucis ſatisfecit; quomodo Oſeæ 4. hoſtiæ, & victimæ à populo oblatæ vocantur etiam peccata eius: *Peccata*, inquit, *populi mei comedent*, lo- quendo de Sacerdotibus veteris legis, quia ſemper in ſacrificijs, dempto ho- locauſto, aliquid de victima ad vſum Sacerdotis reſeruabatur. Cum potius antitheſis Apoſtoli, moduſque loquen- di ipſius oppoſitum clarè arguat: anti- theſis quidem, qua, ſicut Chriſtus fa- ctus eſt pro nobis peccatum, id eſt, aſ- ſumpſit ſimilitudinem carnis peccati, vt fieret victima pro peccato; ita nos efficimur iuſtitia Dei per ſimilem tro- pum, quia iuſtitiam inhærentem reci- pimus, quæ eſt iuſtitia Dei, id eſt ef- fectus iuſtitiæ Dei, & itē iuſtitia Dei, id eſt, ſimilitudo quędā iuſtitiæ Dei. Quē- admodū enim Chriſtus nō imputatiuè, ſed verè participauit ſimilitudinem carnis peccati, cum Verbum caro fa- ctum eſt; & non imputatiuè, ſed verè factus eſt hoſtia, & victima peccati; ita nos in iuſtificatione non imputatiuè, ſed verè participamus effectum, & ſi- militudinem diuinæ iuſtitiæ, iuſtitiam inhærentem accipiendo. Quod etiam probat modus loquendi Apoſtoli, *vt nos efficiamur iuſtitia Dei in ipſo*; ibi

enim per iuſtitiam Dei non poteſt intelligi iuſtitia Dei eſſentialis, qua Oſiāder aſſeruit nos formaliter eſſe iuſtos; nec etiam iuſtitia Chriſti, quæ nos tales efficiat, dum enim ait Apoſtolus, nos effici iuſtitiam Dei in ipſo, ſatis oſtendit non loqui de iuſtitia eius quatenus eſt homo, ſed de iuſtitia noſtra inhærente, quæ dicitur *Dei*, quia nobis donatur, & infunditur à Deo, vt explicat Auguſtinus lib. de Spiritu, & littera cap. 18. & dicitur *in ipſo*, id eſt, in Chriſto, non quia noſtra ſit ipſe iuſtitia formaliter, ſed quia per ipſius meritum donatur. Quo ſenſu Epheſ. 1. idem Apoſtolus ait, Deum gratia ſua gratificaſſe nos in dilecto filio ſuo. Et dicimur tandem effiici *iuſtitia* potius quam iuſti, vt ſeruetur antitheſis cum voce, *peccatum*, quoniam enim dixerat, Chriſtum factum eſſe peccatum, id eſt, hoſtiam pro peccato, eiuſque ſatisfactione, maluit dicere, nos eſſe iuſtitiā, quam iuſtos. Neque eſt inconueniens, vt homines iuſti dicantur iuſtitia, præſertim cum addito Dei, quia illam ab eo participant, cum etiam dicantur lux, Matth. 5. *Vos eſtis lux mundi*, & ad Epheſ. 2. *Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino*. Inſuperque Chryſoſtomus explicans hunc locum ait: nos dici iuſtitiam, & iuſtitiam Dei, quia tanta eſt iuſtitia, quam nobis donat Deus per Chriſtum, vt nulla in iuſtificatis remaneat ſcelerum macula; explicans verò alterum Epheſ. 1. *Gratioſos*, inquit, *nos reddidit, hoc eſt, non ſolum peccatis liberauit, ſed & dilectos amicos effecit. Quemadmodum enim, ſi quis ſcabioſum quemdam, peſte, morbo, ſenio, paupertate pariter, ac fame corruptū, nactus, formoſum mox adoleſcentem reddas, qui quoſuis venuſtate ſuperet, vehementem ſplendorem ex genis remittat, ipſaque fulgura oculorum repercuſſionibus obſcuret. Quem deindè & in ipſo ætatis flore conſtituat, atque inſuper & purpura, & omnigeno mundo veſtiat atque exornet. Non aliter animam noſtram Deus, & elaboratam, & pulchram, & deſiderabilem, ac dilectam reddidit*. Quæ ſanè Diui Chryſoſtomi interpretatio clarè demonſtrat, nihil Apoſtolum patrocinari aduerſariorum errori, quo nos in Chriſto iuſtificari, ita exponunt, ac ſi per iuſtitiam eius imputatam, iuſti haberemur, quamuis realiter tales non ſimus, ſed ſordidi ſemper, ac immundi.

Quando demum Apoſtolus Epheſ. 4. dicit: *Induite nouum hominem*, nihil minus quam eumdem errorem vnquam ſignificauit, hominem ſcilicet iuſtum, per iuſtitiam Chriſti, quaſi veſtiri, vt iuſtus appareat, licet intrinſecè maneat. Sed cum, ex dictis ſupra, Deus alium hominem non agnoſcat in iudicio ſuo, quam in ſeipſo ſit, ibi potius indicauit ſententiam Catholicam de iuſtitia inhærente, tali enim metaphora declarare voluit renouationem ſpiritualem, vt ſatis patet ex antecedentibus, qua vt ait idem Apoſtolus 2. Corinth. 5. v. 17. *Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt*, & ad Galatas 6. v. 15. *In Chriſto Ieſu, neque circumciſio aliquid valet neque præputium, ſed noua creatura*; huiuſmodi autem renouationem ſpiritualem, qua in iuſtificatione noua ſimus creatura, pluſquam certum eſt fieri non poſſe abſque aliqua mutatione intrinſeca per receptionem iuſtitiæ inhærentis; quæ ideo comparatur indumento, vel ad ſignificandum eius abundantiam, ſecundum phraſim ſcripturæ, qua verbum induere ſignificat abundanter, & copioſè tegere; Iudicū 6. verſ. 34. vbi dicitur *Spiritus autem Domini induit Gedeon*; quia videlicet copioſè in eum deſcendit, & quaſi vndique illum texit; & in Pſalmis ad ſignificandam magnam confuſionem, quæ vndique ſe prodat, nec tegi vllo modo valeat, ſæpe legitur, *induantur confuſione*. Adeo vt illi etiam dicantur indui iuſtitia, qui eius abundantiā accipiunt. Vel ad denotandum, eam, quantumuis inhærentem, non eſſe naturalem, nobiſque congenitam, ſed extrinſecus accedere ex infuſione Spiritus Sancti; vt ait Diuus Auguſtinus

ſerm.

m. 15.de verb. Apoſt. *Sacerdotes tui,* quit, *induantur iuſtitia. Veſtis acci-* ur, *non cum capillis naſcitur. Pecora* *ſuâ veſtiuntur*; Illamque inſuper eſ- à nobis ſeparabilem. Vnde ſimilitu- indumenti, qua vtitur Apoſtolus, n neceſſariò requirit imputationem titiæ Chriſti, niſi vt diximus, refera- ad iuſtitiam ſatisfactionis procul- , ſed potius congruit ipſi iuſtitiæ, & tiæ inhærenti, qua vnuſquiſque iu- s tanquam propria, & à cæteris di- ncta veſte nuptiali realiter induitur, donatur, ſecundum menſuram do- ionis Chriſti Epheſ.4. v.7.

Secundo, in tantum aduerſarij do- t iuſtificationem noſtram formalē iſtere in imputatione iuſtitię Chri- deque illa intelligendas eſſe diui- Scripturas, vbi de tali iuſtificatio- agitur, in quantum putant, homi- n poſt remiſſionem peccati adhuc verè peccatorem, peccato videli- tecto non deleto, quodque inſuper nia etiam iuſtorum opera ſunt pec- a; ſed iſta ratio nulla eſt, imo tur- ſimis innititur fundamentis; nam vt endimus ſupra cap. 12. vbi iuſtifi- ur impius peccata ei verè remittun- , ac penitus delentur; &, vt oſten- nus infra, bona iuſtorum opera ne- n ſunt peccata, ſed meritoria vitæ rnę; ergo non eſt cur aduerſarij ex- ſa iuſtitia, & gratia inhærente, re- rant ad iuſtitiam Chriſti imputati- n, quaſi videlicet nos iuſti ſimus, & ra noſtra bona, quoniam tegit nos riſtus iuſtitia ſua, & eo modo Deus videns, pro iuſtis ſe habere pro- tiet; noſtraquæ opera pro bonis, muis realiter illa ſint peccata, noſ- peccatores. Quod dicere poſſent itiam noſtram inhærentem, non tam perfectam, vt ſimpliciter, & abſo- iuſtificet, ideoque neceſſarium, eſ- mputatiuam, ſoluetur in concluſio- ſequenti, vbi explicabimus naturam itiæ inhęrentis.

Tertiò, ideo attribuunt iuſtificatio- n noſtram formalem iuſtitiæ Chri- ſti nobis imputatæ, excluſa inhærente, quia hoc videtur petere perfectio iuſti- tiæ Chriſti; ſed hæc ratio prorſus nul- la, & friuola eſt; ſiquidem iuſtitia Chriſti, eiuſque perfectio ſolum exigit, quod ſit cauſa principalis meritoria, & efficiens inſtrumentalis iuſtitiæ no- ſtræ inhærentis, non autem quod ipſa exerceat munus cauſę formalis in iu- ſtificatione noſtra, non ſolum quia de facto hoc repugnat diuinis ſcripturis, ſed quia forſan de potentia Dei abſo- luta impoſſibilis eſt talis modus iuſti- ficationis per imputatiuam Chriſti iu- ſtitiam. Ex quibus ſatis patet vanitas huiuſcemodi hæreticorum ſententiæ; eoque magis, quo volentes omnes fidei articulos expreſſos eſſe in Sacra Scri- ptura, & hunc ponentes fundamenta- lem, & præcipuum, nullum Scripturæ locum adducunt, vel adducere poſ- ſunt, vbi expreſsè dicatur, *quod homi- nes formaliter iuſti ſint, & nominentur per iuſtitiam Chriſti illis imputatam*; aut *quod iuſtitia Chriſti homini ad iuſtitiam imputetur, ita vt per illam formaliter iu- ſtus ſit.*

Quarta concluſio. Vnica cauſa for- malis iuſtificationis eſt gratia; ſeu iu- ſtitia à Deo creata, & homini infuſa, eique inhærens. Iſta concluſio ab- ſtrahendo ab hoc, quod talis gratia, vel iuſtitia ſit aliquid actuale, vel ha- bituale, eſt de fide; ſolaque poterat poni ad confutandos præcedentes er- rores. Nam ſemel probato, quod cau- ſa formalis iuſtificationis ſit iuſtitia in- hęrens, manifeſtè ſequitur eam eſſe non poſſe iuſtitiam Dei, & Chriſti, aut aliquid aliud ſimile extrinſecum; ni- hilominus tàm vt præfatos errores ex proprijs refelleremus, quàm vt via ne- gationis facilius ad affirmandam veri- tatem deueniremus, placuit illam hoc loco ponere, deinceps etiam explica- turi, quid ſit illa iuſtitia inhærens, quoſ- que effectus habeat.

Fuit expreſsè definita, & explicata à Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 7. & can. 11. ſuperius adductis. Sacræ Scri- pturæ

pturæ teſtimonia, è quibus hæc fidei veritas habetur, iam allata ſunt cap. xj. vbi pro fundamento harum controuerſiarum præiacere debuimus, quod gratia iuſtificans ſit quid creatum intrinſecè inhærens animæ; Indè enim manifeſtè ſequitur, eam eſſe vnicam cauſam formalem noſtræ iuſtificationis: cum de natura talis cauſæ ſit, vt non aliter cauſet formaliter, niſi communicando ſeipſam intrinſecè ipſi ſubiecto. Quę tamen hanc veritatem præcipuè probant, ſunt, multoties repetita antitheſis Rom. 5. *Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum* &c. tùm quod ibidem dicitur: *Charitas diffuſa in cordibus per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*; ibi enim Apoſtolum non loqui de charitate, qua Deus nos diligit imputando nobis iuſtitiam Chriſti, vt explicant aduerſarij, ſed de charitate qua nos facit dilectores ſuos, atque adeò intrinſecè nobis inhærente, expreſsè docet Diuus Auguſtinus lib. de Spiritu, & littera cap. 32. *Charitas Dei*, inquit, *dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit ipſe dilectores ſuos*. Et eiuſdem c. 8. ad Galatas 4. ad Epheſ. 1. Ioannis 1. 2. Petri cap. 1. & 1. Ioann. cap. 3. dum homines iuſti dicuntur à Deo geniti, in Chriſto renati, per gratiam, quæ eſt ſemen Dei, adoptionem filiorum conſecuti, hæc & ſimilia clarè demonſtrāt, vnicam cauſam formalem iuſtificationis eſſe gratiam, ſeu iuſtitiam à Deo creatam, & homini infuſam, eique inhærentem. Adoptione filiorum Dei, vt in rationibus dicemus, per ſe, ac neceſſariò, requirente huiuſmodi gratiam.

Præter verbum diuinum ſcriptum habetur, & traditum apud veteres Patres eamdem veritatem pro fidei dogmate habentes, & docentes. Ex Græcis citari potiſſimum ſolent, Iræneus lib. 5. cap. 6. *Cum autem Spiritus* &c. Baſilius lib. 1. de Baptiſmo cap. 2. Gregorius Nazianzenus, & Nyſſenus orat. in S. Baptiſma; Chryſoſtomus homil. 40. in 1. epiſtolam ad Corinth. nec non explicans illa verba Epheſ. 1. vbi dicitur, Deum gratia ſua nos gratificaſſe in dilecto filio ſuo, ſuperiori concluſione allata; Cyrillus Alexand: lib. 4. comment. in Iſaiam.

Ex Latinis Cyprianus lib. 2. epiſt. 2. ad Donatum, vbi docet, duo fieri in natiuitate ſecunda, ſeu in regeneratione per Baptiſmum, ſcilicet *mortem criminum*, ſeu remiſſionem eorum, *& vitam virtutum*; quæ donantur, intrinſeceque conſequenter inhæreant; cum enim nihil ſit magis internum quam vita; ſi ex Cypriano, per iuſtitiæ, & virtutum dona viuere dicimur, quod etiam ait Apoſtolus Rom. 8. *Spiritus autem viuit propter iuſtificationem*, manifeſtè ſequitur ea nobis inhærere debere. Diuus Ambroſius lib. 6. Hexameron cap. 8. vbi aſſerit, iuſtificationem eſſe, & dici à iuſtitia, quæ in mente eſt, quam Deus in illa pingit, dando gratiam; *Vtrum*, inquit, *iuſtificatio ſecundum corpus, an ſecundum animam tibi conferri videatur, quæſo reſpondeas, ſed dubitare non potes, cum iuſtitia, vnde iuſtificatio deriuata eſt, mētis tuæ vtique, non corporis ſit. Pictus es ergo ò homo, et pictus à Domino Deo tuo, bonum habes artificem, atque pictorem, noli delere bonam picturam, non fuco ſed veritate fulgentem, non cera expreſſam, ſed gratia*. Quibus ſanè ad probandam concluſionis noſtræ veritatem, oppoſitęque ſententiæ falſitatem nihil pręclarius dici poſſe videtur. Hieronymus lib. 1. aduerſus Pelagianos, vbi clarè ſupponit homini iuſto conferri donum iuſtitiæ inhęrentis, quando à Deo iuſtificatur, dum ait; *Hæc eſt hominis ſumma iuſtitia, quidquid potueris habere iuſtitiæ non tuum eſſe putare; ſed Domini qui largitus eſt*. Verum omnium copioſiſsimè, & clariſsimè hanc veritatem docuit Diuus Auguſtinus; adeò vt Caluinus, qui alias, vbi poteſt, libenter detorquet ad ſuum ſenſum verba Diui Auguſtini, quem lib. 3. Inſtitut. cap. 3. cap. 10. & lib. 4. cap. 14. §. 26. vocat *optimum ex*

tota

tota antiquitate, & fideliſſimum teſtem, poſt multas calumnias, & mendacia contra Scholaſticam doctrinam, auſus fuerit dicere, in hac re de cauſa formali iuſtificationis; *At ne quidem Auguſtini ſententiam, vel ſaltem loquendi rationem per omnia recipiendam eſſe, tametſi enim egregiè hominem omni iuſtitiæ laude ſpoliat, ac totum Dei gratiæ transſcribit, gratiam tamen ad ſanctificationem refert, qua in vitæ nouitatem per ſpiritũ regeneramur*. Præcipua autem loca, vbi id aſſerit Diuus Auguſtinus, habentur tom. 1. lib. 12. Confeſſ. cap. 15. tom. 2. in epiſt. 85. ad Conſentium; tom. 3. lib. 15. de Trinitate cap. 8. *Quæ natura*, inquit, *cum à ſuo conditore iuſtificatur, à deformi forma, formoſam transfertur in formam*; & toto lib. de Spiritu, & littera. tom. 4. lib. 1. ad Simplicianum, quæſt. 2. tom. 5. lib. 19. de Ciuitate Dei cap. 27. tom. 6. in lib. de hæreſibus cap. 88. tom. 7. lib. 1. de peccatorum meritis, & remiſſ. cap. 10. *Legimus*, inquit, *iuſtificari in Chriſto, qui credunt in eum, propter occultam cõmunicationem, & inſpirationem gratiæ ſpiritalis*; & lib. de natura, & gratia cap. 38. 42. & 70. tom. 8. in Pſal. 98. & 118. tom. 9. tract. 26. in Ioann. Quid eſt, inquit iuſtitia Dei, & iuſtitia hominis? *Iuſtitia Dei dicitur, non qua Deus iuſtus eſt, ſed quam dat homini Deus, vt iuſtus ſit homo per Deum.* Tom. 10. ſerm. 15. de verbis Apoſtoli. Integra refert teſtimonia Cardinalis Bellarminus tom. 4. lib. 2. de iuſtificatione. cap. 8. Magiſtrum ſecutus eſt fidelis eius diſcipulus Sanctus Proſper in reſponſ. ad cap. 6. Gallorum: tùm alij Patres deinceps. Vndè Philippus Melancton, Magdeburgenſes, & alij ingenuè fatentur doctrinam Eccleſiæ Romanæ de cauſa formali iuſtificationis, ab initio Eccleſiæ à SS. Patribus traditam eſſe.

Vltimò probatur concluſio rationibus ex præfatis tum Scripturę, tum Patrum teſtimonijs deductis. Primò, Illud eſt intrinſecè inhærens, per quod homo, dum iuſtificatur, dicitur ſpiritaliter renaſci, ſpiritaliter viuere, & operari ad conſecutionem vitæ ęternæ per modum coronæ, & mercedis adipiſcendæ; ſi quidem vnumquodque renaſcitur, & viuit per vitam, quam habet in ſemetipſo, operaturque in quantum eſt in actu per ſuam formam, vt patet ipſomet lumine naturali; ſed gratia, vel iuſtitia, eſt forma, per quam homo iuſtificatus ſpiritaliter renaſcitur, ſpiritaliter viuit, & operatur, vt docent Patres locis citatis; *Quid eſt*, inquit Auguſtinus epiſt. 85. ad Conſentium, *aliud iuſtitia, cum in nobis eſt, vel quælibet virtus, qua rectè, ſapienterque viuitur, quam interioris hominis pulchritudo*; Gratia igitur, vel iuſtitia, quæ eſt cauſa formalis noſtrę iuſtificationis debet eſſe aliquid nobis inhærens.

Secundò, vbi homo iuſtificatur, redditur filius Dei adoptiuus, ſed talis adoptio per ſe, ac neceſſariò requirit gratiam inhęrentem; ergo & iuſtificatio. Probatur minor, in qua eſt difficultas; tum quia adoptio ſupponit ſimilitudinem naturæ adoptati cum adoptante, & in illo ſufficientem capacitatem, vt aliquando hæreditatem adire poſsit, per ſola autem gratiæ dona participamus diuinam naturam, ſimuſque eius conſortes formaliter, quamuis analogicè ſolum, & abſque illis nõ poſſumus habere operationes perfectas ſupernaturales, quibus vitæ æternæ hæreditatem adeamus; Ea igitur eſſe debent formaliter inhærentia; quod apertè videtur intendiſſe Apoſtolus Rom. 8. & 1. Corinth. 15. vbi ait iuſtos conformes eſſe imagini Chriſti, & portare imaginem Chriſti: *Quos*, inquit, *pręſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filÿ ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Et ſicut portauimus imaginem terreni; ita portemus & imaginem cęleſtis*. Quatenus ſicut Chriſtus non eſt iuſtus per imputationem, neque per ſolam inhabitationem iuſtitiæ increatæ, ſed iuſtus eſt verè, ac propriè, ętiam vt homo, per crea-

creata, & inhærentia ſibi iuſtitiæ dona; ita & nos, ſi ſimiles, ſi fratres, ſi cohæredes, ſi imagines eius eſſe debemus, iuſtitiam quoque veram, & inhærentem habere neceſſe eſt. Nam ſi reipſa iniuſti, & ſolùm putatiuè iuſti ſimus, vt docent aduerſarij, magis diaboli, quam Chriſti imaginem geremus. Cum rectius denominemur ab eo, quod ſumus, quam ab eo, quod eſſe putamur.

Tum quia adoptio nihil eſt aliud, quam quædam ſubſtitutio filiationis naturalis, ſeu imitatio generationis, quatenus per illã communicatur quædam filiatio, & acceptatur voluntariè aliquis in filium, qui re vera filius non eſt, ita vt illa adoptio ſit perfectior, quæ ad naturalem, & propriam filiationem magis accedit. Cum igitur ea, qua nos Deus in ſuos filios adoptat, & ad ineffabiles ſuæ gloriæ diuitias aſſumit, ſit omnium perfectiſſima, neceſſe eſt per ipſam tribui ius reale, & intrinſecum, quod ſit excellens quędam hominum, & Angelorum, qui adoptantur, perfectio, nimirum aliquod ſuæ deitatis participium, & futuræ beatitudinis pignus, cuiuſmodi eſt gratia. Quemadmodum filius naturalis, quatenus talis, primò accipit naturam à Patre per generationem, *quæ eſt proceſſio viuentis a viuente coniuncto in ſimilitudinem naturæ*.

Quare in adoptione, quæ fit inter homines, adoptans ſupponit in adoptato ſpecificam vnitatem naturæ, quã tribuere non poteſt, & ea duntaxat ratione dicitur adoptare, quia mera, & gratuita voluntate deſignat alterum hæredem ſuorum bonorum, tribuendo illi ius morale, ſeu moralem poteſtatẽ ſuccedendi in bonis, nihil prætereà producendo reale, & intrinſecum. At verò cum Deus aliquem adoptat in filium, tribuit ei primò reale conſortiũ ſuæ naturæ, iuxta ſtatim dicta. Secundò dat ius reale, & intrinſecum ad hæreditatem beatitudinis, quod fundatur in natura ipſa diuina per gratiam communicata, & participata, ſicut ius reale, quod habet filius in humanis, fundatur in ipſa natura, quam per generationem accepit à patre. Huius verò diſcriminis inter adoptionem diuinam, & humanam, cauſa eſt manifeſta; quia Deus adoptando hominem vel Angelum ad beatitudinem ſupernaturalem, aſſumit illum ad bona, & hæreditatem diuerſi, ac ſuperioris ordinis; ac proindè neceſſum eſt, vt eleuet hominem ad ordinem illum ſuperiorem, tribuendo ei naturam, & operationes proportionatas, & conſequenter ius reale, & intrinſecum ad illam hæreditatem. In adoptione autem humana; nihil ſimile inuenitur, quia homo aſſumit alium ad bona eiuſdem ordinis, præſupponendoque naturam, quæ ea proprijs operationibus adire poteſt, ijſque frui. Per quod patet obiectioni, quæ ex hac adoptione deſumi poſſet; concedendo nimirum eam eſſe tantum relationem rationis, fundatam in actu extrinſeco adoptantis, ſecus autem diuinam, propter rationes illatas.

Tertiò, per illud idem primùm quis fit iuſtus, ſiue iuſtificatur, per quod acceptæ iuſtitiæ, vel iuſtificationis ſuſcipit incrementum; ex Concilio enim Tridentino ſeſſ. 6. cap. 10. ſemel *iuſtificati & amici Dei, ac domeſtici facti, euntes de virtute in virtutem renouantur, vt Apoſtolus inquit, de die in diem, hoc eſt mortificando membra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſtitiæ in ſanctificationem per obſeruationem mandatorum Dei, & Eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, creſcunt, atque magis iuſtificantur, ſicut ſcriptum eſt: Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. & iterum: Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari: & rurſus; Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum.* Hoc verò *iuſtitiæ incrementum petit Sancta Eccleſia, cum orat: Da nobis Domine fidei, ſpei, & charitatis augmentum.* Sed augmentum gratiæ, vel iuſtitiæ in ſemel iuſtificato, aliter fieri non poteſt, quam

per

per aliquid intrinſecè illi inhærens; vt patet ex ipſamet natura augmenti; ergo etiam, vbi primum fit iuſtus, vel ex impio pius, id quoque fieri debet per aliquid intrinſecè inhęrens, nec enim alia eſt prima, & alia ſecunda iuſtitia; aut alia,&alia cauſa formalis vtriuſque.

Quod huius argumenti vi oppreſſi negant aduerſarij augmentum gratiæ, ſeu hominem proficere poſſe in vera iuſtitia, & ſanctitate, atque adeò omnes iuſtos eſſe pares; certè hoc eſt errorem errore defendere,& cumulare. Etſi enim libenter admittamus, omnes gratias non debere eſſe neceſſariò inæquales, ſed poſſe eſſe, imo de facto multas eſſe æquales. Tamen certum eſt ſecundum fidem, gratiam, & iuſtitiam poſſe in diuerſis eſſe inæqualem, & de facto talem eſſe. Idque patet ex omnibus Scripturæ locis, vbi iuſtis inter ſe comparatis, alij alijs ſanctitate maiores eſſe dicuntur, vt Iob. 1. Eccleſiaſt. 44. Inſuper 1. Corinth. 4. ad Philippenſes 1. 1. Theſſalonicen. 3. 1. Petri 2. & 2. eiuſdem 3. alibique paſſim apertiſſimè dicitur gratiam, & charitatem in quouis poſſe creſcere; cum igitur, ea in vno creſcente, non neceſſariò creſcat in alio, manifeſtè ſequitur in diuerſis non eamdem ſemper eſſe iuſtitiæ menſuram, & quantitatem. Quod demum clarè adhuc ſignificant variæ Scripturæ ſimilitudines. Prima Matth. 11. quæ eſt terrarum inæquales fructus ferentium. Secunda, eiuſdem cap. 25. diuerſorum talentorum. Tertia corporis humani, cuius membra inæqualia ſunt in perfectione Roman. 12, & 1. Corinth. 2. Quarta vaſorum, quorum alia ſunt aurea, alia argentea 2. Timoth. 2. Quinta ædificij,cui vnus aurum, alius argentum, alius lapides pretioſos ſuperędificat 1. Corinth. 15. Sexta ſtellarum differentium in claritate ibidem.

Hac ergo ſuppoſita in pluribus iuſtis gratiæ inæqualitate, & augmento, quodque tale augmentum aliter fieri nequeat, quam per aliquid intrinſecè inhærens, vt enim rectè docet S. Thomas 22. q. 24. art. 4. ad 3. *nihil eſt aliud*, loquendo de charitate, *ipſam ſecundum eſſentiam augeri, quam eam magis ineſſe ſubiecto, quod eſt eam magis radicari in ſubiecto*; manifeſtè conſtat nonniſi etiã per aliquid inhęrens primùm iuſtificari homines. Quod totum egregiè expreſsit Diuus Proſper his verbis loco ſuperius citato: *Iuſtificatus*, inquit; *homo, id eſt, ex impio, pius factus, nullo præcedente bono merito accipit donum, quo medio acquirat, & meritum, vt quod in illo inchoatum eſt per gratiam Chriſti, etiam per induſtriam liberi augeatur arbitrij, nunquam remoto adiutorio Dei, ſine quo nec proficere, nec permanere in bono quiſquam poteſt*. Imputationem enim iuſtitię Chriſti non eſſe donum, vndè acquirantur merita, quodque augeatur induſtria liberi arbitrij, ſed hoc ſolum competere gratiæ inhærenti, atque adeo illam eſſe vnicam cauſam formalem noſtrę iuſtificationis, clarius eſt, quam aliqua indigeat probatione.

Imo, vt ſuperiori concluſione iam diximus, ſi homo verè iuſtus eſſet, diceretur que per iuſtitiam Chriſti, quia ipſi imputatur tanquam propria, ſequeretur quod omnes iuſti eſſent æque tales, nec non etiam quilibet æque iuſtus cenſendus eſſet, ac ipſe Chriſtus, quod certę pro magno abſurdo habendum eſt, contra veritatem diuinarum Scriptutarum, vt ſtatim diximus. Cui obuiam non eunt aliqui ex aduerſarijs, dũ dicunt, quod iuſtitia ſingulis imputetur iuxta cuiuſque neceſſitatem; non iuxta vniuerſalem iuſtitiæ Chriſti valorem. Hoc, inquam, non ſatisfacit, ſi enim quis verè coram Deo iuſtitiam Chriſti habet; ita vt per illam, tanquã cauſam formalem, iuſtus conſtituatur, certè taliter iuſtus eſt, qualis eſt iuſtitia; ſicuti ſi duo parietes per eamdem numero albedinem eſſent formaliter albi, derideretur profectò, qui diceret vnum eſſe longe minus album, quam alterum; ſed, vt fatentur aduerſarij, omnes

omnes iuſti habent cum Chriſto eamdem numero iuſtitiam; Hi ergo omnes ſunt æque tales inter ſe, nec non etiam cum Chriſto. Eoque magis, quo volunt, quod omnes per fidem ſibi applicent iuſtitiam Chriſti, & fides nihil ſit niſi nudum inſtrumentum, quo huiuſmodi theſaurus apprehenditur, vel ſaccus, quo continetur; ſic enim omnes eumdem theſaurum habentes, nulla habita ratione maioris, vel minoris diſpoſitionis, etiam ęque diuites, ac iuſti ſunt inter ſe, quam cum ipſo Chriſto. Quod inconueniens minimè ſequitur ex doctrina Catholica de iuſtitia inhęrente, ſed omnia potius rectè cum illa congruunt. Optimè enim intelligitur, quod per iuſtitiam Chriſti, ipſe Chriſtus, vt per cauſam formalem, ſit formaliter in ſe perfectiſsimè iuſtus, & quod per illam, tanquam per cauſam meritoriam homines ſuam quoque habeant; adeo vt propter eamdem iuſtitiam, ſeu per illius valorem Deus diſtribuat minora vel maiora gratiæ auxilia alijs fidelibus ſecundum ſuum beneplacitum, & pro vt vult, quibus ad minorem, vel maiorem ſe præparent iuſtitiam; valor enim maior, & minor habet locum in cauſa meritoria, non verò in cauſalitate formali: nam forma in ratione ſua formali eiuſdem ſemper eſt dignitatis, & non aliter cauſat formaliter, niſi communicando ſe ipſam totam ſecundum ſuum eſſe ipſi ſubiecto, cum naturaliter, ac neceſſario cauſet; adeòque ſicut parietes tam albus dicitur, & eſt, quia tantam habet albedinem: ita quilibet tam iuſtus eſt, & dicitur, quantã habet iuſtitiã inhærentem ſibi ex meritis Chriſti à Deo donatam; non autem per iuſtitiã Chriſti imputatam, tanquam per cauſam formalem, vt intendebat effugium.

Verum cum in iuſtificatione duo reperiantur, remiſſio nimirum peccati, nec non vlterior animæ ſanctificatio, & renouatio, dum aſſerimus non omnes iuſtos eſſe æqualiter tales, hoc non referri debet ad remiſſionem peccatorũ præcisè, ſecluſaque animæ ſanctificatione; cum certum ſit peccata in Baptiſmo æque perfectè deleri, & purgari in omnibus, vt nihil omnino remaneat, quod habeat rationem culpæ, ad quod ſufficit vel minimus gratiæ gradus. Qua ob cauſam, & quod per oppoſitum virtutes infuſæ, quibus ſimul cum remiſſione peccati ſanctificamur, ita ſuo quodam modo perfectæ ſint, vt quotidie magis, ac magis perfici, augerique poſſint; Diuus Auguſtinus lib. 19. Ciuitate Dei cap. 27. docuit iuſtitiam noſtram in hac vita potius, id eſt, magis conſtare remiſſione peccati, quam perfectione virtutis. *Ipſa noſtra iuſtitia*, inquit, *quamuis vera ſit, propter veri boni finem, ad quem refertur; tanta tamen eſt in hac vita, vt potius peccatorum remiſſione conſtet, quam perfectione virtutum*. Cui etiam altera adiungi poteſt cauſa, quoniam remiſſio peccati ſemel facta, non indiget noua gratia, aut virtutum infuſione; at virtus ſemel infuſa, eget quotidie noua remiſſione peccati, non quidem mortalis, quod cum iuſtitia ſimul eſſe non poteſt, ſed venialis. Iuſti enim, quantumuis plura bona, & iuſta faciant opera, tamen ſæpe etiam labuntur in peccata leuia, & venialia. Atque hoc eſt, quod Diuus Auguſtinus loco citato potiſſimum docere voluit. Nam cum dixiſſet, iuſtitiam noſtram in hac vita potius conſtare remiſſione peccati, quam perfectione virtutum; ſtatim, vt id probaret, ſubiunxit ſequentia verba: *Teſtis eſt oratio totius Ciuitatis Dei, quæ peregrinatur in terris. Per omnia quippe membra ſua clamat ad Deum, Dimitte nobis debita noſtra. Nec pro eis eſt efficax hæc oratio, quorum fides ſine operibus mortua eſt, ſed pro eis, quorum fides per dilectionem operatur. Quia enim Deo quidem ſubdita, in hac tamen conditione mortali, & corpore corruptibili, quod aggrauat animam, non perfectè ratio vitijs imperat, ideo neceſſaria eſt iuſtis talis oratio.*

Vnde ſatis patet ibi Diuum Augu-

ſtinum

...m nihil minus intendiſſe, quam... d fingit, illique imponit Caluinus; ...irum iuſtificationem in ſola pecca... ...m remiſſione ſitam eſſe, indeque ...es iuſtos æquales eſſe; cum potius ...lare Sacra Scriptura, & Diuo Au... ...ino eorum inæqualitatem, acceptæ ...iuſtificationis incrementum teſtā... ...s, cum Catholicis inde āſſerere de... ...ſet, iuſtificationem in ſola peccato... ...remiſſione conſiſtere non poſſe, ...uſa ſanctificatione, perfectioneque ...tum, id enim non ſonat particula ...s, qua vtitur Sanctus Doctor, ſed ...antùm præponit remiſsionem pec... ...vt ſenſus ſit, iuſtitiam noſtram, ...partim in remiſsione peccati, tan... ...m in termino à quo; partim in ſan... ...catione, & perfectione virtutum, ...quam in termino ad quem cōſiſtit, ...is conſtare remiſsione peccati, quā ...ectione virtutis, ob rationes alla...

...uartò probatur noſtra concluſio ...m rationibus, quibus capite vnde... ...o oſtendimus, gratiam eſſe aliquid ...inſecè inhærens; inde enim mani... ...ſequitur, eam eſſe vnicam forma... ...cauſam noſtræ iuſtificationis, aliū ...effectum habere non poteſt talis ...a, ob ſummam cuius perfectionē, ...ote diuinæ naturæ participationē, ...iuſti, nunc Dei amici, nunc filij, ...Chriſti fratres, & cohæredes, nūc ...tualiter geniti, & renouati dicimur, ...ures alios titulos omittam ei con... ...entes; & à diuina Scriptura attri... ...s.

...uintò probatur negatiuè, hoc eſt ...iendo præcipua aduerſariorum ...amenta, quia, inquiunt, gratia, vel ...ia inhærens tantę perfectionis non ...t iuſtificare nos poſsit; ſiquidem ...ia videtur conſiſtere in exacta, & ...metica commenſuratione ad re... ...m; vel legem; illud enim dicitur ...m, quod ita eſt æquum, vt nec ex... ..., aut deficiat; qualem tamen com... ...urationem nulla humana iuſtitia ...; dicente S. Iob cap. 9. *Si iuſtifi-*...*care me voluero, os meum condemnabit me*; & Regio Pſalmiſta Pſalm. 142. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*: Vndè recurrendum eſt ad iuſtitiam Chriſti, quæ nobis imputetur, vt per eam iuſti haberi poſsimus. Inſuper ex aſſertione iuſtitiæ inhærentis, videtur dari hominibus occaſio ſuperbiendi; ſed hęc, & ſimilia argumēta nullius ſunt prorſus momenti; ad primum enim reſpondetur, tantum probare, quod iuſtitia noſtra non ſit infinita, tantæque perfectionis, quantum eſt diuina, aut etiam Chriſti Domini; quod libenter admittimus; vt enim rectè ait Diuus Gregorius lib. 18. Moral. cap. 33. illud cap. 28. *Non commemorabuntur in comparatione eius*, exponens, *Omnes ſupernæ patriæ electi, Sancti quidem, & iuſti ſunt, ſed participatione ſapientiæ, non comparatione*. Negamus autem non tam eſſe perfectam, vt per participationem, & quantum patitur conditio creaturæ, nos iuſtificare non poſsit. *Primò*, quia talis iuſtitia inhærens, ſiue renouatio interior in fide, ſpe, & charitate potiſsimum ſita eſt, quas Scripturæ, & Patres vbique docent eſſe virtutes perfectas; *Secundò*, quia ad hoc, vt huiuſmodi gratiæ dona, aut alia ſimpliciter, & abſolutè nos iuſtificent, ſufficit, quod excludant peccata mortalia, licet non excludant venialia, cum in ſcripturis expreſsè habeatur Prouerb. 24. verſ. 16. *Septies enim cadet iuſtus, & reſurget*, quod certum eſt, intelligi non poſſe de peccatis lethalibus, alias iuſtus dici non poſſet, ob eorum cum iuſtitia incompoſſibilitatem, ſed de venialibus, ac leuibus; expreſsèque plures vocentur iuſti, & ſancti, qui tamen ab his peccatis immunes non fuere; & certè ſi ad veram iuſtitiam, eiuſque perfectionem in iuſtis nō ſufficeret immunitas à mortalibus, etiamſi in aliqua venialia labantur; non eſſet cur Matth. 5. Chriſtus Dominus dixiſſet *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter Cæleſtis perfectus eſt*.

Vnde ad rationem veræ iuſtitiæ creatæ non requiritur, vt ipſa exactè, & perfectè ipſi regulę reſpondeat, & commenſuretur, ſed ſatis eſt, ſi ita reſpondeat, vt notabiliter eam non excedat, aut ab ea deficiat; vt diximus cap. 8. agentes de diſtinctione peccati venialis à mortali,

Quod additur de occaſione ſuperbiæ, ex iuſtitia inhęrente, friuolum eſt; Catholicis talem iuſtitiam minimè tribuẽtibus ſuæ induſtriæ, aut viribus, ſed ſoli Deo, & Chriſto, iuxta illud Scripturæ; *Quid habes, quod non accepiſti: ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Item, *qui gloriatur in Domino glorietur*. Et: *Gratia ſalui facti eſtis per fidem*. Et: *Hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur*. Quamobrem vndequaque ſarta, & tecta manet doctrina Catholica de iuſtitia inhęrente, qua formaliter iuſtificamur contra omnes hæreticorum cauillationes.

Quinta concluſio. Sola fides, excluſis cæteris gratiæ donis ſpei, & charitatis, non eſt integra, vel adæquata cauſa formalis iuſtificationis, ſiue, quod idem eſt, non eſt iuſtitia inhærens, qua formaliter iuſtificamur; iſta concluſio eſt de fide, definita in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 7. & can. 9. *Si quis dixerit, ſola fide impium iuſtificari, ita vt intelligat, nihil aliud requiri, quod ad iuſtificationis gratiam conſequendam cooperetur, & nulla ex parte, neceſſe eſſe, eum ſua voluntatis motu præparari, atque diſponi, anathema ſit*. Probationes huius concluſionis afferentur capite ſequenti, ſi enim fides ſola non iuſtificat, ne quidem in ratione diſpoſitionis, vt ibi oſtendemus, multò minus vt cauſa formalis integra, à qua ſola homo formaliter fit iuſtus. Vnde Lutherani omnes tum rigidi, tum molles ab hoc ſui magiſtri errore receſſerunt, voluntque quod per fidem, ſolum vt inſtrumentum apprehendatur Chriſti iuſtitia, per quam homo formaliter ſit iuſtus; ita vt fides non faciat hominem iuſtum, ſed per illam tantùm ipſi iuſtitia Chriſti applicetur.

Sexta concluſio. Diuina gratiæ dona, quibus tanquam iuſtitia inhęrente formaliter, & integrè iuſtificamur, ſunt fides, ſpes, & charitas, ita tamen vt charitas ſit quaſi vltimata forma, ſine qua fides, & ſpes non conſtituant hominem iuſtum. Iſta etiam concluſio eſt de fide, abſtrahendo tamen ab hoc, quod huiuſmodi dona ſint aliquid actuale, vel habituale, quodque charitas, & gratia ſanctificans dicta, ſint quid realiter inter ſe diſtinctum, vel non. Fuit definita in Concilio Tridentino c. 7. ſtatim citato; cuius hæc ſunt verba. *Vndè in ipſa iuſtificatione cum remiſsione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem, ſpem, & charitatem. Nam fides, niſi ad eam ſpes accedat & charitas, neque vnit perfectè cum Chriſto, neque corporis eius viuum membrum efficit: qua ratione veriſsimè dicitur, fidem ſine operibus mortuam, & otioſam eſſe: & in Chriſto Ieſu neque circumciſionem aliquid valere, neque præputium, ſed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptiſmi Sacramentum ex Apoſtolorum traditione Cathecumeni ab Eccleſia petunt, cum petunt fidem, vitam æternam præſtantem, quam ſine ſpe, & charitate fides præſtare non poteſt. Vndè & ſtatim verbum Chriſti audiunt: Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Itaque veram & Chriſtianam iuſtitiam accipientes, eam ceu primam ſtolam, pro illa quam Adam ſua inobedientia ſibi, & nobis perdidit, per Chriſtum Ieſum illis donatam, candidam, & immaculatam iubentur ſtatim renati conſeruare, vt eam perferant ante Tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, & habeant vitam æternam*. Sacrum hactenus Concilium.

Loca Scripturæ, vndè hæc veritas habetur, partim ſunt illa, quæ docent, ſolam fidem non ſufficere, vt 1. Corint. 3. *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt*; Iacob. 2. *Fides ſine operibus mortua eſt*: & partim illa, quæ ad perfectam iuſtitiam, neceſſaria

eſſe

ocent charitatem, ad Galat. 5. vbi
præmiſiſſet Apoſtolus: *Nos autem
ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus*;
iretur occaſio errandi, quæ fides
, ex qua ſpem iuſtitiæ expecta-
ſtatim ſubiungit: *Nam in Christo
que circumciſio aliquid valet, ne-
aputium, ſed fides, quæ per dilectio-
peratur*; clarè ſignificans, neque
circumciſis datam, neque opera
ium, in præputio facta iuſtificare,
lem, non quamcumque tamen,
æ per dilectionem operatur, ab
rmata, & animata.
od aduerſarij, negare non valen-
ia iſta dona, ſeu virtutes à Deo
i infundi, eique inhęrere dum iu-
ur, ne conſequenter fateri cogan-
titiam inhęrentem, reſpondent à
er illa iuſtum formaliter non cō-
ſed prius natura fieri iuſtum per
ſoli Chriſto inhærentem iuſti-
c nobis extrinſecè tantùm à Deo
atam, per dicta autem dona ho-
ſanctificari, diſtinguentes inter
ationem, & ſanctificationem, ni-
aliud præfatis, ac ſimilibus Scri-
locis ſignificari; hæc, inquam,
ſio ridicula eſt, merumque fig-
m ad eneruandam vim authori-
cripturarum, vbique pro eodem
ntium iuſtificationem, ſanctifica-
, regenerationem, ac renouatio-
ſpiritu; vndè quod iuſtificatio
ſa eſt formalis, illud idem eſſe
& ſanctificationis, ac vice verſa.
ertim cum hoc ipſum ſacra nos
traditio apud Patres Græcos, &
s vnanimiter aſſerentes, fide qui-
ſpe inchoari iuſtitiam, perfici
er dilectionem; nulla vnquam
ne facta præfatæ diſtinctionis,
m etiam in Scripturis non repe-
alibi cuſa non fuit, quàm in
aduerſariorum cerebro. Præ-
m Patrum teſtimonia citata, &
a reperies apud Bellarminum
lib. 1. de iuſtificatione cap. 13.
icum S. Auguſtini ſufficiat lib.
ra, & gratia capite vltimo, vbi

iuſtitiam in ipſa charitate, & ad menſuram eius finaliter conſtituit; *Charitas*, inquit, *inchoata, inchoata iuſtitia eſt, charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt, charitas magna, magna iuſtitia eſt, charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt*.

Ratio concluſionis eſt, quia, vt ait Concilium Tridentinum loco citato, fides, niſi ad eam ſpes accedat, & charitas, neque vnit perfectè cum Chriſto, neque corporis eius viuum membrum efficit; ſed de ratione iuſtitiæ inhærentis eſt, vt nos vniat perfectè cum Chriſto, noſque corporis eius viua membra efficiat; ergo tria prædicta dona, ac virtutes ad illam pertinent; ſeu iuſtitia inhęrens in illis formaliter conſiſtit. Principaliter tamen in charitate, tùm quia facit nos Chriſto magis ſimiles, in quo fides non reperitur, ſed charitas; tùm quia iuſtitia eſt donum, aut virtus, per quam lex diuina completur; charitas autem ex Apoſtolo Roman. 13. & non fides, dicitur plenitudo legis: tum denique, quia cum eadem forma, qua in hac vita iuſti ſumus, tales quoque in patria perſeueremus; ſolaque in illa maneat charitas; ſola etiam principaliter, perfectaque iuſtitia eſt.

Septima concluſio. Eadem iuſtitia inhęrente, qua formaliter iuſtificamur, remittuntur quoque, & delentur formaliter peccata. Iſta concluſio non eſt de fide, definiente ſolùm Concilio iuſtificationem non conſiſtere in ſola peccatorum remiſſione, nulla mentione facta, vtrum talis remiſſio proueniat à gratia, vel iuſtitia inhærente, an vero ab externo Dei fauore; eſt tamen communis inter Theologos Catholicos, tamque certa, vt erronea cenſeatur opinio nonnullorum, concedentium quidem aduerſus hęreticos gratiam homini iuſto inhærentem, item veram peccatorum remiſſionem, ita vt omnia deleãtur, ſed exiſtimantium talem remiſsionem non perfici formaliter per ipſam gratiam, ſed per miſericordiam, & condonationem Dei extrinſecam; ita vt gratia, quę infunditur, cum remittuntur

pecca-

peccata ſe habeat ſolùm cõcomitanter. Contra quos eſt noſtra concluſio, in quà non negamus requiri ad remiſſionem peccatorum, actum Dei miſericorditer ea condonantis propter merita Chriſti; quis enim Chriſtianus de hoc poteſt dubitare, quinque efficienter ſit à Deo, & remiſsio peccatorum, & collatio omnis gratiæ; ſed tantùm aſſerimus per gratiam iuſtificantem, quę eſt terminus, ſeu effectus illius actus, formaliter remitti, & deleri peccata: Ita vt non ſe habeat concomitanter ſolùm ad huiuſmodi remiſſionem, & deletionem, ſed ſit etiam eius cauſa formalis.

Concluſio ſic intellecta, & explicata primò probatur authoritate Scripturæ; in qua non ſolùm dicitur in remiſſione peccatorum infundi gratiam inhærentem, vt concedunt aduerſarij, ſed etiã ipſam eorum remiſſionem, ac deletionem fieri per hanc gratiam, & eſſe eius effectum. 1. Corinth. 6. vbi poſt enumerata varia peccata ſubdit Apoſtolus: *Hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, & ſanctificati, & iuſtificati*: id eſt, iam vobis remiſſa ſunt, et ablata illa peccata, non quomodocunque, ſed per gratiam, et iuſtitiam, qua abluti eſtis, & mundati à maculis eorum, & ſanctificati, & iuſtificati. Ad Titum 3. vbi ſimiliter ſcribente Apoſtolo: *Eramus aliquando, & nos inſipientes, &c.* contraponitur iuſtificatio, ſeu gratia iuſtificans omnibus peccatis. Demùm, quod Epheſ. 5. Coloſſenſ. 2. Apocalipſ. 1. & alibi paſſim remiſſio peccatorũ exprimatur nominibus importantibus aliquid intrinſecum, & inhęrens nobis; nec non internam mutationem, V. g. mundationis, ablutionis, renouationis, ſanationis, viuificationis, &c. manifeſtè denotari videtur, homini peccata formaliter, remitti, & aufferri per gratiam iuſtificantem ei inhęrentem, non autem per externum Dei fauorem.

Secundò probatur ex Concilio Tridentino, quod etſi concluſionem noſtram apertè non definierit, videtur tamen illam ſupponere ſeſſ. 6. cap. 7. & can. 11. nec non cap. 14. Vbi iuſtifica[...] quæ eſt effectus formalis iuſtitiæ in[...] rentis, dicitur eſſe tum remiſſio pec[...] torum, tum renouatio, & ſanctifica[...] hominis; itavt remiſſio peccatorum[...] animæ ſanctificatio, quibus iuſtifica[...] abſoluitur, optimè poſſint aſsignar[...] quaſi duo effectus formales, vnus po[...] tiuus, alter priuatiuus eiuſdem gra[...] inhærentis: ſicut dicimus parietem [...] albari, & à nigredine denudari per ea[...] dem albedinem; vel aerem illumina[...] & à tenebris expurgari per eamdẽ [...] cem. Nec obeſt, quod præfatum Co[...] cilium afferat hæc duo nempè fauore[...] Dei, & infuſionem gratię in iuſtifi[...] tione reperiri. Si quidem non ait i[...] eſſe ab inuicem ſeparabilia, aut rem[...] ſionem peccati formaliter ab exter[...] illo fauore proficiſci, vt intendunt a[...] uerſarij; ſed ideò illa duo coniunx[...] quòd gratiæ iuſtificantis infuſio, p[...] quam nos aſſerimus peccatum form[...] liter remitti, & deleri; oriatur à lib[...] rali condonatione, ſeu fauore Dei, ta[...] quam à prima radice, & fonte omn[...] gratiæ donorum.

Tertiò probatur rationibus, quia e[...] communi omnium ſenſu habetur, ho[...] minem eo ipſo formaliter emundari [...] peccatis, quo formaliter redditur iuſtu[...] & ſanctus coram Deo, & in hoc ipſim[...] hæretici conueniunt, qui pari modo d[...] cunt hominem denominari iuſtum, a[...] que percipere remiſſionem peccatorũ [...] ſcilicet per iuſtitiam, & fauorem D[...] externum, nec diuiſerunt hæc duo, [...] per aliam formã homo dicatur iuſtus [...] & per aliam dicantur ei peccata dimi[...] ti, licet errauerint in cauſa formali iu[...] ſtificationis; ſed aduerſarij, cum quibu[...] modo agimus, admittunt gratiam inhę[...] rentem, qua formaliter iuſtificamur; Er[...] gò per eamdem quoque nos formalite[...] à peccatis emundari, & ſanari deben[...] admittere.

Inſuper ad fidem pertinet, quædam Sacramenta nouæ legis eſſe per ſe in[...] ſtituta, vt per ea nobis conferatur re[...] miſſio peccatorum, V. g. Baptiſmum, S[...]

pœnitentiam, ideoque vocantur Sacramenta mortuorum: ſed Sacramenta nõ ſunt cauſæ remiſſionis peccatorum, niſi quatenus, vt inſtrumenta Dei, ſunt cauſæ gratiæ, qua expelluntur, & delentur peccata; ergo gratia eſt cauſa formalis expulſionis, & deletionis peccatorum.

Vltimo tandem, hominem eſſe iuſtum, & ſanctum, vel eſſe peccatorem, habent inter ſe oppoſitionẽ ſaltem motalem ex lege, & inſtitutione diuina, qua ordinariè ad præſentiam vnius alterum recedere, & extingui ſolet: ideoque poſita lege diuina per Scripturam nobis reuelata, non poteſt gratia inhærens per potentiam ordinariam manere cum peccato: Ergo per eamdem gratiã inhærentem, qua formaliter iuſtificamur, ſiue actualem, ſiue habitualem, quod ſequenti concluſione determinabitur, formaliter quoque expelluntur, & delentur peccata, cum vnaquæque forma expellatur formaliter per ſuam oppoſitam. Vndè etiam patet, quomodo remiſsio peccatorum dici debeat effectus huiuſmodi gratiæ in genere cauſæ formalis. Si quidem vniuerſaliter in formis naturalibus, expulſio formæ, & priuationis antecedentis appellatur effectus formalis formæ aduenientis, non ſumendo tamen effectum formalem in rigore, prout dicitur ſolùm de aliquo eſſe ſiue ſubſtantiali, ſiue accidentali, quod forma communicat ſuo ſubiecto; ſed magis latè, prout comprehendit etiam effectũ quemcumque, cuius forma per ſeipſam, & ſine media actione eſt cauſa; vt expulſio frigiditatis ſimul cum priuatione caloris à ſuo ſubiecto, ſolet appellari effectus formalis caloris producti in eodem ſubiecto, quoniam fit ab ipſo calore per ſeipſum, conſtituendo ſe in ſubiecto, & non media aliqua actione. Quamuis non deſint aliqui dicentes, id etiam eſſe effectum caloris in genere cauſæ efficientis, quod pertinet ad quæſtionem de nomine, eodemque ſenſu poſſet quoque admitti remiſſionem peccati eſſe effectum gratiæ in ſimili genere cauſæ.

Imò, qui Theologi aſſererẽt remiſſionem peccatorum eſſe quidem ex gratia inhærente, non tamen in genere cauſæ formalis, ſed potius in genere cauſæ effectiuæ, intelligentes per cauſam effectiuam, gratiam inhærentem alium reipſa producere effectum, V. g. actum contritionis, vel dilectionis Dei, quo actu formaliter expellatur peccatum, ſicut ſenſiſſe aliquos refert D. Thomas quæſt. 28. de verit. art. 8. licet quoad rem ipſam errarent, vt ibi oſtendit Angelicus doctor; nihilominus, quoniam adhuc ita ſaluaretur, remiſſionem peccati eſſe effectum formalem gratiæ inhærentis, ſi nõ habitualis, ſaltem actualis, hoc eſt eius actus, qui iuxta hunc modum dici deberet gratia iuſtificans, ſtat omnino firmum, quod in præſenti concluſione ſtatuimus, eadem nimirum iuſtitia inhærente, qua formaliter iuſtificamur, remitti quoque, & deleri formaliter peccata; ſequenti autem ſectione vlterius oſtendemus, hanc iuſtitiam inhærentem eſſe habitum, non verò actum.

Octaua Concluſio. Gratia inhærens, & iuſtificans eſt aliquid habituale, & permanens in anima iuſta. Iſta concluſio eſt cõmunis inter Doctores Catholicos, ſolùmque diſcrepant in certitudine illius, Vaſquez enim 1-2. ad q. 110 contendit non pertinere ad fidem, quod talis gratia ſit habitus permanens, ſecus autem alij, vt Bellarminus lib. 1. de grat. & lib. arbit. cap. 3. Suarez lib. 6. de gratia cap. 3. Hiacynthus Choquetius lib. 1. de gratia diſput. 4. cap. 2. Verùm quidquid ſit de hoc, quod attinet ad rem ipſam, dicendum eſt, gratiam iuſtificantem eſſe aliquid habitualiter permanens in anima iuſti, idque ita certũ eſt, vt oppoſitum erroneum ad minus cenſendum ſit.

Probatur primò ex huc vſque adductis in hoc capite Scripturę teſtimonijs, quibus gratia dicitur, lux, veſtis nuptialis, ſigillum, ſemen, pignus, theſaurus, Scriptura in cordibus noſtris, & id genus alia, quæ habent eſſe permanens, deno-

denotantque pariter in homine iuſto gratiæ iuſtificantis permanentiam. Ad hoc idem ſpectant alia loca, in quibus eidem gratiæ tribuuntur denominationes importantes eſſentiam, & naturam, vtpotè facere hominem conſortem diuinæ naturæ 2. Petri 1. facere hominẽ filium Dei adoptiuum, per illam hominem regenerari, & renaſci; eſſentia autem, & natura ſunt quid permanens tam in ordine ſupernaturali, quam naturali.

Secundò probatur ex Concilio Generali Viennenſi ſub Clemente V. vbi ex duabus Theologorum opinionibus, quæ circa effectum Baptiſmi verſabantur, opinio illa, quæ docet tam paruulis, quàm adultis conferri in Baptiſmo informantem gratiam, & virtutes, tanquam probabilior, dictiſque Sanctorũ conformior prælecta eſt. Ex quo non tantùm colligitur, eſſe probabilius, dicere gratiam, & virtutes infuſas eſſe quid habitualiter nobis inhærens, verũ etiam habendum eſſe, vt omnino certũ. Quod ſic oſtenditur, animaduertendo in illo Concilij loco tria contineri omninò diſtincta. Primum eſt id, quod tunc erat certum apud omnes, & hoc eſt, gratiam, & virtutes infuſas, eſſe formas habitualiter informantes. Secundum eſt id, de quo tanquam dubio erant cõtrariẹ Theologorum ſententiẹ, & hoc eſt, an paruulis per Baptiſmum ſolùm remitteretur culpa, an verò ſimul etiam infunderentur gratia, & virtutes habituales, ſicut ab omnibus concedebatur, infundi adultis. Tertium eſt determinatio Concilij in partem affirmatiuam tanquam magis probabilem, Sanctorumque dictis conſentaneam.

Vndè manifeſtè videtur conſtare, ibi ſolùm approbari tanquam probabilius id, de quo tunc erat dubitatio, & diſputatio, non autem de quo non erat; ſed apud omnes ſupponebatur, vt certum, gratiam, & virtutes eſſe habitus, adultoſque conſtitui iuſtos per illas; ſolumque diſſenſio erat, num eodem modo dicendum eſſet de iuſtificatione paruulorum in Baptiſmo: particula tur probabilior à Concilio adhibita dit tantùm ſupra hoc ſecundum, n verò ſupra primum, quod vt omn certum tunc ſupponebatur. Quanc huic etiam addatur maior certitudo confirmatio ex illa approbatione, q niam nõ potuiſſet Conciliũ approba vt probabilius, infundi paruulis gra & virtutes, quoad habitus, niſi ſupp fuiſſet competere eis rationẽ habitu Et hoc modo eſt intelligendum, qu in Concilio Lateranenſi ſub Innoce tio III. & refertur *cap. Maiores de Bapt mo*; dicitur quoque fuiſſe controuer inter Theologos, an pueris in Baptiſ infundatur gratia, & virtutes, quib dam eorum id abſolutè negantibus, alijs affirmantibus, quoad habitus, cet non quoad vſum, cuius paruuli ſu incapaces, quia ibi etiam ſignificatu fuiſſe tunc apud Theologos indubit tum, gratiam ſactificantem, & virtut infuſas poſſe ſumi pro habitibus.

Item Concilium Tridentinum vide tur id apertè tenere, & ſignificare, no ſolùm, quia ita aſſerit author Cathe chiſmi Romani iuſſu eiuſdem Concil editi, & à Pio V. approbati tract. de Baptiſmo 1. *Eſt autem gratia, quemadmo dum Tridentina Synodus, &c.* verum eti quia, quæ de iuſtificationis gratia doce ipſummet Concilium contra propha nas huius ſæculi nouitates, & hẹreſes vera eſſe non poſſunt, niſi intelligantu de gratia habituali, & inhærente. Se ſione enim 6. cap. 7. & can. 3. dum di ſtinguit expreſsè gratiam iuſtificatio nis ab operatione, ſupernaturaleſque actus dilectionis, contritionis, & alios ex prẹueniente Dei auxilio factos do cet eſſe diſpoſitiones ad illam, ſatis oſtendit ipſam iuſtificationem non con ſiſtere formaliter in quopiam actu ho minis, ſed in dono quodam habituali à Deo infuſo, reſpectu cuius omnis hu manus actus ſe habet tanquam præuia diſpoſitio. Inſuper, quod eadem, ſeſſio ne cap. 10. 15. 16. & can. 24. nec non ſeſſ. 14. cap. 1. & 4. definit illud ipſum

gratiæ

gratiæ iuſtificantis donum in nobis cōſeruari, augeri, & amiſſum per pœnitentiam reparari, clarè quoque probat, talem gratiam eſſe in nobis aliquid habituale, & permanens:

Tertiò, hoc ipſum demonſtrant plura veterum Patrum ſuperius citatorum teſtimonia, nonnullis vtentium verbis, ac loquendi modis, quibus ſignificatur dicta permanentia gratiæ gratum faciētis, ſeu iuſtificantis. Sic Diuus Dionyſius aſſerit, per gratiam fieri in nobis diuinum ſtatum: D. Auguſtinus tract. 72. in Ioannem, gratiam habere maiorem permanentiam, quam cęlum, loquendo ex natura eius. Vndè euidens eſt, præfata tàm Scripturarum, quàm Conciliorum, & Patrum loca non poſſe legitimè explicari de auxilio actuali, etiam adiuncta Dei prouidentia, qua paratus eſt ſubuenire homini pro ſingulis operibus bonis, & debitis, ſed prætereaindicare, id, quod Deus nobis in iuſtificatione infundit, eſſe aliquid permanens, quo ſpiritualiter regenerati accipimus eſſe diuinum filiorum Dei; diciturque Deus inhabitare, & manſionem apud nos facere.

Vltimò probatur rationibus, quarum prima eſt, quia iuſtificatio, quæ fit virtute Sacramenti, perficitur gratia habituali, vt patet in pueris, & amentibus, vbi baptizantur, de quibus ait Auguſtinus lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 9. *Ille in quo omnes viuificabuntur, præterquam quod ſi ad iuſtitiam exemplū imitantibus præbet; dat etiam ſui ſpiritus occultiſſimam gratiam, quam etiam latenter infundit, & paruulis*, quod ſanè intelligendum eſt de gratia habituali, cum paruuli ob carentiam omnis vſus libertatis, ſint incapaces cuiuſcumque actus intellectualis, vt idem Auguſtinus paſſim docet: ergo etiam iuſtificatio extra Sacramentum formaliter perficitur gratia habituali; eodem enim modo cenſendum eſt de omni iuſtificatione, quoad eius cauſam formalem: quare ſi ſemel conſtat dari huiuſmodi habitum, qui ſit vera iuſtitia, & ſanctitas animæ, concedi ſemper debebit; proindèque non minus adultum per illum iuſtificari præuia diſpoſitione, quàm paruulum ſola Baptiſmi collatione; ſolumque differentia erit in modo illum habendi iuxta diuerſam ſubiectorum conditionem.

Secunda ratio deſumitur ex permanentia iuſtitiæ, quia iuſtus nedum eſt talis pro eo inſtanti, vel tempore, quo elicit aliquem actum ſupernaturalem, ſed etiam poſtea, quamdiu mortaliter non peccat: Ergo licet huiuſmodi actus poſſit eſſe diſpoſitio ad iuſtitiam, formaliter tamen per illum homo non iuſtificatur, ſed per aliquid habitualiter remanens, tranſacto quocumque actu, ſaltem loquendo de potētia ordinaria, imo etiam de extraordinaria; Cum enim duplex poſſit diſtingui iuſtificatio: vna perfecta, & completa, quæ non tantùm includit remiſſionem culpæ, ſed etiam emundationem ſordium, & macularum relictarum in anima per peccatum: ſupponimus enim in anima peccatoris præter reatum culpę prouenientem ex actu illicito, reperiri adhuc aliam maculam, quæ animam turpem, & abominabilem reddit. Altera verò imperfecta, & incompleta, quæ ex hypotheſi remiſſionem culpæ, vel relaxationem pœnarum peccatis debitarum includit. Licet de extraordinaria potentia, per externum Dei fauorem, vna cum actu contritionis, & dilectionis Dei ſuper omnia, poſſet quis imperfectè, & incompletè iuſtificari, tunc ablata, & expulſa obliquitate, & priuatione rectitudinis debitę ineſſe actibus voluntatis, vndè non tàm iuſtus, quàm non peccator dici deberet; non tamen perfectè, & completè, quia non tolleretur macula peccati, quæ ex ſe animā deturpat, & abominabilem Deo reddit; ſed ad hoc neceſſariò, & eſſentialiter requiritur infuſio gratiæ habitualis; per hanc enim & reatus culpæ, & macula peccati, quæ in priuatione nitoris, & pulchritudinis ex gratia prouenientis conſiſtit, tollitur; itavt tunc anima in ſe munda

munda ſit,& talis coram Deo appareat.

At dicet aliquis,vt domo permanenter ſit ingratus, Deoque inuiſus, nulla qualitas habitualis eſt neceſſaria, ſed ad hoc ſufficit actus præteritus cum macula, quam contraxit, quæ nihil eſt poſitiuum: Ergo à pari vt ſit Deo permanenter gratus,nullus eſt habitus neceſſarius, ſed ad hoc ſatis eſt actus dilectionis ſupernaturalis præcedens, & non retractatus,per quem voluntas manet conuerſa ad Deum finem ſupernaturalem, quem ex auxilio gratiæ actualis tranſeunte dilexit ſuper omnia.

Reſpondetur primò ad hanc inſtantiam, malum ex quocumque defectu prouenire, bonum autem ex integra cauſa, vnde cum Deo eſſe ingratum,& exoſum habeat rationem mali, non mirum, ſi ad hoc ſufficiat vel minimus actus peccati mortalis; at cum illi eſſe gratum, & acceptum habeat rationem boni, vt quis ſit perfectè, & completè talis, non ſufficit, quod per actum dilectionis dicatur non peccator, ſed inſuper requiritur habitus gratiæ, maculam peccati, vt diximus, auferentis, maximè loquendo de facto, & de lege ordinaria, iuxta quam ſuperiori concluſione oſtendimus,hominem eo ipſo formaliter emnndari à peccatis, quo formaliter redditur iuſtus, & ſanctus coram Deo.

Reſpondetur ſecundò, negando conſequentiam, & paritatem ob doctrinam huc vſque traditam,quod tùm ex vi præcedentis decreti, tùm ex intrinſeca ratione dilectionis diuinę amicabilis,gratia ſanctificans neceſſario debeat produci à Deo, & eſſe effectus illius; & diligentis iuſtos, & ordinantis eos ad finem excedentem naturæ vires; qui effectus cum in Scripturis dicatur permanenter eſſe in iuſtis; idque probent rationes allatæ, manifeſtè patet cauſam formalem iuſtificationis debere eſſe aliquid permanens, & habituale. At verò hoc, quod eſt, eſſe ingratum, & inuiſum Deo, cum non ſit aliquid excellens,& ſupra naturæ facultatem, imo diuinæ bonitati contrarium, non eſt effectus Dei, , ac proindè ad id non requiritur forma aliqua ſupernaturalis, nec verò aliquis habitus naturalis poſitiuus,ſed ſufficit habitualis inclinatio voluntatis in malum, quæ relinquitur ex præcedenti peccato; vndè poteſt magis confirmari noſtra ratio ex hac inſtantia; ſi enim peccatum eſt priuatio, & defectus in nobis permanens, nitoris ſcilicet, & pulchritudinis ex gratia prouenientis, cum relatione ad actum malum, à fortiori talis forma, qua priuat debet eſſe in homine iuſto aliquid permanens,& habituale,quamdiu dicitur eſſe iuſtus:& quamuis actus ille malus, ſeu potius relatio ad eũ tolli poſſit per actum ſtudioſum, & bonũ, hæc tamen nitoris priuatio ſemper manet, tollique non poteſt, indeque homo reddi perfectè, & completè iuſtus, quovſque realiter accedat gratia habitualis, quæ eſt nitor ipſius animæ.

Tertia ratio eſt Diui Thomæ fundata in proportione rerum ſupernaturalium ad naturales. Deus enim cum creaturis, in ordine ad habendum bonum naturale, talem habet prouidentiam, vt non ſolum moueat eas ad operationes naturales eidem bono conſonas; ſed etiam det eis formas, & virtutes, quæ ſunt principia earumdem operationum.

Ergo etiam cum hominibus, in ordine ad conſequendum bonum ſupernaturale ęternum, vtitur ſimili modo prouidentiæ,vt non ſolùm moueat eos ad operationes ſupernaturales proportionatas bono ſupernaturali, ſed etiam infundat eis aliquas formas, ſeu qualitates ſupernaturales, quæ ſint principia permanentia operationum ſupernaturalium. Quæ ratio Diui Thomæ, loquendo de facto, & iuxta potentiam Dei ordinariam, eſt efficaciſsima; nam ſi, iuxta regulam Theologorum, de diuinis, ac ſupernaturalibus, quando non eſt ſpecialis reuelatio, debemus ratiocinari cum proportione ad res naturales, & humanas, à fortiori id debet fieri, ſuffragante diuina reuelatione

mediantibus diuinarum Scripturarum teſtimonijs, vt contingit in præſenti veritate.

Sic igitur fixum maneat, quod gratia inhærens iuſtificans; ſit aliquid habituale, & permanens in anima iuſti. Quod verò ſit propriè qualitas habitualis, ex hoc ipſo ſequitur, vt enim concedunt omnes, gratia eſt qualitas, licet diſcordent cuius ſpeciei, quod tomo ſequenti explicabimus, & ad primã pertinere, vel reduci oſtendemus, cum verò ſit permanens, quo ad hoc habitualis dicenda eſt. Etſi enim, vt concluſione ſequenti dicetur, diſtinguatur ab habitu charitatis, nec ſit conſequẽter propriè habitus, quaſi per ſe immediatè operatiuus, tamen ratione permanentiæ in ſubiecto, quod afficit, rectè vocatur hoc nomine qualitatis habitualis. Propterea quidam Theologi, ſumendo habitum rigorosè pro qualitate operatiua, dixerunt quidem gratiã non eſſe qualitatem habitualem, cœterum non negauerunt eam eſſe donum permanens in anima ad modum habitus, vt in hac concluſione ſolùm intendimus.

Nona concluſio. Gratia habitualis, & charitas ſunt duo habitus realiter diſtincti. Iſta concluſio ponitur à nobis tanquam probabilior iuxta doctrinam Diui Thomę, quem ſequuntur magis communiter Theologi contra Scotum, & eius diſcipulos; vndè cum vtraque pars ſalua fide, & abſque vlla prorſus erroris nota defendi poſſit, noſtræ probationem libro ſequenti reſeruamus, vbi, vt totięs monuimus, breuem Theologiæ inter Catholicos potiſſimum controuerſæ epitomen reſolutoriè daturi ſumus.

En ergò doctrina Catholica, & Orthodoxa de cauſa formali iuſtificationis ſuis concluſionibus ſufficienter explicata, quæ licet potuiſſent eſſe materia totidem quæſtionum, vel controuerſiarum, in vnam tamen placuit illas redigere, vt ſub vno veluti aſpectu præfata doctrina, tota ſimul habita facilius caperetur, & ab eterodoxa aduerſariorum diſcerneretur.

CAPVT XIV.

Statuitur aduerſus Lutheranos, & Caluiniſtas dari in adultis diſpoſitiones ad ipſam iuſtificationem, & quanam ſint illæ.

Controuerſia non procedit de paruulis, qui per Baptiſmum à peccato originali mundantur, & iuſtificantur, cum enim actuum omnium interiorum ſint incapaces, ſatis conſtat in illis nullam, vt iuſti fiant, prærequiri diſpoſitionem, ſed tantùm de adultis, & adhuc non de omnibus; non enim agimus de ijs, qui per Sacramenta iuſtificari dicuntur; nam licet in illis aliqua diſpoſitio deſideretur, vt attritio, & diſplicentia de peccato; quia tamen vi, aut virtute huius diſpoſitionis non iuſtificantur, cum ipſa ſolùm tollat obicem gratiæ iuſtificanti, ſed per opus operatum ipſius Sacramenti, tanquam diuini inſtrumenti; idcircò de ipſis modo non eſt nobis ſermo, ſed de illis duntaxat, qui per proprios actus contritionis, & dilectionis Dei ſuper omnia, abſque vlla reali Sacramenti ſuſceptione, ſed tantùm in voto iuſtificari dicuntur. Cum autem, licet Deus ordinariè non in momento hominem adultum impiũ iuſtificet, ſed prius cor eius excitet, & præparet per internas inſpirationes, aliquando tamen extraordinariè ſubitò id faciat, vt cũ Apoſtolo Paulo, & alijs fecit, parum refert ad præſentem controuerſiam, ſiquidem in hoc etiam caſu diſpoſitiones pręcedere certum eſt.

Iterum aduerſarijs, authoritate Scripturam conuictis, negare non valentibus, aliquos eorum actuum, quos nos diſpoſitiones appellamus requiri ad iuſtificationem, prima difficultas eſt, num huiuſmodi actus ſint verè, propriéque dictæ diſpoſitiones, id enim negant he-

retici noſtri temporis, imò Lutherus, vt conſtat ex articulis à Leone X. damnatis, eo inſaniæ prorupit, vt dixerit hominem magis peccare, quò magis ſe ad gratiam obtinendam conatur diſponere; quique ſanius inter eos loquuntur, pręfatos actus docent tamùm eſſe applicationem, ſeu manum apprehenſiuam iuſtitiæ, & meritorum Chriſti, quibus peccata teguntur, & ad pœnam non amplius imputantur.

Inſuper cum huiuſmodi actus iuſtificationem diſpoſitiuè pręcedentes, ſint ex diuinis Scripturis in multiplici differentia, quatuor potiſsimum enumerat Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 6. nimirum fidei, timoris diuinæ iuſtitiæ, ſpei, & dilectionis Dei; Exiſtimãt aduerſarij ſolam fidem ad iuſtificationem ſufficere, nec vllis actibus ſpei, charitatis, aut aliarum virtutum opus eſſe; quem in finem tres fides diſtinguere ſolent, *hiſtoricam*, qua creduntur vera eſſe, quæ narrantur in diuinis ſcripturis; *fidem miraculorum*, qua fiunt miracula, & *fidem promiſſionum*, quæ fertur in promiſsiones diuinas de remiſsione peccatorum, eſtque duplex alia generalis, alia ſpecialis; prior, qua creditur, promiſſam eſſe omnibus credentibus ſalutem; poſterior, qua vnuſquiſque ſibi promiſsionem diuinam applicans credit, ſiue potius confidit, peccata omnia per Chriſtum ſibi eſſe dimiſſa. Vnde fidem Lutherani ferè omnes non tam notitiam, vel aſſenſum, quam fiduciam eſſe definiunt; atque eam fidem iuſtificantem eſſe docent. Sique ab ijs quæratur, ad quid proſint opera, vt contritio, dilectio Dei, & obſeruatio mandatorum; ſi fides modo explicato ad iuſtificationem, imo & glorificationem ſufficiat, reſpondent ea eſſe effectus, & veluti fructus ipſius iuſtificationis per fidem, adeo vt ſi in aliquo mala opera deprehendantur, argumentum ſit, & quidem à poſteriori, eius fidem nõ eſſe veram, nec per conſequens iuſtificantem. Contra quos omnes errores veritas Catholica explicabitur ſequentibus concluſionibus.

Prima concluſio. Nulla opera qualiacumque ex ſolis naturæ viribus facta ad fidem ſufficiunt, nec ad iuſtificationem diſponunt, multoque minus illam promerentur. Iſta concluſio eſt de fide contra Pelagianos; nec ab illa diſſentiunt Lutherani, & Caluiniſtæ, ſed quia, vt ſunt inopes argumentorũ, & diuites calumniarum, paſsim traducunt Catholicos, quaſi doceant, ſolis naturæ viribus diſponi homines ad gratiam, & quibuſcumque operibus, vel etiam ritibus, & ceremonijs tribuant meritum iuſtificationis, placuit illam primo loco ſtatuere, & ad eos falſitatis conuincendos ſolum Concilij Tridentini teſtimonium adducere ſeſſ. 6. cap. 5. vbi ſic dicitur: *Declarat præterea* Synodus, *ipſius iuſtificationis exordium in adultis à Dei per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum præcedentibus meritis vocantur.* Tum can. 1. *Si quis dixerit, hominem ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo; anathema ſit.* Et can. 2. *Si quis dixerit ad hoc ſolum diuinam gratiam per Chriſtum Ieſum dari vt facilius homo iuſtè viuere, ac vitam æternam promereri poſſit, quaſi per liberũ arbitrium ſine gratia vtrumque, ſed ægrè tamen, & difficulter poſſit; anathema ſit.* Demum can. 3. *Si quis dixerit, ſine præueniente Spiritus Sancti inſpiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur; anathema ſit.*

Secunda concluſio. Dantur aliquæ diſpoſitiones, Deo auxiliante, ad ipſam iuſtificationem. Iſta concluſio eſt de fide, definita in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 5. vbi poſt verba prælata ſtatim ſubiungitur; *Vt qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitan-*

tem

atque adiuuantem gratiam ad con-uertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtifica-tionem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo, & cooperando diſponantur: deindè can.4. *Si quis dixerit, liberum hominis arbitriũ, à Deo motum, & excitatum, nihil coope-rari, aſſentiendo Deo excitanti atque vo-canti; quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, neque poſſe diſſentire ſi velit, ſed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque paſſiue ſe habere, anathema ſit*. item

...oca Scripturæ, vnde hæc veritas ...romitur in communi, ſunt illa om-...nibus admonentur homines, vt ad ...ificationem ſe pręparent, ac diſpo-...t, redarguunturque ſi id pręſtare ...uerint: Prouerb. 14. *Vocaui, & re-...ſtis, deſpexiſtis omne conſilium meum, ...repationes meas neglexiſtis, extendi ...num meam, & non erat qui reſpiceret.* ...em. 3. *Reuertere auerſatrix filia ...el, & non auertam faciem meam à te.* ...chiel. 18. *Conuertimini ad me, & agi-...enitentiam, & non erit vobis in rui-...iniquitas*. Cũ enim id quod Deus ...uirit ex parte peccatoris, vt iuſtifi-...ur, fiatque illi gratus, tale ſit, vt illo ...ito ſequatur iuſtificatio, ſecus autẽ ...nõ poſito, manifeſtè ſequitur illud ...ere habere rationem diſpoſitionis.

Cuius ratio eſt primò, quia pecca-... continet auerſionem à Deo, & cõ-...ſionem indebitam ad creaturam, vt ...mmuniter docent Theologi, vndè ...equam tollatur illa auerſio à Deo ... iuſtificationem, & reconciliationẽ, ...i debet huiuſmodi indebita conuer-...; non tollitur autem niſi per actua-... deteſtationem, & diſplicentiam ...s; ad iuſtificationem ergo aliquid ...uium requiritur in adulto per. mo-...n diſpoſitionis; quodue appelletur ...oſitio.

Secundò, vt ſuperiori capite concluſ-...iximus, etiam ſi gratia ſit ordinis ...ernaturalis, attamen Deus ſe quan-... fieri poteſt naturæ attemperat: ſed ...erientia conſtat, formas naturales nunquam in ſubiectum introduci, abſ-que diſpoſitionibus præuijs, etiam ſi ſint alterius generis, vt anima: igitur neque gratia iuſtificans, animæ ſine diſpoſitionibus ſibi proportionatis à Deo infundetur; quique proinde actus præuiè ad iuſtificationem eliciuntur ex auxilio gratiæ, rectè diſpoſitiones ad il-lam vocantur. Cum enim huiuſmodi actus ſpectari poſsint dupliciter; vel vt ſunt à nobis duntaxat; vel vt ſunt à nobis, ſimul cum auxilio diuino, licet priori modo non poſsint eſſe diſpoſi-tiones, nec poſteriori meritorij pro-priè loquendo, vt dicetur infra, quia tamen ſunt actus boni, & à diuino au-xilio prouenientes, rectè appellantur diſpoſitiones ad iuſtificationem.

Et ſine illis, ſaltem loquendo de po-tentia Dei ordinaria, & iuxta legem il-lius, nullus adultus iuſtificari poteſt. Quod enim obijci poſſet, multos abſ-que diſpoſitione præuia, imo cum di-ſpoſitionibus contrarijs fuiſſe iuſtifica-tos, v. g. Paulum, cum eſſet ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Chri-ſti; Matthæum, cum ſederet in telo-nio; Geneſium mimum, cum in thea-tro ludibrio haberet ritus, & ceremo-nias religionis Chriſtianæ; alioſque ſi-miles. Reſpondetur hoc eſſe falſum; etſi enim libenter fateamur in huiuſ-modi conuerſionibus nonnihil extraor-dinariè ſe Deum geſsiſſe, eoſque gra-tiam vocationis habuiſſe, ſicut cæte-ros, abſque vllis operibus, & diſpoſi-tionibus, non tamen gratiam iuſtifica-tionis ſine illis obtinuerunt: Apoſtolus enim ad vocem Chriſti ſtatim exclama-uit, *Domine, quid me vis facere*; Ma-thæus vero telonio relicto Chriſtum ſecutus eſt: & Geneſius, cum illi in theatro ludenti prius apparuiſſet An-gelus, qui hunc theatralem ludum cõ-tra Chriſtianam religionem exprobra-ret, oſtendiſſetque peccata eius eſſe illi remiſſa, ſi crederet in Chriſtum, ſta-tim confeſſus eſt ipſum eſſe verum Deum, vna cum deteſtatione prioris ſtatus; ſicque hi omnes ſine operibus,

aut

aut diſpoſitionibus iuſtificati non fuere; vt enim rectè ait Diuus Auguſtinus ſerm. 15. de verbis Apoſt. *Qui creauit te ſine te, non te iuſtificabit ſine te.* & poſtea, *fecit neſcientem, iuſtificat volentem.*

Tandem, quæ in ſequentibus concluſionibus, de diſpoſitionibus in particulari ad iuſtificationem dicturi ſumus, hanc eamdem concluſionem plenè probabunt.

Tertia concluſio. Fides eſt neceſſaria diſpoſitio ad iuſtificationem, adeo vt abſque ea nullus poſsit iuſtificari. Iſta concluſio eſt de fide, definita in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 6. vbi explicans modum præparationis ad iuſtificationem ait: *Diſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera eſſe, quæ diuinitus reuelata & promiſſa ſunt; atque illud in primis, à Deo iuſtificari impium per gratiã eius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu;* Cui doctrinæ licet ſectarij conſentire apparenter videantur, re tamen ab ea longiſsimè diſtant; quatenus primò errant in explicanda natura huius fidei iuſtificantis, vt oſtendemus duabus ſequentibus concluſionibus; tùm quod nonnulli illam ſic deprimant, vt exiſtiment eam nullius eſſe precij, aut meriti, ſed ſolum relatiuè iuſtificare, cuius oppoſitum in pręſenti intendimus, dũ aſſerimus eſſe diſpoſitionem neceſſariam ad iuſtificationem; alij verò ſic attollant, vt doceant eam ſolam eſſe cauſam formalem iuſtificationis, & inter illos potiſsimum Lutherus in commentario ad cap. 2. epiſtolæ ad Galatas, vbi ait: *Eſt ergo formalis noſtra iuſtitia ipſa fides;* contradicens ſibi dum alibi dicit, nequidem mereri nomen diſpoſitionis ad illam.

Priuſquam autem probemus concluſionem, animaduertendum eſt illam procedere, de actu fidei, ſeu de fide actuali, cum enim, ex dictis ſuperiori capite, certum ſit iuſtificationem fieri per aliquid habitualiter inhærens, atque adeo in illa infundi habitum fidei ſupernaturalis, cum habitibus ſpei, & charitatis; dum agitur de fide ad illam præuia, præſertim vbi quis adultus primùm iuſtificatur, alia intelligi non poteſt, quam actualis, qua, vt ait Concilium, Deo excitante, & auxiliante liberè mouetur in Deum, credens vera eſſe, quæ diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt &c.

Concluſio ſic explicata probatur primò authoritate Scripturæ; Roman. 10. *Quicumque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit, ſed quomodo inuocabunt in quem non crediderunt &c.* Vbi Apoſtolus hunc iuſtificationis ordinem deſcribit, vt *Primò* ſit prædicatorum miſſio; *Secundò*, ipſa prædicatio Euangelij; *Tertiò*, fides indè concepta; *Quartò*, inuocatio nominis Domini; *Quintò*, ſalus, id eſt, iuſtificatio. Ex quibus, cum miſsio, & prædicatio extra nos ſint, poſſunt quidem vocari conditiones ſine quibus non, at fides, quam ſequitur inuocatio, & cœtera ordine ſuo, cum ſit intra nos, propriuſque noſter actus, vera ad iuſtificationem diſpoſitio eſt, primaque illius inchoatio.

Hebræor. 11. verſ. 6. *Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Vndè ſic argui poteſt; illud ſine quo, tanquam actu proprio, impoſsibile eſt placere Deo, eſt diſpoſitio neceſſaria ad iuſtificationem; ſiquidem placere Deo, eſſeque illi acceptum, & iuſtificari coincidunt; ſed ſine fide, tanquam actu proprio iuſtificandi, impoſsibile eſt placere Deo; igitur fides actualis eſt diſpoſitio neceſſaria ad iuſtificationem.

Et in hoc ſenſu, tàm dicta, quàm alia ſimilia Scripturæ loca intellexerunt Patres traditione à maioribus accepta. Ex Græcis Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromat. ante medium: *Fides*, inquit, *eſt prima ad ſalutem inclinatio, poſtquam timor, & ſpes, & pænitentia.* Cyrillus

rillus Hieroſolymit. Catecheſi 1. ait, fidem eſſe quaſi oculum, & lampadem ad viam ſalutis inueniendam. Euſebius Emiſſenus homil. 2. de Symbolo, fidē vocat lumen animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis; & Chryſoſtomus originem iuſtitię, homil. de fide, ſpe, & charitate. Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Ioannem cap. 9. *Ianua*, inquit, *& via in vitam, fides erit.*

Ex Latinis Ambroſius lib. 1. de Sacrament. in principio: *In Chriſtiano*, inquit, *prima eſt fides*. Hieronymus in comment. ad cap. 3. epiſt. ad Epheſios: *Fiduciæ*, inquit, *atque acceſſus ad Deum principium, atque origo fides in Chriſtū*. Auguſtinus lib. de Spiritu, & littera cap. 13. *Quod factorum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat*; & cap. 30. *Per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum, per gratiam ſanatio animæ*. Itē lib. de prædeſtinat. Sanct. cap. 7. *Ex fide ideò dicit Apoſtolus iuſtificari hominem, non ex operibus, quia ipſa prima datur, ex qua impetrantur cætera, quæ propriè opera nuncupantur, cum quibus iuſtè viuitur*: & lib. de bono perſeuerantiæ cap. 2. *Quod initium verius homini Chriſtiano, quam credere in Chriſtum*. Demum ſerm. 22. de verbis Apoſtoli: *Domus*, inquit, *Dei credendo fundatur, ſperando erigitur, diligendo perficitur*.

Ratio concluſionis eſt, quia cum iuſtificatio ſit aliquid ſupernaturale, media quoque, & diſpoſitiones, quibus obtinetur, ſupernaturalia eſſe debent; ſed initium, ſeu fundamentum rerum ſupernaturalium eſt fides; tum quia ab Apoſtolo definitur Hebræor. 11. ſubſtantia, id eſt, baſis, & fundamentum rerum ſperandarum; tum quia eſt prima virtus ſupernaturalis animæ, cum ſit cognoſcitiua; & prima cognitio ſupernaturalis ſit, credere Deo reuelanti; debet igitur fides ad iuſtificationem, tanquam prima omnium diſpoſitio concurrere.

Quarta concluſio. Fides ad iuſtificationem per modum diſpoſitionis requiſita; non eſt fiducia, qua credimus, ſeu confidimus in particulari noſtra peccata nobis eſſe remiſſa, Deumque nobis fore propitium, & de facto eſſe per paſſionem, & mortem filij ſui. Iſta concluſio eſt de fide aduerſus Lutheranos, definita in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 9. & can. 12. *Si quis dixerit, fidem iuſtificantem nihil aliud eſſe, quam fiduciam diuinæ miſericordiæ, peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua iuſtificamur, anathema ſit*.

Primò illam probant quamplurima Scripturæ loca; Roman. 4. *Non infirmatus eſt fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo: pleniſſimè ſciens, quia quæcumque promiſit, potens eſt facere. Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*. Ibi enim Apoſtolus loquens de fide, qua Abraham iuſtificatus eſt, vt clarè patet ex vltimis verbis, quid fuerit illa fides, explicat per propoſitionem negatiuam, cum dicit, *non conſiderauit* &c. & per affirmatiuam, cum ait, *pleniſſimè ſciens*; ſed conſideratio, pleniſſimeque ſcire, pertinet ad intellectum, non autem ad voluntatem; ſicut contra, fiduciam habere, voluntatis eſt, non intellectus; igitur fides ad iuſtificationem requiſita, non eſt fiducia. Quodque dicitur, *non hæſitauit diffidentia*, ibi diffidentia poſita eſt pro incredulitate, vndè in Græco eſt apiſtia.

Quamobrem, quæ Scripturæ loca, teſtantur fidem ad iuſtificationem diſponentem, eſſe actum intellectus, eadem clarè probant illam non eſſe fiduciam, cum iſta ſit actus voluntatis. Præcipuus eſt illa, qui habetur ad Hebræos 11. vbi Diuus Paulus tractans de fide, ſine qua concludit impoſſibile eſſe, placere Deo; illam definit: *Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium*. Subſtantia enim rei futuræ dicitur, quia facit præſentia

ſentia ea, quæ ſunt alioqui futura, at repræſentare non eſt voluntatis, vbi eſt fiducia, ſed intellectus, ille enim apprehendens per ſpeciem ſibi impreſſã, facit rem eſſe obiectiuè, antequam ſit in ſe: Argumentum autem, id eſt, conuictio rerum non apparentium, ad intellectum quoque pertinet, quia eius eſt conuinci argumentis, cuius eſt aſſentiri, & iudicare. Et ſic de alijs pluribus locis, vbi actus fidei iuſtificantis exprimuntur per verbum credere, & intelligere, qui ſunt actus intellectus, nulloque modo propriè ad fiduciam accommodari poſſunt; Romanorum 4. *Credidit Abraham Deo* &c. & loco ſtatim citato epiſtolæ ad Hæbræos, ſubiungitur, *Fide intelligimus aptata eſſe ſacula Verbo Dei*; tum verſ. 7. *Fide Noe, reſponſo accepto de ijs, quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam* &c. vbi profectò fidei actus non poteſt eſſe fiducia, quia fiducia non parit metum, ſed expellit; proindeque fidei actus in Noe fuit, certo credere futurum diluuium, & ex illo actu credendi metus exortus, cauſa fuit fabricandi arcam.

Tandem omnia illa loca concluſione ſexta adducenda, quæ teſtantur, obiectum fidei iuſtificantis eſſe illa omnia, quæ Deus reuelauit, probant illam non eſſe fiduciam, cum iſtã non tam latè pateat, ſed ſolum bona, eaque, vt futura reſpiciat; nec non etiam alia, vbi fiducia vocatur effectus fidei iuſtificantis, ad Epheſ. 3. *In quo habemus fiduciam, & acceſſum in confidentia per fidem eius*. Si enim habemus acceſſum ad Deum in confidentia, ſeu fiducia per fidem, profectò ſequitur quod fides non ſit fiducia, ſed fiduciæ, tanquam ſui effectus cauſa; alioqui ſenſus huius loci eſſet, habemus acceſſum in confidentia, per confidentiam, quod omnino abſurdum eſt.

Eamdem veritatem tradunt Patres, paſſim loquentes de fide ad iuſtificationem præparante, tanquam de actu intellectus, ſeu aſſenſu firmo, ac certo ad ea omnia, quę Deus credenda proponit; atque adeò talem fidem non eſſe fiduciam miſericordiæ. Nunc ſufficiat pro omnibus Diuus Auguſtinus lib. de prædeſtinat. Sanctorum cap. 2. vbi aſſerit credere, nihil eſſe aliud, niſi cum aſſenſu cogitare: ita vt cogitatio ſit quaſi genus, aſſenſus autem quaſi differentia. Nam, vt ipſe ibidem docet, multi cogitant, qui non credunt, immo etiam aliquando cogitant, vt non credant, ſed nullus credit, qui non cogitet. Cęteri Patres citabuntur concluſione 6.

Nunc vltimo probatur concluſio rationibus ex ſcriptura deſumptis. Primò, illud quod eſt effectus fidei iuſtificantis, non eſt fides iuſtificans; ſed fiducia eſt effectus fidei iuſtificantis Epheſ. 3. *In quo habemus fiduciam, & acceſſum in confidentia per fidem eius*, vbi ait Hieronymus fiduciæ, & acceſſus ad Deum primum principium, & originem eſſe credere in Chriſtum: ergo fiducia non eſt fides iuſtificans.

Secundo fides iuſtificans, vel ad iuſtificationem diſponens, diſtinguitur à ſpe, dicente Apoſtolo 1. Corinth. 13. *Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc, maior autem horum eſt charitas*; ſed fiducia, aut nihil eſt aliud, niſi ſpes roborata, aut ſaltem quid in ea fundatum; ſuam ſimul cum ea trahens à fide certitudinem, ſiquidem ideo ſpes certa eſt, quia præſupponit certitudinem fidei de omnipotentia, & fidelitate Dei igitur, niſi confundere velimus, quæ tam apertè Scripturę diſtinguunt, fatendum eſt fiduciam non eſſe ipſam fidem iuſtificantem, ſed iſtam ſupponi ad illam, & cæteras virtutes ad iuſtificationem diſponentes, tanquam principiũ omnino primum illius, ac fundamentũ vndè conſurgit; *Accedentem enim ad Deum oportet credere*, inquit Apoſtolus, *quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit*; vbi ſine dubio per verbum *credere* explicatur actus fidei ad iuſtificationẽ præparantis, neque poteſt vlla ratione tale verbum detorqueri ad fiduciam,

non

non enim confidimus Deum eſſe, ſed certo iudicamus, & aſſentimur.

Quod huc vſque dictis, ad probationem noſtræ concluſionis, reſpondēt nonnulli ex aduerſarijs, ad fidem pertinere non ſolum fiduciam, ſed etiam notitiam, ſiue aſſenſum intellectus, Kemnitius enim in ſuo examine Concilij Tridentini ait in fide *Primò*, eſſe notitiam, ſeu cogitationem promiſſionum Dei; *Secundò*, aſſenſionem, qua vnuſquiſque ſtatuit eam promiſſionem ad ſe pertinere; *Tertiò*, ex illa notitia, & aſſenſu oriri in voluntate deſiderium iuſtificationis; *Quartò*, demum excitari fiduciam accedendi ad thronum gratiæ, quæ apprehendit iuſtificationem, hæc, inquam, reſponſio nullius eſt fundamenti, præter quam enim abſurdum eſt dicere, iſtos omnes actus ad vnam virtutem formaliter, aut per ſe pertinere, cum priores duo ſint in intellectu, poſteriores in voluntate, nec fieri poſſit vt vna virtus ſit in duabus potentijs genere diſtinctis; hoc adhuc gratis admiſſo, reſtat inſuper quæſtio, quinam ex illis actibus primùm ad fidem iuſtificantem pertineant; aduerſarijs enim contendentibus eſſe duos poſteriores, quę nos huc vſque diximus, apertè demonſtrant eſse duos priores, atque adeo fidem iuſtificantem non eſſe formaliter fiduciam, vel fiduciam ad iuſtificationem non concurrere, niſi præſuppoſita fide, quæ eſt in intellectu: à diſpoſitionibus enim concurrentibus ad iuſtificationem non intendimus excludere fiduciam, ſed tantùm eam non eſſe fidem, quam Scripturæ ad illam requirunt.

Quinta concluſio. Fides iuſtificans non tam eſt notitia, quam firmus aſſenſus noſtri intellectus. Iſta concluſio eſt contra Caluinum, quatenus non ſolùm definit fidem per cognitionem lib. 3. inſtitut. cap. 2. ſed etiam inſultat Catholicis; quod profiteantur, ſe reuerenter credere, quicquid Eccleſia tanquam diuinitus reuelatum docet, etiam ſi ea minus intelligant, aut penetrent.

Ad probationem noſtræ concluſionis primò faciunt omnia Scripturæ loca, quibus habetur, fidem iuſtificantem eſſe obſcuram, *Argumentum non apparentium* Hebręor. 11. per eam *In captiuitatem redigi omnem intellectum in obſequium Chriſti* 2. Corinth. 10. verſ. 5. ipſam eſſe viam, & gradum ad intelligentiam, *Niſi credideritis non intelligetis* Iſaiæ 7. Hæc enim & ſimilia loca clarè oſtendunt fidem iuſtificantem non tam eſſe notitiam, vel intelligentiam, quam aſſenſum, quo ſimpliciter, ac firmiter credimus diuinitus reuelatis, quantumuis obſcuris, noſtramque ſcientiam, ac rationem latentibus.

Secundò, quod, iuxta traditionem à maioribus acceptam, eodem ſenſu locuti ſint Patres, Sacramque interpretati ſint Scripturam. Irenæus lib. 2. cap. 45. *Melius eſt*, inquit, *nihil omnino ſcientem credere Deo, & perſeuerare in eius dilectione, quæ hominem viuificat, quam per quęſtionum ſubtilitates, & multiloquium in impietatem cadere*. Clemēs Alexandrinus lib. 3. Pedag. cap. 11. *Fides non ſapientum ſecundum mundum, ſed eorum, qui ſecundum Deum ſunt ſapientes, poſſeſſio eſt. Illa autem abſque litteris diſcitur. Eius autem ſcriptum, quod & ad rudes, & ad ignorantes pertinet, & eſt diuinum, charitas vocatur*. Hilarius lib. 8. de Trinitate ante medium; *Habet non tam veniam, quam præmium, ignorare, quod credas, quia maximum ſtipendium fidei eſt, ſperare quod neſcias*; Auguſtinus epiſt. 102. ad Euodium; *Si propter eos ſolos Chriſtus natus eſt, qui certa intelligentia poſſunt iſta diſcernere, pene fruſtra in Eccleſia laboramus*; quod maxima pars fideliū, vel propter ætatem puerilem, vel propter ingenij hebetudinem ſit incapax intelligendi, aut penetrandi myſteria fidei, non tamen credendi. Quare idē Auguſtinus lib. contra epiſtolam fundamenti cap. 4. ait: *Turbam non intelligendi viuacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit*: & tract. 21. in Ioann. docet intelligentiam myſteriorum eſſe pre-

præmium fidei; nec non tract. 40. *Non quia cognouerunt*, inquit, *crediderunt, ſed vt cognoſcerent, crediderunt. Quid enim eſt fides, niſi credere, quod non vides.* Et ſerm. 189. de tempore, qui eſt primus de Sancta Trinitate: *Conſidera*, inquit, *quod voceris fidelis, non rationalis. Denique accepto Baptiſmo hoc dicimus, fidelis factus ſum, credo, quod neſcio.* Magiſtro adſtipulatur fidelis eius diſcipulus S. Proſper lib. 1. de vita contemplat. cap. 19. *Dicente*, inquit, *Apoſtolo, niſi credideritis, non intelligetis, datur intelligi, quod non fides ex intellectu, ſed ex fide intellectus exiſtat: nec qui intelligit, credat, ſed qui credit intelligat.*

Quibus ſanè, & ſimilibus, quæ paſſim apud Patres reperiuntur, nihil pręclarius dici poteſt, ad refellendam falſam Caluini imaginationem, quem non damnamus, quod non exiſtimemus, ſimul cum fide vtilem eſſe & laudabilē ſcientiam, aut intelligentiam rerum diuinarum; ſed quod velit ipſe, fidem iuſtificantem in tali intelligentia conſiſtere, quæ potius eſt fructus, & effectus fidei, ſacræ nimirum Theologiæ ſcientia, quam fides. Qua ratione dixit etiam de rebus naturalibus Philoſophus; *Addiſcentem oportet credere.*

Tertiò probatur concluſio ratione deſumpta ex natura fidei, in qua duo ſunt, ſiue in credente, apprehenſio nimirum rerum reuelatarum, & iudiciū, ſiue aſſenſus earum; ſed apprehenſio non eſt fides, ſed quid fidem præcedens; poſſunt enim etiam infideles apprehendere myſteria fidei, quoad terminos, v. g. myſterium Trinitatis, diſtinctè, nec non ſubtiliſſimè intelligendo, & diſcernendo, quę ad illud pertinent, vnitatem ſcilicet eſſentiæ, Trinitatem perſonarum, & alia id genus, cum tamen illa non credant, imo plerumque irrideant; ſecus autem rudes fideles, quantumuis illa non apprehendant niſi confusè; Igitur fides iuſtificans non tam conſiſtit in notitia rerum reuelatarum, quam in ſimplici, & obedienti aſſenſu illarum.

Inſuper cum iudicium, vel aſſenſus duplex ſit; alter enim ſequitur rationē, & euidentiam rei, diciturque notitia, alter verò authoritatem proponentis, & dicitur fides, ſi propriè loqui velimus, & cum Auguſtino lib. de vtilitate credendi cap. 11. *Quod*, inquit, *intelligimus aliquid rationi debemus; quod autem credimus authoritati*; manifeſtè ſequitur, niſi omnia confundere velimus, falſum eſſe, quod aſſerit Caluinus, fidemque iuſtificantem melius per ignorantiam, quam per notitiam definiri, aut explicari.

Sexta concluſio. Fidei iuſtificantis obiectum non eſt ſola promiſſio miſericordiæ diuinæ, ſed omnia diuinitus reuelata. Poſtquam oſtendimus in præcedentibus concluſionibus, fidem eſſe neceſſariam diſpoſitionem ad iuſtificationem, eamque non conſiſtere in fiducia, quæ eſt actus voluntatis, ſed in actu intellectus, quo aſſentimur Deo, quamuis ea nobis credenda proponat, quæ non intelligimus; vndè etiam conſtat in quanam animi potentia collocanda ſit fides iuſtificans, qualiſque ſit actus illius. Nunc ſtatuimus quodnam ſit obiectum, cumque aduerſarij illud reſtringant ad ſolam miſericordiam diuinam, nos aſſerimus tam latè patere, quam latè patet diuina reuelatio; ſeu fidem iuſtificantem habere pro obiecto omnia diuinitus reuelata; quodq; proinde ſit fides vniuerſalis.

Ita habetur definitum in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 6. *Diſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera eſſe, quæ diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt; atque illud in primis, à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

Probatur primò ex illis Scripturæ locis, vbi Chriſtus fidem exegiſſe, & laudaſſe, nec non ad illam hortatum fuiſſe legitur; talem enim fidem fuiſſe iuſtificantem, ſatis conſtat ex eo, quod

lia ratione eam non prædica-
niſque, & miraculis confirma-
ſi vt per eam homines ſaluaren-
anc autem fidem nullibi ad ſo-
ſericordiam, tanquam ad obie-
um adæquatum, Chriſtum re-
e, ſed potius ad alia myſteria
ſſe diuinitatis ſuæ, omnipoten-
eius, nec non ſimilia, clarè de-
nt innumera, quæ habentur in
lijs teſtimonia; Matthæi 9. v. 28.
iſtus cæcis petentibus lumen
ditis quia hoc poſſum facere vo-
n cap. 16. vbi audita Petri con-
fidei: *Tu es Chriſtus filius Dei*
m ita commendauit, vt dice-
atus es Simon Bariona &c. cum
on miſericordię, ſed ſolius di-
Chriſti fidem explicitè pro-
ſſet. Lucæ 7. vbi fides Centu-
uam Chriſtus ita miratus eſt,
t: *Tantam fidem ſe non inue-*
rael, alia non fuit, quàm om-
ię, ac per hoc diuinitatis eius;
m verbo, & ſanabitur puer
annis 6. vbi, cum Dominus ad
ortatus eſſet Iudæos, & illi
entes abirent, interrogauit
s num & ipſi vellent abire,
autem Petrus nomine om-
Ad quem ibimus? verba vitæ
bes, & nos credimus, quia tu es
lius Dei viui: Et cap. 11. Do-
thæ dicenti: *Ego ſum reſur-*
vita, qui credit in me non mo-
ternum, credis hoc? Reſpon-
Vtique Domine, ego credidi,
Chriſtus filius Dei viui, qui
ndum veniſti. Quæ ſufficiant
elio.
ctor. 2. 4. 10. 13. & 17. vbi
conciones Petri, & Pauli, qui-
atio, & doctrina fidei ad ſa-
ſarię continetur, & tamē nul-
lis verbum de diuina miſeri-
totę conſumuntur in expli-
erſuadenda diuinitate, paſ-
ſurrectione Domini Noſtri
i. Quod tandem Apoſtolus
r. 11. *Fidem eſſe ſperandarū*
Theol. Tom. V. Par. II.

ſubſtantiam rerum, argumentum non apparentium, credereque oportere accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit; clarè euincit fidem iuſtificantem, de qua ibi loquitur, cum dicat, *ſine ea impoſſibile eſſe placere Deo*, illam eſſe, qua omnia credantur, quæ Deus reuelauit, ſiue præterita, ſiue pręſentia, & futura, quæ non videntur; maleque proindè reſtringi ab aduerſarijs eius obiectum ad ſolam miſericordiam, diuidique fidem in hiſtoricam, fidem miraculorum, & fidem promiſſionum miſericordiæ; etſi enim libenter admittamus in fide omnia iſta obiecta, negamus tamen triplicem propterea eſſe debere, & vbi agitur de iuſtificatione, illam ſoli fidei tribui, qua vnuſquiſque ſibi promiſſionem diuinam applicans credit, ſeu potius ſecundum ipſos confidit, peccata omnia per Chriſtum ſibi eſſe miſericorditer dimiſſa.

Quod præfatis Scripturæ locis, tam manifeſtè veritatem noſtræ concluſionis demonſtrantibus reſpondent nonnulli, fidem iuſtificantem habere quidem pro obiecto omnia, quæ Deus reuelauit, ſed tamen non, quatenus vniuerſalis eſt, iuſtificare, ſed ſpecialiter, in quantum credit miſericordiam Dei modo explicato; ideoque illis vtuntur terminis; *Fides, quæ iuſtificat, tendit in omnia reuelata, ſed tamen non illa fides, quatenus in omnia tendit, ſed quatenus in ſolam miſericordiam Dei tendit, ſic tantum iuſtificat*; hæc, inquam, reſponſio, ſeu loquendi modus, eſt merus verborum ludus, contra apertum Scripturæ ſenſum, docentis, vniuerſalem fidē non ſolum iuſtificare, verum etiam eatenus iuſtificare, qua vniuerſa reuelata reſpicit, & non pręcisè miſericordiam Dei, vt ſatis patet exemplis ex Euangelio adductis, nec non ex illo Apoſtoli: *Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt* &c. Vndè etiam Conciliū Tridentinum ita loco citato ait, in primis obiectum fidei iuſtificantis eſſe miſericordiam Dei promittentem in generali gratiam per Chriſtum, vt tamen

illam non excludat, quatenus circa
alia obiecta verſatur. Deinde ita aſſe-
rit, quod homo iuſtificandus poſſit, &
debeat ſaltem implicitè credere in ſpe-
ciali, ſe per Dei miſericordiam iuſtifi-
cari poſſe, alioquin deſperaret, iuxta
illud Auguſtini lib. 1. de doctr. Chriſt.
cap. 18. *Quiſquis in Eccleſia eius dimitti*
ſibi peccata non crederet, non ei dimitte-
rentur. Et infra: *Quiſquis enim non*
credit, dimitti ſibi poſſe peccata, fit dete-
rior deſperando; vt neget tamen, quod
credere poſſit, & debeat, quod ſibi cer-
titudinaliter ſint peccata remiſſa, aut
remittenda, vt aduerſarij volunt ſe-
quenti capite impugnandi, in eoque
iuſtificationem conſiſtere.

Secundò id ipſum, quod Scriptura
docet etiam traditio. Primum enim in
omnibus Symbolis, Apoſtolico, Nicę-
no, Conſtantinopolitano, & Athanaſia-
no, vbi procul dubio continetur pro-
feſſio fidei ad ſalutem, & ad iuſtifica-
tionem neceſſariæ, nulla fit mentio ex-
plicita, aut expreſſa dictæ miſericordię,
de quo eſt difficultas, nullum enim du-
bium eſt, quin promiſſio diuina de re-
miſſione peccatorum, per redemptionẽ
quæ eſt in Chriſto Ieſu, ſicut & aliæ
plures fidei veritates implicitè in illis
contineantur. Deindè Patrum teſti-
monia habemus, qui de fide iuſtifican-
te cum diſſerunt, eam ſemper intelli-
gunt, quæ Catholica, aut dogmatica di-
citur, quæque omnia à Deo reuelata
reſpicit. Ex Græcis citari ſolent Ire-
næus lib. 1. cap. 2. 3. & 4. vbi explicat
regulam fidei; Cyrillus Hieroſolymi-
tanus Catecheſi 5. & 18. Baſilius in
orat. de confeſſione fidei. Gregorius
Nazianzenus orat. in Sanctum lauacrũ
extrema, & in tract. de fide Nicæna.
Chriſoſtomus in duabus hom. de Sym-
bolo. Euſebius Emiſſenus in duabus
pariter homil. de Symbolo. Ex Lati-
nis Tertullianus lib. aduerſus Praxeam.
Ruffinus in explicatione Symboli. Au-
guſtinus in Enchiridio, vbi præceden-
tibus capitibus ſermone habito de fide
iuſtificante, & ſaluante, vt patet ex tex-
tu, demum cap. 8. docet, eam diſtingui
à ſpe, atque adeò à fiducia, non ſolùm
nomine, ſed etiam obiecto, vndè ſumi-
tur ratio propria, eſſentiaque virtutum.
Et lib. 3. contra duas epiſtolas Pelagia-
norum cap. 5. *Noſtra*, inquit, *fides, hoc*
eſt, Catholica fides, iuſtos ab iniuſtis non
operum, ſed ipſa fidei lege diſcernit, Quia
iuſtus ex fide viuit. Idem tradunt duo
eius diſcipuli; Proſper lib. 1. de vita
Contemplatiua cap. 18. vbi enumerata
breuiter Summa Fidei de Trinitate, &
Incarnatione, poſtea cap. 19. hanc ipsã
dicit eſſe fidem ad iuſtitiam neceſſariã,
& ſalutem: & Fulgentius lib. de Fide
ad Petrum.

Vnica ratio noſtræ concluſionis, ſicut
& plurium aliarum veritatum ſuperna-
turalium fundatur in voluntate Dei. Illa
enim fides eſt diſpoſitio ad iuſtificatio-
nem, ſufficitque ad illam, quam Deus
author iuſtificationis exigit, & laudat;
ſed ex diuinis Scripturis, quibus nobis
diuina innoteſcit voluntas, Deus, aut
Chriſtus iuſtificationem non alligarunt
ſoli fidei miſericordiæ, aut promiſſionis
eius, verùm vt patet ex locis ſuperiùs
addictis, illam tribuunt fidei vniuerſali
circa omnia diuinitus reuelata verſanti;
ea igitur ſufficiens eſt diſpoſitio ad iu-
ſtificationem, & non ſola fides miſeri-
cordiæ diuinæ; imò, cum per huiuſmo-
di fidem intendant aduerſarij, dum di-
citur Ioannis 3. & alibi: *Qui credit in*
Filium habet vitam æternam, certò quo-
que debere ſpecialiter credi ab vnoquo-
que ſibi remiſſa eſſe peccata per filiũ;
ſi hoc modo ſumatur, non ſolùm talis
fides non eſt diſpoſitio ad iuſtificatio-
nem, ſed vana potius pręſumptio, quæ
nos magis damnabiles reddit, vt dicetur
capite ſequenti.

Septima Concluſio. Sola Fides non
eſt diſpoſitio ad iuſtificationem, mul-
toque minus cauſa formalis illius; ſed
præter actum fidei Catholicæ, & diui-
næ, quo credimus, vera eſſe, quæ diui-
nitus reuelata, & promiſſa ſunt; atque
illud in primis à Deo iuſtificari impiũ
per gratiam eius, per redemptionem
quæ

: in Chriſto Ieſu , requiruntur r alij plures actus . Iſta conclu- le Fide,definita in Concilio Tri- o , vt mox dicemus . At cum o, an fides ſola iuſtificet , multi- r intelligi poſſit, *Primò*, de diſpo- ad iuſtitiam , an nimirum fides dum diſpoſitionis ſola iuſtificet; ò de ipſa formali iuſtitia , an vi- , vt homo ſit formaliter iuſtus t ſola fides apprehendens Chri- tiam ; *Tertiò* , de conſequenti- ſtitiam,nimirum vtrum ad illam uandam ſatis ſit ſola fides,exclu- eris bonis operibus;præſens con- procedit de fide primo modo , onſequenti , ſecundo conſidera- nim illa ſola non eſt ſufficiens itio ad iuſtificationem,multò mi- oteſt habere rationem cauſæ for- illius . De tertio verò agemus ó.

i autem actus virtutum , præter fidei,ad iuſtificationem requirun- x enumerantur à Sacro Concilio ntino ſeſſ.6. cap. 6. videlicet , ti- , ſpei , dilectionis , pœnitentiæ, ſiti ſuſcipiendi Sacramentum Ba- i, & inchoandi nouam vitam, at- bſeruandi mandata Dei; Notan- ſt tamen iſtos , aut alios ſimiles non ita requiri , vel intercedere, oties adultus iuſtificatur , neceſſe s omnes exeri ; ſed ſatis eſt ſi vir- & eminenter exerantur ; nam qui ppoſita iam fide diligit Deum ſu- mnia, virtualiter de offenſis eius ; eum timet , & in eum ſperat : tamen charitatis, vel pœnitentiæ, citè ſemper eſt neceſſarius, Sacris turis, & Patribus, vbi mentionem nt iuſtificationis , alterutrum ho- ſemper requirentibus cum actu .

emum obſeruandum eſt, præfatos ita inter ſe comparari, vt licet di- o, aliæque virtutes ſeparari non nt à fide, tanquam à ſuo fundamẽ- rimoque ſalutis principio, ipſa ta- ſeparari poteſt ab illis. Quod quia Sectarij nimis claris tam S. Scripturæ, quam SS. Patrum teſtimonijs conuicti negare non poſſunt; ideo diuerſos fidei actus,vel habitus diſtingunt,vt vidimus in principio huius capitis , & quidem de fide hiſtorica, & miraculorum fatentur illã poſſe eſſe ſine præfatis actibus , & ſpecialiter ſine charitate , adeoque nec iuſtificare . At fidem ſuam ſpecialem, qua vnuſquiſque ſibi promiſsionẽ diuinam de remiſsione peccatorum in generali applicans certò credit , ſiue potius confidit , peccata omnia per Chriſtum ſibi eſſe dimiſſa ; quamque ſolam volunt eſſe verè iuſtificantem , negant poſſe eſſe ſine vlterioribus diſpoſitionibus, vel ſine charitate , ſimilitudine deſumpta ex calore Solis , qui non poteſt eſſe ſine ſplendore, ita tamẽ vt ſolus calor calefaciat,& ſolus ſplendor illuminet . Quare cum hoc vnicũ ferè ſit ipſorum argumentum, ad aſſerendum, ſolam fidem iuſtificare , inde poſtea oſtendemus , quod fides vera à S.Scriptura, & Sanctis Patribus agnita, & tradita , quæ iuſtificat , cum fuerint aliæ diſpoſitiones , ſeu præparationes , poſſit eſſe ſine illis, ſolaque conſequenter iuſtificare nequeat . Interim id fuit neceſſariò prænotandum , vt aperiretur ſtatus controuerſiæ,noſtræque concluſionis ſenſus .

Ea igitur ſic explicata eſt de fide definita in Concilio Tridentino ſeſſ.6. cap. 6. vbi agens de modo præparationis ad iuſtificationem , præter actum fidei Catholicæ, & diuinæ, præallatos iam ad illam requirit ; & cap. 8. vbi explicans , quomodo intelligatur , impium per fidem , & gratis iuſtificari, ait : *Cum verò Apoſtolus dicit iuſtificari hominem per fidem, & gratis; ea verba in eo ſenſu intelligenda ſunt , quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit, & expreſſit : vt ſcilicet per fidem ideò iuſtificari dicamur , quia fidem eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum , & radix omnis iuſtificationis , ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium peruenire : gratis autem iuſtificari*

ri

ri ideo dicamur, quia nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur. Si enim gratia eſt, iam non ex operibus: alioquin, vt idem Apoſtolus inquit, gratia iam non eſt gratia. Tandem can.9. *Si quis dixerit, ſola fide impium iuſtificari, itavt intelligat, nihil aliud requiri, quod ad iuſtificationis gratiam conſequendam cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſſe, eum ſuę voluntatis motu præparari, atque diſponi anathema ſit.*

Loca Scripturæ, vnde habetur hæc fidei veritas, ſunt illa omnia, quæ docent cęteros actus enumeratos concurrere ad iuſtificationem eo ferè modo, quo fides ipſa concurrit, & in ſpeciali nihil eam prodeſſe ſine charitate. Vnde ſic claritatis gratia efformo argumētum. Sola fides ex diuinis Scripturis non eſt ſufficiens diſpoſitio ad iuſtificationem, ſi præter illam ex iiſdem Scripturis requiruntur alij actus, & inter illos aliqui ſine quibus ipſa nihil prodeſt; ſed ex diuinis Scripturis, præter fidem requiruntur ad iuſtificationem ſuperius recenſiti actus, inter quos charitas, aut pœnitentia ſunt talis naturæ, vt ſine illis nihil ad ſalutem proſit: igitur ſola fides ex diuinis Scripturis non eſt ſufficiens diſpoſitio ad iuſtificationē. Maior huius argumenti cum ſit certa, lumineque naturali nota; probatur minor afferendo loca Scripturæ, vbi præfati actus requiruntur; quorum tamen quia actus charitatis, aut pœnitentiæ, ſiue contritionis perfectæ, ſunt ſoli ad iuſtificationem neceſſarij, vt notauimus ſupra, hinc illa ſolùm adducemus loca, vbi eorum fit mentio. Eccleſiaſtici. 2. v.10. *Qui timetis Dominum diligite illū, & illuminabuntur corda veſtra.* & v.22. *Si pænitentiam non egerimus incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.* Lucæ 7. v.47. *Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* 1. Corinth. cap. 13. *Si habuero omnem fidem itaut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil ſum.* Ad Galat. 5 *Neque circumciſio aliquid valet, neque preputium, ſed fides, quæ per dilectionem operatur.* Epiſt. Iacobi cap.2. *Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides ſaluare illum?* vndè poſtea concludit: *Videtis quod ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum.* 1. Ioan.3. *Translati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres, qui non diligit manet in morte.* Quibus ſanè, & ſimilibus Scripturæ locis, nihil ad noſtrum intētum efficacius adduci poteſt. Quod enim reſpondent aduerſarij in illis ſermonem non eſſe de vera fide, ſed de vmbra quadam fidei, hoc eſt de inani quadam cognitione articulorum fidei: omnino gratis dicitur, & contra Sanctos Patres, qui ſemper hęc, & ſimilia Scripturæ loca de vera fide intellexerunt, quę, ſi non deſint cætera, quæ requiruntur, hoc eſt charitas, bonaque ex ea prouenientia opera, omninò iuſtificat. *Primò* quia abſolutè fides appellatur; talis enim modus loquendi in ſacris litteris ſemper veram fidem ſignificat. *Secundò*, quia Diuus Iacobus loco citato dicit fidem Abrahami cooperatam eſſe operibus eius, & ex ipſis operibus conſummatam; fides autem Abrahami, non vmbra fidei, nec inanis articulorum eius notitia, ſed fides veriſſima fuit; *Tertiò* tandem, dum concludit, vt diximus: *Videtis quod ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum,* clarè ſignificat ſe de vera fide loqui, quam iuſtificare concedit, ſed nō ſolam, vt nos intendimus: Apage ergo hanc, & ſimiles friuolas reſponſiones à Sectarijs confictas ad eludendā omnem tam diuinam, quam humanam authoritatem.

Secundo probatur concluſio ex traditione; veteribus Patribus concorditer aſſerentibus, dum loquuntur de fide ad iuſtificationem requiſita, illam eſſe tantùm eius initium, fundamentum, originem, ianuam, inchoationem, vt vidimus concluſione tertia, ſpe autem, & charitate perfici; Sanctuſque Auguſtinus, præter loca ibi citata, ex illo Apo-

oli 1. Corinth. 13. *Nunc autem it, fides, ſpes, charitas, tria hęc: maem horum eſt Charitas* : lib. 15. de ate cap. 18. docet: fidem ſine chaeſſe poſſe, prodeſſe non poſſe. o euidenter ſequitur eam non iu. e, niſi à charitate iuuetur, & forac per hoc non ſolùm præſentia, am ope charitatis egere, ad muſtificandi. Nam ſi charitatis ope eret, nulla eſſet cauſa, cur abſenitate iuſtificare non poſſet; falprimùm dixiſſet Apoſtolus, *ſi o omnem fidem, charitatem autem buero, nihil ſum*; deindè concluaiorem eſſe charitatem, ſi fides prę eret, quod ſola, vel diſpoſitiuè, maliter iuſtificare poſſet, vt voluerſarij.

io id ipſum clarè oſtendunt ſes rationes deſumptæ ex modo di Scripturæ, & Patrum tùm ex ei natura. Primò, ſola fides nō at, ſi poteſt ſtare cum peccatis bus; ſed fides, quantumuis vera, que Scripturæ, & Patres initium ationis vocant, quæque conſer diſpoſitiuè concurrit ad iuſtiem, vbi cæteræ etiam diſpoſiad illam requiſitæ adſunt, poteſt m quibuſuis etiam enormibus s, præter infidelitatem: Sola ides, quantumuis vera non iuſtiMaior huius argumenti eſt certa, itio in illa contenta, quæque eſt propoſitio probanda, ſemel ſit ulla ſiquidem ratione cogitari, i poteſt, vt ille ſit iuſtus, qui odit & proximum, quique voluntait necandi, furandi, mentiendi, ndi, aliaque ſimilia delicta comi. Minor ergo probatur, *primò*, cob 2. v. 19. *dæmones credunt, & iſcunt*; quorum fidē vſque adeò & catholicam ex parte obiecti ſſe Diuus Auguſtinus lib. vnico iſmo cap. 10. vt eam comparet e S. Petri, quam Dominus comit Matth. 16. differunt tamen minum malorum, & dœmonū;

quod hominum fides libera eſt, captiuante nimirum pia voluntate intellectum in obſequium Chriſti; fides verò dœmonum eſt coacta, & extorta, ideoque forſan dicuntur credere, & contremiſcere. *Secundò*, ibidem dicitur, quod *ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt*; quorum verborum ſenſus non eſt, quod fides ſit mortua, ſicut homo dicitur mortuus, qui poſt mortem non eſt, vt explicant aduerſarij, ſuum indè aſſerere conantes errorem, quod fides ſine operibus, & præſertim ſine charitate mortua eſt, id eſt, non reperitur in peccatoribus, quod enim mortuum eſt, amplius non eſt; ſed dicitur ab Apoſtolo mortua, ſicut corpus dicitur mortuum, quod poſt mortem eſt adhuc verum corpus, licet non viuat; quatenus vera etiam fides manet, licet mortua in peccatoribus abſente charitate; quemadmodum enim per metaphoram dicitur viua cum per illā operatur, ita & mortua cum non operatur; vndè ſatis patet vitam non eſſe de eſſentia fidei, quomodo eſt de eſſentia hominis; neque hoc dici ab Apoſtolo. *Tertiò*, patet eadem minor ex illis teſtimonijs, quibus tom. 3. lib. 3. ſectione de Eccleſia ad copiam oſtendimus in illa eſſe bonos, & malos, cum enim qui ſunt vera Eccleſiæ membra, verè fideles ſint; certè ſequitur veram fidem, vndè dicuntur veri fideles, cum peccato, vndè dicuntur mali, poſſe eſſe coniunctam.

Si dicant aduerſarij malos, qui ſunt in Eccleſia, habere quidem fidem, ſed hiſtoricam, id eſt notitiam articulorū, ſed non fidem ſpecialis beneuolentiæ; abſurditas huiuſmodi reſponſionis facilè refellitur, præterquam enim in illa ſupponitur vt certum, quod eſt in controuerſia dari nimirum fidem beneuolentiæ, quæ ſola ſit vera fides iuſtificans incompoſſibiliſque cum peccatis, profectò, ſi qui ſunt in Eccleſia mali, vera carerent fide, eſſent veri infideles, cuius tamen oppoſitum docent loca Scripturæ, vbi aſſeritur in Eccleſia eſſe bonos

& ma-

& malos; cum enim mali ob id potiſſimum reprehendi deberent, quod præter alia peccata, excidiſſent à vera fide, minimè tamen reprehenduntur de tali amiſſione, ſed de omiſſione charitatis, operumque eius. Nam Matth.22. vbi ponitur ſimilitudo venientium ad nuptias, & reprehenditur qui non habet veſtem nuptialem, per illam Hieronymus,Chriſoſtomus,Gregorius hom.38. & alij in eum locum, teſtantur charitatem ſignificatam fuiſſe. Item Mat.25. vbi regnum cœlorum, hoc eſt Eccleſia comparatur decem Virginibus,quarum quinque erant prudentes, & quinque fatuæ, non arguuntur iſtæ, niſi quod oleum, id eſt, opera miſericordiæ non habuerint, vt ibi notat Chriſoſtomus; & in eodem cap.25. non damnantur ij, qui ex grege dominico,à ſiniſtris erunt, niſi propter mala opera, non autem propter carentiam veræ fidei, vt aduertit Sanctus Auguſtinus lib. de fide, & operibus cap. 15. Adeò verùm eſt ex Scripturis, veram fidem in peccatoribus eſse poſse, eamque conſequenter à charitate diſiungi poſſe, vt dicetur infra. Vndè Concilium Tridentinum ſeſſ.6.can.28. ait: *Si quis dixerit,amiſſa per peccatum gratia,ſimul & fidem ſemper amitti; aut fidem, quæ remanet, non eſse veram fidem, licet non ſit viua; aut eum, qui fidem ſine charitate habet, non eſse chriſtianum, anathema ſit.*

Secundò, ſi ſola fides iuſtificaret, maximè quia vera fides iuſtificans à dilectione, alijſque virtutibus ſeparari non poteſt, ſed hoc eſt falſum,& etiam ſi verum eſſet, id non ſequeretur; ergo ſola fides, quæcumque ſit non iuſtificat. Maior huius argumenti eſt certa ex doctrina aduerſariorum, eam pro fundamento ſui erroris de ſola fide iuſtificante ponentium. Minor autem probatur, quoad ſecundam partem, gratis nimirum admiſſo, quod vera fides ſit à charitate inſeparabilis,nō propterea ſequi, quod illa ſola iuſtificet, quandoquidem in diuinis Scripturis,dilectioni veræ fidei coniunctæ, quamque ab illa inſeparabilem eſſe docent aduerſarij, tribuitur etiam iuſtificatio, non minus quam fidei, fides igitur ſola non iuſtificat. At quia minor eſt abſolutè falſa, & hæretica, id oſtendemus primò authoritate Scripturæ, ſecundò Patrum, tertiò ratione.

Fidem igitur veram poſſe reipſa à dilectione, alijſque virtutibus ſeparari, quæ ſtatim ex Scripturis de compoſſibilitate eius cum peccato clarè demonſtrant, charitas ſiquidem, & dilectio cū peccato mortali conſiſtere nequeunt; tùm quod dicitur de Principibus Iudęorum Ioann. 12. *Verumtamen multi ex Principibus, crediderunt in eum, ſed non confitebantur. Dilexerunt enim magis gloriam hominum,quam gloriam Dei.* In illis ſiquidem Principibus teſtatur Euangeliſta fuiſse fidem abſque charitate; eam autem fuiſſe veram fidem, patet ex eo, quod cum toto illo capite locutus de illa fuiſset, Chriſtumque dicentem induxiſſet: *Ego lux in mundum veni, vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat,*quod ſine dubio de vera fide iuſtificante intelligi debet,ita quoque, & illud, *multi ex Principibus crediderunt in eum,*cum eadem ſint verba, eademque phraſis, & D. Auguſtinus tract.53. & 54. ſic ea interpretatus fuerit; *Quidam,* inquit,*crediderunt prædeſtinati in vitam æternam, quidam vero non crediderunt. Eorum autem qui crediderunt, alij vſque adeo confitebantur, vt palmarum ramis acceptis venienti occurrerent, in eadem laudis confeſsione lætantes. Alij vero ex Principibus confiteri non audebant, vt de Synagoga non eijcerentur.* Hactenus Auguſtinus,vbi, dum eamdem fidem tribuit illis,qui cōfitebantur Ieſum manifeſtè, & illis qui confiteri non audebant; dubitarique non poteſt;quin fides confitentium vera fides in Chriſtum fuerit; fatendum quoque eſt talem, & fuiſse non confitentium, diſtinctaſque tantum fuiſse, quod in prioribus per dilectionē operabatur, in poſterioribus autem, veluti in iniuſtitia detenta, ſine dilectione

otiabatur

ur. Vndè idem Auguſtinus, vt
us ſupra, lib. 15. de Trinitate
ait: *Fidem ſine charitate poſse*
eſse, ſed non prodeſſe. Et tract.
epiſt. Ioannis. *Iam*, inquit, *cre-*
uis in Chriſto, ſed odit Chriſtum,
nfeſsionem fidei in timore pœnæ,
amore coronæ, adde huic fidei di-
m, vt fiat fides, qualem dicit Apo-
aulus, fides, quæ per dilectionem
r. Id ipſum docent cęteri Patres,
ęci, quàm Latini.

natius in epiſt. ad Epheſ. *Princi-*
nquit, *vitę eſt fides, finis vero eius*
, ambæ autem iunctæ, & in vnita-
e, hominem Dei perficiunt; talis
nodus loquendi ſupponit, quod
ri poſſint, ſed tunc fides non per-

gorius Nazianzenus orat. 40. in
m lauacrum; *Decimo, & poſtremo*
quit, *hoc dogmatum fundamento*
era extrue, quandoquidem fides
ribus mortua eſt, quemadmodum
ſi fides abſit. Vbi Sanctus Do-
am non agnoſcit fidē, niſi dog-
m, quæ ſit fundamentum iuſti-
is, & hanc ſupponit, poſſe abſ-
ctione eſſe, ſed mortuam.
ſoſtomus homil. 30. in Ioannē;
t: *Nunquid ergo ſatis eſt, ad vitā*
in filium credere? minimè, non
nnis, inquit, qui dicit mihi Domi-
nine, intrabit in Regnum Calorum;
ppoñit veram fidem poſse eſse
lectione, indèque poſtea oſten-
od licet fides etiam det vitam nō
ſola, ſed vtraque ſcilicet fides,
tio, cum aduerſarij è contra ve-
idem dilectionem adeſſe, ſed ſo-
ſuæ tribuunt vitam; Lutherus in
nt. ad cap. 15. Geneſ. & Calui-
antidoto Concilij ad can. 11.
Sola, inquit, fides eſt, quæ iuſti-
des tamen, quæ iuſtificat, non
.
roſius lib. 2. de officijs cap. 2. &
piſt. 74. Hieronymus lib. 1. in
num: *Circumciſio*, inquit, *nihil*
ræputium nihil eſt, ſed obſeruatio
mandatorum Dei: cum etiam fides, quæ
propria Chriſtianorum eſt, ſi opera non ha-
buerit, mortua dicatur; ſed fides, quæ
propria Chriſtianorum eſt, procul du-
bio eſt vera fides, quæque ad iuſtifica-
tionem inchoatiuè concurrit, ergo ve-
ra fides dici poteſt mortua, atque adeò
à charitate, qua viuit, ſeparabilis. Item
ad cap. 3. Micheæ: *Si autem*, inquit,
iuxta Septuaginta, quod dicitur, de hære-
ticis voluerimus accipere, qui verè pſeudo-
prophetæ ſunt, & dicunt. Hæc dicit Domi-
nus, & Dominus non miſit eos, non erra-
bimus, illi enim, &c. & dicunt, non ne-
ceſſe eſt, vt viuas continenter, & ſanctè;
habeto fidem, quam docemus, & omnia
promiſſa Domini conſequeris, quę loquen-
tes magis aduerſus eos iram Dei concitāt;
& quamuis nonnulli aduerſariorum
proteſtentur, ſe hoc non docere, alij
tamen non negant, nō ſolùm quia nul-
lum eſſe mortale peccatum, niſi infide-
litatis docent, contra quos habetur
can. 27. Concilij Tridentini ſeſſ. 6. *Si*
quis dixerit nullum eſſe mortale peccatum
niſi infidelitatis, aut nullo alio, quantum-
uis graui, & enormi, præterquam infide-
litatis peccato, ſemel acceptam gratiam
amitti, anathema ſit. Verùm etiam, quia
id ſequitur ex eorum doctrina. Si enim
ſola fides ex natura ſua iuſtificat, ſicut
nihil prodeſt illi, quod attinet ad hoc
munus, pręſentia aliarum virtutum,
quodq; ſit ab illis inſeparabilis, vt vo-
lunt aduerſarij, quia ipſa ſola iuſtificat,
ita nihil oberit ei, quod ſpectat ad idem
munus, præſentia vitiorum, excepto
illo infidelitatis, quia per accidens cū
ea iunguntur, ſiue vitia, ſiue virtutes,
& ipſa ſola iuſtificat.

Ratio autem cur vera etiam fides, de
qua ait Apoſtolus, *Accedentem ad Deum*
oportere credere quia eſt, &c. poſſit à
charitate ſeparari, & conſequenter ne-
queat ſola iuſtificare, deſumitur ex hoc
quod ſit actus intellectus, charitas autē
actus voluntatis; at licet actus volunta-
tis non poſsit eſſe abſque actu intelle-
ctus, nihilominus actus intellectus po-
teſt eſse abſque actu voluntatis; igitur

licet actus charitatis neceſſariò præſupponat actum fidei, nihilominus ex actu fidei non oritur charitas, vt propria paſſio, quæ neceſſariò fluit à ſubiecto, ſed vt virtus ad quam alia diſponit, & inclinat, fides enim dicitur gignere charitatem, quia diſponit, & inclinat eum, qui credit, ad diligendum eum, cui credit: huiuſmodi autem diſpoſitio, & inclinatio non cogit, ſed liberum relinquit hominem, vt diligat ſi velit, & nõ diligat ſi non velit. En ergo minor huius ſecundi argumen i probata, videlicet falſum eſſe, quod vera fides à charitate ſeparari non poſſit, indeque malè ab aduerſarijs inferri, quod ipſa ſola iuſtificet.

Quibus non obeſt quod ipſi objiciũt dici Ioannis 6. *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt, ipſe enim ſciebat, qui eſſent credentes, & quis eum traditurus eſſet*; dum enim Iudas dicitur à Christó non credere, quia eum traditurus erat, videtur inſinuare fidem ſine charitate eſſe non poſſe. Item 1. Ioann. 2. *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non ſeruat, hic mendax eſt*: & cap. 5. *Omnis qui credit, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt*, proindèque charitatem habet.

Reſpondetur enim ad primum locũ, non ideo Iudam tradidiſſe Chriſtum, quia fides ſit à charitate inſeparabilis, aut deficiente charitate pereat quoque fides, ſed potius quia deficiente fide perit charitas: indèque, cum Iudas vnus ex illis eſſet, qui audito ſermone Domini, de carne eius manducanda ſcandalizatus eſt, quique cæpit corde recedere ab eo, per incredulitatem, mirum non eſt ſi poſtea ex infidelitate ad proditionem Chriſti deuenit.

Ad ſecundum reſpondetur, Diuum Ioannem ibi loqui de fide viua per charitatem, ſeu de notitia familiaritatis, & amicitiæ, qui enim dicit ſic ſe noſſe Deum, & mandata eius non ſeruat, eſt mendax; vt enim idem S. Ioannes dicit: Deus non diligitur lingua, & ſermone, ſed opere, & veritate; probatio ſiquidẽ amoris exhibitio eſt operis; proptereaque Apoſtolus non vocat infidelem illum, qui dicit ſe noſſe Deum, vel fide viua credere in eum, & mandata eius non ſeruat, quaſi fides, & charitas ita ſint inſeparabiles, vt pereunte charitate pereat etiam vera fides, ſed mendacem eſſe dicit, quia mendax eſt, qui gloriãdo ſe habere fidem cum charitate coniunctam, non diuina tamen ſeruat mãdata, ſicut ab Apoſtolo Paulo vocatur iniuſtus, ſiue dicitur fidem in iniuſtitia detinere, qui charitate, & operibus eius illam non perficit, viuamque non reddit, cum fides ad illam tanquam ad ſuum finem ordinetur.

Eodem modo D. Auguſtinus tract. 10. in epiſt. Ioannis intellexit alterum eius locum cap. 5. omnem nimirum, qui fide viua, aut formata, quæ per dilectionem operatur, credit, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natum eſſe, ac proindè filium eius adoptiuum eſſe, non quia vera fides à charitate diſiungi non poſſit, ſed quia vbi cum illa reperitur non poteſt non ſequi perfecta iuſtificatio, non poteſt non lucere fides, & ardere, lucere ex ſe docendo, & oſtendẽdo veritatem, ardere autem operando per dilectionem. Similitudo enim ignis in Scriptura propriè tribuitur charitati, non verò fidei, niſi quatenus per charitatem, vbi ſemel coniungitur cum illa, liberè cooperante homine diuinæ gratiæ, viuit, & operatur. Sic in Canticis dicitur; *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*: Et: *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum*. Sic Roman. 13. *Charitas implet legem*; & 1. Corinth. 13. *Patiens eſt, benigna eſt, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, &c.* Vndè rectè Auguſtinus ait de illa, præfatione in Pſalm. 31. *Quod credit, fidei eſt, quod operatur, charitatis eſt.* Charitas igitur inſeparabilis eſt à fide, non autem fides à charitate, ſolaque proindè non iuſtificat, ſed iuſtificationem duntaxat inchoat: *Domus Dei*, inquit idem Auguſtinus ſerm. 22. de verbis Apoſtoli, *credendo fundatur, ſperando*

rigitur, diligendo perficitur . iò probatur concluſio, quia in aduerſarij contenduut, hominē iuſtificari, quia ſi iuſtificatio et etiam à charitate, eiuſque s, nemo certus eſſe poſſet, ſe ificatum, qua tamen in certitu- tificationem ſitā eſſe credunt; dicemus capite ſequenti, vana ſmodi certitudo iuſtificationis, n eſt cur indè aſtruant ſolam uſtificare.

ta, & vltima ratio fundatur in ne cauſarum, quæ poſſunt fin- ides ſola iuſtificet; vel enim id ueniret ex natura ſua, vel ex vo- Dei iuſtificantis, cui videlicet et donare iuſtificationem cum ditione, vel diſpoſitione actus d ex neutro capite hoc ipſi cō- go ſola fides non eſt iuſtificati- ior huius argumenti eſt certa eratione partium, vel cauſarū, ſunt reddi, vel adduci, cur ſola tificet. Minor autem probatur rimam partem, quia eo ipſo, era fides eſt actus intellectus, untate eum captiuante in ob- Chriſti, credimus vera eſſe, initus reuelata, & promiſſa uē illud in primis, à Deo iuſti- pium per gratiam eius, per re- nem, quæ eſt in Chriſto Ieſu; eſſe peccatores, egereque pro- ia Dei per eumdem Chriſtū, ufficiens actus, vt peccator abſ- tione, veraque pœnitentia tur ad Deum, receptutus ab eo uſtificationis, animæque ſani- Quemadmodum enim in cor- morbis initium quidem ſalu- dere ſe ægrotum, & medico lenti fidem habere, quod poſ- men ſola illa fides eſt integra a etiam, licet initium ſalutis s ſit ſupradicta fides, non ta- ſola eſt integra ſanitas, atten- tura, niſi accedat aliquid aliud voluntas Dei illam ſolam ad onem exigentis; quod nos ne-

gamus, & eſt altera minoris pars pro- banda.

Talis ſiquidem voluntas nota nobis non eſt niſi per Scripturam, aut tradi- tionem; ex Scriptura autem nullum prorſus habetur huius voluntatis argu- mentum; præterquam enim nullibi in ea dicitur, quod ſola iuſtificet fides, & aduerſarij volunt, nihil eſſe credendū niſi quod in Scriptura exprimitur, con- trarium expreſsè dicitur, ſcilicet, quod non fides ſola, vel non tantùm iuſtificet vt iam ſufficienter oſtendimus; quod- que conſequenter, vbi in Scriptura di- citur interdum iuſtificare; iuſtum ex ea viuere, ne ea ſibi contradicat, id debeat intelligi de fide viua, quæque per dile- ctionem operatur. Sed eſto adhuc in Scriptura reperiretur illa particula, *ſola*, qua plures vtuntur Patres dicentes, ſo- lam fidem Catholicā viuificare, & ſan- ctificare; nihil adhuc ſequeretur con- tra nos pro aduerſariorum errore; cum diuerſis modis, nulloque ex illis ei fa- uente, poſſit de vera fide dici, quod ſola iuſtificet.

Primò quod inter omnes fides, quæ etiam de Chriſto prædicantur, vel vſur- pantur, ſola fides Catholica, ad ſalu- tem conducat (& nulla hæreticorum fides, licet in Chriſtum credat) ſine qua nemo Deo placere queat; quo ſen- ſu, qui eſt veriſsimus, locutus eſt S. Leo dum ait epiſt. 60. *Sola fides Catholica viuificat, & ſanctificat*.

Secundò, quod comparando fidem Chriſti cum lege Moyſis, ſola fides in Chriſtum abſque lege iuſtificet; & ſic dum lex fidei ſola dicitur iuſtificare, opponitur legi Moyſis, eiuſque operi- bus, non autam charitati, & operibus eius, quæ, vbi homo iuſtificatur, fidem ſequuntur ex gratia, ſi illi cooperari velit. Et in hoc ſenſu locutus eſt Hi- larius can. 8. in Matth. vbi ait: *Mouet Scribas remiſſum ab homine peccatum; ho- minem enim tantùm in Ieſu Chriſto in- tuebantur, & remiſſum ab eo, quod lex laxare non poterat, fides enim ſola iuſti- ficat*: ſecluſa nimirum lege, quod ve-

riſsimum eſt, non autem excluſa charitate, & operibus eius; cum idem Hilarius can.7. expreſsè dicat: Salus gentium omnis in fide eſt, & in præceptis Domini vita eſt vniuerſorum. Item Chriſoſtomus homil.3. in epiſt. ad Titum, vbi ait: *Si credis fidei, cur alia infers, quaſi fides iuſtificare non ſufficiat ſola*, id eſt, ſine legalibus, vt patet ex contextu, cum dicit: *Quid te ſpontaneæ ſeruituti ſubdis, & legis iugo colla ſubmittis*; tali enim particula *ſola* non excluſiſſe opera, quæ fidem Chriſti ſequuntur, ſpem, dolorem,& dilectionē, quaſi illa non cooperarentur fidei ad iuſtificationem, charitaſque præſertim non perficeret, quod fides incipit, clarè conſtat ex pluribus, eius locis, hom. 30. citata in Ioannem, vbi ſic ait: *Nunquid ergo ſatis eſt ad vitam æternam in filium credere?* minimè &c. & infra: *non tamen dicimus fidem ſatis eſſe ſolam ad ſalutem*, &c. *cur enim non dixit, ipſa eſt vita ſola*; item homil. 70. in Matth. *Ne fideles*, inquit, *ſola ſe fide ſaluari poſſe confidant, de pœna malorum differit*: ac demum homil. 1. in 1. ad Timoth. *Non fide ſolum opus eſt, ſed etiam charitate.*

Tandem quod magis eſt in eodem ſenſu dixit Apoſtolus Roman. 3. *Arbitramur hominem iuſtificari abſque operibus legis*; ſignificans per opera legis, præcepta duntaxat ceremonialia, non autem præcepta Decalogi, vt interpretantur aduerſarij, volentes abſque illis fideles per ſolam fidem iuſtificari; cum enim Decalogus non pertineat ad legē veterem, dempto præcepto de obſeruando Sabatho, ſed ad legem naturalē; ſiquidem ante Moyſem omnia præcepta Decalogi à veteribus Patriarchis obſeruabantur; manifeſtè patet Apoſtolum eo loci non excluſiſſe talia præcepta; ac præſertim charitatem primatum inter illa tenentem; ſed tantùm voluiſſe hominem in nouo Teſtamento non iuſtificari per opera,ceremonias,& Sacramenta veteris legis, quia hæc pro ſtatu Noui Teſtamenti, non tantùm non cōferunt ad iuſtificationem, ſed potius ei nocent,vt ſuperiori ſectione ad copiam contra Armenos, & alios oſtendimus; proindèque iure merito dixit Apoſtolus, *Arbitramur hominem iuſtificari ſine operibus legis*; ſicut etiam, quia hoc ſolùm deerat Iudæis, vt poſt mortem, & paſſionem Chriſti iuſtificarentur, quod in eum crederent, nam etiam actum amoris Dei, actum contritionis de peccato,& cęteros alios internos habebát, id in cauſa fuit, cur idem Apoſtolus nonnunquam ſolius fidei in Chriſtum mentionem fecerit.

Igitur ex huc vſque dictis ſatis patet, Eccleſiam Catholicam non abſolutè negare hunc loquendi modum,quod ſola fides iuſtificet, ſed tantùm in illo ſenſu, quo ſectarij dicunt, ipſam ſolam ita iuſtificare, vt nulli alij actus ad iuſtificationem requirantur, cuius oppoſitum iam ſufficienter oſtendimus, manentque ex illis ſoluta omnia eorum argumenta. Vndè fit.

Octaua, & vltima concluſio. Fides, & aliæ diſpoſitiones iuſtificationē præcedentes, illam abſolutè, ſiue de condigno non merentur. Iſta concluſio non ſolum procedit de huiuſmodi actibus, vel operibus ſolis naturæ viribus factis, verùm etiam de illis, quantumuis ex gratia Dei prouenientibus, pertinetque ad fidem intellecta de merito abſolutè, & ſimpliciter tali; nec ab ea diſſentiunt ſectarij; vndè illam pono ad arguendum eos mendacij, Catholicis imponentes, quod doceant, per illa opera ex Dei gratia facta hominē promereri iuſtificationem; cum tamē Sacra Synodus Tridentina, quam,vt magiſtrā ſequimur, contrarium expreſsè doceat ſeſſ.6. cap. 7. vbi omnes iuſtificationis cauſas recenſens ait: *Meritoria autem Ieſus Chriſtus, qui cum eſſemus inimici, &c. ſua ſanctiſsima paſsione in ligno crucis nobis iuſtificationem meruit*: vbi cauſa meritoria illius ſoli Chriſto tribuitur, quod clarius expreſsit cap. 8. dicens: *Gratis autem iuſtificari ideo dicimur, quia nihil eorū, quæ iuſtificationem præcedunt,*

es, *ſiue opera, ipſam iuſtificationis*
m promeretur, ſi enim gratia eſt, iam
ẹ operibus, alioquin, vt idem Apo-
inquit, gratia iam non eſt gratia.
xi concluſionem eſſe de fide, ſi in-
atur de merito abſolutè, & ſim-
er tali, ſeu de merito de condigno,
i loquatur de merito provt ab-
t ab iſto, & à merito de congruo,
ſt tam certa. Non enim deſunt
s doctores tam antiqui, quam mo-
, qui aſſerant, non tanquam de fi-
tum, ſed probabile tantùm, quod
, & alia opera per Dei gratiam fa-
ſtificationem præcedentia illam
o modo mereri dici poſſint, non
n abſolutè, & ſimpliciter, eo mo-
io dicemus infra, opera iuſtificati
æternam promereri; & ideo aſſi-
illam diſtinctionem meriti de cõ-
, & de congruo, quæ licet expreſ-
n inueniatur in ſcripturis, ſufficiẽs
n habetur in illis eius fundamen-
reſque ſignificata, vt *meritum de*
gno id dicatur, cum opus tale eſt,
ex abſoluta, & certa Dei promiſ-
, & pacto, ac ex iuſtitia meretur
am & mercedem, quomodo opus
tia Dei à iuſtificato factum dici-
condigno mereri vitam æternã,
ue propterea in Sacra Scriptura,
s *& corona iuſtitiæ*. Vocetur autem
m de congruo, vbi quidem opus
bonum eſt ex gratia Dei factum,
i Deus non ex pacto præmium,
ercedem promiſerit, ſed tamen
ni aliquam ſpem dederit, aliqua-
romittendo ſi fecerit, non autem
ſoluta obligatione. Et hoc pacto
ulli doctores ſtatim citandi do-
idem, & alias diſpoſitiones dici
mereri iuſtificationẽ, quia Deus
qui credunt, & pœnitentiam ex
agere volunt, ſpem veniæ indica-
on tamen ex pacto promiſit; &
non dicitur Deus illis veniam, vt
iudex concedere, ſicut iuſto co-
n, ſed vt miſericors Dominus, &
rbis aliqualem dubitationem in-
tibus, provt habetur Ioel. 2. *Con-*
uertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ, quis ſcit, ſi conuertatur, & agnoſcat. & Ionæ 3. vbi cũ v. 8. dixiſſet, *Clament ad Dominum*, &c. mox ſubiungit v. 9. *Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus*. Quare dicunt hæc pœnitentiæ opera aliqualiter mereri, ita tamen vt Deus ex pacto non obligetur, ſed ſolùm diſponant hominẽ ex eius ordinatione, & gratia tanquam conditiones requiſitæ, vt homini peccata miſericorditer remittat, & ex congruitate illi gratiam conferat, ita vt licet abſolutè non mereatur, nec Deus obligetur, congruum tamen ſit, vt Deus talis hominis, qui cum ipſius auxilio voluntariè talia præſtat opera, miſereatur, eique ſuam gratiam largiatur.

Igitur cùm fide certum ſit inter doctores Catholicos, fidem, & alios præcedentes actus, veras eſſe ad iuſtificationem diſpoſitiones, eoſque debere eſſe ſupernaturales, actiuèque, & liberè à nobis elicitos, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 4. can. 4. *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari conſentiendo Deo excitanti, quo ad gratiam ſe diſponat, ſed paſſiuè ſe habere, anathema ſit*; vt enim rectè ait Diuus Auguſtinus tract. 3. de verbis Apoſtoli: *Non eſt Deus adiutor, ſi nihil agamus, non eſt cooperator, ſi nihil operemur*; vt docent ſectarij, volentes liberum arbitrium in negotio iuſtificationis, eſſe veluti ſeruum, & mancipium ipſius Dei, abſque vlla prorſus libertate; Tandem cum eadem fide, certum ſit, huiuſmodi actus iuſtificationem præcedentes, illam non mereri abſolutè & ſimpliciter, ea tamen ſalua diſputatur inter doctores Catholicos, num illã aliqualiter, ſeu de congruo mereantur. Negant enim Capreolus in 4. diſtin. 14. q. 2. art. 3. Medina 1. 2. qu. 114. art. 5. alijque plures ibi, exiſtimantes eſſe ſententiam Sancti Thomæ. Affirmant autem Ferrarienſis 3. contra Gentes cap. 149. Bellarminus lib. 1. de iuſtificatione cap. 21.

Verum

Verum quidquid ſit de maiori, vel minori vtriuſque ſententiæ probabilitate, nunc tantùm aſſero probabile eſſe, nihilque contra fidem aſſeri, ſi dicatur fidem, cœteroſque actus ſupernaturales iuſtificationem præcedentes illam aliqualiter, ſeu de congruo mereri. Primò quia non ſolum in Scriptura nihil habetur in contrarium, ſed potius illæ propoſitiones *per* & *ex* quibus vtitur loquendo de fide ad iuſtificationem diſponente Roman. 3. 28. *Arbitramur hominem iuſtificari per fidem*; & cap. 5. verſ. 1. *Iuſtificati ergo ex fide*, videntur inſinuare aliqualem in illa meriti rationem, vt ſileam nomen. Secundò quia nedum illi, ſed & cæteris actibus eam expreſsè tribuunt Patres. Origenes homil. 11. in Leuit. cap. 20. *Purgatio peccati*, inquit, *per pœnitentiam conſtat, quam, vtrum quis digne gerat, ita vt mereri veniam ex ea poſſit, videto.* Cyprianus homil. 5. de lapſis: *Qui ſic Deo ſatisfecerit, qui pœnitentia facti ſui, qui pudore delicti, plus virtutis, & fidei de ipſo lapſus ſui dolore conceperit, exauditus, & adiutus à Domino, quam contriſtauerat nuper, lætam faciet Eccleſiam, nec iam ſolum Dei veniam merebitur, ſed coronam.* Ambroſius lib. 2. de pænitēt. cap. 3. *tam cito*, ait, *veniam meretur, vt venienti, & adhuc longe poſito occurrat pater, oſculum tribuat.* & lib. 10. in cap. 22. Lucæ: *Reſpexit Dominus Petrum, & lachrymæ veniam non poſtulant, ſed merentur*: & infra: *Et tu, ſi veniam vis mereri, dilue culpam lachrymis tuam.* Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos: *Qui peccata ſimpliciter confitentur, merentur humilitate clementiam Saluatoris.* Auguſtinus pluribus in locis: lib. de Spiritu, & Littera cap. 13. vbi ait: *Quod factorum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat*, & cap. 30. *per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum per gratiam ſanatio animæ.* lib. de prædeſtinat. Sanctorum cap. 7. *Ex fide ideo dicit Apoſtolus iuſtificari hominem, non ex operibus, quia ipſa prima datur, ex qua impetrantur cætera, quæ propriè opera nuncupantur, cum quibus iuſtè viuitur.* Epiſtola 105. vbi aſſerit fidem ita eſſe ex nuda gratia ſine vllis præcedentibus meritis, vt expreſsè de illa dicat; *nec ipſa remiſſio peccatorum ſine aliquo merito eſt, ſi fides hanc impetrat &c.* idem habet epiſt. 106. vbi etiam clariſſimè obiectio aduerſariorum refutatur, & oſtenditur, quod fides præcedens iuſtificationem, eamque impetrans, ſit ex gratia, adeoque adhuc gratis detur iuſtificatio, quia per fidem ex gratia prouenientem. Vnde lib. 1. retract. cap. 23. ſic retractat illud, quod dixerat, *noſtrum eſſe quod credimus*, quaſi fides eſſet ex nobis tantùm, & non ex gratia, vt tamen confirmet eam inchoare meritum. En ergo quomodo Sancti Patres fidem, & alios actus pœnitentiæ, ac dilectionis ex gratia Dei factos, non dubitauerint vocare merita, dicereque illos mereri, ſeu impetrare iuſtificationem. Quia tamen nec ſunt, nec abſolutè dicenda ſunt merita, ſicut illa opera, quæ ab homine iam iuſtificato fiunt, quibus à Deo merces, & corona promiſſa eſt, inde Concilium Tridentinum omiſſo meriti nomine, eo tantū diſpoſitionis vtitur; dum ait ſeſſ. 6. c. 7. quod *Spiritus Sanctus iuſtitiam partitur ſingulis prout vult, & ſecundum propriā cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem*; capite verò 8. quod *nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur.* Hinc apparet, quam iniuſtè ſectarij dicant, nos aſſerere, eſſe de fide, quod per illa opera ex Dei gratia facta homo mereatur iuſtificationem, quocumque meritum ſumatur modo, inſulſeque derideant Doctores illos Catholicos, qui cum citatis Patribus, Diuoque præſertim Auguſtino tribuūt illis, aliquale meritum de congruo.

Ad quod tertio probandum non deſunt etiam rationes. Prima, quia dum homo verè ſuis actibus ex auxilio gratiæ ſe diſponit, & præparat ad receptionem gratiæ ſanctificantis, certè non aliter

ſe diſponit, niſi impetrando a-
mnis enim qui petit accipit, &
ęrit inuenit, & pulſanti aperie-
cæ 11. ita vt Deus intuitu bonæ
tionis hanc gratiam largiatur;
c ipſum intelligitur nomine me-
congruo, ſiue accepti in tota-
tudine; vſurpauitque pro eodē
s Auguſtinus citata epiſt. 105.
: *Non eſt remiſſio peccatorum ſine
merito, ſi fides hanc impetrat*; fi-
ur, cæteriſque actibus, quibus
ificationem ſe diſponit homo,
nda non eſt aliqualis meriti ra-
llumque ſequitur abſurdum ex
s nominis, vbi habemus rem
atam. Immo ſi Diuus Auguſti-
ijque Patres, eo tempore, quo
ni nimis humana extollebant
, vltro conceſſerunt, abſque vllo
periculo, fidem, & orationem,
e actus procedentes ex auxilio
nereri remiſſionem peccatorum;
nagis hoc tempore, quo ex ad-
Iouatores merita noſtra depri-
ıdent, poſſumus, & debemus li-
hac re vti nomine meriti modo
to.

a ratio eſt, quia actus fidei, aut
ıicumque ita pręcedens iuſtifi-
n, vt procedat ab auxilio diui-
iæ, non eſt amplius ordinis na-
ſed ſupernaturalis, vt ſupponi-
o habet aliquam proportionem
eriori gratia obtinenda, atque
quod meritum, ſeu dignitatem,
ı reperitur in opere merè natu-
eterquam homo per tales actus
turales ex auxilio gratiæ cum
t Deo, quantum exhiberi po-
ra creatura, & quantum à Deo
gitur pro remiſſione culpæ, &
ntegratione amicitiæ; hoc ipſo
ım videtur, quod Deus pro ſua
ate, ac miſericordia tali ho-
ccata remittat, per infuſionem
anctificantis. Cum hac tamen
ia, quod diſpoſitiones vltimæ,
unt actus charitatis, vel contri-
tionis, ex ſuppoſitione tamen, quod nō
ſint ab ipſamet gratia habituali efficiē-
ter, ſicut plures defēdunt Theologi, ſint
veluti immediatè meritoriç, & impetra-
toriç illius, quæ ſemper coniungitur cū
illis, diſpoſitiones verò remotç mediatè
ſolum, impetrando nimirum, vt Deus
tribuat commoditatem ſuſcipiendi Sa-
cramentum, cuius virtute cum ſola at-
tritione iuſtificatur homo; vel conferat
vlterius auxilium perfectius ad exer-
cendum actum dilectionis, aut contri-
tionis, quo tandem immediatè obtinea-
tur gratia iuſtificans.

Dixi vltimam diſpoſitionem ad gra-
tiam eſſe meritoriam eiuſdem gratiæ
iuſtificantis, ex ſuppoſitione, quod ab
ea efficienter non procedat. Nam ſe-
cundum opinionem illorum, qui ad-
mittunt huiuſmodi diſpoſitionem eſſe
effectum gratię habitualis iam rece-
ptę, non poteſt vllo modo eandem gra-
tiam mereri, nec condignè, nec con-
gruè, cum ſit poſterior. Nec valet di-
cere, eſſe quidem poſteriorem in gene-
re cauſæ efficientis, priorem verò in ge-
nere cauſæ materialis: ſi quidem meri-
tum, & meritorium opus reducitur ad
genus cauſæ efficientis, & mereri pro-
priè eſt agere, aut ſaltem egiſſe in tem-
pore præterito; igitur cum gratia ha-
bitualis ſit prior in genere cauſæ effi-
cientis contritione, & dilectione Dei
ſuper omnia, neceſſariò ſequitur nullo
modo poſſe hominem per tales actus
mereri infuſionem eiuſdem gratię ha-
bitualis, ſed ſolum aut confirmationē,
aut conſeruationem ipſius.

Quod authores Catholici, negantes
actibus ad iuſtificationem præuijs quā-
cumque rationem meriti, obijciunt,
alias gratiam non fore gratiam, ſicut ar-
gumentatur Diuus Paulus Roman. 11.
propter eaque Concilium Tridentinum
ſeſſ. 6. cap. 8. & ſeſſ. 16. cap. 4. de
pœnitentia, abſtinuiſſe à nomine me-
riti de congruo, ſolumque dixiſſe ho-
minem ſe diſponere, & præparare ad
iuſtificationem, obtinere, & impetrare
ipſam;

ipſam; etſi ex huc vſque dictis ſufficiēter ſolui poſſet, fuſius tamen rem adhuc explicare placet.

Prænoto igitur, quod Diuus Paulus loco citato poteſt intelligi vel de prima gratia auxiliante, vel de prima gratia ſanctificante, vt videtur intellexiſſe Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 8. vbi agendo de illa gratia adducit locum Apoſtoli, neque enim inconueniens, aut nouum eſt in eodem Scripturę loco plures agnoſcere ſenſus, etiā litterales, vt ſuo loco probauimus. Si igitur locus Diui Pauli intelligatur de prima gratia auxiliante, iam certum eſt non dari ex operibus contra Pelagianos; Si verò intelligatur de gratia iuſtificante; rectè etiam aſſerit Concilium hominem iuſtificari gratis, eo ſenſu, quod homo quantumuis diſpoſitus non meretur de condigno gratiam iuſtificantem; ideoque adhuc hæc gratia tribuitur gratis. Dupliciter enim aliquod donum poteſt vocari gratuitū: vno modo, ſi ex nullo prorſus motiuo ex parte recipientis conferatur, ſed ſolum ex mera liberalitate donantis: alio modo, ſi inueniatur quidem diſpoſitio aliqua, ſeu impetratio, atque meritum de congruo ex parte eius, qui recipit, quod tamen cum non ſit meritum propriè, ac ſimpliciter dictum, cuique correſpondeat præmium, & merces; propterea adhuc donum collatum dicitur ſimpliciter, & abſolutè gratuitum; ſicut vtique dicitur diues gratis dare eleemoſynam pauperi petenti, & illam ſua humiliatione impetranti, ſi quidem per hoc non tenebatur eleemoſynam elargiri, neque petitio pauperis condigna erat. In priori ergo ſenſu intelligendum eſt ad mentem S. Auguſtini contra Pelagianos, primam gratiam auxiliantem eſſe donum gratuitum, inter ipſos enim potiſſima fuit controuerſia de hac gratia, an videlicet ad ipſam præcederet aliquod meritum ex viribus liberi arbitrij; aut ſi fuit de gratia iuſtificante, ſolummodo negauit Auguſtinus alijque Patres cum ipſo, hominem poſſe mereri huiuſmodi gratiam, aut ſe diſponere ad illam, ſolis pariter naturæ viribus. In poſteriori autem ſenſu intelligendum eſt ad mentem Concilij, primam gratiam iuſtificantem dari gratis, hoc eſt, non ex operibus meritorijs de condigno, quia alioqui ipſa gratia iuſtificationis non eſſet gratia in eodem ſecundo ſenſu. Quod autem Sacrum Concilium loquendo de illis actibus ad iuſtificationem pręuijs, abſtinuerit nomine meriti, etiam de congruo, indicat ſolum noluiſſe dirimere controuerſiam inter Theologos de hoc merito, ſed tantum definire voluiſſe ea, quæ erant certa, & pertinebant ad explicationem fidei; ſecundum quam in adultis requiruntur diſpoſitiones, ſiue motus liberi arbitrij ſupernaturales ad receptionem gratiæ iuſtificātis, ſiue tales actus ſint meritorij de congruo, ſiue non, quod relinquitur liberæ Catholicorum diſputationi. Pręterquam dici poteſt Concilium ſufficienter expreſſiſſe rationem meriti de congruo in huiuſmodi actibus, cum vocat eos impetratorios, quod eſt vnum, & idem, vt vidimus ſupra ex Auguſtino. Vnde iſta difficultas ad ſolam quæſtionem de nomine reduci videtur; falſumque eſt, quod dicunt aliqui, omne ſcilicet meritum habere relationem ad mercedem, adeo vt ſi detur meritū de congruo in ordine ad gratiam iuſtificantem, debeat vocari merces, quod tamen negat Auguſtinus epiſt. 56. falſum, inquam, eſt, omne meritum habere relationem ad mercedem, etenim meritum latius patet, quam merces, cum aliud ſit condignum, cui debetur merces ex iuſtitia; ſi quidem merces, vt vulgo ſumitur, includit debitum, & obligationem; aliud verò congruum, cui debetur, non merces, ſed collatio alicuius doni ſolum ex decentia, & honeſtate; proptereaque rectè negat Auguſtinus donum iuſtitiæ vocari poſſe mercedem, etſi ipſe concedat actibus præ-

js ad illud rationem meriti de cō-
. Totam rem insigni Doctoris
lici Diui Thomæ teſtimonio, &
ritate ſigillabo, in 2. diſtinct.27.
. 1. art. 4. ad 4. *Dicendum*, inquit,
indignum poteſt ſumi dupliciter, vel
uè tantum, & ſic Deus dat gratiā
is, quia his, qui non ſunt ſufficien-
hoc digni; ſed tantum habent ali-
diſpoſitionem ad recipiendum, ex
icuntur quodammodo ex congruo
m mereri, nec ex hoc ſequitur, quod
uſtus, ſed liberalis. &c. Quæ verba
oſſunt intelligi de prima gratia
ante, ſic enim nullus eam poteſt
i nec de condigno, nec de con-
igitur intelligenda ſunt de prima
iuſtificante, quam quidem bona
moralia ex ſolis viribus naturæ
cta nullo modo merentur etiam
gruo, loquendo de congruitate
nte tam ex parte operis, quam ex
operantis; ſecus autem diſpoſi-
procedentes ex auxilio gratiæ,
odi ſunt actus fidei, ſpei, dile-
s Dei, contritionis, & alij eiuſmo-
ui iuſtificationem præcedunt in
s. Et ita quando Diuus Thomas
æſt. 114. art. 5. & alibi negat gra-
adere ſub vllum meritum, debet
ari de primo auxilio, primaque
vocante, ſeu excitante, quæ re
ſt prior omni merito, etiam con-
non verò de prima gratia iuſtifi-
& gratum faciente; aut ſi apertè
ur de hac gratia, denegat ſolum
tionibus ipſam ex auxilio diui-
tecedentibus, rationem meriti
citer, & abſolutè talis, ſiue de
gno, aut etiam rationem meriti
gruo, loquendo de congruitate
ente ex parte operantis, non au-
parte operis, vt docet Monteſi-
quæſt. 114. diſput. 36. quæſt. 4.
tè explicat, congruitatem huius
eſſe ſolum ex parte actus, qui
ernaturalis, non ex parte perſonę
in peccato exiſtentis.
iret aliquis, vtrum ex eo, quod
actus ſint veræ ad iuſtificationē
diſpoſitiones, & ſecundum aliquos, vt huc vſque explicuimus, meritorij illius de congruo, propterea dici poſſit homo ſeipſum iuſtificare. Affirmatiuè reſpondet Ruardus Taperus art. 2. Louanienſi contra Lutherum cum nonnullis alijs; quia, inquiunt, homo vltimam diſpoſitionem, ad quam ſequitur gratia iuſtificans, adiutus diuino auxilio, realiter producit: vnde vt in naturalibus homo dicitur propriè, & per ſe generare hominem: licet animam rationalem non producat, quia ſcilicet vltimam diſpoſitionem, ad quam ſequitur infuſio animæ rationalis, producit: ita & in ſupernaturalibus, homo dicetur ſeipſum iuſtificare, quia in ſe ipſo per Dei auxilium talem producit diſpoſitionem: & hinc eſt, quod 1. Ioann. 3. habeatur, *Qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſeipſum.*

Nihilominus oppoſita ſententia videtur mihi longe probabilior, quia licet homo per dictos actus etiam mereatur de congruo infuſionem gratiæ, quia tamen verba iuſtificare, ſanctificare, imo & glorificare, ſignificant productionem, & infuſionem habituum gratiæ, & luminis gloriæ, quę efficienter à ſolo ſunt Deo, & in nobis ſine nobis, ita vt anima duntaxat paſſiuè ſe habeat ad illorum receptionem, iuxta illud Pſalmiſta *gratiam, & gloriam dabit Dominus*, hinc eſt, quod abſolutè dici non poſſit homo iuſtificare ſeipſum, imo nec glorificare, licet alias mereatur gloriam de condigno; ſicuti ſi verbum generare hominem, ſe extenderet ſolum ad animę creationem, & infuſionem ſignificandam, non autem productionem totius compoſiti, nequaquam homo dici poſſet generare alium hominem.

Per quod patet ad exemplum, & rationem Ruardi; ideo enim homo dicitur ſine addito, & ſimpliciter generare hominem, quia talis modus loquendi non ſignificat creationem, & infuſionē animæ, ſicut verbum iuſtificare ſignificat collationem, & infuſionem gratiæ,

ſed productionem totius compoſiti, ſiue vnionem partium eius, cuius quia homo eſt cauſa efficiens principalis, inde propriè dicitur, & abſolutè generare hominem, non autem iuſtificare ſeipſum, ſed tantum impropriè, & diſpoſitiuè, quo ſenſu intelligendum eſt teſtimonium Diui Ioannis; & alia ſimilia, ſi in ijs ſermo ſit de iuſtificatione.

Vltimo tandem cum ſalua etiam fide diſputetur inter Theologos, num actus dilectionis Dei ſuper omnia, & actus contritionis, vt ſunt diſpoſitiones vltimæ ad iuſtificationem, quibuſque poſitis, ea ſtatim ponitur, proueniant ab auxilio illo actuali, quod præueniens, & excitans gratia nuncupatur, an verò ab ipſomet habitu charitatis; videtur mihi illa ſententia probabilior, magiſque conformis Concilio Tridentino, quæ aſſerit eos actus prouenire ab auxilio; ſeſſione enim 6. Concilij cap. 5. & 7. clarè inſinuatur: Diſpoſitiones præuias ad iuſtificationem eſſe per gratiam actualem præuenientem, qua quis per modum tranſeuntis excitatur à Deo, vt eum diligat, & peccatum deteſtetur: de quo fuſius tomo ſequenti, & alijs ſimilibus, vnde nunc tantum ſit de præſenti controuorſia aduerſus Nouatores.

CAPVT XV.

Oſtenditur aduerſus Lutheranos, & Caluiniſtas, eorumque ſequaces nullum fidelem poſſe, multoque minus debere, eſſe certum certitudine fidei diuinæ, cui non poſſit ſubeſſe falſum, de ſua iuſtificatione, perſeuerantia in ea, & conſecutione vitæ æternæ.

LVtherus in articulo 10. 11. & 12. eorumdemque aſſertione; & Caluinus lib. 3. inſtitut. cap. 2. §. 16. & ſequentibus; nec non in Antidoto Concil. ſeſſ. 6. connexe, & ſubſequenter ad alios ſuos errores; *Primò*, quod cauſa formalis iuſtificationis non eſt donum aliquod à Deo infuſum, atque nobis inhærens, ſed ipſamet iuſtitia Chriſti fide, veluti manu apprehenſa, qua vnuſquiſque certo credere poteſt, & debet non tantum generaliter, quod propter Chriſtum verè pœnitentibus remittantur peccata, ſed & quod ipſimet homini credenti remiſſa ſint propter Chriſtum per fidem, ita vt talis fides ſit ſola iuſtificans, ſeu diſponens ad iuſtificationem; *Secundò*, quod illa ſit propria electorum; *Tertiò*, quod ſemel adepta nunquam amitti poſſit, adeo vt, qui poſt fidem, & iuſtificationem ad peccata redeunt, ſignum ſit eos nec veram fidem, nec veram vnquam habuiſſe iuſtitiam; *Quartò*, quod, qui dictam fidē habet, certus ſit de ſua fide; ſupradicti, inquam, hæretici, eorumque ſequaces conſequenter ad hos errores docent, vnumquemque fidelem certum eſſe de ſua iuſtificatione, ſi enim, qui fidem habet, is de ſua fide certus eſt, debet quoque eſſe certus de ſua iuſtificatione, ad quam ſola fides concurrit apprehendens iuſtitiam Chriſti; item de ſua in ea perſeuerantia, ſtante fidei inamiſſibilitate; ac tandem de conſecutione vitę æternæ, quia fides propria electorum eſt.

Ad explicationem, & intelligentiam veritatis Catholicæ contra hunc errorem, animaduertendum eſt primò multiplicem eſſe diuiſionem certitudinis, in cuius membris explicandis licet Doctores varijs vtantur terminis, in vnum tamen coincidunt. Primum igitur ex dictis à nobis tom. 1. lib. 2. ſect. 4. c. 4. datur vera, & falſa certitudo; falſa eſt illa, quæ errat: errat autem ſi falſum pro vero; vel dubium pro certo tenet: impoſſibile eſt enim, quod cognitio falſa poſſit eſſe certa, & quod de re verè, & realiter dubia poſſit quis veram obtinere certitudinem.

Hanc certitudinem nonnulli vocant adhæſionis, qua ſcilicet quis firmiter adhæret alicui obiecto, quodcumque illud ſit, ſiue verum, ſiue falſum; alij verò ex parte ſubiecti, ſeu cognoſcentis, & aſſentientis; non quod omnis certitudo

o adhæſionis, aut ex parte ſubie-
nper ſit falſa, ſed quia non datur
ertitudo falſa, niſi ex parte ſubie-
uatenus voluntas pro ſuo ſolo ar-
, aut potius libito inconcuſſum
ntellectum in aliquo aſſenſu,tan-
on merente eius obiecto,vel mo-
rmitatem. Vnde non tam certi-
s, quam falſæ perſuaſionis, aut
aciæ nomen illi debetur. Sic ſe
t omnes hæretici, qui errantes
idem, ita tamen firmiter, ac per-
er ſuis adhærent erroribus, ac ſi
ma pro illis veritas eſſet; nec nō
ſarij, vt videbimus, dum aſſerunt
ſe eſſe de ſua iuſtitia, perſeue-
,& vita æterna.

vera certitudo eſt illa, quæ non
ſed vera pro veris, & certa pro
hocque ſolido cum fundamen-
l motiuo cognoſcit. Diuiditur-
ut veritas in formalem, & obie-
; formalis eſt in cognitione ipſa,
entia cognoſcente, & denomi-
maliter certam tum cognitionē,
iam ipſam potentiam; certitudo
biectiua reſidet intrinſecè in
o cognitionis certæ, eſtque ra-
obiectiua in qua fundatur cer-
formalis; vnde obiectiua eſt
ua, ſeu cauſa effectiua, vel ſal-
minatiua certitudinis formalis.
reaque iuxta triplex,quod obie-
rebus ineſſe poteſt certitudinis
entum, triplex etiam datur cer-
formalis, ſeu cognitionis; *Pri-*
dentię, earum ſcilicet rerum,
quo modo videntur; ſiue quan-
lium, per quod aſſentitur intel-
euidenter cum ipſa re coniun-
quæ certitudo in aſſenſu ſcien-
eperitur; *Secunda* ineuidentiæ,
m earum rerum, quæ ſola fide
ur; cuius certitudinis primum
n habent, quæ propter diuinam
tatem creduntur; & hęc eſt
do fidei Catholicæ, & diuinæ,
e ſimpliciter, & abſolutè eſt
lo, quoniam nulla ratione po-
ubeſſe falſum; ſecundum autem

ea, quæ creduntur propter authoritatē humanam, plerumque tamen ita confirmatam, & celebrem, vt licet non tanta ſit, vt ei nullo modo falſum ſubeſſe poſſit, omnis enim homo mendax, tamen tanta eſt, vt omnem formidinē excludat, temerariuſque meritò iudicetur, qui contra ſentiat, aut diſputet; qualia ſunt Romam eſſe, Ciceronem, & Virgilium aliquando floruiſſe, & ita de ſimilibus. Tertia certitudo eſt moralis; quam licet aliqui confundant cū certitudine fidei humanæ, quatenus nonnunquam tanta eſſe poteſt, vt omnem etiam formidinem excludat, alij tamen diſtingunt, aut quia non ob ſolā authoritatem, ſed alijs etiam pluribus ſignis, aut argumentis talis certitudo generari poteſt; aut quia, licet non expellat formidinem, ſufficere putant, quod hominem ſecurum reddat, & anxietatem excludat, adeoque idem eſſe habere certitudinem probabilem, & certitudinem moralem, vbi enim eſt formido,talis certitudo non videtur excedere limites opinionis,coniecturaliſque cognitionis.

Secundò notandum eſt, certitudinē fidei diuinæ eſſe veluti duplicem, vna enim dicitur fidei diuinæ, & Catholicæ, quæ conſiſtit in aſſenſu eorum,quæ ab Eccleſia vniuerſali credenda proponuntur tanquam diuinitus reuelata, quales ſunt omnes articuli fidei: altera verò dicitur fidei diuinæ priuatæ, & particularis, quæ conſiſtit in aſſenſu eorum, quæ priuatę dumtaxat perſonæ reuelantur, & quæ omnibus non ſunt ad ſalutem neceſſaria: talis fuit aſſenſus in Moyſe, quando dixit illi Deus, *Inueniſti gratiam coram me*, & in Beatiſſima Virgine, quando ab Angelo dictum eſt illi, *Aue gratia plena*; huiuſmodi enim reuelationes eo tempore, quo illis factæ ſunt, ad eos tantùm, & non ad reliquos fideles ſpectabant. Neque propterea neceſſe eſt diſtinguere fidem Catholicam à fide Diuina priuata, vel ſpeciali, quamuis enim inter ſe differant materialiter ratione obiecto-

rum, quodque fides Catholica non tãtum diuina ſit, ſed etiam omnibus hominibus neceſſaria; fides autem diuina priuata ad eos ſolum pertineat, ad quos reuelatio pertinet, nihilominus nequaquam differunt, quantum ad certitudinem abſolutè, neque ſunt habitus diuerſi, ſed vnus, & idem, cum ſola eiuſdem æternę veritatis auctoritate nitantur.

Tertiò obſeruandum eſt, ex hac quæſtione, vel controuerſia, num quilibet fidelis certus eſſe poſſit, & debeat certitudine fidei diuinæ, quod ipſe ſit iuſtus ex communi verbo Dei reuelato, dependere aliam de fiducia, an quilibet fidelis firmiſſimè fidere poſſit, & debeat ſibi dimiſſa eſſe peccata, vt formidare non debeat de oppoſito; ſi enim certitudine fidei diuinæ ſemel homo certus ſit ſe eſſe iuſtificatum, tunc etiã ſine formidine confidere poteſt, & debet, quia certitudo fiduciæ ſi vera ſit, & non falſa, dependet ex certitudine fidei, ſeu cognitionis; vera enim certitudo pertinet ad intellectum, & non ad voluntatem, proindeque actus eius propriè non eſt certus, ſed firmus, ſi ſine formidine confidat; poteſtque ex prauo affectu firmiter de aliqua re confidere, de qua tamen nullam habet intellectus certitudinem, vel ſi habet aliquam ex falſis rationibus, tunc, ſi ſine formidine confidat, *vana proternia eſt, & præſumptio*, vt eam vocat Concilium inferius citandum. Fiduciam autem eſſe actum voluntatis non infitiantur aduerſarij, cum nihil ſit aliud, vt docẽt Theologi, quam ſpes roborata, iuxta illud Iobi 8. verſ. 13. *Spes hypocritæ peribit &c. & ſicut tela aranearum fiducia eius*; quam ſpem nullus dubitat eſſe actum voluntatis.

Igitur cum ſpes Theologica innitatur fidei diuinæ, atque adeo nullam aliam veram certitudinem, aut firmitatem, nec alio habere poſſit modo, niſi ſecundum quod fides diuina rem ſperandam proponit, ac promittit, quandoque conditionatè, ſicut hominibus ſuam promittit gratiam, ſi ad illam ritè ſe diſpoſuerint per actus fidei, & dilectionis, iuſtificatis autem vitam æternam, ſi in gratia vſque ad finem perſeuerauerint, ita vt ſaltem in ea moriantur; hinc eſt, quod ſi huiuſmodi conditiones requiſitæ ex parte hominis incertæ ſint, diuinæque fidei certitudini minimè ſubiaceant; poteſt quidem, & debet homo, abſque vlla dubitationis, vel formidinis vmbra ſperare, & confidere etiam in particulari de Dei miſericordia, eiuſque promiſſione, qua enim fide diuina in generali abſolutè credit, quod omnis ritè ad gratiam diſpoſitus, ſit illam à Deo miſericorditer recepturus, nec non ſaluandus, ſi in ea finaliter perſeuerauerit, eadem in particulari ſibi applicata credere quoque debet, ſe iuſtificandum, ac ſaluandum iri ſi adhibeat diſpoſitiones ad hoc requiſitas; quam tamen certam, & firmam fiduciã excludentem omnem formidinem, nec poteſt, nec debet habere de ſua iuſtificatione, & ſaluatione abſolutè, quia de diſpoſitionibus, ſub quibus Deus conditionatè id promiſit, nullam habet homo reuelationem diuinam, nec conſequenter fidem; ſed moralem tantum certitudinem ex aliquibus ſignis ab intellectu apprehenſis prouenientem; quæ excludit quidem hæſitantiam, & fluctuationem inordinatam, non verò omnem abſolutè formidinem.

Quamobrem in confidentia, ſeu fiducia, de qua modo eſt ſermo, dum quæritur, an fidelis quilibet firmiter cõfidere debeat ex certitudine fidei diuinæ, cui non poſſit ſubeſſe falſum, quod ei ſua remiſſa ſint peccata, duo ſunt accuratè conſideranda, & diſtinguenda; primum, quod homo confidat de Dei miſericordia, eiuſque promiſſione; ſecundum, quod illa præſtiterit, vel habeat de facto, quæ Deus in ſacris Scripturis requiſiuit ad remiſſionem peccatorum ab eo obtinendam; quoad primum, cum diuina conſtet fide, quoad illud quoque aſſerunt omnes Catholici firmiſſimam eſſe, ac certiſſimam fiduciam;

n; & de tali fiducia non proce-
ntrouerſia, vt mox dicetur; ſed
l ſecundum, cum enim illa pro-
ſit conditionalis, quo ad diſpo-
em hominis, de qua homo non
reuelationem diuinam, ideo fidu-
hac parte minor eſt, quia depen-
cognitione proprię diſpoſitio-
uę fidei certitudinem non habet,
ſque proinde cum ea confidere
, ſine vlla prorſus formidine,
a iuſtificatione, & æterna ſalua-
.

prenotatis, primò controuerſia
rocedit de falſa certitudine, ſiue
te ſubiecti, ſuperius explicata;
m certum eſt aliquem poſſe ha-
ertitudinem de ſua gratia, id eſt
ibi firmiter perſuadere, ſe eſſe in
, quamuis in ea non ſit, quia, vt
Ariſtoteles 7. Topicorum, *Inter-
falſa ſunt probabiliora veris*; &
lli firmius ſuis opinionibus, &
aſijs adhærent, quam alijs veris
nſtrationibus, vt patet in hæreti-
ui certo credunt ſe eſſe in gratia,
numero prędeſtinatorum: ita vt
non crederent, putarent ſe non
deles. Deindè cum actiones ali-
umanæ, & naturales maximam
lum habeant ſimilitudinem, cum
ibus ſupernaturalibus, & gratiæ,
git etiam, quod, qui in actioni-
aturæ tantum verſantur, quæ ſcili-
nt ab auxilio generali, & naturali,
nt tamen eas eſſe à gratia, & ſu-
turales; indeque ſe iuſtos eſſe.

cundò quoque certum eſt, quod
s fidelis certus ſit, certitudine
nti ex cauſis intrinſecis, ſeu per
iam naturalem, quod ipſe ſit iu-
quia illud dependet cum ex alijs,
maximè ex voluntate Dei, cuius in
ignoſcendæ, nulla prorſus homini
tunt principia naturalia per ſe no-
l intrinſecè euidentia.

ertiò, certum eſt abſque contro-
, aliquem priuatum habere poſſe
udinem cognitionis, id eſt, certo
cognoſcere, & credere ſe eſſe in
gratia, perſeueraturumque in ea vſque ad æternæ vitæ conſecutionem, ſi hoc ſpecialiter illi à Deo reuelatum fuerit. Iſtud enim de facto multis contigit, vt Moyſi, Beatiſſimæ Virgini, & Apoſtolis poſt acceptum Spiritum Sanctum, ſicut & Diuo Paulo, vt conſtat 2. Timoth. 4. vbi ait: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui. in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*; vnde quã-do 1. Corinth. 4. dicit: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum*; vel nondum illi reuelatum fuerat, ſe eſſe in gratia; vel loquebatur in perſona aliorum fidelium, vt plerumque ſolent concionatores. Eiuſmodi reuelatione facta, teneri eos, quibus eſt facta, credere fide diuina, ſe habere gratiam, patet ex dictis ſecundo notando: quia licet hæc reuelatio illis per Eccleſiam non innoteſcat, cum ipſa ſit priuata, & particularis; nihilominus quia formalis ratio huius reuelationis, vel potius fidei illius, eſt prima veritas reuelans, nempe Deus, ſicuti eſt in fide Catholica, & vniuerſali totius Eccleſiæ, fit, vt idem ſit vtriuſque habitus, ſique nolint credere illi, quibus ſpecialiter reuelatur à Deo, ſe eſſe in gratia, peccẽt peccato infidelitatis, contra primam veritatem reuelantem.

Quartò, certum eſt, poſſe hominem certò, & infallibiliter cognoſcere ſe eſſe extra gratiam Dei, cum enim peccatũ diuinæ gratiæ oppoſitum, ſit opus noſtrum aduertenter, ſenſibiliterque cõmiſſum; iuſtificatio verò, ſeu gratiæ collatio opus Dei, & quidem occultiſſimum, poteſt quis certò cognoſcere ſe eſſe peccatorem; quamuis certo cognoſcere non poſſit ſe eſſe iuſtum. Quare, vbi Eccleſiaſtici 9. dicitur, neminem in hac vita ſcire poſſe, an odio, vel amore dignus ſit, aduertunt interpretes, huiuſmodi verba intelligenda eſſe de iuſtis, qui ſtatum ſuum regulariter, & ordinariè ignorant, an ſcilicet ſint in gratia, vel extra; videturque ſatis colligi ex verbis antecedentibus, nimirũ, *ſunt iuſti, & ſapientes, & opera eorum in*

manu

manu Dei ſunt; dum enim ſubiungit; *& tamen neſcit homo, an odio, vel amore dignus ſit*, poſt particulam *homo*, ſubaudiri debet *iuſtus*. Igitur cum homines impij, ac perditiſſimæ vitæ certo ſcire poſſint, ſe in odio, & indignatione Dei verſari, tantùm vertitur in dubium an aliquis iuſtus citra reuelationem ſpecialem, poſſit, & debeat eſſe certus de ſua iuſtificatione, & gratia.

Quintò, certum etiam eſt, vnumquemque fidelem poſſe, & debere credere abſolutè fide diuina, non ſolum in generali Deum eſſe infinitè miſericordem, promiſiſſeque omnibus verè pœnitentibus remiſſionem peccatorum, ſed etiam in particulari eum ſibi fore talem, condonaturumque eſſe peccata, ſi veram egerit pœnitentiam; vnde quoque certum eſt, vnumquemque ex ea fide poſſe, & debere habere certam de ſua ſub hac conditione gratia fiduciam, abſque vlla prorſus formidine. Quemadmodum enim non ſolum hæc propoſitio vniuerſalis, *omni ritè baptizato remittitur peccatum originale*, pertinet ad fidem, ſed etiam iſta particularis, *Petro ritè baptizato remittitur peccatum originale*, quia eſt propoſitio particularis conditionata formaliter contenta ſub illa vniuerſali pariter conditionata, *omni ritè baptizato remittitur peccatum originale*, illa enim particula *ritè baptizato*, idem ſignificat, ac ſi diceretur, ſi ritè eſt baptizatus; quæ eſt propoſitio ſpectans ad fidem, abſque eo tamen, quod alia propoſitio particularis abſoluta, nimirum, *Petrus eſt ritè baptizatus*, & conſequenter alia, *Petro eſt remiſſum peccatum originale*, pertineat ad fidem, quia nullibi tales propoſitiones abſolutè reperiuntur reuelatæ, nec vniuerſaliter, nec particulariter, ſed tantũ de illis habemus certitudinē aliquam moralem, cui poteſt ſubeſſe falsũ, & quæ conſequenter ſemper habet aliquam formidinem admixtam; Ita etiam in præſenti caſu ratiocinari debemus de certitudine fidei, & fiduciæ propriæ iuſtitiæ, perſeuerantiæ in ea, ac tandem conſecutionis æternæ beatitudinis. Vnde controuerſia inter nos, & aduerſarios non procedit de fide, & fiducia in hoc ſenſu, malaque proinde fide nonnulli eorum, vt Kemnitius in examine Concilij Tridentini, ponentes mendacium ſpem ſuam, volenteſque inuidiam Catholicis ſolito more conflare, dicunt, quæſtionem inter nos, & ipſos eſſe, *An fides iuſtificans ſit fiducia, an dubitatio de remiſſione peccatorum;* quaſi nos fidem iuſtificantem diceremus eſſe dubitationem, quo nihil abſurdius, & falſius fingi poteſt, vt ſatis patet ex dictis ſuperiori capite; nec non ex eo, quod tantum abeſt, vt Concilium dubitationem cum fide miſcuerit; vt potius ideo reiecerit fidem ſpecialem hæreticorum, & non fidem, ſed inanem fiduciam eſſe definierit, quia ea fides certa eſſe non poteſt, cum fides vera, & diuina certiſſima eſſe debeat; vel, *Vtrum peccator in ſeria pœnitentia ex fide vera in Chriſtum poſſit certa fiducia ſtatuere, ſibi remiſſa eſſe peccata*; qui tamen verus controuerſiæ ſtatus non eſt; ſic enim quæſtio non eſſet abſoluta, ſed conditionalis, ſicut eſſet illa, ſi quæreratur *Vtrum ritè baptizato remittatur peccatum originale*, illa enim particula, *in ſeria pœnitentia*, idem prorſus ſonat, ac ſi diceretur, *ſi ſeria ſit pœnitentia*, ſicut in alia propoſitione, particula, *ritè baptizato*, ſignificatur, *ſi ſit rectè baptizatus*. Cum tamen non conditionaliter, ſed abſolutè controuerſia hæc tractetur inter Catholicos, atque hæreticos. Si enim conditionaliter proponatur, ſcilicet, vtrum poſſit homo certò ſtatuere ſibi remiſſa eſſe peccata, ſi ſeriam egerit pœnitentiam; nemo Catholicorum erit, vt iam diximus, qui non reſpondeat poſſe, & debere.

Verus igitur controuerſiæ ſtatus, ſi abſque fallacia, & ambiguitate proponatur; hic eſt: *Vtrum fidelis quilibet, ſecluſa ſpeciali reuelatione, poſſit, & debeat credere fide diuina, cui non poſſit ſubeſſe falſum, ſibi eſſe dimiſſa peccata, & per*

hoc

um ſolum ea dimitti, hominemque ari; quod neceſſario quoque ſequa- ta, & infallibilis fiducia. Qua in herus, & Caluinus locis ſuperius , eorumque ſequaces tenent par- firmatiuam,Catholici autem ne- m; & licet Ambroſius Cathari- c doceat, certitudinem fidei de a gratia neceſſariam eſſe ad iu- ionem, neque hac fide, qua ho- dit, ſe iuſtum eſſe, & multo mi- c ſola fide hominem iuſtificari, ius ſententia longè diſtat ab hę- louatorum, quia tamen aſſerit ominem fidelem habere certi- m fidei de ſua gratia, ideo repre- ur vt erronea à cæteris Docto- Nec approbatur alia opinio An- egæ lib.9.in Concilium Triden- , vbi docet aliquos ad tantam dinem moralem ſuæ iuſtitiæ, ſe- m viam ordinariam peruenire vt abſque vlla formidine, & te- e non minus poſſint tunc eſſe e ſua gratia, quam dari in rerum Romam, & Conſtantinopolim. autem cap. 5. Apologiæ contra inum, docet quidem contra ip- eminem ſecluſa reuelatione poſ- certum certitudine fidei de ſua concedit tamen, poſſe nos fide ica certos eſſe, citra vllam reue- m, aſſenſum, quem præbemus ę Catholicę, eſſe ſupernaturalẽ, e diuina. Nunc pro reſolutione is ſit.

a concluſio. Nullus fidelis ſe- uelatione poteſt, multoque mi- et, aut tenetur credere certitu- ei diuinæ, cui non poſſit ſubeſ- m, ſe eſſe iuſtum, perſeueratu- iuſtitia, ac demum conſecutu- am æternam. Iſta concluſio eſt , expreſsè declarata, & definita cilio Tridentino ſeſſ.6. primum is verbis: *Quamuis autem ne- n ſit credere, neque remitti, neque unquam fuiſſe peccata, niſi gratis miſericordia propter Chriſtum; tamen fiduciam, & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum iactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe dicendum eſt; cum apud hæreticos, & Schiſmaticos poſſit eſſe, imo noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia; ſed neque illud aſſerendum eſt, oportere eos, qui verè iuſtificati ſunt, abſque vlla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos, neminemque à peccatis abſolui, ac iuſtificari, niſi eum, qui certò credat ſe abſolutum, & iuſtificatum eſſe, atque hac ſola fide abſolutionem, & iuſtificationẽ perfici, quaſi qui hoc non credit, de Dei promiſſis, deque mortis, & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet; nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, deque Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet, ſic quilibet dum ſeipſum, ſuamque propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt, cum nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam eſſe conſecutum*. Et cap.16. dicitur: *Et quia in multis offendimus omnes, vnuſquiſque ſicut miſericordiam (Dei) & bonitatem, ita ſeueritatem, & iudicium ante oculos habere debet, neque ſeipſum aliquid, etiam ſi nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt, ſed Dei; qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.*

Tum can. 12. *Si quis dixerit, fidem iuſtificantem nihil aliud eſſe, quam fiduciam diuinæ miſericordiæ, peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua iuſtificamur anathema ſit.*

Item can. 13. *Si quis dixerit, omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſequendam neceſſarium eſſe, vt credat certò, & abſque vlla hęſitatione propriæ infirmitatis, & indiſpoſitionis, peccata ſibi eſſe remiſſa, anathema ſit.*

Demum can. 14. *Si quis dixerit, hominem à peccatis abſolui, ac iuſtificari ex*

eo

eo quod ſe abſolui, ac iuſtificari certo credit; aut neminem verè eſſe iuſtificatum, niſi qui credat ſe eſſe iuſtificatum; & hac ſola fide abſolutionem perfici anathema ſit. Quoad incertitudinem verò perſeuerantiæ finalis in gratia, indeque obtinendi vitam æternam; videndum eſt eiuſdem ſeſſ. 6. cap. 13. & 13. can. 15. & 17.

Præcipua Scripturæ loca, vt ordinẽ librorum eius obſeruem, quibus hæc fidei veritas, ac definitio innititur, ſunt ſequentia; Iob. cap. 9. *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me, ſi innocentem me oſtendero, prauum me comprobabit* &c. quæ verba, & ſequentia, abſurdum eſt aſſerere, à Sancto Iob per humilitatem dicta fuiſſe, non quod ita propriæ incertus iuſtitiæ ſentiret, ſi quidem propter humilitatem, vt ſatis conſtat, mentiri non licet. Vndè quando cap. 6. verſ. 2. ait: *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior, in ſtatera, quaſi arena maris hæc grauior appareret: vndè & verba mea dolore ſunt plena*; conqueritur quidem ſe longè grauiora pati, quam meritus ſit, nullatenus autem, vt ineptè aiunt aduerſarij, dicit, aut ſtatuit, ſe certo ſcire, ſe iuſtum eſſe in oculis Dei, vt ſatis patet ex contextu; imo in toto libro, ita ſuam interdum aſſerit innocentiam, vt ſemper formidare ſe affirmet, ſicut verè formidabat, ne forte de ſeipſo aliud eſſet iudicium ſuum, aliud iudicium Dei.

Pſalmo 18. ait Dauid: *Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me, &c.* ſed ipſe fidelis erat, & tamen ſe occulta quædam peccata habere ſuſpicabatur; certitudinem igitur ſuæ iuſtificationis non habebat; & licet hic locus, alijque ſimiles nonnunquam exponi poſsint de peccatis venialibus, nihilominus cũ ſententia ſit generalis, & nihil ſequatur abſurdi, ſi generaliter intelligatur, imo concordet alijs locis, vbi docetur, neminem eſſe de ſua iuſtificatione certum, probabilius eſt illos extendi ad omnia peccata. Præterquam Lutheranis, & Caluiniſtis omnia peccata mortalia eſſe contendentibus, nihil eos iuuare poteſt talis diſtinctio peccati venialis, & mortalis, ad dictam interpretationem.

Prouerb. 20. v. 9. Quis poteſt dicere: *Mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato?* In cuius loci commentarijs rectè aduertunt interpretes, præſertim Venerabilis Beda, Salomonem non dixiſſe, neminem eſſe mundum corde, & purũ à peccato, ſi enim non poſſent homines per gratiam Dei cor mundum habere, vt probauimus ſupra contra ſectarios, non dixiſſet Dauid Pſal. 50. *Cor mundum crea in me Deus*; & Pſalm. 118. *Beati immaculati in via*. Neque Chriſtus Dominus Matth. 5. *Beati mundo corde*. Neque Apoſtolus Epheſ. 1. *Vt eſſemus Sancti, & immaculati in conſpectu eius*. Sed dixit Salomon, neminem poſſe dicere: *Mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato*: quoniam illi ipſi, qui mundi ſunt, non poſſunt hoc certò ſcire, nec conſequenter dicere. Quod reſpondent aduerſarij, Salomonem ibi velle tantùm, excludere inanem iuſtitiæ propriæ iactantiam, nullus ſiquidem, quantumuis iuſtiſſimus, de ea iactare ſe debet; non ſatisfacit. Præterquam enim modus loquendi eius eſt abſolutus, & interrogatiuus, & abſque vllo fundamento reſtringitur ab aduerſarijs ad modum dicendi ex vana iactantia; adhuc ſecundum principia eorum talis non eſſet, ſi quis certitudine fidei diuinæ certus eſſet de ſua iuſtitia, & inſuper illud ſub præcepto credere teneretur: hoc enim ipſo, quod talem ſe crederet, & credere teneretur, de eo citra peccatum loqui poſſet: *Credidi*, inquit Regius Propheta, *propter quod loquutus ſum*, quin imo iſtud publicè prædicare, eſſet actus proteſtationis fidei, ſi vera eſſet hæreticorum ſententia. Qui rationabilius huic loco reſpondent, volunt Salomonem hoc dixiſſe propter peccata venialia; ſed hęc ſolutio, vt ſtatim notaui, nil iuuat aduerſarios non diſtinguentes peccatum mortale à veniali

lcindè falſum eſt, Salomonem ibi
tum fuiſſe de ſolis venialibus,
am illa ſola non impediunt, quo-
homines iuſti, mundi, & imma-
abſolutè dicantur.
leſiaſtes cap.9. v.1. *Sunt iuſti, at-
pientes, & opera eorum in manu
& tamen neſcit homo, vtrum amo-
odio dignus ſit: ſed omnia in futu-
ruantur incerta*; vbi ſermonem
iuſtis, iam notauimus ſupra, &
apertè Diuus Hieronymus infra
us. Quod conqueruntur non-
duerſariorum, locum hunc in
ne vulgata fuiſſe corruptum ad
ndum dogma de dubitatione
iuſtificatione, omnino inſulſum
m cum editio vulgata antiquiſsi-
aut non potuit deprauari ad ſta-
um dogma, quod ipſi recens, &
rum proprium eſſe dicunt, aut
ur neceſſe eſt ſententiam noſtrã
tiquiſſimam, fuiſſeque à noſtris
s Diuum Hieronymum, qui, li-
c locum non verterit ad verbũ
ræo, ſententiam tamen fideliter,
anter expreſſiſſe omnes eruditi
lunt: & quidquid ſit de verſio-
itari ſaltem non poteſt de men-
Hieronymi.
od, admiſſa veritate verſionis
e, ait Caluinus lib. 3. inſtitut.
§.38. Salomonem non loqui de
fidei, ſed de ea, quæ haberi po-
euentu externo, non quadrat
imo directè aduerſatur; vt aper-
gitur primò ex illis verbis, *ſed
n futurum ſeruantur incerta*; de-
intentione Salomonis, quæ erat
re, vnam ex miſerijs huius vitæ,
non minimam eſſe, quod ho-
uantumuis iuſti meritò formi-
ſſint, ne fortè nõ ſint verè iuſti.
ient, ſe verè eſſe iuſtos, vnde-
id ſcirent, non omnia in futurũ
ntur incerta; quomodo enim in-
mnia, ſi quiſque fidelis per no-
idei certus eſt, ſe diligi à Deo,
odio haberi? neque conſequen-
riam illam experirentur, quam

Salomon intendit, & docet iuſtis omnibus eſſe communem: abſolutè ergo loquitur de incertitudine, quam habent iuſti, quomodocunque conſiderati, de propria iuſtitia, malèque vtitur, ad effugiendam vim huius authoritatis dicta diſtinctione, nimirum poſſe eos cognoſcere illam per internam fidem, non poſſe per externa beneficia; imo ſibimetipſi non cohęret, dum loco citato aſſignans cauſam, cur Deus nolit hominem cognoſcere de ſeipſo, an iuſtus ſit, nec ne, ait: *Id facit ad vanitatem humani ingenij arguendam, cum in rebus ſcitu maximè neceſſarijs tanta hebitudine teneatur*. Quomodo enim tenetur hebetudine, ſi, quam impoſſibile eſt habere ex ſignis, & argumentis externis, notitiam certam, & indubitatam de ſua iuſtificatione, & amicitia cum Deo, quæ proculdubio eſt ſcitu maximè neceſſaria, illam habet per ipſammet fidem diuinam, cuicumque alteri notitię præſentis vitæ ſuperiorem.

Eccleſiaſtici cap.5. v.5. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adijcias peccatum ſuper peccatum. Et ne dicas: Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur*. Hic locus, cum mirificè pungat hęreticos huius temporis, ipſi enim, inquit Bellarminus lib.2. de iuſtificatione cap.4. propriè illi ſunt, qui vbi fide ſibi viſi ſunt, Chriſti iuſtitiam apprehendiſſe, nullo deinceps metu tanguntur; reſpõdet Kemnitius fuiſſe deprauatum à Papiſtis, cum ex Græco legendum ſit *de propitiatione, non de propitiato*; ſed præfatus author rectè ibi illum impugnat, oſtendens eumdem eſſe vtriuſque lectionis ſenſum, intentamque ex vtraque haberi veritatem.

Iſaiæ 1. v.16. *Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarũ ab oculis meis: quieſcite agere peruersè, diſcite benefacere; quærite iudicium, &c. Et venite, & arguite me dicit Dominus, ſi fuerint peccata veſtra, ſicut coccinum, ſicut nix dealbabuntur*, &c.

Ezechielis 28. v.21. *Si autem impius egerit*

egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iuſtitiam: vita viuet, & morietur: huiuſmodi enim Prophetarum locis, & alijs ſimilibus Deuteron. 4. verſ. 29. lib.2. Paralip. cap.6. v. 36. & ſequentibus; Lucæ 13. v.3. Ioann.15.v.12. Act. 8. v.37. vbi ſignificatur requiri aliquid in nobis, vt iuſtificemur, quod aduerſarij non negant, ſed tantùm eius qualitatem, clarè oſtenditur, neminem certum eſſe poſſe certitudine fidei diuinæ de propria iuſtitia, cum eadem certitudine nulli conſtet, ſecluſa diuina reuelatione, ſe toto corde conuerſum eſſe ad Dominum, & veram fidem, ac pœnitentiam habere; in nulla ſiquidem Scriptura teſtimonium eiuſmodi reperitur de fide, & pœnitentia noſtra in particulari.

Idem quoque probant alia teſtimonia, vbi habetur incertum eſſe, an qui agit pœnitentiam, conſequatur remiſſionem peccatorum; vel admonemur, vt non ſimus nimium ſecuri, quaſi certi ſimus de gratia iam obtenta, ſed potius pauidi, & cum timore, ac tremore noſtram operemur ſalutem. Daniel.4. 24. *Forſitan ignoſcet delictis tuis*. Ioel.2.v.14 *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat*, &c. item Ionæ 3. v.9. Act.8. v.22. *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui*. Philippenſ. 2. v. 12. *Cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim, qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate*. 1. Petri cap. 1. v.17. *In timore incolatus veſtri tempore conuerſamini*; hæc enim, & ſimilia Scripturæ teſtimonia, quibus ſignificatur incertitudo, & formido remiſſionis peccatorum, non faciunt dubias, aut incertas promiſſiones Dei, quibus illam verè pœnitentibus promiſit, illæ enim certiſſimę ſunt, vt iam ſuppoſuimus, ſed reſpiciũt incertitudinem noſtræ diſpoſitionis.

1. Corinth. cap.4. v. 4. *Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me Dominus eſt*. Huiuſmodi enim verbis Apoſtolus, cuius propoſitum erat deterrere Corinthios à iudicijs temerarijs, quibus vnus alium aut iuſtum, aut peccatorem iudicat, oſtendere voluit iudicium de noſtra iuſtitia Deo eſſe relinquendum, cum ne nos quidem ipſi nos plenè cognoſcamus, vt Patres inferius citandi interpretantur hunc locum.

Hactenus de Scripturæ teſtimonijs, contra vanam, & inanem hæreticorum fidem, ac fiduciam de certitudine propriæ iuſtitiæ, quæ etiam probant nos certos, ac ſecuros eſſe non poſſe de perſeuerantia, & æternæ vitæ conſecutione; ſi enim nemo certus eſt de ſua iuſtitia, quomodo poteſt eſſe certus de perſeuerantia in illa, deque vitæ æternæ aſſecutione? Docente etiam nos Regio Propheta Pſal.2. 11. *Seruite Domino in timore, apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta*.

Præfatis Scripturæ locis, præter iam allatas, plures adhuc reſponſiones adhibent, quas omitto, quia, aut nullius ſunt momenti, aut coincidunt cum iam adductis, aut innituntur ſuis erroribus de iuſtitia imputatiua, quodque in iuſtificatione verè non deleantur peccata, iam à nobis ſuperiùs refutatis; ac denique quia omnes ſunt contrarię Sanctorum Patrum authoritati.

Secundò igitur probatur veritas noſtræ concluſionis teſtimonijs Sanctorũ Patrum, qui traditione à maioribus accepta, religiosè ab ipſis conſeruata, & ad nos tranſmiſſa vnanimi ſemper conſenſu docuerunt, nullum nec poſſe, nec debere eſſe certum certitudine diuinæ fidei de ſua propria iuſtitia.

Ex Gręcis Baſilius conſtitut. Monaſtic. cap. 2. vbi præſcribens, qualiter fidelis quiſque Deum timere, illique ſeruire debeat, adductis pluribus Scripturæ locis, probat incertitudinem

propriæ iuſtitiæ; nec non in regulis breuioribus, interrogat. 296. vbi quærens, *Qua ratione perſuaderi poſſit anima cuiquam, quod à peccatis libera ſit, & expurgata*, aliam non agnoſcit certitudinem, quam moralem, formidinique adhuc obnoxiam. Chriſoſtomus paſsim idem docet, ſed præſertim homil. 87. in Ioannem; vbi poſt multa, Sanctum Petrum ſic loquentem inducit: *Propterea contriſtatus ſum, ne fortè me amare arbitratus, non amem, vt antè, cum me fortem, & conſtantem putarem, imbecillis inuentus ſum*; his enim verbis clarè oſtendit, Petrum, etiam poſtquam Deo reconciliatus, & iuſtificatus erat, non fuiſſe certum de vera ergà Chriſtum dilectione, quam maximè ad iuſtificationem requiri, ſupra demonſtrauimus. Et homil. 11. in cap. 4. Corinth. explicans verba Apoſtoli: *Mihi pro minimo eſt*, &c. demum concludit: *Duabus igitur rationibus, vel tribus potius, incertum eſt noſtrum iudicium. Prima quidem, quod etſi nihil nobis ipſis conſcij ſimus, eius tamen indigemus, qui peccata noſtra certa ratione corripiat. Altera, quod multa opera nos latent*. Theodoretus in comment. ad cap. 4. 1. Corinth.

Ex Latinis Ambroſius ſerm. 5. in Pſal. 118. interpretans illa verba, *Amputa*, vel vt ipſe legit: *Aufer opprobriũ meum, quod ſuſpicatus ſum*; tum illud Apoſtoli: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum*; indè probat, quod nec Dauid, nec Paulus de ſua iuſtificatione certus fuerit.

Hieronymus in commentarijs ad cap. 9. Eccleſiaſtes circa illa verba: *Sunt iuſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei. Et tamen neſcit homo, vtrum odio, vel amore dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruantur incerta*; ſic ait: *ſenſus eſt, inueni iuſtorum quidem opera in manu Dei eſſe, & tamen vtrum amentur à Deo, an non, nunc eos ſcire non poſſe, & ambiguos fluctuare, vtrum ad probationem ſuſtineant, quæ ſuſtinent, aut ad ſupplicium. In futuro igitur ſcient, & in vultu eorum ſunt omnia, id eſt, antecedet eos, cum de hac vita diſceſſerint, notitia iſtius rei. Quia tunc eſt iudicium, nunc certamen*. Item in commentarijs ad cap. 13. Ieremiæ; & lib. 1. & 2. contra Pelagianos, vbi tàm clarè docet, & probat, iudicium de hominis iuſtitia ſolius Dei eſſe, & quantumcumque homo laborauerit, vt inquitat, reperire non poſſe, vt nullus ſit ambigendi locus de mente huius Sancti Doctoris, contra vanam nouatorum certitudinem, ac fiduciam de propria iuſtitia.

Auguſtinus pluribus in locis, maximè autem lib. 83. qq. in qu. 59. & lib. 50. homiliar. hom. 35. vbi tractat quæſtionem de decem virginibus, & locum Apoſtoli 1. Corinth. 4. *Quamdiu*, inquit, *viuimus hic, de nobis ipſis nos ipſi iudicare non poſſumus; non dico, quid cras erimus, ſed quid hodiè ſimus; quantò minus debemus moueri iudicijs alienis, quàm de conſcientia noſtra, quæ nobis perhibet teſtimonium, nam gloria noſtra debet eſſe conſcientia noſtra*. Item in Pſal. 41. circa illa verba: *Abyſſus abyſſum inuocat*, quę explicat per eumdem Apoſtoli locum 1. Corinth. & illa alia quæ præcedunt, *Ad meipſum anima mea conturbata eſt*; ait, *Noui quia iuſtitia Dei mei manet, vtrum mea maneat, neſcio. Terret enim me Apoſtolus, dicens: qui ſe putat ſtare, videat ne cadat*. In Pſal. 50. circa illa verba, *incerta, & occulta Sapientiæ tuæ*; nec non 149. circa illa, *Exultabunt Sancti in gloria*, vt omittam plures alios locos, vbi idem prorſus docet de incertitudine propriæ iuſtitiæ.

Gregorius Papa lib. 6. epiſt. 22. ad Gregoriam Auguſtæ cubiculariam: *Quod verò*, inquit, *dulcedo tua in ſuis epiſtolis ſubiunxit, importunam ſe mihi exiſtere, quoad vſque ſcribam, mihi reuelatum eſſe, quia peccata tua dimiſſa ſunt: rem & difficilem, etiam & inutilem poſtulaſti. Difficilem quidem, quia ego indignus ſum cui reuelatio fieri debeat. Inutilem verò, quia ſecura de peccatis tuis fieri non debes, niſi cum iam in die vitæ tuæ vltimo, plangere eadem peccata minimè valebis. Quæ dies quouſque veniat, ſemper ſuſpecta*

cta, ſemper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lauare.

Bernardus epiſt. 107. ſerm. 3. de Aduentu; 2. de octaua Paſchæ, nec non 1. de Septuag. *Quis poteſt*, inquit, *dicere, ego de electis ſum, ego de prædeſtinatis ad vitam, ego de numero filiorum? quis hæc inquam dicere poteſt, reclamante Scriptura, neſcit homo, ſi dignus ſit amore, an odio? certitudinem vtique non habemus, ſed ſpei fiducia conſolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur.* Quibus omnibus teſtimonijs clarè patet; veteres Patres multum ab hac certitudine fidei, quam iactant hæretici de propria iuſtificatione, abfuiſſe; quod & ipſimet rei veritate conuicti fateri coguntur, nec habent aliud quod reſpondeant, niſi præfatos Patres obſcuraſſe doctrinam de iuſtitia fidei; ita Philippus Melanchton in commentar. 1. ad Corinth. 3: Magdeburgenſes centur, 2. c. 4. Petrus Martyr claſſe 3. locor. comm. cap. 4. §. 88. & 89. Quam autem in hac materia, & alijs, vbi vident totam antiquitatem ſuis oppoſitam nouitatibus, miſerum ſit huiuſmodi effugium, cuiuſque prudentis, & cordati viri iudicio perpendendum relinquo.

Interim probatur tertiò noſtra concluſio ſequentibus rationibus. Prima, quia certitudo in fide propriæ iuſtitiæ non poteſt alicui ineſſe, niſi vel per ſpecialem reuelationem, vel per vniuerſalem ex verbo Dei ſcripto, aut tradito toti Eccleſiæ factam; de primo modo non procedit controuerſia; ſecundo nō habetur dicta certitudo; ſecluſa igitur particulari reuelatione, nullus certus eſſe poteſt ſe eſſe in gratia. Maior huius argumenti eſt certa, & euidens: ſi quidem fides diuina, cui falſum ſubeſſe non poſsit, ſoli diuinæ veritati reuelanti innititur; nec alius eſt modus, quo de hac Dei reuelatione conſtare poſsit, niſi vel in ſpeciali tunc aliquid reueletur, vel in verbo Dei vniuerſaliter contineatur. non enim poteſt innoteſcere per rationem naturalem, cum ipſa ad iuſtificationem, quæ eſt ſupernaturalis, non poſsit pertingere, multoque minus ad certitudinem fidei, quã in hac re contendunt hæretici menti noſtræ ingenerare, & de qua modo eſt difficultas. Minor quoque quoad primam partem eſt certa, ex dictis ſupra. Tota igitur difficultas eſt in ſecunda, neminem ſcilicet, iuxta verbum Dei Eccleſiæ reuelatum, poſſe, & debere credere fide diuina ſibi eſſe dimiſſa peccata, quæ ſatis huc vſque probatum eſt ex eodem verbo Dei, tùm ſcripto, tum tradito, quibus adæquatè diuina comprehenditur reuelatio; vbique illã docente; nullibique in eo habito, quod omnibus ſectarijs in particulari ſint peccata remiſſa, vt aſſerunt, ſicut legimus de Dauide lib. 2. Reg. cap. 12. v. 13. quod Deus tranſtulerit eius peccatum; & Magdalenæ dictum, *Remittuntur ei peccata multa*, Lucæ 7. v. 47. nec non Paralytico Matth. 9. v. 2. *Confide fili remittuntur tibi peccata tua*, cum tamen conſtanter affirment, nihil eſſe credendum, quod non expreſsè in Scriptura legatur; vndè ſemper ingeminant, *vbi hoc ſcriptum reperitur?* vana eſt igitur eorũ fides de propria iuſtitia.

Si obijciant ad illam ſufficere, quod ſpecialis promiſſio de remiſsione peccatorum mihi, aut illi in particulari cõtineatur in generali, qua Ioannis 3. & alibi ſæpius dicitur: *Qui credit in filium habet vitam æternam*; & ſignificari videtur, omnes qui credunt, hoc eſt, illum, & illum, qui credit, habituros vitam æternam.

Reſpondetur primò, nuſquam haberi in Scriptura hanc propoſitionem vniuerſalem, *qui credit ſibi remiſſa peccata, habet vitam æternam, aut iuſtificatur*; Sub qua continetur iſta particularis, *Ego credo mihi remiſſa eſſe peccata* &c. ſed dicitur, *qui credit in filium habet vitam æternam, vel iuſtificatur*; quod autem credere in Filium, ſit credere ſibi remiſſa eſſe peccata per filium, non habent aduerſarij ex verbo Dei, ſed ex propria interpretatione, proindèque non poſſunt id facere obiectum fidei diuinæ; eoque

eoque magis, quo exiſtimant illas propoſitiones, *qui credit in filium habet vitam æternam*, Ioannis 3. *In hoc omnis, qui credit iuſtificatur* Act. Apoſt. cap. 13. & alias ſimiles, ita eſſe intelligendas, vt ſola fides ſufficiat ad iuſtitiam, & ſalutem, quod apertè falſum eſſe ſuperiori capite oſtendimus. Qui enim credit in filium, habet vitã æternam, vel iuſtificatur, ſi cætera adhibeat, quæ fides ipſa adhibenda præcipit.

Reſpondetur ſecundò, ſufficere quidem ad fidem alicuius propoſitionis particularis, ſi contineatur formaliter ſub vniuerſali de fide, eo modo quo talis eſt, vel abſolutè, vel conditionatè, vt aliàs oſtendimus tom. 3. lib. 3. ſect. 4. cap. 10. Secus autem ſi non contineatur; ſed v. g. ſub propoſitione vniuerſali conditionata, ſubſumatur alia particularis abſoluta, indeque concluſio; vt contingit in præſenti. Illæ enim propoſitiones, *Qui credit in filium, habet vitam æternam*; & *in hoc omnis, qui credit, iuſtificatur*; ſunt propoſitiones vniuerſales conditionatæ, ac ſi diceretur: *Si quis credit in filium habet vitam æternam*, vel *iuſtificatur*, vt explicat Apoſtolus Rom. 10. *Si credideris in corde tuo*; & Philippus Act. 8. *Si credis ex toto corde*, &c. vndè vt propoſitio particularis ſub illa contenta ad fidẽ ſpectet, ſitque eius obiectum, debet quoque eſſe conditionata, *Si credo, vt oportet, habeo iuſtificationem, & vitam æternam*; non autem abſoluta, qualem illam faciunt aduerſarij, indeque concluſionem, *ergo ſum iuſtus*, cum deberent inferre; *igitur ego, ſi credo, vt oportet, habeo iuſtificationem, & vitam æternam*. Abſoluta enim concluſio, quam aduerſarij volunt, exigit aſsumptionem abſolutam, videlicet illam, *atqui credo in filium*. Quæ aſsumptio abſoluta non eſt in verbo Dei, ſed in opinione humana; Opinio autem humana non ſolùm non eſt verbum Dei, ſed etiam fallax eſſe poteſt. Si enim omnis, qui exiſtimat ſe credere, re vera crederet, ſicut oportet, hæretici omnes quantumuis inter ſe contrarij, rectè crederent, & ſaluarentur; Quis enim vnquam hæreticus fuit tam abſurdus, qui non exiſtimauerit, ſe rectiſſimè credere. Deindè cum Lutherani Caluiniſtas, & Anabaptiſtas pro hæreticis habeant, ne cogantur fateri, illos rectè credere, non poſſunt concedere, omnes illos re vera credere, qui arbitrantur ſe credere; quod idem Caluiniſtæ, & Anabaptiſtæ eadem de cauſa non admittent reſpectu Lutheranorum; certitudo igitur illius propoſitionis, *atqui ego credo, vt oportet, & vt requiritur ad meam iuſtificationem*, non eſt certitudo fidei diuinæ, ſed coniecturalis tantùm.

Vndè eſt altera pro noſtra concluſione ratio; non poteſt veræ fidei diuinæ ſubeſse falſum; ſed fidei, qua quis credit verè ſe eſse iuſtificatum, ſecluſa priuata reuelatione, poteſt ſubeſse falſum; tum quia, vt vidimus, prima veritas reuelans huic aſsenſui reſpectu alicuius in particulari non applicatur, & ſic falſum huic aſsenſui poteſt obrepere: tum quia, vt ſtatim dicebam, Lutherani credentes ſe eſse iuſtos, damnant Caluiniſtas, qui idem credunt, & hi viciſsim à Caluiniſtis damnantur; vnde non poſsunt aliqui eorum non errare, cum inter ſe contradictoriè opponantur. Non eſt ergo obiectum fidei diuinæ, quod vnuſquiſque poſſit, ac debeat illa credere, ſe eſse in gratia, & emundatum ab omni peccato, quodque in tali ſola fide ſua conſiſtat iuſtificatio.

Tertia ratio eſt, quia, ſi ſecluſa reuelatione particulari, vnuſquiſque poſset, ac teneretur certitudine fidei Catholicę, credere, quod ſit in gratia; deberet in Scripturis tale extare pręceptum; imo cum res, quæ ſunt fidei, tam ſtrictè fideles obligent, vt mors potius ſit oppetenda, quam ab illis tantillum recedere, aut de ijs hæſitare, pręſertim vbi ſunt veritates eius fundamentales, qualem ſectarij putant hanc eſse, de certitudine propriæ iuſtitiæ, deberet mors pro illa oppeti; ſed nullum in ſacris litteris tale extat pręceptum; quin imo contrarium apertè in illis continetur, vt pro-

probauimus; ſique pro illo mors eſſet oppetenda, dubito valdè, quod vllus eſſet inter hęreticos, qui mallet mori, quam negare, & hæſitare, an ipſe in particulari ſit in gratia, & de numero prædeſtinatorum; quia fides vera docet non omnes, ſed aliquos tantùm à Deo eſſe electos, quomodocumque fiat talis electio, vndè licet quilibet ſperare poſſit, & debeat, ſe eſſe inter electos, timere tamen poteſt, ne ſit inter reprobos; vnuſquiſque igitur, ſecluſa ſpeciali reuelatione ſibi diuinitus facta, non tenetur credere certitudine fidei Catholicæ, ſe eſſe iuſtum, aut iri ſaluum.

Quæ etiam rationes, vel argumenta probant de iuſtificatione, per Sacramenta, quia licet ad fidem pertineat, ea gratiam ex opere operato conferre, etiam in particulari, vbi rectè adminiſtrantur, quia tamen recta, & valida eorum adminiſtratio dependet ab intẽtione Miniſtri, & actualis eorumdem efficacia à diſpoſitione ſuſcipientis, quã nemo citra reuelationem ſcire poſſit, cũ nullibi in Scriptura id in particulari reuelatum reperiatur, ſequitur neminem, quamuis Sacramenta frequenter ſuſcipiat, certum eſſe certitudine fidei Catholicæ in Scriptura fundatæ, de ſua iuſtitia.

Cur autem, cum Deus poſſet facere, vt vnuſquiſque certitudine fidei cognoſceret ſe eſſe iuſtum, id tamen noluerit, ſecundum quod conſtat ex dictis; non deſunt plures congruentiæ. *Nam*, vt ait S. Auguſtinus lib. de corrept. & grat. cap. 13. *In hoc loco tentationis tanta eſt infirmitas, vt ſuperbiam poſſit generare ſecuritas*; & Diuus Gregorius lib. 9. Moral. cap. 17. *Si ſcimus nos gratiam habere, ſuperbimus*. Quod etiam ipſe Chriſtus Dominus Lucæ 17. per parabolam Phariſæi, & Publicani ſatis oſtendit, eos videlicet, qui ſe iuſtos eſſe confidunt facilè ſe cæteris anteponere, & deſpicere; cum è contrario ignorantia huius ſecreti humilitatem foueat; inde congruenter noluit Deus, vt certitudo eius, præſertim fidei diuinæ, ordinariè, & promiſcuè ab omnibus haberetur; ſed paucis duntaxat in humilitate, & charitate inſigniter radicatis illud ſpeciali fauore, & gratia reuelare interdum dignatus eſt. Vt teſtatur de Sancto Antonio Diuus Athanaſius in eius vita. Vnde ad noſtrum intentũ ſumi adhuc poteſt efficax argumentum, ſi enim omnibus fidelibus eſſet notitia iſta communis, non eſſet cur Deus, quaſi ſingulari prærogatiua, id certis hominibus reuelaſſe prædicaretur; aut per oppoſitum, alios quoſdam, cæterum ſanctiſſimos, in obitu ſuo, propter hoc incertum, non mediocriter timuiſſe; vt refert S. Hieronymus B. Hilarionem morti proximum dixiſſe: *Egredere anima mea, quid times? egredere quid trepidas? Septuaginta propè annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times?* Ipſe quippè, & alij, quorum exempla refert Ioannes Climacus in ſcala Paradiſi, de ſtatu animę ſuæ nonnihil dubitabant, conſiderantes profunditatẽ diuini iudicij; ex quo verè dixit Auguſtinus apud Poſſidium in eius vita; neminem, etſi nullius ſceleris ſibi conſcius ſit, permittere debere, vt ex hac vita ſine pœnitentia diſcedat.

Quartò probatur veritas noſtræ concluſionis, reijciendo fundamenta oppoſiti erroris. Primum, fidem eſſe propriam tantùm electorum. Secundum, illam nunquam amitti. Tertium, ſola fide hominem iuſtificari. Quartum, qui fidem habet, certum eſſe de ſua fide. Nam tria priora falſa eſſe, huc vſque ſatis oſtendimus. Quartum autem ſiue verum, ſiue falſum ſit, de quo concluſione quarta agetur, nihil ad rem facit. Nam etſi is qui fidem habet certus eſſet de illa, non propterea ſtatim certus eſſet de ſua iuſtificatione, ſi ſola fides non iuſtificat: nec certus de perſeuerantia, ſi fides amitti poteſt: nec denique certus de prędeſtinatione, ſi vera fides diuina, quæ aliàs ſufficit ad iuſtificationem, vbi cætera adſunt, communis eſt bonis, & malis, reprobis, & electis.

Quin-

uintò ad hominem ; Nihil ab ad-
rijs debet aſſeri ; præſertim in re-
d ſalutem ſpectantibus, niſi habea-
a Scriptura, vt ipſi contendunt :
uſquam habetur in Scriptura, vnū-
nque poſſe, & debere eſſe certum
udine fidei Catholicæ, de ſua pro-
uſtitia, imo totum contrarium :
ergo non debet aſſeri ab aduerſa-
Maior propoſitio eſt continua
n cantilena; minor autem patet po-
ex hoc vſque dictis; nunc negati-
obabitur, ſoluēdo præcipuas obie-
es ex ſacris litteris deſumptas ab
ſarijs, nec non ex Patribus.
tur aduerſarij, pro genio hæreti-
n, qui vt notat Vincentius Leri-
s cap.35. nihil proferunt, quod
etiam Scripturæ verbis conentur
brare; & cum tam illa, quam in
s Patribus nulla ſint loca, quæ
m erroribus faueant, vt incautis
m vendant, atque imperitam ple-
lementent, obſcura aliquot loca
s corradunt, quæ quomodocum-
n ſuam ſententiam malè detor-
t, ſic, inquam, aduerſarij nonnul-
Scripturæ, tum Patrum teſtimo-
oferunt, quibus nil minus ſigni-
r, quàm ipſorum error, de certi-
propriæ iuſtitiæ.
nnis 3. *Qui facit veritatem, venit
m, vt manifeſtentur opera eius,
Deo ſunt facta*; at inquiunt, quis
et venire ad lucē, id eſt, ad Chri-
uſtitiæ ſolem, & opera ſua diju-
la proferre, niſi certò crederet
e bona ; igitur quicumque iuſtus
dinem habere poteſt, & debet de
ſtitia.
pondetur, verum huius loci ſen-
ſe, quod talis ſit natura malorū
n, vel malè operantium, vt quæ-
tebras, ſiue odio habeant lucē,
es correptionem; contra verò na-
eſſe bonorum operum, vt, qui,
antum poſſunt, præſtant, non
cant. Ex qua doctrina generali
olligitur, eundum eſſe nobis ad
m, vt apud eum iactemus ope-
ra noſtra, tanquam certi de fide illa
omnia eſſe iuſta, & bona, vel non ali-
ter patere nobis acceſſum ad illum, niſi
cum tali certitudine, cùm ſufficiat mo-
ralis. Si enim peccatores ad Chriſtum
accedere poterant, & hoc ipſo veritatē
faciebant, & ad lucem veniebant, mul-
tò magis poſſunt, qui pro viribus benè
operantes, moralem indè habent certi-
tudinem, quod illi placeant.

Eiuſdem Ioannis 13. *In hoc cognoſcent
omnes, quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectio-
nem habueritis ad inuicem*. Sed ex hoc
loco nihil prorſus concludi poteſt pro
certitudine fidei de propria iuſtitia, ſed
tantùm pro morali : ſiquidem Chriſtus
non ait, *in hoc cognoſcetis*, ſed, *in hoc co-
gnoſcent omnes*; abſurdiſſimum eſt autē
tribuere omnibus hominibus certitu-
dinem fidei de aliena iuſtitia ; ſecus au-
tem moralem. Quare verus, ac legiti-
mus ſenſus, huius ſententię Chriſti Do-
mini, eſt, quod diſcipuli eius non poſ-
ſunt internoſci ab alijs clariori ſigno,
quam dilectionis. Igitur quemadmo-
dum omnes alij ex tali ſigno poſſunt
morali quadam certitudine dignoſcere
veros Chriſti diſcipulos à falſis, ita &
qui illud in ſe experiuntur poſſunt opi-
nari ſe tales eſſe, non autem credere
certitudine fidei diuinæ; eiuſmodi enim
externum ſignum, & ſimilia talem non
efficiunt certitudinem, ſed humanam
duntaxat, & coniecturalem ; cum hoc
ipſum non poſſit ſine reuelatione co-
gnoſci, an quis verè diligat Deum, &
proximum, vt oportet, requiriturque
ad iuſtificationem.

Ioannis 14. v.17. *Spiritum veritatis,
quem mundus non poteſt accipere, quia
non vidit eum, nec ſcit eum, vos autem
cognoſcetis eum, quia apud vos manebit,
& in vobis erit*. Item v.20. *In illo die
vos cognoſcetis, quia ego ſum in Patre
meo, & vos in me, & ego in vobis*; ſed fi-
de diuina credimus Chriſtum eſſe in
Patre, ergo eadem fide poſſumus, &
debemus credere Chriſtum, & Spiritū
Sanctum in nobis eſſe, adeoque nos eſſe
gratos Deo.

Reſpon-

Reſpondetur primi loci varias eſſe interpretationes, quarum nulla fauet aduerſarijs. *Primò* enim poteſt intelligi de ſolis Apoſtolis, quia in die Pentecoſtes accepturi erant Spiritum Sanctū, & ſpecialiter certificandi erant de gratia illius. *Secundò* poteſt explicari de Eccleſia in vniuerſum, quia per fidem diuinam cognoſcit Spiritum Sanctum manere in ipſa, & aliquibus, etiam per inhabitantem gratiam, vndè non ſequitur, quemlibet fidelem poſſe, & debere certò fide diuina credere, ſe eſſe in gratia per Spiritum Sanctum, licet credat quod ſit Spiritus Sanctus. *Tertiò*, quod promiſerit nedum Apoſtolis, ſed & alijs fidelibus eos deinceps clarius cognituros Spiritum Sanctum per notitiam experimentalem, quàm per gratiam eius in ſe probent, quæ tamen experientia non eſt fidei diuinæ, ſed probabilis tantùm. *Quartò* tandem, & hic videtur eſſe magis genuinus huius loci ſenſus, negatur ſimpliciter, in eo promiſiſſe Chriſtum Apoſtolos, cæteroſque fideles cognituros, quod Spiritus Sanctus in ipſis maneat; ſed ſolùm promiſit, quod cognoſcerent Spiritum Sanctum, qui in illis manebit, quod fieri poteſt, quamuis non cognoſcant illum in ipſis manere. Vel quod idem ferè eſt, ex his Chriſti verbis ſolùm habetur, eos, qui per fidem Spiritum Sanctum noſcunt, non ſine eius gratia, & auxilio noſcere. Sicut etiam dicitur de Chriſti notitia: *Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto*, 1. Corinth. 12. Sed, cum non poſſit accipi Spiritus Sanctus, niſi prius cognoſcatur, & ex alia parte non poſſit cognoſci niſi prius habeatur, ideo Theologi agentes 1. parte de miſſione Spiritus Sancti, docent eum duobus modis mitti, & haberi poſſe. Vno modo per donum fidei, vel motionem, qua excitat, & adiuuat hominem ad credendum. Secundo modo, quod ſit in homine per donum iuſtitiæ, & charitatis, tanquā in templo mūdato, & ſanctificato. Priore igitur dici poteſt, quod homo ex eo cognoſcat Spiritum Sanctum in ipſo manere, quia ſcit, ſe non poſſe credere in Deum, aut in Spiritum Sanctum, ſine ipſius gratia adiuuante; non autem ſecundo. Propterea que non ſequitur ex hoc teſtimonio nos certos eſſe de noſtra iuſtitia, & gratia, ſed tantum ſi cognoſcimus Deum per fidem, certos eſſe id non fieri ſine ipſius auxilio, quæ fides poteſt eſſe in peccatore.

Ad alterum locum reſpondet primò Diuus Auguſtinus tract. 75. in eo locutum fuiſſe Chriſtum Dominum de cognitione beata, quæ poſt hanc vitam erit: *In illo die*, inquit, *vos cognoſcetis, quia ego ſum in Patre, & vos in me, & ego in vobis; in quo die, niſi de quo ait, & vos viuetis? tunc enim erit, vt poſsimus videre, quod credimus, nam & nunc eſt in nobis, & nos in illo, ſed hoc nunc credimus, tunc etiam cognoſcemus*. Si dicatur ex his Auguſtini verbis ſequi, quod nunc fidei certitudine certi ſimus Chriſtum eſſe in nobis, & nos in illo. Reſpondetur ita eſſe; ſed Chriſtum eſſe in nobis, & nos in illo, non ſignificat in iſto, aut in illo in particulari eſſe Chriſtum per gratiam iuſtificantē, ita quod ab ipſis fide diuina credi debeat, ſed ſignificat Chriſtum eſſe in Eccleſia, vt caput in corpore, & Eccleſiam eſſe in Chriſto, vt corpus in capite, quod nūc fide diuina credi debere, tunc autem clarè cognoſcendum fore docet Auguſtinus. Quod ſi quis velit, hunc locum intelligendum eſſe de cognitione in via proprię iuſtitiæ, ſiue vnionis cum Chriſto per eam; reſpondetur ſecundò, fideles iuſtos poſſe quidem cognoſcere Chriſtum ſibi ineſſe ex ſignis, quæ in ſe ſentiunt, & experiuntur, certitudine morali, vt dicetur infra, non autem fidei diuinę: nec enim conſequens eſt, vt qua certitudine cognoſcimus Chriſtum eſſe in Patre, eadē cognoſcamus Chriſtum nobis per gratiam ineſſe; ſicut in ſimili patet Ioannis 17. verſ. 12. *Pater ſerua eos, vt ſint vnum, ſicut & nos*, vbi non intelligitur eadem vnitas, vt volebant Ariani, nam de Chriſto abſolutè & infal-

llibiliter reuelatum eſt, quod ſit
re, & vnum cum Patre ſubſtantia-
ıon autem quod abſolutè omnes
Chriſto per gratiam, ſed ſub cō-
e, qui ad hoc diſpoſiti fuerint, de
s diſpoſitionibus nullibi huic, vel
:am fuiſſe diuinam promiſſionē,
ıelationem, in particulari, quæ
que diximus, ſatis oſtendunt.
manorum cap. 8. verſ. 15. & 16.
*nim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis
in timore, ſed accepiſtis ſpiritum
nis filiorum, in quo clamamus, Ab-
er, ipſe enim ſpiritus teſtimonium
ſpiritui noſtro, quod ſimus filij*;
imonio Spiritus Sancti non po-
oeſſe falſum, ergo ſpiritus noſter
s ex eo aſſenſum, quod ſumus fi-
, habet aſſenſum, cui non poteſt
: falſum, ſeu fidei diuinæ.
pondetur primò, ſi intelligatur
cus de vnoquoque iuſto, teſtimo-
ſpiritus Sancti eſſe duplex; vel
ıpliciter poſſe dici aliquid teſta-
nò per reuelationem, ſeu verbū
ſum, ex parte intellectus; ſecun-
experimentalem quemdam af-
ı, ſeu motionem ex parte volun-
Vbi priori modo dicitur Spiri-
ıctus teſtari, certum eſt hoc poſ-
lebere eſſe, vnicuique homini,
elatur, certum, & infallibile.
ı hic Apoſtolus non loquitur de
ed de poſteriore modo teſtandi
tos effectus, quos in homine
, & homo in ſe experitur, confi-
inuocandi Dominum, in ipſum
di, & affectuosè in dilectione
feruefcendi, qui motus, & effe-
um ſimul à Spiritu Sancto, & ab
: fiant, inde dicitur habere teſti-
n Spiritus Sancti, quo excitan-
diuuante operatur, & per illa
Abba Pater, profitetur ſe agno-
Deum in Patrem. Verùm, quia
ieri poſſunt, abſque ſpeciali Spi-
ncti auxilio, ex proprio affectu,
uaſione, prout etiam homo in
s dicit *Pater noſter*, omneſque
i; & Iudæis Ioann. 8. verſ. 41.

dicentibus: *Nos ex fornicatione non ſu-
mus nati, verum Patrem habemus Deum*,
reſpondit Chriſtus: *Vos ex patre dia-
bolo eſtis*, proptereaque Caluinus ipſe
fatetur lib. 3. inſtit. cap. 2. *reprobos in-
terdum ſimili fere ſenſu, atque electos af-
fici, vt ne ſuo quidam indicio, quicquam
ab electis differant*; inde fit, quod etſi
iuſtos excitet Spiritus Sanctus, vt cla-
ment *Abba Pater*, ſitque tunc verum
in ſe eius teſtimonium, non tamen illis
certum certitudine fidei diuinæ, ſed tā-
tùm coniecturali, vel morali; Quate-
nùs ſi ſibi nullius peccati mortalis cō-
ſcius homo ſit, & in ſe odium ſincerū
peccatorum, dilectionem Dei, & proxi-
mi, ſuique ipſius contemptum ſentiat,
& ſic de Dei miſericordia ſperans Deū
Patrem inuocet, ex huiuſmodi effecti-
bus moralem quamdam, ſeu coniectu-
ralem certitudinē habere poteſt, quod
à Spiritu Sancto procedant, & per hos
Spiritus Sanctus ipſi teſtimonium red-
dat, quod ſit filius Dei.

Secundò reſpondetur hunc Apoſto-
li locum intelligendum eſſe de tota
Eccleſia comparatione Synagogæ, cui
Spiritus Sanctus teſtatur, quod habeat
ſpiritum adoptionis, non autem de ſin-
gulis fidelibus in particulari: confert
enim Diuus Paulus tota epiſtola ad
Romanos Eccleſiam cum Synagoga,
contendens Eccleſiam habere ſpiritum
adoptionis; Synagogam verò habuiſſe
ſpiritum ſeruitutis; ex quo nihil pror-
ſus, quod omnes Romani, vel fideles in
particulari, & diſtributiuè habeant te-
ſtimonium Spiritus Sancti infallibile,
quod ſint filij Dei.

Eiuſdem capitis verſ. 38. & 39. *Cer-
tus ſum enim, quia neque mors, neque
vita, neque Angeli, neque principatus,
&c. neque creatura alia poterit nos ſepa-
rare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto
Ieſu Domino noſtro*. Reſpondetur, hu-
ius quoque loci varias eſſe interpreta-
tiones, quarum nulla fauet aduerſario-
rum errori: Prima eſt, Apoſtolum illa
dixiſſe in perſona omnium prædeſtina-
torum, vt ſenſus ſit, certum eſſe, eos

finaliter perſeueraturos in charitate Dei; nam paulo ante dixerat Apoſtolus; *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti*; ita Diuus Auguſtinus lib. de corrept. & grat. cap. 7. ex quo minimè inferri poteſt, quod ſinguli de præſenti certi ſint ſe eſſe in gratia, finaliterque in ea perſeueraturos.

Altera explicatio eſt, Apoſtolum quidem ibi locutum fuiſſe de ſe in particulari, ſed ſuppoſita diuina reuelatione de ſua iuſtificatione, & prædeſtinatione. Tertiò, qui negant tunc illi iam factam fuiſſe talem reuelationẽ, propter verba 1. Corinth. 4. verſ. 4. notant eum non dixiſſe, *certus ſum certitudine fidei*; ſed illam particulam, *certus ſum*, debere intelligi de certitudine morali, qua ex ſignis in ſe repertis confidebat, ſibique perſuadebat, ſe eſſe in gratia, & ab ea ſe nunquam cum illa defecturum. Cui explicationi conſonat verbum Grecum, pepeiſmai, quo vtitur Apoſtolus, quod idem eſt, ac, *perſuaſum habeo*, vel *confido*, ſicut etiam legit author commentariorum huius loci apud Ambroſium, & Hieronymus epiſt. ad Algaſiam quæſt. 9. & idem Apoſtolus in hac ipſa epiſt. cap. 15. v. 14. eamdem vocem, *certus ſum*, vſurpat pro *confido*; dum ait: *Certus ſum autem fratres mei, & ego ipſe de vobis; quoniã & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, vt poſſitis alterutrum monere*; nec non 2. Timoth. cap. 1. v. 5. *Certus ſum autem, quod & in te*. Quis enim ita deſipiat, vt dicat, Apoſtolum certũ fuiſſe ex fide diuina, omnes Romanos plenos fuiſſe dilectione, & ſcientia, aut quod Timotheus in corde haberet fidem non fictam? Illa igitur eſt vis eius verbi in omnibus locis citatis, & quotieſcumque ſit ſermo de propria iuſtitia, vt ſignificet perſuaſionem, & confidentiam, quam poſſumus habere ex varijs coniecturis, quæque nunquam talis eſt, vt omnem prorſus formidinem expellat.

Quarta expoſitio huius loci eſt Diui Auguſtini lib. de moribus Eccleſiæ cap. 11. docentis intelligendum eſſe de charitate erga Deum, quod nihil ita diligendum ſit, quam Deus; *Quis quaſo*, inquit, *dubitauerit his omnibus conſtitutis, & firmiſſimè creditis, nihil vobis aliud eſſe optimum, ad quod adipiſcendum, poſtpoſitis cæteris feſtinare oporteat, quam Deum*. Poſtea recenſens in particulari, quæ habet Apoſtolus ait: *Nemo nos ſeparat à charitate Domini minando mortem*; & ſic deinceps, *quia Deus ſua perfectione omnia ſuperat, vt potius ipſi adhærendum ſit, quam ob quoduis aliud ab ipſius charitate recedere*. A qua dum ibidem etiam docet hominem deficere poſſe, patet eum vbique ſectarijs eſſe contrarium, qui volunt fideles, ac iuſtos eſſe certos, ſe nunquam lapſuros.

Quintò demum, & vltimo dici poteſt, ibi Apoſtolum intendiſſe, quod nulla creatura extrinſeca poſſit hominem ſeparare à charitate Dei, quam ſemel habet, niſi ipſe ſponte peccando illam amittat; ideoque omnibus creaturis enumeratis, non dixit, neque nos ipſi, quippe qui ſciebat omnes homines, citra ſpeciale priuilegium confirmationis in gratia, poſſe ab ea aliquando per ſeipſos excidere, ſiue ſe à charitate Dei ſeparare.

1. Corinth. cap. 2. v. 12. *Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis*; Reſpondetur Apoſtolum ibi, vt ſatis patet ex contextu, non agere de donis, quæ huic vel illi in particulari Deus concedit, aut concedere vult, quaſi quilibet fidelis poſſit, ac debeat fide diuina credere, ſe illa habere, aut habitura eſſe; ſed agit de donis, quæ contulit Eccleſiæ, & promiſit electis, quæ nobis per Spiritum Sanctum reuelantur, non autem per ſpiritum, ſeu ſapientiam huius mundi, vt enim ait infra, *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, quæ Deus præparauit diligentibus ſe*. 2. Corinth. cap. 13. verſ. 5. *Voſ-*

pſos tentate, ſi eſtis in fide, ipſi
...ue, an non cognoſcitis vosmetip-
... Chriſtus Ieſus in vobis eſt? niſi
...robi ſitis. Reſpondetur, eo quo-
...i Apoſtolum non agere de præ-
...hriſti in Corinthiorum cordi-
...ndum gratiam iuſtificantem,
...os priori epiſtola cap. 5, verſ. 1.
... omnino audiri fornicationem, &
...rnicationem, qualis nec inter gen-
... de præſentia illius in medio
...per virtutem miraculorum; qua
... euidentia credibilitatis, argue-
...em ab Apoſtolo prędicatum eſ-
...: niſi fortè reprobi eſſent Co-
... qui ad tantam miraculorum
...am cæcutirent.
...demum alia citantur loca ab
...ijs pro ſuo errore, 1. Ioann. 3.
... & 21. cap. 4. v. 13. cap. 5. v.
...licitur nos ſcire, cognoſcere,
...ium habere, quoniam ex Deo
...t in illo manemus, & ipſe in
...: nihil aliud probant, quam
...bere poſſe certitudinem quã-
...iecturalem, & probabilem ſuę
...ionis; quæ ad eos conſolatio-
...lcendos ſufficit, ita tamen, vt
...iter non iactent, vt monet Di-
...ardus cap. 21. de interiori do-
...l quod idem eſt, præfata, & ſi-
...ipturæ loca, ſi quis intendat
...gnificari cognitionem certam,
...ien verba non ſonant, intelli-
...nt de perfectis Chriſtianis in
... quos certum eſt in Deo ma-
...Deum in ipſis; ſed non pro-
...quitur certum eſſe, hos & illos
...uè, ſeu in particulari manere
... vt ſufficienter patet ex ſupra-
...ndè Deum in hominibus per-
... gratiam reſidere, fideles om-
...diſpoſitos ab eo iuſtificari, nec
... hos, & illos ſi rectè ſint di-
...iæque ſimiles propoſitiones
...em obiectum fidei diuinę; mo-
...n duntaxat certitudinis, quæ
...bſolutè aſſumuntur, hic vel
... eſt perfectus in gratia, aut re-
...itus ad illam.

Et eodem prorſus modo, intelligendi ſunt Patres, vt in illis, quas citant aduerſarij authoritatibus proferendis inutiliter tempus non teram, vbi ſubinde aſſerunt hominem iuſtum eſſe certũ de ſua iuſtificatione, cum ipſimet ita ſe explicent; nullumque allegari poſſit eorum teſtimonium, vbi dicatur, quod vnuſquiſque fidelis certus eſſe poſſit, & debeat fide diuina, de ſua iuſtificatione; quodquę in tali fide conſiſtat vera iuſtificatio, ſitque præcipuum fidei fundamentum, vt aſſerunt aduerſarij, ſeque ob illud diuortium ab Eccleſia Romana feciſſe.

At dicent; iuſti debent Deo gratias agere pro beneficijs acceptis, & præcipuè pro remiſſione peccatorum, quæ eſt beneficium omnium maximum: nõ poſſunt autem, vt par eſt, pro ea gratias referre, niſi de ea certitudinem habeant, ſi enim dubitent, ridiculum erit pro ea gratias agere, cum ignorent an eam acceperint. Inſuper abſque tali certitudine videtur deſtrui natura fidei, & ſpei, quibus diuinę Scripturæ videntur illam tribuere.

Reſpondetur, fideles debere de beneficijs ſpiritalibus generaliter acceptis Deo gratias perſoluere, vt pro redemptione, prædicatione Euangelij, inſtitutione Sacramentum, & cæteris ad ſalutem hominum inſtitutis; nec non de beneficijs in particulari, vt quod Baptiſmum ſuſceperint, quod è parentibus Catholicis nati fuerint, & cęteris alijs, etiam corporeis, quę ſunt exteriora, ac proindè omnibus explorata; illudque tantum diuinæ exigunt Scripturæ, non autem, vt gratias Deo agamus de iuſtitia noſtra in particulari, cum de ea nobis certò, certitudine fidei non conſtet, ex ijſdem ſcripturis; promiſſioneſque de illa ſingulis in particulari applicabiles, non ſint abſolutæ, ſed ſub conditione ſufficientis ad illam diſpoſitionis, quæ quidem poteſt eſſe obiectum certitudinis moralis, non autem fidei diuinæ.

Ad aliud, quod dicebatur, abſque

tali certitudine fidei diuinæ de propria iuſtitia, deſtrui naturam fidei, & ſpei; reſpondetur hoc falſum eſſe, vt ſatis patet ex dictis; paralogiſmuſque aduerſariorum circa fidem in eo conſiſtit, quod ſub promiſſionibus generalibus de peccatorum remiſſione, vbi debita habetur diſpoſitio, de quibus nullus Catholicus dubitat, certitudine diuina fidei credendas eſſe; aſſumunt remiſſionem peccatorum, ſiue iuſtificationē vniuſcuiuſque abſolutè, tanquam quid etiam pertinens ad fidem diuinam; quod falſum eſt, v.g. ego Petrus, ego Paulus ſum ritè ad promiſſam à Deo peccatorum indulgentiam præparatus.

Quod pertinet ad ſpem, ſeu fiduciā, fatentur quoque omnes Catholici, debere eſſe in ſuo genere firmam, ac certam; negant autem huiuſmodi firmitatem prouenire ex fide illa particulari, quam ſectarij ſibi imaginantur, qua nimirum, vt diuina, credere vnuſquiſque debet ſibi per Chriſtum dimiſſa eſſe peccata; ſed oritur ex fide Catholica, qua veri fideles credunt *inueſtigabiles diuitias Chriſti*, Epheſ. 3. verſ. 8. quod ſcilicet Chriſtus ſit pro nobis natus, & paſſus, interpelletque etiam pro nobis apud Patrem; inde enim firmiter ſperamus Dei gratiam per eum, & audemus ex Apoſtolo confidenter accedere ad thronum diuinæ gratiæ; cum quo tamen ſtat, quod propriam attendentes infirmitatem aliqualiter formidemus, ne fortè propter occulta peccata, defectuque debitę ex parte noſtræ diſpoſitionis, illa non conferatur nobis, aut ſi in ea ſimus, ab ea ex propria fragilitate aliquando decidamus. Vnde Apoſtolus ibidem verſ. 14. ait: *Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis; huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem &c. vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per ſpiritum eius in interiorem hominem, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati* &c. Quorſum enim hæc Apoſtoli verba, ſi vnuſquiſque fidelis certò credere poſſit, ac debeat fide diuina, ſe eſſe in gratia, & ab ea excidere, aut deficere non poſſe.

Duplex igitur in ſpe certitudo conſiderari poteſt, vna ex parte voluntatis, altera ex parte intellectus. Ex parte voluntatis, certitudo ſpei, ſecundum quod eſt actus eius, non propriè dicitur certitudo, vt pote ad intellectum pertinens, ſed firmitas, indeque ſolet definiri, quod ſit firma adhæſio voluntatis ad rem ſperatam, aut fiducia, qua deſiderando firmiter adhæretur obiecto; & hæc maxima eſſe poteſt, etiam ſi ex parte intellectus nō ſit homo certus, ſe rem illam, vel obiectum conſecuturum. Immo ſpes non ſolum non exigit, ſed nec videtur admittere poſſe ex parte intellectus certitudinem abſolutam. Nam quod certo ſcimus, vel credimus nos habituros, non propriè ſperamus, ſed ſimpliciter expectamus, vt dicetur ſtatim. Quamuis autem abſolutam certitudinem ſpes non requirat, ex parte intellectus, duplicem tamen in illo ſupponit certitudinem, vnā abſolutam, & perfectam, qua ſcilicet fide diuina credit, Deum promiſiſſe hominibus gratiam, & miſericordiam, verum quia talis promiſſio non eſt abſolutè omnibus facta, ſed ſub conditione, quia nimirum promiſit iuſtificationem illis adultis, qui, vt ſupra probatum eſt, ſe ad illam ritè per actus fidei, & amoris diſponerent; inde fit, quod præter certitudinem intellectus, quo ad Dei promiſſa, qui fallere non poteſt, alia inſuper certitudo pręſupponi debeat, qua homo certus ſit ſe habere, vel habiturum eſſe dictas diſpoſitiones, de quibus ſi haberet certitudinem fidei diuinę, certus quoque eſſet eadem certitudine de propria iuſtificatione; eam autem habere non poſſe, ſed moralem tantum oſtenſum eſt; quę tamen moralis certitudo ſufficit, vt homo, iam fide diuina certus de Dei promiſſis, verè ſperare poſſit ſibi peccata eſſe remiſſa, vel ſe eſſe in gratia. Quod adeò verum eſt, vt, ſi homo qua certitudine fidei diuinę certus ęſt de promiſſis, & miſericordia

rdia Dei, diſpoſitiones tales requi-
:is, eadem certus eſſet abſolutè de
uſmodi diſpoſitionibus, tunc pro-
non eſſet ſpes, ſed certiſſima expe-
io gratię. Sicuti ſi Deus abſolutè
miſiſſet huic vel illi dare gratiam,
quo ipſis conſtaret, non opus eſſet
are, vel confidere, ſed certi eſſe de-
ent ſine omni ſpe. Si enim inter
nines vſus habet; vt cum aliquis vi-
oculis ſe ab alio aliquid accipere,
dicitur de ipſo confidere, aut ſpe-
illud, ſed accipere, multo magis,
quis per fidem diuinam, quæ eſt
ior, quam viſus, crederet abſolutè
abere, vel habiturum gratiam. Vndè
iſtus Dominus ſecundum humani-
m nõ habebat propriè ſpem de fu-
ſua poſt reſurrectionem exaltatio-
quam certò ſciebat; nec animæ bea-
propriè ſperant corporum reſurre-
nem, ſed expectant, quia certiſſimæ
t ex parte intellectus, eam ſibi deeſ-
on poſſe, abſque vlla, vel minima
midinis vmbra. Firmitas ergo ſpei
pria, ſeu fiducia propriè conſiſtit in
, quod præſupponat ex parte intel-
us certitudinem fidei de diuinis
miſſis, moralem autem de proprijs
oſitionibus, cui licet aliqua admi-
atur formido, an ſint verę, prout à
o requiruntur, an etiam aliquid la-
t Deo diſplicens, ea tamen haud ob-
nte homo firmiter ſperare, & confi-
e poteſt, per Dei gratiam ſe requiſi-
habiturum diſpoſitiones, & ſic ſibi
cata eſſe remittenda, vel iam illas
ere, ſibique proindè peccata iam
remiſſa, adeoque ſecuritatem, &
itiam habere, quamuis etiam cum
qua formidine, iuxta illud Pſalm. 2.
ultate ei cum tremore.

Quod ipſum Caluinus veritate coa-
s fatetur lib. 3. inſtitut. cap. 2. §. 17.
verbis: *Atqui dicet quiſpiam, longe
ud experiuntur fideles, qui in recogno-
nda erga ſe Dei gratia, non modo in-
etudine tentantur (quod ſæpe illis con-
git) ſed grauiſſimis etiam terroribus
rdum quatefiunt, tanta eſt ad detur-
bandas eorum mentes tentationum ve-
hementia*; & ſubdit; *Nos certè, dum fi-
dem docemus eſſe debere certam, ac ſecu-
ram, non certitudinem aliquam imagina-
mur, quę nulla tangatur dubitatione; nec
ſecuritatem, quæ nulla ſollicitudine im-
petatur: quia potius dicimus perpetuum
eſſe fidelibus certamen cum ſua ipſorum
diffidentia, tantum abeſt, vt eorum con-
ſcientias in placida aliqua quiete colloce-
mus, quæ nullis omnino turbis interpella-
tur. Rurſum tamen qualemcumque in
modum affligentur, decidere, ac deſciſce-
re negamus à certa illa, quam de miſeri-
cordia Dei conceperunt fiducia.* Quibus
Caluini verbis, ſi demantur vltima,
vbi falſo aſſerit, non poſſe fideles deci-
dere à certa illa fiducia, clarè patet eum
volentem nolentem veritati Catholicæ
teſtimonium perhibere, aut ſibi mani-
feſtè contradicere.

Secunda concluſio: ſecluſa Dei re-
uelatione, aut ſaltem fauore eius ſpe-
ciali, nemini poteſt, ſecundum legem
ordinariam, certitudine morali, omnem
prorſus excludente formidinem, con-
ſtare, vel ſe, vel alium eſſe in gratia.
Iſta concluſio eſt cõmunis inter Theo-
logos contra Andream Vegam, loco in
principio huius capitis citato; cuius ta-
men ſententia poteſt reduci ad bonum
ſenſum, vnde pro illius, noſtręque con-
cluſionis planiori intelligentia, ſciendũ
eſt, duplicem diſtingui moralem cer-
titudinem: vnam ſpeculatiuam, quan-
do omnibus attentis, de re aliqua nul-
la poteſt nobis ineſſe formido, & dubi-
tatio in contrarium, vt dari Romam, &
Conſtantinopolim: alteram practicam,
quando de facto quidem à nobis tolli-
tur actualis dubitatio; ſed tamen ſi
omnes circumſtantias huius rei attentè
velimus conſiderare, poſſet eſſe locus
aliquis formidini: exemplum ſolet ad-
duci in hoſtia, quæ à Sacerdote cele-
brante adoranda proponitur; etſi enim
actu de valida eius conſecratione non
dubitemus, & ideò eam abſolutè ado-
remus: ſi tamen vellemus ad omnes
circumſtantias attendere, poſſet eſſe
locus

locus formidini, vel dubitationi; nam conſecrans, vel non eſt ſacerdos, vel ſi ſit, debitam non habet intentionem, vel ſi vtrumque in eo reperiatur, materia fortaſſe non eſt panis triticeus.

Igitur ſi Vega loquatur ſolum de certitudine morali practica, eamque adhuc non extendat ad omnes iuſtos, ſed ad aliquos perfectè, & inſigniter tales, vera eſt eius ſententia, negari enim non poteſt, iuſtos interdum vſque a Deo in iuſtitia proficere, vt non ſolum de ea non dubitent, ſed etiam actualē formidinem in contrarium non habeāt, indeque aliqua præſtent, quæ ſine certitudine morali practica, de Spiritu Sācto in ſeipſis inhabitante, nunquam prçſtarent, vt cum morti pro Dei gloria ſe exponunt, vel illam expetunt, cupientes diſſolui, & eſſe cum Chriſto; at ſi præfati authoris ſententia procedit de certitudine morali ſpeculatiua, ſic falſa eſt, & contra illam procedit quoque noſtra concluſio.

Cuius prima probatio deſumitur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 9. vbi ait. *Nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, deque Sacramētorum virtute, & efficacia dubitare debet; ſic quilibet, dum ſeipſum, ſuamque propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt.*

Secundo idem probant adducta ſcripturæ, & Patrum teſtimonia, dum enim in illis habetur, iuſtos timere debere, ne fortè non ſint in gratia, defectu debitarum diſpoſitionum, adeoque ſimul confidere, & timere, ac ſic Deo in timore ſeruire, atque cum tremore exultare; non ſolum excluditur certitudo fidei, ſed etiam quçcumque alia certitudo moralis, expellens omnem prorſus formidinem, tam actualem, quam radicalem, de propria iuſtitia.

Tertio probatur ratione, quia ſi iuſti certitudinem moralem ſpeculatiuam ordinariè haberent de propria iuſtitia, talis certitudo vel proueniret ex fide humana, qualis eſt illa, qua innumeris teſtibus aſſerentibus creditur Conſtantinopolim eſſe, vel ex aliquibus medijs, aut ſignis naturalibus, vel ex propria cuiuſque iuſti experientia, qua plures eliciens actus fidei, ſpei, & amoris, aliarumque virtutum, inde argueret, & per modum cōcluſionis Theologicæ inferret, ſe eſſe iuſtum; ſed ex omnibus his capitibus non poteſt haberi certitudo moralis ſpeculatiua de propria iuſtitia; ergo illa non datur in iuſtis. Maior cum ſit certa ab enumeratione partium; probatur minor, quæ etiam eſt certa quo ad duas primas partes, quæ enim eſſet illa fides humana, quæ media naturalia, quæ iuſtos ita certificare poſſent de propria iuſtitia, vndè reſtat difficultas circa tertiam; & modo etiam in illa contento oſtendimus hanc certitudinē ingenerari non poſſe iuſtis; primo enim cum aliquando ſpiritus malus transfiguret ſe in Angelum lucis; indeque homo falli, ac decipi poſſit; dubitare poſſunt, num ita cum illis forſan contingat; ſecundo, quia licet illis conſtaret, ſe impelli à Spiritu Sancto, adhuc dubitare poſſunt, eo ſe modo affici, quo amici Dei afficiuntur. Nam & peccatores interdum à Spiritu Sancto pulſantur. Nec non, an eorum actiones ſint ab auxilio ſpeciali, an verò ab auxilio tantum generali, & naturali. Ad quæ, ſimilia attendentes viri etiam ſanctiſſimi de ſalute ſua multum formidaſſe leguntur: cum tamen propter præclara charitatis opera, quæ toto vitæ ſuæ tēpore exercuerant, multum de Dei miſericordia confidere debuiſſent; proindeque ſi alij talem formidinem non habuerunt, dicendum eſt eos per reuelationem, vel ſpeciali Dei fauore fuiſſe in inſtanti mortis, ſicut & in vita ſua affectos. ſicque in aliqua verba, vt legitur de Sancto Martino, confidenter exclamaſſe, quibus ſe de ſalute certitudinem habere teſtarentur.

Sed obijcit Vega, ſi non haberetur certitudo moralis per viam ordinariā, quod fideles ſint in gratia, non poſſent ſacerdotes Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucha-

chariſtiæ, citra temeritatem, vllis
trare: ſemper enim formidarent,
ſi eſſent ſufficienter præparati, &
quenter, an non peccarent ijs illa
trando; ſicut & fideles recipiendo,
rtim vbi ſe offerrent ad receptio-
Sacramentorum, quæ gratiam in
ente ſupponunt, & requirunt;
utem cum repugnare videatur-
ati prouidentiæ Dei, circa Sacra-
orum adminiſtrationem; debet da-
delibus certitudo,ſaltem moralis,
omnem formidinem excludat,de
ia iuſtitia.

ſpondetur ad hoc argumentum,
x dari dubium,vnum ſpeculatiuũ,
lo nimirum de re aliqua in ſe con-
ta dubitamus; alterum verò pra-
, quando de eius praxi, vel exer-
an ſcilicet eam exercere debea-
lubium habemus. Inter quæ du-
ud eſt diſcriminis, quod dubium
atiuum non impediat, quominus
& prudenter operari poſſimus;
um verò illud impediat: cum
ud de opere exercendo dubite-
Quo fit, vt licet Sacerdotes ſpe-
iè ſemper dubitent, atque etiam
ė in vniuerſum de ſtatu eorum,
Sacramenta accedunt: nihilomi-
on dubitant, quin hic, & nunc
ninatè licitum ſit ipſis Pœniten-
& Euchariſtiam miniſtrare, cum
pientibus nulla, vt ſupponitur,
is contraria appareat diſpoſitio,
turalemque inſuper, & probabi-
rtitudinem habeant de legitimo
entiæ eorum ſtatu;quæ certitudo
ad conferenda fidelibus, nec nõ
em recipienda hic nunc licitè
nenta; quia licet ſpeculatiuè de
bita diſpoſitione dubitare poſ-
on tamen dubitant practicè,quin
ramentum Pœnitentiæ, & Eu-
iæ, propter hanc coniecturalem
dinem de debita præparatione
tu primi, de propria autem iuſti-
ctu ſecundi, accedere poſſint.
tia concluſio. Iuſti ſecundum
rdinariam poſſunt certitudine

coniecturali, & probabili eſſe certi, ſe
eſſe in gratia: quæ quidem certitudo
licet ad omnem prorſus formidinem
excludendam non ſufficiat: ſufficit ta-
men ad tollendam animi anxietatem,
ſiue hæſitantiam, & fluctuationem
inordinatam; & pacem conſcientiæ
tribuendam. Iſta concluſio eſt commu-
nis inter Theologos, illamque ad mi-
nus probant omnia aduerſariorum ar-
gumenta, præſertim verò, quia ſi talis
certitudo de iuſtitia propria non ſuppe-
teret iuſtis, vix ac ne vix quidem tuta
conſcientia poſſent ad Sacramẽta acce-
dere: cum ex hypotheſi eſſent ſemper
anxij, & perplexi, an ſufficientem ha-
berent preparationem; quod foret il-
lis maximè incommodum, mærorem-
que animis illorum perpetuò inferret;
dicendum eſt ergo Deum, qui eſt Pa-
ter miſericordiarum, Deuſque totius
conſolationis, talem illis certitudinem
ordinariè denegare noluiſſe,de propria
iuſtitia. Signa autem, vel argumenta,
vndè haberi poteſt, plura afferuntur à
Patribus; præcipua ſunt ex S. Baſilio
in regulis breuioribus, vbi hanc eamdẽ
quæſtionem mouet, interrogat. 296.
vehemens peccati odium, paſſionum
mortificatio, & zelus ſalutis animarũ;
ex Diuo Leone ſerm. de Epiphania,
humilitas cordis, patientia in aduerſis,
dilectio Dei,& proximi; ex Sancto Ber-
nardo ſerm. *69.* in Cantica, firmum
propoſitum Deo placendi in omnibus,
dolor vehemens de peccatis præteritis,
cautio diligens in vitandis futuris, fre-
quentia Sacramentorum,& libenter au-
dire verbum Dei, nec non de eodem
loqui; ex Alexandro Alenſi *3.* parte,
tract.*61.* alijſque Theologis 1.2.quæſt.
113. lumen internum, quo agenda, &
credenda mirabili fulgore cognoſcunt
veri iuſti,lætitia in perferendis pro Deo
quibuſcumque laboribus, tranquillitas
conſcientiæ, pax animi, feruor in exe-
cutione mandatorum Dei, amor rerum
cæleſtium, ac denique contemptus
terreſtrium, omniumque pomparum
mundi.

Quarta

Quarta concluſio. Fideles non cognoſcunt certò certitudine fidei, aſſenſum, quem doctrinę à Deo reuelatæ, & per Eccleſiam propoſitæ præbent eſſe ſupernaturalem, ſeu à fide infuſa proficiſci. Iſta concluſio eſt etiam magis communis inter Theologos contra Sotum, & alios. Pro cuius intelligentia aduertendum eſt eam non procedere de certitudine obiecti fidei; omnes enim admittunt, nos teneri ſub pœna peccati hæreſeos, credere doctrinam fidei, ſeu obiecta illius eſſe vera, & omnino infallibilia, ſed de ſolo actu, ſeu aſſenſu noſtri intellectus, quo obiectis fidei aſſentimur, an ſcilicet ſecluſa reuelatione, certò certitudine fidei conſtet fidelibus, aſſenſum illum eſſe ſupernaturalem, & à fide infuſa, habituali, vel actuali; præterquam enim multi Doctores exiſtimant non eſſe de fide nos credere, ſperare, & diligere per habitus infuſos; omnes etiam docent hos actus ſupernaturales elici poſſe, per auxilia quædam actualia, & tranſeuntia. Vndè concluſio abſtrahit ab hoc, quod ſit ab vno, vel altero principio; præſupponitque inſuper tanquã certiſſimum poſſe, & debere fideles credere obiecta fidei aſſenſu ſupernaturali in ordine ad ſalutem; & ſolum intendit, eos nunquam eſſe certos, ſecluſa reuelatione, de tali ſuo aſſenſu.

Concluſio ſic explicata probatur primò, quia aſſenſus circa myſteria fidei V.g. Trinitatis, Incarnationis, & ſimilia poteſt eſſe humanus, & naturalis, vt patet in hæreticis, qui pluribus eorum mordicus aſſentiuntur, & tamen per aſſenſum humanum, & naturalem id faciunt, cum conſtet in eis non eſſe fidem ſupernaturalem; aut in illis, qui omnibus aſſentirentur ob ſolam euidentiam credibilitatis eorum; ergo non conſtat fidelibus certitudine fidei, aſſenſum, quem reuelatis à Deo præbent, eſſe ſupernaturalem, & à fide infuſa, non autem humana.

Secundò, quia in hac parte actus intellectus non videtur dignoſci poſſe clarius, aut certius actu voluntatis; ſed non cognoſcimus certò certitudine fidei actum voluntatis, vt dilectionem Dei ſuper omnia, eſſe à gratia ſupernaturali: ſi quidem certò cognoſceremus nos eſſe in gratia, quod falſum eſſe docent doctores, cum quibus modo agimus; ergò nec etiam tali certitudine cognoſcimus aſſenſum intellectus circa fidei obiecta, eſſe à fide infuſa, & ſupernaturali.

Vndè quando ait Diuus Auguſtinus lib. 23. de Trinitate cap. 1. *Hæc fides in animo credentis, ei tantum eſt conſpicua cuius eſt*. Et iterum, *fidem ſuam videt quiſque in corde ſuo, ſi credat, & non eſſe, ſi non credat*. Tantùm vult fidelibus certò conſtare, quod credant, quippè qui cognoſcunt, & vident, ſiue experiuntur ſe credere; non tamen propterea vult ipſos fideles eſſe certos certitudine fidei, quod ſuũ credere, vel ſuus aſſenſus ſit ſupernaturalis, aut diuinus, cum ex dictis poſsit eſſe merè humanus, & naturalis.

Similiter, quamuis fideles teneantur, loquendo de certitudine obiectiua, certò credere myſteria omnia fidei à Deo reuelata, & ab Eccleſia propoſita, eſſe vera, & infallibilia, aliàs non poſſent non eſſe hæretici; non tamen tenentur certò, præſertim certitudine fidei credere ſuum aſſenſum eſſe ſupernaturalẽ: hic enim actus eſt reflexus, & immediatè fertur in ipſum aſſenſum, non autem in obiectum, ſeu myſteria fidei. Alter verò actus eſt directus, qui immediatè fertur in obiectum, ſeu veritates fidei; vnde qui illas negaret eſſe veras, & infallibiles eſſet hæreticus, nõ autem qui negaret ſuum aſſenſum eſſe ſupernaturalem; quia nullibi in Scriptura, aut Eccleſiæ definitionibus habetur, actum fidei, quem circa myſteria religionis elicimus, eſſe ſemper ſupernaturalem; adeò vt qui hoc negaret, vel de illo dubitaret: dummodo omnibus fidei myſterijs aſſenſum præberet, non haberetur hæreticus: quippè cum hæreticus aliquis duntaxat cenſeatur, quando

lo ab aliqua fidei veritate diſſen-
aduertendum tamen eſt, quod et-
teneamur credere aſsenſum no-
, reſpectu omnium veritatum fi-
ſe ſupernaturalem : tenemur ta-
redere eſse verum, & infallibilē;
è qui conformis eſt infallibili ve-
ſeu obiecto: quo fit, vt in animo
eſse debeamus, negare omnem
n, omnemque euidentiam natu-
, potius quam ab aſsenſu alicuius
tis reuelatæ diſcedere : & ſic me-
ſeruit Auguſtinus, *ſe magis de ſe
uam de Deo, an eſſet in rerum na-
dubitaturum*.

nique, cum inter eaſdem fidei ve-
s, hæc contra Pelagianos habea-
uod ſit neceſsarium ad ſalutem,
e ſicut oportet, atque adeò ex
o Spiritus Sancti, tenemur quo-
rtum illi aſsenſum præbere, ta-
e vident, & experiuntur in ſe
s fideles;non tamen certò cogno-
an eam, & alias fidei veritates
nt, vt oportet, ſeu ex motiuo Spi-
Sancti. Per quod patet ad omnia
a;tantumque ſufficiat de præſen-
trouerſia.

CAPVT XVI.

*tur aduerſus Lutheranos, & Calui-
ſtas, poſſe, & debere iuſtos bonis
operibus æternam beatitu-
dinem prome-
reri.*

Vm ad rationem meriti, ſeu opus
meritorium duo potiſsimum re-
tur, quæ à Lutheranis, & Calui-
pernegantur, bonitas ſcilicet, ac
s, aſserunt enim omnia noſtra
labe peccati originalis, etiam in
ibus iuſtis realiter manentis, in-
a, damnabiliaque eſse, & ſimili-
s, propter idem peccatum, in no-
peribus, ſaltem bonis, carere li-
e; ideo conformiter hiſce duobus
ſimis erroribus docent,opera no-
uantumuis appareant bona, nul-
lo tamen modo eſse meritoria, vitæ
præſertim æternæ, nec ad illam neceſ-
ſaria. Nos autem Catholici oppoſitū
aſserimus, indèque tanquam certum
colligimus, iuſtos, in benè operando,
perfecta gaudere libertate, omniaque
eorum opera non eſse peccata.

Pro cuius explicatione, nec non ſta-
tus controuerſiæ intelligentia ſciendū
eſt primo, multas eſse acceptiones me-
riti; primò enim mereri, eſt idem quod
conſequi; qua ratione Eccleſia canit:
*O felix culpa, quæ talem, ac tantum me-
ruit habere Redemptorem*: & de cruce
dicitur, *quod meruit portare talentum
mundi*; non quod in culpa, vel in cruce
meritum reperiatur, ſed quia hanc fe-
licitatem conſecuta ſunt, vt crux in ſe
haberet, & portaret pretium vniuerſi,
culpa verò per Redemptorem obtine-
ret. Et in hac acceptione non procedit
controuerſia, libenter enim admittunt
aduerſarij, iuſtos in ea mereri vitam
ęternam, ſi quidem illam tandem mul-
ti eorum conſequuntur.

Secundò ſumitur meritum, pro diſ-
poſitione, ſeu idoneitate ad aliquod
munus; quomodo dicimus, certum ho-
minem habere plura, vel pauciora me-
rita ad aliquod officium, vel dignitatē;
& in hoc quoque ſenſu non eſt difficul-
tas; aduerſarij enim negare nō poſsunt,
aliqualem eſse in iuſtis diſpoſitionem,
vel idoneitatem ad vitam ęternam,quę
non reperitur in iniuſtis, vt ſatis per ſe
patet.

Tertiò ſumitur meritum pro digni-
tate, ſeu reatu pœnæ, vt dicitur lib. 2.
Paralip. cap. 10. *Iram Domini mereba-
ris*; Iobi 6. *Vtinam appenderentur pecca-
ta mea, quibus iram merui*; & Hebræor.
10. v.29. *Quantò magis putetis deteriora
mereri ſupplicia, qui filium Dei conculca-
uerit*. Hæc autem dignitas pœnæ cum
potius demeritum, quam meritum ſo-
leat nuncupari, & ideo Diuus Auguſti-
nus illud appellat cum addito meritum
ſupplicij, vel malum meritum, lib. de
grat. & liber. arbitrio cap.5. & 6. ma-
nifeſtè patet illud non habere locum

in æterna beatitudine conſequenda, de quo agimus in præſenti, non autem de illa amittenda.

Quartò meritum accipi ſolet non ita generaliter, ſed magis propriè in bonam partem, ſicque illud ſumimus in præſenti, & conſiſtit in eo, quod ſit bonum opus, præmio dignum ex iuſtitia, vel decentia. Vndè ſic poteſt commodè, & rectè definiri, vel deſcribi meritum, quod *ſit moralis quidam valor actionis humanæ bonæ, ad obtinendum aliquod præmium, ſiue retributionem à remunerante ex iuſtitia, vbi meritum de condigno, vel ex decentia, vti meritum de congruo.*

Vndè notandum eſt ſecundò, meritum ſic magis propriè, & in bonam partem acceptum, diuidi à S. Thoma 1.2. qu.114. art. 1. in meritum ſimpliciter, & in meritum ſecundum quid; deindè art.3. in meritum de condigno, ſeu digno, & in meritum de congruo. Qua ſecunda diuiſione deinceps vtitur Angelicus doctor in tota quæſtione. Quamobrem eſt difficultas circa mentẽ eius in aſsignandis his diuiſionibus; quę dupliciter poteſt explicari. Primò, ita vt diuerſam tradat diuiſionem art.3. ab ea, quam tradiderat art. 1. & quoniam art. 1. negat meritum ſimpliciter noſtri ad Deum, & concedit ſecundum quid; articulo verò 4. & deinceps concedit pariter tam condignum, quam congruũ; dicendum eſt Diuum Thomam art. 3. ſubdiuiſiſſe illud meritum, quod art. 1. vocauerat ſecundum quid. Atque ita prima diuiſio meriti ſit, in illud, quod inducit perfectam iuſtitiæ obligationẽ penes abſolutam æqualitatem, quod eſt meritum ſimpliciter, ab alijs vocatum meritum de condigno rigoroſum, cui ex ipſius operis, operantiſque dignitate merces debetur; quale eſſe meritum Chriſti Domini docent communiter Theologi, quod ex dignitate operis, & operantis abſolutè habet æqualitatem ad mercedem, abſque vlla gratia merenti facta; quia licet facta quidẽ fuerit humanitati Chriſti, non tamen ſuppoſito merenti, quod erat diuinum & cuius erant actiones Chriſti vt quod Et in illud, quod exigit quidem præ mium à remunerante, ſecundum quam dam proportionem minorem obliga tione, & æqualitate iuſtitiæ, quod e meritum ſecundum quid, & diuiditu poſtea in condignum, ab aliquibus vo catum condignum ordinarium, & in congruum. Meritum de condigno e opus bonum, cui ex ſua, operantiſqu dignitate, merces debeatur ex iuſtitia non tamen ex illius rigore perfecto Nam origo talis meriti prouenit à gra tia habituali, & actuali. Meritum ve rò de congruo eſt opus bonum, de ſ quidem non habens dignitatẽ, & ęqua litatem ad tantam mercedem, ſed cu ex liberalitate, & gratitudine remune rantis illa retribuitur, quæ alioquin eſ ſupra valorem ipſius operis: ſiue bre uius, meritum de congruo eſt, cui in rigore non debetur merces, ſeu præmiũ ſed tamen eſt decens, vt ei tribuatur; vt ait D.Thomas in 4. diſt.15. q. 1. art.3 quæſtiunc.4.

Secundo modo poteſt explicari men Diui Thomæ, aſſerendo ipſum, eamdẽ vtrobique diuiſionem, diuerſis ſolùm terminis tradidiſſe; ita vt in re meritum ſimpliciter ſit idem cum condigno; meritum autem ſecundum quid cum con gruo. Sed quoniam art. 1. S. Docto negat meritum ſimpliciter noſtri a Deum, poſtea verò art.3. concedit meritum condignum; ideo Caietanus ib reſpondet meritum hominis poſſe con ſiderari, tùm in ordine ad Deum, tùm in ordine ad mercedem; atque in ordi ne quidem ad Deum, non dari iuſtum nec meritum ſimpliciter, ob infinitam diſtantiam, & inęqualitatem inter Deũ & hominem: in ordine verò ad mer cedem dari iuſtum, ac meritum ſimpli citer cum proportione, & æqualitat requiſita: atque ita Diuum Thomam art. 1. negare meritũ ſimpliciter reſpe ctu Dei; articulo autem 3. conceder reſpectu mercedis.

Aduertendum tamen eſt in hac ex plica-

one, non debere intelligi com-
onem æqualitatis, & inæqualita-
ad entitatem præmiantis,& me-
, ſiue quo ad entitatem præmij,&
. Nam certè in humanis inter
um, & principem dari poteſt, nõ
vera ratio meriti, ſed rigoroſa
tio iuſtitiæ,vt per ſe conſtat,non
te inæqualitate perſonarum, ma-
ter ſolùm ſe habente. Et in caſu
; comparando actum hominis
orium cum mercede gloriæ, mul-
fectior eſt, ac nobilior viſio Dei
ria, quam actus quicumque ho-
in via. Sed intelligi potius debet
aratio formaliter ſecundum con-
tionem per ſe ad rationem meriti,
mij ſpectantem; ita videlicet, vt
edenter ad meritum, non ſit quis
x capite obligatus facere talem
, alioqui ex parte ſua non habe-
qualitatem: & ſimiliter princeps
pponatur alio ex capite debere
beneficium, quia ſic ex parte eius
eperietur inæqualitas. Sed ex-
re oportet omnem aliam debiti
nem; & ſic merens, ac præmians
unt æqualitatẽ formaliter requi-
ad ordinem meriti, & præmij.
s inter meritum, & præmium in-
enda eſt comparatio ſecundum ra-
m quamdam valoris: quo pacto
ia, quamuis in materia viliori,ta-
n æſtimatione poteſt habere valo-
ad rem longè pretioſiorem. Et ita
u præclarè explicat Diuus Tho-
quæſtione citata art.3. ad 5.gratiã,
e cuius homo meretur,eſſe æqua-
loriæ in virtute; ſicut ſemen ar-
eſt virtus ad totam plantam. Hac
ratione inter Deum, & hominem
ſt æqualitas: quoniam homo eſt
r obligatus Deo, vt, quæcumque
alijs pluribus titulis debeat ipſi
Inter meritum verò, & præmiũ
æqualitas in ratione valoris, ſe-
um proportionem gratiæ ad glo-
Quod tamen non debet intelligi
atia ſecundum ſe, ſed de ipſa, vt
incipium operis meritorij, com-

parata ad ſeipſam, vt eſt principium gloriæ; nam ſi conſideretur ſecundum ſe,ſic plures Theologi docent eſſe quid perfectius ipſamet gloria, & viſione beatifica.

Tertiò, & vltimò obſeruandum eſt, meritum propriè dictum multipliciter conſiderari poſſe,vel potius multa eſſe, quæ ſub illud cadere, & conſequenter rationem præmij habere poſſunt; huiuſmodi ſunt primò bona temporalia; ſecundo ſpiritualia omnia, qualia ſunt auxilia diuinæ gratiæ, tam prima, quãque ad illa ſubſequuntur; deindè gratia primò iuſtificans; tum eiuſdem augmentum; nec non finalis in ea perſeuerantia, & reparatio eiuſdem poſt lapsũ; ac demum gloria æterna, de qua potiſſimum agimus in præſenti, tum quia potiſſimum negant aduerſarij illam cadere ſub meritum; tum quia contrario ſemel ſtabilito, conſtabit quoque aliud, quod negant, iuſtum ſcilicet mereri poſſe augmentum gratię ſanctificantis.

His prænotatis pro explicatione, & reſolutione controuerſiæ neceſſarijs, in quibus omnes doctores Catholici conueniunt, relictiſque alijs non neceſſarijs de quibus ſalua fide inter ſe diſputant, & agetur à nobis tomo ſequenti, vbi Deo dante daturi ſumus breuem epitomen totius Theologiæ inter Doctores Catholicos controuerſæ. Lutherus veterum hæreticorum, quos Auguſtinus lib. de fid. & oper. *Pſeudo-Apoſtolos* vocat errorem ſecutus, nec non Simonis Magi, apud Irenęum lib. 1. cap. 20. Valentinianorum ibidem, & Eunomij, apud S. Auguſtinum lib. de hæreſibus, hæreſi 54. & Hieronymum in caput 4. Oſeæ, vſque adeò bonis operibus fuit inimicus, vt aſſeruerit, non ſolùm ea non eſſe neceſſaria ad ſalutem, aut meritoria vitæ æternæ, ſed nihilò cuique obeſſe, quorumlibet perpetrationem, & perſeuerantiam peccatorum, ſi huius quæ ab ipſo docebatur, fidei particeps eſſet. Ita pluribus in locis, ſed præſertim lib. de libert. Chriſtiana, lib. de capt. Babyl. cap. de Baptiſmo; ſerm. de

nouo teſtamento, ſeu de Miſſa; ſerm. cui titulus, *Sic Deus dilexit mundum*. *Ego*, inquit, *dico tibi, quia anguſta eſt via, oportet te fieri tenuem, ſi vis per eam venire. Cæterum qui operibus onerati ſunt ſicut conchilibus onuſtos videmus Iacobi peregrinos, ij non poterunt penetrare*. Similiter ſerm. de piſcaturā Petri ait: *Erga Deum non operibus, ſed nuda fide indigemus; debemus enim cum ſolo Iſaac venire, hoc eſt, in fide; ſeruos & aſinos, hoc eſt, opera deorſum dimittere oportet, quanto ſceleratior es, tanto citius Deus ſuam gratiam infundit*.

Qua doctrina, quæ omnibus ad omne malum planiſſimam ſternit viam, cum nihil horribilius excogitari poſſit, nec ea plus præfati hæretici docuerint; plures quidem Lutherani illam abominati ſunt, vt patet *ex colloquio Altemburgenſi Ienæ* 1570. *impreſſo*; in quo Theologi Ducis Saxoniæ defenderunt, quod opera bona ad ſalutem ſint neceſſaria; non tamen ſecundum efficientiā, ſed tantùm ſecundum præſentiam, ita vt neceſſariò fidei debeant eſſe præſentia, vt homo ſaluetur. At rigidi Lutherani Theologi Electorales ibidem damnarunt illos, qui docerent opera eſſe neceſſaria ad ſalutem, etiam quoad præſentiam. Imo quidam Nicolaus Amsdorffius in libro, quem inſcripſit: *Quod bona opera ſint pernitioſa ad ſalutem*; contra Georgium Maiorem, ex pluribus Lutheri locis probat, quod ipſe hoc idem docuerit.

Caluinus quoque, licet verbotenus bona opera in fidelibus requirat, tanquam fructum veræ fidei, reipſa tamen negat illorum neceſſitatem; & meritum ad ſalutem æternam, dum docet, omnia iuſtorum opera coram Dei tribunali eſſe peccata mortalia; vt patet lib 3. inſtitut. cap. 12. §. 4. vbi ſic ait: *Qui ſeriò tanquam ſub Dei conſpectu de vera iuſtitiæ regula quærent, illi certò comperient, omnia hominum opera, ſi ſua dignitate cenſeantur, nihil niſi inquinamenta eſſe, & ſordes, & quæ iuſtitia vulgo habetur, eam apud Deum meram eſſe iniquitatem; quæ integritas cenſetur, pollutionem; quæ gloria dicitur, ignominiam*. Quod idem repetit cap. 14. §. 9. 10. & 11. Ex ta[li] enim principio, & alijs ſimilibus, v. g. quod etiam iuſtis impoſſibilis ſit obſeruantia legis, ideoque ad illam non te[]neantur; manifeſtè ſequitur, nulla opera bona eſſe ad æternam ſalutem neceſſaria, eiuſque meritoria: quia licet di[]cantur bona, vt vult Caluinus, tamen ex eodem, coram Deo ſunt verè, a[c] realiter peccata mortalia; Deus autem non requirit peccatum mortale ab homine, vt ſalutem obtineat, ac mereatur adeoque perindè erit homini ad illam ſi adulterium committat, vel ab illo abſtineat, ſi pauperi eleemoſynam tribuat vel eam deneget, & ſic de ſimilibus. Quæ fuit ipſamet hereticorum ſuperius citatorum doctrina, quam ſi aduerſarij dicant ſibi falsò imponi; profiteantur quod iuſti poſſint legem implere, & illam ſeruando non peccent; nec omnia eorum opera coram Dei iudicio ſin[t] damnabilia, ſed verè bona, & vitæ æternæ conſequendæ neceſſaria, eiuſdemque meritoria; & ſic ſe liberabunt non à falſa, vt dicunt, impoſitione, ſed à falſis dogmatibus, quibus in omni genere ſe immiſcuerunt, & omnes ferè veteres hereſes ab inferis iterum ſuſcitarunt; poſt ſuam ſine vlla ratione ſeparationē ab Eccleſia Catholica, cum maximo ciùs dolore.

Et quidem, quo ad rationem meriti & mercedis, adeò illi infenſus fuit Caluinus, vt eorum nomina, vbi præſertim agitur de vita æterna, eliminanda eſſe dixerit, Sanctoſque, ac veteres Patres illis vtentes condemnare non ſit veritus lib. 3. inſtit. cap. 15. §. 2. vbi ſic ait: *Primum de meriti nomine id mihi proferre neceſſe eſt, quicumque primus illud operibus humanis ad Dei iudicium comparatis aptauit, eum fidei ſinceritati peſſime conſuluiſſe*. Et infra: *Vſi ſunt (fateor) paſſim vetuſti Eccleſiæ Scriptores, atque vtinam vocule vnius abuſu, erroris materiam poſteris non præbuiſſent*. Contra quos omnes errores veritas Catholica explica-

cabitur ſequentibus concluſioni-
ima Concluſio. Homo iuſtificatus,
gratia Dei conſtitutus, inſuper et
peciali eius auxilio adiutus, poteſt
), ſeu mandata Dei ſeruare. Iſta
uſio eſt de fide, definita in Con-
Tridentino ſeſſ. 6. cap. 11 *Nemo,*
umuis iuſtificatus, liberum ſe eſſe
eruatione mandatorum putare debet
temeraria illa; &c. à Patribus ſub
emate prohibita voce vti; Dei præ-
homini iuſtificato ad obſeruandum
poſſibilia. Et Can. 18. *Si quis di-*
Dei præcepta homini etiam iuſtificato
ſub gratia conſtituto eſſe ad obſer-
m impoſſibilia, anathema ſit. Quod
Concilio II. Arauſicano cap. 25.
tum fuerat.
ecipua Scripturæ loca, quibus in-
hæc fidei veritas, habentur Deu-
o. v. 9. *Reuertetur Dominus, aut*
ut ſuper te in omnibus bonis, ſicut
s eſt in Patribus tuis; ſi tamen au-
vocem Domini Dei tui, & cuſtodias
ta eius; & ceremonias, quæ in hac
nſcriptæ ſunt, & reuertaris ad Do-
Deum tuum in toto corde tuo, &
anima tua; mandatum hoc, quod
cipio tibi hodie, non ſupra te eſt,
procul poſitum, nec in cælo ſitum, vt
dicere, quis noſtrum valet cælum
ere, vt deferat illud ad nos, & au-
s, atque opere compleamus? & in-
14. *Sed iuxta te eſt ſermo valde,*
uo, & in corde tuo, vt facias il-
Quo teſtimonio cum nihil ad præ-
nſtitutum clarius adduci poſſit;
ue Sancti Patres illud paſſim alle-
ſufficiat pro veteri Teſtamento.
ouo Teſtamento; Matth. 11. v. 29
Chriſtus. *Tollite iugum meum ſu-*
, &c. & inuenietis requiem ani-
veſtris, iugum enim meum ſuaue
nus meum leue; indè enim ad mi-
obatur homini iuſtificato, ſpecia-
Dei auxilio adiuto poſſibile eſſe,
e iugum, & onus Chriſti præce-
n, diuinaque obſeruare mandata:
i nec iugum ſuaue, nec onus le-

ue eſſet, ſed importabile, & impoſſibile, vt contendunt aduerſarij. Quod enim ipſi reſpondent, ideo mandata dici non grauia, ſed leuia, & ſuauia electis; quia Deus non imputat illis præuaricationem contra legem, nec eos ad illam per Chriſtum obligat; abſurdū eſt, relictaque ſecunda reſponſione, quę pugnat contra obligationem legis, neceſſitatemue illam adimplendi, de qua tertia agemus concluſione; ſic primò abſurditatem oſtendo; quia ſi iuſtus in omni actione contra legem mortaliter peccaret, eamque obſeruare non poſſet, ideoque ſolùm diceretur lex ſuauis, & leuis, quia Deus non imputaret peccata, quæ contra illam à iuſto fiant; certè lex eſſet in ſe duriſſima, & grauiſſima, aſſerente igitur Chriſto Domino, eam eſſe leuiſſimam, ac ſuauiſſimam; fatendum quoque eſt, eſſe iuſto poſſibilem cum auxilio diuinæ gratiæ, conſequenterque ab ea adimplenda non liberari, ex hoc capite, quod ſit impoſſibilis, vt aiunt aduerſarij, quidquid ſit de alijs capitibus, de quibus modo nō agimus. Alia adducerem loca ex nouo teſtamēto; verùm quia ex illis, nec non etiam ex alijs veteris teſtamenti, intendo formare rationes pro noſtra concluſione; nunc ad traditionem deuenio.

Sacræ igitur Scripturæ adſtipulatur pro veritate noſtræ concluſionis diuina traditio, vnanimi Sanctorum Patrum Græcorum, & Latinorum teſtimonio comprobata; quorum loca, breuiter ſolùm adnotabo. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromat. cap. 8. *Quin etiam præcepta ſunt eiuſmodi, vt à nobis poſſint fieri, vel non fieri: quæ conſentaneum eſt, vt conſequatur laus, & vituperatio.* Origenes homil. 9. in Ioſue: *Quantæ ex mulierum ſexu, &c.* Athanaſius de Virginitate ſeruanda; *Intende vnicuique præcepto, &c.* Baſilius Magnus homil. in illud Moyſis, Attende tibi ipſi: *Impium eſt aſſerere præcepta Spiritus Sancti impoſſibilia eſſe obſeruatu.* Et in regulis breuioribus Reſponſione 176. explicans illud Apoſtoli, *Ambulate in dilectione,*

ait:

ait; *ſine dubio autem non præcepiſſet hoc qui bonus, ac iuſtus eſt, niſi etiam facultatem, qua id faceremus, fuiſſet largitus*. Ephrem ſermone ad pietatem bona opera Chriſti athletam exercente. Ioãnes Chriſoſtomus paſſim, ſed præcipuè in Pſal. 111. *Dei præcepta, quæ ſunt ſalutaria, &c.* Homil. 18. in Matth. *Ne igitur impoſſibilia putemus eſſe præcepta, &c.* Homil. 39. in eundem: *Nolite igitur iugum audientes pertimeſcere, &c.* Homil. 2. in 1. ad Corinth. *Quæ præcepit Dominus ſunt adeo facilia, &c.* Homil. 9. in eamdem: *Si iuſiſſet quidem grauia, & quę non poſſent fieri, poſſet fortaſſe proferre quiſpiam legum difficultatem, &c.* Homil. 2. in epiſt. ad Philippenſes, in morali digreſſione: *Quid enim graue, quid oneroſum eſt in præceptis Chriſti, &c.* Homil. 19. in epiſt. ad Hebræos; *Et quomodo poſſibile eſt hoc, inquis, diligere proximum, ſicut ſeipſum, &c.* ac demum homil. 8. de pœnitentia: *Nequaquam Dominum accuſes, haud mandat impoſſibilia. Multi etiam ipſa ſuperant præcepta, &c.* Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Ioann. cap. 4. *Si ſeruare mandata, diligere eſt, &c.* & lib. 3. contra Iulianum: *Verbum Dei Vnigenitum reformans hominis naturam in ſuã originem, &c.* Procopius Gazæus ad cap. 30. Deuteron. explicans illud: *Propè te eſt verbum hoc valdè*. Iſichius Hieroſolymitanus lib. 7. in Leuit. cap. 26. *Nos ſi mandatis Dei intendimus, &c.* Anaſtaſius Nicænus queſt. 5. *Cum dicat Dominus: iugum meũ eſt ſuaue, & onus meum leue: eſt perſpicuum, quod qui eſt ſenex, & impotens, poteſt eius legem ſeruare, &c.* Theophilactus ad cap. 11. Matth. *Dicuntur omnia mandata Chriſti iugum leue; quoniam propter futuram retributionem leuia, tametſi ad breue tempus grauia videantur*.

Ex Latinis Cyprianus lib. de Baptiſmo Chriſti, *In quibuſdam per legem tuam promiſſa præmia nos inuitant*: & cætera omnino videnda, cũ ibi, & poſſibilitatem implẽdi præcepta, & modũ, ſcilicet per Dei gratiam, oſtendat. Hilarius ad Pſal. 118. lit. Lamed: *Latum mandatum tuum vehementer, &c.* Hieronymus lib. 1. commentar. Matth. c. 5. circa illa verba: *Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros*, ait: *ſciendum ergo eſt Chriſtum impoſſibilia non præcipere, ſed perfecta, &c.* Item 2. epiſt. ad ad Cteſiphontem cap. 4. vbi præmiſſis Pelagij verbis, quod *poſſibilia mandata dedit Deus*; reſpondet, *ecquis hoc negat*; addit tamen id ſine ſpeciali Dei gratia fieri non poſſe. Et lib. 1. aduerſus Pelagianos cap. 3. *Reſeruato igitur hoc, quod fatemur poſſibilia Deum dediſſe mandata, ne ipſe author iniuſtitiæ ſit, ſi id exiga fieri, quod fieri non poteſt*. Auguſtinus pluribus in locis, præſertim lib. de natura, & gratia cap. 43. *Non igitur impoſſibilia Deus iubet, ſed iubendo admonet, & facere quod poſſis*; nec non c. 68 & 69. vbi expreſsè docet, quia Deu iuſtus eſt, & bonus, cum non poſſe impoſſibilia præcipere. Item lib. 2. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 3. lib. de grat. & lib. arb. cap. 15. ſerm. 61. & 191. de tempore: *Execramur etiam blaſphemiam eorum, qui dicunt impoſſibile aliquid homini à Deo eſſe præceptum, & mandata Dei non à ſingulis, ſed ab omnibus in communi ſeruari poſſe.* Sixtus III de malis doctoribus, & operibus fidei *Conueniat ſanè Deo aliquid impoſſibil præcepiſſe, ſi vel homini conuenit, &c.* Leo I. ſerm. 5. Epiphan. cap. 3. & ſer. 5 de quadrageſ. cap. 1. Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 32. Primaſius ad caput 8. epiſt. ad Roman. Gregor. Magnus homil. 17. in Ezechielem: *De cha ritate ſcriptum eſt latum mandatum tuum nimis, &c.* Beda ad cap. 5. prioris Ioã nis: *Et mandata eius grauia non ſunt &c.* ac demùm Bernardus epiſt. 341.

Tertiò probatur noſtra concluſio ra tionibus. Prima eſt, quia ſi Deus præ ciperet homini ea, quæ nec per eius au xilium gratiæ ordinarium præſtare poſſet, & æternam pœnam præuarica tibus minaretur, eſſet iniuſtus, & quo uis tyranno crudelior, vt docent Patre locis citatis; ſed, vt dicemus concl ſione tertia, Deus præcipit ſuorum manda-

atorum obſeruantiam, tanquam
ſariam ad ſalutem, ita vt eius prę-
tores damnentur, ſaluentur autē
ſes; diuina igitur mandata iuſto
e gratiæ auxilijs munito, non ſunt
ſibilia. Imo ſi talia eſſent, nullo
obligarent, nec eſſent præcepta,
omo contra illa agendo peccaret:
odo enim peccaret, debitamque
ereretur pœnam, qui id faceret,
vitare nullo modo valeret? fru-
ne cōſequenter Deus illa tuliſſet;
riſtus nos docuiſſet orare, *Fiat*
as tua ſicut in cælo, & in terra, ſi
ſibile eſſet, quod Dei voluntas
m in terra fieret, vel impleretur
minibus.

undò, diuina pręcepta haud ſunt
atu impoſſibilia, ſed re vera iu-
m auxilio diuinæ gratiæ poſſibi-
Sacræ Scripturæ teſtentur, plures
de facto Deum ex toto corde
ſſe, & mandata eius obſeruaſſe;
ita ſe habet, haud ergo lex Dei,
uina eius præcepta dicenda ſunt
abſolutè impoſſibilia; Maior cum
ur omnino certa: probatur mi-
Nam Ioſue cap. 11. v. 15. dicitur:
præceperat Dominus Moyſi ſeruo
præcepit Moyſes Ioſue, & ille vni-
compleuit, non præterijt de vniuer-
ndatis nec vnum quidem verbum,
uſſerat Dominus Moyſi. Idem te-
Deus de Dauid per Prophetam
Reg. cap. 14. v. 8. loquens ad Ie-
m: *Non feciſti, ſicut ſeruus meus*
, qui cuſtodiuit mandata mea, &
eſt me in toto corde ſuo, faciens
lacitum eſt in conſpectu meo. Et
. v. 4. dicitur: *Propter Dauid de-*
Dominus Deus ſuus lucernam in
em, eo quod feciſſet Dauid rectum
lis Domini, & non declinaſſet ab
s, quę præceperat ei cunctis diebus
ę, excepto ſermone Vriæ Hethæi;
Apoſtolus Act. 13. v. 22. ait: *Su-*
illis Dauid Regem, cui teſtimoniū
ens dixit: Inueni Dauid filium
irum ſecundum cor meum, qui fa-
nes voluntates meas; Idque ipſum

Dauid de ſeipſo coram Deo profitetur
dicens Pſal. 118. v. 10. *In toto corde meo*
exquiſiui te. v. 15. *& cuſtodiui legem tuā*.
v. 32. *Viam mandatorum tuorum cucurri*
cum dilataſti cor meum. Inſuper lib. 4.
Reg. cap. 23. v. 25. dicitur de Rege Oſia:
Similis illi non fuit ante eum Rex, qui re-
uerteretur ad Dominum in omni corde
ſuo, & in tota anima ſua, & in vniuerſa
virtute ſua iuxta omnem legem Moyſi;
& lib. 2. Paralip. cap. 15. v. 15. de Rege
Aſa, & populo: *In tota voluntate quæ-*
ſierunt eum, ſcilicet Dominum, *& inue-*
nerunt. Demum in nouo teſtamento
de Zacharia, & Eliſabeth aſſerit Lucas
cap. 1. v. 6. *Erant autem iuſti ambo ante*
Deum, incedentes in omnibus mandatis,
& iuſtificationibus Domini ſine querela.
Et Ioannes 1. epiſt. cap. 3. v. 22. ait:
Quidquid petierimus accipiemus ab eo,
quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea,
quæ ſunt placita coram eo facimus. Sacra
igitur Scriptura tam clarè teſtante in
his, & alijs pluribus locis, plures fuiſ-
ſe iuſtos, qui Deum ex toto corde di-
lexerint, mandataque eius obſeruaue-
rint; quis nonniſi apertè hæreticus au-
deat dicere, diuina mandata eſſe ob-
ſeruatu impoſſibilia, quodque conſe-
quenter illi omnes, quos Scriptura di-
cit ea ſeruaſſe, nunquam coram Deo
illa verè ſeruauerint.

Aduertendum tamen eſt circa præ-
fata, & alia Sanctorum, vel iuſtorum
exempla, ita illos coram Deo fuiſſe ta-
les, eiuſque mandata adimpleuiſſe; vt
tamen ſubindè peccauerint, ſaltem ve-
nialiter iuxta illud 1. Ioannis cap. 1. v. 8.
Si dixerimus, quoniam peccatum non ha-
bemus, veritas in nobis non eſt. Idque
contra Pelagianos, qui ex illis exem-
plis probare contendebant, quod homo
etiā ex ſolis liberi arbitrij viribus poſ-
ſet eſſe abſque omni peccato, de quibus
agit Diuus Hieronymus lib. 1. aduerſus
Pelagianos cap. 3. & D. Auguſtinus lib.
de nat. & grat. cap. 36. alibique paſſim
contra eoſdem. Ad præſentem autem
veritatem de poſſibilitate obſeruandi
præcepta diuina, ſufficit, quod ea om-

uo nia

nia iuſti aliquando ſeruarint, licet veniaIiter peccarint.

Tertiò ſi diuinæ legis, ſeu Decalogi obſeruantia eſſet iuſtis impoſsibilis, etiã cum auxilio diuinæ gratiæ; vel eſſet talis, quo ad omnia, & ſingula eius præcepta; vel quo ad aliqua duntaxat, nimirum illa duo, *Diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo*; & *Non concupiſces*, quæ potiſſimum ſeruari non poſſe docent aduerſarij; ſed nullo ex his modo impoſsibilis eſt diuinæ legis obſeruantia; vanè ergò ab illis pro tali aſſeritur. Probatur minor, & quia ſemel ſtabilito, quod ſi duo præfata præcepta, quæ videntur omnium difficillima, ſeruari poſſunt, neceſſariò ſequitur poſſe ſeruari & alia, primùm oſtendemus illa eſſe poſſibilia.

Et quoad præceptum diuinæ charitatis, præter iam allata Scripturæ loca in ſecundo argumento, quibus Dauid, & Ioſias dicuntur dilexiſſe Deum ex toto corde, iuxta præceptum Decalogi; rurſus de Dauide habetur Eccleſiaſtici 47. v. 10. quod *De omni corde ſuo dilexit Deum*; cuius probatio pendet ex ſenſu huius præcepti, dum iubemur diligere Deum ex toto corde; qui quadruplex eſſe poteſt. Primus, vt diligamus Deum ex toto corde in hac vita, tam perfectè, quam diligitur in altera; & in hoc ſenſu non præcipitur Dei dilectio, rectèque dixit Sanctus Auguſtinus lib. de ſpirit. & litt. capite vlt. & lib. de perfectione iuſtitiæ reſponſ. 17. non poſſe impleri in hac vita; vt iam notauimus ſupra cap. 8. Secundus ſenſus eſt, vt diligamus Deum ex toto corde, id eſt, vt totum cor noſtrum, quantum eſt, in eo ſolo diligendo occupetur, nec aliud prorſus amemus; quam ipsũ: & in hoc ſenſu non precipitur Dei dilectio: alioqui non liceret proximum diligere, quod tamen facere iubemur; ſicut, & alia plura amare poſſumus, abſque vllo præiudicio dilectionis Dei ex toto corde, cum ea in illo amemus, aut ſaltem contra eum non amemus. Tertius eſt, vt diligamus Deum ex toto corde, non quod totum cor noſtrum eo ſolo diligendo debeat verſari; ſe quod tanto in eum conatu ferri debea quanto fieri poteſt: neque hoc ſen præcipitur, quamuis ſi præciperetur ſeruari cum diuino poſſet auxilio; nul enim apparet impoſsibilitas, vt qu Deum diligat tanto conatu, quanto d ligere eum poteſt. Quartus demum & vltimus ſenſus eſt, vt diligamus De ex toto corde, id eſt, vt diligamus eu ſuper omnia appretiatiuè; adeò vt pra feramus illum rebus alijs; nullius r amorem Dei amori anteponamus, demùm nullius creaturæ timore, amore velimus Deum offendere, & a illius amore recedere: Et in hoc ſenſ qui verus, ac germanus eſt huius præ cepti; quemque expreſsit Apoſtolu Rom. 8. v. 19. *Nulla creatura poterit n ſeparare à charitate Dei*; aſſerimus pr fatum præceptum fuiſſe impoſitum, e ſeque poſsibile, & de facto ab omnibu iuſtis impletum, dum in citatis Scriptu ris dicuntur Deum toto corde dil xiſſe.

Præceptum quoque non concup ſcendi eſſe poſsibile, patebit, ſi explic tur pariter in quo conſiſtat: pro qu ſciendũ tria hic ſpectari poſſe; primùı eſt, concupiſcentia in actu primo, ſe pronitas quædam naturæ corruptæ a concupiſcendum; ſecundum, mot concupiſcentiæ in actu ſecundo, præ ueniens rationem, qui ſolet vocari mo tus primò primus; tertium, conſenſus qui à libera voluntate procedit. Qu tria cum aduerſarij doceant eſſe pecc ta, primum, peccatum originale, cæte duo actualia, contra illud pręceptum *Non concupiſces*, conſequenter ad hun errorem volunt illud eſſe impoſsibile ſi quidem in hac vita non poſſumus v tare motus concupiſcentiæ conſenſu pręuenientes, qui ſecundum ipſos h vetantur præcepto.

At nos Catholici docemus, primò concupiſcentiam in actu primo nõ eſ peccatum originale, ſed naturalem quandam pronitatem ad malum ex il

ortam,

u, quæ per ſe culpabilis non eſt, c iam probauimus ad copiam ſu- ap.10. Secundò, motus concupi- tiæ rationem præuenientes non eſſe ata mortalia, niſi conſenſus acce- atque adeò non prohiberi hoc præ- o, *Non concupiſces*; ſed ſolùm con- m; indèque illud non eſſe impoſ- e, ſed ſeruari poſſe à iuſtis per au- n gratiæ, cum nihil aliud illo pro- tur, quam liber conſenſus, qui li- vitari poteſt. Vt conſtat ex ipſa- tura. Quod enim vno loco dicit: *concupiſces*, alibi declarat Eccle- ci 5. 2. *Ne ſequaris in fortitudine ncupiſcentiam cordis tui*; & cap.18. *oſt concupiſcentias duas non eas*; & an.6.12. *Non regnet peccatum in ve- ortali corpore, vt obediatis concupi- s eius*; in his namque, & alijs ſi- us locis ſermo eſt de conſenſu. l etiam docent omnes veteres Pa- oco citato à nobis adducti, præ- n verò Diuus Auguſtinus lib.1. de & concupiſcent. cap.23. cum ait: *ipſa quidem concupiſcentia iam non ccatum in regeneratis, quando illi ad a opera non conſentitur*. Et in ex- one quarumdam propoſitionum iſt. ad Romanos, expoſit. 17. *Non in ipſo deſiderio prauo, ſed in noſtra ſione peccamus*; Et lib.5. contra Iu- m cap.3. *Aliud eſt habere mala de- a carnis, aliud tradi eis conſentien-* Ex quibus, nec non ex hoc, quod ſuo præcepto non obligat nos ad od non eſt in noſtra poteſtate, vi- e nequit, cuiuſmodi eſt motus piſcentiæ rationem præueniens, patet non illum, ſed conſenſum n, hoc præcepto *Non concupiſces* beri, atque adeò ſeruari poſſe in ita ab homine iuſto, in cuius po- e talis eſt conſenſus. Vndè cum uus Auguſtinus loco citato de &c. *Vt ſi non ſit, quod ſcriptum eſt. oncupiſces, ſaltem fiat, quod alibi r, Poſt concupiſcentias tuas non eas*; . de ſpirit. & litt. cap. 32. dicit, iſtud præceptum *non eundi poſt*

concupiſcentias, pertinet ad vitam mortalem, aliud verò *Non concupiſces*, ad immortalem; nihil fauet aduerſarijs, cũ expreſsè Auguſtinus aſſerat poſſe in hac vita impleri hoc præceptum, quoad non eumdem poſt concupiſcentias ſuas, quod ipſi negant; deindè, quia hoc præceptum, *Non concupiſces*, poteſt conſiderari dupliciter, primò quo ad verba, quibus proponitur, omnem cõcupiſcendi modum complectentia; ſecundò, quoad ſenſum, & obligationem, quam inducit; dum Sanctus Auguſtinus ait, non poſſe impleri in hac vita, intelligendus eſt, quoad verba præcepti, non quoad obligationem; ſicut locis ſuperius citatis dixit de præcepto diligendi Deum ex toto corde; eamque fuiſse eius mentem cõſtat ex duobus principijs. Alterum eſt, quod motus concupiſcentiæ rationem præuenientes non ſint peccata, ſecundum Auguſtinum, vt fatetur ipſemet Caluinus lib.3. inſtitut. cap.3. §.10. alterum eſt, quod præceptis diuinis nihil prohibeatur, niſi peccatum, quod ne aduerſarij quidem negant. Inde enim maniſeſtè ſequitur, præfatos motus non prohiberi hoc præcepto, *Non concupiſces*, ſed tantùm conſenſum in illos, ac proindè illud ſeruari poſſe quoad obligationem, ex ſententia Auguſtini, cum conſenſus, qui prohibetur ſit in noſtra poteſtate conſtitutus.

At obijcit Caluinus, in duobus illis Decalogi præceptis, *Non mœchaberis* &c. *non furtum facies*, vetitum à Deo fuiſſe conſenſum in concupiſcentiam vxoris, & rei alienæ: Igitur in hoc præcepto, quod in eodem Decalogo ſequitur: *Non concupiſces*, prohibentur motus concupiſcentiæ ſine conſenſu: alioquin idem bis prohiberetur. Reſpondetur fictitiam eſſe hanc Caluini declarationem; ſiquidem, vt iam cap. 10. diximus, in duobus prioribus præceptis prohibitum fuit adulterium, & furtum, quod externo opere perpetratur: in alio, quod ſolo conſenſu perficitur Voluit enim Deus ſignificare, nedum

peccari externo opere: ſed etiam interno conſenſu, contra diuinam legem.

Iam decalogi legem, quo ad cætera etiam præcepta, atque adeo totam ſeruari poſſe, quod hic intendimus, facilè demonſtrari poteſt. Primò, quia ſi duo præcipua, & ab aduerſarijs exiſtimata difficiliora præcepta, imo impoſſibilia, ſeruari poſſunt, vt oſtendimus, multo magis & alia. Secundò, quia qui diligit Deum ex toto corde, præferendo illum omnibus creaturis, ſeruat omnia illius præcepta, nam ſi vel vnum non ſeruaret iam illum offenderet; imo propriè loquendo, hæc duo, amare Deum ex toto corde, & mandata eius cuſtodire, reipſa idem ſunt, vel neceſſario connectuntur, ideoque in Scripturis ferè ſemper coniunguntur; Exodi 20. verſ.6. *Faciens miſericordiam his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.* Deuteron.10.v.12. *Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus petit à te, niſi vt diligas eum in toto corde tuo, & cuſtodias mandata eius*; & cap.11. v.1. *Ama Dominum Deum tuum, & obſerua præcepta eius*. Ioſue 22. v. 5. *Vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & obſeruetis mandata eius*; Ioannis 14.v. 21. *Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt, qui diligit me*; & v.23. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat*. Roman.13.verſ.9. *Qui diligit proximum legem impleuit; nam non adulterabis, non occides, non concupiſces, & ſi quod aliud eſt mandatum, in hoc verbo inſtauratur; Diliges proximum ſicut teipſum*. Ad Galat. 5. verſ.15. *Omnis lex in vno ſermone impletur, Diliges proximum ſicut teipſum*. Sed vt vidimus ſupra iuſtus cũ auxilio diuinæ gratiæ poteſt Deum diligere ex toto corde; ergo & omnia illius præcepta ſeruare. Imo ni diligeret, nec Dei amicus, nec Chriſti diſcipulus, nec conſequenter iuſtus eſſet, dicente Chriſto Domino Ioann.13.ver. 35. *In hoc cognoſcent omnes; quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem*; & cap.15.v. 14. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis*: nimirum, *vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*. v. 12.

Quarto demum probatur noſtra concluſio negatiuè, ſoluendo nimirum obiectiones ſectariorum, qui, cum nihil credi velint, niſi quod clarè, & apertè habetur in diuinis Scripturis, nulla tamen loca adducunt, vbi expreſſis verbis dicatur, omnia diuina præcepta eſſe iuſtis impoſſibilia, etiam cũ auxilio diuinæ gratiæ; ſed potius, cum noſtra concluſio oppoſita ſic contineatur in Scripturis, vt vidimus, nonnullis earum ſubobſcuris, maleque intellectis locis contra vnanimem Sanctorũ Patrum ſenſum, eaſdem falſas reddere pro viribus contendunt.

Huiuſmodi eſt primò locus ille Act. 15. verſ. 10. *Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices Diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus; ſed per gratiã Domini noſtri credimus ſaluari, quemadmodum & illi*. Inde enim colligunt legem eſſe iugum importabile, atq; adeo nos ſaluari non poſſe per obſeruationẽ eius, cum ſit impoſſibilis; ſed per gratiam Dei, quę ab eius nos liberat iugo.

Reſpondetur id non haberi in citato loco, ſed fictitiam eſſe aduerſariorum illationem. *Primò* enim Diuus Petrus ibi non eſt locutus de lege morali, quæ continetur in Decalogo, & de qua eſt pręſens controuerſia, ſed tantũ de ceremoniali, vt circumciſione, & alijs innumeris præceptis, prout conſtat ex intentione illius Concilij ad inſtantiam Pauli, & Barnabæ congregati, aduerſus quoſdam pſeudo-Apoſtolos docentes omnes Chriſtianos teneri etiam ad ceremonialia veteris legis, ſaluarique non poſſe ſine illorum obſeruantia. *Secundò*, quia dum legem cerẹmonialẽ vocat iugum importabile, non loquitur de abſoluta importabilitate, quaſi portari omnino non potuerit, vt volunt aduerſarij, ſed de magna difficultate, quia ægrè, & difficulter; vt rectè exponit

Diuus Thomas in 2. diſtinct. 28.
1. art. 4. ad 3. Nam ſi omnino
i non potuiſſet, mentita eſſet
ura aſſerens, quod aliqui cuſto-
t omnia præcepta legis Moſaicæ,
mus ſupra. *Tertiò* demum, non
etrus dixit, *per gratiam Domini
redimus ſaluari quemadmodum et*
uod omnis obligatio legis etiam
is iam ceſſarit; ſed his verbis
indicare voluit, nullam legem
luare hominem, ſed tantùm
n Domini Ieſu Chriſti, qua,tam
veteri teſtamento ſaluati, quàm
nouo ſaluandi erant, diuinam
arunt, & obſeruabunt legem. Vn-
clarè ait Auguſtinus lib. 2. Spir.
cap. 14. *In illis igitur præceptis,
Sabbathi obſeruatione, dicatur
uid non ſit obſeruandum à Chri-
ſiue de non faciendis colendiſque
aliȷſque vllis Dȷs præter vnum
Deum; ſiue de non accipiendo no-
ei in vanum; ſiue de honore pa-
s deferendo; ſiue de cauendis for-
ibus, homicidȷs, furtis, falſis te-
is, adulterȷs, re aliena concupi-
? quid horum quiſquam dixerit
anum non debere ſeruare?* Hacte-
guſtinus neminem tam effron-
tans, qui dicere auderet, Chri-
ab obligatione legis etiam De-
liberatos; & tamen aduerſarij
non verentur.

r locus eſt Roman. 7. verſ. 18.
uidem adiacet mihi, perficere au-
um non inuenio*; hinc enim ſe-
etur, etſi cupiant iuſti legem im-
non tamen poſſe.

ondetur, non loqui Apoſtolum
eruatione legis, ſed de carentia
n concupiſcentiæ. Quaſi dicat:
quidem carere inordinatis con-
entiæ motibus, ſed non eſt in
teſtate. Vel ſic: bonum eſt ca-
otibus concupiſcentiæ: & hoc
appeto, & deſidero, ſed non
perficere. Iam autem diximus,
cepto, *Non concupiſces*, prohi-
idem, ne homo conſenſum

præbeat concupiſcentiæ inſurgenti, ſic-
que eſſe poſſibile; non autem ſub illo
comprehendi, vt etiam ſit liber ab om-
ni motu concupiſcentiæ, id enim non
eſt huius vitæ, ſed futuræ; nec ſpectat
per ſe ad hoc pręceptum, vt quis ita ſit
liber in hac vita, tanquam actus ſub
peccato pręſtandus, mediumque vſur-
pandum; ſed ſit finis præcepti, ſeu pręſ-
mium illorum, qui in hac vita reſiſtunt
concupiſcentiæ non conſentiendo, ſtu-
dentque quotidie ſeipſos ſuperare, &
tendere ad perfectam liberationem,
quæ erit in cælis. Sicut enim dilectio
perfecta Dei in cælis erit præmium, &
finis, & eatenus cadit ſub præceptum
dilectionis, vt docet Diuus Auguſtinus
locis ſuperius citatis; ita etiam libera-
tio omnimoda ab omni motu concu-
piſcentiæ ad finem, & præmium ſpe-
ctat, conatus autem vincendi concu-
piſcentiam cadit ſub præcepto, vt me-
ritum, & ſub peccato; & ideo ſemper
allegat Auguſtinus, prohiberi ſub pec-
cato conſenſum, ſpecialiterque ait lib.
3. contra 2. epiſt. Pelag. cap. 7. *Hic
ergo præceptum eſt, vt non peccemus, ibi
pręmium, non poſſe peccare. Hic præce-
ptum eſt, vt deſiderȷs peccati non obedia-
mus; ibi præmium, vt deſiderium peccati
non habeamus.*

Tertius locus eſt ad Galatas 3. v. 10.
*Quicumque ex operibus legis ſunt, ſub
maledicto ſunt. Scriptum eſt enim, male-
dictus omnis, qui non permanſerit in om-
nibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt
faciat ea*; & infra: *Chriſtus nos liberauit
à maledicto legis factus pro nobis maledi-
ctum.* Quaſi his verbis Apoſtolus ſi-
gnificare voluerit, neminem poſſe ſer-
uare legem, ideoque omnes ſub male-
dicto eſſe, qui ad legem ſeruandam obli-
gantur; ſed Chriſtum nos liberaſſe ab
illo maledicto, tollendo à nobis obli-
gationem legis.

At reſpondetur Apoſtolum nihil ibi
minus intendiſſe, quam impium hoc
aduerſariorum dogma, Chriſtus enim
Dominus nedum ſuos à lege Decalogi
non liberauit, ſed potius ad illam ar-

ctius teneri expreſsè declarauit Matth. 5. verſ. 20. his verbis; *Dico enim vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra, pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in Regnũ Cælorum* &c. quibus ſignificare voluit, vt non tantum externo opere ſeruaremus mandata legis, ſicut Phariſæi ſeruabant, & forſan poſſibilia eſſe aduerſarij non negant, ſed etiam interno affectu, & propoſito. Vera ergo Apoſtoli eo loci intentio fuit, ac ſenſus, oſtendere, quod lex ſub maledicto obliget, ita vt ſint maledicti, qui illam non obſeruant, quia non ſuppeditat homini vires ad illam implendam, ſed ſola Chriſti gratia, ſine qua nec antiqui Patres legem ſeruare potuerunt, ideoque ſine illa ſub maledictione manſiſſent. Quare idem Apoſtolus 2. Corinth. 3. verſ. 6. ait: *Littera occidit, Spiritus autem viuificat*; quod explicans Diuus Auguſtinus lib. de Spir. & litt. cap. 4. docet, legem quidem bonam eſſe, quæ per litteram intelligitur, dici autem occidentem, quia tantum oſtendit, & præcipit, quod homo facere debeat ſub comminatione æternæ damnationis, ac maledicti; Dei vero gratia per Chriſtum, quæ per ſpiritum ſignificatur, præſtat vires ad illud, vt oportet, implendum. *Doctrina quippe illa*, inquit Auguſtinus, *qua mãdatum accepimus continenter recteque viuendi, littera eſt occidens, niſi adſit viuificans Spiritus*. Et cap. 9. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, non quod ſine noſtra voluntate fiat, ſed voluntas oſtenditur infirma per legem, vt ſanet gratia voluntatem, & ſana voluntas impleat legem*. & cap. 10. *Quomodo enim iuſto non eſt lex poſita, ſi & iuſto eſt neceſſaria, non qua iniuſtus ad iuſtificantem gratiam perducatur, ſed qua legitimè iam iuſtus vtatur*; & infra: *Ita non erunt contraria, neque inter ſe duo illa pugnabunt, vt etiam iuſtus bona lege legitimè vtatur, & tamen iuſto lex poſita non ſit: non enim ex ea iuſtificatus eſt, ſed ex lege fidei, qua credidit nullo modo poſſe ſuæ infirmitati adimplenda ea, quæ lex factorum iuberet, niſi gratia diuina ſubueniret*. Ideoque ait cap. 17. *Plenitudo autem legis charitas: Hæc non in tabulis lapideis conſcripta, ſed diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis, lex ergo Dei eſt charitas; Huic prudentia carnis non eſt ſubiecta, neque enim poteſt; ſed ad hanc prudentiam carnis terrendam, cum in tabula ſcribuntur opera charitatis, lex eſt operum, & littera occidens præuaricatorum; cum autem ipſa charitas diffunditur in corde credentium, lex eſt fidei, & Spiritus viuificans dilectorem*: Demum cap. 19. ſic concludit, *Lex ergo data eſt, vt gratia quæreretur, gratia data eſt, vt lex impleretur; neque enim ſuo vitio non implebatur lex, ſed vitio prudentiæ carnis, quod vitium per legem demonſtrandum, per gratiam ſanandum fuit*. Tantum ex Diuo Auguſtino pro explicatione huius loci Apoſtoli, qui non ſolum nihil fauet, ſed eſt directè contrarius aduerſarijs; nec conſequenter Chriſtus dicitur nos liberaſſe ab obſeruatione legis, quaſi ea abſolutè impoſſibilis ſit, vt falſo illi interpretantur. ſed liberaſſe à maledictione, quæ præuaricatoribus legis impendet, quia ſcilicet factus pro nobis maledictum, in cruce pendendo, & moriendo, per ſua merita obtinuit nobis fidem, & gratiam, per quã poſſimus, vt oportet, implere legem, & maledictionem euadere.

Apage ergo vocem illam nouatorũ blaſphemia, & impietate plenam de impoſſibilitate obſeruationis diuinæ legis; vel, vt ait Caluinus in antidoto Concilij Tridentini ſeſſ. 6. cap. 12. *Prophetas, & Patriarchas, & pios reges, vtcumque Dei Spiritu adiuuarentur, ferendo legis iugo pares non fuiſſe*; cum hoc nihil ſit aliud, quam palam aſſerere, omnia Scripturæ teſtimonia iam citata, eſſe falſa; & Spiritum Sanctum, aut nolle, aut non poſſe, contra eadem, hoc efficere per dona gratiæ in cordibus iuſtorum, vt legi ſatisfaciant; ac tandem plenam omni iniquitati viam aperire; potiuſque audiamus Paulum dicentem,

docentem ad Philipp. 4. 13. *Omnia um in eo, qui me confortat*, quem ſan pudebit aduerſarios reſpondere ntitum fuiſſe, ac debuiſſe dicere, *poſſum omnia in eo, qui me confortat*, a legem ſeruare non valeo.

ecunda concluſio. Quædam iuſto- opera ſunt bona, & honeſta, Deo- grata, iſta concluſio eſt de fide, nita in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. 11. *Conſtat eos Orthodoxæ Religio- doctrinæ aduerſari, qui dicunt iuſtum omni bono opere ſaltem venialiter are, aut quod intolerabilius eſt, pœnas nas mereri; atque etiam eos, qui ſta- t in omnibus operibus iuſtos peccare, illis ſuam ipſorum ſocordiam exci- lo, & ſe ſe ad currendum in ſtadio rtando, cum hoc, vt in primis glorifi- r Deus, mercedem quoque intuentur nam.* Et can. 25. *Si quis in quolibet opere iuſtum ſaltem venialiter pec- dixerit, aut, quod intolerabilius eſt, taliter; atque ideo pęnas æternas me- , tantumque ob id non damnari, quia s ea opera non imputat ad damnatio- ; anathema ſit.*

riuſquam conclusionem probemus, eius intelligentia notandum eſt, non procedere de omnibus omni- peribus iuſtorum, cum ex dictis ra clarè conſtet, plures etiam ctos habuiſſe peccata venialia, de us loquitur S. Ioannes 1. epiſtol. 1. verſ. 8. vbi ait: *Si dixerimus, iam peccatum non habemus, ipſi nos imus* &c. nec non Concilium Tri- tinum loco ſtatim citato dicens; *quantumuis ſancti, & iuſti in leuia m, & quotidiana quandoque cadant, tamen propterea deſinant eſſe iuſti*: tantum aſſerimus, non omnia iu- m opera eſſe peccata venialia, vel cato veniali coinquinata, multoque us mortalia; verum aliqua eſſe pliciter bona, & honeſta coram Dei unali, per gratiam Chriſti facta. e quoque notandum eſt, ſolum gi de operibus ab homine poſt iu- ſtificationem cum diuina gratia præ- ſtitis.

Concluſionem ſic explicatam pro- bant innumera Scripturæ loca, primũ- que illa, quibus iam ſupra oſtendimus in iuſtificatione tolli omnia peccata, & infundi gratiam, ſeu iuſtitiam inhæ- rentem, quæ faciat hominem verè Deo gratum, & amicum; ſi enim aduerſa- rij conſequenter ad ſuum errorem, quo putant, peccatum originale manere in hominibus iuſtis, inferunt omnia eorũ opera eſſe verè peccata, meramque ini- quitatem; multo magis nos Catholici, ſtante ſemel fide de vera peccatorum deletione, in iuſtificatione, per interna gratię dona, aſſerere debemus multa ab hominibus iuſtis procedere opera bona, ſancta, munda, & Deo grata. Iuxta enim illud Chriſti Domini Matt. 7. 18. *Non poteſt arbor bona malos fru- ctus facere, neque arbor mala bonos fru- ctus facere*; ſed iuſti paſſim in Scriptu- ris vocantur arbores bonæ, illiſque cõ- parantur; non omnia igitur eorum opera, qua iuſti ſunt, quamdiuque tales perſeuerant, ſunt peccata, & in- quinamenta, vt aiunt aduerſarij.

Secundò idem probant teſtimonia Scripturæ ſequentibus concluſionibus adducenda pro neceſſitate, & merito bonorum operum: ſi enim, quæ di- cuntur bona iuſtorum opera, in ſe eſ- ſent verè peccata, & ſolum per impu- tationem non talia, vt docent Sectarij, quomodo poſſent dici ad ſalutem ne- ceſſaria, eiuſque meritoria.

Tertiò demonſtratur innumeris tã veteris, quam noui teſtamenti locis, quibus expreſsè aſſeritur, de nonnullis iuſtis, quod in pluribus operibus non peccarint, imo Deo placuerint, & ideo ab eo ſe iudicari ſecundum illa petie- rint. Iobi 1. verſ. 22. *In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt*; vtque pr- cluderetur via aduerſariorum blaſphe- miæ, quorum nonnulli non verentur, omneſque conſequenter ad ſua princi-

cipia

cipia tenentur aſſerere, Iobum, cæteroſque iuſtos externo quidem opere non ſemper peccaſſe, ſecus tamen animo, & cogitatione, v. g. ea neminem iuſtorum, non homicidam eſſe; neminem non furem, & adulterum; neminem non falſum teſtem; neminem non Dei blaſphematorem in aduerſis; Deus ipſe cap. 2. verſ. 3. ad Sathan ait: *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex, & rectus, timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam*; quomodo enim à malo receſſiſſet, & innocentiam retinuiſſet, ſi externè ſolum patientiam præferens, in corde peccaſſet mortaliter Deum blaſphemãdo, aut contra illum murmurando.

Pſalm. 7. verſ. 9. Deum alloquens Dauid de ſeipſo ſic ait: *Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam & ſecundum innocentiam ſuper me.* item Pſal. 16. verſ. 1. *Exaudi Domine iuſtitiam meam*; & v. 2. *igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas*: inſuper Pſal. 17. verſ. 21. *Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam*; hoc eſt, inquit Auguſtinus, *Retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam bonæ voluntatis, qui prior præbuit miſericordiam, antequam haberem voluntatem*: & v. 22. *Et ſecundum puritatem manuum mearum*; id eſt, inquit idem Auguſtinus, *ſecundum puritatem factorum meorum retribuet mihi, vt benefacerem, educendo me in latitudine fidei*. Præterea Pſal. 25. verſ. 1. *Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum*. Auguſtinus ibi; *Iudica me Domine, quoniam poſt miſericordiam, quam mihi prærogaſti, innocentiæ meæ habeo aliquod meritum, cuius viam cuſtodiui*. Demum Pſal. 118. verſ. 121. *Feci iudicium, & iuſtitiam; non tradas me calumniantibus me*; vbi ait Auguſtinus; *Iuſtitiæ nomine hoc loco non ipſa virtus, ſed opus eius ſignificatum eſt, quis enim fecit in homine iuſtitiam* (virtutẽ) *niſi qui iuſtificat impium? hoc eſt per gratiam ſuam ex impio fecit iuſtum; facit ergo opus iuſtitiæ, qui habet in ſe iuſtitiam, id eſt opus gratiæ*. Quæ omnia certè, & alia ſimilia paſſim non dixiſſet Regius Propheta dictante Spiritu Sancto, ſi omnia prorſus eius opera coram Deo fuiſſent peccata mortalia, & æternis pœnis digna.

Matth. 5. verſ. 16. dum ait Chriſtus, *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem*; item Apoſtolus 1. Timoth. 6. verſ. 17. *Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere &c. ſed in Deo viuo bene agere, diuites fieri in bonis operibus*; & ad Titum 3. verſ. 8. *De his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præeſſe, qui credunt Deo*: his & ſimilibus teſtimonijs, vbi quędam opera dicuntur ſimpliciter bona, & fideles ad illa, vt Deo placeant, facienda hortantur, pluſquam euidenter conſtat, non omnia opera iuſtorum eſſe peccata venialia, minuſque mortalia; Scriptura enim ſemper deteſtatur quodcumque peccatum, & ab illis homines auertit, non autem ad ea hortatur. Si reſpondeant aduerſarij, opera bona in ſcripturis dici, quæ ex obiecto ſuo ſunt bona, licet ex circumſtantijs malæ cupiditatis, & finis ſint mala; taliaque eſſe omnia bona iuſtorum opera; mala autem dici, quę ex obiecto ſunt mala; nihil abſurdius dici poteſt; cum quodcumque opus ſiue ex obiecto, ſiue ex circumſtantijs malum, ſit ſimpliciter peccatum, nec ad talia Deus hortetur, nec illa ipſi placeant, ſed deteſtetur; vt patet Matth. 6. verſ. 1. vbi Chriſtus ait: *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, cum ergo facies eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt*. & v. 5. *Cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ*; & verſ. 16. *Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes*; vbi tria præcipua bonorum operum genera, ſcilicet Eleemoſynæ, Orationis, & Ieiunij, ex obiecto ſuo bona, ob circumſtantias tamen vitioſi finis, mala ſimpliciter eſſe

docet

t Chriſtus, eaque deteſtatur, & ab illis dehortatur; at verò ad eabona opera cum debitis circumijs præſtanda hortatur, tanquam ſimpliciter bona ſint, Deo accequibuſque merces ab illo danda gitur ſupponit bona iuſtorum opedum eſſe talia ex obiecto ſuo, ſed er cum omnibus debitis circumijs per diuinam gratiam fieri poſſe. rſus eodem Chriſto Domino do- Matth. 25. verſ. 31. nec non tolo confirmante, 2. Corinth. 5. 10. *Omnes nos manifeſtari oportere Tribunal Chriſti, vt referat vnuſue propria corporis, pro vt geſſit, ſium, ſiue malum*; ſi omnia prorpera hominum ſunt peccata mor- ſiue ex obiecto, ſiue ex circumjs, quomodo pro aliquibus pecChriſtus daturus eſt regnum, & liquibus alios damnaturus; quo cohærebit cum hoc, quod idem tolus ait: 1. Corinth. 3. verſ. 11. *amentum aliud nemo poteſt ponere, id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſus, ſi quis autem ſuperædificat ſundamentum hoc aurum, argentum, s pretioſos, ligna ſtipulas* &c. *vniuſue opus manifeſtum erit, dies enim ni declarabit, & vniuſcuiuſque opus, ſit, ignis probabit, ſi cuius opus mā- quod ſuperædificauit, mercedem ac- ſi cuius opus arſerit, detrimentum ur*. Quamuis enim hæc Apoſtoa varias admittant explicationes, n eſt tamen apud omnes, & ex iptu patet, quod ibi agatur de opefidelium, inter quę Apoſtolus diit, quod aliqua ſint bona, vt auquæ manſura ſint in examine Dei j, ſiue ignis, adeo vt nullum paſint detrimentum, ſed mercedem ura; ſi autem omnia fidelium opet peccata mortalia, æternaque atione digna, quomodo in diuiſiſterent iudicio, debitamque edem reportarent.

rbo ſcripto accedit traditum pro conclusione, Sanctis, ac veteribus Patribus ex eo vnanimiter docentibus, bona opera neceſſaria eſſe ad ſalutem, eiuſque meritoria, vt patebit in ſequentibus concluſionibus; inde enim euidenter conſtat, quod ſint opera ſimpliciter bona; quomodo enim homo per peccatum mereretur: quomodo per peccatum obtineret remiſſionem peccatorum? cum & ſcriptura hortetur Daniel. 4. verſ. 24. *Peccata tua eleemoſynis redime*; & Chriſtus moneat, vt oremus, *dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*.

Vltimo probatur rationibus. Prima eſt, quia, vt aliquod opus ſit abſolutè, & ſimpliciter bonum, nihil aliud requiritur, niſi quod ſit obiectiuè tale, v. g. elargitio eleemoſynæ, fiatque cū debitis circumſtātijs recti finis, & alijs; ſed iuſti plura faciunt opera obiectiuè bona, dando eleemoſynam, orando, & ieiunando, quod aduerſarij non negant, quibus etiam non deſunt debitæ circumſtantiæ rectæ intentionis, & aliæ; cum enim Deus mouet voluntatem hominis iuſti, vt ex vera dilectione det pauperi eleemoſynam, & huic motioni ipſe acquieſcit; certè non eſt mala, ſed bona intentio: talem autem eam eſſe, qua plura bona opera iuſti faciunt, patet ex verbis Chriſti Domini Matth. 6. verſ. 22. vbi cum præmiſiſſet. *Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus: ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit*, id eſt, ſi intentio tua ſit bona, quā vocat oculum ſimplicem, totum opus tuum erit bonum: Phariſæoſque reprehendiſset, quod facerent eleemoſynas, quod orarent, quod ieiunarent, nō bona, ſed mala intentione, ſiue oculo nequam, nempe, ad captandam inanem gloriam ex bonis operibus; mox hortatur Apoſtolos, & alios iuſtos, vt ipſi bona, non mala intentione in ijſdē ſe exerceant: ſic enim fore, vt omnia ipſorum opera ſint grata coram Deo. *Attendite*, inquit, *ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis &c.* Et infra. Te autem faciente

te eleemoſynam, neſciat manus ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi; non omnia igitur bona iuſtorum mala, ſunt peccata, aut venialia, aut mortalia defectu boni finis, vel appoſitione mali, vt intendunt aduerſarij.

Secundò, ſi omnia iuſtorum opera eſſent inquinata, atque adeo peccata ex ſe mortalia, vt docent aduerſarij, ſequeretur hominem per peccatum iuſtificari; ſi quidem fides, qua ſola ex ipſis iuſtificamur eſt opus iuſtorũ; igitur ſi omnia eorum opera ſunt peccata, meraque iniquitas, talis quoque erit fides: ſoloque proinde peccato, & iniquitate iuſtificabuntur homines, aut aſſignent rationem, cur in iuſtis fides non ſit peccatum, ſecus autem dilectio Dei ſuper omnia, quæque ex illa procedunt bona opera, quæ profecto adduci non poteſt, vt patebit ex ſolutionibus argumentorum.

Tertiò igitur probatur concluſio ratione negatiua, ſoluendo nimirum argumenta Sectariorum, quorum primũ deſumitur ex Pſalm. 142. verſ. 2. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*; inde enim colligunt, omnia opera, etiam iuſtorum, in conſpectu Dei eſſe peccata.

Reſpondetur id non haberi in hoc, aut alio Scripturæ loco, cum tamen nihil velint credi, niſi quod in ea expreſsè continetur, ſed eſt falſa eorum, qua Scripturam peruertunt, illatio. Ex hoc namque Pſalmiſtæ loco, qualitercumque textus intelligatur, minimè ſequitur omnia opera cuiuſuis iuſti eſſe peccata; ſed tantum quod omnis homo, quantumuis iuſtus, citra ſpeciale priuilegium, habeat aliqua peccata, ob quæ non poſſit abſolutè à Dei iudicio eſſe immunis; quod de venialibus verum eſt, in qua homo iuſtus ſæpius cadit, & propterea ſemper orare debere, *Dimitte nobis debita noſtra*, docent Patres, præſertim Auguſtinus lib. de perfectione iuſtitiæ circa finem, & Hieronymus aduerſus Pelagianos; cæterum præter illa, vel ſimul cum illis, plura bona opera fieri poſſe ab homine iuſto, expreſsè habetur in locis ſuperius citatis, profiteturque ipſemet Dauid Pſ. 100. verſ. 2. *Perambulabam in innocentia cordis mei, non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam, non adhæſit mihi cor prauum*. *Secundò* dici poteſt, non iuſtificari in conſpectu Dei omnem viuentem, quod homo ex ſe non habeat iuſtitiam, ſed ex Deo, qui enim ex ſe non habet niſi peccata, non debere cũ, ſuperbè cum Deo intrare in iudicium, ſatis patet, talemque etiam ſenſum nihil fauere aduerſarijs: ſicut nec alius, quo *Tertiò* reſponderi poteſt, Regium Prophetam locutum fuiſſe de homine comparato ad Deum, ita, vt non ſit iuſtus in comparatione ipſius Dei; cum in hoc ſenſu iuſtitiam et Angelorum nõ reputetur iuſtitia, ob infinitam à diuina diſtantiam, quæ tamen in ſe non eſt iniuſtitia, ſed vera iuſtitia, ſic enim Iobi locum cap. 4. verſ. 17. *Nunquid homo Dei comparatione iuſtificabitur; ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem*, explicat Diuus Auguſtinus lib. ad Oroſium cap. 10. *In comparatione*, inquit, *iuſtitiæ Dei, ſi nec Sancti in Cælis Angeli iuſti eſſe dicuntur, non mihi videtur importuna ſententia, non quia, vt hoc eſſent, à iuſtitia lapſi ſint, ſed quia facti ſunt, & Deus non ſunt: ibi enim ſumma iuſtitia, vbi ſumma ſapientia, & hoc eſt Deus*. Et infra: *Cuius participatione iuſti ſunt, eius comparatione nec iuſti ſunt*.

Secundò obijciunt illud Eccleſiaſtes 7. verſ. 21. *Non eſt enim homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet*. Igitur omnia iuſtorum opera ſunt peccata.

Reſpondetur negando conſequentiam: prefata enim verba dupliciter intelligi poſſunt.

Primò, nullum eſſe iuſtum, qui faciat bonum, & non ſemper peccet in

mnibus ſuis actibus.
cundò, nullum eſſe iuſtum, qui er faciat bonum,& non aliquando et. Prior ſenſus apertè falſus eſt, llum exigit textus, vt pote contra- tot alijs locis ſuperius citatis. Po- or iterum poteſt duobus modis ſu- rimò, nullus eſt iuſtus, qui ſemper t bonum, & non aliquando peccet aliter. Et hic quoque ſenſus fal- ſt, contra illud 1. Ioann. cap.3. v. nnis, *qui natus eſt ex Deo, peccatum facit*. Secundò, nullus eſt iuſtus, qui er faciat bonum, & non aliquan- eccet venialiter. Et hic eſt verus, nuinus huius loci ſenſus: poteſt verum eſſe, quod iuſtus plura fa- opera bona, & tamen ſubinde pec- enialiter: fuitque ab eodem Salo- e expreſſus Prouerb. 24. verſ. 16. it: *Septies enim cadet iuſtus, & re- t*: ſcilicet in peccata aliqua ve- a, iuxta SS. Patrum interpretatio- , & prçſertim Hieronymi in illum m, vt iam vidimus ſupra. Vbi n licet per *ſepties* intelligatur *ſæpius* tamen intelligitur *ſemper*, cum eſsè dicatur, *& reſurget*, cum enim git, proculdubio, reſurgendo non t, ſiue non peccat, adeoque non nni opere peccat.
ertium quod obijciunt, & in quo int victoriam, eſt illud Iſaiæ 64. 6. *Et facti ſumus, vt immundus, s nos, & quaſi pannus menſtruatæ erſç iuſtitiæ noſtræ*, inde enim cla- duci putant, omnia etiam iuſto- opera eſſe peccaminoſa.
t reſpondetur primò, falſam eſſe ſmodi conſequentiam, vt enim eſ- gitima, deberet in textu exprimi, d in concluſione infertur, nimirum, es nos homines, qualeſcumque à iuſtificati, immundi ſumus, & erſæ qualeſcumque iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ; igitur, hoc non habeatur in textu, nec in luſione inferri legitimè poteſt.
eſpondetur ſecundò plures eſſe s loci ſenſus, quorum nullus fauet aduerſariorum errori, adeo vt eorum magiſtri Lutherus, & Caluinus in commentario ad hunc Iſaiæ locum fa- teri coacti fuerint illum non rectè op- poni contra iuſtitiam operum. *Primò* enim Hieronymus illum exponit de populo Iudæorum per Titum, & Ro- manos deuaſtato, & in captiuitatem re- dacto: vnde patet non valere contra omnia opera iuſtorum, & Chriſtianorũ. *Secundò* alij illum explicant nön de omnibus prorſus hominibus, quocum- que tempore, nec etiam illo viuenti- bus, ſed de ſceleratis tantum, quales tunc erant plerique Iudçi, propter quo- rum ſcelera, & peccata populus Iudai- cus erat in captiuitatem Babylonicam abductus, vel abducendus; quamuis aliqui inter ipſos eſſent iuſti, & ſancti, vt Tobias, Ieremias, & alij. Præſens autem controuerſia cum procedat de hominibus iuſtis, non autem de impijs & ſceleratis, iuxta allatam explicatio- nem ſatis patet nihil hunc locum con- ducere ad intentum aduerſariorum: multoque minus quod alij. *Tertiò* dicũt Prophetam nedum ibi non loqui de omnibus iuſtis, ſed nec de omnibus Iu- dæorum operibus, verum de ſacrificijs tantum, ac neomenijs, in quibus illi maximè iuſtitiam ſuam collocabant, quæ tamen cum in malo ſtatu, mala- que fierent intentione, Deus illa exe- crabatur, iuxta illud eiuſdem Iſaiæ 1. verſ. 13. vbi ait: *Ne offeratis vltra ſa- crificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi* &c. *Calendas veſtras, & ſolem- nitates veſtras odiuit anima mea*: non autem propter ſe, cum alioquin Deus, & ſacrificia, & incenſa ſibi grata eſſe paſſim dixerit Leuit. 2. verſ. 2. cap. 4. verſ. 3. & cap. 8. verſ. 21. legaturque eum acceptaſſe ſacrificia iuſtorum, & non impiorum, vt patet de Abel, & Cain Geneſ. 4. Verum inſtabit aliquis, & dicet, ſi illa verba *vniuerſæ iuſtitiæ* non intelligerentur de omni opere iu- ſtorum, & iuſtitia eorum: ſed ſolum de iuſtitijs vniuerſis exterioribus à ſcele- ratis factis, vel etiam de operibus, quæ

ſiunt ex lege, & non ex gratia Chriſti: quæ Apoſtolus etiam vt ſtercora arbitratus eſt: Iſaias, qui erat vir Sanctus, & iuſtus, non dixiſſet in prima perſona pluralis numeri; facti ſumus, vt immundus, omnes nos.

Reſpondetur primò, ſi iuxta D. Hieronymi interpretationem præfata intelligantur verba de populo Iudaico à Romanis euerſo, certum eſſe, Iſaiam inter illos non fuiſſe, ſed eatenus ſe illis annumeraſſe; quatenus futuri erant ex eodem Iudæorum genere, ex quo ille erat; quemadmodum Apoſtolus 1. Theſſ. 4. v. 14. loquens de aduentu Domini ad iudicandum omnes homines ait: *Quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt*; annumerando ſe illis, qui tunc viuent, cum tamen ipſe dudum dormierit.

Reſpondetur ſecundò cum D. Auguſtino ad ſimilia teſtimonia à Donatiſtis allegata generaliter docēte lib. de vnitate Eccleſiæ cap. 12. *Hec ideo de Iuda, & Iſrael commemorandum arbitratus sū, maximè, vt admoneantur iſti, non obeſſe iuſtis in medio impiorum conſtitutis, quidquid in ipſos populos propter impiorum multitudinem dicitur, vt deſinant colligere teſtimonia quæcumque ſiue per Prophetas, ſiue per os Domini, ſiue per Euangeliſtas in zizaniam, vel paleam orbis terrarum dicta inueniuntur: plerumque enim ſermo diuinus impias turbas Eccleſiæ, quæ nec in Eccleſia deputantur, tamen propter Sacramenta, quæ cum Sanctis communiter habent, quia in eis eſt quędam forma pietatis, cuius virtutem negant, ſicut ait Apoſtolus habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes, ſic redarguit, tanquam omnes tales ſint, & nullus omnino bonus remanſerit; indè quippè admonemur in ſuo quodam numero eos dici omnes, id eſt, omnes filios gehennæ, quo eos Deus pertinere præſciuit.* Hactenus Auguſtinus, cuius doctrina fundatur in pluribus Scripturæ locis eumdem prorſus loquendi modum expreſsè cōtinentibus; Geneſ. 6. v. 12. *Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, omnis quippè caro corruperat viam ſuam*: & tamen v. 8. dictum fuerat; *Noe verò inuenit gratiam coram Domino*; & v. 9. *Noe vir iuſtus, & perfectus fuit.* Pſal. 52. v. 4. *Deus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum, omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*, & tamen ipſe Dauid commendatur à Deo lib. 3. Reg. cap. 14. v. 8. vbi ait: *Non feciſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mādata mea, & ſecutus eſt in toto corde ſuo, faciens quod placitum eſſet in conſpectu meo*. Ex his igitur, & alijs ſimilibus Scripturæ locis patet, quod Iſaias, licet in plurali etiam ſeipſum comprehenderit, non tamen de ſe in particulari locutus fuerit; ſed tantùm quatenus vnus erat de populo; & de populo in generali loquebatur, ſeipſum, aliosque iuſtos comprehendiſſe. Sicut etiam iuxta modum loquendi inter homines ordinarium, qui eſt pars alicuius communitatis, vel capituli, in prima perſona pluralis numeri poteſt dicere, nos id in capitulo ſtatuimus, pro quo tamen ſuffragium non dedit.

Firma proindè, fixaque manet veritas Catholica; quod ita iuſti nonnunquam venialiter peccent, indeque continuò dicere debeant, *dimitte nobis debita noſtra*: dixeritque Deo Sanctus Auguſtinus lib. 9. confeſſ. cap. 13. Væ etiā laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam, quia ſcilicet in illa vita reperiuntur admixta peccata venialia; vt tamen plura exerceant bona opera, pro quibus non veniā petere, ſed gratias Deo agere debent, ex cuius gratia, & auxilio ab illis fiunt; veræque iuſtitiæ nomen merentur, vt expreſsè docet idem Auguſtinus lib. 3. contra duas Epiſtolas Pelagian. cap. 7. *Iuſtitia*, inquit, *ſecundum quam iuſtus ex fide viuit, quoniam per ſpiritum gratiæ homini à Deo eſt, vera iuſtitia eſt, & quæ licet pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur, tamen in comparatione ad illam*

Angelo-

orum quæ in cælis eſt, non eſt perfe-
d minor illa; multoque magis re-
diuinæ, vt ſupra notauimus. Et
uis hoc modo dicatur imperfecta
ſè adhuc docet lib. de ſpir. & lit.
r. non propterea debere dici cul-
m, aut vitiatam, ſeu *culpæ depu-*
eſſe.
tia Concluſio. Adultis ſemel iu-
is ſola deinceps, ſi viuant, fides
fficit, ſed etiam bona opera ſunt
tem neceſſaria, nedum neceſſi-
æſentiæ, ſed & efficientiæ; pro-
e non ſunt liberi ab obſeruatio-
calogi, ſed potius obligantur ad
Iſta concluſio eſt de fide contra
anos, & Caluiniſtas negantes,
uimus ſupra, neceſſitatem bono-
erum ad ſalutem, teneriq; Chri-
ad obſeruationem Decalogi; &
lunt, quod illa ſit diſtinctio in-
em Moyſis, & Euangelium, quod
yſis ſub conditione ſeruandorũ
torum, & obedientiæ legis pro-
t ſalutem, at verò Euangelium
ſolutè ſoli fidei promittat; pro-
que Chriſtum Dominum legisla.
non fuiſſe, ſed tantùm Saluato-
ui nos ab obſeruatione Decalo-
oligatione faciendi bona opera
t; definita eſt in Concilio Tridẽ-
ſ.6. cap.11. *Nemo autem*, inquit,
nuis iuſtificatus, liberum ſe eſſe
uatione mandatorum putare de-
& can.19. *Si quis dixerit, nihil*
m eſſe in Euangelio præter fidem
ſe indifferentia, neque præcepta,
ohibita, ſed libera, aut decem præ-
il pertinere ad Chriſtianos: ana-
.
o. *Si quis hominem iuſtificatum,*
umlibet perfectum, dixerit non
obſeruantiam mandatorum Dei
æ, ſed tantùm ad credendũ, qua-
uangelium ſit nuda, & abſoluta
vitę æternæ ſine conditione ob-
is mandatorum anathema ſit.
1. *Si quis dixerit Chriſtum Ie-*
eo hominibus datum fuiſſe vt re-
m cui fidant, non etiam vt legiſ-

latorem cui obediant: anathema ſit.

Innumera autem ſunt Scripturæ loca, quibus hęc fidei veritas, ac definitio innititur, præcipua ex veteri teſtamento ſunt illa primùm, quibus Chriſtus Dominus prædicitur futurus legiſlator, vndè cum de eſſentia legis ſit, vt obliget, minimè ab ea ſoluit fideles, tũ quibus bona opera dicuntur abſolutè neceſſaria ad ſalutem. Primi generis teſtimonia habentur Deuteron. 18. v. 15. Iſaiæ 2. v. 3. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* cap. 33. v. 22. *Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter*; cap. 42. v. 4. *Legem eius Inſulę expectabunt*; cap. 51. v. 4. *Quia lex à me exiet*; Micheæ 14. v. 2. *De Sion egredietur lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* Quæ loca, & ſimilia communiter à Patribus de Meſſia intellecta, tanquam de nouo futuro legislatore, clarè demonſtrant, eum non veniſſe liberare homines ab omni obſeruatione mandatorũ Dei. Secundi generis ſunt Pſal. 14. v. 1. *Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.* Pſal. 18. v. 12. *Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.* Pſal. 61. v. 13. *Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.* Eccleſiaſtici 18. v. 22. *Non impediaris orare ſemper, & ne verearis vſque ad mortem iuſtificari; quoniam merces Dei manet in æternum.*

Id ipſum clarius adhuc habetur ex nouo teſtamento, vbi ipſemet Chriſtus declarauit ſe legislatorem, mandataque obſeruanda dediſſe Matt. vlt. v. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filÿ, & Spiritus Sancti docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.* Quare etiam Apoſtoli expreſsè docuerunt fideles teneri ad legem Decalogi, ſeu moralem; vt patet ex illo Rom. 3. v. 31. *Legem ergò deſtruimus per fidem? abſit, ſed legem ſtatuimus*; & cap. 13. v. 8. *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis, qui enim diligit proximum, legem impleuit:*

ait: nam, non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quid eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximum ſicut te ipſum. Epheſ. 6. v. 1. *Filioli obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim iuſtum eſt, honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mādatum primum in promiſsione*. Et epiſt. Iacobi cap. 2. vbi cum fideles de quibuſdam agendis inſtruxiſſet mox v. 8. ait: *Si tamen legem perficitis regalem, ſecundum Scripturam, diliges proximum tuum ſicut teipſum, benefacitis; ſi autem perſonam accipitis, peccatum operamini redarguti à lege, quaſi tranſgreſſores: quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendit autem in vno, factus eſt omnium reus; qui enim dixit: Non mæchaberis, dixit &, Non occides, quod ſi non mæchaberis, occidis autem, factus es tranſgreſſor legis.*

Cætera loca, quę tum mandatorum, tum quorumcumque bonorum operū neceſſitatem ad ſalutem commendant, habentur Matth. 5. v. 16. vbi Chriſtus ait diſcipulis: *Sic luceat veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt*; tanquam illorum per ſuam gratiam authorem; inter illa autem opera bona, quæ præcipit ſeruanda, diuinam comprehendi legem Decalogi, patet ex ſequenti v. 17. *Nolite putare quoniam veni ſoluere legem, non veni ſoluere, ſed adimplere*; & v. 19. *Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimus, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in Regno cælorum*. Tum maximè ex v. 20. *Dico autem vobis, niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarū, & Phariſæorum, non intrabitis in regnū cælorū*; vbi non ſolùm non ſoluit diſcipulos, cæteroſque deinceps fideles ab obſeruatione Decalogi, ſed potius ait, & explicat, eum magis ab ipſis debere obſeruari, quam docuerunt Phariſęi, dum ſubiungit, *Dictum eſt antiquis non occides*, Phariſæi enim aſſerebant illud ſolū intelligi de actu exteriore, ita vt nec ira in corde, nec concupiſcentia prohiberentur, ideoque externè ſolùm, & vt viderentur ab hominibus, fugerentque pœnam, & maledictionem tranſgreſſoribus legis impoſitam, illam obſeruabant; Chriſtus autem ait: *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio*; clarè docens qualiter nedum externè, ſed etiam internè, rectaque intentione ſeruari debet lex moralis; aliterque promiſſionem regni cœlorum obtineri non poſſe; quę promiſſio propriè ad Euangelium ſpectat; nam lex vetus terrena ſolùm ex ſe promittebat; prout ex dictis alibi, vtramque diſtinguit Diuus Auguſtinus lib. 16 de Ciuit. Dei cap. 11. *Educto*, inquit, *populo in monte Syna; diuinitùs acceptam tradidit legem, quod vetus dicitur teſtamentum, quia promiſsiones terrenas habet, & per Ieſum Chriſtum futurum fuerat Teſtamentum nouum, quo regnum cęlorum promitteretur.*

Rurſus eiuſdem Matth. cap. 7. v. 21. *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cęlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.* Item cap. 16. v. 27. *Filius enim hominis &c. reddet vnicuique ſecundum opera eius.* Et cap. 19. cum Chriſtus de paruulis dixiſſet, *Talium eſt enim regnum cælorum*: v. 16. vni accedenti, & cum roganti, *Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* reſpondit, *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata*; ibique nec non Marci 10. & Lucæ 18. præcepta Decalogi recenſet, quæ ſeruanda ſint; Quod illi iuueni non tentāti Chriſtum, ſed humiliter ab eo viam ſalutis quærenti, non ironicè, vt ait Caluinus, ſed ſincerè reſponſum fuiſſe, nec non cæteris fidelibus, docent Sancti Patres, ſpecialiter Auguſtinus lib. de fide, & operibus cap. 13. & quamuis de illo iuuene non reſoluat, an ipſe, vt dicebat, mandata verè ſeruarit, non tamen negat, vt Caluinus, ſic enim ait epiſt. 89. q. 4. *Viderit ille iuuenis, quemadmodum illa legis mandata ſeruauerit, veramta-*

men

Magiſter bonus mandata legis ab iſta ellentiore perfectione diſtinxit:ibi enim t, ſi vis venire ad vitam, ſerua man- a, hic autem, ſi vis perfectus eſse, vade, ıde omnia. Non ergo præfatum iu- nem Chriſtus reprehendit, aut illuſit, aſi eum tentantem, aut vanè de ſuis eribus gloriantem, cum ſimpliciter erit; *Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute* ı; notaueritque Marcus, quod *Ieſus um intuitus, dilexit eum*; ſed eum ve- nedum mandatorum, ſed etiam con- orum Euangelicorum viam, ad ma- em perfectionem docuit.

Sed eſtò ille adoleſcens Chriſtum taſſet, fraudulenterque cũ illo egiſ- ; numquid propterea dicendum tali- quoque Chriſtum ſe geſſiſse? abſit. ſi enim Luc.10.v.25.legatur de quo- m legiſperito, quod *ſurrexit tentans n, & dicens: Magiſter, quid faciendo am æternam poſsidebo, at ille dixit, in e quid ſcriptum eſt? ille reſpondens di- : diliges Dominum Deum tuum ex to- corde &c. & proximum ſicut teipſum*; i Chriſtus ei dixit: *Rectè reſpondiſti, fac, & viues*; id certè ioco, & ironi- non dixit, ſed ſincerè, licet tentatus illo legiſperito, putante eum aliquid ntra legem dicturum. Et licet ille eriùs tentaret, volens ſe iuſtificare, ærendo, quis eſſet proximus eius; n ironicè, ſed ſincerè parabolam edi- de illo, qui incidit in latrones; po- eaque etiam legiſperitus veritatem eri coactus eſt, quod Samaritanus erit proximus vulnerati, *qui fecit mi- ricordiam in illum*, vbi Chriſtus ſup- nit miſericordiam, tanquam opus bo- ım, factam eſſe, dixitque legiſperito, *ade, & tu fac ſimiliter*, ſcilicet, ſi vis tam æternam poſſidere.

Denique, vt in alijs caſibus falſum t, quod Chriſtus illis, qui illum ten- uerunt, ironicè reſponderit, ſed po- ıs veritatem docendo illos confudit, l inſtruxit; vt Matth. 22. v. 15. vbi nariſæis petentibus, liceret ne *cenſum re Cæſari, an non?* reſpondit: *Reddite gò, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*; & ibidem v.23. Saducæis ne- gantibus reſurrectionem dum tētando dicerent de vxore ſeptem ſucceſſiuè vi- rorum, *In reſurrectione cuius erit de ſe- ptem vxor?* Chriſtus dixit, *Erratis ne- ſcientes ſcripturas. In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei*. Cum in his, inquam, & ſimilibus caſibus, Caluinus dicere non poſſit, Chriſtum ironicè tentantiũ, & in ſermone eum capere volentium di- ctis ſe ſe attemperaſſe; quomodo dice- re audet, vt redeamus ad iuuenẽ, Chri- ſtum eum ironicè deludere voluiſſe, qui ſincere de via ſalutis ipſum interro- gauit, & non tentando, vt conſtat ex textu trium Euangeliſtarum.

Demum eiuſdem cap. 19. D. Matth. v. 29. *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut ma- trem, aut vxorem, aut filios, aut agros pro- pter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit*. cap. 25. v. 34. *Venite benedicti Patris mei, poſſidete pa- ratum vobis regnum à conſtitutione mun- di. Eſuriui enim, & dediſtis mihi man- ducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c.*

Lucæ 10. v. 28. *Hoc fac, & viues*. Ioann.5. v.29. *Procedent, qui bona fece- runt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij*. cap.13. v.17. *Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea*. cap.14. v. 23. *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus*. Et cap.15 cum idem Chriſtus Dominus dixiſſet: *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis in- uicem*; v.14. ait: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis*.

Roman. 2. v. 6. *reddet vnicuique ſe- cundũ opera eius, ijs quidem, qui ſecundũ patientiam boni operis, gloriam, & hono- rem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam*; & v. 13. *Non enim auditores le- gis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores le- gis iuſtificabuntur*. cap.6 v.20. *Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire im- munditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſti-*

iuſtitiæ in ſanctificationem. cap. 8. v. 13. *Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis* : & v. 17. *Cohæredes autem Chriſti : ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur, exiſtimo enim, quod non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*; vbi ab Apoſtolo conditio perueniendi ad gloriam ponitur compaſſio, & tribulatio patienter tolerata licet ſit longè inferior, vt dicetur infra. 2. Corinth. 4. v. 17. *Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupramodum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. & cap. 7. v. 10. *Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur*. Ad Galat. 5. v. 6. *In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque preputium : ſed fides, quæ per charitatem operatur*; & cap. 6. v. 8. *Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus : tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei*. Epheſ. 2. v. 10. *Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quę preparauit Deus, vt in illis ambulemus*. Philipp. 2. v. 2. *Cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini*. Coloſſ. 3. v. 23. *Quodcumque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus : ſcientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis*. 1. Timoth. cap. 4. v. 8. *Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ*. Hebręor. 6. v. 10. *Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius*. & cap. 10. v. 36. *Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, reportetis repromiſſiones*.

Iacobi 1. v. 12. *Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe*. & cap. 2. v. 14. *Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere : opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum?* v. 17. *fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa*. v. 24. *Ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum*. v. 26. *Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt : ita & fides ſine operibus mortua eſt*. 2. Petri cap. 1. v. 10. *Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis*. Apocal. 2. v. 10. *Eſto fidelis vſque ad mortem : & dabo tibi coronam vitæ*.

Tot, tamque claris Scripturæ teſtimonijs pro bonis operibus ad ſalutem præter fidem neceſſarijs, & de quibus Apoſtoli, prout Diuus Auguſtinus lib. de fide, & operibus cap. 14. refert, ideo ſpecialius ſcripſerunt, propter hæreſim tempore ipſorum à quibuſdam Pſeudo-Apoſtolis contra illa excitatam, Caluinus eorum ſequax, nihil aliud habet, quod reſpondeat, niſi ea, doctoreſque Catholicos irridere, & contemnere: *Nolo*, inquit lib. 3. inſtitut. cap. 18. §. 9. *perſequi, quæ hodie ſtulti Sorboniſtæ arrepta ex Scripturis temere (vt quodque primum obuium ſe tulit) teſtimonia aduerſus nos iaculantur, ſunt enim quædam ita ridicula, vt nec commemorare ipſe poſſim, niſi velim haberi meritò ineptus*. Verùm quam facilè hoc dixit, tàm euidenter indè ſe ridiculum, & ineptum reddidit, cuique æquo rerum arbitro, præfata Scripturæ teſtimonia diligenter in ſe conſideranti, & examinanti; nec non etiam ad regulam traditionis, iuxta vnanimem Sanctorum, ac veterum Patrum atteſtationem.

Igitur pręter ſcriptum, habetur quoque traditum verbum diuinum pro veritate noſtræ concluſionis, quam ex his fontibus cōcorditer docent Patres Gręci, & Latini, loca breuiter adnotabo; & quia inter opera ad ſalutem non minus vtilia, quam neceſſaria, tria ſunt potiſſimum genera, ſcilicet, oratio, ieiuniū, & eleemoſyna, ideo etiam ſpecialius loca indicabo, vbi de illis agunt præfati Patres. Ex Græcis Clemens Romanus conſtitut. Apoſtol. lib. 3. cap. 12. lib. 5. cap. 19. vbi de ieiunio; lib. 7. cap. 13. vbi de elee-

de eleemoſyna. Ignatius Martyr in epiſt.ad Mariam Caſſoboliten,ad Epheſios, & ad Heronem, *Pauperes*, inquit, *ne negligas, vbi tibi copia fuerit:Eleemoſyna enim, & fide peccata expiantur.*Dionyſius Areopagita Eccleſ.Hierarch.c.7. part.3. *Oſtendit per id profectò*, *&c.* Polycarpus epiſt. ad Philipp. vbi de eleemoſyna. Iuſtinus Martyr orat.ad Antoninum Pium, vbi etiam de precibus, ieiunio, & eleemoſyna. Irenæus lib.1. cap.1. lib. 2. cap.56. vbi de oratione,& ieiunio,Theophilus Antiochenus lib.3. ad Autolicum; *Legem*, *& præcepta*, *&c.* Clemens Alexandrinus in Pareneti-co: *Ne pigeat vos laboraſſe*, *&c.* lib. 4. ſtromat. *Deus omnibus omnia diſtribuit pro meritis*, *&c.* vbi etiam de eleemoſyna, & miſericordia in pauperes. lib.5. *Gratia ſeruamur, ſed non abſque operibus bonis*. lib. 6. *Quando audierimus, fides tua te ſaluam fecit, non accipimus cum dicere abſolutè, eos ſaluos futuros, qui quomodocumque crediderint, niſi facta quoque fuerint conſecuta, &c.* lib.7. Stromat. vbi de oratione contra Prodici hęreſis ſectatores;Hyppolitus orat. de conſummat. mundi: *Humanus enim ſum, inquit Dominus, & iuſtus quoque index, &c.* Origenes homil. 1. in Ezechiel.3. in Cant. *Dupliciter conſtat ſalus credentium, per agnitionem, & operum perfectionem*. tract. 32. in Matth. *Qui profitentur quidem fidem, &c.* ad cap. 2. ad Roman. *Nunc inquiramus de iuſto Dei iudicio*, *&c.* homil. 4. in diuerſos, vbi de oratione, & ieiunio, *Superabundanter, & dignè Dominus,&c.*Homil.11. in Exodum, & 13. in Numeros, vbi de oratione, lib.2.in Leuiticum,& ad c.12. epiſt. ad Roman. vbi de eleemoſyna. Gregorius Neocæſarienſis in paraphraſi Eccleſiaſtis cap.11. vbi de eleemoſyna; *Iuſtum eſt egenti panem*, *&c.*Euſebius Cæſarienſis Eccleſiaſt.hiſtor.lib.1. cap.4. *Abraham cum paterna ſuperſtitione*, *&c.* Ephrem tract. de ieiunio: *Appete optimum ieiunium,rem pretioſam,atque ſpectabilem: ieiunium vehiculum eſt ad cęlum, &c.* ſermone de virginitate,& de orando Deum. Athanaſius in vita D.Antonij, vbi de orationis, & ieiunij neceſsitate, nec non in exhortatione ad Monachos, & lib.de Virginitate vbi de ieiunio; & in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, vbi de eleemoſyna. Dydimus Alexandrinus ad cap.2. epiſt.Iacobi. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 1.8.& 15. Baſilius Magnus ſermone de aſceſi, ſeu exercitatione Monaſtica; homil. 12. in principium prouerbiorum; & in proœmio de iudicio Dei; orat.2. de precatione; homil.1. de laudibus ieiunij; homil.6.in diteſcentes auaros, vbi de eleemoſyna; *Quid ſtultius, quam laboribus nunquam finiendis ſe conficere*, *&c.* Gregorius Nazianzenus orat.28. & 40. explicans illud Iacobi; *fides ſine operibus mortua eſt*; orat. 16.de pauperum amore,vbi de ieiunio, & eleemoſynis. Gregorius Nyſſenus homil.8. in Eccleſiaſten, *Cum Apoſtolus eum fide connexuiſſet, &c.* orat.1 .de oratione Dominica;*Per orationem cum Deo eſſe contingit, &c.* orat. 1. & 2. de pauperibus amandis. Theophilus Alexãdrinus lib. 1. & 3. Paſchali. Ioannes Chriſoſtomus homil.5. & 42. in Geneſim;ſermone in Beatos Iob, & Abrahã. *Bona opera humana plagæ, & vulnera ſunt dæmonibus*; in pſal.142.*Doce me facere voluntatem tuam, &c.* Homil.16. in Matth. *Bona enim opera ſunt quæ ſperare faciunt.* Homil.11. in Marcum:*Nihil prodeſt habere verba, &c.* Homil. 9. in Ioannem: *Ad animæ puritatem ſeruandam, &c.* homil.30. in eumdem: *Nunquid ergo ſatis eſt ad vitam æternam in filium credere? Minimè*, *&c.* ſermone admonitorio de Euchariſtia in Encænijs: *Ergo vbique opus eſt mandatorum Dei operatione, &c.* Homil 5. in epiſt.ad Roman. 2. in epiſt. ad Philemonem; orat.7. in epiſt.ad Hebræos: *Fides eſt res magna, & ſalutaris*, *&c.* lib. 1. de orando Deo. ſerm. 1. & 2. de ieiunio. homil.34. in Geneſim; 33. & 36.ad populum Antiochenum, vbi de eleemoſyna. Philo Carpathius in Cantica: *In hortum nucis deſcendi*. Nilus Abbas inſti-

inſtitutione ad Monachos; *Ab æterno igne non liberabit te fides, ſine iuſtitiæ operibus*. de orat. c.2.5.78. in capitibus parœneticis, cap.55. 82. 178. 185. vbi de eleemoſyna. Ioannes Caſſianus collat. 9. cap.11. & 32. vbi de oratione; lib.5. inſtitut. cap.21. & 22. collat. 1. cap.7. & 21. cap.17. vbi de ieiunio; collat. 20. cap.8. vbi de eleemoſyna. Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Ioann. cap.14. *Qui per fidem Chriſto ſolummodo coniunguntur, &c.* item cap.18. & in expoſitione Symboli Nicæni: *Recta ſanè, & irreprehenſibilis fides, &c.* Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 73. 118. & 158. lib. 1. epiſt. 69. vbi de ieiunio; lib.2. 151. vbi de eleemoſyna. Theodoretus quæſt.63. in Exodum; ad pſal. 96. in epitome diuinorum decretorum, cap. de pœnitentia; ad cap.5. poſterioris ad Corinthios; lib.7. de ſacrificijs, vbi de oratione; *ſufficit Deo rationabilis congruaque oratio, &c.* ad Ioelis cap. 1. vbi de ieiunio; Baſilius Seleucienſis de exſuſcitatione Lazari; *Quod recta fides, ſi impura deprauataque adſit vita, nihil proſit, &c.* Titus Boſtrenſis ad cap. 11. Lucæ, & 16. vbi de eleemoſyna. Iſaias Abbas orat.21. & orat.25. Iſaac preſbyter de mundi contemptu cap. 22. & 27. Andreas Cæſarienſis cap. 7. & 50. in Apocalipſ. cap.71. vbi de oratione. Ioannes Climacus gradu 1. *Chriſtianus is eſt, &c.* gradu 28. de oratione virtutũ matre: Grad.14. vbi de ieiunio. Antiochus homil.1. de fide: *Vitæ origo ea eſt*; homil. 105. & 106. vbi de oratione; homil. 7. vbi de ieiunio; Sophronius Hieroſolymitanus orat. in Chriſti natalitia: *Metuo, magnoque timore conſtringor, &c.* Maximus Monachus cent. 1. cap.26. & 45. *Cæca præditus eſt, qui non peragit mandata diuina per fidem*; Centuriæ 3. cap.80. vbi de orat. *Quoniam multum valet deprecatio iuſti efficax, &c.* Cent.1. vbi de ieiunio. Hactenus Patres Græci ſex priorum ſæculorum pro neceſſitate bonorum operum ad ſalutẽ, quos alij deinceps ſecuti ſunt ad hæc vſque tempora.

Ex Latinis, Tertullianus de reſurrectione carnis cap. 48. *Vnuſquiſque in ſuo ordine, &c.* lib.2. contra Marcionem cap.6. *Quoniam & alias poſitum hominem ſub iudicio Dei, &c.* In Scorpiaco cap.6. *Quomodo multæ manſiones apud Patrem, ſi non pro varietate meritorum, &c.* de oratione cap.9. *Ab ipſo igitur ordinata religio orationis, &c.* in Apologetico aduerſus Gentiles cap.40. vbi de ieiunio; *Nos ieiunijs aridi, &c.* lib. de ieiunijs aduerſus Pſychicos cap.7. *Per hanc mœroris ſequelam, & inediem, &c.* in Apologetico cap.39. vbi de eleemoſyna: *Præſident probati quique ſeniores, &c.* Cyprianus de vnitate Eccleſiæ: *Iuſtitia opus eſt, vt promereri quis poſſit Deum iudicem. Præceptis eius & monitis obtemperandum eſt, vt accipiant merita noſtra mercedem.* De opere, & eleemoſynis: *Quę illa erit, fratres chariſsimi, operantium gloria, &c.* De oratione Dominica: *Cum Chriſtum habeamus aduocatum, &c.* ſermone de ieiunio, & tentationibus Chriſti: *Ieiunijs vitiorum ſentina ſiccatur, petulantia marcet, concupiſcentię languent, &c.* lib. de opere, & eleemoſynis: *Cum Dominus adueniens ſanaſſet illa, &c.* de duodecim abuſibus ſæculi, cap.4. *Quartus abuſionis gradus eſt diues ſine eleemoſyna, &c.* Zeno Veronenſis inuitatione 5. ad fontem: *Quantum quis crediderit, & operatus fuit, tantum beatitudinis, & habebit.* Lactantius lib.3. inſtitut. cap. 9. *Seruire Deo nihil aliud eſt, quam bonis operibus tueri, & conſeruare iuſtitiam*: in epitome diuinarum Inſtitutionum cap.12. *Teneat innocentiam, &c.* lib. 6. diuin. inſtitut. cap. 25. *Vt ſit Deo charus, omnique macula careat, miſericordiam Dei implores ſemper, nihilque aliud precetur, niſi peccatis ſuis veniam licet nulla ſint.* Eiuſdem libri cap.12. & 13. agit de eleemoſyna. Hilarius in Matth. can.5.6.7.& 28. Can.6. de oratione; can.5. de ieiunio, & in Pſalm. 118. litt. Zain; ibidem de eleemoſyna, ad illud, *Latum mandatum tuũ nimis*, & in Pſal.133. Ambroſius lib.1. de officijs cap.15. & lib.2. cap. 2. *Scriptura*

a diuina vitam beatam poſuit in co-
ione diuinitatis, & fructu bonæ opera-
s, &c. ad cap. 11. Lucæ ; ſerm. 93.
la tali SS.Nazarij, & Celſi, vbi de
ione; lib.10. epiſt.82. vbi de ieiu-
de Elia, & ieiunio cap.2.3.4.7.8.
.11.20.& epiſt.82. ad Eccleſiã Ver-
nſem, vbi quorumdam Iouiniani-
m errorem confutat; ſer.15. in Na-
Domini; lib.1. offic.c.11. vbi de elee-
yna. Hieronymus lib. 1. contra
nianum cap.6. lib. 2. cap.1. & 15.
p.5. ad Galatas; ad Matth. cap.7.
5. ad cap. 3. Sophoniæ, & 3. Mi-
; *Promittunt,* ſcilicet hæretici, *eis*
n, & regna cæleſtia, & dicunt, non
ſe eſt, vt viuas continenter, & ſan-
habeto fidem, quam docemus, & om-
romiſſa Domini conſequeris, &c. ad
7. Hieremiæ, in ea verba, *Tu ergo*
orare, vbi de oratione; epiſt. 8. ad
netriadem cap. 6. vbi de ieiunio,
epiſt.27. cap.8. ad cap. 6. Danie-
. Ionæ; & lib. contra Iouinianum
10. *Adam in Paradiſo accepit præce-*
, vt ab vna arbore ieiunaret; beati-
Paradiſi abſque abſtinentia cibi non
t dedicari, &c. epiſt.27. in Epita-
Paulæ cap.8. vbi de eleemoſyna;
epiſt.28.ad Luciniũ; 30.ad Ocea-
cap. 2. & 3. 150. ad Hedibiam
t.1. in cap.7. Ezechielis,& in pſal.
Da pauperibus eleemoſynam, &c.
dentius Brixienſis in præfatione
eneuolum; tract. 3. & 4. Chroma-
d cap. 5. & 6. Matth. Auguſtinus
e fide, & operibus cap. 13. & 14.
39. de verbis Domini: *Declina à*
& fac bonum, & cum hoc feceris, ſe-
expecta vitam: & tunc bona fronte
Domine feci quod iuſſiſti, redde
promiſiſti; lib.de ſpiritu, & lit. vbi
dit, qualiter Chriſtiani non obli-
ır quidem ad præcepta cæremo-
veteris teſtamenti; ſecus autem
æcepta Decalogi; item lib.10.cõ-
auſtum cap.2. *Iudæo,* inquit, *dicen-*
bi, cur tenes vetus teſtamentum, cuius
pta non ſeruas? Reſpondeo ſeruari à
tianis etiam ex ipſis libris præcepta

vitæ agendæ, præcepta verò vitæ ſignificã-
dæ tunc rectè obſeruata, cum prænuntia-
rentur iſta, quæ nunc reuelata ſunt. tract.3
in Ioannem; *Legite vetus teſtamentum,*
& videte, &c. in pſal.73. *Si enim diſcer-*
nimus duo teſtamenta, &c. vbi non ſo-
lùm confutat errorem aduerſariorum,
quod nõ obligentur Chriſtiani ad præ-
cepta Decalogi, ſed etiam illud, quod
aſſerunt obſeruantiam eorum non reſpi-
cere vitam æternam, quam Auguſtinus
dicit eſſe illi promiſſam; in præfat. ad
pſalm.31. ſerm.230. vbi de oratione;
tract. de vtilitate ieiunij cap.2. & 3. itẽ
ſerm.60.65. & 69. de tempore; de ver-
bis Domini ſerm.25.cap.3. vbi de elee-
moſyna; item ſerm.35. cap. 1. ſerm. 5.
de tempore cap. 8. 10. & 11. ſerm. 76.
lib.5. homiliarum, hom.39.& 37. Proſ-
per lib. 1. de vita contemplatiua c.19.
Eum, qui poteſt vti liberæ voluntatis
arbitrio, nec opera ſine fide, nec fides
ſine operibus iuſtificat; item reſponſ.
ad cap.6. Gallorum, & ad Pſalmũ 111.
Potens in terra erit ſemen eius; nec non
125. *De fructu bonorum operum pij coro-*
nabuntur agricolæ; & cum manipulis glo-
riæ, id eſt, meritis actionum aduentui Do-
mini Saluatoris exultanter occurrẽt. lib.2.
de vocatione gentium cap. 36. Pauli-
nus Nolanus natali 7. & 8. epiſt. 12.
Leo Magnus ſerm.4. & 5. de collectis;
ſerm.2. de Epiphania; ſerm.2. & 4. de
ieiunio decimi menſis; ſerm. 3. de ieiu-
nio Pentecoſtes, vbi de eleemoſyna, itẽ
ſermone 10. in quadrageſima; ſerm. 1.
3.& 5. de collectis. Petrus Chriſolo-
gus ſerm.7.8. & 12. de ieiunio, & elee-
moſyna; & ſerm.43. Cæſarius Arelatẽ-
ſis homil.2.11. & 25. Fulgentius ſerm.
de confeſſionibus; lib.2. de remiſſ.pec-
cat. Caſſiodorus in Cantica cap.7.c.5.
vbi de oratione, & in pſal.40. in pſ.118.
vbi de eleemoſyna. Gregorius Ma-
gnus lib.4. Moral. cap.31. lib.7.cap.13
Homil.9. in Ezechielem; 29. in Euan-
gelia; *fortaſſe vnuſquiſque apud ſemeti-*
pſum dicet, &c. lib.1. Dialog. cap.9. vbi
de oratione; item in Pſalm.6. Pœniten-
tialem; *Vult Deus rogari, &c.* In 1. Reg.

cap. 11. vbi de ieiunio; *Et quidem in*
tres partes diuiditur, vt ſacrę abſtinen-
tiæ fructus, & dignitas oſtendatur,
&c. Hactenus Patres Latini, qui ſex
prioribus floruere ſæculis, quorum
fidem, ac doctrinam de neceſſitate
bonorum operum cæteri deinceps ſe-
cuti ſunt.

Vltimò probatur eadem veritas ra-
tionibus; prima eſt, Neceſſaria eſt ad
ſalutem æternam diuinorum obſeruan-
tia mandatorum, nec non cętera bona
ad illa ſpectantia opera; ſi Deus eam
non abſolutè, & ſimpliciter, ſed ſub
conditione promiſit talis obſeruantiæ;
at Deus non ioco, vel ironicè, ſed ſin-
cerè, & ſeriò ſic æternam ſalutem pro-
miſit adultis, vt niſi ſuis obedirent mā-
datis ab æterna arcerentur beatitudine,
obediendo autem, ad illam reciperen-
tur; neceſſaria eſt ergo ad eam obtinē-
dam diuinorum obſeruantia mandato-
rum. Maior eſt certa, minor autem
patet poſitiuè ex teſtimonijs citatis, vbi
hæc veritas clarè, & expreſsè habetur;
nunc probabitur negatiuè, ſoluendo
obiectiones aduerſariorum, deſumptas
ex nonnullis Scripturæ locis, vbi con-
tra id, quod ab alijs petunt, non ſolùm
non habetur hic eorum error, quod bo-
na opera ex gratia Dei facta non ſunt
neceſſaria ad ſalutem, aut quod iuſti nō
teneantur ad obſeruationem Decalogi;
ſed potius dicta peruertunt loca, dedu-
cendo ex illis, contra vnanimem San-
ctorum Patrum ſenſum, tam malam
conſequentiam.

Huiuſmodi ſunt illa primò, quibus
Sacra Scriptura fidei ſalutem tribuere
videtur, ſed iam illis abundè ſatisfactū
eſt ſupra, agendo de iuſtificatione; vbi
oſtendimus, nec ad illam fidem præci-
sè ſufficere, multoque minus ad ſecun-
dam ſalutem, quę eſt conſecutio vitæ
æternæ.

Secundò ſunt illa, quibus Euange-
lium à lege diſtingui videtur ex eo,
quod lex ſit lex ſeruitutis, Euangelium
autē Spiritus, & libertatis; vndè Matth.
11. verſ. 28. Chriſtus ait: *Venite ad me*
omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, &
ego reficiam vos; Roman 8. verſ. 15.
Apoſtolus: *Non enim accepiſtis ſpiritum*
ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis
Spiritum adoptionis filiorum, in quo cla-
mamus Abba Pater; cùm prius ibid.
cap. 3. v. 27 dixiſſet: *Vbi eſt ergo gloria-*
tio tua? Excluſa eſt. Per quam legem?
factorum? Non: ſed per legem fidei; Ad
Galat. 3. verſ. 13. *Chriſtus nos redemit*
de maledicto legis. 1. Timoth. cap. 1. v. 9
Iuſto non eſt lex poſita; & ſic de alijs
ſimilibus, vndè inferunt aduerſarij,
quod lex factorum ſpectet ad vetus te-
ſtamentum, vt pote ad legem ſeruitu-
tis, & lex fidei ad nouum; adeoque le-
gem factorum non obligare Chriſtia-
nos.

Reſpondetur hoc vltimum peſſimè
colligi ex præfatis, aut alijs ſimilibus
Scripturę teſtimonijs; dum enim loco
citato Matth. ait Chriſtus Dominus,
Venite ad me omnes &c. huiuſmodi ver-
bis nequaquam ſignificare voluit, ſe fi-
delibus de obſeruantia legis deſperan-
tibus gratiam & ſalutem ſine legis mē-
tione abſolutè daturum, vt dicit Cal-
uinus; alias non ſtatim verſ. 29. ſubiū-
xiſſet: *Tollite iugum meum ſuper vos,*
& diſcite à me, quia mitis ſum, & humi-
lis corde, & inuenietis requiem animabus
veſtris; iugum enim meum ſuaue eſt &c.
Quid enim eſt aliud iugum ſuaue, quam
lex ſuauis Chriſti, ad diſtinctionem le-
gis veteris, quam Petrus Act. 15. vo-
cat iugum importabile, ſeu difficile, vt
diximus ſupra, ob multitudinem præ-
ceptorum ceremonialium; à quibus
quoniam Chriſtus liberaturus nos ve-
nerat, rectè dixit, *Ego reficiam vos;* nec
non quia in ſtatu legis Euangelicæ,
quam lex vetus ex ſe non dabat, gratia
conferenda per Chriſtum erat; vt im-
plerentur præcepta moralia, quæ paſ-
ſim confirmauit, & obſeruanda præce-
pit, Ioann. 13. & 15. *Hoc eſt præceptum*
meum vt diligatis inuicem; Matth. 22.
In his duobus mandatis vniuerſa lex
pendet, & Prophetæ. Et ſic de reliquis.
Non ergo quia fideles liberi ſint à tali
obſer-

uantia lex Euangelica dicitur iuſuaue, aut onus leue, ſed quia cum gratiæ, & charitatis per eam tale n, vel onus alleuiatur, vt docent nuniter Patres, pro quibus modo iat Auguſtinus lib. de perfectione æ poſt ratiocinationem 16. dicens: *ſta charitas foras mittit timorem, it præcepti ſarcinam leuem, non ſoon prementem onere ponderum, vetiam ſubleuantem vice pennarum.* r quod patet ad duo priora Apooca; his enim cap. 3. verbis oſtenātum voluit omnes & Hebræos, ntiles peccato eſſe obnoxios, a eos non liberat lex, ſed fides in lum propitiatorem, quæ, vt ait Apoſtolus, ad Galat. 5. verſ. 6. *aritatem operatur*, vt non ſit cui de legis operibus gloriandum; utem quod fideles ſint ſoluti ab uantia præceptorum moralium, bidem non ſubdidiſſet. *Legem eſtruimus per fidem? abſit: ſed leſtatuimus*; non amplius minis, enis, vt ſeruos, nos terrentem, ſed e, ſpeque vitæ æternæ, vt filios, altem; vt ait cap. 8.

l illud ex epiſt. ad Galat. cap. 3. *us nos redemit de maledicto legis*; ndetur, aliud eſſe dicere, Chriſtus uit nos ab obſeruatione legis, falſum eſt: aliud Chriſtus redeos de maledicto legis, quod verũ uatenus, vt iam ſupra diximus, a merita obtinuit nobis fidem, & m, per quam poſſimus, vt oporſalutem, implere legem, & maionem eius conſequenter eua-

vltimum 1. Timoth. 9. *Iuſto non poſita*; reſpondetur primo, dun eſſe vim, ſeu poteſtatem legis, uo Thoma 12. q. 96. art. 5. vnam iuam, alteram coactiuam. Lex poſita eſt omnibus tam iuſtis, iniuſtis, quo ad vim directiuam; cilicet dirigit præſcribendo om, quid agere, vel non agere de- at quo ad vim coactiuam, non eſt poſita iuſtis, ſed tantum iniuſtis, quia iuſti ſponte, libenter, & alacriter ex impulſu charitatis faciunt ea, quæ à lege præſcribuntur, nec opus eſt eos cogere minis, & pœnis ad legis obſeruationem. Iniuſti, & impij contra ſæpe recalcitrant, & à legis obedientia ſe ſubducunt, & ideo cogi quodammodo debent ad obſequium formidine pœnæ. De quo etiam videndus eſt Diuus Auguſtinus lib. de Spiritu, & lit. cap. 10. 13. 14. 17. & 19. vbi eadem, quę obijciunt hæretici, proponit, & ſoluit argumenta, oſtendendo quomodo iuſto ſit lex poſita, & non poſita, quid lex operum, quid lex fidei; illam nimirum eſſe, quæ iubet, quæ ſint facienda, ſed non dat gratiam, qua impleantur; iſtam verò, quæ eam dat. Vnde cum dixiſſet cap. 14. quod, licet Chriſtiani ad legem Decalogi præter Sabbathum abſque dubio ſeruandam teneantur, nõ tamen habeant ex littera, vel ipſo præcepto, ſi illam impleant, ſed ex gratia Chriſti, concludit dicens; *Illa ergo nouem præcepta, quæ ſic rectè obſeruantur, & ſcripta ſunt, non ad legem operum, ex qua nemo iuſtificatur, ſed ad legem fidei, ex qua iuſtus viuit, pertinere putanda ſunt.* Hinc patet, quàm falſo aduerſarij doceant, quod lex Decalogi Chriſtianos non obliget, ſed ab eius obſeruantia ſint liberi.

Quæ tertio obijciunt loca de gratuita promiſſione vitæ æternæ ſoluentur ſequenti concluſione, oſtendeturque rectè cohærere cum neceſſitate, & merito bonorum operum, ſola diuina per Chriſtum gratia homines ſaluari: quatenus, vt ait Diuus Proſper reſponſ. ad cap. 6. Gallorum; *Iuſtificatus homo, id eſt, ex impio pius factus, nullo præcedente bono merito, accipit donum, quo medio acquirat & meritum*; quare dum Deus coronat merita noſtra, coronat dona ſua.

Altera ratio deſumitur ex abſurdis, quæ, negata ſemel ad ſalutem neceſſitate bonorum operum, ſeruandique mandata Decalogi, ſequuntur, & ad- mitte-

mittere non dubitant aduerſarij, valde aliena ab his quæ Sancti, & veteres Patres locis ſuperius citatis dixerunt, & nos tum verbo, tum exemplo docuerunt, contra veteres hæreticos, quibuſcum nouatores adeò ſe bonis operibus offenſos oſtendunt, vt etiam aſſerant per illa Chriſtum negari, fidem abolere, & nihil cuiquam obeſſe quorumlibet perpetrationem peccatorum, ſi huius, quæ ab illis docetur, fidei particeps eſſe velit, aliaque ſimilia, quæ non poſſunt non pias aures grauiter lędere.

Quarta concluſio. Bona iuſtorum opera, cum conditionibus requiſitis facta, nedum ſunt neceſſaria ad æternam vitam, ſed eius inſuper meritoria. Iſta concluſio, abſtrahendo à qualitate meriti, ſiue an talia opera dicenda ſunt meritoria de condigno, vel de congruo, eſt de fide; definita in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. vbi abſque vlla huiuſmodi adiectiuorum congrui, & condigni mentione, ait cap. 16. *Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius. Et nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Atque ideo bene operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus proponenda eſt vita æterna; & tanquam gratia filijs Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis fideliter reddenda.*

Et can. 26. *Si quis dixerit iuſtos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & ſperare ęternam retributionem à Deo per eius miſericordiam, & Ieſu Chriſti merita, ſi benè agendo, & diuina mandata cuſtodiendo vſque in finem perſeuerauerint; anathema ſit.*

Item can. 31. *Si quis dixerit, iuſtificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema ſit.*

Et can. 32. *Si quis dixerit, hominis iuſtificati bona opera, ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati; aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius viuum membrum eſt, fiũt, non mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipſius vitæ ęternæ (ſi tamen in gratia deceſſerit) conſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum; anathema ſit.*

Quod iam pridem Cœleſtinus Papa in ſua epiſtola decretali ad Gallos cap. 12. declararat: *Tanta*, inquit, *erga omnes homines eſt bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona; atque pro his, quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus.* Nec non Synodus Arauſicana cap. 18. *debetur merces de bonis operibus ſi fiant: ſed gratia, quæ non debetur, præcedit vt fiant.*

Plura ſunt Sacræ Scripturæ loca, quibus hæc fidei veritas innititur; prima claſſis continet ea, vbi habito ſermone de bonis iuſtorum operibus, vitaque ęterna illis correſpondente, vſurpatur nomen meriti, & mercedis; doceturq; vitam æternam eſſe venalem; Eccleſiaſtici 16. verſ. 15. *Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritũ operum ſuorum* &c. & cap. 18. verſ. 22. *Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari; quoniam merces Dei manet in ęternum.* Iſaiæ cap. 40. verſ. 10. *Ecce Dominus Deus tuus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo.* Matth. 5. verſ. 12. *Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis*; cap. 10. verſ. 41. cap. 20. verſ. 8. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Lucæ 6. verſ. 23. Apocal. cap. 22. verſ. 11. *Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc; & Sanctus ſanctificetur adhuc. Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua.*

Quod his, & ſimilibus locis reſpondent aduerſarij, in illis meritum, cum dicitur de bonis operibus, & mercedē, cum dicitur de vita æterna, non accipi propriè, ſed figuratè, quoniam inquiũt vita ęterna in ſcripturis vocatur hæreditas, hæreditas autem non eſt propriè

merces,

ces, cum debeatur filijs, quia filij
, non quia ſibi eam proprijs labo-
s compararunt, eſt merum abſque
prorſus fundamento effugium. Cũ
n in Scripturis vita æterna non mi-
frequenter, fortaſſe etiam frequen-
dicatur merces, quam hæreditas,
è probabunt hæretici, dicendam
propriè hæreditatem, impropriè
mercedem, & non potius contra,
cedem propriè, hæreditatem im-
priè, vbi agitur de iuſtis adultis?
ndè quid ſi vtrumque poſſit dici
priè? habet enim vita æterna con-
onem mercedis, & hæreditatis. Da-
enim ex promiſſione digne laborã-
s, quod eſt mercedis proprium, &
datur niſi filijs per gratiam, quod
proprium hæreditatis; vnde Apo-
us Coloſſenſ. 3. verſ. 23. ait: *Quod-
que facitis, ex animo operamini ſicut
ino, & non hominibus: ſcientes,
à Domino accipietis retributionem
ditatis.*

t dicent, ſi filijs debetur hæredi-
quia filij ſunt, quid opus eſt pro ea
iſcenda vlterius laborare? reſpon-
eſt facilis, etſi enim paruulis, qui
à Baptiſmo ante vſum rationis de-
unt, vita æterna donetur ſolo iure,
titulo hæreditatis, tamen voluit
s, ſecundum reuelata ab ipſo, filios
, qui vſum rationis habent, pro-
laboribus, & meritis illam acqui-
, vt duplici titulo illis vita debere
eterna, titulo videlicet hæreditatis,
re mercedis; quoniam enim magis
orificum eſt, habere aliquid ex me-
quam ex ſola donatione, propterea
s, vt filios, & amicos ſuos magis
oraret, id etiam præſtitit, vt vitam
nam per merita ſibi pararent. Vt
rim illud omittam, quod meritis
orum operum ex diuina gratia a
s factorum redditur gradus aliquis
ię, ad quem non pertingunt, qui
hæreditatis titulo gaudent.

ecunda claſſis continet alia Scriptu-
oca, quibus dicitur, præmium cœ-
dari hominibus ſecundum menſu-
ram, & proportionem operum, & labo-
ris; Pſal. 61. v. 13. *Tu reddes vnicui-
que iuxta opera ſua*. Matth. 16. 27. *Et
tunc reddet vnicuique ſecundum opera
eius*. Lucæ 6. v. 38. *Eadem quippe men-
ſura, qua menſi fueritis, remetietur vo-
bis*. Roman. 2. v. 6. *Reddet vnicuique ſe-
cundum opera eius*. 1. Corinth. 3. v. 8.
*Vnuſquiſque autem propriam mercedem
accipiet ſecundum ſuum laborem*. Ad Ga-
lat. 6. v. 8. *Qui autem ſeminat in ſpiritu,
de ſpiritu metet vitam æternam*. Ex his
enim, & ſimilibus teſtimonijs clarè ha-
betur in præmio vitæ æternæ conferẽ-
do non haberi à Deo rationem ſolius
promiſſionis ſuæ, ſed etiam efficaciæ,
ac dignitatis ipſorum operum. Cur
enim, Sacra Scriptura toties repetit,
iuxta menſuram, ſeu quantitatem, &
qualitatem operum reddendam eſſe
mercedem, ſi nullum ſit eorum meri-
tum; cum pateat in humanis, præmium
ipſum non reſpondere ſoli Principis li-
beralitati, ſed etiam operi præſtito, &
exacto à Principe.

Tertia claſſis complectitur loca Scri-
pturæ, vbi aſſeritur ita vitam æternam
reddi operibus bonis iuſtorum, vt hu-
ius cauſam, & rationem afferant eadem
bona opera; quę vtique eſt cauſa meri-
toria; Matth. 19. verſ. 29. *Et omnis, qui
reliquerit domum, vel fratres, & ſoro-
res* &c. *centuplum accipiet, & vitam æter-
nam poſſidebit*. Item cap. 25. verſ. 34.
*Venite benedicti Patris mei, poſſidete pa-
ratum vobis regnum à conſtitutione mun-
di, eſuriui, & dediſtis mihi manducare:
ſitiui, & dediſtis mihi bibere*. & verſ. 21.
& ſequent. in parabola de ſeruis; *Euge
ſerue bone, quia in pauca fuiſti fidelis,
ſupra multa te conſtituam, intra in gau-
dium Domini tui*; huiuſmodi enim
particulis, quia, enim, ideo Apocalip.
7. verſ. 14. quæ cauſales ſunt, euiden-
ter ſignificatur, quod bona iuſtorum
opera ſint verè meritoria regni cæleſtis,
non tanquam cauſæ principales abſo-
lutè, hoc enim ſolis Chriſti meritis cõ-
petit, ſed tanquam cauſæ inferiores à
meritis, & gratia Chriſti in merendo
totali-

totaliter dependentes, illaque includentes, tanquam radicem, & fontem omnis meriti; quamobrem ſic diuina commendat Scriptura bonorum operū meritum, vt ſemper nos iubeat confugere ad ſolam Dei miſericordiam, vt ad cauſam efficientem, & ad ſola Chriſti merita, vt ad cauſam meritoriam abſolutè noſtrę ſalutis.

Quarta claſſis eorum eſt teſtimoniorum, quibus, bonis operibus promittitur vita æterna, vt quid ex iuſtitia reddendum, corona iuſtitiæ, ac brauium curſus ſpiritualis; 1. Corinth. 9. verſ. 24. *Neſcitis quod ij, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis.* 2. Timoth. 4. verſ. 4. *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, non ſolum autem mihi, ſed & ijs, qui diligunt aduentum eius.* Epiſtol. Iacobi cap. 1. verſ. 12. *Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.* Apocal. 2. verſ. 10. *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* His enim loquendi modis, nullus niſi proteruus negare poteſt, ſignificari bona iuſtorum opera, eſſe verè meritoria vitæ æternæ.

Vltima tandem claſſis comprehendit Scripturę loca, vbi docetur, licere, bene operari intuitu mercedis æternæ, ſi enim bona opera haud eſſent eius meritoria, id minimè liceret; Pſal. 118. verſ. 112. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.* Matth. 6. verſ. 33. vbi ipſemet Chriſtus ſic hortatur: *Quærite primum regnum Dei*; nec non Apoſtolus 1. Corinth. 9. verſ. 7. *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?* & v. 10 *Nam propter nos ſcripta ſunt, quoniam debet in ſpe, qui arat, arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiendi.*

Scripturę tam clarè teſtanti iuſtos benè operando poſſe mereri vitam æternam, accedit traditio apud Patres ſuperiori concluſione citatos, qui vnanimiter docent bona iuſtorum opera, nedum eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed & eius meritoria, vnde nonnulla tantū hic adducam loca Diui Auguſtini, vbi id cæteris expreſſius tradit, & explicat; lib. 3. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 7. *Iuſtitia*, inquit, *ſecundum quam iuſtus ex fide viuit, quoniam per ſpiritum gratiæ homini ex Deo eſt, vera iuſtitia eſt, quæ licet immerito in aliquibus iuſtis pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur, parua tamen eſt ad illam magnam, quam capit æqualitas Angelorum &c. ſed plane minor iſta iuſtitia facit meritum, maior illa fit præmium. Vnde qui iſtam non ſequitur, illam non aſſequitur.*

Libro de gratia, & lib. Arb. cap. 6. vbi de Apoſtolo Paulo ait: *Quem certè inuenimus ſine vllis meritis bonis, imo cum multis meritis malis, Dei gratiam conſecutum reddentis bona pro malis, videamus, quid dicat ſua iam appropinquāte paſſione, ſcribens ad Timotheum: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, iſta vtique iam merita ſua bona commemorat, vt poſt bona merita conſequatur coronam, qui poſt merita mala conſecutus eſt gratiam, denique attendite, quid ſequatur: ſupereſt, inquit, mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex: cui redderet coronam iuſtus Iudex, ſi non donaſſet gratiam miſericors Pater? & quomodo eſſet illa corona iuſtitiæ, niſi præceſſiſſet gratia, quæ iuſtificat impium, quomodo iſta debita redderetur, niſi prius illa gratuita donaretur*; Quæ eſt ipſamet doctrina Eccleſiæ Catholicæ, quam deinceps probat ex Scriptura, & ſubiungit ibidem: *His & talibus teſtimonijs dicimus, probatur gratia Dei, non ſecundum merita noſtra dari, quandoquidem non ſolum multis bonis, verum etiam multis meritis malis præcedentibus videmus datam, & quotidie dari videmus: ſed planè cum data fuerit, incipiunt eſſe merita noſtra bona, per illam tamen:*

nam

ſi illa ſe ſubtraxerit, cadit homo non
s, ſed præcipitatus libero arbitrio.
ropter quando cæperit homo habere
a bona, non debet ſibi tribuere illa,
eo; vti dicitur in Pſalmo: Adiutor
eſto, ne derelinquas me. Et infra:
icunt Pelagiani hanc eſſe ſolam non
lum merita noſtra gratiam, qua
i peccata dimittuntur, illam verò,
atur in finem, id eſt, æternam vitam,
s noſtris reddi; reſpondemus eis, ſi
merita noſtra ſic intelligant, vt
ipſa dona Dei eſſe cognoſcant, non
eprobanda iſta ſententia. Quæ eſt
ntia quam nos Catholici tene-
reprobant autem nouatores,
iam verò merita humana ſic præ-
, pergit Auguſtinus, *vt ea ex ſe-*
ſo hominem habere dicant (en ſen-
Pelagianorum, quam reprobat
ſia Catholica) *prorſus rectiſſimè*
det Apoſtolus: Quis enim te diſcer-
uid habes, quod non accepiſti? ſi
accepiſti, quid gloriaris, quaſi non
ris? prorſus talia cogitanti veriſ-
icitur: Dona ſua coronat Deus, nō
tuā, ſi tibi à teipſo, non ab illo ſunt
tua; hæc enim ſi talia ſunt (ſci-
teipſo) *mala ſunt, quæ mala ſunt,*
ronat Deus, ſi autem bona ſunt, Dei
ſunt &c. *Si ergo Dei dona ſunt bo-*
rita tua, non Deus coronat merita
nquam merita tua, ſed tanquam
ſua. Quæ eſt ipſiſſima Eccleſiæ
licæ ſententia, & fides.
rſus cap. 8. *Et naſcitur indè non*
quæſtio, quæ Domino donante ſol-
eſt; ſi enim vita æterna bonis ope-
redditur, ſicut apertiſſimè dicit
ura (nota contra aduerſarios) *quo-*
Deus reddet vnicuique ſecundum
ius, quomodo gratia eſt vita æter-
m gratia non operibus reddatur, ſed
detur, ipſo Apoſtolo dicente: Ei, *qui*
ur, merces non imputatur ſecundum
m, ſed ſecundum meritum.&c. *Iſta*
uæſtio nullo modo mihi videtur poſ-
lui, niſi intelligamus, & ipſa bona
noſtra, quibus æterna redditur vita,
i gratiam pertinere, propter illud,
quod ait Dominus Ieſus; ſine me nihil po-
teſtis facere. Et infra: *Quomodo ergo*
non ex operibus, ne forte quis extollatur?
ſed audi, & intellige, non ex operibus
dictum, tanquam tuis ex teipſo tibi exi-
ſtentibus, ſed tanquam his, in quibus te
Deus finxit, id eſt, formauit, & creauit.
Hoc enim ait, ipſius ſumus figmentum,
creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.

Eamdem prorſus doctrinam tradit epiſt. 66. ad Valent. de lib. Arb. *Nec quiſquam,* inquit, *dicat meritis operum ſuorum, vel meritis fidei ſuæ, ſibi traditam Dei gratiam, & putetur verum eſſe, quod illi hæretici* (ſcilicet Pelagiani) *docent, gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari, quod falſiſſimum eſt;* deinde ſubiungit pro veritate Catholica *Non quia nullum eſt meritum, vel bonum piorum, vel malum impiorum, alioquin quomodo iudicabit Deus mundum, ſed miſericordia, & gratia Dei conuertit hominem, vt iuſtificetur impius, hoc eſt ex impio fiat iuſtus, & incipiat habere meritum bonum, quod Deus coronabit, quando iudicabitur mundus.* Idem quoque habet epiſt. 105. ad Sixtum, & alibi paſſim; vnde ſi quando aſſerit nonnullis in locis, Deum non coronaturum merita, ſatis patet, nihil in hoc fauere aduerſarijs, ſed tantùm loqui de meritis, quæ homo ex ſeipſo facit; vel quæ ſe bene facere iactitat ſine diuina gratia; negat enim cum Eccleſia Catholica, quod poſt lapſum Adami homo ſine gratia Dei per Ieſum Chriſtum opus meritorium facere poſſit, verum ſi quæ bona ex ſeipſo præſtare videatur, aut ſunt mala, aut nullo modo meritoria. Cum quo rectè ſtat, quod homo ex miſericordia Dei per Chriſtum iuſtificatus, vlteriorique gratia auxiliatrice munitus multa bona opera faciat verè meritoria; dicaturque etiam veriſſimè, Deum quidem in homine ſine gratia ipſius nihil inuenire, propter quod illum ſaluet, multum autem, vnde illum damnet, vt ait Auguſtinus ſerm. 15. de verbis Apoſtoli; at verò in homine iuſto reperire gratiam à ſe infuſam, &

opera

opera per gratiam, atque in gratia ſua facta, quæ verè iuſta ſunt, & ipſe coronat, vt idem Auguſtinus clariſſimè citatis docet locis, adeo vt non videatur de eius mente rationaliter ambigendi locus.

Vltimò probatur concluſio ratione; quia ibi reperitur ratio meriti, & præmij, vbi ſunt omnes conditiones ad illa requiſitæ, ſed in operibus iuſtorum reſpectu vitæ æternæ per modum præmij conſequendæ, reperiuntur conditiones ad rationem meriti deſideratæ; non eſt igitur, cur non dicantur verè meritoria vitę ęternæ. Maior huius argumenti cum ſit certa, probatur minor adducendo præfatas conditiones, quarum prima eſt, vt fiant liberè; ſecunda, ab homine viatore, & iuſto habente gratiam ſanctificantem; tertia, ex vlteriori gratiæ auxilio, & ſint conſequenter ſupernaturalia; quarta, vt ordinentur ad Deum, tanquam ad vltimum finem; quinta, vt, præter valorem operum ex dictis conditionibus prouenientem, intercedat promiſſio ex parte Dei ad retribuendam mercedem beatitudinis æternæ benè operantibus; & ita benè aduertunt Theologi, meritum eſſe alicuius vt operantis, & ad aliquem, vt redditorem præmij; alioquin fruſtra laboraret, ac operaretur quis pro mercede à nullo recipienda; ſed omnes præfatæ conditiones competunt pluribus iuſtorum operibus reſpectu vitæ æternæ conſequendę, ea igitur ſunt meritoria vitæ æternæ. Minor huius ſecundi argumenti patet ex dictis poſitiuè, patebitque vlterius negatiuè ſoluendo argumenta aduerſariorum.

Quorum primum eſt, quia homo, inquiunt, non eſt liber in benè operando; ſed iam cap. 7. oſtendimus falſitatem huius impij dogmatis.

Secundum, quod omnia iuſtorum opera ſunt peccata; cuius quoque dogmatis impietatem probauimus ſecunda huius capitis concluſione. Etſi enim iuſtitia noſtra, quamdiu ſumus in præſenti vita, & peregrinamur à Domino,

ſit iuſtitia imperfecta, ſeu inchoata
atque ita vocetur interdum à Patrib
non tamen in eò ſenſu, vt quodl
opus noſtrum, quod eſt alias pra
pti, & ex ſuo obiecto bonum, ſit ſ
per peccatum, ſaltem veniale, vt
piè volunt hæretici, qui fraudule
eis vocibus imperfectionis, & inch
tionis vtuntur, cum loquuntur de
ſtitia humana; ſed dicitur imperfe
cum tamen ſit vera, comparatiuè, c
nimirum in alia vita multo perfec
eſt futura, cuius perfectionis hic
lum inchoationem videmur habere
Quam ob cauſam Diuus Auguſti
tract. 41. in Ioannem diſtinguit du
cem libertatẽ, ſcilicet à peccato, ſi
iuſtitiam, vnam imperfectam, & inch
tam, huius vitæ præſentis, in eo p
tam, vt careamus omni crimine,
eſt, omni peccato mortali, non tam
omni veniali, propter imbecillitate
carnis, & concupiſcentiam, quam
bemus nobis coniunctam: alteram
rò perfectam, in eo conſiſtentem, v
omni crimine, & peccato etiam ve
li, motuque concupiſcentię ſimus
munes, quam in alia ſolum vita be
concedit. Ex hoc autem, quod ali
peccata committamus, ſeu non ca
mus omni peccato etiam veniali,
ſequitur, omnia prorſus iuſtorum o
ra eſſe immunda; ſed aliqua eſſe bo
& munda; aliqua autem coinquin
quare Iacobi 3. dicitur ſolum, *In m*
offendimus omnes, non verò in omni
iam enim cap. 2 diſtinxerat opera b
à peccatis dicens: *Si legem perficiti*
galem ſecundum Scripturas, diliges
ximum tuum ſicut teipſum, benefaci
ſi autem perſonas accipitis, peccatu
operamini, redarguti à lege quaſi tra
greſſores.

Tertium argumentum conficitur
pluribus Sacrę Scripturę locis, vbi
ęterna vocatur hæreditas, dicitur
ex miſericordia Pſalm. 102. verſ. 4.
coronat te in miſericordia, & in miſ
tionibus; item ex gratia; Roman. 6
23. *Stipendium peccati mors. Gratia*

te.

ei vita æterna ; necnon offerri ſi-
ſtris meritis, imo aſſeritur nos eſ-
illam inutiles ; Iſaiæ 55. verſ. 1.
e emite abſque argento, & abſque
ommutatione vinum, & lac. Lucæ
erſ. 10. *Cum feceritis omnia quæ*
pta ſunt vobis, dicite ſerui inutiles
. Demum Roman. 8. verſ. 8. ha-
: *Non ſunt condignæ paſſiones hu-*
emporis ad futuram gloriam ; &
is cap. 10. mercenarij reprehen-
ur à Chriſto; ex his enim, & ſimi-
locis inferunt aduerſarij, nec in
bus iuſtorum eſſe valorem ad
erendam vitam æternam, nec Deũ
promiſiſſe per modum mercedis,
orum conditione.
ſpondetur ad hoc argumentum
ndo talem aduerſariorum conſe-
tiam, vel illationem, peſſimè ex
tis Scripturæ locis deductam. In
im, dum æterna vita vocatur hæ-
as, non excluditur, vt diximus ſu-
quin ſimul ſit vera merces, verum-
præmium iuſtorum benè operan-
. Cum enim non ſimus filij Dei
aturam, ſed per adoptionem; quo-
alij reipſa adoptantur ante vſum
nis in baptiſmo, vt paruuli: alij
vſum rationis in prima iuſtifica-
, vt adulti: ita paruuli, qui ante
rationis adoptantur, & moriun-
accipiunt vitam æternam ſolo ti-
hæreditatis; vt inſuper adultis, qui
ationis vtuntur, & in adoptione
um vſque ad mortem perſeuerãt,
ratur titulo mercedis, ſeu retri-
nis; potuit enim Deus, & de facto,
dum id, quod reuelauit nobis in
tura, vbi vita æterna æque voca-
erces, & hæreditas, voluit adul-
ac conditione adoptare, ita exi-
eorum ſtatu, vt non adirent hæ-
atem, niſi mandatis Dei obtem-
ent, & obtemperando illam ſibi
ererentur. Cuius ſimile quid in
to Domino fuiſſe notant commu-
Theologi: nam iure hæreditatis
oſita vnione hypoſtatica) debeba-
non ſolum gloria animæ, ſed &

corporis, exaltatioque nominis ; & ta-
men ſuis meritis iſta duo obtinuit, iux-
ta illud Apoſtoli Philippenſ. verſ. 8.
Humiliauit ſemetipſum &c. Igitur ſi
Chriſto, qui fuit filius Dei naturalis,
data eſt gloria corporis, & exaltatio
nominis duplici titulo nempe hæredi-
tatis, & præmij; quid mirum, aut, quę
implicantia, ſi adultis, qui ſunt filij tan-
tum adoptionis, vtroque titulo confe-
ratur gloria animæ, ſeu vita æterna.

Ad ſecundum locum reſpondetur,
quod ſicut ibi æterna beatitudo vo-
catur corona miſericordiæ, ita alibi
vocatur corona iuſtitiæ. 2. Timoth. 4.
verſ. 8. vt diximus ſupra. Cumque
vtrumque à Spiritu Sancto aſſeratur,
atque adeo neutrum falſum eſſe poſſit;
rem cum Diuo Auguſtino locis ſupe-
rius citatis lib. de corrept. & grat. cap.
13. epiſt. 66. & 105. ſic explicamus;
ſcilicet, æternam beatitudinem eſſe co-
ronam iuſtitiæ, quia ex meritis, &
propter merita retribuitur, maior, aut
minor pro quantitate illorum; vnde
idem Auguſtinus lib. de nat. & grat.
cap. 2. ait: *Non eſt iniuſtus Deus, qui*
iuſtos fraudet mercede iuſtitiæ. Cæte-
rum, quia ipſa merita, quibus redditur
corona iuſtitiæ, habent vim ſuam ex
gratia Dei per merita Chriſti, taliſ-
que gratia datur hominibus ex mera
Dei miſericordia; indè fit, vt dicta co-
rona, vocari etiam poſſit corona miſe-
ricordiæ, non quidem reſpectu ipſorũ
meritorum formaliter, quia illis debe-
tur ex iuſtitia, ſed reſpectu noſtri, qui-
bus ipſa quoque merita formaliter ex
miſericordia conceſſa ſunt. Dici etiam
poteſt, quod fere in idem recidit, æter-
nam beatitudinem eſſe coronam miſe-
ricordiæ radicaliter, iuſtitiæ autem for-
maliter, vt mox dicemus eamdem ap-
pellari gratiam. Demum, iuxta com-
mune Theologorum axioma, quo dici-
tur Deum præmiare ſupra condignum,
ſuppoſitis adhuc meritis, rectè quoque
Deus dicitur illa in ſua miſericordia
formaliter coronare, dũ tribuit illis di-
tiorem gloriæ coronam, quã debeatur.

Ad tertium locum reſpondetur vitā æternam vocari gratiam, quatenus initium noſtræ ſalutis ſumitur ex gratia: quo pacto ipſa gloria, licet non ſit formaliter gratia, hoc eſt, quæ in ſe omnino gratis detur, eſt tamē gratia originaliter, ſeu radicaliter, quatenus datur ex virtute gratiæ omnino gratis datæ; vel poteſt etiam ibi ſumi gratia, non in caſu recto, ſed obliquo, id eſt, per gratiam Dei vita æterna, ſiue virtute gratiæ Dei tribuetur nobis vita æterna; qui quidē ſenſus eſt veriſſimus, meritaque humana non excludit, quin imo ipſa gratia mediantibus illis perducit nos ad vitam æternam, tanquam ad ſuū terminum, proptereaque etiam gratia conſummata ſolet interdum appellari.

At contra hanc interpretationem, quæ eſt Diui Auguſtini locis ſuperius adductis, inſtat Ioannes Caluinus, quod ſi vita æterna non daretur ex mera gratia, ſed propter bona opera, debuiſſet Apoſtolus ſic dicere: *Stipendium peccati mors, ſtipendium bonorum operum vita æterna*; cum igitur hoc ſecundum non addiderit membrum, ſed dixerit virtute diuinæ gratiæ obtineri vitam æternam, videtur excluſiſſe meritum bonorum operum reſpectu illius.

Reſpondetur ex eodem Auguſtino, qui hanc Caluini præuenit inſtantiam epiſt. 105. ad Sixtum; Apoſtolum rectè dicere potuiſse: *Stipendium iuſtitiæ vita ęterna*, ſicut dixerat, *ſtipendium peccati mors*; *Cum enim*, inquit, *dixiſſet, ſtipendium peccati mors, quis non congruentiſsimè, & conſequenter addere iudicaret; Stipendium autem iuſtitiæ vita ęterna. Et verum eſt, quia ſicut merito peccati tanquam ſtipendium redditur mors: ita merito iuſtitiæ tanquam ſtipendium, vita æterna: aut ſi nollet dicere iuſtitiæ, diceret fidei, quia iuſtus ex fide viuit, vnde etiam (Vita æterna) merces appellatur plurimis Sanctarum Scripturarum locis: Nuſquam porrò dicta eſt merces iuſtitia, vel fides; quia iuſtitiæ, vel fidei redditur merces, quod eſt autem merces operanti, hoc militanti ſtipendium*: Hactenus Au-

guſtinus ſupponens tanquam certu
iuſtitiæ operum, vel fidei, quæ per
lectionem operatur ſtipendium deb
atque adeò illa eſſe meritoria vitę ę
næ; deindè reddit rationem, cur A
ſtolus tali modo loquendi vſus nō f
rit, dicens: *Sed Beatus Apoſtolus, ad*
ſus elationem, quæ vſque adeo magnis
tat irrepere, vt ſibi propter ipſam
datum Angelum Satanæ, à quo cola
zaretur, ne verticem præſumptionis
geret, aduerſus hanc ergo elationis peſ
ne iuſtitia de humano ſe extolleret
merito; cum poſſet dicere ſtipendium
iuſtitiæ, vita æterna, maluit dicere, gr
autem Dei vita æterna; quo errore
cluſo demum concludit: *Cui deb*
vita æterna, vera iuſtitia eſt, ſi vera
ſtitia eſt, ex te non eſt, deſurſum eſt,
ſcendens à Patre luminum, vt haberes
profectò accepiſti; quid enim habes,
non accepiſti? quapropter, ò homo, ſi
cepturus es vitam æternam, iuſtitiæ q
ſtipendium eſt, ſed tibi gratia eſt, cui
tia eſt & ipſa iuſtitia: tibi enim tanq
debita redderetur, ſi ex te tibi eſſet i
tia, cui debetur. Ex quibus, & ſim
bus, quæ habet epiſt. 106. lib. de g
& lib. Arb. cap. 9. clarè conſtat A
ſtolum non intendiſſe dari vitam æ
nam ex mera gratia, aliàs ſibi con
diceret, ſed tantùm à merito illius
cludere voluiſſe opera merè huma
ſine gratia facta, non autem quæ e
la, propterea que dixiſſe, *Gratia*
vita æterna, non verò, *ſtipendium b*
rum operum vita æterna; ſicut dix
ſtipendium peccati mors; quia licet v
æterna ſit verè ſtipendium iuſtitia
bonorum operum; non eo tamen m
quo mors eſt ſtipendium peccati,
hoc homo ex ſe ſolo facit; at homo
ſtus bona opera ex ſe ſolo non p
facere, ſed cum diuina gratia; cui
primario, & originaliter ratio m
tribuatur reſpectu vitæ æternæ,
vno, vel altero ex dictis modo, Apo
lus dixit, *Gratia Dei vita ęterna*.

Ad quartum Iſaiæ locum dicitu
vinum, & lac non intelligi in eo vi

ęte

nam, ſed gratiam præſentis vitæ, nterpretatur Diuus Hieronymus, & t ex ipſo contextu, qui ſic habet: *nes ſitientes venite ad aquas, & qui nō tis argentum, properate, emite, & dite; venite emite abſq. argento*; cui le eſt illud Ioan.7. v.37. *Si quis ſitit, at ad me, & bibat*. Vbi certum eſt, iſtum fuiſſe locutum de gratia prę- is, non de gloria futuræ vitæ. Li- er autem admittimus primam gra- auxiliantem gratis dari ſine vllis ſus meritis, iuſtificantem autem, nuis non ſine aliquibus pręuijs di- itionibus, eas tamen non eſſe pro- illius meritorias, proindèque, ſi ſaiæ locus intelligatur de gratia ficante, ſicut illæ particulæ *abſque nto, & vlla commutatione*, excludunt ra merita propriè dicta; ita iſtæ, *te, & emite* requirunt noſtras diſ- iones ex gratia auxilianti, quæ nō- mpropriè dici poſſunt meritoriæ, de congruo, vt ſupra oſtendimus tes de illis. Quare hoc intereſt in- ratiam iuſtificantem, & gloriam, l licet neutra conferatur adultis ſi- ropria cooperatione, gratia tamen ficans confertur ſine meritis pro- dictis; gloria per illa propriè dicta, veriorem ſententiam ſexta conclu- expli candam.

d quintum ex Luca cap.17. vbi ait ſtus: *Cum feceritis hæc omnia, dicite, inutiles ſumus*; vndè inferunt ad- rij, ſi inutiles ſumus, quid mere- item ſi ſerui: ſicut enim ſeruus meretur, quando debitum perſol- omino obſequium, ita nec homi- eſpectu Dei, cui debent, quidquid ris illi exhibent.

ſpondetur multas eſſe huius loci ſitiones apud Sanctos Patres, qua- ulla fauet ſectarijs, aut excludit nem meriti ab operibus bonis iu- n reſpectu gloriæ æternæ conſe- dę. Nam primò Diuus Ambro- ib.8. in Lucam vocat ſeruos, inu- attenta ſola natura, non verò gra- er quam iuxta illud 2. Timoth.2. *Fit homo vas vtile Domino ad omne opus bonum paratum*. Secundò, vt exponit D. Auguſtinus ſerm. 3. de verbis Do- mini, ſerui inutiles dici poſſumus, cum omnia mādata diuina ſeruauimus, quo- niam nihil facimus, vltra id quod de- bemus, & nihil indè iuſtæ mercedis petere poſſemus, niſi Deus liberali pa- cto nobiſcum conuenire voluiſſet, locis citatis epiſt. Iacob. cap. 1. &c. quo ta- men poſito poſſumus cum Apoſtolo di- cere, *repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*; nam vt ait Auguſtinus in Pſalm. 83. circa verſum, *Miſericordiam & veritatem di- ligit Deus; debitorem ipſe ſe fecit, non ac- cipiendo, ſed promittendo; non ei dicitur, redde, quod accepiſti, ſed redde, quod pro- miſiſti*; & ſerm. 16. de verbis Apoſtoli, *In his, quæ iam habemus, laudemus Deū largitorem; in his, quæ nondum habemus tenemus debitorem; debitor enim factus eſt, non aliquid à nobis accipiendo, ſed quod ei placuerat promittendo*. Et infrà: *Illo ergo modo poſſumus exigere Dominū noſtrum, vt dicamus, redde, quod promi- ſiſti, quia fecimus, quod iuſſiſti*; vbi bre- uiſſimè, & clariſſimè docet Auguſtinus quod Deus operibus bonis, tanquam verè meritorijs, quia ex gratia ſua fa- ctis, iuxta promiſſionem ſuam reddet; vt debitor perſonam ſuam. Tertiò, iuxta interpretationem Venerabilis Be- dæ per illa verba iubemur agnoſcere, nihil nos Deo vtilitatis afferre, ſed quicquid boni facimus, id nobis vtile eſſe, non Deo, qui bonorum noſtrorū non eget. Vnde ſumma cum humilita- te Deo ſeruire debemus, eique gratias agere, quod obſequium noſtrum acce- ptare dignatus ſit. Quid plura? non dicit amantiſſimus Dominus, *cum fece- ritis hęc omnia, ſerui inutiles eſtis*, ſed ait, *dicite, quia ſerui inutiles eſtis*, vt ob- ſeruat Diuus Chriſoſtomus homil. in illud, *Elatum eſt cor Oſiæ*, quia vult nos de nobis poſt benè facta humiliter ſen- tire, ne ſuperbia illa corrumpat. Ve- rum dum vnuſquiſque iuſtus humiliter dicit, ſeruus inutilis ſum, reſpondet Dominus, Euge ſerue bone, & fidelis, quia

quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.

Ad probationem, qua dicebatur, *ſeruum nihil mereri*, reſpondetur falſum eſſe; ſeruus enim ſaltem meretur victũ, & veſtitum, aut quid huiuſmodi, quamuis eſſet mancipium emptum de lapide, vel captum in bello; idque habita ratione laboris, & induſtriæ, prout maior, vel minor extiterit. Deuteron. 25. *Non ligabis os bouis terentis in area tua*; & 1. Corinth. 5. *Non alligabis os boui trituranti*; nec vllæ rationes oppoſitũ probant, ſed ſolùm oſtendunt; legibus Romanis nullam omnino fuiſſe actionem mancipij in dominum, nec potuiſſe in foro externo aduerſus illum contendere, vt ſibi victum ſuppeditaret; imo & potuiſſe mancipia à dominis impunè interfici, non ſolum indicta cauſa, ſed etiam nulla; quæ leges erant iniquiſſimæ, & rectæ rationi repugnantes, vtpotè Paganorum, non Chriſtianorum, vndè etiam Eccleſia eas omninò antiquauit, ac de medio ſuſtulit.

Ad ſextum locum ex epiſtola ad Romanos cap. 8. vbi dicitur, *quod non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriã*; qui Doctores tenent opera bona iuſtorum eſſe duntaxat meritoria de congruo vitæ æternæ, reſpondent huiuſmodi verbis excludi tantum meritum de condigno; at quia verius eſt pręfatis operibus hoc quoque ineſſe meritum, vt dicetur concluſione ſexta, ibi commodius explicabitur hic Apoſtoli locus, qui non pugnat contra meritum bonorum operum abſolutè reſpectu futuræ gloriæ, ſed potius contra qualitatem eius.

Ad ſeptimum, & vltimum locum Ioannis 10. vbi Chriſtus mercenarios reprehendit, reſpondetur ibi per mercenarios intelligi eos paſtores, qui non ouium, ſed propria duntaxat quærunt commoda; non autem eos, qui operantur intuitu mercedis æternæ, quaſi hoc eſſet malum contra charitatem; cuius oppoſitum docet Scriptura locis ſuperius citatis, nec non Patres, pro quibus modo ſufficiat Auguſtinus in Pſal. 120. dicens: *Quando facis opus bonum, propter vitam æternam fac*; definitumque fuit à Concilio Tridentino locis ſuperius citatis. Vbi notandum eſt, ab eo non dici, operandum eſſe tantùm affectu mercedis, vt mendaciter Caluinus illi imponit in antidoto, cum expreſsè, vt patet ex eius verbis, doceat, operandum eſſe, primum quidem propter gloriam Dei, deindè propter mercedem fælicitatis æternæ, quam vt vltimum finem expectamus à Deo, tanquam Patre noſtro, dicendo ſingulis diebus in oratione Dominica, *Adueniat regnum tuum*. Neque hoc eſt contra charitatem diuinam, aut amor mercenarius, vt ineptè dicunt hæretici; nam licet mercenarij dicendi ſint illi, qui mercedem ſolam, aut præcipuè intuentur. Iſti enim ſunt, qui ſi merces nulla præſtò eſſet, Domino non ſeruirent. Non tamen ſunt mercenarij, qui Deũ, eiuſque gloriam, tanquam vltimum finem primò, ac per ſe reſpiciunt, mercedem autem, vt finem ſecundarium, qui propter Deum, eiuſque gloriam expectatur. Cupimus enim Deum videre, atque ex ea viſione felices effici, vt tanto ardentius, & ſecuriùs illum diligamus.

Quartò obijciunt contra meritum bonorum operum, inde ſequi, quod iuſtus poſſet habere fiduciam aliquam in proprijs meritis, gloriarique in illis, quod eſt contra humilitatem, dicente Apoſtolo 2. Corinth. 10. *Qui gloriatur, in Domino glorietur*.

Reſpondetur, pręcipuam quidem ſpem, & fiduciam in Deo ponendam eſſe, aliquam tamen etiam in meritis poni poſſe. Quod vt planiùs intelligatur, ſciendum eſt primo fiduciam, nihil eſſe aliud, quam ſpem confirmatam, atque perfectam, vt docet S. Thomas 2. 2. q. 129. art. 2. quod etiam prophani Scriptores tradiderunt; ſic enim loquitur Seneca epiſt. 16. ad Lucilium. *De te ſpem habeo nondum fiduciam*. Sciendum

cundò, aliud eſſe, fiduciam naſci eritis, aliud fiduciam eſſe ponen- in illis; poteſt enim fieri, vt quis iam, ac penè nullam fiduciam in tis proprijs conſtituat, eo quod nõ ſciat, an habeat vera merita, & ta- veris, magniſque meritis abundet, illis fiducia in ipſo erga Deum ma oriatur.

ndè primò aſſerimus, fiduciam Sã- m, quam in Deo collocant, non de ſola, ſed etiam ex meritis bonis atque adeò ſummo ſtudio merita enda eſſe, vt apud Deum fiduciã re poſſimus; prout habetur ex mul- cræ Scripturę locis: Tobiæ 4. Ro- 5. 1.Timoth.3. Hebr.10. 1.Ioan.3. ndò, in bonis meritis, quæ verè eſſe compertum ſit, fiduciam ali- n conſtitui poſſe, modo ſuperbia, iſque elatio caueatur, quoniam ſi in proprijs meritis ita confideret, ſe à ſe, non ex gratia Dei habere eret, atque adeò non in Domino, n ſe gloriaretur; vel cęteros præ ſe iceret; aut maiora ſe merita habe- iſtimaret, quam re vera haberet; is tam in ſpem erigeretur, quàm in bìæ barathrum præcipitaretur. autem in meritis ſpem aliquam , ſi vera ſint merita, & ſobriè id primùm probant plura Scripturæ nonia, lib.2. Eſdræ cap.5. Pſal.17. 38. Eſteris 14. tùm Sanctorum npla enumerantium opera ſua bo- ſcribit enim Hieronymus in vita i primi Eremitæ, eum morti pro- m dixiſſe: *Peracto curſu, ſupereſt corona iuſtitiæ*; & Hilarionem: *dere anima mea, egredere, quid ti- ſeptuaginta propè annis ſeruiſti ſio, & mortem times?* refert quoque rus Sulpitius Sanctum Martinum xitu diabolo aſtanti magna cum fi- a dixiſſe: *Quid hic aſtas cruenta a? nihil in me funeſtè reperies. Abra- e ſinus excipiet*. Ac demum ipſa ; quoniam ſicut miſericordia, & a Dei, ita etiam bona merita ori- iter prouenientia ex illis, ſunt ve- ra ſalutis cauſa, licet autem confidere in omni vera cauſa, quæ ad finem opta- tum, & ſperatum conſequendum cen- ſeatur idonea, ergo &c. Neque hoc eſt confidere, aut gloriari in propria virtute, ſed in Deo, & eius gratia, cuius ſunt munera, & dona omnia bona me- rita; ſine quibus ſperare beatitudinem, ſpes non eſſet, ſed præſumptio. Ter- tiò tandem dicimus, propter incertitu- dinem propriæ iuſtitiæ, & periculum inanis gloriæ, tutiſſimum eſſe, fiduciã totam in ſola Dei miſericordia, & beni- gnitate reponere; vti probant multa Scripturæ loca Daniel. cap.9. v. *non in iuſtificationibus, &c.* Lucæ 17. v. *cum fe- ceritis, &c.* ipſæque preces publicæ, quas Eccleſia Catholica ad altare fun- dere ſolet; nam in collecta Dominicæ Sexageſimæ ſic orat: *Deus qui conſpicis, quia ex nulla noſtra actione confidimus, &c.* item in Canone Miſſæ poſt conſe- crationem: *Intra quorum nos conſortium non æſtimator meriti, ſed veniæ quæſu- mus largitor admitte*. Quod non ita accipiendum eſt, quaſi non ſit homini totis viribus ſtudendũ bonis operibus, aut non ſit in eis modo dicto confiden- dum, quaſi non ſint vera iuſtitia, aut iu- dicium Dei ſuſtinere non poſſint, vt vo- lunt aduerſarij; ſed hoc ſolum dicitur, nonnunquam tutius eſſe meritorum iam partorum quodammodo obliuiſci, & in ſolam Dei miſericordiam reſpice- re. Tum quia nemo abſque reuelatio- ne certò ſcire poteſt, ſe vera habere merita, aut in eis in finem vſque perſe- ueraturum; tum quia nihil eſt facilius in hoc loco tentationis, quam ſuper- biam ex conſideratione bonorum ope- rum gigni; tum denique, quia homo vel habet vera merita, vel non habet; ſi non habet pernitiosè fallitur, ſeque ip- ſum ſeducit, dum in falſis meritis con- fidit. Si verò habet, nihil perdit ex eo, quod ipſe ea non intuetur, & in ſolo Deo confidit. Deus enim ea benè no- uit, & intuetur, nec irremunerata eſſe patietur, vt rectè docet Chriſoſtomus homil.38. ad populum Antiochenum.

Igitur

Igitur quemadmodum operari intuitu mercedis non eſt contra charitatem, ita nec contra humilitatem confidere in operibus bonis, modis explicatis, ques aduerſarij non diſtinguentes, mirum non eſt, quod in tot tantaque ruant abſurda.

Quintò, & vltimò objiciunt, aſſertionem Catholicam de merito bonorum operũ reſpectu futuræ gloriæ eſſe iniurioſam meritis Chriſti, quaſi illa non ſufficiant ad ſalutem ſine noſtris.

Reſpondetur id minimè ſequi ex veritate Catholica, ſed eſſe merum aduerſariorum paralogiſmum, qui fingunt merita noſtra opponi meritis Chriſti; ac proindè quantũ laudis tribuitur noſtris, tantùm detrahi meritis ipſius. Verùm id Catholici non aſſerunt, ſed contra, videlicet merita noſtra oriri ex meritis Chriſti, & omnem vim ſuam, ac dignitatem indè accipere, vt ipſemet declarauit ſimilitudine, qua vſus eſt Ioann. 15. v. 4. *Ego ſum vitis, vos palmites. Sicut Palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite; ſic nec vos, niſi in me manſeritis.* Igitur ſicut nullus ſanæ mentis dicet detrahi aliquid gloriæ, vel perfectioni vitis, ſi palmites ipſius multum fructum afferant; imo quo magis frugiferi, eo vitis magis laudanda, quoniam quidquid viui ſucci, & humoris habent palmites, hoc totum habent à vite; ita quoque tantum abeſt, vt doctrina Catholica de merito bonorum operum vergat in cõtumeliam Chriſti, vt potius ad maiorẽ eius gloriam ſpectet, quatenus profitemur omnia noſtra bona, & meritoria opera vim habere à gratia, & meritis Chriſti, ita vt ſine ipſis nihil iuuent; tantamque eſſe eorumdem Chriſti meritorum excellentiam, vt non ſolùm Chriſtus pro nobis meruerit, ſed etiam merendi facultatem nobis tribuere voluerit. Quod alio clariſſimo adhuc exẽplo illuſtrari poteſt, diuinæ omnipotentiæ, cuius infinitati ſicut non præiudicat, quod creaturarum conſortium admittat in ordine ad aliquos effectus producendos, quia ſemper in illis ope[...]tur tanquam cauſa vniuerſalis, & pr[...] in ſecundis per communicationem [...]tius virtutis agendi tùm habitualis, [...] actualis; ita ſimiliter, quia meritum [...]norum operũ dependet à meritis C[...]ſti, quoad omnem vim, ac dignita[...] ſuam, indè nulla penitus Chriſto i[...]gatur iniuria. Propter eaque Conc[...] Tridentinum ſeſſ. 6. poſt explicata[...] ſexdecim capitibus, & triginta duo[...] canonibus doctrinam de iuſtificatio[...] hunc vltimo loco edidit canonem[...] *Si quis dixerit, per hanc doctrinam [...]tholicam de iuſtificatione a Sancta Syn[...] hoc præſenti decreto expreſſam, aliqua[...] parte gloriæ Dei, vel meritis Ieſu Chr[...] Domini noſtri derogari, & non potius [...]ritatem fidei noſtræ,* Dei denique ac *C[...]ſti Ieſu gloriam illuſtrari, anathema [...]*

Quinta Concluſio. Bona iuſtor[...] opera ſunt ad minus meritoria de c[...]gruo vitæ ęternę. Iſta concluſio [...] æquè certa, ac præcedens, de fide: [...] enim meritum de congruo, vt in pr[...]cipio huius capitis notauimus, vltim[...] obtineat locum, ſiue gradum in ratio[...] meriti, ſi, vt ſuperiori concluſione p[...]bauimus, pertinet ad fidem, quod [...] na iuſtorum opera ſint meritoria v[...] æternæ, talia ſunt ad minus merito[...] congruo. Et in hoc conueniunt o[...]nes Theologi, nec vlteriori indiget p[...]batione.

Sexta Concluſio. Bona iuſtoru[...] opera non ſolùm de congruo, ver[...] etiam de condigno, vel quod idem e[...] de digno ſunt meritoria vitæ æterna[...] ſumatur condignitas meriti pro æq[...]litate proportionis inter opus merit[...]rium, & mercedem gloriæ, ita videlic[...] quod actum cum conditionibus req[...]ſitis elicitum, eſſe condignè merito[...] gloriæ, ſit, eſſe talis, tantique valori[...] cui, quatenus remunerabili à Deo iu[...]ta promiſſionem ſuam, correſpond[...] gloria, tanquàm proprium, & comm[...]ſuratum præmium. Iſta concluſio [...]cet non ſit de fide, quia nullibi ſub [...] formaliter terminis reperitur ab Ecc[...] ſia [...]

efinita, nihilominus quo ad rem ur omninò certa, Concilio Triden- ſeſſ. 6. cap. 16. & can. 32. aſſerente inem iuſtificatum bonis operibus, ab eo per Dei gratiam, & Ieſu ſti meritum, cuius membrum eſt, verè mereri vitæ æternæ conſecu- m, tanquam mercedem ex ipſius promiſsione huiuſcemodi operi- ideliter reddendam; hoc enim de merito condigni, non autem con- dici poſſe, ſtatim probabimus.

aetque primum huic veritati Scri- e authoritas, in multis cuius locis ipſum nomen dignitatis attribui- uſtorum operibus; Sapientię 3. v. 5. *niam Deus tentauit eos, & inuenit il- gnos ſe*: Lucæ 20. v. 35. *Illi verò, igni habebuntur ſæculo illo, & reſur- one ex mortuis neque nubent, &c.* 2. Talonic. cap. 1. v. 5. *In exemplum iudicij Dei, vt digni habeamini in Dei, pro quo & patimini*. Apocalip. *ulabunt mecum in albis, quia digni*

uibus locis non repugnat ille alius nan. 8. *Non ſunt condignæ paſſiones s temporis ad futuram gloriam*; ibi n non loquitur Apoſtolus de con- itate, vel dignitate, quo ad forma- proportionem valoris, ſed quoad rialem entitatem operum noſtrorũ æterna gloria. Quo certè modo a noſtra non ſunt æqualia cum vita na, etenim vitæ præſentis labores m effluunt, tanquam momentum, ia verò, & beatitudo eſt æterna; 2. Corinth. 4. dixit idem Apoſto- *Id quod in præſenti eſt momenta- n, & leue tribulationis noſtræ ſupra um in ſublimitate æternũ gloriæ pon- pperatur in nobis*. Hæc autem inæ- itas materialis non impedit, quo- us in ratione proportionis, & valo- neritum noſtrum ſit condignum itam æternam, vndè Apoſtolus aſ- has ipſas momentaneas, leueſque ones operari æternum gloriæ pon- operari ſine dubio intelligens, non icè, ſed moraliter, ſiue meritoriè,

ac per hoc dignas eſſe, quibus gloria illa, quamuis maxima, & ſempiterna iuſto iudicio tribuatur. Sicut peccatũ eſt condignum ad pęnam æternam; quamuis ipſum peccatum, ſit etiam momentaneum, & tranſitorium, modicamque afferat voluptatem.

Secundò etiam dici poteſt eo loco Apoſtoli inſinuari, Deum remunerare opera bona ſupra condignum, iuxta cõmune Theologorum proloquium. At dicet aliquis, ſi Deus remunerat ſupra condignum bona iuſtorum opera, illis igitur non ineſt vera cõdignitas ad prę- mium.

Reſpondetur negando huiuſmodi conſequentiam; Deum enim præmiare ſupra condignum, non ita eſt accipiendum, quaſi bona opera non ſint digna præmio vitæ æternę; ſed quod ſi conſideremus merita noſtra penes obligationem, quam nos habemus ad Deum, ea præmiat nihil detrahendo ex noſtris operibus intuitu obligationis, qua erant debita ipſi Deo, tanquam ſupremo omnium rerum Creatori, & Domino. Vel ſecundò, quia vltra præmium, quod ex condigno meritis noſtris debetur, Deus ex liberalitate aliquid ſemper adiungit; vt colligitur ex loco Matth. 5. vbi non ſine cauſa Chriſtus Dominus ait: *Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis*; nec non ex parabola vineæ eiuſdem cap. 20. iuxta quam multis datur integer denarius diurnus, cum tamen non integrum diem in opere poſuiſſent. Id enim non ex iuſtitia, ſed ex liberalitate factum fuiſſe, ſignificat Dominus illis verbis: *Volo huic dare, ſicut & tibi. An non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum.* Ex quo etiam intelligendum eſt id, quod ſupra condignum additur, vel non omnibus, vel ſaltem ex æquo non omnibus dari. Idem habetur Lucæ 6. *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinus veſtros*. Si enim iuſta merces eſſe poterat, menſura bona; cur additur, conferta, coagi-

tata,

tata, ſupereffluens, ſi nihil additur ſupra condignum? Et eiuſdem Luc. c. 19. poſteaquam ſeruus fidelis, qui lucratus fuerat decem mnas, præmium ſuum acceperat, id eſt imperium ſupra decem ciuitates, eidem rurſus extraordinario munere datur mna, quæ fuerat oblata à ſeruo infideli, & pigro. Tandem Deũ remunerare opera bona electorum ſupra condignum, probant omnia tàm Scripturarum, quam Patrum teſtimonia quibus abutuntur hæretici, ad probandum, quod vita æterna non cadit ſub meritum; illis enim Sancti Patres non extenuant merita, ſed ſolùm amplificant munificentiam Dei, in retribuendis præmijs ſupra condignum, vno, vel altero ex modis allatis, aut ſimilibus.

Tertiò reſponderi poteſt, *Non eſſe condignas paſsiones huius temporis ad futuram gloriam*; vt ait Apoſtolus, ſi ſumatur meritum de condigno rigoroſè, hoc eſt, pro bono opere, cui merces debeatur ex perfecto rigore iuſtitiæ, vt dicetur concluſione ſequenti.

Vltimò probatur noſtra concluſio ſequentibus rationibus; prima eſt, quoniam ad meritum condignum requiruntur, & ſufficiunt duæ conditiones; prima, vt opus ex ſe, & ex operante habeat dignitatem, mercedi commenſam, quæ reſoluitur in alias quatuor, vt notauimus ſupra; prima, vt opus ſit bonum, Deoque obſequioſum; ſecunda, vt ſit voluntarium, & liberum; tertia, viatoris; quarta, ex gratia actuali, & ab exiſtente in habituali: Altera, vt ſit conuentio ſoluendæ mercedis, ſub præſtatione operis, quia hoc meritum de condigno parit aliqualis iuſtitię debitum, quo non poteſt Deus, ſecluſa promiſſione, obligari creaturę ſuę, quæ ſe, ſuaque omnia ei debet, titulo creationis, redemptionis, & ſeruitutis; à quo etiam vires merendi habet gratuito acceptas: cui nihil dare poteſt, quin ab eo acceperit, & in ſupremo eius dominio manſerit; ſed hanc dignitatem commenſam vitæ æternę, tanquam mercedi à Deo promiſſæ, habent opera bona

facta ab homine iuſto, ſi quidem gra
ex qua fiunt eſt eiuſdem ordinis cu
gloria, & eſt bonum ſupernaturale
tę dignitatis, vt homo dicatur per il
conſors diuinę naturę, adoptatus in
lium Dei, cui debeatur hæreditas
ipſo iure adoptionis; operibus ig
bonis ab homine iuſto factis non
iniuſtè denegari poteſt ratio meriti
condigno reſpectu futurę gloriæ.

Altera ratio eſt, quia meritum
congruo, vt iam notauimus in pri
pio huius capitis, eſt tantùm retri
tione diuina dignum, ex decentia
gratuita liberalitate; non ex obligati
iuſtitiæ; vndè qui diſpoſitionibus p
uijs ad gratiam iuſtificantem tribu
rationem meriti de congruo, non p
pterea aſſerunt, nec aſſeri poteſt, il
à Deo conferri, aut ex iuſtitia, aut
modum mercedis in talium diſpoſi
num compenſationem: ſed ex diu
Scripturis, Sanctiſque Patribus ha
mus, vitam æternam, eſſe mercede
coronam iuſtitiæ reddendam à Deo
ſto iudice, pręmium, ſtipendium m
torum, ſeu bonorum operum; talia
tur bona iuſtorum opera, nedum
congruo, verum etiam de condi
ſunt meritoria vitæ ęternæ; proinde
habent cum illa æqualitatem in rati
proportionis, & valoris, nec non ad
ipſum, vt ei adiungatur promiſſio
ordinatio Dei, in hoc enim con
condignitas meriti. Quamuis Deus
ſua libertate poſſit illud acceptare,
non acceptare.

Septima Concluſio. Si ſumatur
ritum condignum rigoroſè, ſcilicet
opere bono, cui merces debetur ex p
fecto rigore iuſtitię; ſic bona iuſto
opera non ſunt condignè meritor
vitæ æternæ. In hac concluſione c
ueniunt omnes Theologi, expreſsè
centes, tale ſolùm eſſe Chriſti meri
quod ex dignitate operis, & opera
abſolutè habet æqualitatem ad me
dem; abſque vlla gratia merenti fa
quia licet facta quidem fuerit hum
tati Chriſti, non tamen ſuppoſito
renti

: quod erat diuinum, & cuius erãt
nes Christi Domini. Quod si tan-
intenderent sectarij, dum negant
rum operibus rationem meriti, nul-
ter nos quæstio esset, aut contro-
a: at rem longè aliter se habere ni-
constat ex peruersis eorum princi-
& erroribus huc vsque examina-
refutatis.

ctaua conclusio. Augmentũ gra-
nec non virtutum supernaturalium
concomitantium, verè cadit sub
tum hominis iusti. Ista quoque
lusio est de fide, debetque intelli-
t quarta, de merito, abstrahendo à
tate eius, provt sine mentione il-
uit definita à Concilio Tridentino
. cap.10. cui titulus, *de accepta iu-
tionis incremento*; cuius hæc sunt
a: *Sic ergo iustificati, & amici* Dei,
*mestici facti, euntes de virtute in
tem, renouantur, vt Apostolus in-
de die in diem, hoc est, mortificando
bra carnis suæ, & exhibendo ea arma
iæ in sanctificationem per obserua-
m mandatorum* Dei, *& Ecclesiæ, in
iustitia per Christi gratiam accepta,
rante fide bonis operibus crescunt, at-
nagis iustificantur, sicut scriptum est:
iustus est, iustificetur adhuc; & iterũ,
erearis vsque ad mortem iustificari;
rsus: Videtis quoniam ex operibus
icatur homo, & non ex fide tantùm.
verò iustitiæ incrementum, petit San-
clesia, cum orat*: Da *nobis* Domine
spei, & charitatis augmentum.
im can.24. *Si quis dixerit, iustitiam
tam non conseruari, atque etiam au-
orum* Deo *per bona opera; sed opera
fructus solummodò, & signa esse iu-
tionis adeptæ, non autem ipsius au-
e causam, anathema sit*; ac demum
32. vbi de augmento gratiæ, æque
e vita æterna, eiusque consecutio-
t: *Si quis dixerit, hominis iustificati
opera, &c. non verè mereri augmen-
gratiæ, vitam æternam, & ipsius vi-
ernæ (si tamen in gratia decesserit)
cutionem, atque etiam gloriæ aug-
um; anathema sit*.

Loca Scripturæ pro hac veritate sunt, Ecclesiastici cap.18.v.22. *Non impediaris orare semper, & ne verearis vsque ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in æternum*. Vbi patet ex contextu, sermonem esse de illo, qui iam iustificatus est, vt magis se iustificare studeat; non enim dicitur de initio iustificationis, quod detur vt merces, sed ex pura gratia; hic autem merces promittitur; de augmento igitur gratiæ, supponente iam illius initiũ, est sermo, diciturque merces iusti vsque ad mortem magis, ac magis se per bona opera iustificantis.

Matth.25. vbi de seruo fideli, cui à Domino quinque talenta data sunt, quæ sunt gratiæ dona, sine quibus nullum esse potest lucrum, dicitur, quod alia quinque talenta superlucratus sit, id est vlteriorem gratiam, propptereaque meritus sit ingredi vitam æternam.

2. Corinth. cap.7. v. 1. *Has ergo habentes promissiones charissimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore* Domini: Vbi clarè supponit Apostolus, quod fideles iam iustificati quotidiè benè operando maiori in sanctificatione proficere, seu sanctificationem suam perficere possint. Similiter & cap. 9. v.10. quod ijsdem, qui eleemosinam præstant temporalem, Deus auget fructum spiritalem iustitiæ, dum ait: *Qui autem administrat semen seminanti, multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ*.

Apocalipseos cap. vlt. v. 11. *Qui in sordibus est, sordescat adhuc, & qui iustus est, iustificetur adhuc*: quibus ex verbis patet, quod sicut is, qui in sordibus peccatorum est, per vlteriora peccata, in pœnam præcedentiũ à Deo plerumque permissa, magis adhuc sordescit, maioribusue sordibus coinquinatur; ita è contra, qui iustus, benè operando, in iustitia crescere, siue amplius iustificari à Deo meretur.

Et hæc est communis Sanctorum Patrum doctrina, quam tùm ex præfa-

tis, ac ſimilibus Scripturæ teſtimonijs, tum ex diuina traditione acceptam poſteris quoque tradiderunt, locis ſuperius citatis in concluſione tertia, vbi cõſuli poſſunt, ſoliuſque Auguſtini vnum, aut alterum proferam locum, vbi clariſſimè veritatem Catholicam docet, tomo 2. epiſt. 106. *Sicut*, inquit, *vnicuique Deus partitus eſt, etiam ipſius menſuram fidei, non gratiam aliquid meriti præcedit humani: ſed ipſa gratia meretur augeri, vt aucta mereatur perfici*; & tractatu 74. in Ioannem ſuper illa verba cap. 14. *Si quis diligit me, mandata mea ſeruabit, & ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*, ait: *Reſtat ergo, vt intelligamus Spiritum Sanctum habere qui diligit, & habendo mereri, vt plus habeat, & plus habendo, plus diligat. Iam itaque habebant Spiritum diſcipuli, quem Dominus promittebat, ſine quo eum Dominum non dicebant; nec tamen adhuc habebant, ſicut eum Dominus promittebat. Et habebant ergo, & non habebant, quia quantum habendus fuerat nondum habebant, habebant itaque minus, dandus erat eis amplius.*

Quibus autem rationibus oſtenſum eſt ſupra bona iuſtorum opera eſſe meritoria vitæ æternæ, iiſdem quoque probatur ea eſſe meritoria augmenti gratiæ; nec non qualitas meriti eorumdem, illud ſcilicet non ſolùm eſſe de congruo, verùm etiam de condigno; tum quia Concilium can. 32. citato ſimul iungit meritum ſecundæ gratiæ; ſeu augmenti gratiæ, & gloriæ, eodemque verbo ait, hominem iuſtificatum *verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ conſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum*; ſed homo iuſtus condignè meretur vitam æternam, ergo & augmentum gratiæ; non autem ſolùm de congruo, quod nonniſi impropriè meritum dicitur. Tum quia bonis iuſtorum operibus nihil deeſt ad hoc, vt ſint augmenti ipſius gratiæ de condigno meritoria. Supponimus enim illa eſſe ex omni parte bona; & præterea quod illis gratiæ augmentum Deus promiſerit, ſicut ex locis Scripturæ citatis clarè patet.

Sed primò obijcitur, ſi ſecunda gratia cadit ſub meritum, maximè de condigno, iam non eſſet gratia, docente Apoſtolo Roman. 11. gratiam non eſſe ex operibus, quia gratia alioquin iam non eſſet gratia.

Reſpondetur primò, ſecundam illam gratiam propriè, & ſtrictè non eſſe gratiam, hoc ſenſu quaſi detur gratis, ſed id ſoli primæ gratiæ auxilianti competere per excluſionem cuiuſcumque meriti, & primæ gratiæ ſanctificãti per excluſionem meriti de condigno, quod ſolum tollit gratuitã donationem propriè loquendo; ſecunda autem gratia debetur ex iuſtitia ſuppoſitis meritis, vndè vocatur ſolùm gratia ſub illo cõceptu, quatenus reddit hominem magis, ac magis Deo gratum ſiue ex grato gratiorem, & ex iuſto iuſtiorem.

Secundò dici poteſt, ſecundam illam gratiam vocari quoque gratiam iuxta verbum Apoſtoli, id eſt, gratuitam, vel gratis datam, non quidem proximè, ſed remotè, & radicaliter, nimirum reſpectu primæ gratiæ, qua homo illam meruit, & quam conſtat gratis dari, non autem ex iuſtitia, vel de condigno, ſed ad ſummum, vt probabiliter volunt aliqui, de congruo. Etenim virtute illius primæ gratiæ alteram poſtea meremur de condigno, & ſublata prima gratia, nullum omnino meritum ſupernaturale in nobis vnquam exiſteret.

Reſpondetur tertiò, gratiam vocari ab Apoſtolo gratis datam, per excluſionem meritorum naturalium, quæ ſunt in homine ex proprijs, ſi enim daretur gratia intuitu eiuſmodi operum, nullo modo diceretur gratia gratis data; quod autem detur intuitu operum ſupernaturalium, de quibus ait S. Auguſtinus, quod cum Deus compenſat in nobis merita noſtra, coronat dona ſua, non videtur impedire, quin ſimpliciter vocetur gratia, eo modo, quo, ex dictis ſupra, vocatur gratia Dei vita æterna.

Obijcitur ſecundò. Secunda gratia eſt

maior ; & vberior prima, ſi quidem ıum ei gradum adijcit; vel quod idē homo iuſtus non habet tantam in- ſionem gratiæ, quantam per nouum ritum aſſequetur, ſi quidem mere- vlteriorem gradum intenſionis, quo naliter augetur gratia: Ergo eius ra præcedentia, valoremque ſumen- ex priori gratia, non poſſunt eſſe itoria, præſertim de condigno, ma- s, vel intenſioris gratiæ.

eſpondent aliqui primò, ſi ſecunda ia ſumatur ſimul, & coniunctim cū na, tunc verè eſſe maiorem; ſi autē ideretur præcisè, & per ſe, quoad ı gradum, quem addit primæ, tunc eſſe maiorem, ſaltem ordinariè lo- do, ſed vel minorem, vel æqua- .

eſponderur ſecundò, quamuis pri- ratia ex hypotheſi non eſſet tam cta, tamque intenſa, quo ad habi- ac ſecunda, tamen poſſe hunc de- m aliunde ſuppleri, & compenſa- licet per maiorem intenſionem, uorem gratiæ actualis, per maio- onitatem operis ex parte obiecti, nis, aut circumſtantiarum.

citur tertiò, requiri quidem gra- ſanctificantem, quæ det dignitatē am ex parte operantis, ad conſti- am rationem meriti, ſufficitque c, quicumque gratiæ ſanctifican- idus. Sed tamen menſura, & de- natio tanti, vel tanti meriti, non itur ex intenſione, & menſura æ gratiæ, ſed potius ex qualitate ſupernaturalis cum diuino gra- ıxilio facti. Vndè ſatis eſt, quod pus bonum prodeat, & exercea- homine iuſto, ad hoc vt condi- ereatur gratiam, & gloriam, am ad quodcumque augmentum rtionatum tali operi.

e ſalua fide inter Catholicos di- i ſolent, de conditionibus ad m de condigno, an nimirum ur in ſola promiſſione diuinæ, olo valore bonorum operum; e alijs rebus, quæ cadunt ſub meritum, ſiue quas quis ſibi mereri poteſt, deinde alteri, v. g. reparationem poſt lapſum, perſeuerantiam finalem; item de actibus gloriæ meritorijs, an nimirum ſoli charitati debeatur, an verò etiam conueniat actibus aliarum virtutum imperatis à charitate, aut ſine eius actu; ac tandem de modo, quo gratia, & gloria augeantur, an nimirū per quoslibet actus bonos à gratia ipſa procedentes, an per eos ſolum, qui ſunt perfectiores, & intenſiores, proprijs gratiæ, & charitatis habitibus, quibus inter agendum fuerit quis præditus; Quæ, inquam, de his, & ſimilibus ſalua fide inter Catholicos diſputantur, explicanda relinquo ſequenti libro. Quare tantum ſit de hac controuerſia, & de cœteris aduerſus hæreticos, ſpectantibus ad Primam Secundæ Diui Thomæ.

CAPVT XVII.

Oſtenditur aduerſus Lutheranos, & Caluiniſtas, cæteroſque hæreticos, eſſe euidenter credibile, quod ſola fides, quam Catholica Romana profitetur Eccleſia, ſit diuinitus reuelata.

CIrca materiam de fide, quam primo loco tractat Diuus Thomas 22. per quæſtiones ſexdecim, plures habent errores ſectarij noſtrorum temporum, primumque illum impugno, vt potè cæterorum fundamentum, quo aſſerunt non eſſe veram Eccleſię Romanæ, ſeu Pontificiæ fidem, ſi enim non ita ſentirent, non eſſet cur ſe ab ea ſeparaſſent, & in eadem ſeparatione pertinaciter manerent.

At quia fidem aliquam, eiuſque veritates diuinitus fuiſſe reuelatas, nulla ratione naturali euidenter conſtare poteſt, vndè etiam euidentia pro illis argumenta afferri non poſſunt; ſufficit, ſi tali fidei competant argumenta, & motiua, quæ dicuntur credibilitatis, quibus Deus, iuxta illud Pſalm. 92. *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis*;

mis; voluit, ſtante rerum fidei in ſe obſcuritate, illas munire, facereque hominibus euidenter credibile, ne leues eſſent corde in credẽdo, quod fuiſſent ab ipſo reuelatæ; dignęque conſequenter, vt ab illis firmiter ſuſciperentur. Sed, vt primis huius quarti libri lectionibus ad copiam oſtendimus, ſoli fidei, quam Catholica Romana ſeruat, & docet Eccleſia, conueniunt omnia motiua, & argumenta, fidei diuinitus reuelatæ propria; eſt igitur, non quidem euidenter verum, hoc enim repugnat fidei, eiuſque merito, ſed euidenter credibile, quod ſola fides Romana Catholica fuerit diuinitus reuelata; proptereaque digna aſſenſu cuiuſcumq. prudentis viri; Euidens enim eſt, illud eſſe prudentum fide dignum, quod euidenter conſtat grauibus confirmari argumentis; ſi quidem, quod grauibus argumentis adducti credimus, prudenter credimus, atque adeo, quod euidens eſt grauibus niti argumentis, euidens eſt eſſe dignum, cui credatur. Quæ vlteriori non indigent probatione, ſuppoſitis ſuperius dictis. Vnde ſit.

CAPVT XVIII.

Statuitur aduerſus Lutheranos, & Caluiniſtas, eorumque ſequaces, dari controuerſiarum fidei iudicem, eumque eſſe ſolam Eccleſiam.

SEctarijs negantibus, aut ſaltem in hac materia, ſicut & in pluribus alijs, fraudulenter, ac ſubdole loquentibus, nos Catholici aſſerimus, tanquã pręcipuum fidei dogma, dari controuerſiarum eius iudicem, ſiue quod idẽ eſt, fuiſſe à Chriſto Domino relictam cathedram, magiſteriumque perpetuũ ad teſtificandam fidem vniuerſam, dogmata definienda, & controuerſias religionis componendas; illudque non eſſe ſpiritum particularem, ſeu priuatam Spiritus Sancti reuelationem, quam vnuſquiſque ſibi in particulari factam, de intelligentia, & fide rei alicuius credendæ aſſereret; nec Scripturam Sacrã ſecundum quod iudex ſumitur, ſumique debet pro eo, qui ſententiam profert, ſed ſolam Eccleſiam; vbi per Eccleſiam intelligimus, aut Summum Põtificem Romanum, aut Concilium Generale; quæ omnia cum abundanter explicuerimus, & probauerimus tom. 1. lib. 2. ſect. 6. & tom. 4. lib. 3. ſect. 3. & 4. indè à lectore repeti debent, quæ de illis contra hæreticos ad fidem pertinere diximus.

CAPVT XIX.

Statuitur aduerſus Lutheranos, & Caluiniſtas Canon librorum Sacræ Scripturæ.

CVm libri Sacræ Scripturæ ſint norma, & regula, quam in fide, & moribus ſequi debemus, & ſecundũ quam ſupremus controuerſiarum iudex debet illas dirimere, nos Catholici, canone accepto pro catalogo, ſeu numero aliquarum rerum, dicimus in canonem librorum Scripturæ, tanquam diuinos, ſeu à Deo inſpiratos, referendos eſſe infraſcriptos ex maiorum traditione, & Eccleſiæ definitione, videlicet, ex teſtamento veteri, Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium, Ioſue, Iudices, Ruth, quatuor Regum, duos Paralipomenon, Eſdrę primum, & ſecundum, qui dicitur Neemias, Tobiam, Iudith, Heſter, Iob, Pſalterium Dauidicum centum quinquaginta Pſalmorum, Parabolas, Eccleſiaſten, Canticum, Canticorum, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Eſaiam, Hieremiam cum Baruch, Ezechielem, Danielem, duodecim Prophetas minores, id eſt, Oſee, Ioelem, Amos, Abdiam, Ionam, Michæam, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, Zachariam, Malachiam, duos Machabæorũ, primum, & ſecundum. Ex nouo teſtamento, quatuor Euangelia ſecundum Matthęum

atthęum, Marcum, Lucam, & Ioan-
m; Actus Apoſtolorum à Luca Euā-
iſta conſcriptos; quatuordecim epi-
las Pauli Apoſtoli, ſcilicet, ad Ro-
nos, duas ad Corinthios, ad Gala-
, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad
loſſenſes, duas ad Theſſalonicenſes,
as ad Timotheum, ad Titum, ad Phi-
monem, ad Hebræos; Petri Apoſtoli
as, Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi
oſtoli vnam, Iudæ Apoſtoli vnam,
Apocalypſim Ioannis Apoſtoli.
Ex quo canone, ſeu catalogo, cum
luiniſtę in veteri teſtamento expun-
rint Tobiam, Iudith, Sapientiam,
cleſiaſticum, Machabęos; Luthera-
verò, tum illos eoſdem, tum etiam
nouo teſtamento, Epiſtolam ad He-
eos, epiſtolam Iacobi, epiſtolam Iu-
, & Apocalypſin Ioannis; adeo vt in
os optimè quadret, quod de alijs hæ-
icis ſcripſit Auguſtinus lib. de bono
rſeuerantię cap. 11. *Scripturas ſic ac-
iunt, vt ſuo quodam priuilegio, imo
rilegio, quod volunt, ſumant, quod
unt, reijciant*; iam canonicam præ-
orum librorum authoritatem oſten-
nus tomo 2. lib. 3. ſect. 1. nec non,
æ circa Scripturæ ſenſum, verſiones,
alia huiuſmodi inter nos, & illos cō-
ouertuntur, qua maiori potuimus di-
entia examinauimus, vbi videri, &
i poſſunt.

CAPVT XX.

Statuitur aduerſus Lutheranos, & Caluiniſtas, præter ſcriptum, dari quoque traditum Dei verbum.

AFfirmantibus Sectarijs Sacram Scripturam eſſe adæquatam fi-
i regulam, eo nimirum ſenſu, vt ex-
dant traditiones, quę parem cum il-
authoritatem habeant; Eccleſia Ca-
olica in contrarium docet, præter
ripturam admittendas eſſe aliquas
iuſmodi traditiones, ſiue præter
rbum Dei ſcriptum, eſſe aliquod
Verbum Dei non ſcriptum, ſed traditum. Quod quia tom. 2. lib. 3. ſect. 2. iam abundè fuit à nobis probatum, nihil addendum ſupereſt, niſi quod Tertullianus aduerſus Hæret. cap. 4. & Vincentius Lirinenſis cap. 36. & ſequentibus non male iſtos, qui ad ſolam prouocant Scripturam, conferunt cum falſis Prophetis, *qui veniunt in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*; Matth. 7. verſ. 15. quatenus ſub Sacræ Scripturæ ſpecie, & ſuperficie, ſenſus & ſpiritus ſubdolos occultant, prout explicat præfatus Vincentius. Qui propterea in limine tractatus cap. 1. edoctum ſe ait à quamplurimis ſanctiſſimis, & doctiſſimis viris, ſi in fide ſana permanere vellet, vt duplici modo illam muniret: *Primò, diuinę legis authoritate, tùm deindè Eccleſiæ Catholicæ traditione*; deindè, quaſi cum noſtri temporis hæreticis ipſi res eſſet, ſubiūgit, quæ & illi obgannire ſolent: *Cum ſit perfectus Scripturarum canon, ſibique ad omnia ſatis, ſuperque ſufficiat, quid opus eſt, vt ei Eccleſiaſticæ intelligentię iungatur authoritas?* tùm reſpondet; *Quia Scripturam Sacram pro ipſa ſua altitudine (*non igitur, vt volunt aduerſarii, tam perſpicua eſt, vt quiuis de triuio eam poſſit intelligere, vel interpretari) *non vno eodemque ſenſu vniuerſi accipiunt, ſed eiuſdem eloquia aliter, atque aliter, alius, atque alius interpretatur, vt penè quot homines ſunt, tot illic ſententię erui poſſe videntur. Aliter namque illam Nouatianus, aliter Photinus &c. exponit. Atque idcirco multum neceſſe eſt, propter tantos tam varij erroris anfractus, vt Propheticę, & Apoſtolicę interpretationis linea ſecundum Eccleſiaſtici, & Catholici ſenſus normam dirigatur.* Quibus ſanè verbis nihil aut præclarius, aut verius dici poteſt contra Nouatores, tam anxie fugientes Eccleſiaſticum iudicium ad regulam ſacræ traditionis.

CAPVT XXI.

Defenditur Sanctorum Patrum authoritas, aduerſus Lutheranos, & Caluiniſtas.

QVam Sanctorum Patrum authoritatem Sectarij cõtemnunt, imo plerumque irrident veterum hæreticorum veſtigia ſecuti, iam propugnauimus tom. 1. lib. 2. ſect. 5. cap. 6. & tom. 3. lib. 3. ſect. 5. ibique oſtendimus, in quo gradu illa ſit habenda. Nec alio motiuo hæretici eam conantur eleuare, nunc dicentes, Patres fuiſſe homines, erroribus obnoxios; nunc eos ſæpe ab inuicem, & nonnunquam à ſeipſis diſſentire, vt ex Auguſtini Retractationum libris conſtat; nunc ſe Patribus ipſis doctiores eſſe, adeo vt apud Bernardi Sutholt Iuriſconſulti cauſę coniectionem, cur eiurata hæreſi Caluiniana, fidem Romano-Catholicã amplexus fuerit, quidam non erubuit dicere, in Caluini inſtitutionibus plus contineri eruditionis, quam in vniuerſis Patrum ſcriptis; hęc, inquam, & ſimilia non alio effutiunt motiuo, quã quia ſciunt Patrum doctrinam ſuis eſſe erroribus contrariam, eoſque per illam funditus euerti. Tale tamen eſt hæreticorum genium, vt cum plures eorum non ignorent Patrum authoritatẽ fuiſſe ſemper maximam, dicente Lirinenſi cap. 40. *Hos ergo in Eccleſia Dei diuinitus per tempora, & loca diſpenſatos, quiſquis in ſenſu Catholici dogmatis vnum aliquid in Chriſto ſentientes contempſerit, non hominem contemnit, ſed Deum*: vbi Catholici aperta ex illis proferunt teſtimonia contra falſa eorum dogmata, miſero ſane effugio dicunt, Patres eſſe corruptos: vt Manichæi olim in anguſtias redacti dicebant Scripturas diuinas fuiſſe à Catholicis corruptas; quam reſponſionem irridet Tertullianus de præſcript. aduerſus hæreticos cap. 38. nec non Diuus Auguſtinus de vtilit. cred. cap. 3. aut verò, vt imperitam plebem dementent, obſcura aliq[...] loca ex Patribus corradunt, quæ q[...] modocumque in ſuam ſententiam [...]lè detorqueant. Quam fraudulenti[...] in ſui etiam temporis hæreticis nota[...] Lirinenſis ita ſcribens cap. 39. *Capt[...] plerumque veteris cuiuſdam viri ſcri[...] paulo inuolutius edita, quæ pro ipſa [...] obſcuritate dogmati ſuo quaſi congruan[...] vt illud, neſcio quid, quodcumque pr[...]runt, neque primi, neque ſoli ſentire [...]deantur.*

CAPVT XXII.

Statuitur aduerſus Lutheranos, & C[...]uiniſtas, quæ ſit vera Eccleſia not[...] quæ membra, quæ proprietates, & [...]ta, quodque vera Chriſti Eccleſia [...] non alia ſit, niſi ea fidelium Cong[...]gatio, quæ paret Romano Pontifici [...] tempore exiſtenti.

DOcentibus ergo ſectarijs Eccl[...]ſiam in ſtatu legis Euangeli[...] eſſe Congregationem prædeſtinator[...] vel bonorum, & ſi non ſint prædeſti[...]ti, Chriſto coadunatorum; Nos Cath[...]lici definimus illam eſſe cœtum hom[...]num, eiuſdem Dei cultu, fideique pr[...]feſſione, quoad dogmata, ſacrificium[...] & Sacramenta, tanquam ſpirituali co[...]page coadunatum, ſub Chriſti ſemp[...] viuentis, ſupremumque, ac ſempite[...]num Sacerdotium habentis Vicar[...] Romano Pontifice; Chriſti proindè v[...]ces gerente, non ſucceſſore, ſed Petr[...] Adeo vt Eccleſia, iuxta Sanctos Patre[...] ſit inſtar humani corporis animati; c[...]ius anima, ſi conſideretur ſecundum ſua eſſentialia, eſt fides, ſi autem ſecu[...]dum totam, quam habet perfectionem[...] ſpes, charitas, & dona Spiritus Sanct[...] corpus eſt externa profeſſio fidei, com[...]munio Sacramentorum, agnitio Rom[...]ni Pontificis.

Quamobrem, licet ex ijs, qui non ſolum fide inter ſe, & cum Chriſto ca[...]pite coniuncti ſunt, ſed etiam gratia, [...] charitate, præſtantior Eccleſiæ pa[...] conſti-

ſtituatur, quam ſit illa, quę conſtat ominibus fide duntaxat præditis: pars Eccleſiæ omnium ſit præſtā- na, quæ hominibus non modo fi- bus, & iuſtis, ſed etiam prædeſti- s continetur, non propterea ab Ec- a abſolutè, aut qua late patet, ex- endi ſunt numero peccatores, aut iti veram fidem habentes, ac pro- tes; ſed vera ſunt, licet imperfecta membra, ſicque intelligendi ſunt s, vbi interdum negare videntur atores eſſe membra Eccleſiæ; aut aſſerunt, eſſe membra ipſius mor- quia ſcilicet vita perfecta ſpiritua- oc eſt, etiam gratia, & charitate vigent. Hoc tamen non obſtat, ninus ratione fidei, quam à Chri- pite percipiunt, vera alioqui mē- Eccleſiæ ſimpliciter cenſeantur. namque vita eſt quædam ſpiri- s imperfecta, qua vtcumque illam ns moueri poteſt, & contendere in æternam, licet minimè quidem ienter abſque gratia, & chari- .

Aliquas inſuper eſſe veræ Eccleſiæ ietates, ac notas, nos aſſerimus, amuis ſæpe Theologi hęc duo in- confundant, accuratè tamen di- uenda ſunt; quia licet omne illud habet rationem notæ, ſit aliquo etiam proprietas, alias diſcreti- n eſſet, non tamen vice verſa, illud quod habet rationem pro- atis, dicendum eſt nota; ſi quidem ccleſiæ notas intelligi debent cer- ędam ſigna, quibus cum Eccleſia tur viſibilis, & inuenibilis, debent eceſſariò quid ea clarius, & eui- us, alias fruſtra eſſent, & dicerē- otæ, atque ad Eccleſiam indagan- aſſumerentur; at per Eccleſiæ pro- tes intelliguntur ſingularia quæ- llius priuilegia, quæ ita ſunt ex a ſua obſcura, & à ſenſibus noſtris , ac eſt ipſamet Eccleſię veritas dum ſe conſiderata, quam ſola credimus; vt ſunt, quod in ea vera ſit notitia Dei, rerumque di- uinarum, nullo errore permixta, verus cultus, ſincera verbi Dei prædicatio, Sacramētorumque adminiſtratio; quod ita regatur à Spiritu Sancto, vt omnia quæ proponit vera ſint, etiam in ſenſu, quem ipſa credit, & proponit, & ſic de cæteris; Vnde licet quoad ſe prius ſit veram Eccleſiam exiſtere, ſuaſque pro- prietates habere, quam quod viſibilis, ac inuenibilis nobis reddatur; quoad nos tamen priores ſunt notæ, quibus voluit Deus illam nobis fieri viſibilem, & inuenibilem; cuique cætui hominum conueniunt tales notæ, fatendum eſt veram eſſe Eccleſiam, à qua tanquam à fidei magiſtra vera eius doctrina ſu- ſcipienda eſt.

Quæ omnia cum à nobis prolixè fuerint demonſtrata tom. 3. lib. 3. ſect. 3. nec non pręfatas notas, de quibus egi- mus ſuperiori tomo lib. 4. ſect. 2. qui- buſque oſtendimus veram Eccleſiam, & eius fidem reddi euidenter credibi- lem, competere ſoli illi cætui, ſeu con- gregationi hominum toto orbe diffu- ſorum, quæ Romano Pontifici pro tē- pore exiſtenti obedientiam præſtat; ma- nifeſtè ſequitur ipſam ſolam eſſe verā Chriſti Eccleſiam, veramque in ea fi- dem, & religionem, verumque de ea iudicium, quod non eſt niſi in vera Ec- cleſia, certò reperiri; conſtareque in- ſuper, qui ſint hęretici, ſecundum præ- ceptum Apoſtolicum Tit. cap. 3. deui- tandi, quorum videlicet proprium eſt, ex Eccleſia exiuiſſe, 1. Ioann. 2. Quæ cauſa eſt, vt, quoniam nulli vnquam hæretici pro talibus agnoſci voluerunt, de quibus ait Lactantius lib. 4. inſtit. cap. 10. *Singuli hæreticorum cætus ſe po- tiſſimum eſſe Chriſtianos, & apud ſe ve- ram Eccleſiā eſſe contendunt*: Item Bea- tus Cyprianus in epiſt. ad Iubaian. *No- uatianus ſimiarum more, quę cum homi- nes non ſint, homines tamen imitantur, Eccleſiæ authoritatem ſibi vendicauit. Et cum in Eccleſia non eſſet, ſed Eccleſiæ re- bellis, reliquos hæreticos faciens, apud ſe Eccleſiam eſſe præſumpſit*; hæc contro- uerſia, ſeu quæſtio, quinam hominum

cætus

cætus ſit vera Chriſti Eccleſia, & ex quibus notis id diſcernendum ſit, inuiſa ſemper illis fuerit, ſicut iam eſt maximè vniuerſis nouatoribus; qui aduertentes nulla alia, nec faciliori, nec breuiori, nec efficaciori via deprehendi poſſe, ipſos in falſa verſari Eccleſia, & doctrina, totis viribus illam fugere conantur, vel ſtudent, vt nunquã terminetur; dum notas Eccleſię conſtituunt vſque adeo non notas, vt multo magis in ijs cognoſcendis laborandum ſit, quam in inuenienda ea ipſa vera, quæ quæritur Eccleſia: Vnde acrius illi nobis inſiſtendum eſt, maiorique cum diligentia, ad imitationem Auguſtini lib. de vnitate Eccleſiæ contra epiſt. Petiliani cap. 2. vbi hac ipſa de re, cum ſuis, & Eccleſiæ aduerſarijs Donatiſtis agens ait: *De hoc inter nos quæſtio verſatur, vtrum apud nos, an apud illos vera Eccleſia ſit*. Præcipuæ autem notæ, quęque ſimul proprietatis rationem habẽt, quibus illam nobis viſibilem, ſimulque inuenibilem reddere voluit, ſunt quinque, quod ſit vna, Sancta, Catholica, Apoſtolica, & rectè ordinata, ſiue habeat legitimam miniſtrorum ſucceſſionem.

CAPVT XXIII.

Reijcitur falſa, & vana Lutheranorum, & Caluiniſtarum diſtinctio veritatum fidei in fundamentales, vt vocant, & non fundamentales.

Relictis illis, qui libertatem, ſeu indifferentiam in negotio religionis eo vſque admittunt, vt putent, ſine fide etiam Chriſti, ſecundum quãlibet omnino religionem poſſe hominẽ ſaluari, modo nihil agat contra propriã conſcientiam; quod aſſeruiſſe etiam olim Ethnicos teſtatur Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 51. quorum errorem refutauimus ſuperiori tomo lib. 4. ſect. 6. nunc agimus cum Lutheranis, & Caluiniſtis, qui licet, apparenter ſaltem, eo progreſſi non fuerint; nihilominus ſibi perſuadent, modo aliquis Deum, & Chriſtum, præcipuaque fidei capita, quæ ipſi fundamentalia appellant, fateatur, nihil intereſſe prætereà, quid credat, aut quorum diſciplinam ſequatur, vt adipiſcatur ſalutem.

Caluiniſtis igitur, & Lutheranis, ad ſaluandam vnitatem fidei, alias inter ipſos multum diuerſæ, quodque conſequenter vnuſquiſque eorum ſaluari in ſua ſecta poſſit, & vnam ſubſtantialiter Eccleſiam conſtituant, aſſerentibus, ſufficere, quod in fundamentalibus fidei Chriſtianæ veritatibus conueniant, etiam ſi circa alia fidei dogmata diſcordent, & errent, atque adeò non requiri fidem vndequaque ſanam, & integram; vndè Caluiniſtæ, circa annum Domini milleſimum ſexcenteſimum trigeſimum primum, decretum vnionis cum Lutheranis fecerunt, ſiue eos in ſuam communionem receperũt; nos hic duo breuiter præſtabimus, primum oſtendere vanitatem præfatæ diſtinctionis; ſecundò illam non valere, ſeu non conducere ad eorum intentum.

Quantum ad primum, recolendum eſt primo, quod alias notauimus tom. 1. lib. 2. ſect. 3. cap. 1. ſcilicet, quaſcumque fidei propoſitiones dupliciter poſſe conſiderari, primò veluti formaliter, & in eſſe credibilis, ſecundum quod primæ veritati illas reuelanti ſubiacent; ſecundò veluti materialiter, & in eſſe rei, ſecundum quod in ipſis ſubiectum, & prædicatum habent, vel nõ habent immediatam connexionem. Catholici igitur libenter admittunt, ſi ſermo ſit de propoſitionibus fidei non ſolum formaliter, & in eſſe credibilis, verum etiam materialiter, ſeu, in eſſe rei, dari quidem aliquas fidei veritates, maioris momenti alijs, quatenus nonnullæ ſunt, quæ ab alijs pendent, quæque in illas ſecundum rem poſſunt reſolui, tanquam priores in eſſendo, ſiue tanquam continentes prędicatum, quod eſt cauſa, vel ratio prædicati alterius

v. g. iſta

v. g. iſta veritas; Chriſtus Dominus habet duas voluntates, reſoluitur in iſtam, Chriſtus Dominus habet duas naturas intellectuales, diuinam, ſcilicet, & humanam. Sique aduerſarij hoc ſenſu intelligerent ſuam diſtinctionem veritatum fidei in fundamentales, & non fundamentales nulla eſſet inter nos controuerſia, nulla quæſtio in hoc particulari.

Secundò notandum eſt, poſſe quoque, abſque vlla controuerſia, diſtingui veritates fidei in fundamentales, & nō fundamentales, ſi per primas intelligantur illæ, quas omnes fideles tenentur diſtinctè, & explicitè credere, per ſecundas autem, quas ſufficit confusè, vel implicitè credere; etſi enim aliqualis ſit diuiſio inter Doctores Catholicos, quænam ſint veritates in particulari explicitè credendæ ab omnibus fidelibus, & qua neceſſitate, an medij, an ſolius præcepti; omnes tamen conueniunt in pręfata diſtinctione, veritatum fidei, in explicitè, & implicitè credendas; quæ deſumitur ex Diuo Auguſtino lib. 19. contra Fauſtum, cap. 14. vbi ait, fidem myſteriorum, quæ clarius reuelantur tempore legis Euangelicæ, fuiſſe occultam, id eſt, implicitam in illis, qui vixerunt tempore legis veteris: *Tunc*, inquit, *& occulta erat fides; nam eadem credebant, eademque ſperabant omnes iuſti, & ſancti etiam temporum illorum; & promiſſiua erant illa omnia Sacramenta, omniſque ritus ille ſacrorum. Nunc autem reuelata eſt fides, in quam concluſus erat populus, quando ſub lege cuſtodiebatur*. Nec non ex Diuo Gregorio lib. 2. Moral. c. 25. vbi explicans illud Iob. *Boues arabant, & aſinæ paſcebant iuxta eos*; boues ait eſſe *Doctores*, qui in explicanda fide laborant, aſinas autem eſſe ſimpliciores *fideles* qui iuxta doctiores paſcuntur doctrina, & fide, implicitè credentes, quæ illi credunt explicitè. Verùm quia aduerſarij non ſic ſuam intelligunt diuiſionem, ſed ea ſignificari volunt, fidei veritates alias eſſe neceſſarias, alias verò non; ſiue ſufficere ad ſalutem, credere explicitè aliquas fidei veritates, quas ideo fundamentales vocant, etiã ſi circa alias quis erret, quas non fundamentales appellant; adinuentis huiuſcemodi terminis, loco neceſſariarũ, & non neceſſariarum, quod puderet ipſos aſſerere, aliquas eſſe fidei veritates, non neceſſario credendas, quantumuis verè eſſent à Deo reuelatæ, ſufficienterque per Eccleſiam propoſitæ, ideo ad hunc errorem refutandum.

Tertiò obſeruandum eſt, vbi dicitur aliquid pertinere ad fidem, idem prorſus eſſe, ac à Deo illud reuelatum fuiſſe, proindeque teneri fideles ad illud credendum, quando proponitur; alias enim Deo dicenti contradicerent, ſequereturque eos non eſſe in ſtatu ſalutis, cum in tali ſtatu homines eſſe, & Deo, qui prima veritas eſt, reuelanti non credere, aut qui credatur, dignum non exiſtimare, ſunt res abſolutè incompoſſibiles, contradictionemque implicantes.

Quartò ſciendum eſt, nullam ex ſe veritatem ſpectare ad fidem, ſed tantùm in quantum à Deo fuit reuelata; vnde licet inter fidei veritates, materialiter, aut in eſſe rei conſideratas, vna poſſit eſſe alia dignior, maioriſque momenti, v. g. Trinitatis, & Incarnationis myſteria: Attamen ſi ſpectentur in eſſe credibilis, ſeu ſecundum quod diuinæ ſubiacēt reuelationi, ſunt omnes æquales, ſiue æque pertinent ad fidem, & ſub eamdem credendi obligationem cadunt, vbi ſufficienter, tanquam reuelatæ à Deo, proponuntur; quandoquidem omnes æque participant rationem formalem fidei, quæ eſt prima veritas reuelans, ac teſtificans.

His prænotatis, primo aſſerimus, vanam eſſe hæreticorum diſtinctionem veritatum fidei in fundamentales, & non fundamentales, quatenus huiuſmodi terminis intendunt, ſufficere ad ſalutem credere explicitè nonnulla fidei myſteria, quæ idcirco vocant fundamentalia, etiam ſi circa alia quis erret,

quæ non ſunt fundamentalia. Cuius concluſionis veritatem, quia iam ad lõgum probauimus tom. 3. lib. 3. ſect. 3. cap. 6. concluſione ſecunda, vbi oſtendimus, vt quis intra veram, & vnicam Chriſti Eccleſiam ſaluus fiat, nulla quãtumuis minima hęreſeos labe culpabiliter aſperſum eſſe debere; nec non tomi quinti 1. parte lib. 4. ſect. 6. nullam in negotio religionis admittendam eſſe indifferentiam, non debent hic repeti, ſed ibi conſuli.

Obſeruandumque ſolum eſt nouatores in hac parte ſuſcitaſſe errorem nonnullorum hæreticorum Donatiſtarum olim in Africa ſibi ſimiliter perſuadentium, ſub Ieſu Chriſti nomine omnia eſſe in tuto, ſiue ſufficere Chriſtum noſſe, & in Chriſtum credere, & de reliquo quamcumque partem ſectari; vt habetur ex Diuo Auguſtino epiſt. 48. ad Vincentium: *Multi*, inquit, *nihil intereſſe credentes, in qua quiſque parte Chriſtianus ſit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde diſcedere, atque ad Catholicam tranſire, nemo cogebat.* Et paulo poſt, ita illis profuiſſe legum terrorem affirmat, vt conuerſi dicerent: *Putabamus quidem nihil intereſſe, vbi fidem Chriſti teneremus: ſed gratias Deo, qui nos à diuiſione collegit*, & hoc *vni Deo congruere. vt in vnitate colatur*, oſtendit.

Vndè clarè colligitur, Auguſtinum, nedum prę̨fatam diſtinctionem nunquam approbaſſe, ſed potius vbique reprobaſſe, nam eadem epiſtola 48. & in Pſalmum 54. ait: *Erant ibi mecum, ſed non omnino mecum* &c. *In multis mecum, in paucis non mecum, ſed in his paucis, in quibus non mecum, non eis proſunt multa in quibus mecum*; at ſi creditis ſolum aliquibus fidei veritatibus fundamentalibus, exiſtimaſſet, cuique liberum eſſe alias non credere, & conſequenter errare; nunquam abſolutè, vniuerſaliterq; aſſeruiſſet, nihil in rebus fidei prodeſſe, quem eſſe fidelem in vna, niſi ſit & in omnibus ad illam ſpectãtibus; aut eos tolerandos eſſe, qui in quæſtionibus nondum ab Eccleſia definitis errant; hoc enim ſatis indicat cum intellexiſſe, omnes, qui in iam definitis errant, eas non credendo, iuſtè ſuam promereri condemnationem, quodque ab Eccleſiæ communione, vt hæretici, ſeparentur.

Imo Speudomagiſtri Lutherus, & Caluinus eamdem veritatem videntur agnouiſſe; quorum primus in cap. 17. Matth. tom. 5. ait: *Fides debet eſſe rotunda, id eſt omnibus articulis credens (quantumlibet parua) nam qui vnum articulum non rectè credit, in omnibus nõ recte credit, ſicut Iacobus dicit, qui peccat in vno, fit omnium reus.* Et tom. 7. in tria Symbola; *fidem Chriſtianam oportet eſſe integram, & omnibus modis perfectam: quamquam enim infirma, & languida eſſe poteſt*, &c. *integra tamen, vt vera ſit, neceſſe eſt.* Caluinus autem circa illud, *Vnus Deus, vna fides*, Epheſ. 4. V. 5. *quoties*, inquit, *hic legis vocabulum, vnus, intellige emphaticè poſitum, ac ſi diceret, non poteſt diuidi Chriſtus, non poteſt ſcindi fides*: licet pro inconſtantia hæreticis propria alibi contrarium docere videatur lib. 4. inſtitut. cap. 1. §. 12. dum ait: *Aut nullam relinquamus Eccleſiam oportet, aut hallucinationẽ condonemus in ijs rebus, quę & inuiolata religionis ſumma: & citra ſalutis iacturã ignorari poſſint*; quæ tamen verba cum non ſint adeo primis contraria, quin poſſint in aliquem bonum ſenſum trahi, de quibuſdam quę̨ſtiunculis, quæ ad fidem non pertinent; dicẽdum eſt modernos Lutheranos, & Caluiniſtas in hoc à ſuis magiſtris deflexiſſe, ſed infelici prorſus ſucceſſu, quatenus, gratis admiſſa huiuſmodi veritatum fidei diſtinctione in fundamentales, & non fundamentales, ſenſu ab ipſis intento, eis nihil illis prodeſt.

Secundò igitur aſſerimus, vanam, & inutilem eſſe præfatam diſtinctionem, primò, quia ita illam aſtruunt, vt tamẽ huc vſque aſſignare in particulari non potuerint, quænam ſint fidei veritates fundamentales ad ſalutem, Eccleſiæ-

que

nitatem neceſſariæ; quæ autem
undamentales, & ita non neceſſa-
vt etiam ſcienter, & liberè credi
oſſint, quantumuis ſint diuinitus
atę; Vel enim aſſignant aliquas
undamentalibus, quæ tales non
aut pro non fundamentalibus, quę
fundamentales ſunt.

idè ſecundò apparet vanitas huius
ctionis, eamque nihil fauere pror-
orum intento, qui hac ratione ſuā
cleſia Romano-Catholica, tan-
diuerſę fidei in fundamentalibus
lis, ſeparationem, inter ſe autem
iem, tanquam eiuſdem in illis fi-
ohoneſtare conati ſunt. Sic enim
, Caluiniſtæ, & Lutherani non
t ſub illo prætextu, in ſua ab Ec-
e Romano-Catholicæ communio-
paratione, perſeuerare, ſi quæ fū-
ntalia ſunt fidei, reperiuntur, &
ntur etiam in illa; ſed ita ſe habet;
onabiliter igitur in ſua ab ea ſe-
ione permanent; dicuntque ſa-
in ea obtineri non poſſe, ſecus
n inter Lutheranos. Maior huius
nenti hypothetica, cum ſit certa,
m probanda eſt minor.

d quod primò ſuppetit propria ad-
riorum confeſſio; Lutherus enim
cap. 28. Geneſ. *Etſi verò fatemur
pud eos* (Papiſtas) *Eccleſiam, quia
t Baptiſmum, abſolutionem, textum
gelij, & ſunt inter illos multi pij.*
. 41 *Sicut ſub Papatu habuimus ver-
& haud dubiè multi in fide eius ſal-
ſunt*. Item tom. 2. lib. contra
m: *Romana Eccleſia abundè ſatis
riæ, partem eſſe paruam vniuerſalis
ſiæ*; & lib. contra Anabaptiſtas;
*atemur ſub Papatu plurimum eſſe
Chriſtiani, imo omne bonum Chri-
m, atque etiam illinc ad nos deue-*
ibidem; *dico inſuper ſub Papatu
n Chriſtianitatem, imo verum nu-
Chriſtianitatis eſſe*.

em fatetur Polanus lib. 7. Syntagm.
log. cap. 8. *Hodierna*, inquit, *Ec-
Romana eſt adhuc Chriſti Eccleſia*:
erus lib. de Polit. Eccl. *Libenter*

agnoſcimus eos (Papiſtas) *eſſe ex familia
Ieſu Chriſti*. Couellus Apol. Proteſt:
tract. 1. ſect. 6. *Affirmamus membra Ec-
cleſiæ Romanæ, membra eſſe veræ Eccleſiæ
Chriſti, & qui in illa Eccleſia viuunt, ac
moriuntur, ſaluari poſſe*. Iunius lib. 1.
controuer. 5. cap. 9. *In fundamento eſ-
ſentiali conuenimus*: Zanchius in præfat.
lib. de nat. Dei. *Inuito Sathana, retinuit
Eccleſia illa* (Romana) *præcipua fidei fū-
damenta*. Spalatenſis lib. contra Sua-
rem cap. 1. §. 20. *Veram Chriſti Eccle-
ſiam, ego Romanam cum ſequacibus
eſſe, vt toties dixi, opinor.* Et lib. 7. de
Reipub. cap. 10. §. 58. *Quia hi errores
non ſunt contrarij veræ fidei, neque illius
defectum ferunt, vt alias explicaui, ſed
ſolum exceſſum, idcirco veritatem Eccle-
ſiæ, Eccleſia Romana, quę nunc eſt, non
amittit*: *Rurſus* ibidem: *Vetuſtatem ita-
que per ſucceſſionem in veris, & funda-
mentalibus, ac neceſſarijs fidei ſe habere
glorietur Romana Eccleſia*.

Malè igitur, & contra priorum mē-
tem moderni hæretici aſſerunt, non
reperiri in Eccleſia Romano-Catholica
fundamentalia fidei ad ſalutem neceſ-
ſaria, indeque ſalutem in ea haberi non
poſſe, aut veram Eccleſiam non eſſe.

Fatendum tamen, priores hæreticos
in hoc ſibi manifeſtè contradixiſſe, &
inde contra illos ad hominem probari
poſſe, ſolam Romano-Catholicam Ec-
cleſiam eſſe veram Chriſti Eccleſiam,
extra quam nulla ſalus; proptereaque
etiam illos ab ea irrationabiliter defe-
ciſſe. Etſi enim ex duobus cætibus cō-
tendentibus, veram apud ſe reperiri Ec-
cleſiam, non ſequatur neceſſario, alte-
ram ex illis veram eſſe, cùm ambæ fal-
ſę poſſint eſſe, & alia tertia vera, ad
quod diſcernendum, & prudenter iu-
dicandum, neceſſe eſt recurrere ad ve-
ras Eccleſiæ notas, fatendumque, illam
eſſe veram Chriſti Eccleſiam, cui com-
petunt, vt oſtendimus de Eccleſia Ro-
mano-Catholica tom. 3. lib. 3. ſect. 3.
cap. 11. & tom. 5. 1. p. lib. 4. ſect. 2. ſe-
cus autem illam, cui non competunt;
quales ſunt omnes hæreticorum ſectæ;

eum, inquam res ita ſe habeat, proptereaque infallibile, aut ratione formæ neceſſarium non ſit argumentum, quo infertur, hæreticos debere, habere, pro vera Chriſti Eccleſia, Romano-Catholicam, ſuppoſito quod oſtendatur eorum Eccleſiam eſſe falſam, quia non competunt illi veræ Eccleſiæ notæ; aut ſemel admiſſo, quod Romano-Catholica Eccleſia ſit vera Chriſti Eccleſia, debere quoq; admitti ab illis, quod ſola ſit vera Chriſti Eccleſia; dubitari tamē non poteſt, quin tale argumentum ratione materiæ, attentoque ſtatu controuerſiæ inter nos, & illos verſantis, non ſit ad hominem efficaciſſimum, ac demonſtratiuum. Quatenus enim primò ipſi exiſtimant, veram Chriſti Eccleſiam eſſe vnicam; eo ipſo, quod concedunt Eccleſiam Romano-Catholicā eſſe veram Chriſti Eccleſiam; fateantur quoque neceſſe eſt, aut eorum Eccleſiam eſſe falſam, cum vera Eccleſia, vt ipſi concedunt, ſit tantum vna, aut verò eamdem eſſe cum noſtra, proindeque ſe ab illa irrationabiliter ſeiunxiſſe, aut credidiſſe, quod in illa non ſit ſalus. Secundò, cum eò res deuenerint, vt inter nos, & ſectarios communis ſit iam ſenſus, quod vna, vel altera Eccleſiarum ſit vera Chriſti Eccleſia, vnde ſicut ad probandam veritatem noſtræ, totas adhibemus vires ad oſtendendam falſitatem oppoſitæ, ita & ipſi, vt noſtram deſtruant, credentes hoc modo ſufficienter veritatem ſuę demonſtrare; manifeſtè quoque ſequitur, ſuppoſita veræ in mundo Eccleſiæ exiſtentia, quam aduerſarij non negant, non ſolū ex veritate noſtræ, falſitas Eccleſiæ ipſorum, verum etiam ex falſitate Eccleſiæ ipſorum, veritas noſtræ. Ideoque veteres Patres, in hac eadem materia, contra ſuorum temporum hæreticos, eodem quoque vſi ſunt medio, vel principio, reducentes nimirum controuerſiam de veritate Eccleſiæ, aut ad Eccleſiam, in qua ipſi erant, aut ad illam eorum, cum quibus diſputabant. Pręſertim Diuus Auguſtinus lib. de vnitate

Eccleſiæ cap. 2. vbi agens cum D
tiſtis ait: *Quæſtio inter nos verſat*
ſit Eccleſia, vtrum apud nos, an ap
los. Item epiſt. 163. *Quærere cæp*
quænam illa eſſet Eccleſia, vbi vi
ſic oportet: vtrum illa, quæ ſicut
tanto ante Scriptura prædixerat, ſ
rarum orbe diffunderet? an illa
pars exigua Africæ contineret? &
164. *Quæritur vtrum veſtra, an*
ſit Eccleſia Dei.

Callidius ergo, fraudulenti
agentes poſteriores hæretici, ned
vt notauimus ſupra, totis fugiun
bus quęſtionem de notis Eccleſiæ
deprehendatur falſitas Eccleſię ip
cui non conueniunt, ſed inſuper
runt in Eccleſia Romano-Catho
non reperiri fundamentalia fidei,
dè ſuis facilius perſuaderent, eam
eſſe veram Chriſti Eccleſiam, proi
que ſalutem in ea obtineri non po
ſed iam probauimus oppoſitum, p
ex confeſſione eorum, à quibus
Chriſto genitos fuiſſe gloriantur,
rumque in alijs fidem, ac doctrin
profitentur.

Nunc ſecundò probatur, adduce
ea, quæ ex eadem confeſſione dicu
fundamentalia fidei, & oſtendend
rum quoque fidem haberi in Eccl
Catholica Romana. Lutherus in
Symbola tom. 7. ait, quod *Apoſtol*
Symbolum &c. breuiſſimè, & quodan
compendio omnes Chriſtianę fidei ar
los complectitur: Bulingerus in comp
dio fidei lib. 6. cap. 11. quod,
cumque in duodecim articulis compre
dimus, vera, & Chriſtiana fides ſ
quam quicumque tenet, rectè credit,
probatur, iuſtificatus eſt, uitæ æternę
ticeps eſt. Muſculus in locis, tit.
Eccleſ. *Vehementer ſunt iniqui, &*
merarij, qui hac fide non contenti,
alia credenda requirunt à fidelibus,
rum nec in Symbolo Catholico, nec
baptiſmate ſit mentio. Aretius in l
commun. loco 58. §. 11. *Hāc cōſtitui*
ex definitione poſita, in primis fidei
calis, primos uocamus; qui ad ſalutem
ceſſar

ſarij ſunt, quos nobis Symbolum ex-ſſit, in his obtinere conſenſum, con-diam dicimus; de reliquis cum non ſit tranſigi, ferenda eſt iudiciorum di-ſitas. Polanus 3. par. Theſ. *Suffi-nt hi articuli (*Symboli*) ſi credantur animo, ad ſalutem, nec plura, quę cre-lebent requiruntur.*

Caluinus lib.2. inſtitut. cap.16. §. 8. *Symbolo pręcipua fidei capita notan-*; & contra Gentiles: *Oportuit qui- modeſtis omnibus Chriſtianis ſuffice- idei confeſſionem Symbolo Apoſtolico prehenſam.* Beſa lib. de notis Ec-ſiæ, *Illa autem omnia fundamenta- fidei Symbolo; quod Apoſtolicum no-t, ſumma breuitate, & perſpicuitate ſe deſcripta profitemur.* Vvitacherus 1. 2. cap. 14. *Symbolum eſt epitome, ompendium totius Scripturæ, quemad-um ueriſſimè affirmaui;* & paulo in-us: *Quodque in Scripturis paſſim litum eſt, vt neceſſarium ad ſalutem, n Symbolo breuiſſimè comprehenſum ut qui Symbolum rectè teneat; hæc ei alutem fides ſufficiat.*

Sed Eccleſia Romano-Catholica ma cum veneratione tenet, & vt bit Ambroſius ad Siricium Papam, meratum cuſtodit Symbolū Apo-orum; igitur, ſi omnia fundamenta- idei illo comprehenduntur; ni ſe-j ſibi, ſuiſque contradicere velint, ntur quoque neceſſe eſt, Eccleſiam ano-Catholicam credere omnia lamentalia fidei, aut debent alia nare, præter ea quę continentur in bolo; quæ ipſa non credit. Quod vſque ab ipſis præſtitum non fuit, ræſtari poteſt; quę enim addu-, aut ſunt ipſimet errores ſui; aut ſi veritates fidei Eccleſiæ Catholicę, ndo ad hominem eas ab illis non ri pro fundamentalibus, atque vanè aſſerere non reperiri in ea, inter illos, ſalutem, impruden-ue proinde in ſua ab Eccleſia Ca-ca ſeparatione permanere.

ertiò igitur probatur veluti nega-upradicta minor ſequenti diſcurſu, vel argumento; quia ſi quæ deficerent Eccleſię Catholicę fundamentalia fidei ad ſalutem neceſſaria, maximè eſſent ſequentia; ſcilicet, quę inter nos controuertuntur: 1. circa realem Chriſti Domini in Euchariſtia pręſentiam, per tranſubſtantiationem: 2. circa neceſſitatem communionis ſub vtraque ſpecie: 3. circa Sacrificium Miſſæ, an ſit verum, propriéque dictum Sacrificium: 4. circa venerationem, & inuocationem Sanctorum, cultumque imaginum ipſorum: 5. circa Purgatorium; & an ſit pro defunctis in illo exiſtentibus orandum: 6. circa Indulgentiarum vſum: 7. circa Sacrę Scripturę canonem: 8. circa Sacramentorum numerum: 9. circa cœlibatum: 10. circa ieiunium: 11. circa cœremonias: 11. circa primatum Romani Pontificis: 13. circa prædeſtinationem, ac reprobationem: 14. circa liberum arbitrium & iuſtificationem: ſic de cœteris; ſed quæ de his, & alijs omnibus fides docet: licet nos Catholici credamus omnia eſſe fundamentalia, non eo ſenſu: quod omnium prorſus myſteriorum fides explicita ſit ad ſalutem neceſſaria, ſed quod non dentur aliqua, quæ aduerſarij vocant non fundamentalia, quæ liberum ſit credere, vel non credere ſalua vnitate fidei ad ſalutem neceſſariæ; ipſi tamen ſecundum ſua principia, nulla ex dictis capitibus, quę potiſſimum inter nos, & ipſos cóuertuntur: habent pro fundamentalibus; Igitur quamuis Eccleſia iuſtè potuerit, ac debuerit inde illos à ſua communione ſeparare; ipſi tamen iniuſtè, & irrationabiliter ab ea ſeparati manent: aſſeruntque in ea ſalutem obtineri non poſſe: etiam gratis admiſſo: quod in pręfatis capitibus erraret: cum illa pro fundamentalibus non habeant: vt patebit diſcurrendo per ſingula.

I. Chriſtum Dominum realiter exiſtere in auguſtiſſimo Euchariſtię Sacramento, quod Catholici affirmant, negant autem Caluiniſtæ; licet prius ab

eorum

eorum deceſſoribus habitum ſit pro fundamentali fidei veritate; vnde Caluinus lib. 4. inſtitut. cap. 17. §. 1. ait, quod *apprimè neceſſaria eſt tanti myſterij cognitio, & pro ſua magnitudine accuratã explicationem poſtulat*; Et Petrus Martyr in epiſt. ad Eccleſ. Anglic. *At fortaſſe putatis controuerſiam de Euchariſtia leue quoddam eſſe diſsidium; quod non ita ſe habet, cum in ea de præcipuis religionis capitibus ſit certamen*. Moderni tamen, poſt admiſſos ex decreto Lutheranos ad ſuam communionem, ſatis oſtendunt hanc controuerſiam non eſſe amplius inter fundamentalia fidei reponendam, poſſeque abſque læſione vnitatis fidei, duo in hac re contradictoria credi; ſcilicet, Chriſtum Dominum realiter in Euchariſtia exiſtere, vt affirmant Lutherani, & non exiſtere, vt affirmant Caluiniſtæ.

Quare, quam olim Donatiſtæ occaſionem dederunt Eccleſiæ Catholicæ arguendi contra eos, Baptiſmum ab hæreticis collatum eſſe validum; quod certas ob cauſas approbaſſent baptiſmum Maximianiſtarum prius ab ipſorum Eccleſijs eiectorum; atque ita proprijs ſe telis confodiſſent, quatenus ſemel habito, pro valido Maximianiſtarum, baptiſmo, negare amplius non poterant validitatem baptiſmi in Eccleſia Catholica collati; vnde rectè ait Diuus Auguſtinus lib. 1. de Bapt. contra Donatiſtas: *Damnatio Maximianiſtarum, & redemptio damnatorum; cum his, quos extra eorum communionem in ſacrilegio, ſicut eorum concilium clamat, in ſchiſmate baptizarunt; totam iſtam ſoluit quæſtionem, totam contentionem abſtulit*. Quod, inquam, tunc Donatiſtis, idem prorſus accidit Caluiniſtis, poſt admiſſos, vt notauimus ſupra, Lutheranos ad ſuam communionem, credentes realem Chriſti Domini in Euchariſtia præſentiam, ęque ac nos, licet diſferamus in modo talis præſentiæ; inde enim manifeſtè ſequitur, eos exiſtimare, illam non eſſe vnam ex fundamentalibus fidei veritatibus, malèque proinde ſe ab Eccleſia Catholica ſeparaſſe, quaſi in ipſa non ſit ſalus.

Si reſpondeant, tolerari quidem ab ipſis Lutheri opinionem de reali præſentia Chriſti in Euchariſtia, ſecus autem noſtram, quod nos credamus id fieri per tranſubſtantiationem, in eaque Chriſtum adoremus, intolerabili quadã idololatria, certè non minus ridiculum, quam vanum eſt effugium; ſi quidem tranſubſtantiatio pertinet ad modum eſſendi Chriſti realiter in Euchariſtia, imo ipſimet eorum magiſtri putant, eã neceſſario cum tali præſentia connecti; *Hoc quidem*, inquit Beſa de cœna Domini, *ſæpe diximus, quod nunc quoque repetam retineri reipſa non poſſe litteram in his Chriſti verbis, hoc eſt corpus meum, quin trãſubſtantiatio Papiſtica ſtatuatur*; Caluinus autem in conſen. de re Sacram. artic. 24. ait: *Neque enim minus abſurdum iudicamus Chriſtum ſub pane locare, vel cum pane copulare, quam panem tranſubſtantiare in corpus eius*. Igitur, ſi, ex aduerſarijs, realis Chriſti in cœna præſentia non numeratur inter fundamentalia fidei, multò minus annumerari debet illis modus eius; licetque falsò opinentur tranſubſtantiationẽ eſſe errorem, conſequenter tamen dicere non poſſunt, eum eſſe magis fundamentalem, quam conſubſtantiationẽ Lutheranorum; imò potius oppoſitum aſſerere deberent, ſi Caluino crederent admonit. vlt. ad Vueſtphalum, vbi expreſsè ait, *Craſsius Lutheranos de corporali præſentia, quam Papiſtas loqui, & ſentire*; & poſt ipſum Hoſpinian. par. 2. hiſtor. Sacram. *Lutherus*, inquit, *conſubſtantiationem ſubſtituit, errorem errore commutans, nec videns ſuam opinionem non habere plus, imo etiam minus coloris, quam Scholaſticorum, & Papę*; pauloque inferius; *Longius conſubſtantiatorum, quã tranſubſtantiatorum ſententia à Chriſti verbis recedit, ſi vel littera ſpectetur, vel ſenſus*.

Quod inſuper addunt de adoratione Euchariſtiæ, quaſi idololatriam committamus, non minus abſurdum eſt, ſi enim

realis Chriſti in ea præſentia non
et ex aduerſarijs ad fundamenta-
ei, nec etiam ſpectare debet, quæ,
em præſentiam, & non aliter, ſe-
r Euchariſtiæ adoratio; vndè non
nulla eſt in ea, vel minima ido-
iæ vmbra, tali ſuppoſitione facta;
otius ſi non adoraretur, grauiſsi-
eſſet irreligionis actus; ſufficitque
c probandum ingenua Lutheri,
ni, Beſę, Sadeelij, Meſtreſatij, &
i pręcipuorum inter ſectarios Ma-
rum confeſsio; quod Chriſtus, in
ımque reperiatur loco, ſit adora-
ſique realiter eſſet in Euchariſtia,
bere eum adorari. Ita Lutherus
loratione Sacram. tom.7. *Qui, in-
non credit eſſe illic Chriſti corpus, &
inem, rectè facit, quod nec ſpiritua-
nec carnaliter adorat: qui verò cre-
uemadmodum credi oportere ſatis de-
ratum eſt, hic profectò corpori, &
ini Chriſti ſuam reuerentiam ſine
o nō negat.* Et Caluinus admonit.
d Veſtphalū. *Quo melius pateat, quā
abile ſit cōmentum de corporali præ-
monemus neceſſariò ſecum trahere
m idololatriam;* vbi adorationem
ariſtiæ vocat idololatriam, quate-
ealem Chriſti in ea præſentiam
eſſe deteſtabile commentum; ſe-
item ſuppoſitione facta talis præ-
eij; vt clarè explicat Beza de cœna
ini; *Illud verò*, inquit, *præ cæteris
or, qui adorationem iſtam liberam
uas, qui tamen Chriſtum reipſa cor-
ter, vt in cœlis, cum pane adeſſe, da-
ſumi fatearis. Id enim ſi ita eſſe
em, adorationem illius profectò non
tolerabilem, & religioſam, ſed etiam
ariam arbitrarer.* Idem aſſerunt
elius de Sacram. mãducat. Meſtre-
, & Dalęus in ſua apologia.

Controuerſiam de communione
traque ſpecie, non eſſe vnam ex
mentalibus, ſatis colligitur ex hoc
non negamus, eam, vt olim, ita
nc poſſe in Eccleſia fieri, ſed tan-
aſſerimus non eſſe neceſſariam,
dèque Eccleſiam potuiſſe graues
ob cauſas ſuo loco inferius adducẽdas,
illam prohibere; quæ prohibitio eo ma-
gis ab aduerſarijs ferri debet, quo olim
fuit varius de hac re vſus; Lutheruſque
ait ſerm. de Euchariſtia; *Quamuis popu-
lo nunc non detur vtraque ſpecies, ſicut
olim, neque neceſſe eſt;* ac demum ipſimet
aduerſarij vnica dũtaxat vtuntur ſpecie
panis reſpectu abſtemiorum, ſeu illorũ
qui naturaliter à vino abhorrent, vndè
quod communio fiat vno, vel altero
modo ad Eccleſiaſticã duntaxat diſci-
plinam pertinet.

III. Quantumuis aduerſarij huc vſ-
que ſacrificio Miſſę ſe infenſiſſimos
oſtenderint, quęſtionem tamen de illo
fundamentalem eſſe dicere nõ poſſunt,
cum ad realem Chriſti præſentiam in
Euchariſtia, quam in Lutheranis tole-
rant, neceſſario ſequatur; vnde Hoſpi-
nianus, vnus ex celebrioribus ipſorum
authoribus part.2. Hiſtor. Sacram. ait:
*Corporali, & reali præſentia ſtante,
ſacrificium pſeudo-Chriſtianum euerti nõ
poteſt;* & ibidem; *Corporalis præſentia eſt
fons Miſſæ Pontificiæ, baſis, & columna,
ſuſtentans illud chaos abuſuum, & Arto-
latriam vniuerſam, quæ ſub Papatu inue-
cta eſt, ſtabiliens, & confirmans.*

IV. Quoad venerationem, & inuoca-
nem Sanctorum, cultumque imaginum
eorum; fatente Molinæo, Ioannẽ Huſ-
ſium, & Wicleſum, qui illa admiſe-
runt, fuiſſe ex numero electorum, præ-
tendi ab aduerſarijs non poteſt, quod
error in his duobus articulis ſit funda-
mentalis, damnationem poſt ſe æternã
trahens.

V. Idem aſſerendum eſt de Purgato-
rio, & oratione pro mortuis, quæ, refe-
rente Coccio in theſauro, admiſerunt
etiam nobiſcũ Ioannes Huſſius, & Vvi-
cleſus, à Molinæo tamen, vt dixi, pro
Sanctis, & electis habiti. Item de In-
dulgentijs, fatente Luthero in Danie-
lem tom.4. *Vbi primum cepit ſcribere, im-
probaſſe abuſum indulgentiarum dunta-
xat, non ipſas indulgentias;* & alibi to. 1.
de Indulg. *Ab Indulgentijs dehortari nõ
licet,* &c. *Indulgentiæ ſunt ex illarum re-*

rum

rum numero, quæ permittuntur, & ſub permiſsionem cadunt. Qui etiam eodem tom. 1. in diſput. Lipſiæ habita ait: *Ego nihil de Purgatorio noui, niſi animas ibi pati, iuuandas operibus, & orationibus noſtris:* Et in reſolutionibus; *Quod ſi tempore Apoſtolorum non fuiſſet Purgatorium (vt faſtidioſus Pighardus ſuperbit) nunquid ideo credendum eſt hæretico, vix quinquaginta annos nuper nato, & fidem tot ſæculorum falſam fuiſſe contendendũ? maximè cum ipſe nihil aliud faciat, quam quod dicit, Non credo, & ſic probauit omnia ſua, & improbauit omnia noſtra.*

VI. Diſſidium circa numerum Sacramẽtorum verſans inter Lutheranos, & Caluiniſtas, quo non obſtante iſti illos in ſuam recepere communionem, ſatis oſtendit controuerſiam de numero Sacramentorum haud eſſe ex ipſis fundamentalem.

VII. Cum miniſtrorum Eccleſiæ cęlibatus tantùm pertineat ad Eccleſiaſticam diſciplinam, vt infra ſuo loco fuſius explicabitur, non poteſt eſſe, quod de illo inter nos, & aduerſarios diſputatur, ſufficiens fundamentum ſeparationis; ſicut nec quæ de ieiunio; in quo etiam ſi erraretur, cum abſque damnationis periculo concedant aduerſarij, in alijs maioris momenti materijs errari, poſſe id quoq; concedere debẽt in iſta. Idem dicendum de ceremonijs, quæ maiori ex parte ſunt inſtitutionis Eccleſiaſticæ, & ab ipſiſmet Lutheranis, quos aduerſarij credunt non eſſe extra viam ſalutis, religioſè obſeruentur, vt patet ex eorum liturgijs, & ritualibus.

VIII. Controuerſiam de primatu Romani Pontificis fundamentalem nõ eſſe, nec illum aduerſarios à communione Eccleſię Catholicę retrahere debuiſſe, clarè patet, quod & ipſi Magiſtratum in Hollandia, Lutherani autem in Anglia Regem agnoſcant pro ſuarũ Eccleſiarum capitibus, contra ordinem à Chriſto ſtatutum, qui non Reges, aut alios Principes ſæculares, ſed Epiſcopos, & Pontifices Eccleſiaſtica authoritate donauit. Cui non obſtat, ſi reſpõdeatur, Regem Angliæ, vel ordines confęderatos non eſſe capita Eccleſiæ vniuerſalis; ſi enim talia ſunt Eccleſiarum in ſuis dominijs; nullum eſt inconueniens, imò vnitati fidei conſeruandæ prorſus conſentaneum, quod in ſpiritualibus detur ſupremum aliquod vniuerſalis Eccleſiæ caput; quod nos dicimus eſſe Summum Pontificem Romanum. Vndè Lutherus tom. 1. in reſolut. ait: *In fine repeto, quæ in principio dixi, me prorſus confiteri, & tueri Primatum Romani Pontificis, quantus eſt, fuit, aut futurus eſt:* pauloque inferiùs: *Primum quod me mouet Romanum Pontificem eſſe alijs omnibus, quos ſaltem nouerimus ſe Pontifices gerere, ſuperiorem, eſt ipſa voluntas Dei, quam in ipſo facto videmus: neque enim ſine voluntate Dei in hanc Monarchiam vnquam venire potuiſſet Romanus Pontifex,* &c. *Hæc autem ratio tanta eſt, vt ſi etiam nulla Scriptura, nulla alia cauſa eſſet, hæc tamen ſatis eſſet, ad compeſcendum temeritatem reſiſtentium.* Philippus quoque Melanchton, citatus in Synodo Vltraiectenſi, ait: *Monarchia Romani Pontificis, meo iudicio, vtilis eſt, ad conſeruandam fidei vnitatem; vndè facilè circa hunc articulum de primatu Romani Pontificis concordaremus, ſi in cæteris conueniremus.*

IX. Quod præcisè ſpectat ad prædeſtinationem, ſeu electionem ad gloriam, non ſolùm circa illam nullam habemus cum aduerſarijs fundamentalem controuerſiam; ſed ipſi eumdem prorſus cum Doctoribus Catholicis iam habent explicandi modum, quemadmodum & circa reprobationem, fatentes, relicto Caluini errore, quod illa fiat tantùm poſt præuiſa præſcitorum peccata; vt expreſsè docet Molinæus in Anatome Arminianiſmi cap. 13. *Etſi nõ alia de cauſa Deus hos potius, quam illos elegit ad ſalutem, quam quia ſic ei viſum eſt, nec huius diſcriminis cauſa in homine quærenda eſt, quodnam tamen ſit prædeſtinationis obiectum, an Deus eligens, aut reprobans homines, eos conſiderauerit vt lapſos, & peccatores, an vt nondum la-*

pſos

ſed tantùm vt homines, & in maſſa corrupta, dubitari poteſt. Paſtores eſiarum Vualacrianarum, ſtrenui aſ- res veritatis, &c. profitentur ſe ſen- Deum conſideraſſe homines, quos ele- t, quoſque prӕteribat, vt lapſos in mo, & in peccatis mortuos. Idem ſen- t, quotquot ſunt veteres; quorum ne- , quod ſciam, vnquam venit in men- dicere, Deum reprobauiſſe homines intuitu peccati. Et ibidem cap. 26: *d verò nobis impingit, nos facere de- m reprobationis, antegrediens omnes no rès, & cauſas, ac proindè & ipſum tum, alienum eſt planè à noſtra ſen- a. Quod ſi cui talia verba exciderunt, ncogitantiam, non hæc idcircò eſt ſen- a Eccleſiarum noſtrarum.* Hactenus inæus, qui etiam libro de curioſi- vitanda cap.3. docet, Deum non peccati authorem, ſed tantùm per- orem; nec non Riuetus in ſuo Ca- co Orthodoxo tract.4. qu.6.

. Idem ferè aſſerendum eſt de li- arbitrio, de quo, licet Lutherus, & inus ijs locuti ſint terminis, quos eſia ſemper anathematizauit, ideo- fuerint in Concilio Tridentino cō- nati; cum tamen eorum ſectatores, æcipuè nonnulli huius temporis tri, eorum ſententiam, ac terminos oderati ſint, & explicuerint, vt ifferant ab Eccleſiæ Catholicæ ſē- m controuerſia de illo non poteſt ius dici fundamentalis.

. Controuerſia de iuſtificatione n quidem vocatur ab aduerſarijs amentalis; nos autem negamus alem, primùm eo ſenſu, quod cæ- controuerſa præter iſtud, ſalua te fidei, poſsint diſcredi, vt ipſi aſ- t; ſecundò, quia modus explican- forum hunc articulum, non ſolùm ſt fundamentalis, eo videlicet ſen- uod ſit præcipua fidei veritas, ſed ertè falſus, vt ſupra ſatis oſtendi- contraque propria principia, nul- dducere poſſunt Scripturæ locū, rmaliter, & expreſsè habeatur, ſque, vbi fundamentalis dicatur.

Tantùm ſufficiat de falſitate huius diſtinctionis aduerſariorum in veritates fidei fundamentales, & non fundamentales; nec non, ea gratis adhuc admiſſa, de vanitate, & inutilitate eiuſdem, ex proprijs eorum principijs, ad fines ab illis intentos: quia ſecundum vera, quę nos tenemus principia, omnes fidei veritates ſunt æquè fundamentales, requiriturque ad fidem ſalutarem, quod ſit vndequaque ſana, & integra.

CAPVT XXIV.

Statuitur aduerſus Lutherum, eiuſque ſequaces, poſſe hæreticos, propter ſolam hæreſim, iuſtè puniri, etiam pœna capitis.

LVtherus Donatiſtas, Ioannemque Huſsium ſecutus negauit art. 33. Eccleſiam poſſe licitè animaduertere pœnam mortis in hæreticos; oppoſitū ſine controuerſia tuentur omnes Catholici; pro cuius intelligentia, plenaq; huius materiæ, de iuſta hæreticorum punitione, quam tractat D. Thomas, & cum eo Theologi 2. 2. q. 11. Primò notandum eſt, triplicem diſtingui debère hæreſim: vnam mentalem, quæ fines cogitationis non excedit: alteram occultam, & ſecretam, quia licet ſigno aliquo externo prodatur, eſt tamen occultum, nulloque teſtimonio probari poteſt, vt ſi quis mentaliter hæreticus, ſolus in cubiculo, nemine prorſus eum audiente, ſuam hæreſim ore exprimat, & profiteatur. Tertia eſt externa, & notoria, quæ videlicet per ſignum exterius proteſtatiuum hæreſeos, alijs manifeſta eſt, atque explorata. Etſi autem nonnulli Theologi putent mentalem hæreticum pœnis Eccleſiaſticis eſſe obnoxium, & Eccleſiam iure poſſe in eum aduertere; nihilominus contraria ſententia communis eſt inter Doctores Catholicos, loquendo de facto, quicquid ſit de poſſibili, an nimirum potuiſſet Chriſtus, ſi voluiſſet, poteſtatem ſupra actus internos, Eccleſiæ

conferre. Vnde preſens controuerſia, non procedit de huiuſmodi hæreticis purè mentalibus.

Secundo notandum eſt, pœnarum, quibus hæretici afficiuntur duplex eſſe genus, vnum pœnarum ſpiritualium, nempè excommunicationis maioris, & aliarum ei annexarum, vt quod priuentur actiua, & paſſiua communicatione Sacramentorum, ſintque ſuſpenſi à diuinis, nec non Eccleſiaſtica ſepultura priuati; item quod ſint irregulares, ita vt quamuis hæreſim abiurauerint, & abſolutionem obtinuerint, non poſſint citra Summi Pontificis diſpenſationem ad ordines promoueri. Ad idem genus pertinet priuatio omnis iuriſdictionis ſpiritalis, quam antequam in hæreſim laberentur, habebant; nec non priuatio beneficiorum; item pœna infamiæ, & prohibitionis, atque exuſtionis librorũ ab illis editorum. Alterum genus eſt pœnarum corporearum, quarum precipuæ ſunt, amiſſio bonorum, carcer perpetuus, quãdo hæretici, non ſpontè ſua, ſed vel accuſati, aut conuicti reſipiſcunt; exilium, ac denique extremũ ſupplicium. Circa quæ pœnarum omnium genera, modumque illas incurrendi, quia multa, inter Doctores Catholicos, alibi explicanda ſalua fide diſputantur, illa hic omittimus, & ſolum proſequemur, quæ certa ſunt, & ad fidem pertinent circa iuſtam hereticorũ punitionem.

Tertiò obſeruandum eſt, rationem puniendi hæreticos, pro diuerſitate temporum, diuerſam quoque fuiſſe in Eccleſia: hæc enim illicò ad extremũ ſupplicium, ſeu mortis pœnam hereticis infligendam non peruenit; ſed cum in primitiua Eccleſia temporaliter in eos ſæuiri non poſſet, vt latè probat Diuus Auguſtinus epiſt. 50. ad Bonifacium, vel quod Imperatores, & Reges, nondum Chriſtum colerent; & conſequenter Eccleſiam, tanquam matrem ſuam, cuius defenſores eſſent, nondum agnoſcerent; vel quia tunc id expedire, propter varia ſcandala, quæ indè pote-

rant ſuboriri, non iudicabat Eccle
tunc ſpiritualibus duntaxat vſa eſ
nis, vel excommunicationis, vel ſu
ſionis, vel depoſitionis. Verùm
impunitas ipſa multorum malorũ
eſſet, coacti ſunt Patres, ad rem
acerbiora recurrere; *Cogunt enim*
quit Auguſtinus epiſt. 33. ad Bon
uas inuenire medicinas, nouorum ex
malorum: propterea que tempore
ſtantini, pœna exilij hereticis dec
eſt, vt apparet ex procemio Co
Niceni; & ex Sozomeno lib. 1.
cap. 20. cuius vſus in Eccleſia vi
vſque ad tempora Anaſtaſij I. vt
ſtat ex eius epiſtola ad Epiſcopos
maniæ. Sed cum exilium paruifac
addicta eſt mulcta pecuniaria, Th
ſij Imperatoris tempore, videlic
cem librarum auri, vt habetur 23
Can. *Ipſa pietas*; cumque hæ du
ne exilij, & pecunie perſoluend
compeſcendos hereticos, ſatis
non eſſent, Honorius, ac Theod
Imperatores pœnam mortis dec
runt in Anabaptiſtas, vt patet Co
Ne Sanctum Baptiſma iteretur; le
Si quis rebaptizaret; Martianus au
& Valentinianus pœnam capital
omnes, excludendo tamen morte
habetur Codice *de Hæreticis*, lege
cumque; Demum ſtatutum eſt, vt
naces, & relapſi, poſt ſemel abiu
hæreſim, traderentur brachio ſæ
extremo ſupplicio afficiendi ca
abolendam, Extra, *de Hæreticis*.

Quartò notandum eſt, nullum
decretum Eccleſiaſticum, quo
piatur, hæreticos morte afficere:
enim Eccleſiaſticæ ſunt potius b
cia, quam ſupplicia; in omnibus
ſuetudinem, & lenitatem Chriſti
ſui redolentia, qui de animabus p
quam de corporibus ſollicitus era
fit, vt pœna mortis in hæreticos
ſit de iure ciuili; contendit tame
cleſia, pœnam hanc eſſe iuſtiſsi
cum enim duo ſpectari poſsint in
ſi; primo quod ſit peccatum, & h
commune eſt cum omnibus alijs
ca

s; ſecundo quod perturbet pacem, ranquillitatem; quod non eſt illi cō- ne cum omnibus, ſed tantùm cum uibus; vt cum homicidio, furto, ra- , adulterio, rebellione, & ſimilibus, t priori modo hæreſis non puniatur incipe, vel Magiſtratu pœna capi- oſteriori tamen iuſtè punitur, æquè urta, homicidia, adulteria cætera- huiuſmodi: *Clamate*, inquit Augu- us lib.2. contra duas epiſtolas Gau- tij Donatiſtæ, *ſi audetis, puniantur icidia, puniantur adulteria, ſola ſacri- volumus à Regnantium legibus im- ita: Hęc cum dicitis, quid aliud dici- niſi nulla hominum poteſtas contradi- & obſtrepat libero arbitrio, quando riam facimus Deo*. His prænotatis

rima Concluſio. Heretici, qui pa- , & publicè hæreſim, quam animo ceperunt, profitentur, ab Eccleſia puniri poſſunt. Iſta concluſio eſt iſſima, pertinenſque ad fidem, lo- ndo de pœnis in vniuerſum, ſiue rahendo à corporeis, & ſpirituali- . Fundatur in varijs Scripturæ lo- Matth. 18. *Si Eccleſiam non audie- ſit tibi tanquam Ethnicus, & Publica-* . 2. ad Timoth. 3. v. 5. vbi Apoſto- primùm deſcriptis hæreticorum ibus, mox ait: *Et hos deuita*. Item Titum cap. 3. v. 10. *Hæreticum homi- poſt vnam, & ſecundam correptionē ta: ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſ- i eſt, & delinquit, cum ſit proprio iu- condemnatus*. 2. Ioannis v. 10. *Si venit ad vos, & hanc doctrinam non t, nolite recipere eum in domum, nec ei dixeritis*. Act. 13. vbi Diuus Pau- criter in eos, qui veritatem cogni- impugnabant, & alios ab ea ample- da auocabant, ſæuijt, cęcitate- percuſſit Pſeudoprophetam, qui gium Paulum à fide conabatur ab- ere.

x quibus, primùm Eccleſia hære- s ſpiritualibus pœnis, potiſſimum mmunicatione, cæpit afficere; etſi n plures graues Doctores Iudocus Clictoueus, Iacobus Latomus, Ioannes Echius citati ab Andrea Duuallio tract. de fide quæſt. 7. exiſtiment hæreticos iure diuino, & non tantùm Eccleſiaſti- co eſſe excommunicatos; melius tamen præfatus author docet, Eccleſiam qui- dem rectè, & iuri diuino valdè conſen- taneè, hæreticos excommunicando, ſe gerere; non tamen iure diuino latam eſſe de facto hanc excommunicationē. Quia autem, tam quæ ad illam, quam quæ ad cœteras pœnas ſpirituales per- tinent, ſalua fide inter Doctores Catho- licos controuertuntur; ideò illis præter- miſſis tantùm agam de pœna prohibi- tionis, & exuſtionis librorum ab hære- ticis editorum, quam nominatim Oe- colampadius reijcit; quare ſit.

Secunda concluſio. Iuſtè ab Eccle- ſia prohibentur, & etiam comburuntur libri ab hæreticis editi. Iſta concluſio eſt etiam certiſſima, pertinenſque ad fi- dem. Primum huiuſce pœnæ exem- plum habetur Act. cap. 19. v. 19. vbi dicitur: *Multi autem ex eis, qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & com- buſſerunt coram omnibus*. Quod poſtea ſecuta Synodus Nicena I. ſtatuit, vt li- bri Arianorum comburerentur, teſte Nicephoro lib. 8. cap. 18. Tum Syno- dus Epheſina, quæ Neſtorij libros cu- rauit vbique flammis addici, per Theo- doſium Imperatorem, datis ad eum Synodicis libris, quæ tomo 1. Concilij Epheſini cap. 22. & apud S. Cyrillum leguntur. In quinta Synodo Generali Cōnſtantinopolitana II. immediatè an- te Can. 1. ita ſancitur aduerſus hęreti- corum libros. *In memoria tenentes pro- miſsiones de Sancta Eccleſia factas, & qui dixit, quod portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, id eſt, hæreticorum morti- feræ linguę; recordantes autem, & quæ per Oſeam de ea prophetata ſunt, in quibus di- cit, & ſponſabo te mihi in fide, & cogno- ſces Dominum; hæreticorum quidem effræ- natas linguas, & eorum impijſſima con- ſcripta, & eoſdem ipſos hæreticos, qui vſ- que ad mortem in ſua impietate perman- ſerunt, patri mendacij Diabolo connume- rantes,*

rantes, illis dicemus: Ecce vos omnes ignē accendiſtis, & conualeſcere facitis flammam ignis, ambulabitis in lumine ignis veſtri, & per flammam, quam accendiſtis. Septima Synodus Generalis Nicæna II. can. 9. iubet deponi Epiſcopos, Preſbyteros, & Diaconos, qui libros aduerſus ſacras imagines editos legunt, vel apud ſe reſeruant, cœteros autem excommunicari. In Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. libri Ioannis Vuiclef, & Ioannis Hus ſeueriſſimè prohibiti ſunt; nec non omnium hæreticorum in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ac demum in Concilio Tridentino, cuius etiam iuſſu index librorum prohibitorū ad calcem ipſius eſt editus.

Ex Summis Pontificibus S. Leo I. Manichæorum codices omnes incēdit, vt refert S. Proſper in Chronico ad annum 446. prætereaque epiſt. 93. cap. 15. & 16. vetat pleroſque libros ab hæreticis editos, aitque, Epiſcopos, qui eos ſinunt in domibus fidelium, nec procurant ab ijs auferri, habendos eſſe pro hæreticis. Gelaſium Papam ſummo ſtudio conatum fuiſſe, vt libris hæreticorum Eccleſiam purgaret, non ſolùm prodit decretum eius in Concilio Romano, relatum à Gratiano C. *Sancta Romana*; verum etiam, quod concremati ab eo fuerint ante S. Mariæ ædem libri Manichęorum, teſte Anaſtaſio Bibliothecario: id quod æquè à Symmacho Papa ad Conſtantinianæ Baſilicæ valuas præſtitum, tradit liber de Romanis Pontificibus. Et cum denuò ſtirps infauſta ſub Hormiſda Papa pullularet, ſuccisam ab eo fuiſſe Apoſtolica animaduerſione, crematis præter cætera codicibus, ſcribit idem Anaſtaſius; nec non etiam in Adriano II. & præfat. ad VIII. Synodum, librum actorum Photij aduerſus Nicolaum Papā, ipſiuſmet Photij fętum, prius per Legatos S. Ignatij Patriarchæ, & Baſilij Macedonis, pedibus conculcatum, gladioque perfoſſum, ab Adriano in Synodo Romana apud S. Petrum, repetito in Photium authorem anathemate, fuiſſe

combuſtum; cęlo ipſo ſuffragante
ſuperueniente ſubitò pluuiæ eluui
non modo ignis non reſtinctus fui
rum etiam incenſus vehementius,
fętore ex incendio fętentiſſimi vo
nis, vberrimè inhalato. Iuſſu qu
eiuſdem Pontificis cautum eſſe, v
dem modo, quo Romæ, impia F
ſcripta Conſtantinopoli flammis
cerentur, ibidem narratur; & ita fa
eſſe, patet ex VIII. Synodo act. 8. v
epiſtola ad Baſilium Auguſtum, A
nus ita vult: *Omnia exemplaria cr*
igne, contemplantibus cunctis, vt ne
quidem apex, aut iota, indè ſuperſit

Nicolaus Papa II. in Concilio
mano coram 113. Epiſcopis iuſſi
ſummet Berengarium ignem ſucc
re, & in eum conijcere librum ha
cum, vt ſcribit Lantfrancus initio
futationis Berengarij. Liber autem
hæreticus, quem Berengarius ſuę
ſeos fontem habuerat, & quem pro
rea adactus eſt ipſemet in ignem p
cere, erat liber cuiuſdam Ioannis S
vt habetur in fragmēto Hiſtoriæ A
tanicæ. Similiter Innocentius II.
16. apud Abelardum, poſtulatis C
cilij Remenſis annuens, libros erro
Petri Abelardi, & Arnaldi de Brixi
cendio damnauit; idque de Abel
Gaufridus Clareuallenſis lib. 1. cor
quos de S. Bernardi vita ſcripſit c
expreſsè aſſerit, & iam ante fac
Sueſſione à Legato Romanæ Eccle
teſtatur S. Bernardus epiſt. 193. ad
nem Cardinalem, & 191. ad Inno
tium II. nomine Concilij Remenſis
liber Abelardi de Trinitate, igne
minatus dicitur, quia inuenta eſt in
iniquitas.

Hanc ipſam librorum hæretico
prohibitionem, & exuſtionem, q
quid in contrarium dicant hęretici
præſertim Oecolampadius, tanquā
ſtiſſimam, & approbarunt, & docuer
& practicarunt Sancti, ac veteres Pa
qui ſi allocutiones hæreticorum ſe
damnarunt, vt Cyprianus epiſt. 4
55. Leo ſerm. 18. de paſſione, & a
mult

ltrò magis, & ſcriptionem, vt ponabitur infra in rationibus. Clemens exandrinus lib.5. ſtromatum id inſi- ſchemate expreſſit: *Sed nec omnibus, uit, qui impudenter, & temere dicunt ſcribunt, oportet aures præbere, nam ces quoque, qui à multis ſumuntur per es, hoc eſt, anſas, aures quidem amit- : præterea autem etiam ipſi exciden- onfringuntur. Eodem modo ij quo- , qui multis nugis, fidei caſtam ince- int auditionem, ad veritatem iam tan- obſurdeſcentes, & inutiles fiunt, & erram decidunt. Non ergo temere is præcipimus, auribus eos appre- dentes, vt oſculentur eos, qui ad attinent. Hoc vtique tacite ſignifi- es, ingenerari per auditum, ſenſum ctionis*. De hoc autem oſculandi e cuius meminit Clemens, latè agit us Gyraldus dialogiſmo 8. oſculum infixum vocans Florentinum; nec Guillelmus Canterus lib. nouar. cap.25.

. Alexander Epiſcopus Alexandri- ſub finem illius inſignis epiſtolæ rſus Arium, quam refert Theodo- s lib.1. Hiſtor. cap.4. omnia Arij, chillæ ac complicum ſcripta pro- i vult, eo quod veritatem loqui nt. Eodemque ſæculo S Pachomius nſu tunc orthodoxorum Patrum, tius Eccleſię, quanto odio auerſa- r libros hęreticorum, oſtendit, vt legitur in eius vita cap.27. ſpe- ter Origenis, quem hęreticum ha- t, execratus eſt volumina, & vni- os fratres ſollicitius admonuit, vt ſolùm ipſi Origenis libros refuge- , ſed ne legentibus quidem aures erent; cumque aliquando volumen reperiſſet, aquis illud confeſtim it, & alijs Monachis, vt idem præ- nt, author fuit, vt ibidem cap.45. litur: additurque cap.53. morien- quoque id iniunxiſſe.

nctus Ioannes Chriſoſtomus, qui enti vixit ſæculo, omnem diligen- adhibuit, & ſuffragante Theodo- mperatore perfecit, vt pulſis ex vrbibus Montaniſtis, & Eunomianis, corũ codices comburerentur: eique debetur lex Theodoſij aduerſus hęreticos illos, & eorum ſcripta ſtatim referenda. Ioannes Moſchus, aliàs Euiratus, Prati ſpiritualis ad Sanctum Sophronium Epiſcopum Hieroſolymitanũ ſcripti c.46. refert quemdam Abbatem Cyriacum à Beatiſſima Virgine fuiſſe increpatum, quod libros Neſtorij aliquandiu apud ſe, etiam rei neſcius, depoſitos habuiſſet. Et Socrates lib. 1. cap. 14. ſcribit Marcellum Ancyranum fuiſſe damnatum, quod libros ſuos erroribus refertos, flammis tradere recuſaſſet.

Sacrę authoritati accedit ſecularis Principum, & Imperatorum Chriſtianorum, qui ſeuerè interdixerunt librorum hęreticorum lectione, eoſque etiã comburi iuſſerunt. Primumque Euſebius lib.3. de vita Conſtantini cap.64. refert in hanc rem legem ipſius aduerſus veteres hęreticos, & eorum libros. Extat & alia eiuſdem apud Socratem lib.1. cap. 6. de comburendis Arianorum libris. In ea Imperator, gregis noſtri, ait Theodoretus, Zorobabel, eandem Ario, quam Porphyrio, ignominiæ notam inuſtam vult; vt quemadmodum capitalis ille Chriſtianę Religionis hoſtis, conſcriptos in eam ſuos nefarios libros igni adiudicatos viderat; ſic Arij libri impietate nihilo minores, eadem ſorte eſſent, & nullum eiuſdem monimentum relinqueretur ad poſteritatem. Quod ſi quis librum ab Ario compoſitũ occultaſſe deprehenſus eſſet, nec illum ſtatim in medium productum inieciſſet in flammas, cum mox vt eſſet comprehenſus capite mulctandum edixit Imperator pijſſimus.

Memorant legem illam, & ad Neſtorij, ac Neſtorianorũ libros extendunt Theodoſius, & Valentinianus AA. l. *damnato*, C. de hęretic. vndè laudantur à Pelagio Papa in epiſt. ad Epiſcopos Iſtrię. Valentinianus quoque, & Marcianus l. *quicumque*, C. *eodem*, & l. *quoniam de Epiſcopis, & Clericis*, non minore zelo aduerſus Eutychianorum, &

Apol-

Apollinariſtarum libros, & ſacrilega,vt vocant, Scriptorum monumenta armati,ea quiſquis haberet,aut ſeruaret perpetua deportatione damnarunt, ipſos verò libros ignibus tradi,& flãmis obliterari peruerſitatem, ſanxerunt. Cuius etiam edicti meminit Iuſtinianus, ea lege, qua Anthimi hæretici in v. Synodo act.1. damnati, & Seueri ſecundum nomen ſuum Acephali, impios libros ignibus addicit,pœna truncationis manuum, imo, & capitis; ex Nicephoro lib.17. cap.9. ijs intentata, qui tale quicquam ſcripſiſſent exſcripſiſſentue.

Extat Nouella 42. de vetitis Manichæorum, & Montaniſtarum libris ſub pęna capitis, cuius meminit Petrus Siculus in hiſtoria de Manichęis,laudans eam ob cauſam Chriſtianos Imperatores. Aymoinus verò lib. 3. de rebus Francorum cap.77. & author appendicis ad hiſtoriam Francorum Gregorij Turonenſis num.8. referunt edicto Recaredi Regis ex Ariano Catholici, libris omnibus hæreticorum ſubiectum fuiſſe ignem. Mandato Tiberij Imperatoris librum Eutychij Conſtantinopolitani hæreſeos materialis conuicti, crematum eſſe, ſcribit S.Gregorius Papa lib.14. moral. cap.32.Habetur etiam edictum Caroli Magni,aduerſus libros hæreticos, lib.1. capitul. cap.78. nec non apud Cochlæum lib. de actis Lutheri, anno 1540. illud Caroli V. Imperatoris de libris hæreticorum igne cremandis.

Demum, vt in hac re noſtri etiam inimici eſſent Iudices, Pater Gretſerus Societatis Ieſu libro de iure prohibendi libros malos, per multa capita demonſtrat,quantum ſemper fuerit hęreticorum antiquorum,ac recentiorum ſtudium, vt libri Catholicorum, qui ipſis habentur hæretici, exterminentur: qua in re licet grauiter peccarint, iudicium tamen eorum, quo hæreticos libros comburendos eſſe iudicarunt, malum, & à ratione alienum non fuit.

En qua authoritate, & lege, tam ſacra, quam ciuili introducta eſt pro-

hibitio, nec non exuſtio librorun
reticorum, ne ſine licentia, & fac
maiorum legerentur, maximè ve
ineruditis, qui facilè eorum lecti
falli poſſunt, & ab eruditis etiam,
non vrgeret neceſſitas huiuſmod
ctionis, vt rationibus, & argum
hæreticorum reſponderent; Eccl
enim prorſus non prohibuit, ne ſ
hæreticorum legerentur, vt dicet
ſolutionibus argumentorum.

Vltimò probatur iuſtitia huiuſ
legum ſequentibus rationibus, qu
prima, & potiſſima deſumitur ex
quod Scriptura iubet nos hęretico
uitare; ſi enim viuus ſermo hære
eiuſque alloquiũ deuitandum eſt
ſtiano, multo magis ſcriptio, qua
volat, & momento dilabitur,vt ve
ore prolatum; etſi enim viua vox
inſtanti ipſius diſputationis, & c
quij, interdum magis afficiat, &
Hieronymus, *de Præceptoris ore in*
toris animum vox transfuſa fortius
oſtea tamen citò ex memoria ex
bi libri, in quibus ſiſtitur anima
& malignitas hæreticorum, pulch
nè dicente Themiſtio orat.13. *An*
ego ſapientis hominis, illius ſapien
eſſe arbitror ac mentem, atque ſerm
Sepulcra verò eiuſmodi animarum,
ac ſcripta, in quibus tanquam in
mentis recondita eorum reliquiæ ſe
tur; quique ſemper ad manus habe
ſemper etiam ſe menti, & memori
gerunt,eoque periculoſius,quo pig
tis, ſeu floſculis artis rethoricæ en
ſuos deſcribunt; falſiſque vera, &
lis bona tanto artificio affuunt, vt
nia vera, & bona incauti, & imp
facilè ſibi perſuadeant; imo &
viri indè multoties decipiantur;
varia non deſunt exempla. Olim
Ruffinus, Amonius, Palladius,& a
lectione librorum Origenis; hoc a
æuo, Claudius Spencæus, aliàs inſ
doctor Pariſienſis, lectione tame
brorum prohibitorum, vt ſe à Car
le Peluco accepiſſe teſtatur An
Duualius tract. de fide q. 7. art. 3
no

nullos errores lapſus eſt; ſicut &
ertus Pighius ex lectione librorum
uini, apud Ruardum Taperũ, art.8.
dinandus Velloſillus in aduertentijs
9. tomum Diui Hieronymi quæſito
efert rationem huius præcepti ſan-
imi, nec non etiam reuocandi om-
licentias antea conceſſas legendi li-
s hæreticorum, quod, in Concilio
dentino, cui ipſe præſens erat, qui-
Doctor, cum diſputatio verſare-
circa verum ſacrificium, & propi-
orium, quod in Miſſa offertur, adeo
adductus in ſententiam hæretico-
, quorum ſcripta legerat, vt à ma-
a Patrum parte publicè acclamatũ
it; hic Lutheraniſmum ſapit. Et ego
dit, expertus ſum Doctorem Aegi-
n, & Magiſtrum Conſtantinum, am-
Canonicos Magiſtrales Eccleſiæ
alenſis, ab inquiſitoribus, vt hæ-
cos meritò damnatos, quorum cauſa
itionis fuit lectio librorum hæreti-
m.

ltera ratio eſt, quia præfatæ leges
imè conducunt, ad hæreticorum
m penitus delendam; quippè cum
aliud, quam vanam hominum glo-
captare, & ſui nominis memoriam
oſteros tranſmittere ſtudeant; id
ius impediri non poteſt, quàm eorũ
s non ſolùm interdicendo, verùm
n comburendo: quod cum ab Ec-
a olim præſtitum fuerit, cauſa eſt,
nulli amplius ferè extent veterum
ſiarcharum libri.

emum hoc ita lumini naturali cõ-
neum eſt, vt Athenienſes libros
es Protagoræ, quod noxij eſſent
ioni, igni tradiderint, ipſum Pro-
ram iure ciuitatis priuauerint, vt
t Cicero lib. 10. de natura Deorũ;
alerius Maximus lib. 1. cap. 1. ſcri-
uod, *cùm Romæ inuenti ſunt libri
a Religionem, quæ tunc Romæ cole-
r, Prætor Vrbanus, authoritate Sena-
n conſpectu populi eos combuſsit.* Su-
ſt vt aduerſariorum obiectis nunc
faciamus.

rima obiectio deſumitur ex illo
Apoſtoli loco 1. Theſſalonic. cap. 5. *Prophetias nolite ſpernere, omnia probate, quod bonum eſt tenete*; huiuſmodi enim verbis tacitè permitti videtur quorumcumque librorum lectio.

Reſpondetur ibi Apoſtolum non agere de lectione librorum hæreticorũ, ſed de multis reuelationibus, quibus in primitiua Eccleſia plerique donabãtur, inter quas cum aliquæ à dæmone transfigurante ſe in Angelum lucis immitterentur, propterea dixit: *Omnia probate, quod bonum eſt tenete*; non vult tamen probationem hanc reuelationum, ſeu ſpirituum, eſſe immediatè cuiuslibet fidelis, ſed prælatorum Eccleſiæ, à quibus populus probationem, & iudicium debet expectare. Ex quo ſi ad lectionem librorum hæreticorum, hoc teſtimonium traducatur, non debebit vnuſquiſque de populo eos per ſe legere, & examinare, ſed potius per ſuos prælatos illos refutantes.

Secunda obiectio deducitur ex nonnullis Sanctorum exemplis, Dionyſij Epiſcopi Alexandrini, & Martyris diuinitus admoniti, vt hæreticorum libros redarguendi cauſa legeret, quantumuis ſibi videretur ad horam pollui; cuius verba hæc ſunt in epiſt. ad Philemonẽ Romanum Presbyterum apud Euſebiũ lib. 7. cap. 6. *Ego verò etiam hæreticorũ commentarios, & traditiones legi, parumper quidem animum meum impuriſsimis illorum cogitationibus commaculans, verum id vtilitatis indè capiens, vt eas apud meipſum redarguam, & multò amplius abominer: & cum à fratre quodam Preſbytero prohiberer, qui verebatur ne malitiæ illorum Scriptorum cæno inuoluerer, vndè anima mea perderetur, qui, vt ſenſi, verum dicebat, viſio quædam diuinitus oblata eſt, quæ me confortaret, & ſermo ad me factus perſpicuè præcepit dicens, lege omnia quæ in manus tuas veniunt, valebis omnia expendere, & probare, & hinc data eſt tibi initio fidei occaſio. Acceptaui viſionem hanc, tanquam Apoſtolicæ voci conformem ad potentiores dicenti, ſitis probati diſpenſatores* 1. Petri 1.

Theo-

Theophili item eiuſdem Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopi, qui cum in Synodo Ebdomiana vna cum cęteris Epiſcopis, qui aderant, vniuerſa Origenis volumina damnaſſet, & editis etiam ſcriptis publicè confutaſſet, nunquam tamen lectionem ipſorum intermiſit; cumque ab amicis interrogaretur, cur libros illos iterũ complecteretur, quos ante reieciſſet, Socrates lib. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 17. refert eum in hunc modũ reſpondiſſe: *Origenis libri ſimiles ſunt prato omnis generis floribus ornato: itaque ſi quid boni in illis reperio, illud excerpo; ſi vero ſpinoſum quid viſum fuerit, hoc tanquam aculeatum prætereo.*

Reſpõdetur ad exempla in hac obiectione allata, aliaque ſimilia, non eſſe ita per ſe malum, legere hæreticorum libros, quin iuſta de cauſa legi interdũ poſſint, præſertim in finem eos verbo, vel ſcripto refutandi, vt contigit Sancto Dionyſio; cuius exemplum tantùm abeſt, quod ſit contra nos, vt potius nobis faueat, correctio enim à fratre Presbytero facta clarè oſtendit periculoſam eſſe, iuſtèque proindè vetari poſſe librorum hæreticorum lectionẽ; & vbi ſemel prohibiti ſunt legi non debere, abſque ſuperiorum, ad quos pertinet licentia, quæ etiam diuinitus data eſt S. Dionyſio, de quo agitur.

Ad aliud exemplum Theophili reſpondetur pariter cum fuiſſe vſum iure ſuo legendi hæreticorum libros, vbi poſt Origenis libros damnatos, ab eorũ tamen lectione non abſtinuit, nullo viro vndequaque Sancto, & in ſinceritate fidei conſtantiſſimo, imminente periculo peruerſionis; quod certè immineret, ſi abſque vlla prohibitione, vulgo maiori ex parte indocto, quodque quouis vento nouæ doctrinæ facilè circumagitur, licita eſſet librorum hæreticorum lectio. Contra quam facit, quod in iſto eodem exemplo adducitur, Theophilum cum cæteris Epiſcopis Origenis libros damnaſſe; imò, quod non ſolùm ineruditis poſſit eſſe occaſio deceptionis, verùm etiam eruditis, &

Superioribus ipſis, quos non vrg
neceſſitas huiuſmodi lectionis, vt r
nibus, & argumentis hęreticorum
ponderent, aut alia ſimilis, amici T
phili mirati ſunt, cur libros illos it
complecteretur, quos ante reiec
Vndè Carthaginenſis Synodus IV.
concedit Epiſcopis eruditione, &
conſpicuis, lectionẽ librorum hęr
rum, quo faciliùs poſſint illorum
dias agnoſcere, & validius confuta
non autem curioſitatis, aut alteri
milis finis cauſa. Igitur neque R
ni Pontifices, neque vlla Synodus
non ſit res per ſe, & intrinſecè ma
prorſus prohibuit, ne ſcripta hære
rum legerentur, ſed ne ſine licent
facultate maiorum legerentur. C
qui ſine Summi Pontificis, aut alte
ſi quis ſit, ad id poteſtatem habent
legeret, non ſolùm grauiſſimè pecc
ſed inſuper pœnam excommunic
nis, latæ ſententiæ incurreret; vt
ex Bulla Cœnæ Domini; vbi tame
vſu recepta eſt, ſecundum quod n
aliqui Doctores, quod parum in
ad præſentem cum hæreticis qua
nem.

Tertia obiectio fundatur in qu
decreto Zachariæ Papæ, vetantis,
Synodus Romana iuſſerat, crema
bros Adalberti inſani hæretici.

Verum non eſt idonea; nam Za
rias Papa in ea epiſtola, quæ hal
138. inter epiſtolas S. Bonifacij
prohibitione nequaquam conſulu
columitati librorum hęreticorum,
iuſtè non poſſint prohiberi, & cre
ſed tantùm voluit vnum præfati A
berti, & eius ſectatorum, librorum
plar ſeruari in ſcrinijs Romanæ E
ſiæ; cum enim is à pleriſque habe
vt Sanctus, intererat Eccleſiæ eiu
bros impietatibus craſſiſſimis, &
tiſſimis refertos non prorſus perdi,
quando res ferret, ex operibus pr
retur iniquitas authoris.

Quarta obiectio contra libroru
reticorum prohibitionẽ eſt, quia in
multa continentur bona, & vtilia.

Reſpo

Reſpondetur primò: ſi ſermo ſit de is quorundam nonniſi materialiter eticorum, hoc eſt, quorumdam rum, quos ante definitam ab Eccle- veritatem aliquam, contigit ali- veritati Catholicæ contraria doce- quales fuere Irenæus, qui materia- impegit in Millenariorum aſſer- em; Cyprianus, qui hæreticorum baptiſmum defendit, Caſſianus, & ſtus Rhegienſis, alijque plures; cer- eſt in illis multa eſſe bona, & vti- fructuoſèque poſſe legi; quamuis tio, ne quis impingat, adhibita iam ſit à Gelaſio Pontifice, cap. *San- Romana* diſtinct. 15. imo idem di- dum de alijs libris ab authoribus materialiter tantum, ſed etiam for- iter hæreticis conſcriptis; quales libri priſcorum hæreticorum, quo- hæreſes cum prorſus exoleuerint, videtur impendere ab illis pericu- vllum, ſed potius fructus ſperari eſt non tenuis, quatenus inter do- dum, quæ Eccleſiæ ſcitis non con- iunt, alia plura tradunt, quibus ve- es Catholicæ ex priſco Eccleſiæ firmari, ac ſtabiliri poſſunt. Huiuſ- li ſunt, vt alios omittam, Tertullia- bri *de pudicitia, de ieiunio, de fuga erſecutione, de monogamia, & exhor- ne caſtitatis*, quos aduerſus Eccle- ſcripſit; & in quibus tamen quam ta ad Chriſtianos vſus, & dogmata, ra Sectarios, peropportuna ſuppe- ; vnde non immeritò ab Eccleſia antur; ſecus autem libri moder- m hæreticorum, ex quibus talis tas haberi non poteſt, ſed multa us mala, ſi legantur, oriri; ſique a continent bona, non ſunt talia, ſiue loquentiam, ſiue materiam deres, non habeantur melius in olicorum libris, vt latè oſtendit onſus Caſtrenſis lib. 2. de iuſta tic. punit. c. 16. Quare ſcitè Hie- mus ad Furiam ſcribit: *Poſt Scri- s, doctorum hominum tractatus le- rum duntaxat, quorum fides nota Non neceſſe habes, aurum in luto* *querere*. Et vt aliquid ignorandum eſ- ſet abſque huiuſmodi libris, præſtaret (quod Diuus Auguſtinus ſerm. 31. de verb. Apoſt. dixit de hæreſibus) illud ignorare, quod ſit iſta ignorantia tu- tior.

Reſpondetur ſecundò: ſi ſermo ſit de libris hæreticorum, vbi non mate- riæ fidei, ſed aliæ indifferentes tractan- tur, nonnulla quidem eſſe in illis bo- na, ideoque ab Eccleſia tolerantur, ve- rum, cum adhuc non ſint talia, quin pro maiori parte meliora, & melius a Catholicis ſcribantur, vt ſatis patet ex auiditate, qua hæretici eorum libros typis mandant, quæ intus, & apud nos habemus, foris non ſunt exquirenda. Tantum de pœna prohibitionis, & exuſtionis librorum hæreticorum; de qua præter Theologos 22. quæſt. 11. tractant ex profeſſo Alphonſus Caſtrē- ſis lib. 2. de iuſta hæreticorum punitio- ne; quique de inquiſitione, ſeu de tri- bunali violatæ fidei ſcripſere; Ricciul- lus lib. 5. de iure perſon. extra Eccleſ. cap. 21. Gabriel Putherbæus de tollen- dis malis libris, lib. 3. Baptiſta Cardo- na lib. de expungendis hæreticorum authorum nominibus. Quæ enim ha- bet quo ad libros argumenti non re- probi, multo magis valent quo ad hæ- reticorum libros contra fidem abolen- dos. Iacobus Gethſerus lib. de iure pro- hibendi libros hæreticos.

Tertia concluſio, licitè, & iuſtè poſ- ſunt hæretici, ob ſolam hæreſim, in qua pertinaces ſunt, pœna capitis pu- niri. Iſta concluſio eſt certiſſima, per- tinenſque ad fidem, definita in Conci- lio Conſtantienſi ſeſſ. 15. vbi contra- rium errorem Ioannis Huſs damnauit; & in Bulla damnationis articulorum Lutheri per Leonem X.

Præcipua Scripturæ loca, vnde de- ſumitur, ſunt ſequentia, in veteri teſta- mento, Exodi 32. v. 27. vbi Moyſes iuſſit occidi multa millia Iſraelitarum, eo quod adoraſſent idolum vituli. Le- uitici 20. verſ. 2. *Si quis dederit de ſe- mine ſuo Moloch morte moriatur.* Et cap.

24. verſ. 16. *Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur*. Numer. 25. verſ. 5. *Occidat vnuſquiſque proximos ſuos, qui initiati ſunt Beelphegor*. Deuteron. 13. verſ. 6. *Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, vt ſeruias Dÿs alienis, ſtatim interficies eum.* Et cap. 17. verſ. 12. *Qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, & decreto iudicis, moriatur homo ille*. Lib. 3. Regum cap. 18. vbi Dei zelo Elias 450. pſeudoprophetas occidi iubet. Lib. 4. cap. 10. vbi Iehu omnes Sacerdotes Baal callidè conuocatos occidit; & cap. 23. Ioſias deleuit Aruſpices, quos poſuerant Reges Iuda ad ſacrificandum &c. Denique lib. 1. Machab. cap. 2. vbi Mathathias trucidauit quemdam Iudæum ſacrificantem idolis. Si enim in veteri Teſtamento non ſolum vſitata fuit, ſed etiam à Deo præcepta hæc pœna capitis in idololatras, & apoſtatas à fide; non minus iuſtè in nouo Teſtamento ſtatui poteſt in hæreticos, quatenus communis concordiæ Chriſtianæ turbatores ſunt: tantoque culpabilius à recta fide recedũt, quanto nunc fidei veritas eſt vndequaque illuſtrior. Qua conſequentia vſus eſt S. Cyprianus mox citandus.

Teſtimonia autem noui Teſtamenti ſunt illa, quibus non alio loco habentur hęretici, quam Lupi rapaces, & fures, & latrones: Matth. 7. verſ. 15. Ioannis 10. verſ. 8. & Act. 20. verſ. 29. *Ego ſcio*, inquit Paulus, *quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi*. qui propterea iuſtè, & licitè interfici poſſunt, nè noceant.

Id ipſum docuere Sancti, ac veteres Patres; Cyprianus lib. de exhortat. ad Martyrium cap. 5. vbi commemoratis præfatis ex veteri Teſtamento præceptis, mox ſubdit: *Si ante Aduentum Chriſti circa Deum colendum, & idola ſpernenda, hæc præcepta ſeruata ſunt: quantò magis poſt aduentum Chriſti ſunt ſeruanda, quando ille veniens non verbis tantum nos hortatus ſit, ſed & factis.* Hieronymus in illud ad Galat. 5. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit; vbi non modo aſſerit hæ
cos morte mulctandos eſſe, verum
accommodatiſſimis exemplis co
mat. Et omnium fuſiſſimè Auguſ
epiſt. 48. ad Vincentium; 50. ad B
facium; 146. ad Donatiſtas; lib. 2.
tra duas epiſtolas Gaudentij cap.
26 tract. 9. in Ioannem; lib. 1. c
literas Parmeniani cap. 7. & lib.
contra literas Petiliani cap. 83. v
inſtituto probat, Magiſtratum aut
tatem habere animaduertendi g
in hęreticos; iuxta illud Apoſto
Roman. 13. *Non enim ſine cauſa*
dium portat. Cumque aliquando
ſiſſet non eſſe vllam vim hæretici
ferendam, vt patet lib. 1. contra
tem Donati, illud retractauit lib.
tractat. cap. 5. docens vtiliſſimum
vt ipſi pœnis temporalibus, & c
ralibus afficiantur; ſunt enim in E
ſia, ſicut Agar in domo Abrahæ: vt
illa afflixit Saram, ita illi Eccleſi
& vt in Agar fuit animaduerſum,
& in hæreticos eſt animaduerten
Item Dioſcorus Epiſcopus Alexa
nus in Concilio Chalcedonenſi
Si Eutyches, inquit, *præter dogma*
ſiæ ſapit, non ſolum pœna dignus e
& igne. Idem aſſerit S. Leo epiſt
vel 93. ad Turibium; nec non
Bernardus homil. 66. in Cantica;
Thomas 22. q. 11.

Præter authoritatem Patrum,
mus leges Chriſtianorum Princi
& Imperatorum, quibus pœnam
hæreticis decreuerunt, aliaſque
corporales; ob quas tanquam r
ſiſſimi ſemper habiti, & comm
præ cæteris fuerunt. Vndè Op
Mileuitanus merito reprehẽdit
tum hæreticum, quod diceret, nih
Imperatori commune cum Eccle
enim (vt ipſe luculenter oſtendit
gum, & Principum, Eccleſiam ab
corum damnis, & incurſionibus li
eamque ab erroribus, ne latius ſer
temporalibus pœnis appoſitis præſeru
Sic igitur, præter ſuperius citato
tio notando, Childebertus Galli
Eu

tychianos, in Ciuitate Auguſtodu-
nſi exortos, & ſuæ peſtiferę doctri-
venenum diſſeminare incipientes,
inſtantiam Sanctorum Audoenij, &
gidij, ex toto Galliæ Regno exulare
egit; quod idem fecere contra ſuorũ
nporum hæreticos Carolus Magnus,
douicus; nec non his vltimis, Fran-
cus I. Henricus II. Carolus IX. &
nricus III. Galliæ Reges Chriſtia-
imi, vt teſtatur Andreas Duuallius
ct. de fide quæſt. 7. art. 3. Quod
m de Regibus Hiſpaniæ Catholicis
que exploratiſſimum eſt. Hos au-
n omnes ſugillare, aut reprehende-
tanquam iniuſtos, ob editas in hæ-
cos leges coactiuas, etiam vſque ad
mum ſupplicium, nullus niſi perfri-
æ frontis audebit.

t ne vllum deſit huic veritati teſti-
nium, ipſi hæretici docent, hæreti-
iure optimo puniri. nam Caluinus
quam Seruetum extremo ſuppli-
tanquam hæreticum affici curaſſet,
pud nonnullos ob id male audiret,
llum edidit, in quo probat, licitum
gladio in hęreticos animaduertere.
n prolixius oſtendit Beſa libro de
eticis à Magiſtratu puniendis. Et
edictus Aretius in hiſtoria de Sup-
io Valentini Gentilis, eundem
tilem ob hæreſim iure occiſum a
nenſi Magiſtratu demonſtrat.

ltimo probatur ratione; quia ad
mune cuiuſque Reipublicæ bo-
ſpectat, vt flagitioſi, qui cœteris
itioſi ſunt, de medio tollantur, ſi-
ex corpore abſcinduntur membra
ida, ne totum pereat; ſed hæretici
a hæreſi pertinaces, maximè ſuo
exemplo, vel conſilio, & cohorta-
alijs nocent, cum totis viribus re-
nem corrumpant, in qua eſt ſalus
æ: non eſſet ergo rectè inſtituta
eſia, niſi implorato brachij ſecula-
uxilio poſſent hæretici corporis
is affici, ipſaquemet morte, vbi re-
, aut pertinaces inueniuntur.

onfirmatur hæc ratio; nam ſi lex
eſt, qua furta, homicidia, adulte-
ria, & ſimilia delicta Reipublicæ noci-
ua morte puniuntur, quidni æquiſſima
erit illa, qua idem in hæreticos decer-
nitur; vt rectè docet Auguſtinus loco
ſuperius citato ex lib. 2. contra duas
epiſtolas Gaudentij Donatiſtæ. Quod
adeò verum eſt, luminique naturali cõ-
forme, vt ab omnibus fere gentibus
vſurpatum fuerit, vt qui religionem,
quam veram putabant, violarent, acer-
biſſimis ſupplicijs mulctarent; quem-
admodum videre eſt apud Platonem
lib. 10. de legibus.

Huic autem rationi, eiuſque confir-
mationi non obſtat, quod nonnulli re-
ſpondere ſolent, furta, homicidia, adul-
teria, & ſimilia flagitia nocere Reipu-
blicæ, ideoque iuſtè puniri, legibus Re-
gum, & Imperatorum, at hæreſim ni-
hil quicquam contra politiam, & Rem-
publicam moliri, ſed tantùm Deum
ipſum iniuria afficere, qui eos ſi non in
hoc ſæculo, in altero tamen iuſtè, & ſe-
uerè admodum puniet. Talis, inquam
reſponſio non obſtat; etſi enim hære-
tici primo quidem, ac per ſe turbent
pacem Eccleſiæ, quæ conſiſtit in vni-
tate fidei. Epheſ. 4. verſ. 5. *Vnus Do-
minus, vna fides, vnum Baptiſma*, ideo-
que potiſſimum à ſuperiore Eccleſiaſti-
co pænis ſpiritualibus afficiantur; con-
ſequenter tamen pacem politicam gra-
uiſſimè lædunt, proptereaque puniri
debent à Magiſtratu Politico pæna
corporali. Vbi enim eſt publica ani-
morum diſſenſio, præſertim in materia
religionis, quam introducunt hæretici,
ibi pacem publicam eſſe non poſſe, te-
ſtatur Chriſtus Dominus, cum ait:
Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur.
Teſtantur exempla hæreticorum. Quas
enim turbas toto Oriente non excita-
runt Ariani? Quas in Gręcia Macedo-
niani? Quas in Africa Donatiſtę, &
Circumcelliones? de quibus Auguſti-
nus epiſt. 68. ad Ianuarium Donati-
ſtam. Quas in Imperio Romano Ico-
nomachi, & Albigenſes? Huſſitæ in
Bohemia? & his nouiſſimis tempori-
bus, Caluiniſtæ omnium teterrimi in

Anglia, Gallia, Belgio, Polonia ? Lutherani in Germania? ſique peiora non fecerunt, nec in dies faciunt, eſt, quia non poſſunt.

Cum ergo iam Eccleſia ſit in Republica, & viciſſim Reſpublica in Eccleſia, impoſſibile eſt, crimen aliquod nocere Eccleſiæ, quod etiam pariter Reipublicæ, eiuſque paci, & tranquillitati non obſit; ſi enim à nobis diſcrepant in Sacramentis, eorumque adminiſtratione; ſi Templa, & Monaſteria euertunt; ſi altaria, & imagines deſtruunt; ſi Epiſcopis, & Clero illudunt; ſi ritus, & ceremonias contemnunt; ſi ſacrificia, ieiunia, & dies feſtos execrantur; quomodo in rebus politicis concordiã, & pacem nobiſcum ſeruare poſſunt. Vnde etiam, cum Reges, atque Imperatores, non minus Chriſtiana religione, quam ſceptro, & imperio glorientur, eorum eſt ſuis legibus, illam ab hæreſibus protegere, & expurgare, vt locis citatis latè probat Auguſtinus: *Cum in anguſtijs*, inquit, *affligitur Eccleſia, quiſquis exiſtimat, omnia potius ſuſtinenda, quam Dei auxilium, vt per Imperatores feratur, eſſe poſcendum, parum attendit, non vnam de hac negligentia reddi poſſe rationem*. Et paulo poſt de Maximo Epiſcopo, *Auxilium petit ab Imperatore Chriſtiano, non tam ſui vlciſcendi, quàm tuendæ Eccleſiæ ſibi debitæ: quod ſi prætermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia meritò culpanda*. Nunc ſatisfaciamus obiectionibus.

Primò obijciunt illud Iſaiæ 11. v. 9. Non occident in vniuerſo monte Sancto meo, id eſt in Eccleſia. Reſpondetur ibi Prophetam ſolum prædicare doctrinam Euangelij non eſſe propagandam cęde, & more Turcico, non autem quod in Eccleſia, non quidem ex feritate, & barbarie, ſed ex zelo fidei, & iuſtitiæ Chriſtianæ, non poſſint coerceri, & ſi opus ſit interfici hæretici vtriuſque pacis Eccleſiaſticæ, & politicæ perturbatores. Alioqui etiam obſtaret, quominus poſſint coerceri, & interfici homicidæ, fures, adulteri, & ſimiles, qui iuſtitiam, & tranquillitatem Reipublicæ dumtaxat perturbant.

Secundò obijciunt parabolam zizaniorum Matth. 13. verſ. 29. vbi ſeruis quęrentibus à Patre familias, an deberent colligere zizania ex medio tritici, reſpondit: Non, ne forte colligẽtes zizania, eradicetis ſimul, & triticũ &c. ſed per zizania intelliguntur hæretici, per triticum Catholici; vult ergo Chriſtus per hanc parabolam ſignificare, hæreticos non eſſe eradicandos, ſed ſimul cum Catholicis in eodem agro, id eſt in eadem Eccleſia relinquendos vſque ad diem iudicij.

Reſpondetur primò, quod per zizania, non ſoli hæretici, ſed omnes mali intelligantur; ſicut per triticum, vel bonum ſemen, intelliguntur omnes boni, vt explicat Chriſtus cum ait: Bonũ ſemen ſunt filij Regni; zizania autem filij nequam; certum eſt enim non ſolos hæreticos, ſed omnes malos filios eſſe nequam. Quare hæc duo valde diſtinguntur. 1. non licet nobis in hac vita eradicare zizania. 2. non licet nobis in hac vita occidere hęreticos, fures, homicidas adulteros. Iſtud enim licet; illud autem non licet, intenditque ſolum Chriſtus. Ratio eſt, quia Reges, & Principes acceperunt à Deo ius gladij, vt puniant malefactores, quos conſtat tales eſſe, Roman. 13. Hoc autem poteſt illis conſtare. At nemo accepit à Deo ius, ſeu poteſtatem excludendi eos ab aliorum cætu, qui morituri ſunt in ſtatu peccati, indeque mittendi in caminum ignis; nemini enim conſtat, quinam ſint illi. Quapropter cum eradicare zizania, nihil aliud ſit hoc loco, quam iudicare vniuerſaliter, qui ſint mali, & damnandi, & ex tali iudicio eos à cætu bonorum excludere, & ſeparare; hoc eſt, quod prohibet Chriſtus, ne erremus. Sicut etiam Apoſtolus 1. Corinth. 4. verſ. 5. *Nolite ante tempus iudicare, quo ad vſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſi-*

conſilia cordium. Non autem. quod hæretici iuſtè puniri non poſſint.

Reſpondetur ſecundò, etiam gratis admiſſo, quod per zizania intelligantur hæretici, minimè ſignificari, eos, vbi expedit, morte puniri non debere, ſed tantum iuſtè nõnunquam tolerari poſſe, vt nunc in Gallia, & Germania tolerantur, ſinendo eos creſcere vſque ad meſſem, id eſt, relinquendo eos eſſe vſque ad obitum ſuum: quo tempore à Deo, & Angelis eius demetentur; Quando nempe abſque euidenti Catholicorum diſpendio deleri nequeunt, ita vt ſi princeps eos exterminare vellet, bellis, & tumultibus omnia replerentur, atque ita ſimul eradicaretur & triticum.

Tertiò objicitur, Scripturam pluribus in locis, Matth. 18. 2. ad Timoth. 3. ad Titum 3. præcipere quidem vitari eos, qui Eccleſiam audire nolunt, aut poſt vnam, & alteram correptionem non reſipiſcunt, non autem interfici.

Reſpondetur, locis citatis non iuberi quidem hæreticos occidi; non tamen prohibetur, dum dicuntur vitandi, non enim dicuntur ſolum vitandi; ſed illud, poſt declaratam ab Eccleſiæ ipſorum in hæreſi pertinaciam, poteſtati Principum, & Magiſtratuum relinquitur. Sicut licet nullibi in nouo Teſtamento præcipiatur maleficos homines occidere; non tamen propterea ſequitur, eos iuſtè non poſſe à Magiſtratibus morti adiudicari. Ideo autem prefatis locis notanter dicitur; deuitandos, non verò occidendos eſſe heréticos; quia in illis non habetur ſermo ad Principes politicos, qui gladio corporali, ſed ad Eccleſiam, eiuſque Prelatos, qui gladio ſpirituali, id eſt, excommunicatione, alijſque pœnis illis annexis, debebant vti.

Quarto objicitur, quod Lucæ 9. v. 54. Chriſtus reprehendit Apoſtolos, qui volebant Samaritanos igne conſumi, eo quod non reciperent Chriſtum: *Domine, vis dicimus*, inquit Sacer Textus, *vt ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos? Et conuerſus increpauit eos dicens: neſcitis cuius ſpiritus eſtis, filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare*; quaſi inſinuans Spiritum Euangelicum non conſiſtere in ſeueritate, ſed in manſuetudine.

Reſpondetur, Chriſtum ibi non loqui vniuerſaliter de Spiritu Euangelico, quaſi ille excludat omnem ſeueritatem, ſed loquitur ſpeciatim de eo ſpiritu, vel ratione, quam ipſe ſeruari volebat, cum primum alicui Genti proponitur Euangelium; id nimirum fieri non debere vi, aut per externam violentiam; ſicut Tyranni ſolent occupare noua regna, ſed per manſuetudinem, doctrinam, & miracula, vt communiter docent Theologi. Inde enim non ſequitur, quod Euangelium, poſtquam ſemel promulgatum, & acceptatum eſt, non poſſit, aut debeat ſpiritu ſeueritatis defendi, & conſeruari: ſuauiſque ratio, & manſuetudo, quam oportet Chriſti Eccleſiam tenere, ſatis ſeruatur erga hæreticos, cum nonniſi prius ſufficienter admoniti, atque adeo pertinaces, vel relapſi, extremo ſupplicio afficiantur. Et vbi Chriſtus Dominus Ioãnis 18. iubet Petrum, *mittere gladium in vaginam*, nihil contra hoc docet, ſed tantummodo prohibet ſtudium inordinatum vindictę, id eſt, priuata authoritate.

Quintò objicitur vſus primitiuæ Eccleſiæ, in qua non puniebantur hæretici pæna corporali.

Reſpondetur, talem tunc vſum fuiſſe, non quod Eccleſia non poſſet abſolutè id facere, vel iudicaret non expedire propter mala, quæ facilè tunc ea ratione orta fuiſſent; ſed quia tunc non permittebat rerum Eccleſiæ ſtatus: vnde vt tertio notando iam obſeruauimus, pro diuerſitate earum, nec non temporum, diuerſa quoque fuit in Eccleſia ratio puniendi hæreticos.

Sextò objicitur, quod Ithacius, & alij Epiſcopi, qui apud Maximum Imperatorem effecerant, vt Priſcillianus hæreſiar-

ſiarcha interficeretur, grauiter à reliquis Eccleſiæ Patribus reprehenſi fuerint; imo ab eorum communione, tanquam irregularium, & excommunicatorum abhorruerint.

Reſpondetur, in hac occiſione Priſcilliani, Catholicos fuiſſe inter ſe cõmunicatione diuiſos; alij enim ſtabant à partibus Ithacij, qui Priſcillianum, tanquam maleficum, & nefarium hæreticum, cum Encrocia matrona Burdigalenſi, errorum eius conſorte, à Maximo Tyranno occidi, præ cæteris alijs Epiſcopis curauerat; alij verò ipſum, cæteroſque Epiſcopos eius rei conſcios auerſabantur, quod ſanguini ſe immiſcuiſſent, & manſuetudinem Chriſti nõ eſſent imitati. Cum enim in hoc damnari potuerit, & excuſari Ithacius, excuſari quidem, ſi tantum implorauerit auxilium Maximi, qui ſe pro Imperatore tunc gerebat, aduerſus Priſcillianum, vt eum comprimeret, & zelo iuſtitię, non autem vindictæ, ſed id facere eſſet proteſtatus, nempe ſe citra ſanguinem, eius punitionem poſtulare; damnari autem, ſi non præmiſerit vllã proteſtationem, & ad occiſionem ipſius Priſcilliani poſitiuè, & formaliter Maximum induxerit. Hinc factum, quod ſuos habuerit defenſores, nempe illos, qui exiſtimauerunt, eum primo ſe geſſiſſe modo, contrarios verò, & æmulos, qui ſecundo; non autem, quod crederent illicitam eſſe hæreticorum punitionem, ſiue Epiſcopos iuſtè non poſſe hæreticos pertinaces, & à ſe excommunicatos, tradere Principi ſæculari, vt ab eo interficiantur.

Septimò obijcitur, hæreticos non eſſe membra Eccleſię, atque adeo non poſſe ab ea puniri, dicente Apoſtolo 1. Corint. 5. *Quid mihi de his, qui foris ſunt.*

Reſpondetur, hæreticos non eſſe quidem membra Eccleſię, defectu fidei, vt diximus tom. 3. lib. 3. cap. 5. ſunt tamen illi propter characterem, & profeſſionem Baptiſmi verè ſubiecti, atque adeo punitioni eius obnoxij. Etſi enim character in Baptiſmo ſemel impreſſus, non ſit nota, vel ſignum vnionis pręſentis, & actualis hęreticorum cum Chriſto, eſt tamen pręteritæ, cognoſcunturque ex illo eſſe militiæ Chriſti deſertores, quos proinde Eccleſia, tanquam tales, ſi non reſipiſcant, iuſtè punire poteſt. Quemadmodum animaduertit Imperator in militem transfugam, & paſtor in ouem errantẽ, quamuis non amplius in caſtris, aut caulis contineantur. Vnde ad authoritatem Apoſtoli, dicitur eum fuiſſe locutum, de ijs qui ſunt omnino foris, id eſt, qui nunquam ad Eccleſiam pertinuerunt, aut ei ſe ſubiecerunt. Quos propterea rectè Auguſtinus epiſt. 50. ad Bonifacium ait, ſignificari per illos, qui ſimiliter abſque vlla vi à famulis patrisfamilias vocati ſunt ad nuptias; hæreticos autem eſſe illos alios, qui iuſſi ſunt per vim adduci, & compelli intrare, quia cum antea intus eſſent, fecerunt ſibi vias, & ſepes, hoc eſt, ſuas opiniones prauas ſecuti ſunt, aberrantes à recta fidei via, quæ vnica eſt, & ſimplex.

Octauò, & vltimo obijcitur, aſſenſum fidei eſſe liberum, atque adeo neminem ad eum eſſe cogendum.

Reſpondetur credere, ſeu aſſentiri Deo reuelanti, eſſe actum omnino liberum, & in hominis poteſtate, vna cum auxilio diuino, ſitum: vndè ſi non credat, in culpa eſt, non minus quam adulter, aut homicida, qui liberè ab adulterio, & homicidio abſtinere potuerunt; ideoque tantùm abeſt, vt ex libertate credendi, inferri poſſit hæreticos non eſſe puniendos: quin potius ex ea ius eos legitimè puniendi maximè conſequitur, vt præclarè docet Diuus Auguſtinus, huic eidem Donatiſtarum obiectioni reſpondens epiſt. 50. ad Bonifacium: *Cur*, inquit, *cum datum ſit homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, & ſacrilegia permittantur? An leuius eſt, fidem non ſeruare animam Deo, quam fœminam viro?* Et lib. 3. contra Creſconium Grammat.

cap. 51.

. 51. *Fruſtra dicis, relinquas libero itrio. Cur enim non in homicidijs, & ſtrupris, & in quibuſcunque alijs fa- ribus, & flagitijs libero te arbitrio di- endum eſſe proclamas? Quę tamen ia iuſtis legibus comprimi vtiliſſimũ, ſaluberrimum eſt.* Et ſubdit: *Dedit lem Deus homini liberam voluntatem: nec bonam infructuoſam, nec malam uit eſſe impunitam.*

Si dicatur, actum credendi metu ortum non eſſe liberum, ſed coactũ. Reſpondetur, actum internum fidei quam poſſe eſſe coactum, alias co- etur voluntas in ſuis actibus inter- : quippe cum ab ea, propter piam m affectionem erga primam verita- , actus credendi pendeat, vt docent nes Theologi: quare Legislatores, Magiſtratus, cum hæreticos pu- nt, non intendunt, vel ſaltem ſuas nas eo non referunt, vt interius cre- t, ſed vt à dogmatizationibus con- fidem, ſeu actibus externis hæreſeos tineant, & exterius fidem veram, & tholicam profiteantur, ad conſer- dam pacem, & vnitatem in Repu- a, quæ difficile ſeruari poteſt, vbi t contraria exercitia fidei, ac reli- nis. Quæ etiam profeſſio exterior, one pænarum, quas vult hæreticus dere, eſt ſimpliciter voluntaria, & m inuoluntaria ſecundum quid: eo lo, quo in mercatore, ſuborta tem- tate, proiectio mercium in mare: & muis actus interior ab exteriori, in etico, quando cogitur, omnino di- pet, quippe cum tunc fidem ipſam è profiteatur; tamen poſtea verſan- cum Catholicis, eademque exerci- cum illis externe ſeruando, profeſ- lla ficta, vera, & ſincera plerumque dit, vt obſeruauit Diuus Auguſtinus s citatis: & quamuis talis nunquam ſura eſſet, nihilominus propter bo- n publicum, & vt alij propter eius itionem, ab hæreſi caueant, iuſta per eſſet illa punitio. Ex quibus nibus pluſquam ſatis manet firmũ, mque, hæreticos poſſe à Principibus, & Magiſtratibus corporaliter puniri, & Eccleſiam non iniuſtè agere, quando attenta eorum pertinacia, vel relapſu, eos tradit brachio ſæculari; ſique de hac re conquerantur aduerſarij audiant Auguſtinum tract. 9. in Ioannem, vbi agens de ipſis hæreticis ait: *Videte qualia faciunt, & qualia patiuntur, occidunt animas, & affliguntur in corpore, ſempiternas mortes faciunt, & temporales ſe perpeti conqueruntur.*

CAPVT XXV.

Probatur aduerſus Lutherum, & ſequaces, non omnem timorem, quomodocumque ſeruilem eſſe ſemper malum.

PRo intelligentia præſentis controuerſiæ, quam Theologi tractant 22. quæſt. 19. vbi agit Diuus Thomas de dono timoris, quod eſt annexum ſpei, cum ad eamdem virtutem pertineat boni proſecutio, & fuga mali cõtrarij, notandum eſt primò, tribus modis vſurpari poſſe nomen Timoris. *Primò*, pro fuga quadam mali futuri ſenſu apprehenſi; & ſic eſt paſsio quædam appetitus ſenſitiui iraſcibilis. *Secundò*, pro fuga cuiuſcumque mali futuri apprehenſi ab intellectu; & ſic eſt actus quidam voluntatis, reſpondens quodam modo paſsioni timoris, quæ eſt in appetitu ſenſitiuo iraſcibili. *Tertiò*, pro fuga, vel voluntatis, ſiue appetitus rationalis, vel appetitus ſenſitiui iraſcibilis, quæ habeat peculiarem reſpectum ad Deum. Et de tali timore agitur in præſenti. Quia autem, vt Theologi docent, quatuor modis accidere poteſt, vt timor aliquis peculiarẽ habeat reſpectum ad Deum. *Primò*, tanquam ad authorem eius mali, quod mens auerſatur, & refugit, tanquam poſsibiliter futurum. Vt ſi quis timeat pœnas à Deo ſtatutas impijs. *Secundò*, tanquam ad prohibentem mandato ſuo id malum, quod timetur. Vt ſi quis timeat malum culpæ, vt eſt offenſa

Dei

Dei illud vetantis. *Tertiò*, tanquam ad finem, ſeu terminum, ad quem homo timore alicuius mali impulſus conuertatur, vt id malum vitet. Vt ſi quis timens inferni pænas conuertatur ad Deum per ſalutarem pænitentiam. *Quartò*, tanquam ad finem, ſeu terminum, à quo homo auertatur timore impulſus alicuius mali, vt illud vitet. Vt ſi quis timens mortem à Tyranno propoſitam, auertatur à Deo per idololatriæ peccatum, vt mortem effugiat. Quia, inquam, timor, de quo hic agimus, habens ſcilicet aliqualem reſpectum ad Deum, tot modis contingere poteſt; inde fit, quod nomen Timoris ſic acceptum, minimè ſit nomen vniuocum, competens ſcilicet timoribus pluribus habentibus vnam, & eamdem rationem, ſecundum quod reſpiciunt Deum; ſed eſt nomen analogum conueniens pluribus illis timoribus, ſecundum quamdam proportionalitatē, quæ poteſt cerni in diuerſis illis rationibus illorum timorum, iuxta diuerſos eorum ad Deum reſpectus, modo ſtatim dicto. Vnde, cum quæritur, quænā ſit ratio huiuſmodi Timoris Theologici, ſatis eſt reſpondere, eam conſiſtere in hoc, quod timor habeat reſpectum ad Deum, modo aliquo ex præfatis. Cumque talis ratio non ſit vniuoca, ſed analoga, non eſt aliter explicanda, quam deſcendendo per diuiſionem, ad diuerſas quaſi ſpecies, aut partes huius Timoris, quibus illa ratio analogica conuenit.

Quare ſciendum eſt ſecundò, Timorem à Theologis poſt Diuūm Thomā loco citato quadripartito diuidi, in mundanum, ſeruilem, initialem, & filialem; quibus addi poteſt reuerentialis. Timor mundanus eſt motio voluntatis, malum temporale fugientis, mediante peccato, ſeu offenſa Dei. Nam hoc mundano timore perculſa voluntas reſoluta eſt offendere Deum, ad auertendum temporale malum. Timor ſeruilis eſt motio voluntatis fugientis peccatum, vt pœnę cauſatiuum; ſiue

eſt fuga peccati, vt pœnæ cauſati
vt offenſæ Dei. Timor ſeruilis
ſeruilitate eſt fuga peccati, vt
cauſatiui, cum affectu illius co
tendi, ſi pœna abeſſet. Quam
Timoris ſeruilitas eſt æſtimatio
peccati, præ culpa, & reſolutio
perpetrandi, ſi abeſſet pæna.
ſeruilis abſque ſeruilitate, eſt fug
cati, vt pęnę cauſatiui, ſine affectu
committendi, ſi hæc abeſſet.
initialis eſt fuga peccati vt mali
ſecundariò vt cauſatiui pænę,
initialis, quia competit incipie
ambulare viam mandatorum Dei
partim ducuntur virtutis amore
tim formidine pœnę; & quia I.
Sapientiæ Timor Domini Pſal. 11
mor filialis ſiue caſtus eſt motio
tatis, auerſantis offenſam Dei,
tris, & per eam ab eo ſeparation
Denique Timor reuerentialis eſ
tio voluntatis, in cultu diuino i
tiam ſollicitè cauentis, ſiue agend
dum minus decentem Diuinam
ſtatem, & propriam colentis ſubm
nem. Quas timoris ſpecies ſuffic
noſtri inſtituti ratione, ſic breuit
plicuiſſe, relictis alijs pluribus,
ex Scriptura, & Patribus potera
luſtrari, nec non etiam quæ circ
inter Theologos ſalua fide diſp
tur.

Tertiò, circa hanc materiam,
vt certa, & indubitata ſupponūtu
omnes tum Catholicos, tum hęre
Primò, Timorem filialem ſemper
bonum, cum ex charitate pro
Itemque Timorem initialem; cu
differat à filiali, niſi tanquam i
fectus filialis à perfecto, vt doce
uus Thomas quęſtione citata
proptereaque ait art. 2. mediu
inter Timorem filialem perfectu
timorem ſeruilem, non quia ip
beat pro obiecto malum culpę,
lum pœnæ, vt volunt aliqui; ſed
vt docet idem S. Thomas art. 8.
ita habet pro obiecto ſolum m
culpæ, vt ſimul habeat adiunct
mor

n pœnę; ſiue eſt is, quo ita quis Dei offenſam, vt ſimul etiam ti- pœnam, & hoc quoque timore i moueatur, & adiuuetur ad bene lum. Inde enim tanquam medium am participat, & de amore filiali to, per hoc quod ſimiliter, vt il- bet pro obiecto ſolum malum, ; & de timore ſeruili, per affinita- lam cum eo, qua ſcilicet eſt cum dinariè compoſſibilis in eodem to, non autem filialis timor per- ,vt potè manans ex charitate per- de qua S. Ioannes act. 1. epiſt. c. 4. *rfecta charitas foras mittit timorem*; interpretationem Diui Auguſtini 9. in eamdem epiſtolam: *Ergo* , inquit, *non eſt in charitate*, *ſed charitate? non in inchoata. In rgo? Perfecta inquit charitas foras timorem*. *Secundò*, certum eſt ti- n mundanum ſemper eſſe malũ, ex dictis, is ſit, quo quis ita timet od huius vitę incommodum, vt ob itandum offendat Deum mortali- à quo deterruit nos Chriſtus Lu- . illis verbis: *Ne terreamini ab i occidunt corpus*, *& poſt hæc non t amplius quod faciant*. *Oſtendam vobis*, *quem timeatis*; *Eum timete*, *ſtquam occiderit*, *habet poteſtatem ndi in gehennam*. Quæ perpendens s Auguſtinus lib. de grat. & lib. cap. 18. *Hoc dixit*, inquit, *ne illo e negaremus eum*, *quo turbatus eſt s*, cum ſcilicet is Chriſtum nega- *Tertiò* demum, certum eſt timorẽ ue ſeruilem pœnæ ſemper eſſe m, quotieſcumque prouenit ex rſo amore oppoſiti boni tempo- ; tanquam vltimi finis; atq; adeo eſt de pœna, vt ſummo malo. Tũc eſt ſumme ſeruilis, ſimiliſque ti- ſeruorum, non modo ex parte cti, quatenus ſerui nimirum ſo- imere pœnam, verum etiam ex obiecti, quatenus fere ſolent ſer- quoque timere pœnam, vt illam ant velut maius malum, quam lam, & indignationem Domini;

ac proinde ſolent pænam timere ex amore ſui, quo ſe ſuamque indemnita- tem plus amant, quam dominos. Atque hoc modo docuit Diuus Thomas art. 4. ſemper eſſe malam ſeruilitatem Timo- ris, ſcilicet quæ conſideratur etiam ex parte obiecti, atque adeò malum eſſe timorem ſeruilem, vt ſeruilem forma- liter ex obiecto.

Hæc igitur tria cum ſint apud omnes certa, totum pręſentis controuerſiæ põ- dus, vel difficultas reducitur ad hoc, an omnis timor pænæ à Deo contra im- pios ſtatutæ, atque adeò omnis timor, quomodocumque ſeruilis, ſit ſemper malus. Nam Lutherus art. 6. ex dam- natis à Leone X. nec non ſermone de pænitentia ſenſit, omnem ſcilicet ti- morem, quomodocumque ſeruilem, ſemper eſſe malum, & homines, qui eo concutiuntur, coram Deo magis culpa- biles reddere, atque etiam pænitentiam ex hoc timore conceptam, malam eſſe, & Deum potius ad vindictam prouoca- re, quam ad miſericordiam inclinare. Gregorius Ariminenſis in 2. diſtinct. 26. & Adrianus quodlib. 4. quæſt. 2. etiam ſi idem planè, quod Lutherus non opi- nentur; docent tamen actiones virtu- tum, quæ ad pænam fugiendam fiunt, nunquam eſſe bonas, ſed malas: ita vt ex eorum ſententia, quamuis licitum ſit timere pęnas inferni, & propter eas à peccato abſtinere, non tamen ad eas euitandas, licet aliquam virtutis actum exerere; Oppoſitum Lutheri docent omnes Doctores Catholici, nimirum timorem ſeruilem pænarum talem poſ- ſe eſſe, vt ſit bonus, & ſalutaris; vbi nimirum procedit ex amore propriæ indemnitatis, non vt vltimi finis, ſed vt rei, quę licet actu non referatur, tamen ſuapte natura poteſt referri, & ordina- ri ad Deum, vt ad vltimum finem bo- norum omnium, ſicut docuit optimè Diuus Thomas art. 4. & 6. Atque hoc ipſum eſt, quod in eodem art. 4. aſſerit, Timorem ſeruilem, quoad ſubſtantiam quidem ſuam eſſe bonum, prout ſcilicet modo ſtatim dicto, eſt abſolutè timor

pęnæ, quam ſoleat timere ſerui, licet non ſit bonus ſecundum ſeruilitatem, quatenus nimirum refertur ad propriã indemnitatem, tanquam ad vltimum finem, aut procedit primario ex amore huiuſmodi indemnitatis.

Concluſio ſic explicata, qua aſſerimus contra Lutherum, & ſequaces, nõ omnem timorem, quomodocumque ſeruilem, eſſe ſemper malum, eſt de fide, definita in Concilio Tridentino ſeſ. 6. Can. 8. *Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores peiores facere, anathema ſit.*

Præcipua Scripturę loca, quibus hęc fidei veritas continetur, ſunt ſequentia; primùm in veteri Teſtamento, Exodi verſ. 19. *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. Et ait Moyſes ad populum: Nolite timere: vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis.* Quibus verbis clarè ſignificatur, Deum velle terrore mortis, & aliarum pænarum homines auerti à peccatis. Pſalm. 89. verſ. 11. *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram dinumerare?* Vbi Dauid tanquam rem pręclaram laudat timorem iræ diuinę, quæ ſuperat omnem timorem, vt pote Dei omnipotentis. In nouo Teſtamento Matth. 3. verſ. 7. *Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructum dignum pænitentiæ;* Et verſ. 10. *Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur.* At ſi timor venturæ irę, ignisque æterni, qui idem eſt ac timor ſeruilis, eſſet ſemper malus, & non bonus, vt explicuimus, certè Ioannes illum Phariſæis, cæteriſque peccatoribus non propoſuiſſet, aut eius propoſitione vſus fuiſſet, vt illos ad benè operandum, & abſtinendum à peccatis incitaret; multoque minus Chriſtus Dominus, eiuſdem S. Matth. cap. 10. verſ. 28. vbi ait: *Et nolite timere eos, qui occidunt*
animam autem non poſſunt occid
potius timete eum, qui poteſt & a
& corpus perdere in gehennam.

Epiſt. ad Romanos cap. 8. v
Non enim accepiſtis ſpiritum ſ
iterum in timore, ſed accepiſtis ſ
adoptionis filiorum, in quo cla
Abba (Pater). Timorem quip
uilem; de quo ipſimet aduerſari
tur, ibi ſermonem eſſe, bonum e
do explicato, clarè colligitur
verbo *accepiſtis*, tum ex partic
rum; quibus ſignificatur, eum
qui in lege veteri, & apud Iſrae
gebat, eſſe à Deo, & conſequen
num: ab alio quippe Iſraelitę r
tuerant eum accipere: non à dæ
qui tantum abeſt, vt metum g
hominibus incutiat, ſicut incute
malus eſſet, homineſque peior
deret, quin potius, quantum po
eorum mentibus euellit, ne ind
occaſionem dolendi de peccatis
giendique ad diuinam miſerico
Adde quod Apoſtolus eo loci
ad modum, quo lex vetus in M
nai data eſt, loco citato Exodi
enim Iſraelitę maximo metu di
ſtitiæ, & ſeueritatis correpti ſun
quidem metus cum non ſit p
noui Teſtamenti, in quo ex am
tius, quam ex timore eſt operan
fit, vt Apoſtolus timorem fi
(quem ſpiritum adoptionis vo
uili tantùm præferre voluerit.
ridicula eſt illatio Lutheri hoc l
uerſus nos vtentis; *Non accepiſti*
tum ſeruitutis iterum in timore
malus eſt ille ſpiritus, quaſi vere
cumque à Deo, vt authore grati
accipimus, aut in nouo Teſtame
reperiuntur, mala ſint, alias dic
eſſet mala fuiſſe ſacramenta, &
cia veteris legis.

Verbo ſcripto adſtipulatu
tùm, vnanimi Patrum conſenſu
tum; etenim expreſsè docent,
ſeruilem, vt explicuimus, eſſe b
& diſpoſitionem ad iuſtificatio

Græcis Athanaſius in vitâ S. Anto- , *Formido,* inquit, *iudicij, & pœna- m timor horridus, ſimul, & lubrica rnis incentiua diſſoluit,& ruentem ani- m quaſi ex aliqua rupe,ſuſtentat.* Ba- ius concione 8: in Pſalm. 32. *Neceſſa-*, inquit, *velut introductorius ad pie- em timor aſſumitur: Dilectio verò nceps ſuccedens à timore ſcientifico aptatos perficit.* Et clarius concione n Pſalm. 33. *Timor ſalutaris, & ti- r ſanctificationem faciens, qualis ſit exponam? Cum ad peccatum aliquod gredi voles, cogita mihi horrendum d, & non ferendum Chriſti iudicium;* deſcripto, pœniſque in illo pecca- ibus infligendis, demum ſubdit: *time, & hoc timore eruditus animam ncupiſcentia ad hæc mala velut fræno dam relide.* Gregorius Nazianzenus t. in Sancta Lumina *Neque enim,* uit, *ea nobis ratio ineunda eſt, vt à emplatione auſpicantes in timorem namus* &c. *Verum vt timoris rudi- itis imbuti, & purgati, atque, vt hoc bo vtar, extenuati, in altum fera-*

x Latinis S. Cyprianus in tract. de le Martyrij: *Nos,* inquit, *ad hunc iæ titulum metus excitet futurorum. im quibus magna promiſſa ſunt, ma- nagna ſunt, quæ metuenda ipſis vi- tur. Sęuiens locus, cui gehenna no- eſt,* &c. vt infra ſubiungit. Ambro- lib. 7. in Lucam, ad illud cap. 12. ite timere &c. *Pulchre,* inquit, *ad- animæ tantum formidabile eſſe licium, pœnam corporis non eſſe me- dam. Mors enim naturę finis, non eſt. Et ideo mortem ſupplicij corpo- eſſe defectum: pœnam verò animę erpetuam, eoque Deum ſolum eſſe endum.* Hieronymus epiſt. 127. biolam manſ. 23. *Timor virtutum s eſt: ſecuritas ad lapſum facilis. Vn- r quodam Pſalmo poſtquam Prophe- cerat: Dominus regit me, & nihil deerit, in loco paſcuæ ibi me colloca- iungit timorem, qui cuſtos eſt beati- tudinis, & infert: Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Et eſt ſen- ſus, Dum tormenta formido, ſeruaui gratiam quam acceperam.* Auguſtinus lib. de cathechizandis rudibus cap. 5. *De ipſa ſeueritate Dei, qua corda morta- lium ſaluberrimo timore quatiuntur, cha- ritas ędificanda eſt: vt ab eo, quem timet, amari ſe gaudens, eum redamare audeat, eiuſque in ſe dilectioni, etiam ſi impune poſſet, tamen diſplicere vereatur. Rariſ- ſimè quippe accidit, imò verò nunquam, vt quiſquam veniat volens fieri Chri- ſtianus, qui non ſit aliquo modo Dei timo- re perculſus.* Et tract. 9. in 1. epiſt. Ioann. *Si nullus timor, non eſt qua in- tret charitas. Sicut videmus per ſetam in- troduci linum, quando aliquid ſuitur. Seta prius intrat. Sed niſi exeat non ſuc- cedit linum. Sic timor primo occupat mē- tem, non autem ibi remanet timor* (cum ſcilicet charitas eſt perfecta, vt idem docet) *quia ideo intrauit, vt introduce- ret charitatem.* Ioannes Caſſianus col- lat. 11. cap. 8. *Eſt gradus cuiuſdam pro- fectus, vt, dum vel pænarum metu, vel prœmiorum ſpe incipimus vitia declinare, ad charitatis gradum tranſire poſſimus.* Gregorius Papa Homil. 7. in Ezechie- lem; *Redemptorem electi terribilem non videbunt, quia modo terrorem illius con- ſiderare non ceſſant. Studioſè enim con- ſiderant, quam terribilis ad iudicium ve- niat, culpas anteactas deflent, imminentes declinant. Pauorem illius quotidie ante oculos mentis ponunt: atque quotidie ti- mendo agunt, ne quando venerit, perti- meſcant.* En quam clarè Patres docent, non omnem timorem, quomodocum- que ſeruilem, eſſe ſemper malum; ſiue quod idem eſt, dari aliquem timorem ſeruilem bonum; vndè ſicubi ab illis reprobari videatur timor ſeruilis; ne eos ſibi contradicere dicamus; de illo modo, quo accipitur timor, nempe quatenus complacentiam, ſeu volunta- tem peccandi, non excludit; vel qua- tenus pęnæ illę æternæ, tanquam ſum- mum omnium malorum timentur,

Rr 2 ſunt

ſunt neceſſario explicandi.

Denique veritas noſtræ concluſionis probatur ſequentibus rationibus. Prima eſt, quia, vt docent Theologi, de bonitate, vel malitia timoris iudicare debemus ex bonitate amoris, à quo ſuam habet originem; ſed amor, ex quo oritur timor hic ſeruilis, quem aduerſus Lutherum defendimus, ſcilicet proprij boni, & incolumitatis, non vt vltimi finis, ſed vt boni cuiuſdam, quod ad Deum, vt vltimum finem ordinari poſſit, per ſe eſt bonus: Ergo etiam eſt bonus timor ex eo amore procedens, quo ſcilicet quis metuit pęnas, illi bono proprio contrarias, non vt ſummum malum, quia vt ſupponimus, qui illas metuit, eſt ſine affectu peccatum committendi, ſi illæ abeſſent; ſed vt malum quoddam meritò formidandum; ideoque, vt tale à Scriptura, & Patribus, vt vidimus propoſitum.

Si quis contra hanc rationem inſtet, ſeruilitatem ex dictis malam eſſe, eamque à timore ſeruili, cum eum denominet, ſeparari non poſſe, & conſequẽter omnem timorem quemcumque ſeruilem malum eſſe. Reſpondetur hanc inſtantiam laborare in æquiuoco nominis ſeruilitatis; Dum enim timorem, de quo hic agimus, dicimus eſſe ſeruilem, intelligimus tantùm eſſe ſeruilem ſubiectiuè, & non per talem analogiam ad timorem, qui reperitur in ſeruis, & mancipijs, quæ, vt iam notauimus ſupra, obtemperant dominis ſuis, non amore recti, ſed timore ſupplicij, & flagellorum, in quo conſiſtit vera, & propria ſeruilitas, quam vocauimus ſupra ex parte obiecti, quia timor ſeruilis, ab illa denominatus, nedum horret peccatum, vt cauſatiuum pœnæ, in quo ſiſtit timor dictus ſeruilis abſque ſeruilitate, ſed eſt inſuper cum affectu illud committendi, ſi pœna abeſſet; vnde illa timetur, velut maius malum, quam offenſa, & indignatio domini. Hæc autẽ ſeruilitas non eſt conditio aliqua ipſi ti-

mori ſeruili, vt ſic intrinſeca, & eſ-
tialis, ſed ſolùm eſt priuatio, & abſ-
affectionis erga honeſtum, propte-
ipſum amandum; quare, licet in eo
non afficitur erga honeſtum, pro-
eius pulchritudinem, aut quia Deo
cet, vel placere poteſt, quatenus
illum ordinabile, ſed ſolum, vt pe-
pœnas inferni euadat, timor in e-
talem ſeruilitatem, ſit verè malus
tamen huiuſmodi ſeruilitas omni
ri eſt eſſentialiter annexa; ſiue tim-
ipſum ſecundum ſe non vitiat. A
hoc ipſũ eſt, quod D. Tho. art. 4. d
Timorem ſeruilem, quoad ſubſta-
quidem ſuam bonum eſſe, prout ſe
modo dicto, eſt abſolutè timor po-
quam ſolent timere ſerui; licet n
bonus ſecundum ſeruilitatem, qua
dem ex obiecto etiam attendatur,
quatenus ſerui vlterius progredie
illam timent pęnam, vt maius ma
quam offenſam Domini; ad quod
ſata conſequitur priuatio. Eo ſer
do, quo informitas fidem ipſam,
uis mala ſit, non vitiat, cum fid
cundum ſuam ſubſtantiam ſit ot
extrinſeca, tantumque ipſum cre
vitiatum ſupponit, cum in eo pri
nem charitatis arguat: Et hoc eſt,
alij dicunt, timorem ſeruilem obi
bonum eſſe, ſiue ex parte operi
materialiter, quod nos diximus
ſubiectiuè; malum verò eſſe ſubie
ſiue ex parte operantis, habita r
hominis proprium commodum
indemnitatem reſpicientis, vt vl
finem; quod nos diximus obiecti
lùm, quia finis ſe habet per mo
ſpecificantis formalis in actibus
nis. Vndè ſub diuerſis reſpecti
termini non ſunt contrarij, ſed
inter ſe cohærent.

Altera ratio eſt, quia Deus no
uit infernum abſolutè, vt homin
quereret, ſed vt metu illius ipſos
cando auerteret, timor quippè eſ
nos à re aliqua deterret, quam a
rem amatam nos inducat, vt co
ani

ıalibus, quæ ab ijs,quæ obnixè di-
nt, timore pęnæ dimouentur. At
nor inferni ſecundum ſe, ſeu quo-
ıbſtantiam malus eſſet, vt vult Lu-
us; certè Deus eum hominibus nō
oneret in ſcripturis, ad eos à pec-
; deterrendos, excitandoſque ad
è operandum; non omnis igitur ti-
, quomodocumque ſeruilis,ſemper
nalus.

'ertia ratio eſt,quoniam homini na-
le eſt pęnam timere, & fugere,tan-
m aliquod malum; atqui Deus eſt
nor naturæ: ergo & illius timoris;
ıe adeò ex ſe præſcisè malus eſſe
poteſt;niſi aliundè reddatur malus;
catur timorem oriri à natura cor-
ta, hoc eſt falſum, etſi enim timor
rdinatus ab illa procedat, ſecus ta-
ı timor ſecundum ſe ſpectatus; cer-
ı eſt enim naturam in ſtatu integro,
per gratiam perfecto, pęnam tan-
m malum, & inimicam ſibi, ſemper
rere: cum ratio naturalis apertè di-
, eam eſſe timendam,& fugiendam;
ı tamen velut maius malum omni
, v.g. quam offenſam, & indignatio-
n Dei. Quemadmodum contingit
qui fugit peccatum, vt cauſatiuum
æ, cum affectu alius committendi,
ęna abeſſet.

bijcit primò Lutherus illud 1. epiſt.
ınis 4. *Timor non eſt in charitate*,
perfecta charitas foras mittit timorem.
de ſic argui poteſt; illud quod pu-
ıt cum charitate, non poteſt non
peccatum;ſed timor, vt ait Ioannes
gnat cum charitate, ſiue in ea non
, non poteſt igitur non eſſe pecca-
.

Reſpondetur primò, aliquos ibi per
ıorem intelligere diffidentiam, ſeu
xietatem animi,quam certum eſt per
aritatem fugari; cum vnus ex fructi-
s charitatis ſit gaudium, & pax, quæ
n hac animi anxietate, & diffidentia
gnant.

Reſpondetur ſecundò, alios, vt Ter-
lianum lib. de fuga ſub finē, & Am-
broſium, per eum intelligere timorem
mundanum, addi poteſt, & ſeruilis cum
ſeruilitate; quos ſatis conſtat, non poſ-
ſe cum charitate ſtare, ſi quidem nullus
poteſt ſimul eſſe amicus huius ſæculi,
aut ſui ipſius vſque ad contemptum
Dei.

Sed eſto, quod iſte locus deberet in-
telligi, de timore ſeruili, de quo agimus
in præſenti, nimirum, vt eſt timor pę-
narum, quatenus ſunt ingens quoddam
malum, & ſub hac ratione facit à pec-
cato recedere, & ad diuinam miſericor-
diam recurrere; Tertiò reſpondetur,
Diuum Ioannem nō dicere ſimpliciter
charitatem expellere timorem, ſed per-
fectam, & in gradu heroico; Qui enim
ita in charitate profecerunt, vt ſint in
amore Dei conſummati, neque ex ti-
more operantur, neque eum in ſe præ
nimio ipſo amore experiuntur; vt do-
cet Diuus Auguſtinus tract. 9. in præfa-
tam Ioannis epiſtolam, nec non lib. 83.
quæſtionum, quæſt. 36. *Signum profectus
charitatis eſt imminutio timoris, ſignum
perfectionis nullus timor.* Igitur, licet
timor ſeruilis explicatus mittatur fo-
ras à perfecta, & heroica charitate, non
tamen ob abſolutam quam habeant in-
compoſſibilitatem; ſi quidem ex Scri-
pturis, & Patribus ſupra citatis, non
ſolum peccatores ad hunc timorem ex
citantur, ſed & iuſti, quos conſtat eſſe
in charitate; ſed quia comparatus cum
filiali, eſt valde imperfectus; ideò cha-
ritate ad ſuam perfectionem creſcente,
& veniente, mirum non eſt, quod pau-
latim minuatur, atque tandem conſu-
matur: ita vt qui maximos in charitate
progreſſus fecerunt, vel non amplius
timeant, vel non amplius ex timore
operentur. Et ſic ſolùm ait D. Ioannes
perfectam charitatem, foras mittere
timorem, non quia malus eſt, ſed quia
imperfectus, & ſe habet ad inſtar ſtatus
puerilis comparatione virilis, ad quem
cum homo peruenerit, euacuat, quæ
erant paruuli, vt ait Apoſtolus, & per-
fectè, atque conſtanter operatur.

Obijci-

Obijcitur ſecundò, Timor ſeruilis ex vitioſa radice manat, nempè ex amore ſui; quia enim nos ipſos amamus, ideò pęnas timemus, & fugimus; ergo talis timor non poteſt nõ eſſe fructus malus.

Reſpondetur ad hoc argumentum, negando antecedens, quemcumque nimirum timorem ſeruilem ex vitioſa radice oriri; quem enim huc vſque explicuimus, & defendimus, manat ex amore ſui, quem conſtat eſſe homini connaturalem, & per conſequens non vitioſum, ſi nihil aliud addatur; vel ex amore concupiſcentię beatitudinis,quẽ omnes Theologi 22. quæſtione citata docent bonum eſſe, & actum virtutis Theologicæ, ſcilicet ſpei.

Obijcitur tertiò, quicumque timet pęnas à iuſtitia diuina propoſitas, non poteſt non eam ſimul execrari, & legẽ diuinam, malleque eam non eſſe,vt impunè peccare liceret; ſed hoc eſt grauiſſimum malum;ergo & timor ſeruilis, cui videtur neceſſario annexum.

Reſpondetur negando ſequelam maioris, etſi enim id competat timori ſeruili, ſeruilitatem habenti, non tamen timori ſeruili ſecundum ſe, ſcilicet eũ, qui pęnas à iuſtitia diuina conſtitutas timet, hoc ipſo execrari ordinem ipsũ iuſtitiæ diuinæ. Poteſt enim quis approbare talem ordinem, & ſimul tamen formidare,ne in ipſo quoque mandetur executioni. Sicut poteſt quis approbare leges humanas, & ſimul timere, ne fortè aliquando contra eas delinquens ſubeat pęnas per illas decretas.

Quod pro ſua ſententia obijcit Gregorius Ariminenſis, licitum quidem eſſe timere pęnas inferni, & propter eas à peccato abſtinere, non tamen ad eas euitandas, licere, aliquem virtutis actum exercere, quia ſic ordo naturæ peruerteretur; digniora ad minus digna, tanquam ad finem referendo; ſi quidem actio virtutis, vt per ſe patet, multò dignior eſt, & præſtantior fuga cuiuſcunque pænæ, etiam æternæ; hæc, inquam, obiectio nullius eſt momenti; etſi enim admittamus, primariu[m] virtutis,non debere eſſe fugam al[iquam] pęnæ, quia certum eſt, ad aliqui[d] ſtantius, vtpotè ad honeſtum, [ſeu] Deum eam ſuaptè natura referri [;] tamen non obeſt, quominus ſecũ[dario] & ex intentione agentis, ad eiu[s] fugam ordinetur, & in hoc natur[æ] minimè læditur:bonũ enim eſt h[...] pęnam æternam euadere, & in h[...] nem ſaltem ſecundario ſuas ac[tiones] dirigere: illudque ex hoc ſolo ſa[...] ſtat, quod Chriſtus Dominus ad [...] agendum, & ſeruanda mandata [...] minatione pænarum inferni, n[...] Euangelio, vt vidimus, frequen[...] citet.

Quæ circa hunc timorem à Th[...] gis diſputari ſolent,nimirum cui[us] ſit virtutis? num habitus? & ca[...] huiuſmodi, fuſius explicabuntu[r] ſequenti. Interim breuiter dico, [...] rem, quo timetur pæna, vt ingen[s] lum, & beatitudinis impeditiuu[m] actum virtutis ſpei, quia eiuſde[m] virtutis, proſequi beatitudinem, [...] gere quod illi repugnat. Timor [...] ille, quo quis ſolummodo gehen[nam] timet, quia moleſta eſt carni, & [...] nulla habita ratione beatitudinis, [...] in gehenna priuamur,non eſt actu[s vir]tutis ſpei, ſed motus naturalis,qu[o na]turaliter refugimus, ea omnia, qu[æ no]bis ſunt moleſta, proſequimur au[tem] ea, quæ grata ſunt, & commoda: [...] que talis motus eſt indifferens, p[...] que eſſe bonus, aut malus, iuxta i[nten]tionem operantis. Num timor ſi[t ha]bitus? probabiliter diſputant Theo[logi] qui tamen affirmatiuã partem te[...] volunt eum non eſſe realiter ab h[abitu] ſpei diſtinctum.

C[...]

CAPVT XXVI.

Oſtenditur aduerſus Lutherum, & Caluinum, eorumque ſequaces ſeruari poſſe præceptum diuinæ dilectionis in Decalogo contentum; diliges Dominum Deũ ex toto corde tuo.

QVem habent errorem Lutherani, & Caluiniſtæ, de impoſſibilitate ſeruandi præceptum dilectionis Dei, quia ſufficiẽter capite 16. refutatus eſt; ſufficit etiam hic illud annotaſſe; ita poſtulante doctrinæ ordine.

CAPVT XXVII.

Statuitur aduerſus Anabaptiſtas, bellum aliquod poſſe, eſſe iuſtum, ac licitum Chriſtianis.

PRo explicatione huius controuerſiæ, quam tractant Theologi cum Diuo Thoma 2.2. quæſt. 40. ibi enim agit de bello, quod eſt contrarium paci charitatis; notandum eſt primò, bellum, ſiue deriuetur à belluis, vt voluit Feſtus, quia in illo homines imitantur feroces, ac violentas beſtiarum pugnas; vel ita per antiphraſim dicatur, quia ſcilicet bellum nihil habeat *bellum*, ſed plenum ſit acerbitate, vt Seruio placet, nec non Diuo Hieronymo epiſt. 127. ad Fabiolam, manſione 33. Quidquid, inquam, ſit de hac etymologia, bellum Latinè, ſicut Græcè polemos, non tantũ ſumitur pro ipſo armorum conflictu, ſeu prælio, ſed etiam pro voluntate illa durabili, & quaſi profeſſione nocendi vi, & armis aduerſariæ parti; cuius voluntatis quaſi effectus eſt conflictus ipſe, ſeu prælium; iuxta quam ſecundam acceptionem definiri poteſt, publica armorum aſſumptio, reipublicæ tuendæ, vindicandæque gratia; tuendæ per bellum defenſiuum, vindicandæ per offenſiuum.

Vndè ſecundò notandum eſt, bellũ diuidi in defenſiuum, & offenſiuum; vtrumque ſic definiri, aut deſcribi, vtcumque poteſt; primum, quod ſit publica armorum aſſumptio, reipublicæ tuendæ gratia: ne ei iniuria ab hoſte inferatur; ſecundum autem, quod ſit publica armorum aſſumptio, reipublicæ vindicandæ gratiæ; vt iniuria ab hoſte illata vindicetur, aut reparetur. Vbi per armorum aſſumptionem, ſic dictorum ab armis, humeriſque, vnde dependent gladius, ſcutum, arcus, tela, non ſolùm intelligitur conflictus, qui mediantibus iilis fit; ſed etiam regulariter præparatio ad illum, vt cõſcriptio militum, eductio bombardarum, & coaceruatio aliarum belli munitionum.

Tertiò ſciendum eſt, vt bellum ſit iuſtum, ac licitum, tres requiri conditiones; legitimam authoritatem gerendi bellum; iuſtam cauſam, & rectam intentionem; quibus exiſtentibus, quemadmodum bellum ex natura ſua eſt licitum; ita ſi vna illarum deſit, redditur illicitum; & quidem ſi deſit prima, vel ſecunda conditio; non tantùm charitati, ſed etiam iuſtitiæ contrarium eſt, cũ onere reſtitutionis; ſi deſit ſola tertia, non eſt contrarium iuſtitiæ, ſeu caritati. Legitima authoritas indicendi bellum offenſiuum, ordinariè tantum eſt in Principe, vel Republica, non habente Superiorem in temporalibus: at in bello defenſiuo alia eſt ratio. Nam ſicut quilibet priuatus poteſt ſe defendere, & vim vi repellere, cum quiſque naturaliter debeat vitam ſuam, ſuaſque fortunas tueri: ita etiam quilibet Princeps, & Reſpublica, etiamſi agnoſcat Superiorem in tẽporalibus. Imo Theologi communiter docent Principem inferiorem poſſe in tribus caſibus indicere bellum offenſiuum. Primò quando præſumit conſenſum ſupremi Principis. Secundò, quando diuturna, & legitima præſcriptione hanc authoritatẽ obtinuit. Terriò, quando neceſſitas vrget, nec propriæ ſecuritati, aut indemnitati ſatis eſt prouiſum, niſi ſtatim vindicta exerceatur.

Iuſta cauſa indicendi bellum vniuerſim

ſim loquendo, eſt grauis iniuria, quæ Supremo Principi, vel imminet, vel iā illata eſt. Si imminet, vt impediatur per bellum defenſiuum iure defenſionis. Si illata eſt, vt vel reſarciatur per bellum offenſiuum, iure iuſtitiæ commutatiuæ; vel vindicetur iure iuſtitiæ vindicatiuæ, vt docet *D*iuus Thomas 2.2. quæſt.40. art.1. & ex illo Theologi communiter. Speciatim autem ſequentes,& ſimiles cauſæ ſolent aſſignari ex diuinis Scripturis. *Prima*, Idololatria ſubditorum; ſic Moyſes cum filijs Leui, bello aggreſſus eſt filios Iſrael, & interfecit triginta tria millia hominū eo quod aureum vitulum adoraſſent. Exod. 32. 26. *Secunda*, negatio innoxij tranſitus per alienam terram, qui iure naturali negari non poteſt; ſic Iſraelitę indixerunt bellum Arad Regi Chananæo, quod negaret illis tranſitum per ſuam prouinciam. Numer. 21. 1. *Tertia*, defenſio malefactorum, nè iuſtè puniātur; ſic filij Iſrael pugnarunt contra Beniamitas, eo quod nollent tradere quoſdam ex ſua tribu, qui nefandum flagitium commiſerant. *Quarta*, Suppetiæ inimicis latæ; ſic Dauid percuſſit viginti duo millia virorum de Syria Damaſci, quia ſuppetias tulerant Adarezer Regi Soba. lib.2. Reg.8.5. *Quinta*, publica Principis contumelia; ſic idem Dauid mouit bellum contra Hanon Regem Ammonitarum, propterea quod nuncios à Dauide miſſos affeciſſet magna contumelia, dimidiam barbæ partem, & veſtes vſque ad nates præſcindendo, lib.2, Reg.10. 4. *Sexta*, rebellio ſubditorum; ſic itidem Dauid ſuſcepit bellum contra Soba filium Bochri, qui cum quibuſdam alijs ſeparauerat ſe à Dauide, legitimo ſuo Rege. lib.2. Reg. 20. 1. *Septima*, violatum fędus; ſic Rex Ioram indixit bellum Regi Moab, qui nolebat illi ſoluere centum millia ouiū, quæ ex antiquo fœdere tenebatur ſoluere. lib.4. Reg.3. 5.

Recta intentio, quæ eſt tertia conditio ad licitum bellum requiſita, triplex eſt. *Prima*, recuperare amiſſa. *Altera*, iniuriam iuſtè vindicare. *Tertia*,
bilire pacem Reipublicæ. Si alio f
vel intentione bellum ſuſcipiatur,
catur. Vt docet D.Auguſtinus lib
contra Fauſtum cap. 74. *Nocendi*
ditas, vlciſcendi crudelitas, impaca
atque implacatus animus, feritas re
di, libido dominandi, & ſi quæ ſimi
hac ſunt, quæ in bellis iure culpantu

Quartò obſeruandum eſt, bellū
ſe eſſe iniuſtum ex vtraque parte,
delicet vna foueat cauſam iniuſta
altera indicat bellum ſine legitim
thoritate. Poteſt etiam bellum e
vtraque parte iuſtum formaliter,
materialiter. Bellum iuſtum forma
tantum, eſt bellum legitima auth
te indictum, ſine cauſa iuſta, prud
æſtimata tali. Bellum iuſtum ma
liter tantùm, eſt bellū legitima a
ritate cauſaque indictum, contra
ſcientiam erroneam, practicè di
contrarium. Bellum iuſtum for
ter, & materialiter eſt bellum leg
authoritate, cauſaque indictum,
rectam conſcientiam.

His prænotatis, Manichæi teſt
uo Auguſtino, loco ſtatim citato
ſerunt bellum aggreſſiuum, ſeu o
uum ex ſe malum; illudque inte
cauſa fuit, cur vetus teſtamentum
quam à malo principio conſcript
reiecerint, eo quod in eo bella c
bantur, & qui in his ſtrenuè ſe
rant, magnoperè commendātur, M
Ioſue, Abraham, Dauid, Machab
reliqui alij. Eamdem hæreſim a
xus eſt Viclefus, vt refert Th
Vualdenſis, tom.3. de Sacrament
tit.24. cap.169.

Secundò Lutherus in articul
apud Roffenſem, etſi non damne
ne bellum, quaſi illicitum aut om
aut Chriſtianis, damnat tamen be
defenſiuum Chriſtianorum contra
cas, quia, inquit, eis reſiſtere, eſt v
tati, & caſtigationi diuinæ reſiſte
cum hoc contra rectam rationem
denter pugnet, poſtea illud reuo
& bellum contra Turcas comm

uit in lib. Viſitationis Saxon. temeritatis condemnans eos, qui clamant, non eſſe illis reſiſtendum. Vndè ad rationē, qua primum voluit illicitam eſſe talem reſiſtentiam; ſicut reo eſſet illicitum repugnare miniſtro iuſtitiæ, per quem punitur à Magiſtratu. Reſpondetur ex eodem Roffenſi, & alijs, non magis ſequi eſſe illicitum repugnare Turcis, ex eo, quod per illos Deus Chriſtianos caſtigat, quam ſequitur eſſe illicitum adhibere remedia contra peſtem, & famē, aliaque huiuſmodi mala, per quæ ſimiliter Deus nos punit. Ratio autem cur non ſequatur illicitum eſſe reſiſtere Turcis, aut alijs malis, licet per ea à Deo puniamur; ſecus autem ſi à reo reſiſtatur miniſtro iuſtitiæ, eſt, quia Deus non ita per Turcas, & eiuſmodi mala nos punit, vt velit ipſe, nos à Turcis interimi, aut exſpoliari, & per alia eiuſmodi mala conſumi (ſicut directè, & in particulari vult Magiſtratus occidi reum per carnificem, cui proinde non eſt fas reſiſtere) ſed ita duntaxat, vt velit nos ſubire per ea flagella, mortis, & aliorum malorum diſcrimen (quod per ſe magna eſt pęna) & permittat quoque nos mortem, & alia eiuſmodi mala incurrere, quando ea ipſi à nobis non ſatis propulſamus. Quo fit, vt, quando iure, quod habemus ad noſtri tutelam, reſiſtimus, remediaque adhibemus eiuſmodi malis, minimè repugnamus diuinæ voluntati. Non enim per hoc impedimus, quominus, & ſubeamus diſcrimen illorum malorum, & illa etiā incurrere permittamur, niſi ſufficienter cauerimus; per quæ duo tantùm vult Deus nos punire, vt dictum eſt. Inſuper cum minimè nobis conſtet, quod aliter, quam iſto modo, velit Deus per hæc flagella nos punire; quādiu aliud non ſcimus, ius habemus ad tuendum nos, & noſtra, in quorum poſſeſſione ſumus.

Quod obijcit ſecundò Lutherus, nihil hactenus Chriſtianos contra Turcas ſuis conatibus perfeciſſe, vt planè videatur voluntas Dei eſſe, ne illis fruſtra reſiſtatur; falſum omninò eſt; omiſſis enim præclariſſimis victorijs, quas ſæpe de Turcis etiā reportarunt Chriſtiani; certè non paruus bellorum fructus aduerſus illos cenſeri debet, quod ſunt impediti, quominus alia omnia Chriſtianorum regna in Europa occuparint, vt iam pridem ſucceſſiſſet, ſi nullam in Principibus Chriſtianis reſiſtentiam inueniſſent.

Tertiò Anabaptiſtæ concedunt bellum offenſiuum ex natura ſua licitum eſſe, nec non Iudæis licitum fuiſſe; negant autem licitū eſſe Chriſtianis, quia debent eſſe manſueti, & pacifici. In hac etiam ſententia fuere Cornelius Agrippa lib. de vanitate ſcientiarum, cap. 79. Eraſmus in annotationibus ad cap. 3. & 22. Lucæ; & in Adagijs cent. 1. Adagio, *Dulce bellum inexpertis*; Ioannes Ferus lib. 4. in Matth. cap. 26. circa illa verba: *Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit*. Contra quos, quia modò potiſſimum agimus, ſufficeret ſolùm probare, bellū eſſe Chriſtianis licitum, verum connexione doctrinæ vtrumque oſtendemus vnde ſit.

Prima Concluſio. Bellum aggreſſiuum ſuaptè natura non eſt illicitum. Iſta concluſio eſt de fide, illamque demonſtrant primò, ſequentia ex veteri Teſtamento loca, ſupponimus enim ex alibi dictis cōtra Manichęos, vetus Teſtamentum, non minus, quam nouum eſſe à Spiritu Sancto Numer. 25. 16. *Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens: Hoſtes vos ſentiant Madianitæ, & percutite eos, quia & ipſi hoſtiliter egerunt contra vos.* lib. 1. Reg. 15. 2. *Hæc dicit Dominus exercituum: Recenſui quæcumque fecit Amalec Iſraeli, quomodo reſtitit ei in via, cum aſcenderet de Aegypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuerſa eius*; vbi Deo, nedum permittente, ſed expreſsè imperante huiuſmodi bella, quem *mali aliquid iubere non poſſe, nemo qui ei ſeruit, ignorat*, inquit Diuus Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum Manichæum cap. 75. manifeſtè conſtat bellum aggreſſiuum ſuaptè natura

natura non eſſe illicitum, ſed quandoque licitum, ſeruatis debitis conditionibus ſuperius allatis.

Secundò ſunt illa, quibus laudantur, qui in veteri teſtamẽto fortiter ſe geſſerũt in bello; Abraham Geneſ. 14. v. 19. Leuitæ Exod. 12. 20. Moſes, Ioſue, Gedeon, Barac, Sampſon, Iephte, Samuel, Dauid, Machabęi, & alij, Iudicum, Regum, & Machabęorum libris. Vndè etiam Apoſtolus de illis ſcribit Hebręor. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum*; vbi ſine dubio ſermo eſt de bello offenſiuo. Sed peccatores, in hoc, quod ſunt peccatores, minimè laudandi ſunt; dum igitur in Scriptura tot laudantur ob fortitudinem bellicã; & ipſemet Dauid Pſalmo 143. Deo gratias agit, quod eum ad bellandum erudierit; *Benedictus Deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*; pluſquam ſatis patet, bellum quodcumque illud ſit, ſiue defenſiuum, ſiue offenſiuum, vtrumque enim geſſerunt ſupradicti heroes, non eſſe ſuaptè natura illicitum.

Tertio loco ſunt illa teſtimonia, quibus à Deo præſcribuntur leges gerendi bellum; ni enim bellum, ipſaque belli profeſſio eſſet quandoque bona, & placens Deo; nequaquam leges eius ſtatuiſſet, aut conditiones. Cuiuſmodi ſunt hæ. 1. Vt milites ſint puri ab omni peccato, & immunditia. 2. Vt ſeruent ordinem à Superiore præſcriptum. 3. Vt confidant in Deum, & ab ipſo petant auxilium. 4. Vt parcant innocentibus, quantum fieri poteſt. 5. Vt hoſti prius offerant pacem, quam illi bellum inferant. Numer. 10. Deuteron. 20. & 23.

Authoritati Scripturæ veteris Teſtamenti accedit quoque authoritas noui, cum traditio, ex Sanctis Patribus, concluſione ſequenti adducendis, quibus expreſsè docetur etiam Chriſtianis in nouo teſtamento licitum eſſe bellum.

Vndè nunc probatur noſtra concluſio ratione. Prima eſt, quia lege ipſa naturæ, quam ipſimet Philoſophi naturali quoque ratione duce cognouerunt, & nominatim Ariſtoteles lib. 7. Politicorum cap. 14. vbi bellum recenſet inter ea agibilia, quæ vitæ humanę vtilia, & neceſſaria ſunt. *Diuiſa eſt*, inquit, *vita tota in negotium, & otium, bellumque, & pacem*; lege, inquam, ipſa naturæ, competit hominibus ius propulſandi à ſe iniurias aliorum, vel defendendo, ne inferantur, vel aliquo modo vlciſcendo illatas, vt ſic demum ſatis tuti, incolumeſque viuere poſſint, ſed quandoque contingit, vt id non alia ratione, niſi vi bellica præſtari poſſit, cum ſcilicet, non habetur aliquis vtrique parti communis ſuperior, ad quem recurratur pro obtinenda compenſatione, & vindicta iniuriæ; tunc ergo ſecundum ipſam naturæ legem iure merito bellum ſuſcipi poteſt; ſuaque proindè natura non eſt illicitum, ſed quandoque licitum, vbi ſit cum debitis circúmſtantijs, ac conditionibus.

Et certè ſi homo priuatus poteſt aduerſario ſuo intentare litem, vel actionem iniuriarum, via iuris; non eſt cur Princeps licitè nòn poſſit idem facere, per viam belli; quando via iuris non eſt ſufficiens. Alioqui publica iniuria, quæ Principi fieret, nunquam poſſet reſarciri, aut vindicari; & conſequenter, nec publica iuſtitia, atque indemnitas cuſtodiri, quod eſt abſurdum.

Probatur ſecundò, veluti negatiuè, nam ſi bellum per ſe eſſet illicitum, ſeruatis etiam conditionibus ſuperiùs explicatis, maximè quia, illis non obſtantibus, bellum adhuc videtur eſſe contrarium paci, & charitati; ſi quidem inter illos, qui bellum contra ſe mutuò gerunt, non poteſt eſſe pax, & charitas, ſed pugna & diſſenſio; at hæc ratio nõ valet; non eſt ergo, cur bellum dicatur abſolutè illicitum. Probatur minor, quoniam, etſi ex parte illius, qui iniuſtam cauſam tuetur, aut malam intentionem habet, bellum ſit contrarium paci, & charitati; nihilominus ex parte alterius, qui & iuſtam cauſam, & rectam

habet

habet intentionem, non eſt contrarium, ſed conſentaneum charitati. Quemadmodum enim homo priuatus, qui ex charitate diligit ſe, & proximum ſuum, poteſt ſecundum ordinem charitatis præferre ſe proximo. Vt ſi occurrat caſus, in quo vel ipſe, vel proximus debeat pati aliquod incommodum, poteſt ſaluis charitatis iuribus, ſeipſum ſaluare. Eodem modo diſcurrendum eſt de principe. Vnde ſi illi inferatur iniuria ab alio Principe, poteſt, ſalua charitate, vindicare illam per bellum, & ſe indemnem conſeruare. Imo in illo facto ſeruatur ſimul charitas, & iuſtitia. Charitas, quia ſeruatur regula charitatis; *Proximus ſum egomet mihi*; iuſtitia autem, quia munus illius eſt, illatam iniuriam legitimè vindicare.

Nec refert quod bellum ſit cauſa multarum cædium, & damnorum. Etſi enim indè ſit contra charitatem, & iuſtitiam, adeoque illicitum reſpectu illius, qui iniuſtam cauſam fouet; non tamen ex parte alterius, qui iuſtã habet. Nam Princeps, qui alteri facit iniuriam, eſt cauſa belli, & conſequenter omnium malorũ ex illo prouenientium. At Princeps, qui patitur iniuriã, non eſt cauſa belli, ſed inuitus cogitur ad illud, vt vindicet iniuriam ſibi factã; & hac ratione ſtabiliat publicam pacẽ, & iuſtitiam. Quo ſpectat illud S. Auguſtini epiſt. 207. ad Bonifaciũ Comitem. *Non pax quæritur, vt bellum excitetur, ſed bellum geritur, vt pax acquiratur. Eſto ergo etiam bellando pacificus, vt eos, quos expugnas, ad pacis vtilitatẽ bellando perducas.* Qua de cauſa, qui iuſtam habet cauſam, licet poſſet impedire omnia mala, quæ fiunt per bellum, ſi abſtineret ab illo, ad id tamen non tenetur, quia ſic impediret publicam iuſtitiam, quæ poſtulat, vt iniuria vindicetur. Vnde Princeps iuſtam habens bellandi cauſam, debet ex vna parte perpendere damna, quæ ſequuntur ex bello, & ex alia publicam iuſtitiam, quæ defenditur per bellum; hæcque in re magni tamen momenti præferenda eſt. Adeo vt, ſi quis vellet abſtinere à bello, propter hoc ſolùm, ne interficerentur homines, daret occaſionem maioris mali, quia ſic nulla ſeruaretur iuſtitia publica, ſed impunè liceret furari, aliaſque iniurias exercere; nec tam vir bonus, quã timidus eſſet, vt præclarè docet idẽ Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum, citatus à Gratiano 23. q. 1. Can. Quid culpatur. *Quid enim culpatur in bello? An quia moriuntur quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum eſt, non religioſorum.* Propter incommoda igitur ex bello ſequentia abſtinere ab illo, ſi alias eſt licitum, non virtutis, ſed cuiuſdam potius vanæ timiditatis eſt, pugnantis cum vera virtute fortitudinis, ad quam nimirum pertinet, contemptis vitæ, & fortunæ periculis aggredi, & ſuſcipere propter bonum præſtantius, quale eſt in noſtro caſu iuſtitia publica, actiones arduas, inter quas ſine dubio bellum numerari debet.

Secunda Concluſio. Etiam Chriſtianis in nouo teſtamento licitũ eſt bellum, ſeruatis debitis conditionibus. Iſta concluſio eſt de fide contra Anabaptiſtas; quam ſic probo. Quod ex natura ſua licitum eſt, hoc etiam licitum eſt Chriſtianis in nouo Teſtamento, niſi ſpeciali mandato fuerit illis prohibitũ; ſed bellum ex natura ſua licitum eſt, vt concedunt aduerſarij, ſuperioriq; concluſione oſtenſum fuit; nec vllo ſpeciali mandato fuit Chriſtianis in nouo Teſtamento prohibitum; illis igitur licitũ eſt. Maior cum ſit certa, & minor quoad primam partem, probatur quoad ſecundam; quia nedum in Euangelio bellum, aut profeſſio militaris non prohibetur, ſed potius approbatur, vt patebit ex ſequentibus teſtimonijs.

Matth. 8. v. 10. vbi Centurione dicente: *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic vade, & vadit: & alij veni, & venit*: rectè ait Auguſtinus, lib. 22. contra Fauſtum cap. 74. Chriſtum *fidem eius laudaſſe, non militiæ deſertionẽ imperaſſe.*

Eiuſdem S. Matthæi cap.22.v.21.vbi Chriſtus rogatus à Phariſæis, an liceret Cęſari dare cenſum, ſeu tributum? reſpondit: *Reddite quę ſunt Cæſaris Cæſari*; notat idem Auguſtinus libro ſtatim citato, ipſummet Chriſtum his verbis militiam approbaſſe; *Sed quia*, inquit, *Manichai apertè Ioannem blaſphemare conſueuerunt, ipſum Dominum Ieſum Chriſtum audiant, hoc ſtipendium iubentem reddi Cæſari; quod Ioannes dicit, debere ſufficere militi. Reddite, inquit, Cæſari, quæ Cæſaris ſunt. Ad hoc enim tributa præſtantur, vt propter bella neceſſarium militi ſtipendium præbeatur.*

Lucæ 3. v. 14. vbi militibus, Ioannem Baptiſtam quid facerent, ad vitã æternam conſequendam, rogantibus, reſpondit: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris*; tali reſponſione, in qua modum viuendi, & placendi Deo in ſtatu illo militiæ præſcripſit; pluſquam ſatis conſtat Ioannem, illum approbaſſe, ſeu ſignificare voluiſſe, non omne bellum eſſe illicitum in nouo Teſtamento, ad quod ille auditores præparabat; vt loco citato diſertè docet Auguſtinus; *Alioqui*, inquit, *cum ad eum baptizandi milites venirent, dicentes. Et nos quid faciemus? Reſponderet eis: Arma abijcite, militiam iſtam deſerite, neminem percutite, vulnerate, proſternite neminem. Sed quia ſciebat, eos, cum hęc militando facerent, non eſſe homicidas, ſed miniſtros legis, & non vltores iniuriarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ defenſores, reſpondit eis neminem concutiatis*, &c. Quod idem habet epiſt.5. ad Marcellinum. Actor. cap.10. laudatur Cornelius Centurio, & vir iuſtus, ac timens Deũ prædicatur, eiuſque eleemoſynæ dicuntur aſcendiſſe in cœlum; quę de eo minimè dicerentur, ſi ſtatus militiæ, quam ſectabatur fuiſſet à Chriſto prohibitus.

Epiſt. ad Roman. cap.13. v. 4. dum Paulus de Magiſtratu ſæculari loquens ait: *Non enim ſine cauſa gladium portat; Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. Ideo enim, & tributa præſtatis; miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes*; clarè oſtendit, etiam Chriſtianis in nouo Teſtamento licitum eſſe bellum; ſi enim Principes Chriſtiani poſſunt vti gladio in puniendis priuatis malefactoribus, multò magis in vindicanda publica iniuria per bellum.

1.Petri cap.2. non minus clare militia ab eo probatur, cum iubet Chriſtianos *ſubiectos eſſe propter Deum, non modo Regi, quaſi præcellenti, ſed etiam ducibus tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.*

His accedit authoritas Summorum Pontificum etiam antiquorum, & Sanctorum, qui vel Chriſtianos propter bella geſta contra Chriſti hoſtes laudarunt, vel ad ea illos incitarunt. Sic apud Theodoretum lib.5. cap.23. S.Damaſus Imperatori Theodoſio laudi dat, *quod tyrannos ſibi aduerſantes euerterit*; eaque laude eum ſtimulat, vt ne impunitos relinquat eos, *qui in ipſa Eccleſia repugnent Chriſti legibus*. Sic Diuus Gregorius lib 1. epiſt.72. Gennadium Imperatorem ad compeſcendum bello hęreticos his verbis hortatur: *Sicut excellentiam veſtram hoſtilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet eam inimicis Eccleſiæ eius, omni viuacitate mentis, & corporis obuiare, quatenus eius ex vtroque triumpho magis, ac magis eniteſcat opinio, cũ, & forenſibus bellis aduerſarijs Catholicæ Eccleſiæ pro Chriſtiano populo vehementer obſiſtitis, & Eccleſiaſtica prælia, ſicut bellatores Domini fortiter dimicatis.*

Denique id ipſum docent ex traditione veteres Patres Græci, & Latini; Baſilius in homilia, *quod Deus non eſt author malorum*. Gregorius Nazianzenus orat. 3. *de pace*. Chryſoſtomus in Pſal.44. circa illud: *Venite, & videte opera Domini*, &c. & homil.7. in epiſt. ad Timotheum. Ambroſius lib. 1. officiorum cap. 40. & 41. Hieronymus in cap.4. Michææ explicans illud: *Et concident gladios ſuos in vomeres*. Omnium fuſiſsimè Diuus Auguſtinus locis iam citatis lib.22.contra Fauſtum c.74. & ſe-

& ſequentibus; epiſt. 5. ad Marcellinum; & 207. ad Bonifacium. Supereſt, vt ſatisfaciamus aduerſariorum obiectionibus, quibus contendunt Chriſtianis peculiari mandato prohibitum fuiſſe bellum, præſertim aggreſſiuum.

Primò obijciunt quædam veteris Teſtamenti loca Iſaiæ 2. v. 4. & Micheæ 4. v. 3. quibus prædictum eſt fore, vt in aduentu Chriſti bella ceſſarent: *Non ſumet gens aduerſus gentem gladium*, &c. Reſpondetur his, & ſimilibus prophetijs prædictum quidem fuiſſe, non fore bella ſub illud tempus aduentus Chriſti, provt impletum eſt, toto orbe tunc in pace compoſito; non autem nulla poſt illum vnquam futura, ſicut neque impletum, vt ſatis ipſa experientia teſtatur.

Obijciunt ſecundò illud Matth. 5. v. 39. *Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi, & alteram.*

Reſpondetur hunc locum, & ſimiles qui ab aduerſarijs adducuntur, ex epiſtola ad Romanos cap. 12. *Nulli malũ pro malo reddentes*, &c. *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum*; nimis probare, ſi ita ad litteram intelligantur, & ideò nihil probare; probarent enim nequidem via iuris vlli Chriſtiano licitum eſſe vnquam reparationem iniuriarum petere; quod eſt abſurdum. Vera igitur intelligentia, veruſque horum locorum ſenſus eſt; *primò*, in illis non contineri præceptum obligans, ſed conſilium, quod non eſt neceſſe ſub peccato exequi; vt explicat S. Gregorius Nazianzenus orat. 1. contra Iulianum, qui, vt Chriſtianos deterreret à propulſandis à ſe, & vindicandis iniurijs, ſolitus erat præfata Scripturæ loca eis obijcere. Ita tamen, vt intelligatur id ſuaderi per conſilium, tanquam id, quod frequenter quidem eſt melius, ob incommoda ad bellum ſubſequentia, non autem ſemper. Nam quandoque tales ſunt circumſtantiæ, vt neque melius, neque bonum ſit, vindictam non ſumere iniuriarum per publicam authoritatem. *Secundò*, quod ſi vim præcepti habeant, duplicem eſſe illius vim, vt docet S. Auguſtinus epiſt. 5. ad Marcellinum, & lib. 22. cõtra Fauſtum cap. 76. quem ſequitur Diuus Thomas 2-2. q. 40. art. 1. Vna eſt, quod illatas iniurias patienter ferre debeamus, ita vt illas non velimus propria, aut priuata vlciſci authoritate. Quod quidem neque in bello fit. Nam bella iuſta, ex notatis ſupra, non authoritate priuata, ſed communi, & publica, atque adeò diuinitus accepta ſuſcipiuntur. Quo pertinet illud Apoſtoli Roman. 12. *Scriptum eſt enim mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus*; nec non illud Chriſti Domini Matth. 26. *Quicumque acceperit gladium, gladio peribit*; vt enim loco ſtatim citato rectè interpretatur Diuus Thomas, ille dicitur ibi accipere gladium, qui ſua authoritate propria illum accepit, & non diuina authoritate ſibi datum. Vndè quemadmodum iudex, & carnifex non violant hæc præcepta, quandoq ſecundum iuſtitiæ normam, atque adeo authoritate diuina vtuntur gladio aduerſus malefactores, ita neque hi, qui publica, atque adeò diuina auctoritate coercent, & mulctant bello improbos. Nam hoc etiam rectè fit propter bonum tum commune tum etiam illorum, qui debellantur, vt probat Diuus Thomas ad 2. teſtimonio Diui Auguſtini epiſt. 5. ad Marcellinum, vbi ait: *Agenda ſunt multa, etiã cum inuitis, benigna quadam auctoritate plectendis. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur. Quoniam nihil eſt infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, et mala voluntas, velut hoſtis interior roboratur.*

Altera vis prędictorum præceptorum eſt, vt ſcilicet ſemper homo ſit paratus non reſiſtere, ſed patienter tolerare iniurias, quæcumque inferantur, vel ſe non defendere, ſi opus fuerit; ita exigente præſertim honore Dei. Ita vt illud,

illud, *ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, prębe illi, et alteram*; nō ſignificet, alteram ſemper eſſe reipſa, aut de facto præbendam; quandoque enim eſt aliter agendum propter commune bonum, vel etiam illorum, cum quibus pugnatur, vt ſtatim dictum eſt; ſed tum inflictam alapam patiēter eſſe ferendam; tum debere quoque animū eſſe paratum ad alteram recipiendam. Quam animi præparationem, ad huiuſmodi præcepta ſeruanda ſufficere præclarè docet Diuus Auguſtinus epiſtola citata ad Marcellinum exemplo Chriſti Domini percuſſi in facie, Ioan. 18. qui minimè violauit hoc præceptū ſed ſingulare documentum patientiæ dedit: *tametſi non præbuit*, inquit Auguſtinus, *percutienti alteram partem, ſed potius prohibuit, ne qui fecerat, iniuriam augeret, dicens: Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi autem bene, cur me cædis?* quia, inquit idem Auguſtinus, *paratus venerat, non ſolùm in faciem percuti, ſed etiam pro his, à quibus iſta patiebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens; Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.*

Obijciunt tertiò arma Chriſtianorū non carnalia, ſed ſpiritualia eſſe; prout ea deſcribit Apoſtolus ad Epheſ. 6. *Loricam iuſtitiæ, ſcutum fidei, galeam ſalutis, gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.*

Reſpondetur, hanc Eraſmi obiectionem nullius eſſe momenti; ſi quidem arma, quæ ibi deſcribuntur, ab Apoſtolo, ſunt ad pugnandum in ſpirituali militia, *contra ſpiritualia*, inquit, *nequitiæ in cęleſtibus*. Quæ militia non tollit militiam aliam, neque eius arma. Licet dubium non ſit, quin ſpiritualia quoque arma, ac præcipuè oratio ad Deū plurimum valeant ad debellandos hoſtes, vt probant innumera exempla, tam in Sacra Scriptura, quam in hiſtoria Eccleſiaſtica contenta; nec non etiam docet Auguſtinus epiſt. 194. ad Bonifacium his verbis: *Graui de pugna conquereris. Dubites, nolo. Vtile tibi, tuiſque dabo conſilium. Accipe arma. Oratio aures pulſet authoris. Quia quando pugnatur, Deus ſpectat, & partem quam inſpicit iuſtam, ibi dat palmam.*

Quartò obijciunt nonnulla ſubobſcura Patrum loca, quibus militiam in Chriſtianis videntur damnare; Reſpondetur non ita eſſe, ſed tantùm loqui in aliquo ex ſenſibus allatis; improbando nimirum priuatum odium inimici, quo quis mortem aut aliquod aliud malum ei optet; non autem damnando vindictam eam, quæ ſeruato iuſtitiæ ordine, tum in iudicio, tum in bello de inimicis ſumitur, ſpectando non ipſorum malum, ſed commune bonum reipublicæ, ad cuius pacem bellum ordinatur, & ad quam propterea ſpectat potius, quam vt ei contrarium iudicari debeat; rectè namque Auguſtinus epiſt. 207. ad Bonifacium ait: *Non pax quæritur, vt bellum excitetur, ſed bellum geritur, vt pax acquiratur. Eſto ergo etiam bellando pacificus, vt eos, quos expugnas, ad pacis vtilitatem bellando perducas.* Et in eamdē ſententiam Ariſtoteles lib. 7. Politic. cap. 15. *Finis*, inquit, *belli, vt ſępe diximus, eſt pax.*

Vel aſſerendo, in ſtatu legis Euangelicæ, Chriſtianos quidem ex præcepto diuino, aut ex profeſſione ſua non militare, vt faciebant gentes, atque etiam Iudæi, qui Dei iuſſu debuerunt armis occupare terram promiſſionis; ſed potius debere abſtinere à militia ſæculari, & vacare ſpirituali; illam tamen non damnando, vbi ita neceſſitas exigit, nec alia via ſuppetit ad iniuriæ compenſationem; dicente etiam Auguſtino citata ad Bonifacium epiſtola: *Pacem debet habere voluntas, bellum neceſſitas, vt liberet Deus à neceſſitate, & conſeruet in pace.*

Vel tertiò loquuntur, non de omnibus Chriſtianis, ſed de quibuſdam perſonis, quibus bellum ob circumſtantias aliquas ita fuerit ante pœnitentiam occaſio peccādi, vt morali modo ſint certi, ſe non poſſe abſque pec-

catis

catis mortalibus in bello verſari. His enim poſt pœnitentiam ad bellum redire non licet; vt ſcribit Sanctus Leo epiſt.90. ad Ruſticum: *Eſt contrarium Eccleſiaſticis regulis poſt pœnitentia actionem redire ad militiam ſecularem.* Aut quibus non permittitur ratione ſtatus, ſi ſint Clerici, vel Religioſi. Sic enim Sanctus Martinus dixit Iuliano Apoſtatæ: *Hactenus militaui tibi, nunc patere, vt militem Deo; Chriſti miles ego ſum, mihi pugnare non licet*; vt refert Seuerus Sulpitius. Vbi Sanctus Martinus non dicit abſolutè, militiam eſſe Chriſtianis illicitam, ſed ſibi; quia non ſolùm Chriſtianus erat, ſed inſuper peculiaris Chriſti miles per vota, & profeſſionem vitæ Monaſticę, cuique proindè militare non erat amplius licitum; vt patet ex eodem Sulpitio, qui & ibidem narrat, biennium adhuc poſt baptiſmum militaſſe Martinum Iuliano, quod certè non feciſſet, ſi Chriſtianis, & non tantum Monachis bellum eſſe illicitum crediſiſſet. Tantùm ſufficit de preſenti controuerſia.

CAPVT XXVIII.

Statuitur contra Lutherum, & Caluinum, eorumque ſequaces, licere petere interceſſionis auxilium à Sanctis, qui ſunt iam beati in Cælo.

INter partes potentiales iuſtitiæ, ſeu virtutes ei annexas, primo loco numeratur virtus religionis, de qua agunt Theologi cum Diuo Thoma 22. quęſt. 81. cuius officium, aut munus cum ſit, ſubiectionem hominis erga Deum proteſtari, quatenus primum principium eſt, & Dominus omnium: inde etiam iuxta diuerſitatem eorum, quæ Deo per religionem ab homine ſubijciuntur, diuerſi quoque ſunt actus religionis. Triplex autem eſt bonum ad hominem pertinens, quod per religionem ſubijcitur Deo. Primum eſt bonum mentis ſpirituale: quod maximè ſubijcitur Deo per actus deuotionis, & orationis; atque etiam per actum vouendi, quatenus per eum quoque homo proteſtatur, ſe Deo velle firmiter inſeruire, tanquã ſeruum, & inferiorem ſuo Domino. Itemque per actum iurandi, quatenus per Deum homo iurat; tanquam per maiorem ſui.

Igitur circa orationem, de qua agit Diuus Thomas 22. quæſt. 83. vbi art.4. inquirit; *Vtrum ſolus Deus debeat orari?* Lutherus, & Caluinus, eorumque ſequaces renouantes errorem cuiuſdam Euſtachij Sebaſteæ Epiſcopi circa annum 336. damnati in Concilio Gangrenſi; Vigilantij, apud Hieronymum in libro contra ipſum, & in epiſt. 53. ad Riparium; Petri de Bruys, & Henrici cuiuſdam, ex lib. vitæ S. Bernardi cap. 5. Aliorum hæreticorum dictorum Apoſtolorum, ex homil. 66. in Cantica eiuſdem Bernardi; Catharorũ, tempore Alexandri III. teſte Guidone Carmelita in Catalogo hæreticorum; Pauperum de Lugduno, ſub idem fere tempus, ex eodem Guidone; Ioannis Vuiclefi, apud Thomam Vvaldenſem tom. 3. de Sacramentalibus cap. 108. noſtris temporibus docuerunt, Sanctos, qui in cælis ſunt, nullo modo eſſe orandos, vel inuocandos, ſed ſolum Deum.

Pro intelligentia controuerſiæ, ſupponendum eſt primò tanquam certum, ſolum Deum eſſe orandum, tanquam primam cauſam omnium ſupernaturalium donorum, præſertim gratiæ, & glorię, quæ per orationem potiſſimum petere debemus. Atque hoc ipſum eſt, quod intendit Diuus Thomas loco citato, cum ait, ſolum Deum eſſe orandum, tanquam eum, per quem oratio ſit implenda (ſcilicet quo ad donum id, quod per actum orationis poſtulatur) quamuis etiam Sancti Angeli, & homines ſint orandi, tanquam ij, per quos oratio ſit impetranda, id eſt, tanquam ij, qui interceſſuri ſunt apud Deũ pro impetrando dono quod petitur; ibi enim, vt alias pluries ſumitur actus pro

obie-

obiecto, vel termino. Vtriuſque inuocationis, & diſcriminis eius iuxta interpretationem Diui Auguſtini videtur fieri mentio Pſalm. 129. vbi poſt illa verba, *Leuaui oculos meos in montes*, id eſt Sanctos, vt vult Auguſtinus, *vndè veniet auxilium mihi*: vt intelligeremus à Sanctis peti auxilium, non vt ab authoribus, ſed vt ab interceſſoribus, continuo ſubiunguntur iſta alia: *Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum, & terram*. Vbi Auguſtinus: *Noli*, inquit, *putare, quia montes tibi dabunt auxilium, accipiunt enim quod dent, non de ſuo dant*.

Secundò quoque certum eſt, ſolum Deum, atque adeo etiam Chriſtum Dominum, qui eſt verus Deus, eſſe orandum per talem orationem, quæ ſit verè, ac propriè actus virtutis religionis; quo nimirum ei, qui inuocatur, exhibeatur diuinus cultus, petendo ab eo opem, tanquam à ſummo bonorum omnium authore; ſique, dum inquiritur, vtrum ſolus Deus debeat orari, hoc modo aduerſarij intelligerent, non excludendo alios modos, qui creaturæ competere poſſunt, certè inter nos, & illos nulla eſſet quæſtio; quando enim aſſerimus orandos, & venerandos eſſe ſanctos, non eſt ſermo de oratione, aut veneratione ad cultum latriæ ſoli Deo debitæ, ſed de alia infinitè inferiori, quam Theologi vocant *Duliam*, & *hyperduliam*; qui adhuc termini, cum ab Eccleſia nec ſint definiti, nec impoſiti ad talem cultum ſignificandum, non tenemur illos admittere, tanquam quid ad fidem pertinens, ſed ſufficit, ad idē in hac re cum Eccleſia Catholica ſentiendum, credere, quod Sancti non cultu latriæ, ſed alio infinitè inferiori proportionato eorum gloriæ, quomodocumque vocetur, debeant à nobis venerari, & orari. Theologi tamen ad rem explicandam congruè præfatis vtuntur nominibus; docentque huiuſmodi cultum pertinere ad obſeruantiā religioſam, quam definiunt eſſe virtutem, deferentem cultum perſonis, excellentia ſupernaturali conſpicuis, & conſequenter habente, ad diſtinctionē obſeruantiæ naturalis, & politicæ, ſingularem reſpectum ad numen diuinū: ita vt ſit particularis quędam participatio excellentiæ diuinę; in hoc enim conſiſtit ratio ſupernaturalitatis. Vndè hæc obſeruantia religioſa eſt triplex; *Prima* eſt obſeruantia viatorum; quæ ſolet definiri virtus, exhibens cultum viuis, excellentia ſupernaturali conſpicuis, vt ſunt perſonæ ſanctitate claræ, Epiſcopi, Sacerdotes, religioſi, confeſſarij, &c. qua tales. *Secunda* eſt communis Beatorum, vocaturque *dulia*, & definitur virtus exhibens cultum creaturæ, ob excellentiam adeptæ beatitudinis; vocatur autem dulia Græce, Latinè ſeruitus, quia tanquam ſerui, & non creaturæ, magna animi demiſſione, debemus reuereri Sanctos, tanquam dominos noſtros, & patronos. *Tertia* eſt *hyperdulia* particularis Sacroſanctæ humanitati Chriſti, præcisè conſideratæ in ſe, & Beatiſſimæ Mariæ Virgini Matri; vndè definitur, quod ſit virtus, exhibens creaturę cultum tranſcendētem, ob illius ſingularem vnionem ad Deum, qualém habet humanitas Chriſti: itidem B. V. Maria ratione maternitatis Dei. Cęterum licet poſſit fieri ſpeculatiua præciſio humanitatis Chriſti à perſona verbi; quia tamen nunquam fuit, nec vnquam erit ab ea præciſa; ideo abſolutè adoranda eſt cultu latriæ, vt docent Theologi 3. parte.

Tertiò certum eſt, per actum virtutis obſeruantiæ religioſæ erga homines dignitate, aut virtute aliqua præcellētes, poſſe à viuis peti auxilium, ſiue opem interceſſionis apud Deum; vt ſcilicet hoc aut illud donum ſuis ad Deū precibus nobis impetrent. Quod nec ipſi negant aduerſarij; hoc enim Apoſtoli fecerunt, & docuerunt. Rom. 15. 30. *Obſecro vos fratres, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum.* Coloſſ. 4. 2. *Orationi inſtate, orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtiū ſermo-*

noῦiſ, ad loquendum myſterium Chri- 1. Theſſal. 5. 25. *Fratres orate pro is* : 2. Theſſal. 3. 1. *De cętero fra-, orate pro nobis, vt ſermo Dei currat*: acobi 5. 16. *Orate pro inuicem, vt emini*. Quæ etiam petitio interceſ- nis ab alio, poteſt impropriè vocari edam oratio, ad eum modum, quo ens quidpiam ab amico, dicere po-, oro te, aut precor te &c. Sicut etiã nus Paulus ad Hebræos 13. 18. poſt- m dixerat: *Orate pro nobis* inſuper lit: *Amplius autem deprecor vos hoc, re, quo celerius reſtituar vobis*, cęte- propriè loquendo non eſt talis; geque differt; imo infinitè ab ea- tione, vel precatione, quæ Deo ipſi eſtque actus latriæ, & religionis. cedunt quoque aduerſarij, Sanctos ęlo pro viuentibus orare in terra, non idcirco eſſe inuocandos. Ita ntius in Apolog. confeſſionis Vvit- bergenſis.

Quare, tota in hoc verſatur contro- lia, an à Sanctis, qui ſunt iam beati ęlo, liceat petere interceſſionis au- um; atque adeo vtrum liceat eos in- are per actum, non religionis, ſeu ię, ſed peculiaris obſeruantiæ erga ob excellentiam adeptæ beatitudi- quæ dicitur Dulia. Id enim negan- is Lutheranis, & Caluiniſtis, nos holici affirmamus, tanquam quid inens ad fidem; fuitque definitum arijs Concilijs, Gangrenſi can. 20. o Conſtantinop. cap. 7. Nicæno ct. 6. Cabilonenſi cap. 1. Conſtan- ſi damnante omnes errores Vvicle- nter quos vnus fuit, non eſſe ſan- inuocandos; ac demum in Tri- tino ſeſſ. 25. Cuius veritatis ètſi nõ eantur expreſſa in Scriptura teſti- nia, ſufficit nobis ad illam traditio imæuis Chriſtianę religionis tem- bus recepta, ac deinceps vnanimi ctorum Patrum conſenſione teſtifi- perpetuoque Catholicæ, & Apo- icæ Eccleſię vſu confirmata.

x Patribus Gręcis legi poſſunt Ori- es in lament. *Incipiam me genibus proſternere, & deprecari vniuerſos Sãctos* &c. item lib. 2. in Iob: *O beate Iob vi- uens in perpetuum apud Deum*, &c. *ora pro nobis miſeris*, &c. Nectarius Con- ſtantinopolitanus orat. de S. Theodo- ro Martyre: *O ſplendor Martyrum, & decus Sanctorum*, &c. Athanaſius in Euang. de Deipara; *Iſta noua Eua mater vitæ appellatur*, &c. Baſilius orat. in 40. Martyres: *Qui aliqua premitur angu- ſtia, ad hos confugiat: qui rurſus lætatur, hos oret*, &c. item homil. 26. de Mart. Mamante. Ephrem ſerm. de Sanctis Martyribus. *Precamur Beatiſſimi Mar- tyres*, &c. Gregorius Nazianzenus orat. 18. quę eſt in laudem S. Cypriani Mart. *Hæc, atque his plura commemorans*, &c. item orat. 2. in laudem Baſilij Magni; *Tu verò ſacrum, & diuinum caput, è cęlo nos quæſo inſpice*, &c. & orat. 21. in lau- dem Magni Athanaſij: *At ò charum, & ſacrum caput*, &c. Gregorius Nyſſenus orat. in Sanctũ Theodorum Martyrem: *Multorum beneficiorum indigemus, in- tercede, ac deprecare pro patria ad com- munem Regem, & Dominum*, &c. Ioan- nes Chryſoſtomus homil. 26. in 2. ad Corinthios: *Nam & ille, qui purpuram geſtat, ad ſepulchra illa ſe confert*, &c. itẽ Homil. in Natali Apoſtolorum Petri, & Pauli; nec non ſerm. in adorationem venerabilium catenarum, & gladij Sã- cti Petri, quæ extant apud Suriũ to. 3. & 4. in Liturgia. Philo Carpathius in Cantica, ſuper illa verba: *adiuro vos fi- liæ Ieruſalem*. Cyrillus Alexandrinus homil. die Ioannis Euangeliſtæ dicta in Concilio Epheſino: *Quis obſecro is eſt*, &c. Sozomenus lib. 7. cap. 23. Theodo- retus Gręcarum affectionum lib. 8. *Qui homines proſpera ſunt valetudine, conſer- uari eam ſibi à Martyribus petunt: qui verò ægritudinem aliquam patiuntur, ſa- nitatem expoſcunt*, &c. *Hæc, inquam, ſe- pultorum ibi Martyrum, quę ſit virtus oſtendunt: Martyrum autem virtus, quem ipſi coluerunt Deum, verum eſſe Deum declarat*. Patres Concilij Chalcedonen- ſis act. 11. *Flauiano ęterna memoria. Ec- ce vltio, ecce veritas: Flauianus poſt mor-*

tem viuit, Martyr pro nobis oret. Ephrem Epiſcopus Cherſonenſis de S. Clemente: *O Martyrum ſplendor, & decus Sanctorum*; Euſtathius Presbyter, orat. in S. Eutychium: *Tu verò, beatiſſime, ac ſanctiſſime Pater Eutychi, è cælo nos aſpice* &c. Patres Sextæ Synodi Conſtantinopolitanæ cap. 7. *Vnuſquiſque Chriſtianus ſolo Deo adorato inuocet Sanctos, vt pro ſe intercedere apud maieſtatem diuinam dignentur.* Ioannes Damaſcenus orat. de transfiguratione Domini: *Hanc Eccleſiam ſuo quidem cruore Chriſtus comparauit: tibi autem* (Petre) *vt fidiſſimo famulo in fidem tradit. Hanc precibus tuis ita conſerua, vt ab omni perturbatione, ac fluctibus immunis ſit,* &c. *Id à Chriſto pete, vt tempeſtas ſedetur, tumultus comprimatur* &c. Hactenus Patres Græci octo priorum ſæculorum, pro inuocatione Sanctorum in cœlo triumphantium, quorum fidem, ac doctrinam cæteri deinceps ſecuti ſunt, ad hæc vſque tempora.

Græcis conſentiunt Latini, ex quibus conſuli poſſunt; Cyprianus de Stella, & Magis, & Innocentum morte: *Innocentes in ordine Sanctorum Protomartyres &c. pro noſtris exorent laboribus.* Ambroſius lib. de viduis: *Obſecrandi ſunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt: Martyres obſecrandi &c. poſſunt pro peccatis rogare noſtris* &c. item ſerm. 93. in Natali Martyrum Nazarij, & Celſi: *Non clauditur locis, quod diffunditur meritis. Inuocaſti vbique Martyrem, vbiq; te exaudit ille, qui honoratur in Martyre.* Et orat. 2 præparante ad Miſſam. Damaſus Papa in verſibus de SS. Agnete, Andrea Apoſtolo, Agatha, & Felice. Prudentius in hymnis de SS. Laurentio, 2. Vincentio 5. Romano 10. Hieronymus epiſt. 27. ad Euſtochium de epitaphio Paulæ cap. 14. *Vale, ò Paula, & cultoris tui vltimam ſenectutem orationibus iuua: fides, & opera tua Chriſto te ſociant: præſens facilius quod poſtulas impetrabis.* Item in vita S. Hilarionis: *Non mihi videtur in calce libri*

taceudà &c. Et aduerſus Vigil[...] cap. 3. *De barathro pectoris [...] ſpurcitiem euomens audes dicere [...] cineres ſuos amant animæ Marty[...] circumuolant eos, ſemperque p[...] ſunt: ne forte ſi aliquis precator [...] rit, audire non poſſint? O porten[...] terras vltimas deportandum.* R[...] Eccleſ. hiſt. lib. 2. cap. 33. G[...] tius tract. in dedicat. Baſilicæ [...] Sanctorum: *Tot igitur Sancto[rum pa]trocinio adiuuandi* &c. Auguſti[...] notat. in Iob. cap. 14. lib. 6. de [...] mo contra Donatiſtas cap. 1. l[...] de Ciuitate Dei cap. 27. & [...] cap. 8. ſerm. 17. de verbis A[...] cap. 2. lib. de cura pro mortui[s agen]da cap. 4. & ſerm. 1. de Ste[...] *Si igitur exauditus eſt Stephan[...] eius orationibus deleretur peccatu[m ...] commiſerat Saulus, commendem[...] nos eius orationibus. Multo mag[...] nunc exauditur pro veneratorib[...] qui ſic exauditus eſt tūc pro lapid[...] ſuis.* Paulinus Nolanus natali [...] Felice, 3. 8. & 9. Maximus Tau[...] homil. de S. Agnete. Hilarius [...] ten. in vita Sancti Honorati: [...] *to itaque amice Dei, memento iug[...] ſtri* &c. Leo Magnus ſerm. 5. [...] phania Domini cap. 4. Antoniu[s ...] ſtantienſis epiſt. ad Arcadium [...] Victor Vticenſis lib. 3. de p[...] Vandal. *Deprecamini Patriar[...]* Ennodius Ticinenſis in vita Ep[...] Ticinenſis: *Tu mihi anima p[...]* &c. Hormiſda Papa epiſt. 31. [...] *quod B. Petrum* &c. Gregorius [...] nenſis lib; 2. Hiſtor. cap. 5. *S[...] ſentiens* &c. Gregorius Magnus [...] dialog. cap. 25. *Cum quadam p[...] paralitica* &c. & lib. 11. epiſt. 8[...] in Natali S. Scolaſticæ: *Inte[...] pro nobis commiſſis* &c. Paulus [...] nus lib. 4. de geſt. Longobar. c[...] alias 5. *Cum dux ipſe* &c. Ae[...] lib. 2. de geſt. Franc. cap. 4. *Ne[...] poſt Sigiſmundus facti pœnitentia[...]* &c. Vvalafridus Strabo de reb[...] cleſiaſticis cap. 8. *Rogamus San[...]*

vt ipſi præſtent per ſe, quæ ſaluti noſtræ neceſſaria ſunt; ſed vt ab authore bonorum, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, vt pote illi proximiores meritis, & ideo certius audiendi, impetrent; quæ ſaluti petentium opportuna non neſciunt. Eulogius Toletanus lib. 1. memorialis Sanctorum cap. 25. Remigius Antiſiodorenſis ad Pſalm. 121. *In quo hæreſis illorum deſtruitur, qui dixerunt Sanctis non eſſe ſupplicandum, quoniam neſcirent quid hic circa puluerem eorum ageretur: cum etiam dæmones tantæ leuitatis ſint, vt vnò penè eodemque momento & hic, et in Babylonia ſint, ſed multo magis hęc efficacia credenda eſt in animabus Sanctorum, quæ quanto dæmonibus ſunt beatiores, tanto ſunt perſpicaciores.* Radulphus Flauiacenſis lib. 1. in Leuit cap. 4. *Orationis ſacrificium nonuiſi Domino ſoli offerendum eſt. Nam etſi Sancti rogantur à nobis, non tamen vt nos ipſi saluent (Domini ſiquidem eſt salus) verum vt nobis ſalutem impetrent, poſtulantur. Alioquin maledictus, qui ſpem ſuam ponit in homine.* Petrus Damianus ſerm. 1. de S. Ioanne Euangeliſta: *Vnde conſiderandum eſt* &c. Anſelmus Cantuarienſis in Elucidario: *Iuſti orant pro his, quos in Domino amauerunt, vel qui eos inuocant* &c. Bernardus homil. 66. in Cantica: *Irrident nos hæretici, quia baptizamus infantes, quod oramus pro mortuis, quod Sanctorum ſuffragia poſtulamus. Mortuos viuentium fraudant auxilijs, viuentes nihilominus Sanctorum, qui deceſſerunt, ſuffragijs ſpoliantes.* Petrus Lombardus lib. 4. diſt. 45. & cæteri deinceps Doctores Catholici.

En ergo quam clarè Patres tradiderunt nobis acceptam à maioribus fidē de inuocatione Sanctorum; illoſmet inuocando, & inuocandos cenſendo. Quamque falſum eſt, quod ait Philippus Melanchton in apolog. confeſſionis Auguſtanæ art. 21. Veteres ſcilicet Scriptores, ante Gregorium, nullam feciſſe mentionem inuocationis Sanctorum: item Kemnitius in examine Concilij Tridentini ſeſſ. 22. quod inuocatio Sanctorum cæpit poſt tempora Auguſtini, qui vixit ducentis ferre annis ante Gregorium; & ibidem ſeſſ. 25. quod author inuocationis B. Mariæ fuerit Petrus Gnaphæus, circa annum Christi 480. falſitas inquam, hæc, in qua adhuc diuiſi ſunt aduerſarij, non ſolum patet ex hoc, quod & ipſe Auguſtinus, & alij Auguſtino antiquiores, quorum teſtimonia citauimus, diſertè ſcripſerunt de inuocatione Sanctorum; verum etiam, quia in Eccleſia, quamprimum quis illam negauit, pro hæretico habitus eſt, vt contigit circa annum Domini 336. Euſtachio Sebaſteæ Epiſcopo, à quo Euſtachiani; quibus in Concilio Gangrenſi dicitur anathema can. 20. quod *collectas, quæ ſunt in Martyrum memorijs, execrarentur*: perpetuuſque, & vniuerſalis eiuſdem Eccleſiæ vſus, contra quem diſputare, *inſolentiſſimam inſaniam eſſe*, affirmauit merito Diuus Auguſtinus epiſt. 118. ad Ianuarium, fuit, inuocandi Sanctos; qui vſus, aut praxis maximè apparet in publicis *Litanijs*, id eſt, rogationibus. In quibus præcipuè quidem rogatur Deus, tanquam bonorum author, vt citati Patres docent; & ſatis patet ex illo modo in eis Deum precandi, *Miſerere nobis*; deindè etiam imploratur interceſſio Sanctorum, per illa alia verba, *ora*, & *orate pro nobis*. Eſſe autem vſum Litaniarum huiuſmodi antiquiſſimum clarè patet ex Concilio I. Aurelianenſi cap. 20. vbi illarum fit mentio, non tanquam rei nouiter inſtitutæ, ſed a maioribus acceptæ; iubenturque ante Aſcenſionem Domini celebrari cum triduano ieiunio, quod in Dominicæ Aſcenſionis ſolemnitate ſoluatur. Sub idem quoque tempus pręſcribitur in Concilio Gerundienſi, vt celebretur Litania Kalendis Nouembris. Et in Toletano V. cap. 1. vt idibus Decembris; VI. can. 2. celebrentur pro ſucceſſu Regum. Et in Concilio Bracarenſi II. can. 9. iniungitur, vt ante ieiunium

iunium quadrageſimale conuenientes in vnum vicinę Eccleſiæ per triduum cum Pſalmis per Sanctorum Baſilicas ambulantes celebrent Litanias. Quæ etiam tria poſteriora Concilia fuerunt celebrata abhinc mille annis.

Porrò huic Eccleſię Catholicæ vſũ, ac fidem de inuocatione Sanctorum innumeris ſemper Deus confirmauit miraculis; quæ omnia dicere eſſe falſa, omnino ſtultum videtur; plura illorum præſertim referentibus, tanquam publica, & cunctis nota, grauiſſimis, ac ſanctiſſimis viris ſuperius citatis, inter quos legendus eſt Diuus Auguſtinus lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 8. Tum quia hoc moraliter repugnat eximijs diligentijs, quæ adhibentur in formandis proceſſibus canonizationis Sanctorum, examinando ſolum idoneos teſtes, quique concludenter deponant de extremis miraculorum, V. g. infirmitatis, & reſtitutæ ſanitatis in inſtanti potiſſimum, aut alio miraculoſo modo, ſi agatur de ſanatione infirmi, claudi, cæci, paralytici, aut ſimilis; mortis, & regreſſus ad vitam, ſi agatur de ſuſcitatione alicuius mortui factas ad alicuius Sancti inuocationem; & ſic de alijs.

Demum veritas Catholica ſequenti probatur diſcurſu, afferendo nimirũ, & ſoluendo omnes rationes, quibus aduerſarii illam poſſunt impugnare. Si enim inuocatio Sanctorum, modo explicato, eſſet illicita; vel eſſet. I. quia expreſsè in Scripturis, nec præcipitur, nec conſulitur; vel II. quia formaliter in illa prohibetur; vel III. quia vt exiſtimauit Caluinus, & ante eum Vigilantius, Sancti defuncti nondum ſunt beati in cælo, ſed tantùm in atrio quodam, quaſi in libera cuſtodia incluſi, omnium noſtrum totaliter obliti: vel IV. quia licet iam ſint beati, eorum tamen inuocatio cedit in iniuriam Dei; vel V. quia cedit ſaltem in iniuriam Chriſti Domini; vel VI. quia ipſi in cælo non audiunt noſtras voces; neque ſciunt, quid apud nos agatur; vel VII. quia licet illud ſciant, aut nolunt, aut non poſſunt admittere noſtras orationes, orareque pro nobis; ſed iſta omnia & ſimilia non ſubſiſtunt: Igitur non eſt, cur aduerſarij negent licitam eſſe Sanctorum in cœlo cum Chriſto regnantium inuocationem. Probatur minor diſcurrendo per ſingulas eius partes.

Quo ad primam partem probatur, tùm quia, vt tom. 3. lib. ſect. 2. oſtendimus multa pertinent ad fidem, quæ tamen non ſunt ſcripta, ſed tradita; ſicut, & ipſimet aduerſarij fateri coguntur; Igitur licet inuocatio Sanctorum, nec præcipiatur, nec conſulatur in Scriptura, non propterea tanquam illicita reijcienda eſt, ſed ſufficit, quod habeatur per traditionem, vt ſupra diximus: nec fauet illis, quod afferunt ex Deuteronomio cap. 12. verſ. 32. *Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas;* quaſi his verbis ſignificetur, hoc ſolum eſſe licitum quod eſt à Deo præceptũ; id enim apertè falſum eſt; multa ſiquidem legitimè, & laudabiliter fieri poſſunt, quæ tamen à Deo præcepta non ſunt. Vt innumeris conſtat exemplis; vnum ſolum proferemus ex Ieremia cap. 35. vbi legitur, Rechabitas cum tota ſua poſteritate ſemper abſtinuiſſe à vino, nunquam ædificaſſe domos, nec plantaſſe vineas; ideoque fuiſſe à Deo commendatos: Et tamen nullo præcepto diuino, præſertim quod extet in Scriptura, ad id præſtandum erant obligati. Vnde præfata Deuteronomij verba non debent generatim accipi de quocumque opere faciendo; ſed ſpeciatim de ſacrificio offerendo, vt ſenſus ſit. Quod tibi precipio, vt offeras in ſacrificio, hoc tantùm offerto, & non aliud: nimirum ad auertendum Iudæos, ne more gentium proprios filios & filias ſacrificarent, vt patet ex verbis antecedentibus; Præterquam dici poteſt, ibi Deum non dixiſſe, *quod præcipio tibi ſcriptum, hoc tantùm facito*; ſed abſolutè, *quod præci-*

præcipio, vt cõprehenderet omnia præcepta tam verbo tradito, ſeu nõ ſcripto, quàm ſcripto contenta; ideoque male reſtringi ab aduerſarijs ad ſola ſcripta. Vel etiam Deum ibi iniunxiſſe Iudæis punctualem, & exactam mandatorum ſuorum obſeruantiam, non prohibendo ipſis cuiuſcumque alterius rei obſeruantiam, ſed tantùm contrariæ illis, aut aduerſæ.

Tum quia, licet expreſsè, & formalibus verbis non habeatur hæc veritas, virtualiter tamen, & connexè ad alias veritates habetur; nam ſi, vt notauimus ſupra, & concedunt aduerſarij, licet, ex diuinis Scripturis, petere ſuffragia viuentium in terra; multo magis viuentium, & regnantium in cœlo. Inſuper comparantur in Scriptura Sãcti beati cum Angelis beatis: Matth. 22. *Sunt ſicut Angeli Dei in cœlo*: Lucæ 22. *æquales Angelis*: Apocalip. 21. *Et eadem illic eſt menſura hominis, quæ eſt Angeli*: Sed ex eadem Scriptura conſtat Angelos Deo offerre orationes hominum: Tobiæ 12. *Quando orabas cum lachrymis &c.* Ego (Raphael Angelus) *obtuli orationem tuam Deo*: Apocalip. 8. *Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo*: Ergo etiam Sancti, qui in cœlo ſunt *æquales Angelis*, vt ait S. Lucas, orationes hominum ad ſe directas commendant Deo, intercedůntq; pro illis.

Vndè probata manet ſecunda pars minoris, nullibi ſcilicet in Scriptura prohiberi inuocationem Sanctorũ, prçterquã enim aduerſarij nullũ poſſunt adducere locum Scripturæ, vt deberet ſecundum ſua principia, quo formaliter, & expreſsè dicatur Deum ſolum eſſe inuocandum, & nullo prorſus modo Sanctos; virtualiter in ea habetur oppoſitum; dum præcipit, conſulit, & prçſcribit generatim iuſtos eſſe inuocandos, recurrique poſſe per orationẽ ad eos, vt intercedant pro nobis ad Dominum; cum Sancti, qui ſunt in cœlo, primum inter iuſtos teneant locum; in Scriptura igitur nec formaliter nec virtualiter prohibetur inuocatio Sanctorum cum Chriſto iam in cœlo regnantium.

Tertia etiam probata manet, ex dictis ſuperiori tomo lib. 4. ſect. 10. cap. 25. vbi oſtendimus contra Græcos, Armenos, & alios, vnumquemque iam hominem in die obitus, ſeu ante iudicium vniuerſale, promeritam retributionem accipere. Quo tamen errore adhuc non obſtante præfati populi non negant Sanctorum inuocationem, & intercessionem.

Quarta probatur, nimirum talem inuocationem minimè cedere in iniuriam Dei; quia non fit per actum religionis elicitiuè, qui ſoli Deo debetur, ſed imperatiuè tantum, elicitiuè autẽ, vt diximus, à virtute duliç, qui eſt cultus ad latriam infinitè inferior, de qua ſolum debet intelligi illud, quod aduerſarij ſolent obijcere, ex Deuteron. cap. 6. verſ. 13. Matth. 4. verſ. 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*; alias hoc argumentum retorqueri poteſt in aduerſarios hoc modo: Solus Deus vult inuocari ex ipſis iuxta Scripturam citatam; ergo faciunt iniuriam Deo quando inuocant iuſtos in hac vita exiſtentes. Igitur ſicut non peccant illi, qui viuentium in terra, ita nec illi, qui viuentium in cœlo petunt ſuffragia. Et ratio eſt, quia neutri adorant eos, tanquam Deos, aut eis cultum exhibent ſoli Deo debitũ; ſed tantum, Deo ipſo ita volente, qui nimis honorat amicos ſuos, petunt eorum apud illum intercessionem. Petere autem intercessionem apud verum Deum, non eſt colere, aut adorare falſos Deos. Et certè, vt ab humanis ad diuina aſcendamus, ſi abſque vlla Principis iniuria, licet petere interceſſionem aulicorum apud ipſum, & hoc non eſt colere aulicos, tanquam Principes, ſed tanquam amicos, & domeſticos Principis, non video cur ita non poſſit diſcurri in noſtro caſu, quæque diſparitas afferri poſſit. Quod inſuper

talis

talis inuocatio Sanctorum non cedat in iniuriam Dei, quaſi ſit argumentũ diffidentiæ de bonitate Dei ſemper ad nos iuuandum parati, hortante propterea nos Apoſtolo Hebr. 4. verſ. 16. *Vt cum fiducia ad eum accedamus*; patet ex dictis. Si enim Paulus non diffidebat de bonitate Dei, quando poſtulabat ſuffragia viuentium in terra, ita neque nos quando petimus ea beatorum. Deinde ſi Deus paratus eſt nos audire, quando ſoli ad illum accedimus, non minus paratus eſt, quando cum amicis ipſius accedimus, præſertim cum vltimate tota noſtra in eum fiducia referatur.

Quinta pars probatur, ſcilicet nec in Chriſti vergere iniuriam, quod recurramus ad Sanctorum interceſſionẽ; quoniam 1. Timot. 2. dicitur, *Vnus mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus*. Et Epheſ. 2. 18. *Per ipſum habemus acceſſum ad Patrem*. Præterquam enim hoc argumentum æque procedit de Sanctis huius vitę, quos tamen abſq; detrimento honoris Chriſti, aduerſarij concedunt inuocari poſſe, aut recurri ad eorum interceſſionẽ: dicimus inſuper nec ad iſtos, nec ad beatos in cœlo recurri, quaſi credamus Chriſtum non ſufficere, niſi etiam accedat Sanctorum interceſſio; ſiquidẽ, etſi licitum ſit recurrere ad Deum per Sanctos, non tamen neceſſarium, quatenus per ſolum Chriſtum ſine Sanctis, non autem per ſolos Sanctos, ſine Chriſto poſſumus ad eum confugere, quia omnem vim intercedendi, & impetrãdi, quam habent Sancti, acceperunt ex meritis Chriſti. Qui propterea rectè ab Apoſtolo vocatur *vnus mediator*, non quia ſolus eſt, ſed quia principalis eſt, Sancti autem ſecundarij, quia poſtquam à Chriſto redempti ſumus, intercedunt pro nobis, virtute adhuc ab eo accepta, vt redemptionis fructũ percipiamus. Vndè hæc interceſſio non ſolum non obſcurat officium Mediatoris Chriſti, quia interceſſio viuentium in terris non obſcurat illud, nec

etiam, quod Sancti in cœlo, n
men rogati Deum orent pro no
concedunt aduerſarij; ſed potiu
hoc ad honorem Chriſti cedit,
ipſe ſit ſolus principalis Mediat
autem ſecundarij, qui ab ipſo i
nibus dependeant. Sicut cedit
norem Regis, quod alij omnes,
rectè faciunt in Republica, ipſiu
perio, & authoritate faciant. Pr
Chriſtus ab Apoſtolo *Vnus M*
dicitur excluſo quocunque alio,
tanquam ſecundario, quia ipſe
vt pote ſimul Deus, & homo, ex
ra ſua talis eſt; vel tandem, qu
Apoſtolus non loquitur de Med
interceſſionis, ſed redemptionis, &
pitiationis, vt explicat ſeque
verbis, *qui dedit redemptionem ſe*
ſum pro omnibus; & habetur 1.
cap. 1. verſ. 18. *Scientes, quod no*
ruptibilibus auro, vel argento re
eſtis, ſed pretioſo ſanguine quaſ
immaculati Chriſti. Quomodo e
Chriſtus rectè vocatur ab Ap
vnus, ſiue vnicus, & ſolus, *med*
excluſo quocumque alio; quia
per proprium ſanguinem redemi
à ſeruitute diaboli, & Deo recon
uit; quod nemo alius fecit. Qu
alijs modis dictis facilè intelligi
ſunt cętera ſimilia Scripturæ loc

Sexta pars probatur, nimirum
uocationem Sanctorum non eſſe i
lem, eo quod ipſi non audiant no
preces, neque ſciant, quid apud
generatur. Cumque aduerſarij
reuocent in dubium, an talia Sa
in cælo Deus reuelare potuerit,
tantum an voluerit; hoc ſecund
tantum nobiș probandum eſt; cum
Dei voluntas, alio modo, quam
dem reuelatione nobis non innote
verbo ſcripto, & tradito adæq
comprehenſa, iam de illa per trad
nem ſatis nobis conſtat, cumque r
lauit per illam, Sanctos cum Ch
regnantes in cęlo eſſe inuocandos
uelaſſe quoque eoſdem audire no
preces, & noſſe, quæ apud nos ag
tu.

tur. Cuius etiam in ipſamet Scriptura non obſcura habentur argumenta; nam ſi Angeli ſancti cognoſcunt noſtras orationes, eaſque Deo offerunt Tob. 12. verſ. 12. vt dictum ſupra; id quoque Sanctis in cœlo, qui Angelis ſunt æquales in ſtatu beatitudinis, Lucæ 20. verſ. 36. concedendum eſt. Et hoc nonnulli apertè ſignificatum fuiſſe putant illo Apocalip. 5. verſ. 8. *Viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno, habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum*: ibi enim per 24. ſeniores intelligunt Sanctos veteris, ac noui Teſtamenti, qui eo tempore, quo Ioannes hæc ſcribebat, erant cum Chriſto in cæleſti gloria, Deoque offerebant orationes viuorum, non ſecus ac Angeli, Tob. 12. verſ. 12. & Apocalip. 8. 3. Deindè quicquid perfectionis conceditur Sanctis in hac vita degentibus, multò magis conceditur Sanctis in cælo regnantibus, præſertim ſi illorum ſtatui congruat; ſed Sanctis in hac vita mortali degentibus conceditur, vt cognoſcant occulta aliorum, etiam abſentium deſideria, machinationes, & actiones; ſi quidem Samuel lib. 1. Reg. 9. 19. cognouit omnia, *quæ erant in corde Saulis*: Elizæus lib. 4. Reg. 5. 25. quæ à famulo abſente erant perpetrata; & ibidem cap. 6. 8. omnia ſecreta conſilia Regis Syriæ, & reuelabat ea Regi Iſrael; Petrus Apoſtolus occultam fraudē Ananiæ, & Saphiræ circa pretium agri. Act. 5. 1. Ergo multò magis id conceditur Beatis, cum illorum ſtatui conſentaneum eſt. Nec enim veriſimile eſt, in exilio fuiſſe melioris conditionis, quam nunc ſint in patria; & remotos à conſpectu Dei cognouiſſe multa, eo reuelante, quæ nunc in regno & præſentia eius cogantur ignorare. Audiamus Auguſtinum hoc eodem argumento vtentem lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 29. *Si*, inquit, *Propheta Eliſæus puerum ſuum Giezi abſens corpore vidit accipientem munera, quæ dedit illi Naaman Syrus, quantò magis Sancti videbant omnia; etiam vnde ſunt corpore abſentes: Tunc enim erit perfectum illud, de quo loquens Apoſtolus; Ex parte, inquit, ſcimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit, quod perfectum eſt, enacuabitur, quod ex parte eſt.*

Ratio autem huius rei duplex eſt. Prima fundatur in ipſamet natura beatitudinis, qua Sancti in Cœlo iam perfruuntur, appetitum eorum ita explentis, vt nihil illis deſit, quod naturaliter alioqui expetere poſſent: vt docent Theologi 1. p. q. 12. ex illo Pſal. 16 *Satiabor cum apparuerit gloria tua*; & Ioann. 16. *vt gaudium veſtrum ſit plenum*. Sed dubium non eſt, quin naturaliter deſideret beatus cognoſcere, quę illum ſpeciali modo ſpectant, quęque ei à ſuis, vel ab alijs commendantur; Quemlibet ergo Sanctum cognoſcere omnes orationes, quæ ad illum diriguntur; & omnia quæ ab hominibus viatoribus in eiuſdem honorem fiunt, fatendum eſt. Quod Diuus Petrus ſignificaſſe videtur, quando 2. epiſt. cap. 1. v. 15. ait: *Dabo autem operam, & frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis*; oſtendens huiuſmodi verbis curam, & ſollicitudinem, quam ſeruaturus erat in ſtatu gloriæ pro ſalute fidelium.

Altera ratio deſumitur ex lege amicitiæ, quæ exigit, vt amicus amico propalet ea, quæ ad ipſum pertinent, iuxta illud Chriſti Domini Ioan. 15. v. 15. *Iam non dico vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Cum ergo Sancti in cœlo ſint amici Dei, & magis cum illo coniuncti, quā cum in terra exiſterent, lex amicitiæ requirit, vt manifeſtet illis orationes noſtras, quæ ad illos diriguntur.

Cui non obſtat, quod lib. 3. Reg. cap. 8. v. 19. dicitur de Deo: *Tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum*: hoc enim dicitur, quia ſolus ex ſe, propria-

que,

que, & naturali virtute cognoſcit futura, & cogitationes cordium; alij autem accepta ab ipſo cognitione, aut reuelatione. Nullumque eſt inconueniens, imo exigit Sacræ Scripturæ textus, vt multa, quæ ſoli Deo tribuuntur, etiam alijs conueniant, in præfato ſenſu; v. g. ſolus Deus dicitur bonus, Matth. 19. 17. Solus iuſtus, lib. 2. Machab. cap. 1. v. 25. ſolus potens, & immortalis 1. Timoth. 6. 15. ſolus faciens mirabilia, Pſal. 71. v. 18. Et tamen hæc omnia conueniunt etiam hominibus, non quidem per eſſentiam, vt Deo, ſed per participationem ab illo.

Quæ alia Scripturæ loca obijciunt aduerſarij, ex veteri Teſtamento, contra notitiam, quam habent Sancti noſtrarum precum; Eccleſ. 9. 5. *Viuentes ſciunt ſe morituros, mortui verò nihil nouerunt amplius*. Iſaiæ 63. 16. *Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos*; hæc, inquam, & ſimilia loca aliam prorſus habent intelligentiam ab iſta; ſed adhuc gratis admiſſo, quod in illis ſignificaretur, mortuos etiam iuſtos ignoraſſe, quid in hac vita gereretur, nihil ad rem faciunt. Non enim diſputamus in præſenti de notitia, quam habuerunt mortui in veteri Teſtamento, de quibus ibi eſt ſermo, ante Chriſti Incarnationem: ſed de notitia, quam habent in nouo Teſtamento poſt Chriſti aſcenſionem: Et ſpeciatim de notitia, quam nunc habent Sancti cum Chriſto regnantes in cœleſti gloria. Quia autem forſan improbabile non eſt, multa quoque fuiſſe à Deo reuelata, & propalata Sanctis Patribus in Limbo exiſtentibus, quæ in hac vita gerebantur; dici poteſt eos nihil eorum nouiſſe ex ſe, & propria virtute, non autem accepta à Deo cognitione, pro ſua largitate: ſuppoſito quod præfata loca, aut alia de hac materia loquantur.

Circa modum autem, quo animæ beatæ cognoſcunt orationes ad eas emiſſas à viatoribus, varia ſunt Theo-
logorum placita, quorum fu
plicatio hic non eſt neceſſaria
dem aduerſarij non negant po
eſſe aliquem modum huiuſce c
nis, ſed tantùm aſſerunt De
luiſſe de facto eam beatis co
care; cuius oppoſitum huc vſq
oſtendimus. Duo autem prob
res modi id explicandi in via
mæ ſunt, primus eorum, qui c
ietano docent, orationes omn
ri quidem in verbo à beatis:
diſcrimen inter orationes, quæ
tempore, quo incipit eſſe beat
qui inuocatur à viatoribus, &
nes, quæ poſtea fiunt; quatenus
videt formaliter ea viſione, q
nam eſſentiam intuetur; poſteri
rò tantùm cauſaliter, & diſtin
gnitione, nempè per reuelatio
nouam illuminationem; & id
runt de omnibus futuris conti
bus pertinentibus ad ſtatum b
vndè non ex eo tantum illa d
videre in verbo cauſaliter, qui
effectiuè concurrat illuminand
lectum beatorum: hoc enim c
ne eſt omni cognitioni, quæ
per reuelationem, aut qualem
illuminationem, factam etiam
bus, qua non dicuntur illa vid
verbo; ſed dicuntur cauſaliter
verbo; quia illæ diuinæ illumina
ex quibus cauſatur illa poſter
gnitio, ſe habent ſicut accident
comitantia ipſam viſionem di
ſentiæ, non ſimul, ſed ſucceſſiu
niam ita congruit ſtatui felici
rum, proportionaliter ad ea,
rum ſtatum concernunt.

Secundus aliorum aſſerenti
tos videre in verbo eadem viſi
videtur eſſentia diuina, omnes
nes viatorum ad ipſos emiſſa
fundantur tempore adeptioni
tudinis, ſiue poſt, ac denique o
quæ ad vnumquemque beatu
ſtant: & pariter aſſerunt beato
ſione verbi cognoſcere, an exp
quod petitur, & quomodo imp

Sed de hoc, libro ſequenti fuſius ſuo loco agetur.

Septima tãdem & vltima pars, quod nimirum Sancti poſſint, & velint pro nobis apud Deum intercedere, vbi recurrimus ad illos, conſtat ex dictis. Si enim aduerſarij conuicti multitudine teſtimoniorum ſacræ Scripturæ, libenter admittunt Sanctos in Cælo vltro pro nobis orare, & intercedere, atque adeo pollere fauore, & gratia apud Deum, ob quã nobis illum propitiare queant; certè non video, cur rogati à nobis idem prorſus non valeant, aut nolint; attenta præſertim eorum charitate, quæ ex Apoſtolo 1. Corinth. 13. *nunquam excidit*, imo in cæleſti beatitudine perficitur, cum rationes Deum, & proximum amandi clarius à beatis cognoſcantur. Sed Sancti, dum hic viuerent, ex charitate, qua proximos complectebantur, paratiſsimi erant ad intercedendum pro illis: Ergo multo magis, iã charitate in eis aucta, id volunt, & parati ſunt facere, vbi confugimus ad illos. Rectèque proindè Cyprianus in ſerm. de mortalitate, hæc conſiderans ait: *Magnus illic charorum numerus expectat; frequens nos, et copioſa turba deſiderat, iam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſollicita*; nec non Diuus Hieronymus lib. contra Vigilantium cap. 3. *Si Apoſtoli, et Martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti: quanto magis poſt coronas, victorias, et triumphos.*

Ac demum S. Auguſtinus, aut quicumque ſit alius author meditationum apud ipſum cap. 24. ſic ſcribit: *Felices Sancti Dei omnes, qui iam pertranſiſtis huius mortalitatis pelagus, et peruenire meruiſtis ad portum perpetuæ quietis, ſecuritatis, et pacis: ſecuri, et tranquilli, ſemperque feſtiui gaudentes: Obſecro vos per veſtram charitatem, qui ſecuri eſtis de vobis, ſolliciti eſtote de nobis: ſecuri eſtis de veſtra immarceſcibili gloria, ſolliciti eſtote de noſtra multiplici miſeria. Per ipſum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iam ſatiamini, de cuius immortalitate iam immortales facti eſtis, cuius beatiſſima viſione ſemper gaudetis: Eſtote iugiter memores noſtri; ſubuenite nobis miſeris, qui adhuc in ſalo huius vitæ circumſtantibus agitamur procellis.* Quæ & ſimilia præfati Patres, alijque plures haud dixiſſent, ſi vel minimum dubitaſſent, Sanctos poſſe, & velle ſeu paratos eſſe, ad intercedendum apud Deum, pro confugientibus ad eorum patrocinium.

Si dicant aduerſarij, multos ſequi abuſus ex cultu, & inuocatione Sanctorum, ideoque illicita eſſe. Reſpondetur tales abuſus, ſi qui ſint, minimè ſequi ex natura rei ad illa, ſed prouenire, vel ex malitia, vel ex imperitia hominum. Huiuſmodi autem abuſus non defendimus, ſed cum Eccleſia Catholica abhorremus, aſſerimuſque tantum licitum eſſe petere interceſſionis auxilium à Sanctis, qui ſunt iam beati in cœlo; ſicut aduerſarij concedunt, inuocari etiam poſſe hoc modo viuos; non autem inuocandos eſſe, vt authores, & largitores bonorum, aut cum aliquo cultu, ſiue interno, ſiue externo, qui ſoli Deo, tanquam proprius ſit debitus. Inſuper ita eſſe inuocandos, vt ſemper id fiat ſubordinatè ad Chriſtum Dominum; proptereaque Eccleſia omnes orationes ad Sanctos directas ſemper his terminat verbis; *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum* &c. vt omnes intelligant, nec ab illis, nec ab ipſamet Sanctiſſima Virgine Dei Genitrice Maria, quidquam peti, vel obtineri poſſe, niſi mediante Chriſto, eiuſque meritis. Vnde ex his duabus inuocationibus, minimè inter ſe ob dictam ſubordinationem incompoſſibilibus, illa Chriſti eſt abſolutè neceſſaria, alia verò Sanctorum, vtilis tantum: Eccleſia Catholica abſolutè fideles non obligante ad actualem Sanctorum inuocationem: tenentur tamen omnes ad credendum, illam eſſe

eſſe licitam, & bonam, nec ad improbandam Eccleſiæ praxim, quæ vtitur, ſemperque vſa eſt tali inuocatione, varijs in ſolemnitatibus.

Si inſtent aduerſarij, ſufficere ad hoc, vt aliqua conſuetudo ſit illicita, & aboleatur, quod per accidens aliquos habeat abuſus, præſertim ſi non ſit in aliqua materia fundamentali, & ad ſalutem neceſſaria; ſiquidem quod ad fidelium bonum inſtitutum eſt, vbi in eorum damnum vergit, non amplius tolerandum videtur; cuiuſmodi cum ſint cultus, & inuocatio Sanctorum, videntur omnino illicita, & abolenda.

Reſpondetur primò, vanum eſſe huius inſtantiæ fundamentum, ſcilicet in materia religionis aboleri debere omne illud, quod in ea fundamentale non eſt, ſi aliquibus abuſibus ſolum per accidens ſit obnoxium; præterquam enim ſupra reiecimus hanc diſtinctionem rerum fidei, & religionis in fundamentales, & non fundamentales, hæc propoſitio, cui innititur iſta inſtantia, nullibi habetur in Scriptura, nedum explicitè, ſed nec implicitè, cum tamen iuxta aduerſariorum principia deberet in ea priori modo contineri.

Secundò, quia ſi ex ipſis tolerari poſſunt abuſus per accidens occurrentes, in rebus ad ſalutẽ neceſſarijs, V.g. in adminiſtratione Sacramentorũ; multò magis id concedendum eſt in rebus minus præiudicialibus, cuiuſmodi ſunt res fidei, quas vocant indifferentes, hoc eſt, quæ abſque vllo ſalutis periculo credi, & non credi poſſunt.

Tertiò cum cultus, & inuocatio Sanctorum fidelibus ſit ex ſe proficua, & vtilis, ipſiſmet autem Sanctis perhonorifica, vtpotè illis debita, ratione felicis, in quo reperiuntur, ſtatus, corrigendi ſunt quidem abuſus, ſi qui circa illa per accidens occurrant, non autem abolenda; pro vt in hunc finem Eccleſia Catholica omnes diligentias, & cautelas adhibet, præſertim ne ad libitum vniuſcuiuſque publicè colantur, & inuocentur Sancti niſi ſuppoſita eorum beatificatione, & canonizatione; de quibus, quoniam ſufficienter egimus tom. 3. lib. 3. ſect. 4. iam ibi dicta conſuli poſſunt.

Quàm certum eſt ex huc vſque dictis licitè inuocari Sãctos, vt ad Deum pro nobis intercedant; tam quoque certum eſt, eos in cœlis pro nobis id præſtare; cum præcipuè eorum inuocatio ordinetur ad hoc, vt ſuis ſcilicet precibus, & interceſſionibus, à Deo pro nobis auxilia, & protectionem impetrent. Vndè aduerſarij manifeſtè ſibi contradicunt, dum admittentes Sanctos in patria orare pro nobis, negant eſſe licitũ recurrere ad ipſos in hunc finem; ſi enim Sancti licitè in cœlis pro nobis orationes ad Deum fundunt; nulla poteſt afferri legitima ratio, cur hoc idem ab ipſis per orationes noſtras licitè etiã petere non poſſimus.

An autem neceſſe ſit, vt beati pro nobis orent, quod prænoſcant euentũ, ſeu conſecutionem rerum; quotque modis id præſtent; non vna eſt omniũ ſententia. Interim breuiter circa primum dico *primò*, Beatos in cęlo exiſtentes, ſiue Angelos, ſiue homines non ſemper agnoſcere, quid circa ſuos cliẽtulos agendum, aut quid ſimpliciter orandum pro eis: an expediat quod petitur, & quomodo implendum ſit, & quando; an Deo placeat, & ſimilia: ſed Deum pro ſuo beneplacito quandoque reuelare, quandoque non. Quod videtur manifeſtè colligi ex hiſtoria quæ habetur Daniel. 10. de Angelis cuſtodibus gentis Perſarum, & Iudæorum, qui viginti, & vno diebus ignorauerunt Dei voluntatem de liberanda à captiuitate, vel non liberanda gente Iudæorum. Dico *ſecundò*, quando Beati præſciunt ſuas orationes effectum non habituras, nequaquam illas fundunt pro tali effectu obtinendo; tum quia habent voluntatem ſuam in omnibus diuinæ conformem; tum quia fruſtra orarent: ideo que non orant pro ſalute horum, quos certo

tò ſciunt eſſe de numero præſcito-
. Dico *tertiò*, ſi Beati ignorent, an
orum orationes habituræ ſint effe-
m, nec ne, non orant pro nobis ora-
e abſoluta. Cum enim in omni-
etiam minimis à diuina non diſce-
t voluntate, cui conformantur tam
ormali, quàm in materiali volito:
ſciant quid Deus decreuerit de im-
da petitione pro alijs, non illam
tent. Et hoc eſt quod Diuus Tho-
2.2. quæſt.83. art.2. ad 2. ait: *San-
hoc petere, quod exiſtimant eorum
ibus implendum, ſecundum Dei vo-
atem. Quartò* demùm, quando Bea-
unt euentus ſuarum orationũ non
conformes diuinæ voluntati, non
unt pro illis neque conditionatè,
e quouis alio modo. Et idem di-
um eſt, quando neſciunt, quid ſta-
t Deus circa effectus petendos.
ſequitur ex hoc, quod Beati præ-
nt euentus rerum poſtulandarum,
uſtra, & inutiliter Deum pro illis
endis orare; ſi quidem prænoſcunt
futuros mediantibus orationibus,
fundunt, aut ex ſe, aut rogati à
; ita volente, & ordinante ipſomet
, vt orationibus eorum impleatur
od noſcunt eum velle, alias non
ndum, ſicut Diuus Auguſtinus
ib. de prædeſtinatione Sanctorum,
ones prædeſtinatis prodeſſe; quia
prædeſtinatum eſt, vt orationibus
edentium ſaluentur. Et ita ſol-
gumentum D.Thomas 3. par. q.
t.1. ad 1. factum de orationibus
i dicens, Chriſtum petiuiſſe ali-
quæ fienda ſciebat per ſuam ora-
n, & ideò non inutiliter petijſſe.
ſequitur, omnes orationes Bea-
ſemper exaudiri, quia ſemper
ea, quæ ſciunt Dei voluntati be-
iti eſſe conformia.
ca ſecundum, quomodo nimirum
in patria exiſtentes orent pro no-
o, dupliciter id ab illis præſtari.
odo, oratione expreſſa: dum
iuinæ miſericordiæ ſuis petitio-
ro nobis pulſant; ſiue ab ea ſim-
pliciter petunt, vt ſua nobis dona lar-
giatur; interdum etiamſi nos illa non
poſtulemus: interdum nobis illa po-
ſcentibus. Altero modo, oratione in-
terpretatiua: quando ſcilicet eorum
merita nobis coram Deó quoquo mo-
do auxiliantur; quæ habuerunt, dum in
mortali vita erant; non quia illa diui-
dantur, ſed quia dum in hac vita erant,
vt nobis ſua merita prodeſſent, obti-
nuerunt. Huiuſmodi autem orationes
Sanctorum non eſſe meritorias, nec de
condigno, nec de congruo, ſed tantùm
impetratorias docent multi; alij verò
concedunt illis meritum de congruo;
verum cum tale meritum vix diſtin-
guatur ab impetratione, videtur perti-
nere ad quæſtionem de nomine; De
quibus, & ſimilibus ſalua fide inter do-
ctores Catholicos controuerſis redibit
ſermo libro ſequenti.

CAPVT XXIX.

*Statuitur aduerſus Lutheranos, Caluini-
ſtas, & Anabaptiſtas piè, & vtiliter
deſtinari ex Eccleſiæ inſtituto quædam
loca ad Deum orandum, & adorandum
nimirum Templa, vel Oratoria.*

PRęter bonum mentis ſpirituale,
quod per actus Religionis inter-
nos ſubijcitur Deo, vt ſuperiori capite
dictum eſt, datur quoque aliud bonum
externum corporis, quod eidem ſubijci
debet per exteriorem adorationem, quæ
eſt etiam actus religionis; quare adora-
tio ſic ſumpta, de qua Theologi agunt
cum Diuo Thoma 2.2. qu.84. definiri
ſolet, ſenſibile teſtimonium, ſiue actus
externus religionis, quo per conuenien-
tem aliquem corporis geſtum, v. g. per
genuflexionem, aut proſtrationem, pro-
teſtamur orando noſtram ſubiectionem
erga Deum, vt erga ſummum omnium
Dominum, atque adeò tribuimus ei di-
uinum honorem. Diſputaturque ibi-
dem, vtrum huiuſmodi adoratio exte-
rior requirat determinatum locum, cu-
iuſmodi ſunt Sacra Templa. Circa
quod

quod duo fuere inimicorum genera, vnum Gentilium, qui reipſa Templa euerterunt, non odio templorum, ſed odio gentis, aut religionis; vt in veteri Teſtamento contigit Nabuchodonoſori, Antiocho, Pompeio, Caſſio, Tito, qui Templum Salomonis vel prophanarunt, vel incenderunt: in nouo autẽ Diocletiano, qui iuſſit omnes Chriſtianorum Eccleſias ſolo æquari, apud Euſebium lib.8. hiſt. cap. 2. Alterum fuit hæreticorum, qui Templa ipſa, vel eorum aliquid tanquam malum oderunt. Quales in primis fuere Manichęi; nam Fauſtus Manichæus apud Auguſtinum lib.20. cap.3. & 4. obijciebat Catholicis, quod haberent templa, & altaria more Gentium, & Iudæorum; Tum Meſſaliani, qui, teſte Diuo Damaſceno lib. de 100. hæreſibus, hæreſi 80. templa omnia execrantes, ſolùm in ſuis domibus orare volebant Deum; & qui eodem ferè tempore vixit Euſtachius Sebaſteæ Epiſcopus; vt habetur ex Concilio Gangrenſi cap.5.6. & 20. nec non ex Socrate lib.2. hiſtor. cap. 25. & Sozomeno lib.3. cap. 13. Item Eunomiani Baſilicas Apoſtolorum, & Martyrum non ingredientes apud Hieronymum contra Vigilantium cap. 3. & Gennadium Maſſill. cap.73. Petrobuſiani templa diſtruentes, apud Cluniacenſem in epiſtola contra eoſdẽ; Albigenſes apud Bernardum Luxembergenſem in Catalogo; Vualdenſes apud Claudiũ Cauſſordium lib. contra ipſos cap.6. Vvicleſiſtæ apud Thomam Valdenſem tom.3. tit.17. & 22. Taboritæ apud Aeneam Syluium lib. de origine Bohemorum cap.35. Anabaptiſtæ Tranſyluani; Lutherus, quia, licet admiſerit templa ad concionandum, & miniſtrandum Sacramenta, reprehendit tamen, quod fiant ad orandum, quod in honorem Sanctorum, quod conſecrentur certo ritu, quod magnis ſumptibus ornentur. Ita ad Euangelium Dominicæ I. Aduentus; *Bona opera*, inquit loquendo de Catholicis, *appellant, quæ haud quaquam Deus præcepit, vt ſunt perigrinari ad excelſa illa diuorum, ieiunare, in honorem Sanctorum, extruere, & ornare templa*, &c. *Ecquis enumeret abominandas illas abominationes, & ſpurciſsimas, atque pernicioſiſsimas impoſturas?* Caluinus quoque præfat. inſtit. reprehendit ornatum Templorum; & lib.1.c.11. §.13. ornamenta templorum ſolum eſſe vellet concionem, & Sacramenta; & quamuis lib.3. cap.20. §.30. concedat, ea quidem erigi debere ad communes preces fundendas, non tamen vllam eis ineſſe ſanctitatem; vndè ſatis indicaſſe videtur, priuatas preces non fieri vllo modo melius in templo, quam alibi.

Pro huius controuerſię intelligentia contra tot hoſtes, notandum eſt primò, ſacras ædes varios ob vſus, ſiue fines à Chriſtianis exędificari, vndè etiã varia ſortiuntur nomina. *Primò* ad ſacrificandum Deo, & hinc vocantur Templa. *Secundò* ad orandum, & hinc nuncupantur Oratoria. *Tertiò*, ad Martyrum reliquias honorificè cõſeruandas, & hinc tria habent nomina, ſolentque dici Baſilicæ, ſeu Memoriæ; ſeu Martyria. *Quartò*, ad populum verbo Dei paſcendum, & Sacramenta illi conferendum, & hinc appellantur Eccleſiæ.

Secundò ſciendum eſt, ita alia omnia adorationis externa ſigna, eſſe communia Deo, & creaturis; atque adeò ex ſola adorantis intẽtione determinari poſſe ad latriam, hyperduliam, & duliam; vt tamen ſoli Deo ſacrificia offerri, templa dicari, & altaria in illis erigi debeant. Hæc enim tria per ſe ſpectant ad adorationem latriæ, nullique proindè creaturæ conuenire vnquam poſſunt. Quæ adoratio latriæ, vt omni ex parte recta ſit, *primò* requiritur, vt nulli alij, præterquam ſoli Deo vero deferatur per ſe; ex illo Deuteron.6. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*. *Secundò*, vt procedat ex vera fide, iuxta illud Ioann.4. *Nos adoramus quod ſcimus*, atque etiam ex deuotione, ſeu pio erga Deum affectu, ſaltem præcedente; & poſt de induſtria non interrupto in ipſa externa adoratione; ſic

enim

enim verè erit adoratio *in Spiritu, & veritate*; qualis requiritur citato loco Ioannis. *Tertiò*, vt careat omni mala circumſtantia peruerſi finis, & inepti, aut noxij modi, quo ad geſtum, vel locum. His, inquam, adhibitis conditionibus, vt abſolutè rectus erit actus adorationis, ita, & orationis, quouis tùm loco, tum tempore, tum ſitu, tum corporis geſtu. Quod tamen non impedit, quominus piè, & vtiliter deſtinentur peculiariter ex Eccleſię inſtituto, quędā loca ad Deum orandum, & adorandum, qualia ſunt ſacra Templa, vt dicetur infra.

Tertiò notandum eſt, orationem, & adorationem, quæ quo ad præſens inſtitutum pari procedunt paſſu, diuidi in priuatam, & publicam. Priuata eſt, quæ internè, vel externè fit ab orante, vel adorante proprio nomine, vt perſona particularis eſt. Publica autem, quæ exteriori ſigno fit à miniſtris Eccleſiæ totius populi fidelis nomine, & hæc ſubdiuitur in ſolemnem ex neceſſitate, quales ſunt orationes, & adorationes, quæ ex Eccleſiæ præſcripto, ſacroſancto Euchariſtiæ ſacrificio adiunguntur; & in eam, quæ non neceſſariò ſolemniter exercetur, vt recitatio horarum Canonicarum, quæ aliquando in Eccleſia, aliquando in priuatis domibus fit. His prænotatis ſit.

Prima Concluſio. Licitum eſt Deo templa, & altaria erigere. Iſta concluſio eſt de fide contra Manichæos, & ſequaces, templa ſimpliciter erigi nolentes, indeque probantes Deum veteris Teſtamenti, qui iuſſerat ſibi ædificari tabernaculum, & templum, non eſſe verum Deum, ſed malum principium, & pugnare cum Deo noui Teſtamenti; cuius Scripturæ expreſsè aſſerunt Deū non habitare in locis manufactis, vt Matth. 5. *Cælum Dei ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum eius*; Act. 7. *Sed Excelſus non in manufactis templis habitat*; & ibid. cap. 17. *Nec in manufactis templis habitat, aut manibus humanis colitur.* Sed refelluntur elegantiſſimè à D. Auguſtino lib. contra Adimantum cap. 10. ex illo Ioann. 2. vbi Chriſtus Dominus de templo manufacto ait: *Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis*: & Matth. 21. vbi iterum ait: *Domus mea domus orationis vocabitur*. Inde enim apertè colligitur vnum, & eumdem verum Deum in vtroque teſtamento approbaſſe templa, in quibus adoretur, ſolumque non approbaſſe illa, præfatis locis, eo ſenſu, quo putetur ibi includi; quomodo idola, id eſt, Dij gentium verè in templis continebantur, nec indè poterant exire, niſi qui eos parietibus affixerant, indè detrahere, & aſportare vellent.

Ex hoc autem, quod Gentiles ſuis etiam Dijs templa erigerent, tantùm abeſt, id propterea illicitum eſſe credi debere, vt potius quid ipſimet lumini naturali omninò conſentaneum putandum ſit; etſi enim errauerint circa pluralitatem Deorum, quibus illa dedicabant, minimè tamen in exhibendo illis tale genus cultus, aut ſimile; Indeque factum eſt, vt plura eorum templa non diruta, ſed poſtea ab Eccleſia vero Deo conſecrata, & in ſacrum eius cultum translata fuerint. Quæ dicentur inferius hanc concluſionem probabunt, vnde ſit.

Secunda Concluſio. Aedes Sacræ Chriſtianorum, ad Sacræ Euchariſtiæ ſacrificium peragendum, rectè, & principaliter inſtitutæ ſunt; & ideo verè, & propriè templa appellari, ſolùmque in illis, vel in ara, ſeu altari ſupplente eorum locum, vbi neceſſitas exigit, fieri poſſunt orationes, & adorationes ab Eccleſia præſcriptæ circa præfatum ſacrificium. Iſta concluſio eſt contra omnes huius temporis hæreticos, qui, vt negant vllum eſſe in Eccleſia externum ſacrificium, vel Sacerdotium, ita conſequenter ad hunc errorem negant, debere templa erigi ad ſacrificandum, ſeu in ſtatu legis Euangelicæ vera eſſe templa, & altaria.

At quia oppoſitum eſſe de fide, ſuo loco infra demonſtraturi ſumus, interim

tim concluſionem indè ſic probo primò conditionatè. Rectè, & principaliter ædes ſacræ ab Eccleſia fuerunt in lege Euangelica inſtitutæ, indeque tēpla vocatæ; ſi datur in ea verum, propriéque dictum ſacrificium; ſed datur in ea tale ſacrificium incruentum, quod Miſſam, vel ſacrificium Miſſæ appellamus; rectè igitur, principaliterque Eccleſia ad tantum ſacrificium peragendum Aedes ſacras inſtituit, propriéque templa vocauit, ſi quidem templa nihil aliud ſunt, quam Aedes Sacræ, in quibus Deo ſacrificatur. Minor huius argumenti cum ſupponatur certa, ex dicendis infra. Probatur ſequela maioris, quam fortè aduerſarij non negarent, quia, vt ſacrificium omnes inter religionis actus exteriores primum tenet locum, ſolique Deo vero eſt offerendum, ita ſpecialem poſtulat locum vſibus tantum ſacris deſtinatum; quem templum appellamus; ſuppoſito ergò quod in lege Euangelica detur verum propriéque dictum ſacrificium, quale illud eſt Miſſæ, rectè, & principaliter Eccleſia potuit, & debuit, ad eius celebrationem, ſacra vbique templa, & altaria Deo erigere.

Secundò probatur, quia conſequenter ad exiſtentiam veri ſacrificij in nouo teſtamento, Eccleſiæ Chriſtianorum ſemper habuerunt altaria, quamuis pro diuerſitate temporum varia; ſemper ergò vera templa fuerunt; ſi quidem templum nihil eſt aliud, vt ſtatim dixi, quā ædes ſacra, in qua Deo ſacrificatur, ſeu locus altaris; quod etiam cum magis indicet ſacrificij ritum, quam templum; nam ſine altari non poteſt ſacrificari, ſine templo interdum poteſt; indè eſt, quod ſi hæretici, vt excludant ſacrificia, negant templa, multo magis negare deberent altaria ſacrificijs immediatius, ac ſpecialius deſtinata; ſed altaria nullo modo negare poſſunt, quorum expreſſa habetur mentio 1. Cor. 10. *Non poteſtis menſæ Domini, & menſæ dæmoniorum participes eſſe*; ibi enim Diuus Paulus opponit menſam Euchariſtiæ, menſis Idolothytorum, vt igitur menſæ Idolothytorum vera erant altaria; idem quoque aſſerendum eſt de menſa Euchariſtica. Item Hebræor. 13. vbi ait: *Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt*. Quod enim aduerſarij dicunt præfata verba debere intelligi de altari crucis, eſt omnino contrarium, tùm modo loquendi Apoſtoli; tùm communi Patrum ſenſui illum locum intelligentiū de vero ſacrificio Euchariſtiæ, vt ſuo loco dicemus; tùm ipſimet eorumdem Patrū traditioni, cum nullus ferè ſit, qui non meminerit altaris Eccleſiæ.

Tertiò probatur concluſio teſtimonijs Patrum, qui nomine templi vtuntur, ſiue templa domos ſacras appellant. Ex Græcis Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini; Baſilius in pſalm. 114. Gregorius Nazianzenus orat. in Gorgoniam ſororem; Gregorius Nyſſenus orat. in Theodorum; Chriſoſtomus homil. 51. in Matth. A quo etiam templi nomine Latini Patres, etſi frequentius vtantur alio Baſilicæ, non abhorrent. Lactantius enim in carmine de paſſione Domini ait:

Quiſquis ades, medijque ſubis in limina templi
Siſte parum, &c.

Saluianus lib. 4. de prouidentia: *Eccleſia*, inquit, *vel potius Templum*, Ambroſius lib. 2. de officijs, cap. 21. *Et maximè*, inquit, *Sacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum decore congruo, vt etiam hoc cultu aula Domini reſplendeat*. Et cap. 28. *Nemo poteſt accuſare, quia templum Dei ædificatum eſt. Nemo poteſt indignari, quia humandis fidelium reliquijs ſpatia laxata ſunt*. Hieronymus in c. 7. Ieremiæ Eccleſiam vocat templum; ac demum Auguſtinus lib. 8. de Ciuitate Dei cap. vltimo, cum ait: *Nec nos eiſdē Martyribus templa, Sacerdotia, Sacra, & ſacrificia conſtituimus; quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus*. Clarè oſtendit, Deo iſta omnia competere, & conſtitui, vndè infra addit: *Non autem*

tem iſta eſſe ſacrificia Martyrum nouit, qui nouit vnum quod Deo illic offertur ſacrificium Chriſtianorum.

Sed obijciunt primò aduerſarij illud Apocalip.21. *Et templum non vidi in ea; Dominus enim Deus templum illius eſt.* Reſpondetur ibi Ioannem loqui de Eccleſia triumphante. Vbi non erit templum, quia tunc ceſſabunt oblationes, preces, Sacramenta, & ſacrificia, propter quæ templa eriguntur. Ita enim exponunt omnes probati doctores, inter quos Auguſtinus lib. 20. de ciuit. Dei cap.17. ait, impudentiæ nimiæ ſibi videri, ſi quis iſtum locum Apocalypſis exponere velit de præſenti Eccleſia. Vndè clarè patet non eſſe ipſius expoſitionem Apocal. quæ habetur to. 9. operum eius, vbi de Eccleſia huius temporis hic locus intelligi videtur. Cuius tamen oppoſitum ipſe contextus declarat; cum enim cap.20. deſcriptum fuiſſet iudicium, & damnatio impiorum, vt patet ex vltimis verbis, *Iudicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum, &c.* poſtea cap. 21. agitur de gloria Beatorum: *Et vidi*, inquit, *cælum nouum, & terram nouam, &c.* pauloque poſt illa verba, *Et templum non vidi in ea*, ſubiungit, *non introibit in eam aliquid coinquinatum.* Quod certè non poteſt intelligi de Eccleſia militante, in qua mali cum bonis permixti viuunt, vt tom. 3. diximus agentes de illa ſect.3.

Secundò obijciunt, Deum voluiſſe euerti templum Salomonis, quod ad ſacrificia erectum fuerat; igitur in ſtatu legis Euangelicæ non ſunt amplius tépla, vel altaria erigenda.

Reſpondetur negando conſequentiam, non enim Deus voluit templi Salomonici deſtructionem, quaſi in lege noua ei templorum ædificatio diſpliceret, aut pro ſacrificio illius propria tépla non eſſent vbique erigenda; ſed vt intelligeremus, ſtatum veteris teſtaméti iam ceſſaſſe; nouoque ſacrificio, noua vbique templa ſuccedenda eſſe.

Tertiò obijciunt authoritatem Patrum, qui ordinariè à vocabulo templi abſtinent, cum de Eccleſijs, aut domibus ſacris Chriſtianorum loquuntur; imo etiam eas templis opponunt, vt Hieronymus, qui in epiſt. ad Riparium dicit, Iulianum Chriſti Eccleſias, aut euertiſſe, aut in templa conuertiſſe. Et Cæcilius apud Minutiũ Felicem obijcit Chriſtianis, quod tanquam Athei nulla haberent templa, vel altaria.

Reſpondetur veteres quoque Patres tam Græcos, quam Latinos nomine templi vſos fuiſſe, eoque ſacras Chriſtianorũ ædes nuncupaſſe, vt vidimus; ab eo tamen interdum abſtinuerunt, ita exigente temporum, perſonarumq; cum quibus agebant, circumſtantia; cum enim primis Eccleſiæ temporibus, mundus adhuc plenus eſſet templis idolorum, & vſus loquendi obtinuiſſet, quod nomine templi intelligeretur locus falſis dijs conſecratus ad cruenta eorum ſacrificia peragenda; præfati Patres, & alij in hoc duntaxat ſenſu, negarunt Chriſtianos habere templa, non autem abſolutè; ſi quidem ante Minutij tempora Chriſtianos habuiſſe, altaria, & ſacrificium, ac proindè etiam templa, patet ex Irenæo lib.4. cap. 34. & Tertulliano lib. de pęnitentia, nec non lib. de velandis Virginibus, & lib. de monogamia, vbi Sacerdotum meminit; qui ambo Minutio fuere antiquiores.

Tertia Concluſio. Ritè ab Eccleſia inſtituuntur certa, & determinata loca, vbi verbum Dei, & Sacramenta populo miniſtrentur. Iſta concluſio eſt cótra Anabaptiſtas; cuius veritas, & probatio fundatur primò in exemplo Chriſti Domini, qui licet nunc in montibus, nunc in deſertis, nunc in mari ex nauicula concionaretur, provt ferebat occaſio, attamen de ſeipſo dicit Mat.26. *Quotidiè apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis.* Et Ioann. 18. *Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt.* Tum Apoſtolorum, de quibus dicitur, in Synagogis,

quæ

quæ erant eius temporis Eccleſiæ, verbum Dei ſeminaſſe, Act.5. vbi Angelus eductis de carcere Apoſtolis ait: *Ite, & ſtantes in templo loquimini plebi omnia verba vitæ huius: qui cum audiſſent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant.* Et cap.13. Paulus, & Barnabas miſsi ad prædicandum, primum intraſſe Synagogam, & ibi prædicaſſe referuntur. Tum denique primorum Chriſtianorum, quos habuiſſe Eccleſias à priuatis domibus diſtinctas, conſtat ex epiſt.1. ad Corinth. 11. *Conuenientibus vobis in Eccleſiam audio ſciſſuras eſſe inter vos.* Quam Eccleſiam non fuiſſe priuatam domum, vel ædem, clarè patet ex ſequentibus: *Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis?* Et rurſus: *Si quis eſurit domi manducet, vt non in iudicium conueniatis*: Et cap. 14. *Mulieres in Eccleſijs taceant, ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent.*

Quod & confirmatur apertiſsimis antiquiſsimorum Patrum teſtimonijs; ſiquidem Clemens lib.10. recognitionum verſus finem, refert Antiochiæ Petro prædicante conuerſam fuiſſe cuiuſdam Theophili domum in Eccleſiã, ibique ei cathedram conſtitutam, vnde populum doceret. Philo apud Euſebium lib.2. hiſt. cap.17.ſcribit, primos Chriſtianos in omnibus locis cõſtituiſſe ædes Sacras ad myſteria celebranda, & ſacros libros legendos.Iuſtinus Martyr apolog.2. circa finem ait: Chriſtianos die Dominico in vnum certum locum omnes conuenire ad verbum Dei, & Euchariſtiæ communicationẽ. Apud citatum Euſebium lib.7. cap.25. refertur, quod S. Gregorius cognomento Taumathurgus, cum Eccleſiam conſtruere vellet, nec ſatis loci haberet propter vicinum quemdam montem, eum precibus ſuis loco mouit; & c.26. quod Catholici cum Paulo Samoſateno de Sacra æde apud Aurelianum Imperatorem contenderunt. Ex Patribus Latinis Tertullianus eorum antiquiſſi-

mus lib. contra Valentinianos c
initium expreſſam facit mentio
Sacrę ędis ad quam Chriſtiani c
niebant. Cyprianus ſerm. de ele
reprehendens mulieres opulentas
in Eccleſiam ſine oblatione venie
ait: *In Dominicum ſine ſacrificio*
& partem de ſacrificio, quod pauper
lit ſumis. Vbi Domini cum Eccleſ
pellat, eo quod domus illa ſacra
Domini palatium, ſeu habitatio e
mũ Hieronymus lib.3.c.6. comm
riorum in epiſtolam ad Galatas
Beatum Ioannem Euangeliſtam,
Epheſi moraretur vſque ad vlti
ſenectutem, & vix inter diſcipu
manus ad Eccleſiam deferretur
poſſet in plura vocem verba cõt
re, nihil aliud per ſingulas ſolitu
ſe proferre collectas, niſi hoc: fili
ligite alterutrum. Dubitari ergo
poteſt, quin à primis Eccleſiæ te
bus certa fuerint inſtituta loca a
bum Dei fidelibus prædicandum
cramenta miniſtranda, quem rit
ceps eadem obſeruauit Eccleſia
que illum contempſerunt, pro h
ſemper habuit.

Et certè huiuſmodi ritus recti
ipſamet ratio naturalis perſuade
populus Chriſtianus debet ali
conuenire ad res ſacras: præte
enim concio haberi non poteſt
gulos fideles ſeorſim, nec illis mi
ri Euchariſtia; adhuc conuentus
vtiliſſimus eſt ad ſeruandam, &
animorum vnitatem; conuenien
tur aliquis certus locus ſacer d
tur, vbi fideles ſimul congregen
enim habentur certa loca ad alia
ſteria, vt ad iudicia, ad conuiuia,
rationabilis cauſa poteſt afferri,
etiam ad res ſacras determinari
ac debeant. Neque exemplum
Domini ab aduerſarijs adductu
concionabatur nunc in montibu
in deſertis; quique Euchariſtia
tuit in priuata, & prophana dom
quam obeſt veritati noſtræ co
nis; cum enim nondum eſſet E

noui Teſtamenti conſtituta, ſed tunc colligeretur, & fundaretur, mirum non eſt, ſi tunc non habuerit propria loca ſacra, vbi talia Chriſtus pręſtaret; Qui tamen, vt vidimus ſupra, cum ordinariè in templo, vel Synagogis, quæ erant eius temporis Eccleſiæ, doceret, ac prædicaret, ſatis clarè oſtendit hoc exemplo, ritè quoque in nouo Teſtamento conſtituenda fore certa loca ſacra, in quibus itidem res ſacræ peragerentur, vt de facto contigiſſe oſtendimus.

Quarta concluſio. Non eſt neceſſe, quod orationes, & adorationes priuatæ, ſiue internæ, ſiue externæ, fiant in determinato loco; nec etiam publicæ, quando in ſolemni pompa peragũtur, determinatum ſemper locum requirunt, ſed vbique fieri poſſunt; niſi loca immunda ſint. Iſta concluſio eſt communis inter Theologos; ſique hæretici in eo tantum loquerentur ſenſu, nulla inter nos, & ipſos eſſet controuerſia circa præſentem materiam. Probatur prima pars ex illo 1. ad Timoth. 2. *Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus ad Deum, ſimiliter & mulieres*. Ratio eſt, quia Deus vbique eſt; & vbique eius auxilio indigemus: ergo illud vbique implorare poſſumus orando; maximè ſi ſit ſermo de orationibus breuioribus, quæ iaculatæ, ſeu iaculatoriæ appellari ſolent. Patet quoque altera pars, quia ſolemnes, ac publicæ proceſſiones vbique locorum celebrantur, terra, marique, in quibus Clerus, populuſque fidelis crebras Deo orationes fundunt; cumque peragantur non ſolum ad Dei miſericordiam inuocandam, verum etiam vt illis ſignis externis excitetur fidelium deuotio, ad huiuſmodi effectum, neue deſpectui habeantur ritus illi, neceſſe eſt, vt in locis mundis, ac decentibus fiant. Horæ tamen canonicæ, quæ publicè, ſiue ex pacto, rationeque officij debent recitari, requirunt certum locum, extra quem ſi recitentur, peccatur, vt docent communiter Theologi agentes de obligatione dicendi in choro officium diuinum. At quando priuatè dicuntur, poſſunt recitari in omni loco, præterquam in locis obſcænis, ac inhoneſtis, puta in lupanari, & latrinis. Quia illę orationes horariæ etiam ſi priuatim recitentur, nomine Eccleſiæ recitantur; & à miniſtro Eccleſiæ: Igitur ad repræſentandum eiuſdem Eccleſię candorem, & munditiam, in loco decenti, & mundo recitari debent, alias nonnulla irreuerentia erit, ſed venialis duntaxat, ſecluſis tamen contemptu, aut ſcãdalo, & à qua vel leuiculam congruitatis cauſam excuſare poſſe, communiter docent Theologi, V. g. quia quietius in ſtabulo, quam in diuerſorio pleno tumultibus, recitari poteſt.

Quinta concluſio. Omnes orationes, & adorationes tam publicæ, quam priuatæ, congruentius, ac vtilius fiunt in Eccleſijs, quam in alijs locis, ſeu priuatis domibus. Iſta concluſio eſt contra Lutheranos, & Caluiniſtas, qui licet admittant templa erigi debere ad communes preces fundendas, negant tamen illas, aut priuatas ſaltem preces fieri vllo modo melius in templis, quam alibi.

Veritas huius concluſionis habetur primò ex Sacra Scriptura, lib. 3. Reg. cap. 8. & lib. 2. Paralip. cap. 6. vbi Salomon affirmat templum à ſe factum eſſe, vt ſit locus orationis, & petit à Deo, vt quicumque ibi orauerit, exaudiatur; quod eodem lib. 3. Reg. cap. 9. Deus apparens Salomoni promittit futurum; At ſi eſſet ſuperſtitio orare in templo, potius, quam alibi, ſeu congruentius, ac vtilius non eſſet orare in locis Deo ſacris, quam in priuatis domibus, neque Salomon in hunc finem tot impenſis templum conſtruxiſſet; neque Deus factum eius approbaſſet; ſuperſtitio enim nunquam fuit licita; non illi igitur, ſed maiori decentiæ, maiorique fidelium vtilitati ducenda eſt templorum inſtitutio ad fundendas Deo preces. Indeque Dominus Iſaiæ 56. v. 7. ait: *Domus mea, domus orationis vocabitur*:

bitur; quod & Chriſtus confirmauit Matth. 21. hoc eodem vtens teſtimonio.

Secundò probatur exemplis eorum, quos Scriptura Deo placuiſſe docet, cum tamen oraturi ad tabernaculum, & templum accederent, proculdubio putantes, ibi Dominum eſſe ſpecialius præſentem, & facilius orationem exaudiri, alias domi ſuæ manſiſſent; nec, ſi ita eſſet, Scriptura ipſa tam diligenter circumſtantiam hanc pergendi ad templum, orandique in eo annotaſſet. Talis fuit 1. Reg. 1. Anna, quę perrexit ad Dei tabernaculum, vt oraret, & exaudita eſt; talis Dauid 2. Reg. 7. qui similiter Deum precaturus perrexit ad tabernaculum, & coram arca Domini orare cępit. Et 1. Paralip. cap. 21. cum volens haud potuiſſet ire ad tabernaculum Domini in Gabaon, oraturus pro auertenda peſte à populo, id pręſtitit in Ieruſalem nouo conſtructo altari. Daniel quoque cap. 6. quia in Babylone captiuus exiſtens templum Hieroſolymitanum proficiſci non poterat, ſaltem apertis feneſtris ad eam partem conuerſus orabat; vbi illud erat. Item Lucæ 2. dicitur de Anna, ad commendandam eius pietatem, quod *non diſcedebat de templo ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiens nocte, ac die*. Et cap. 18. quod Publicanus in templo orans iuſtificatus eſt. Act. 3. quod *Petrus, & Ioannes aſcendebant in templum, ad horam orationis nonam*. Et cap. 8. quod Eunuchus Reginæ Aethyopum venerat adorare in Ieruſalem.

Tertiò accedit authoritas Patrum, qui concluſionem vnanimiter docent. Ex Gręcis Origenes homil. 2. in Exod. vbi Eccleſias Chriſtianas vocat domos orationis, & homil. 7. in Ioſue. Baſilius lib. 2. de Baptiſmo quęſt. 8. & in quæſtionibus fusè explicatis, quęſt. 40. Chryſoſtomus homil. 30. contra Anomæos, vbi illis obijcientibus, *orare vel domi poſſumus*, reſpondet: *Te, homo, decipis, & magno in errore verſaris; nam etſi domi quoque datur orandi facultas, tamen fieri non poteſt, v[...] tam bene ores, quam in Eccleſia* [...] idem docet homil. 79. ad popul[...]

Indeque Eccleſię à Græcis ſæ[...] cantur Eućtiria, vt à Latinis ora[...] de quibus ait Auguſtinus epiſt[...] In oratorio nemo aliud agat, [...] quod factum eſt, vndè & nomen [...] pit. Ex Latinis idem aſſerunt [...] lianus in apologet. cap. 19. Am[...] lib. 5. in Lucam: *Vt certum ſit, [...] maiori cum fructu Deo ſupplicari [...] cleſia, quam quouis alio loco*. Hiero[...] in Epitaphio Marcellæ, laudat [...] quod *Apoſtolorum, & Martyrum [...] cas ſecretis celebraret orationibus* [...] cap. 65. Iſaiæ, *Samaritani*, inqu[...] *dæi, & hęretici, quales nuper ſub [...] ſtro cerebroſo in Gallia pullularun[...] ſilicas Martyrum declinantes, n[...] ibi orationes ex more celebramus [...] immundos fugiunt*. Ruffinus lib. [...] cap. 33. de Theodoſio ſcribit [...] *circuibat omnia orationum loca*. D[...] Auguſtinus, præter locum citat[...] 22. de Ciuit. Dei cap. 8. memini[...] torum, qui in Baſilicis orantes [...] cula impetrarunt, & ibidem ait, [...] alijs collegis ſuis quandam or[...] domum dedicaſſe. Vt dubitar[...] poſſit de veritate noſtræ conclu[...]

Tres autem eius cauſas aſſig[...] Thomas 22. quæſt. 84. art. 3. [...] eſt, loci conſecratio, ex qua ſ[...] lem deuotionem recipiunt orant[...] magis exaudiantur. Secunda, [...] cra myſteria, & alia ſanctitatis ſ[...] quæ in Eccleſijs continentur, & [...] uotionem quoque excitant ibide[...] tionem facientes. Tertia, mu[...] concurſus in Eccleſijs adorantiu[...] quibus cauſis videri poſſunt In[...] tes Diui Thomæ ad citatum loc[...] cut etiam, an orationes in Eccl[...] ſæ maiorem habeant efficacitat[...] impetrandum, non ſolum ex [...] operantis, ſed etiam ex opere op[...] aliqui enim negant; alij verò affir[...] docentes, cæteris paribus ex par[...] tium preces in Eccleſia conſe[...]

e[...]

emiſſas, eſſe Deo gratiores, & ad impetrandum efficaciores ratione conſecrationis, ſeu propter impetrationem orationum, quas Eccleſia adhibet in templorum conſecratione, quæ vim quandam, vel phyſicam, vt volunt aliqui, vel moralem tantum, vt volunt alij, confert ipſis orationibus, vt Deus ſpecialius aſſiſtat in templis, ad animos fidelium ad deuotionem excitandos, exaudiendaſque eorum ſupplicationes. Quem tamen effectum nolunt eſſe infallibilem, quia cum non fundetur in natura gratiæ, neque in expreſſa aliqua de hac re promiſſione, non videtur vnde poſſit adſtrui talis infallibilitas; ſed talis duntaxat, qualis fundatur in communi lege, & efficacia orationis, quæ non ſemper ſortitur effectum, præſertim quando pro alijs funditur.

Verùm obijciunt primò aduerſarij locum Matth. 6. vbi Chriſtus Dominus tradens orandi normam ait: *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito*; Non ſunt ergo erigendæ Eccleſiæ, in quibus publicè oretur, aut credendum ibi fructuoſius orari.

Reſpondetur ad hoc argumentum, negando conſequentiam; haud enim illa verba: *Intra in cubiculum tuum*; intelligi poſſunt ſimpliciter de cubiculo materiali; nam alioqui Apoſtolus Domino contradiceret docens 1. Timoth. 2. *Volo viros orare in omni loco, ſimiliter & mulieres*; Et ipſemet Chriſtus legitur oraſſe frequenter in montibus, non autem in cubiculo. Deinde aduerſarij, vt diximus ſupra, concedũt templa erigi debere ad communes preces fundendas. Præfata ergo verba intelligi ſimpliciter non poſſunt de cubiculo materiali, hoc eſt, excluſo quocumque alio loco, ſiue Eccleſia, quaſi in illa nec abſolutè, nec magis vtiliter orari poſſit; ſed illis tantùm ſignificare voluit Chriſtus, non quærendam eſſe in oratione vanam gloriam, quemadmodum Phariſæi faciebant, qui orabant in angulis platearum, vt viderentur ab hominibus, iuxta interpretationem Chryſoſtomi homil. 8. in 1. ad Timot. & Theophilacti ad cap. 6. Matt. Adeo vt, quando ſic oramus, vt non quæramus laudes humanas, ſed ſoli Deo placere, ſemper in cubiculo oremus, ſiue alioqui ſimus in Eccleſia, ſiue extra illam in ipſomet medio fori. Quando autem intramus in cubiculum ad orandum, & cupimus videri, tunc ſanè extra cubiculum orare dicamur, & aperto oſtio: in præfato igitur teſtimonio non deſignatur orationis locus, ſed ſub metaphora cubiculi ſecreti, & oſtij clauſi monemur non eſſe inanis glorię cupidi; ita vt, ſi non timemus inanis gloriæ impulſum, gratior Deo ſit oratio in Eccleſia, cæteris paribus; ſi autem illum timemus, conſultius ſit aliquando in ſecreto orare, ne ruamus.

Quod ſi iuxta interpretationem Ambroſij lib. 1. de Cain cap. 9. Hieronymi in cap. 6. Matth. Auguſtini lib. 2. de ſermone Domini in monte cap. 6. & aliorum, per cubiculum intelligatur ſecretum cordis, per oſtium carnalis ſenſus; nihil facit hic locus contra noſtrã concluſionem; ſic enim nec approbatur, nec reprobatur orationis locus, ſed tantùm docemur, quomodo orando interius nos gerere debeamus.

Secundò obijciunt illud Chriſti ad Samaritanam Ioannis 4. *Venit hora, & nunc eſt, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem, Spiritus eſt Deus, & qui eum adorant, ſpiritu, & veritate oportet adorare*: huiuſmodi enim verbis nedum excluduntur templa Iudęorum, & Gentium à ſtatu gratiæ, ſed etiam ſignificatur adorationem non alligari certo loco.

Reſpondetur varias eſſe huius loci explicationes, quarum tamen nulla fauet aduerſarijs; germanior eſt illa quæ docet, ibi Chriſtum locutum fuiſſe de adoratione, non ratione loci, quaſi, deſtructis templis Hieroſolymitano, & Gariſimitano, Deus in alijs non eſſet adorandus templis, tempore legis Euã-

gelicæ, ſed ratione modi, ſeu ritus; quatenus in iſta, nõ vt olim in lege Moſaica, adoratio, vel ſolẽnis oratio reſtringi debebat ad duo ſolum templa; ſed ea vbique terrarum conſtruenda erant, in quibus non amplius more Iudaico Deus externis, & vmbraticis coleretur ceremonijs, ſed præcipuè in ſpiritu, & veritate. Adeò vt, iuxta interpretationem Chryſoſtomi Cyrilli, Euthymij, & aliorum in hunc locum, illa particula *in ſpiritu* opponatur ceremonijs Iudæorum, quatenus externæ, vel corporales erant; illa autem *in veritate* opponatur ijſdem, quatenus vmbra, & figuræ erant noui teſtamenti; Vnde falluntur maximè aduerſarij, dum putant ibi ſpiritum accipi, vt abſolutè opponitur corpori, atque adeò adorationem in ſpiritu eſſe tantùm merè actum ſpiritualem; alias quando Paulus flectebat genua orans Epheſ. 3. non adoraſſet in Spiritu; nec Petrus Act. 8. nec ipſemet Chriſtus Dominus in horto; quod eſt abſurdum dicere; ſed ſumi debet, vt opponitur quibuſdam duntaxat orationibus, & ſacrificijs corporalibus, quæ erant meræ figuræ futurorum in veteri Teſtamento; cuius propterea cultus præcipuè fuit externus, quique à Iudæis requirebatur, & ſi in quibuſdam reperiebatur internus, proprius erat noui Teſtamenti, vt potè procedens à ſpiritu fidei, & charitatis, quæ eſt gratia noui Teſtamenti, & ex lege veteri nullo modo haberi poterat. Quemadmodum igitur docent Patres, timorem eſſe legis, amorem Euangelij; & tamen amorem ex toto corde à Iudæis Deus exigebat, quique illum habuere pertinuerunt ad nouum teſtamentum, vt ſæpe monet Diuus Auguſtinus; non enim à littera legis, ſed à Spiritu gratię illum habebant: ita dicendum eſt, cultum externum fuiſſe proprium legis, quamuis non placeret ſine interno; cultum verò internum eſſe proprium Euangelij, quamuis ſine externo eſſe non poſſit. Quia, vt ait Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 13. ſicut ex duplici

natura compoſiti ſumus, ſpiritua
licet, & corporali; ita conueni
vtriuſque generis operationibu
teſtemur nos omnia debere Deo.
quia, ex Diuo Auguſtino lib. d
pro mortuis cap. 5. huiuſmodi p
ſtus corporis habent quamdam i
bis vim ad excitandum magis, &
dum, augendumque internum r
affectum erga Deum, cum nobis
rum maximè naturale ſit, vt corp
bus, & ſenſibilibus rebus comm
mur. *Neſcio*, inquit Auguſtinus
pacto, cum hi motus corporis non
niſi motu animi præcedente fieri, e
exterius viſibiliter factis, ille interi
uiſibilis, qui eos fecit, augetur: ac p
cordis affectus, qui, vt fierent iſta
ceſſit, quia facta ſunt, creſcit.

Tertiò obijciunt illud Apoſ
ad Timoth. 2. *Volo viros orare in*
loco, ſimiliter & mulieres; ibi enir
delectu aſſignatur locus orationis
que, contra Iudæos qui reſtring
illum ad templum Hieroſolymit

Reſpondetur hunc Apoſtoli lo
non eſſe contra nos, non enim dic
non eſſe orandum in omni loco
ſertim ſi ſit ſermo de oratione, c
prǫfatum locum interpretantur
broſius, Anſelmus, Haimonius,
Thomas, & plerique Latinorum
tantum aſſerimus commodius, fru
ſiuſque id præſtari in Eccleſijs, p
rationes ſuperius allatas. Quod
telligatur hoc teſtimonium de or
publica, vt illud exponunt omne
ci, & multi Latini, tunc pro nol
cit; illud enim *in omni loco*, ſign
in omni loco, vbi ad orandum p
conuenitur, id eſt in omni Ec
Adeo vt Apoſtolus ibi contra Iu
qui ſolum in vno loco; id eſt, in
plo Salomonis publicè orandun
ſebant, nam & ipſi priuatas ora
vbique faciebant, vt patet ex illo
6. amant in Synagogis, & in angu
tearum ſtantes orare; docere vol
deinceps non fore locum oration
lum in Hieruſalem, ſed in toto
erig

erigenda templa, & oratoria.

Quartò obijciunt, Deum eſſe vbique, vel non eſſe magis in templo, quam alibi; atque adeo non eſſe cur magis in Eccleſijs, quam in quibuſuis alijs locis adorari debeat.

Reſpondetur ad hoc argumentum negando conſequentiam; quia licet Deus ſit vbique aliquo modo, non tamen omnibus modis; vndè etiam falſum eſt, eum non eſſe magis in templo, ſaltem in ordine ad nos, quam alibi: ſi enim Deus eſſet vbique eodem modo, aut non magis in vno, quam in alio loco v. g. in cœlis coram beatis, fruſtra diceremus, *Pater noſter, qui es in cælis*; Igitur quemadmodum Deus in cælis eſt nobiliori modo in ordine ad Sanctos, illos beando, ita quoque & in templo, promittendo orantibus in eo maiores fauores; maximè in ordine ad faciliorem orationum exauditionem; ſi enim, vt vidimus ſupra, hoc pollicitus eſt templo Hieroſolymitano, multo magis noſtris templis vndequaque ſacratioribus idem præſtare credendum eſt.

Sexta concluſio. Ita ſoli Deo propriè ſacra eriguntur, vel dicantur templa, vt tamen eidem erecta, vel dicata in honorem Sanctorum rectè dici poſſint. Iſta concluſio eſt certiſſima contra omnes huius temporis hæreticos; quæ licet expreſſis terminis non habeatur in Sacra Scriptura, ſufficienter tamen ex illa colligitur à ſimili. Quatenus templum Salomonis non ſolum fuit erectum ad ſacrificia, & orationes, ſed etiam ad conſeruandam Arcam Domini, vt conſtat ex lib. 1. Paralip. cap. 17. nec non cap. 28. & lib. cap. 5. ſed idem honor, vel etiam maior debetur ſacris reliquijs Chriſti, & Sanctorum, quam arcæ illi Moſaicæ; ſi quidem de Sepulchro Domini Hieronymus epiſt. 17. ad Marcellam ait: *Venerabantur, quondam Iudęi Sancta Sanctorum, quia ibi erat arca; nonne tibi venerabilius videtur Sepulchrum Domini*: Quemadmodum ergo ſuper arcam rectè Deo ædificari potuit templum; ita quoque ſuper Chriſti ſepulchrum, nec non etiam ſuper ſepulchra Sanctorum, licitum eſt, ad ea ornanda, & conſeruanda ſacras Deo extruere ædes; cum Reliquiæ Sanctorum non minus etiam venerabiles ſint, quam arca Domini, quæ nullũ, quatenus lignea erat, merebatur honorem, ſed tantum quia repræſentabat Dei ſedem, & per eam ipſe loquebatur: corpora autem Sanctorum fuiſſe viuas Dei ſedes, viuaque organa per quæ Deus locutus eſt, clarè docet Apoſtolus 1. Corinth. 6. vbi ait: *Membra noſtra templum ſunt Spiritus Sancti*; & 2. Corinth. 13. *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus.*

Sed in hac re, ſi deeſt expreſſa Scripturæ authoritas, ita clara habetur traditio vndequaque, vt illam reuocare in dubium nonniſi ſummæ tribui poſſit inſaniç. *Primùm* ex nonnullis Concilijs; Gangrenſe enim celebratum circa annum Domini *336.* in epiſtola Synodali ad Epiſcopos Armeniæ damnat Euſtachium tanquam contemptorem Baſilicarum Sanctorum Martyrum; & can. 20. nominat Martyrum Baſilicas. Item Cabilonenſe can. vlt. & Carthaginenſe V. can. 14. vetat, ne ædes vlli Martyri ædificentur, niſi ibi ſit, aut corpus, aut aliquæ eius reliquiæ; aut ibi Martyr habitauerit; aut certè in eo loco paſſus ſit. *Secundò* ex perpetuo Eccleſiæ vſu, quo Deo ſacrę ædes in honorem Sanctorum erectæ, & dicatæ fuerunt. *Tertiò* ex teſtimonijs veterum Patrum hunc vſum paſſim referentium, & laudantium.

Ex Græcis Euſebius lib. 4. vitæ Cõſtantini cap. 58. & ſequent. narrat, Apoſtolorum templum ab eo in Vrbe ſui cognomine, ad perpetuam illorum memoriam conſeruandam ædificatum fuiſſe. Athanaſius in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes meminit Templi S. Quirini. Baſilius homil. in Pſalm. 114. ait: *cum hoc dicatum Martyribus templum ſubieritis* &c. Gregorius Nazianzenus orat. 3. quæ eſt inuectiua prior in Iulianum, ſcribit eum, & Gallum

lum fratrem ędem Sacram Mamæ Martyri ingentibus ſumptibus erigere cæpiſſe, laudatque Gallum, quia ex amore ſincero id faciebat. Item carmine in ſomnium de Anaſtaſiæ templo, quod ipſe Conſtantinopoli fixit. Cyrillus Hieroſolymitanus, Cathecheſi 16. mẽtionem facit ſuperioris Apoſtolorum Eccleſiæ Hieroſolymis, eo loci, vbi Spiritus Sanctus in die Pentecoſtes deſcẽdit ſuper ipſos. Gregorius Nyſſenus orat. in Theodorum plura habet de tẽplo ipſi Martyri dicato. Ioannes Chryſoſtomus homil. 28. ad populum Antiochenum: *Ad veras autem regias, Eccleſiam dico, & oratorias ædes, & Martyrum templa* &c. Sozomenus lib. 6. Hiſt. cap. 18. meminit illuſtris Eccleſiæ Edeſſæ, Diui Thomæ nomine nuncupatæ; & lib. 7. cap. 24. alterius in honorem S. Ioannis Baptiſtæ conſtructæ ſeptimo ab vrbe Conſtantinopoli milliario. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 85. *Quin in Martyrum quoque templis gratia ea, quæ Sanctorum quoque corporibus inſidet, dæmones excruciat.* Theodoretus lib. 8. Græcorum affectionum: *Martyrum templa conſpicua cernuntur, magnitudineque præſtãtia, omni præterea ornatus genere variata, ſplendoremque quodammodo pulchritudinis ſuæ latè fundentia* &c. Theodorus lector lib. 2. *Sub Conſtantio Reliquiæ Andreæ, & Lucæ Conſtantinopolim venerunt, collocatæque ſunt in conſecrato magno Sanctorũ Apoſtolorum templo.* Timotheus Alexandrinus narratione de Martyre Mena. Cyrillus Eremita in vita S. Euthymij. Procopius Cæſareenſis orat. 1. de ædificijs Iuſtiniani: *Dei Genitrici paſſim per Romanum Imperium multas ædes Iuſtinianus conſecrauit; tum Diuæ Annæ, Zoę Martyri, Michaeli Archangelo; Diuis Petro, & Paulo, illuſtribus Diuis Sergio, & Baccho.* Et orat. 5. ait templum ante Epheſum olim ab indigenis Ioanni Apoſtolo exiliter erectum, diuturnitateque temporis collapſum, in tantam amplitudinem atque elegantiã ab eodem Iuſtiniano inſtauratum fuiſſe,

vt prorſus æmulum eſſet, ac ſi[...] li templo, quod in regia vrbe o[...] Apoſtolis dedicauerat. Euagri[...] cap. 16. meminit templi à Th[...] dedicati S. Martyri Ignatio; lib[...] 3. alterius, S. Euphemiæ Mar[...] 3. cap. 5. Teclæ; & lib. 5. cap. [...] tiſſimæ Virgini Mariæ. German[...] ſtantinopolitanus encomio in [...] tionem venerandæ Zonæ Deipa[...] 2. *Si Maria appellata eſt Ciuitas [...] ta Regis Chriſti, merito illius quo[...] plum ſanctiſſimum, cuius dedic[...] hodie celebramus, & eſt, & nomin[...] uitas glorioſa.* Ioannes Dam[...] lib. 4. Orthodoxę fidei cap. 16 [...] *randi certe ſunt Sancti, & quiden[...] in eorum nomine templa Deo extr[...] dona offeramus, eorumque memor[...] lamus, atque in ea ſpiritualiter [...] mur.* Patres Synodi Nicenæ II. [...] lis VII. Act. 6. *A temporibus Con[...] Magni Chriſtianorum cætus tem[...] ſtruxerunt, partim Chriſti nomin[...] tia, partim Sanctorum Martyrun[...]* Idem, qui poſtea ſecuti ſunt Pa[...] ſtati ſunt de templis ſuo temp[...] ficatis.

Ex Latinis. Ambroſius lib. 1 [...] *Ortus eſt,* inquit, *ſermo de Baſili[...] condidit Baſſianus Apoſtolorum [...] dedicatione* &c. item lib. 3. ep[...] Hieronymus ad cap. 65. Iſaię; [...] ad Principiam cap. 6. lib. cont[...] lantium, & alibi paſſim memin[...] licarum tum Apoſtolorum, tu[...] tyrum nomine Deo conſecrat[...] Auguſtinus lib. 1. de Ciuitate [...] 1. *An non,* inquit, *etiam Roman[...] nomini infeſti ſunt, quibus propte[...] ſtum Barbari pepercerunt? Teſta[...] Martyrum loca, & Baſilicæ Apoſ[...] quæ in illa vaſtatione vrbis, ad [...] gientes, ſuos alienoſque receperun[...]* 8. cap. 26. *Sed hoc videtur doler[...] memoria Martyrum noſtrorum, [...] eorum, delubriſque ſuccederent.* [...] cura pro mortuis cap. 1. memin[...] licę S. Felicis; & lib. 20. contr[...] ſtum cap. 21. ait: *Populus Chr[...]*

m[...]

memorias Martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat. Paulinus Nolanus epiſt. 31. ad Alithium: *Quanto*, inquit, *ipſum Apoſtolum attollebas gaudio, cum totam eius Baſilicam denſis inopum cœtibus ſtipauiſſes*; Et natali 1. S. Felicis ait, ſe optare, vt poſſit illi ſeruire in eius Baſilica purganda, & cuſtodienda. Paulus Oroſius lib. 7. cap. 39. *Adeſt*, inquit, Alaricus, *Trepidam Romam obſidet, turbat, irrumpit: dato tamen præcepto prius, vt ſi qui in ſancta loca, & præcipue in Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Baſilicas confugiſſent, hos imprimis inuiolatos ſecuroſque eſſe ſinerent*. Leo Magnus ſerm. 7. de Chriſti natiuit. *Beati Petri Apoſtoli Baſilica vni Deo viuo, & vero eſt dedicata*. Sidonius Apollinaris lib. 1. epiſt. 5. & lib. 4. epiſt. 18. Victor Vticenſis lib. 1. perſecutionis Vvandalicæ ſcribit, apud Carthaginẽſes duas amplas Baſilicas S. Cypriani fuiſſe; *vnam*, inquit, *vbi ſanguinem fudit: aliam, vbi eius corpus ſepultum eſt*. Gennadius Maſſilienſis de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 73. Gregorius Turonen. lib. 9. hiſt. Francorum cap. 12. meminit Baſilicæ à Childeberto Rege in honorem Sancti Martini conſtructæ. Gregorius autem Magnus lib. 2. Dialog. cap. 8. refert à Sancto Benedicto in Monte Caſſino duo fana Apollinis verſa fuiſſe in oratoria Sanctorum, vnum Ioannis, alterum Martini. Demum liber Pontificalis teſtatur primùm Syluestrum, & alios deinceps ſummos Põtifices plures Romæ dedicaſſe Eccleſias in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Apoſtolorum, & aliorum Sanctorum Martyrum.

En ergo quot, quantiſque Patrum teſtimonijs conſtat, pium, Chriſtianũque eſſe, templa, & Baſilicas Deo in honorem Sanctorum conſtruere. Quãque vanum ſit, & menti Patrum manifeſtè contrarium, quod Caluiniſtæ, & in primis Amandus Polanus in ſua Symphonia Catholica, aſſerunt ſacras domos minimè dici debere in honorẽ Sanctorum Deo dicatas, ſed tantùm vocari Baſilicas, aut memorias Martyrum, quia in illis memorantur corũ geſta. Item non licere ſolum tales ſacras domos erigere, vbi ſunt Reliquiæ Sanctorum, nomine reliquiarum intelligendo tantum oſſa, & veſtes, nec non inſtrumenta martyrij, aliaque huiuſmodi; verum etiam in locis, vbi paſſi ſunt, vbi habitauerunt, vbi apparuerunt, vbi aliquid præclari geſſerunt, vel miracula aliqua patrarunt; ac demum ad eorum memoriam conſeruandam per imaginem, aut per ipſum ſolùm nomen. Ita vt poſſit erigi Baſilica in honorem Sancti Petri, & ſic de alijs Sanctis, vt qui illam ingrediuntur, admoniti imagine ibi depicta, vel ipſo templi nomine recordentur Sancti Petri, eumque in eo loco, tanquam ſuum apud Deum patronum, & interceſſorem colant.

Quia autem ſacras domos in honorem Sanctorum ædificari dupliciter intelligi poteſt; *Primò*, vt verè, & propriè ædificentur, non quidem ſub ratione templi, ſed Baſilicæ, & memoriæ, etſi enim templum, & Baſilica de eadẽ ſacra domo ſæpe dicantur, non tamen ſunt ſynonima, ſed ſub diuerſis dicuntur rationibus. Nam ſacra ædes propriè templum dicitur, quatenus erigitur ad ſacrificia, ideoque eius erectio ſoli Deo competit, pertinetque ad cultum latriæ, vt præclarè docet Auguſtinus lib. 1. contra Maximum; lib. contra ſermonem Arianorum cap. 20. & lib. 8. de Ciuitate Dei cap. vlt. Baſilica autem vocatur, quatenus erigitur ad ornatum ſepulchri alicuius Sancti, vel ad honorem nominis ipſius. Baſilica enim non dicit relationem ad ſacrificia: nam etiam Regum palatia dicuntur baſilicæ, vt patet Eſt. 5. imò ea palatia propriè dicuntur baſilicæ; indeque nomen translatum eſt ad Sanctorum ædes ſignificandas. *Secundò*, vt, vbi aliqua baſilica, vel templum dicitur eſſe alicuius Sancti, v. g. Petri, ſenſus ſit, tale templum eſſe dicatum Deo in memoriam, & nomen S. Petri; vel dicatum

catum eſſe Deo, vt ibi oretur per interceſſionem Sancti Petri; ſicut miſſa quædam dicitur Sancti Petri, nõ quod ipſum ſacrificium illi, aut alteri Sancto offeratur, ſed Deo in gratiarum actionem pro gloria ipſis collata, & ſimul interpellentur tanquam noſtri apud Deum patroni, & aduocati.

Cum inquam, vtroque præfato ſenſu intelligi catholice poſſit noſtra concluſio, hinc in ea iuxta illum explicanda diuiſi ſunt Doctores, ſalua fide, nos tamen ſecundum probabiliorem, dictiſque Sanctorum, & rationi magis cõformem exiſtimamus. Et per hoc patet ad argumentum aduerſariorum, dũ nos idololatrię accuſant, quod templa, & baſilicas in honorem Sanctorum erigamus; id enim fieri poſſe vno aut altero ex dictis modo, abſque vllo idololatriæ periculo certum eſt; clarèque docet Auguſtinus lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 10. vbi ſic ait: *Nos autem Martyribus noſtris non templa ſicut dijs, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt ſpiritus, fabricamus.*

Septima concluſio. Templa, ſiue ſoli Deo, ſiue illi in honorem alicuius Sancti conſtructa, merito ab Eccleſia cum ingenti lætitia, & ſolemnitate, nec non varijs precibus, ac ceremonijs dedicantur, & conſecrantur. Iſta concluſio eſt contra omnes huius temporis hæreticos, qui ſicut omnes fere Eccleſię Catholicę ritus ſacros, ita & iſtum derident dedicandi, & conſecrandi Eccleſias, quaſi rurſum, vt aiunt Magdeburgenſes Cent. 4. cap. 6. introducamus Iudaiſmum in Eccleſiam, aut adhibeamus in illa functione aliquas ceremonias ſuperſtitioſas, aut magicas.

Nihilominus veritas noſtræ concluſionis habetur primò ex Sacræ Scripturæ authoritate, conſecrationis templi, vel altaris mentionem facientis, in ſtatu naturæ, legis, & gratiæ. Nam in ſtatu naturæ Iacob, Geneſ. cap. 28. legitur erexiſſe lapidem, vt ibi ſacrificaret, eũque conſecraſſe, fundendo oleum deſuper; & inde eum locum appe[...] Bethel, id eſt, Domum Dei. Et c[...] monitus à Deo, vt faceret altare[...] ſus ibidem erexit lapidem, cu[...] inungendo conſecrauit, & liba[...] per eum libamina. Deinde in ſ[...] gis, Exodi 20. & Numer. 7. cel[...] ma habetur dedicatio, & conſ[...] tabernaculi, altaris, & omnium c[...] ſorum, oleo ſacro, alijſque ceren[...] Item ter legimus factam templi [...] cationem cum ingenti gaudio, & [...] britate. Primò à Salomone lib. [...] ralip. cap. 2. Secundò ab Eſdra [...] Eſd. cap. 6. Tertiò à Machabæis [...] Machab. cap. 4. ad quam ſolem[...] quæ annis ſingulis iterum ageba[...] Chriſtus Dominus etiã acceſſeri[...] nis 10. ſatis patet eum illam ap[...] ſe, poſſeque à nobis in ſtatu legi[...] gelicæ idem præſtari, ſuis adhib[...] remonijs, & ritibus, abſque vlla [...] ſtitionis, aut Iudaiſmi ſpecie. Et [...] huiuſmodi ceremoniæ fuerint in [...] lege, nequaquam tamen erant p[...] eius, ſed fundabantur in ipſame[...] ne naturali illis dictante, vt ſta[...] cemus, quare non ad legem c[...] nialem, ſed ad moralem perti[...] Deinde, vt ſuperiori tomo iam [...] mus lib. 4. ſect. 10. cap. 6. quam [...] in ſtatu legis Euangelicæ neq[...] licitus ſit vſus ſpecialis, ac dete[...] modi ceremoniarum in lege ve[...] ſcripti; in eo tamen poſſunt pl[...] Eccleſia vſurpari, ſecundum ali[...] rationem genericam, & comm[...] ſimiles illis, quæ fuerant in ve[...] ſtamento; alioqui concludi [...] iam non debere in Eccleſia [...] Sacramenta, quoniam etiam tun[...] habuerunt.

In ſtatu legis Euangelicę, lic[...] habeamus tàm expreſſa Scriptu[...] monia pro hac veritate, ſufficie[...] men colligi videtur ex eo, quod [...] 1. Corinthiorum 11. illos repr[...] tanquam Eccleſię contemptore[...] in ea comedebant. Cur enim [...] ſiam contemnere dicitur, qui [...]

acti[...]

ionem alibi licitam exercet, niſi pro-
r aliquam eius loci conſecrationem,
x ea maiorem quam alibi ſanctita-
.
Sed illi clarè adſtipulatur traditio,
data in varijs Conciliorum antiquo-
n decretis, Carthaginenſis V. can. 6.
athenſis cap. 14. Bracarenſis II.
. 6. Tum Summorum Pontificum
laſij epiſt. 1. ad Epiſcopos Lucaniæ,
Aprutij, cap. 6. & 27. Ioannis I. in
ſt. ad Epiſcopos Italiæ; Felicis IV.
piſtola ſua decretali; ac demum in-
neris veterem Patrum teſtimonijs,
ſuperiori concluſione adductis, in
rum maiori parte fit mentio con-
ationis, & ceremoniarum, quibus
ur Eccleſia in conſecratione tem-
rum, & altarium, tanquam de re
iquiſſima. Specialius autem de hac
teria ſcripſerunt Euſebius lib. de
Conſtantini; & lib. 9. hiſt. cap. 10.
anaſius in Apologia ad Conſtan-
n; *Illud & à beata memoria Alexan-*
&c. Chryſoſtomus in ſermone, quẽ
uit de incænijs tom. 3. Gaudentius
xienſis tractatu de dedicatione: Au-
tinus in quinque ſermonibus, quos
opulum habuit in celebritate dedi-
onis templi, qui ſunt inter ſermo-
de tempore 251. & ſequentes. Pro-
3. par. cap. 38. de promiſſionibus
.
d ipſum tandem ſuadet ratio natu-
deſumpta ex fine huiuſmodi ce-
oniarum in dedicatione templorũ
beri ſolitarum, in eo conſiſtente,
er illas ſignificetur, templum illud
, & ſacris actionibus deſtinari, ne-
eſſe domum prophanam, ſed ſacrã.
enim iſta dedicatio eſſentialiter
iſtat in intentione voluntatis: tamẽ
eſſe eſt, vt hæc intentio ſignis ex-
is prodatur alijs hominibus; maio-
rtè ratione, quam in multis alijs
nibus humanis, v. g. coronandi
es, in quibus plures quoque ad-
ntur ceremoniæ. Sique eadem ra-
naturali dictante, ad finem ma-
um operum homines gaudere,

Deoque gratias agere debent; non eſt cur, finita etiam conſecratione templorum, dies feſtus rectè inſtitui non poſſit. De myſtica autem præfatarum ceremoniarum ſignificatione, qui plura deſiderat, conſulere poteſt Iſidorum lib. 1. de officijs cap. 35. Rabanum Maurum lib. 2. de inſtit. Cleric. cap. 45. Iuonem in ſerm. de conſecratione templi; Vualfridum Strabonem de rebus Eccleſiaſticis cap. 9. Bernardum in ſermonibus, quos habuit de dedicatione templi. Guillelmum Durantum in rationali diuinorum officiorum, & alios, qui de ſacris Eccleſiæ ritibus ſcripſere. Nunc ſit.

Octaua, & vltima concluſio. Opus bonum, & pium ex genere ſuo eſt, ingentibus etiam ſumptibus, templa Dei ædificare, & ornare. Iſta quoque concluſio eſt certiſſima contra omnes huius temporis hæreticos. Cuius veritati teſtimonium perhibent, quæ in veteri Teſtamento paſſim leguntur de tabernaculi ornatu, nec non templi Salomonis; quæ enim rationes fiunt ab aduerſarijs contra magnificentiam, & ornatum templorum noſtrorum, vt quod parietes non ſentiunt ornatum ſuum, quod ille diſtrahere poteſt mentes orantium; quod tales impenſę deberent erogari pauperibus, ſi quid valerent, militaſſent etiam in veteri Teſtamento; ſicut igitur non propterea ceſſatum eſt à magnificentiſſima ædificatione templi, & tabernaculi; ita nec ceſſari in nouo Teſtamento debet à conſtruendis Deo templis pari magnificentia; cum pręfatę rationes, & ſimiles ſolummodo ſe habeant per accidens, vt dicetur infra.

Ex nouo Teſtamento fauet noſtræ concluſioni illud Marci 12. v. 44. vbi Chriſtus Dominus laudauit viduam, quæ in Gazophilacium templi miſerat duo minuta, quæ erant omnis victus eius; & cap. 14. v. 4. vbi Iudæ ęgrè ferenti, quod Magdalena in vnctionem capitis Domini tãtos ſumptus faceret, quia pretium illius vnguenti poterat

 dari

dari pauperibus, idem Dominus reſpondit: *Bonum opus operata eſt in me*; Si enim vidua illa benefecit in donaria Dei expendens totum victum ſuum; & Magdalena prætermiſſis pauperibus tanto ſumptu inungens caput Chriſti; cur non licebit magno etiam ſumptu ędificare domum ipſi Deo.

Indeque, nec non vt implerentur Prophetiæ Iſaiæ cap. 60. *Domum maieſtatis meæ glorificabo*; & infra: *Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges miniſtrabunt tibi*: Item *Gloria Libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo*: hęc enim verba primarij etiam interpretes exponunt ad litteram de Eccleſia Chriſtiana in terris militante; mos in ea inualuit, quamprimum licuit, ceſſata iam tyrannorum perſecutione, conſtruendi ſplendidiſſima templa: *Ex quo aderat*, inquit Euſebius lib. 9. hiſt. cap. 10. *cunctis velut diuino munere infuſa lętitia, maximè videntibus ea loca, quæ paulo ante impijs tyrannorum machinis fuerant deſtructa, rediuiua conſtructione clariora, & celſiora conſurgere, templaque excelſa pro humilibus conuenticulis eleuari*.

Quem morem,& vſum vt vere pium, ac Deo gratum, qui tunc temporis, & poſtea vixere Patres, vnanimiter approbarunt, & laudarunt, nec non magnificentiam eorum, maximè Principum, qui huiuſmodi templa ſumptuoſa Deo erexerunt. Athanaſius in Apolog. ad Conſtantium, agens de extructa ab eo Alexandriæ ingenti baſilica. Cyrillus Hieroſol. Catecheſi 14. Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Iulianũ, vbi cum dixiſſet à Gallo,& Iuliano extrui cœpiſſe maximis ſumptibus baſilicam S. Martyri Mamæ, ſubdit munus Galli Deo acceptiſſimum fuiſſe,vt quõdam fuit ſacrificium Abel. Gregorius Nyſſenus orat. in Theodorum, vbi ait, templum eius magnificentiſſimum, & ornatiſſimum picturis, atque ſculpturis fuiſſe; & hoc ad gloriam Sancti maxi-

mè pertinere. Chryſoſtomus ho
ad populum Antiochenum; &
Matth. Cyrillus Alexandrinus i
bri de recta fide ad Reginas,
eas, quod ſumptuoſiſſima Chri
pla erigerent. Theophilactus in
Marci. Ex Latinis. Optatus lib.
tur ſuo tempore habuiſſe Ecc
pretioſa vaſa Sacramentorum,
natiſtæ diripientes conflarunt,&
derunt. Ambroſius lib. 2. de o
21. Hieronymus in cap. 8. Zac
in epiſtola ad Demetriadem,
quam dixerat: *Alij ædificent E*
veſtiant parietes marmorum cr
ſubiungit: *Non reprehendo, non*
ſed tibi aliud propoſitum eſt: vnd
ſtola ad Nepotianum, quam c
aduerſarij non reprehendit
ornatum templorum, ſed eos
qui maiorem curam habent
materialis; quam ſpiritualis, id
ædificia mirabiliter ornantes
rant, an ad ſacra miniſteria
idonei, nec ne: *Gemmis*, inq
diſtinguitur: & miniſtrorum Ch
la electio eſt.

Inter Principes autem, quor
gnifica in conſtruendis templ
commendari ſolet: potiſſimun
runt, Conſtantinus Magnus,
nus, Carolus Magnus, & Car
de primo agit Euſebius lib. 3
vita eius: de Secundo Procop
ſarienſis orat. de ædificijs eius
tio Abbas Vrſpergenſis in Cl
de quarto Ioannes Cochlæus i
1. hiſtor. Huſſitarum.

Præcipua autem noſtræ c
nis ratio deſumitur ex magn
Dei; nam domus, quo maiori
tur Principi, eo debet eſſe ſple
& excellentior. Quis autem
ior? Quare Salomon lib. 2.
cap. 2. templi fabricam pr
ait: *Domus, quam ædificare cu*
gna eſt: magnus eſt enim De
ſuper omnes Deos. Quis ergo po
ualere, vt ędificet ei dignum
Cumque extruere Deo ſple

templum, ſit ex genere ſuo actus duarum excellentium virtutum, religionis, & magnificentiæ, negari non poteſt quin ex ſuo genere ſit bonus.

Fatemur tamen, cum per accidens vitiari poſſe, ex defectu circumſtantiarum, quarum ſunt quatuor præcipuæ; *Prima* eſt tempus, vt quando quis tenetur iuuare proximum, maximè parentes, & filios, aut magna pauperum occurrit neceſſitas, ſi enim tunc, vt monet Ambroſius lib. 2. de officijs cap. 28. rectè detrahuntur Eccleſiæ ornamenta, certè multo rectius non dantur ei, quæ eſſent auferenda, ſi data fuiſſent. *Secunda* eſt locus, non enim omnia loca æqualem ornatum requirunt. *Tertia* modus, vt cum ornamenta templorum ſunt vana, curioſitatique potius quam religioni, & deuotioni deſeruientia. *Quarta* perſona, vt quando quis ſupra ſuum ſtatum, & conditionem vult ornare templa. Ob quæ tria potiſſimum reprehendit Diuus Bernardus Monachos Cluniacenſes in apologia ad Guiglemum. Vndè vltimo notandum eſt templa non requirere aurum, aut alium pretioſum ornatum ex neceſſitate, ſed ex decentia, & quando haberi poteſt, abſque vllo inconuenienti; Qualis autem olim fuerit templorum, vel Eccleſiarum Chriſtianorum forma; quiue earumdem ſitus, vt plurimum ad Orientem, parum refert ad præſentem controuerſiam; poteſt tamen de illis conſuli Vualfridus Strabo lib. de rebus Eccleſiaſticis cap. 4. Quæque habentur varijs in locis Annalium Cardinalis Baronij, præſertim tom. 1.

†

CAPVT XXX.

Statuitur aduerſus Anabaptiſtas, nouoſque in Tranſiluania Arianos, ius ſoluendi decimas miniſtris Eccleſiæ, in ſtatu legis Euangelicæ.

PRæter bonum externum corporis, quod in præcedentibus diximus, ſubijci Deo per exteriorem adorationem, datur inſuper bonum quoduis externum ad hominis dominium ſpectãs. Quod quia tripliciter Deo ſubijci poteſt; *primò*, vt huiuſmodi bonum offeratur illi ſoli *immediatè*, faciendo circa illud aliquid in eius honorem, ſupremique, & vniuerſalis, quod habet dominij ſuper omnia, recognitionem; *Secundò*, vt offeratur *mediatè*, videlicet dando illud Dei miniſtris, quatenus in terris vices eius gerunt, in quorum vſus cedat, & per quos diſpenſetur, ſicut fuerit expediens; *Tertiò*, vt offeratur magis adhuc *mediatè*, conferendo nimirum illud Dei miniſtris, non immediatè reſpiciendo Dei gloriam, & honorem; ſed vt ſatisfiat obligationi, qua populus tenetur alere ſpirituales miniſtros; ex quo etiam redundat in Deũ gloria. Ex quibus primùm præſtatur per ſacrificium, de quo agit D. Thomas 2.2. q. 85. ſecundum per oblationes, & primitias, de quibus agit quæſt. 86. tertium per ſolutionem decimarum, de quibus agit qu. 87. Ideo etiam hæc omnia ſunt actus religionis. Ita enim ſolutio decimarum pertinet elicitiuè ad virtutem, ex qua tenemur alere miniſtros ſpirituales, quæ diuerſis rationibus eſt tum iuſtitia commutatiua, tum virtus gratitudinis; vt etiam ſecundum aliquos ex eo, quod affert gloriã Deo, ſit quoque elicitiuè à virtute religionis, & ſecundum omnes peculiari ratione imperatiuè, cum ad eam ſpectet diuinũ cultum procurare, atque adeo in primis imperare eos actus aliarum virtutum, quæ maximè pertinent ad hoc, vt cul-

tus diuinus commodè, & decenter Deo tribuatur, cuiuſmodi actus eſt in primis alere ſpirituales miniſtros, ſoluendo illis decimas. Quod cum negent fieri debere Anabaptiſtæ, nouique in Tranſiluania Ariani, nec non Eraſmus in ſuis ad nouum Teſtamentum annotationibus dicens exactionem decimarum eſſe tyrannidem, ſecuti errorem Fraticellorum apud Turrecr. lib. 4. de Eccleſ. p. 2. cap. 37. ſeu Pſeudoapoſtolorum apud Guidonem Carmelitam, nec non Vviclefi in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. placuit hic breuiter aduerſus illos ſtatuere ius ſoluendi decimas miniſtris Eccleſiæ, in lege noua.

Pro cuius intelligentia notandum eſt primò, quod etymologicè *Decima eſt portio ex decem vna*, indeque definiri, vel deſcribi ſolet Decima, quod ſit pars decima prouentuum cedens Deo, eiuſque miniſtris. At quia aliud eſt interdum, vnde alicuius rei nomen deſumitur, ſeu etymologia ducitur, aliud verò id, ad quod ſignificandum imponitur, hoc ipſum contingit in nomine Decimæ, quod ita ſecundum ſuam etymologiam dicitur portio ex decem vna, vt tamen non ſemper illam ſignificet, ſed aut maiorem, aut minorem iuxta conſuetudinem locorum, vt dicetur infra, quæ tamen portio, vel pars decima nuncupatur attenta huius nominis etymologia.

Vndè ſecundò obſeruandum eſt, decimas conſiderari poſſe dupliciter, vel quoad ſubſtantiam, hoc eſt, non determinata earum quantitate; vel illa determinata; poſſeq; proindè iuxta primam conſiderationem pertinere ad aliquod ius diſtinctum, ad quod non pertinet iuxta ſecundam.

Tertiò ſciendum eſt, ex Diuo Thoma 1. 2. quæſt. 94. art. 4. omnia veteris legis præcepta diuidi in moralia, ceremonialia, ac iudicialia: Moralia erant, quæ lumen rationis naturalis obſeruanda dictabat, & quæ quilibet adimplere tenebatur, vt virtutum opera exerceret, nihilque contra ius naturæ faceret: Ceremonialia, quæ ad cultum D[...] gi veteri proprium, & ſpecialem [...] nebant; Iudicialia verò, quæ ad [...] litatem, & pacem tuendam inte[...] ſtatuta erant; ob id iudicialia vo[...] quia ad praxim Iudicum pro iuſt[...] hibenda, & ſeruanda ſpectaban[...] iſto triplici genere præceptoru[...] ralia poſt latam legem Euange[...] adhuc vim habent, & perpetuò [...] bunt, ſecundum quod ſunt talia [...] quidem ex authoritate veteris le[...] ex eo, quod ſint à natura ipſa in[...] & à Chriſto Domino in lege Eu[...] ca, eadem ratione, qua & in na[...] præcepta. At iudicialia, & c[...] nialia omnino ceſſarunt, & vim [...] ptorum perdiderunt; cum hoc [...] diſcrimine, quod iudicialia m[...] tantùm ſunt, adueniente lege [...] non autem mortifera ea ſerua[...] quantum ad ſubſtantiam operu[...] ſi quis ea ſeruaret, quatenus in[...] præcepta veteris legis, ſine dub[...] caret, proteſtando hoc pacto, [...] veterem nondum eſſe impletam [...] Chriſtum euacuatam: Cerem[...] verò non ſolùm ſunt mortua [...] vim obligandi amiſerunt: verù[...] mortifera ea ſeruantibus; vt fu[...] cuimus ſuperiori tom. lib. 4. ſec[...]

Quartò notandum eſt, præc[...] ſoluendi decimas in veteri le[...] fuiſſe ceremoniale, ſed morale [...] derentur, quo ad ſubſtantiam, [...] verò, ſi quo ad determina[...] quantitatis ſoluendæ, ſeu, vt p[...] ma ſolueretur. In primis non [...] remoniale, ſed iudiciale, pate[...] quod decimæ non ſunt inſtitu[...] diatè ad cultum diuinum, vel [...] offerrentur in ſignum vniuerſa[...] nij, ſicut competit ceremonia[...] ad æqualitatem inter miniſtro[...] populi ſeruandam; iudiciale i[...] non ceremoniale, fuit præcep[...] uendi decimas in veteri lege, q[...] terminatam quantitatem dec[...] tis; Quia tamen ex hoc quod a[...] & ſtipendium miniſtrorum D[...]

rentur, ſignificabatur, Dominum vniuerſorum eſſe illum, cuius miniſtris hęc dabantur; ſicut populus tribuens miniſtris Regis alimenta; & ſtipendia, vt Regi inſeruiant, ipſo facto profitetur Regem, dominum ſuum eſſe, indè concedi quidem debet ſolutionem decimarum eſſe actum religionis, minimè tamen fuiſſe tunc præceptum ceremoniale; ſed tantum iudiciale, attenta determinata quantitate; morale verò, attenta ſubſtantia decimarum, recta ratione dictante, vt ijs, qui pro populo laborant, populus alimenta præbeat, quæcumque, & quanta ſint illa. Quare etiam hoc præceptum ſoluendi decimas ab Eccleſia in ſtatu legis Euangelicæ retineri, ſeu potius iterum inſtitui potuit pro eiſdem miniſtris alendis, & de facto inſtituit, vt dicetur infra; proindeque non ſeruamus tale præceptũ; quia veteri, ſed quia noua lege ſancitum eſt. His prænotatis ſit.

Prima concluſio. Quod aliquid ſoluant laici miniſtris Eccleſiæ ad eorum ſuſtentationem, vel ſtipendium; ſeu decimæ, quoad ſubſtantiam conſideratæ ſunt de iure naturali, & diuino. Iſta concluſio eſt de fide; illamque probant primò multa veteris teſtamenti loca, Leuit. vlt. num. 18. Malachiæ 3. quibus refertur Deum ſtipendia ſuis miniſtris aſſignaſſe, vt iuri naturali de illis ſuſtentandis ſatisfieret: tum ex nouo teſtamento, id quod ait Chriſtus diſcipulis ſuis Matth. 10. v. 10. *Dignus enim eſt operarius cibo ſuo*; & Lucæ etiam 10 v. 7. *In eadem autem domo manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſua*. Ad quod procul dubio attendens Apoſtolus 1. Corinth. 9. cum manifeſtis argumentis ex ipſomet rationis dictamine deſumptis probaſſet noſtram concluſionem; *Quis*, inquit, *militat ſuis ſubſidijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat*, &c. nec non teſtimonio veteris Teſtamẽti Deuteron. 18. v. 1. mox ſubdit: *Ita & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere*; citatis nimirum Matthæi, & Lucæ locis, vbi ius naturæ pro congrua miniſtrorũ Eccleſiæ ſuſtentatione à fidelibus præſtanda confirmare, & corroborare voluit. Idem habetur 1. Timoth. 5. v. 17. *Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo, & doctrina: Dicit enim Scriptura: non alligabis os boui trituranti. Et dignus eſt operarius mercede ſua*. Quem locum explicans Haymon. ait: *Duplicem honorem præcipit exhiberi Preſbytero, in ſalutationibus videlicet: vt humilient ſe illi ſubditi; & in exhibendis donis, ſubſidijſque temporalibus*.

Secundò probatur ex vſu Chriſti Domini, quem munus prædicationis obeuntem, ex his, quæ illi dabantur, vna cum ſuis victum capere conſueuiſſe clarè teſtatur, quod habetur Ioann. 12. verſ. 6. de Iuda: *Et loculos habens ea, quæ mittebantur, portabat*. Qui vſus multò magis tẽporibus Apoſtolorum inualuit; ad quorum pedes, Actor. 4. legitur, credentes bonorũ ſuorum oblationem detuliſſe, ex quibus cum ipſi, tum cæteri, qui egerent, vitam ſuſtentarent.

Ad quod exemplum, cum poſtea, aucto in infinitum Chriſtianorum numero per vniuerſum orbem, omnia inter illos bona amplius communia eſſe non poſſent, ſpeciales vbique prouentus Eccleſiæ miniſtris relinqui, & aſſignari à fidelibus cęperunt, tàm ad ſubleuandam eorum indigentiam, quam in iuſtam mercedem debitam pro ſacrarũ functionum labore; vt tradunt veteres Patres, præſertim qui, tempore Apoſtolis proximo, vixit, Cyprianus epiſt. 34. *Cęterum*, inquit, *Presbyterij honorem deſignaſſe nos illis iam ſciatis, vt ſportulis eiſdem cum Presbyteris honorentur, & diuiſiones menſurnas ęquatis quantitatibus partiantur*: vbi Cyprianus ſportulas appellat ſtipendia, quæ ſingulis Clericis per menſes, aut ſingulos dies ab Epiſcopis diſtribuebantur: cumque tunc tempo-

temporis, vt notat Pamelius in præfatum locum, alij communem vitam agerent, alij verò ſeparatim degerent, primi ab Epiſcopo in communi ſuſtentabantur menſa; ſecundis verò pro meritis ſingulorum, certa nummorum, vel obſoniorum quantitas dabatur. Huiuſcemodi autem portionem vocat Cyprianus Sportulas, & Clericos illam percipientes, Sportulantes, epiſt.66.dũ ait: *Hæc nunc ratio, & forma in Clero tenetur, vt qui in Eccleſia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab adminiſtratione diuina auocentur, nec moleſtijs, aut negotijs ſæcularibus alligentur, ſed in honore Sportulantium fratrum tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari, & ſacrificijs ne recedant; ſed die, ac nocte cęleſtibus rebus, & ſpiritalibus ſeruiant.*

De hoc ipſo iure naturali, alendi miniſtros Eccleſiæ, quod ex quota, ſeu determinata per ius poſitiuum quantitate decimæ partis vocatum eſt ius decimarum, vt dicetur infra, locuti ſunt cæteri deinceps Patres. Ex Græcis Origenes homil.11.in Num. Chriſoſtomus homil.93. ſuper 1. ad Corinth. & homil.18. in Acta Apoſtolorum circa illa verba: *Et multis oppidis Samaritanorum euangelizabant;* Ex Latinis Hieronymus in cap.3. Malachiæ; in cap.3.epiſt. ad Titum, & 22. S. Matth. explicans verba Chriſti: *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cęſari; & quę ſunt Dei, Deo.* Auguſtinus in eadem verba lib. 50. homiliarum, homil. 48. Item in pſal.146. exponens illa verba: *Qui parat terræ pluuiam, &c.* vtrobique Africanos ad decimas ſoluendas cohortans, quod multi eorum facere detrectabant, aut non conſueuerant, ſicut modo in quibuſdam alijs partibus. Inter ſermones eiuſdem de tempore habetur 219. integer de reddendis decimis;& quamuis aliqui dubitent, an ille ſermo ſit D. Auguſtini, tamen inſignis eſt ſine dubio, & antiqui alicuius Patris; nam indè, tanquam ex Auguſtino multa ſunt adſcripta in decreto 16. q.1.

Tandem pro veritate noſtrę c-
ſionis facit, quod nulla gens, nu
natio tam barbara fuerit, quæ ſ
fulgente lumine naturali non mi
rit ſuis Sacerdotibus, & Sacrorı
niſtris neceſſaria ad honorifican
ſuſtentationem;cuius multa ex h
prophanis adduci poſſent teſtin
& exempla; at modo ſufficiat ill
neſ.47. vbi legitur, premente fa
ram Aegypti per ſeptem annos,
nibus vendentibus ſuas poſſeſſic
à Pharaone eſcas emerent, ſol
cerdotes eas non vendidiſſe, e
ſtatuta cibaria eis præberentur
reis publicis. Loquendo igitur
cimis quoad ſubſtantiam, ſiue
hendo ab eorum qualitate, &
tate certum eſt eas de iure
miniſtris Eccleſiæ eſſe reddenda

Secunda Concluſio. Soluti
marum per exhibitionem decim
tis quorumcumque bonorum,
pellari ſolet Decima quoad qu
non eſt debita iure naturali ſacri
ſtris. Iſta concluſio eſt certa,
munis inter Theologos; nec ill
gant hæretici. Cuius ratio eſt,
cet ius naturæ præſcribat, à po
ſe ſupplendos ſumptus, pro co
ſacrorum miniſtrorum ſuſtentat
vel ſtipendio; nõn tamen in de
nona, vel octaua parte. Etenim
turæ non dictat aliquid de nume
poſſet accidere, quod pro præ
ne, minor pars quàm decima e
ceſſaria, vel maior pars ſufficeret
ta igitur decimarum non eſt d
naturæ.

Vndè quod in ſtatu legis natu
berrimus tam Ethnicorum, qua
lium mos fuerit; quando Deo
donaria offerebant, vel eius mi
vt decimas darent, ſicut habetur
14. quod eas perſoluit Abraha
chiſedecho, & cap.28. Iacob De
proueniebat ex debito naturali,
luntariè, vel ex voto, vel fortaſſe
quo ſtatuto municipali fiebat.
potuiſſe eſſe in lege naturæ,

lias plures rationabiles cõſuetudines, larè colligitur ex illo Geneſ.29. v.26. *Non eſt in loco noſtro cõſuetudinis, vt mi-ores ante tradamus ad nuptias*. Funda-atur autem, vt notat Diuus Thomas .2. qu.87. art. 1. in myſtica denarij nu-neri ſignificatione, & perfectione; etc-im cum ſolus numerus denarijus, ex mnibus numeris ſimplicibus, id eſt, ex is, qui ex ipſo denario; & alijs non omponuntur, ſit perfectus: conue-ientiſſimè decimam bonorum partem ffert quis Deo, vel illius miniſtris, vt tinens ſibi nouem, quibus ad perfe-um numerum aliquid deeſt, & Deo ans partem decimam, quæ numerum rfectum complet, ipſo facto prote-etur ſe agnoſcere ſuam indigentiam, Dei perfectionem.

Notandum tamen illas decimas in ge naturæ, alterius modi fuiſſe ab il-, quæ poſtea in lege ſcripta offerebã-r, & modo in lege gratiæ; quod iſtæ mediatè miniſtris dantur; in lege au-m naturæ, cum non eſſent ſpeciales iniſtri ſeorſim diuino cultui deputa-; ſed vel quilibet pro ſe offerebat ſa-ificia, preceſque Deo porrigebat, l primogeniti familiarum Sacerdotes ant, & ob id accipiebant duplicem rtionem ex hæreditate paterna, vt betur de primogenitis eorum Deute-n.21. proptereaque non eſſent neceſ-iæ decimæ pro eorum ſuſtentatione, mediatè offerebantur Deo; ac pro-lè ambiguum eſt, in quos vſus ex-nderentur, forſan in ſacrificijs, aut lis diebus celebrandis.

Tertia Concluſio. Decimæ quo ad otam fuerunt de præcepto diuino ſitiuo tempore legis Moſaicæ. Iſta ncluſio eſt certa, pertinenſque ad fi-m; quia Deus quando dedit legem ım. 8. & alijs locis ſtatim citandis, ſit & populo Hebræorum decimas uere. Quod tamen præceptum non executioni mandatum, illis qua-ginta annis, quibus manſerunt in erto; ſed tantùm poſtquam intraue-it terram Chanaam, Deuteron. 12. Quadruplex autem genus decimarum tunc fuit in præcepto. Primum earum, quas Hebræi laici dabant Leuitis, Leuit. 27. Num. 18. & Deuter. 18. Secundum earum, quas Leuitæ rurſus ex his ſuis decimis ſeparabant, ſcilicet, decimas decimarum, quæ erat pars centeſima omnium fructuum perceptorum in terra Iſrael, quas Leuitæ ſummo Sacerdoti pendebant, Num. 18. Tertium earum, quas ſinguli laici ſeparabant, vt comederent eas, quando proficiſcerentur in templum ter in anno, Deuter. 14. Quartum earum, quæ non ſeparabantur quolibet anno; ſed tantum de triennio in triennium; & eas vnuſquiſque apud ſe conſeruabat, vt ex eis eleemoſynam porrigeret pauperibus, maximè leuitis, Deuter. 14. Quarum omnium decimarum inſtitutionem non potuiſſe nõ eſſe æquitatis plenam, cum fateantur omnes, qui diuinam teſtamenti veteris authoritatem admittunt, ſufficit hæc breuiter inſinuaſſe, de quibus fuſius agunt ſacri Interpretes ad præfata loca; & conſuli poteſt Menochius lib. de Republica Hebræorum.

Quarta concluſio. Extat in noua lege præceptum ſoluendi decimas, nedum quo ad ſubſtantiam, verum etiam, quo ad quotam. Iſta concluſio eſt de fide contra hæreticos ſuperius adductos, quoad primam eius partem, quæ patet ex iam dictis in prima concluſione; ſecunda autem probatur ex iure Eccleſiaſtico; Quod licet non ſit de fide, illud tamen, vt alia plura, ab Eccleſia ſtatui potuiſſe, fides docet. Multa autem ſunt antiqua concilia tum particularia, tum generalia, in quibus apertè præcipitur, vt id quod ſoluitur Eccleſiæ miniſtris, pro congrua ipſorum ſuſtentatione, ſit pars decima. Particularia ſunt Aurelianenſe I. c. 17. Matiſconenſe 11. cap. 5. Foroiulienſe cap. vlt. Moguntinum ſub Carolo Magno, cap. 38. ſub Rabano, cap. 10. ſub Arnulpho Imperat. cap. 17. Rhemenſe ſub Carolo Magno, cap. 38. Valentinum ſub Lothario, cap. 10. Arelatẽſe IV.

cap. 9.

cap. 9. Cabilonenſe II. cap. 19. Metenſe, cap. 2. Triburienſe, cap. 13. Concilia autem Generalia ſunt Lateranenſe ſub Innocentio III. cap. 53. & ſequentibus; Viennenſe, vt habetur in Clement. Cupientes, de pœnis; Conſtantienſe ſeſſ.8. vbi damnatus eſt articulus decimus octauus Vuiclefi dicentis, *Decimas eſſe meras Elemoſinas, quas proindè poſſit populus ad libitum negare Sacerdotibus propter eorum peccata*. Ac demum Tridentinum ſeſſ.25. c. 12.

Id ipſum habetur ex Patribus ſuperius citatis pro prima concluſione, qui ab initio Eccleſię Chriſtianæ ſemper commendarunt decimarum ſolutionē, etiam quo ad quotam, vt rem Deo gratam, comminantes non ſoluentibus graues pœnas, ſoluentibus autem corporis, & animę ſanitatem, fructuumque terræ abundantiam.

Et certè, dicente Chriſto Domino Matth. 5. Chriſtianorum iuſtitiam debere abundare pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, ſi in veteri teſtamento ipſemet Deus iuſſit decimas Leuitis dari, multo magis ad eius exemplum potuit hoc idem Eccleſia ſancire in ſtatu legis Euangelicæ pro ſacris eius miniſtris, longe dignioribus.

Quinta concluſio. Præceptum de ſoluendis decimis, quantum ad determinationem talis quantitatis non eſt nunc in ſtatu gratiæ de iure diuino, ſed humano duntaxat Eccleſiaſtico. Iſta concluſio eſt omnium Theologorum, pluriumque etiam Canoniſtarum, contra nonnullos alios exiſtimantes, decimas, etiam quoad determinationem quantitatis eſſe de iure diuino poſitiuo, nec poſſe conſequenter vlla humana lege, aut conſuetudine aliam ſtatui quātitatem. Eſt autem ita certa, vt Maior in 3. diſtinct. 37. quęſt. 36. affirmauerit oppoſitam Iuriſtarum opinionem eſſe hæreticam, cum oporteat eam niti hæretico principio, videlicet præceptū diuinum iudiciale veteris legis de decimis adhuc obligare; quod eſt hæreticum: ceremonialia enim, & iudicialia

veteris legis, quo ad vim obligan
nino ceſſauerunt ſecundum fide
Et ex hoc demonſtratiuum ſ
pro noſtra concluſione argumen
Nam præceptum illud diuinum
ris legis iam non obligat: & in le
ua nuſquam habetur tale aliquo
ceptum diuinum ſoluendi de
quantum ad quotam. Neque ru
iure naturæ eſt, atque adeo nec
diuino, decimę partis ſolutio, v
dimus prima concluſione: Sequ
go, ſolo iure humano Eccleſiaſ
ſe iam decimas ſoluendas: quo
ceptum reperitur in ſupracitatis
cilijs, indeque in corpore iuris;
cretalibus titulo de decimis pe
capita, & 16. quęſt. 1. cap. Deci
cap. Reuertimini, & cap. Deci
Vnde ſi quando ibi dicitur p
diuino eſſe ſoluendas decimas,
ſermo de decimis quoad ſubſta
& non quo ad quantitatem
partis; vel ſi eſt ſermo de illis
do, dicuntur eſſe de præcepto
exemplariter, vel imitatiuè, ho
pendendas pręcepto humano E
ſtico, quod fuit traditum exem
uinæ legis, adeoque firmius.
dum eas Iudæis Deus impoſuit
oſtendit, quid etiam Chriſtiano
re præſtare par eſſet: quomod
nullis Patribus dicitur, quadrag
eſſe indictam à Domino, quia
exemplo nos docuit ieiunare
geſimam, & ad illud Eccleſia
tuit. Vel tandem dici poſſunt
deberi iure diuino, quia dete
talis quantitatis habetur in iure
quamuis non ex vi iuris diuini
vi iuris Eccleſiaſtici tantum fa
bita ſit in ſtatu nouæ legis. E
potiſſimum ſenſu debent intelli
cap. in aliquibus, vbi dicitur: *I*
pe decimæ neceſſario ſoluendæ ſu
debentur ex lege diuina, vel lo
tudine approbata: quaſi diceret
decimæ neceſſario ſoluendę ſu
debentur, vel iuxta quantitate
diuina determinatam, quam E

inno

innouauit; vt ſit, vbi ſoluuntur integræ decimæ; vel iuxta quantitatem conſuetudine loci determinatam; vt fit, vbi ſoluitur minus, quam decima; & tamen etymologicè vocatur decima. Vnde hic textus, quem aliqui Canoniſtæ ſummoperè magnificant, tantum abeſt, vt eis faueat, quod potius ſit cōtra ipſos; ſi enim decimæ quoad quantitatem decimæ partis deberentur iure diuino, vbique integræ ſoluendæ eſſent; Igitur dum textus ait, illas alicubi debere ſolui iuxta conſuetudinem, clarè ſignificatur decimas, quoad determinationem dictæ quantitatis, non eſſe de iure diuino poſitiuo, ſed humano duntaxat. Cum autem ex dictis tertia concluſione, quadruplex fuerit decimarum genus in lege veteri, primum ſolùm ad illius exemplum Eccleſia Euāgelica renouauit, ſiue denuò ſtatuit, quia non minus abundat, & eget miniſtris ad ſacras functiones peragendas, quam olim Synagoga. Vndè ſicut hæc illos alebat decimationibus, ita & noſtra facit Eccleſia.

Sexta Concluſio. Decimę nedum bonis, ſed etiam malis Sacerdotibus, aut alijs Eccleſię miniſtris ſolui debēt. Iſta concluſio eſt contra Vviclefum, fundata potiſsimum in illo Chriſti Domini reſponſo Matth. 22. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; quæ ſunt Dei, Deo*. Hoc eſt, inquit Hieronymus ibi, *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, nummum, tributum, et pecuniam; et quę ſunt Dei, Deo, decimas, primitias, et oblationes, ac victimas*. Sed eo tempore, quo Chriſtus hoc dedit reſponſum, certum eſt non modo Cæſarem impium, & infidelem, verùm etiam Sacerdotes improbiſsimos fuiſſe; decimæ igitur ex præcepto Eccleſiaſtico Clericis debitę, nedū bonis, ſed etiam malis ſolui debēt. Quod & ipſa ratio perſuadet, quia decimę non dantur Clericis, quia boni ſunt, ſed quia Clerici ſunt, quēadmodū tributa dātur Regibus, nō quia probi ſūt, ſed quia Reges ſunt. Aliàs ſub illo prætextu malitiæ, quam pro ſuo libito quilibet fingere poſſet in Clericis, ſicut & in Principibus omnia replerentur iniuſtitijs, nec ſubueniretur, contra ius naturæ, eorumdem neceſſariæ ſuſtentationi, quemadmodum nec pauperū ſi ſolum bonis eroganda eſſet eleemoſyna.

Septima Concluſio. Decimæ non ſolùm debentur ijs, qui viuunt in paupertate more Apoſtolorum, verùm etiā Clericis diuitibus. Iſta concluſio eſt contra Fraticellos, ſeu Pſeudo-apoſtolos, qui inter alios errores, quos refert Turrecremata loco ſuperius citato, docebant non poſſe percipere decimas eos, qui non viuunt in præfata paupertate; ſed abſque vllo prorſus fundamento. Si quidem ratio, cur debeātur Clericis decimæ, eſt, quia laborant in populi vtilitatem; quæ ratio cum non minus in diuite, quam in paupere reperiri poſſit, inde quoque certum eſt, decimas non minus diuiti, quam pauperi Clerico deberi.

Caietanus tamen 22. qu. 87. art. 1. quod Leuitæ, quibus decimæ iure diuino decernebantur, eſſent duodecima pars populi Iudæorum, deberentque præterea vxorem, & liberos alere; nunc verò ſpirituales miniſtri vix ſint ſexageſima, aut quinquageſima pars populi Chriſtiani, exiſtimat iuſtè ab illis percipi poſſe iure Eccleſiaſtico eamdem decimam partem, non tantùm victus ipſorum cauſa, ſed etiam vt eas communicent cum pauperibus, quorum debent eſſe veluti Patres in lege Euangelica. Quæ Caietani ſententia ſi intendat, illos debere ex iuſtitia pauperibus erogare partem decimarum, ita vt ſi non faciant, debeant illis reſtituere, licet non ſit certa; non deſunt enim plures graues authores Catholici, qui cenſent Eccleſiaſticos eſſe verè dominos omnium ſuorum redditũum Eccleſiaſticorum, proindèque non debere ex illis ſubuenire pauperibus; attamen ſi Caietanus intelligat, teneri Eccleſiaſticos diuites ſtrictiſſimo miſericordiæ præcepto pauperibus eleemo-

ſynas erogare ex decimis, veriſsima eſt eius ſententia, & ab omnibus approbatur.

Octaua Concluſio. Valdè probabile eſt præceptum ſoluendi decimas in lege Euangelica haberi ex traditione Apoſtolorum, ſiue Apoſtolos illas inſtituiſſe, & ab ipſis ad nos de ſæculo in ſæculum perueniſſe. Probatur ex regula Diui Auguſtini lib.4. contra Donatiſtas cap.24. docentis, id certo ex Apoſtolica traditione haberi, quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs, aut Pontificijs legibus noſcitur primò eſſe inſtitutum, ſed ſemper in Eccleſia retentum, obſeruatumque fuit: At vniuerſa Catholica Eccleſia ſemper retinuit, & obſeruauit decimarum ſolutionem, neque in aliquo Concilio, aut lege Pontificia legimus fuiſſe inſtitutam; ergo ad traditionem Apoſtolicam retrotrahenda eſt. Maior huius argumenti eſt certa, ſi enim cuiuſque conſuetudinis diu in Eccleſia obſeruatæ principium, vel originem, nec ad Summos Pontifices, nec ad Concilia referre poſſumus. Signum apertum eſt, illam ab Apoſtolis dimanaſſe; vt fuſius explicuimus tom.2. lib.3. ſect.2. indeque collegimus præceptũ ieiunij quadrageſimalis haberi ex traditione Apoſtolica, aliaque multa. Minor autem probatur primò, quia omnia iura ſuperius citata, & ſi quæ ſint alia, ſi diligenter perpendantur, non inſtituunt decimarum ſolutionem, ſed quaſi iam inſtitutam laudant, confirmant, iubentque executioni mandari. Secundò, quia Clemens lib.2. Conſt. Apoſt. c.29. Origenes, & Cyprianus ſuperius citati, qui tempore Apoſtolis vicino floruerunt, dum decimarum mentionem faciunt, ſatis oſtendunt, eas iam tempore Apoſtolorum in vſu fuiſſe in Eccleſia; nec non quod Auguſtinus, qui vixit circa annum Domini 384. earum ſolutionem ad maiores refert hom.48. ex 50. *Maiores noſtri*, inquit, *ideo copijs abundabant, quia Deo decimas dabant & Cæſari cenſum reddebant: modo autem*
quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſ
fiſci, nolumus partiri cum Deo
modo autem totum tollitur, hoc t
quod non accipit fiſcus. Tantùr
ſenti controuerſia, ad refelle
rores circa illam verſantes. Q
ſalua fide inter doctores Ca
diſputantur de decimis, nin
quibus rebus pendi, quibus p
& à quibus pendi debeant,
adeo ſtricto iure, vt nullo mo
tolli eiuſmodi obligatio, exp
tur lib.5. ſequenti.

CAPVT XXX

Oſtenditur aduerſus Anabaptiſt
di actum ex ſe bonum,
licitum eſſe.

REfutatis præcipuis nou
erroribus circa primu
gionis actum, nempè oration
bonum mentis ſpirituale pot
ſubijcitur Deo, iam refeller
quos etiam habent circa ali
actus vouendi, & iurandi.
enim votum per ſe eſſe opus b
laudabile, atque adeo merito
fiat ab eo, qui ſit in gratia De
quia præcipuè reijciunt vota
hunc errorem commodius in
tabimus agentes de ſtatibus;
ſolùm refellemus eum Anab
qui Apoſtolicos apud Bernar
mil.66. in Cant. Catharos,
res de Lugduno apud Guido
ticellos apud Turrecremata
Eccleſ. par.2. cap.37. & Vv
apud Concilium Conſtantien
ſecuti aſſerunt Chriſtianis iur
omnino prohibitum eſſe in E
ita vt nullo caſu liceat iurare

Pro cuius intelligentia no
eſt, iuramentum, cui ſynoni
iuſiurandum, eſſe diuini Nu
teſtationem, ſiue in teſtem a
nem, ad fidem faciendam, p
nemue firmandam. Nam atte
uini Numinis eſt inuocatio

diuini, ſiue actio, qua Deus, prima veritas vocatur in teſtem dicti, aliquid affirmantis, negantis, vel promittentis, vt ſupremus teſtis, omnique exceptione maior, rogaturque, vt infallibili ſua aſſeueratione veritatem latentem aperiat, quando ei viſum fuerit; ſaltem in die iudicij, quando *illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium*. 1. Corinth. 4. ad fidem faciendam in iuramento aſſertorio, quo dictum probationis expers, affirmando, vel negando aſſerimus verum eſſe, vocato in teſtem Deo; vel promiſſionem firmandam, in iuramento promiſſorio; quo vocamus Deum in teſtem, quod promiſſio noſtra ſincerè facta ſit.

Secundò notandum eſt, atteſtationem diuini numinis in iuraměto adhibitam, poſſe fieri diuerſimodè, expreſsè, implicitè; verbis, ſcriptis, nutibus, attactu Crucifixi, Euangelij, manus eleuatione, vel ad pectus appoſitione. Fit expreſsè, inuocando Deum, vel attributum diuinum, quod eſt Deus ipſe: implicitè verò, inuocando Dei creaturam, cœlum, terram, & ſimilia, in quibus relucet, tanquam in ſede ſua, throno, tabernaculo, ſcabello, &c. vti conſtat ex Matth. 5. & 23. Cum tamen iuramentum ſit actus religionis, & cultus latriæ; illo namque implicitè agnoſcitur Deus eſſe prima veritas, omnipotens, omniſcius, vniuerſi prouiſor, & gubernator; indè aduertendum eſt, ſi B. Maria, Angeli, & Sancti accipiantur in teſtes dicti noſtri, tanquā veritatis illius conſcij, licere quidem per illos iurare; ſic enim eſt actus duliæ, non latriæ; aitque Apoſtolus 1. Timoth. 5. *Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis Angelis eius*; at ſi fieret atteſtatio illorum, aut alterius creaturæ, tanquam numinis, foret blaſphemia, & idololatria.

Tertiò notandum eſt ipſam religionem, cuius iuramentum eſt actus, inclinare ad non facile; & frequenter iurandum, ſed parce, rarò, & nonniſi exigente neceſſitate. Etenim iuramentum eſt de numero eorum, quæ in caſu neceſſitatis bona ſunt, vti medicamenta; non autem de numero eorum, quæ per ſe ſemper ſunt bona, ideoque frequētanda, v.g. oratio, eleemoſyna, & ſimilia. Quamobrem vt vſus iuramenti ſit bonus, ac licitus, deſiderantur tres comites: ſcilicet veritas, iuſtitia, & iudicium, iuxta illud Ierem. cap. 4. *Iurabis, Viuit Dominus, in veritate, in iudicio, & in iuſtitia*. Id eſt, non iurabis per falſos Deos, ſed per Deum viuum, de re vera, & licita, & cum diſcretione debita. Ita vt ſi iuramentū deſtituatur veritate, ſit falſum; ſi iuſtitia, illicitum; ſi iudicio temerarium.

In hac autem materia iuramenti, *veritas* eſt conformitas dicti ad mentem. Siue, eſt veritas locutionis, ſupponens veritatem cognitionis, & ſuperaddens veritatem executionis; vnde in iuramento triplex dicitur implicata veritas; in cognoſcendo, loquendo, & exequendo: quarum prima tollit falſitatem, & incertitudinem; ſecunda, mendacium; tertia, infidelitatem. In hac eadem materia iuramenti, *iuſtitia* eſt conformitas rei ad rectam rationē, æternamque Dei legem. Quare iuramentum debet eſſe de re iuſta, & licita; & conſequenter licet ſit licitum omittere, vel non obſeruare conſilia Euangelica; non licet tamen obſtringere ſe iuramento, ad eā non ſequenda. Tandem *iudicium*, eſt diſcreta, ſeu prudens perpenſio, num reuerentia diuino numini debita, permittat ſui atteſtationem hic, & nunc. An ſcilicet præſens neceſsitas, iuſta vtilitas, reiue condignitas exigat tanti teſtis atteſtationem. Vndè etiam periurium quandoque ſumitur generaliter pro iuramento deſtituto aliqua comite, etiam iuſtitia, vel iudicio; quamuis propriè loquendo, periurium ſit iuramentum veritate deſtitutum, veritate, inquam, locutionis, executionis, vel cognitionis. Et hic eſt ordo grauitatis periurij: vt primum ſit periurium deſtitutū veritate locutionis; ſecundum executionis,

tionis; tertium cognitionis. Quod poſtremum toties accidit, quoties iuramento deeſt certitudo abſoluta, vel moralis. His prænotatis ſit.

Prima Concluſio. Actus iurandi ex ſe bonus, ac licitus eſt, ſi debitæ conditiones non deſint. Iſta concluſio eſt de fide contra ſupradictos hæreticos, quatenus aliqui eorum crederent, iuramentum eſſe intrinſecè malum, atque adeo nunquam licitum. Probatur primò authoritate veteris Teſtamenti, vbi nedum verbo, verum & exemplo iuramentum approbatur. Deuteron. 6. & 10. *Dominum Deum tuum timebis, & ipſi ſoli ſeruies; ac per nomen illius iurabis.* Quod intelligi non poteſt solùm permiſsiuè, primò quia eodem modo dicitur per nomen eius iurabis, ac Deum tuum timebis, quod nemo ſanæ mentis aſſeret dici tantum permiſsiuè; ſecundò, quia Pſalm. 14. laudatur, *qui iurat proximo ſuo, et non decipit*; & Pſal. 62. *Laudabuntur*, inquit Regius Propheta, *omnes qui iurant in eo.* Exempli quoque Sanctorum, qui iuramento vſi ſunt, tam tempore legis naturæ, quā ſcripta, frequentia ſunt, referunturque de Abraham, Iſaac, & Iacob, Geneſ. 26. & 32. de Moyſe Deuter. cap. 3. & 4. Dauid etiam, & cæteri Prophetæ ſæpe vtuntur illa forma iurandi, *Viuit Dominus.* Quin & Deus ipſe frequenter legitur in Scripturis iuraſſe, Ezechiel. cap. 16. *Viuo ego dicit Dominus, &c.* quem locum explicans Hieronymus ait: *Iuramentum Dei in veteri teſtamento erat: Viuo ego. In nouo autem: Amen, Amen, &c.* loca noui Teſtamenti, nec non Patrum adducentur concluſione ſequenti.

Nunc iſta probatur ſecundò ratione. Quia actus, cuius principium eſt bonum, & finis, ac materia etiam; ſine dubio bonus, ac licitus eſt ſecundum ſe, ſiue ex genere ſuo. Sed actus iurandi talis eſt; ex ſe igitur bonus, ac licitus eſt, ſi debitæ concurrant circumſtantiæ. Maior huius argumenti eſt euidens, ac certa. Minor autem pro-

batur. Nam ius iurandum inte
nius ex exiſtimatione, quam ha
de diuina infallibilitate; ex bon
procedit principio. Inſuper ill
ferimus *ad finiendas controuerſ*
docet Apoſtolus Hebræor. cap
finis eſt bonus, & honeſtus. T
quod teſtimonio diuino huma
minentur controuerſię, quand
finiri non poſſunt, eſt quid rati
nino conſentaneum, & Reipubl
le, ac neceſſarium. Fatendum
go, principium, & finem, & ma
ſiue obiectum iuramenti eſſe li
atque adeo ipſum etiam iu
tum.

Deindè iuramentum eſt actu
tis Religionis; de ſe igitur bo
licitèque exerceri poteſt. Con
tia eſt certa; probatur ante
nam cum iuramentum ſit in
quædam diuini nominis in teſt
nem veri, quæ continet egregi
confeſsionem, quod ſit prima
quod omnia ſint ei nuda; & a
quod nec falli, nec fallere poſ
omnia & ſimilia in iuramento
rentia, non poſſunt non magn
gloriam, & exiſtimationem aff
quod idem eſt, qui iurat per D
profitetur ipſum eſſe potiorem
tè cuius veritas eſt indefecti
cognitio vniuerſalis; atque ad
re per Deum eſt quædam fidei
ſio, & actus religionis, quo D
ueremur. Propter quod Diu
lus Hebr. 6. ait: *Homines per m*
iurant: & Diuus Hieronymu
cap. 5. Matth. *Qui iurat, aut ve*
aut diligit eum, per quem iura
Philoſopho lib. 1. Metaphyſ. I
tum eſt honorabiliſſimum.

Quemadmodum ergo conte
quæ in mente ſita eſt, & orati
lis, & ſacrificium, quod ſit ope
cultus religionis; ſic etiam & iu
tum. Et ſicut per precationes
ratur Deus, vt auxiliator; ita
iurandum inuocatur, vt teſtis.
ſequenter vtrobique eadem eſt

iuſdemque fidei profeſsio : nempè
uod omnia ſcit, & omnia poteſt.

Aduertendum tamen eſt, in iuramé-
o, quod, vbi legitimè fit, cultus qui-
em ſit religionis, contaminatio autē
ius, vbi vanè, & abſque neceſsitate.
ertinetque vtrumque præceptum, ſci-
cet, *Ne iures vana per eum*, & *In ne-
ceſſitate eſt iurandum*, ad idem Decalo-
i, ſecundumque reducitur ad primū.
'trumque tamen non exprimitur, ſed
antùm negatiuum: *Ne iures vana per
um*. Cuius ratio eſt, quia, vt iam
otauimus ſupra, iuramentum eſt de
umero eorum, quæ in caſu neceſsita-
s ſunt bona, vt medicamenta, non
utem de numero eorum, quæ per ſe
emper ſunt bona, vt cultus Dei, & fe-
orum ſanctificatio; quare natura ipſa
erum petebat, vt pręcepta cultus, &
nctificationis præceptorum in deca-
go exprimerentur, affirmatiuaque
ſſent, tanquam de rebus, quæ per ſe
mper ſunt bonæ; negatiuum autem
lud non iurandi in vanum pariter ex-
rimeretur, quod hæc negatio ſit ſim-
liciter neceſſaria, affirmatio verò non
em, ſed tantum in caſu neceſsitatis.
umque inſuper in præcepto non iu-
ndi vanè, includatur etiam, quod
bi fuerit neceſſarium, ſolidè, & le-
timè iurare poſsimus; opus non fuit
oc exprimere, ſed iuri naturæ relin-
uere, qui ſint dicendi caſus neceſsi-
tis. Vndè omni iure tam naturali,
uam ciuili, & diuino, fuit ſemper iuſ-
randum pro actu religionis, & latrię
abitum, quem Gentiles nunquam ni-
illis, quos pro Dijs colebant, exhi-
uerunt. Imo Deus Ieremiæ cap. 5.
auiter conqueritur de filijs Iſrael,
uod eum reliquiſſent, iuraſſentque
ijs, qui non erant Dij.

Sed obijciũt aduerſarij primò: Finis
rtutis Religionis eſt reuerẽtiam Deo
hibere; finis autem iuramenti tan-
m abeſt, quod talis ſit, vt, peruerſo
otius ordine, perſona diuina omni
uerentia digna adducatur ad huma-
negotia, facta, & dicta confirmanda;
inuerſus ſiquidem ordo eſt, res ſupe-
rioris ordinis referre ad res inferioris
ordinis: iuramentum ergo de ſe non
eſt bonum, nec licitum.

Secundò, tentatio Dei non eſt licita,
vt docent omnes Theologi 2. 2. q. 97.
ſed iuramentum eſt quædam tentatio
Dei; quia iurare eſt inuocare Deum
in teſtem veritatis, vel promiſsionis iu-
ratæ; taliter, vt dictis iurantis teſtifi-
cetur per aliquem effectum euidentē,
V. g. per reuelationem, per miraculum,
aut aliquid huiuſmodi; alias nullius
eſſet vtilitatis talis inuocatio; imo ne-
que eſſet Deũ in teſtem inuocare; quod
ſine dubio eſt quædam tentatio Dei,
de cuius ratione eſt, quod ab eo exqui-
ratur ſignum diuinę prouidentiæ; de ſe
igitur nec bonum, nec licitum eſt iu-
ramentum.

Reſpondetur ad primum, conceden-
do maiorem, & negando minorem; iu-
ramenta enim nedum in cauſis fidei, &
pietatis, quas Eraſmus videtur excipe-
re in annotat. ſuper cap. 5. Matth. ſunt
licita, verùm etiam in ordine ad robo-
randum humanos contractus, ciuilia-
que commercia; vndè ad probationē,
quæ non tam pugnat contra iuramen-
tum abſolutè, quam contra illud in
determinata materia, dicitur, nullam
ĩn hoc eſſe peruerſitatem, quod inuo-
catio diuini teſtimonij, vt eſt actus re-
ligionis, atque adeo ipſum teſtimoniũ
diuinum ordinetur ab iurante ad finiē
dam controuerſiam humanam. Siqui-
dem non ordinatur ad id, tanquam ad
vltimum finem ſimpliciter, cum & ip-
ſe etiam finis controuerſiæ humanæ, in
Deum tandem referatur; neque etiam
tanquam in finem perfectiorem ipſo
diuino teſtimonio, ſed tanquam in fi-
nem quemdam hominibus ipſis neceſ-
ſarium à diuino pendentem teſtimo-
nio, atque adeo tanquam in finem non
ipſius diuini teſtimonij, ſed hominum
ipſorum, ſiue humanę neceſsitatis, vel
vtilitatis. Quemadmodum eadem ra-
tione nulla eſt peruerſitas in eo, quod
Incarnatio Christi Domini ordinata
fue-

fuerit in remiſsionem peccati, quodque diuina gratia ſic ordinetur ad ſanandam naturam hominis.

Ad ſecundum reſpondetur ſimiliter concedendo maiorem, & negando minorem; haud enim tentat Deum, qui iurat; quia non implorat diuinum teſtimonium abſque vtilitate, & neceſsitate; nec curat, ſi Deus teſtimonium adhibere noluerit in præſenti, certus quod illud adhibebit in futuro, quando illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium, vt dicitur 1. Corinth. 4. quod ſufficit, vt, qui iurat nulli ſe exponat periculo tentandi Deum, illud enim teſtimonium nulli iuranti deficiet, vel pro eo, vel contra eum; nec non vt veritas aſſerta credibilior fiat. Cum enim citra controuerſiam ſit, vnum modum confirmandi dicta, aut promiſſa, per teſtes fieri; qui quantò excellentiores ſunt, illa magis confirmant; quodque Deus omnium teſtium digniſsimus ſit, vtpotè, qui nec falli, nec fallere poteſt, quando veritas per eius teſtificationem aſſeritur, non poteſt non abſque dubitatione admitti; ſique illam in præſenti, aliquo non teſtatur ſigno; ſat eſt, quod fiat in futuro, quando officium teſtis exercebit, dum manifeſtauerit conſilia cordium, & officium iudicis, quia tunc laus erit vnicuique à Deo. Itaque qui iurat, non petit à Deo, vt modo ſigno aliquo manifeſtet, an verum, an falsũ proferatur; quia hoc eſset tentare Deũ: ſed intendit, vt propter reuerentiam tanti teſtis adducti, ſuus ſermo credibilior reddatur, quem certò ſit eum manifeſtaturum ſaltem in futuro ſæculo, ſi noluerit in præſenti.

Secunda Concluſio. In ſtatu legis Euangelicæ licitum eſt Chriſtianis iurare, ſi debitę concurrant circumſtantiæ. Iſta Concluſio eſt de fide contra ſuperiores hæreticos, quatenus aliqui eorum vellent, iuramentum ex natura ſua quidem licitum eſse, ſed Chriſtianis prohibitum fuiſse. Probatur concluſio, quia iuramentum ex natura ſua

bonum; adeoque licitum eſt, vt
dimus; ergo etiam licitum eſt Ch
nis in ſtatu legis Euãgelicæ, moc
ſit illis peculiari mandato prohil
At non ſolum non eſt prohibitu
multoties approbatum; igitur i
legis Euangelicæ licitum eſt Cl
nis iurare, concurrentibus ad i
tis conditionibus. Minor ſub
in qua tota eſt difficultas, prob
primo teſtimonijs Scripturæ no
ſtamenti, & Patrum, quibus iur
tum, vt quid bonum, ac licitu
probatur; ſecundo ſoluendo ea,
aduerſarij cõtendunt illud fuiſ
hibitum.

Primum igitur quoties in E
lio legitur Chriſtum Dominu
dicta confirmaſse, vſurpata
cula Amen, toties eum iuraſse,
proindè exemplo iuramentum
baſse, nec non docuiſse illud e
tum in ſtatu legis Euangelicæ,
sè tradit Hieronymus ſuper illu
chielis: *Viuo ego dicit Dominus*
Iuramentum, inquit, *Dei in veter*
mento erat: Viuo ego. In nouo
Amen, Amen. Paulus quoque A
lus ſæpe iurauit in epiſtolis, qu
feciſset, ſi illicitum, aut à Chri
titum abſolutè fuiſset, Roman.
Teſtis mihi eſt Deus. 2. Corinth
Teſtem inuoco Deum in animam
Philipp. 1. 8. *Teſtis mihi eſt Deu*
modo cupiam omnes vos in viſcer
ſu Chriſti. 1. Timoth. 5. 21. *Te*
ram Deo, & Chriſto Ieſu; ac de
epiſt. ad Hebræos cap. 6. v. 16. a
omnem controuerſiam finiri p
mentum.

Authoritati Scripturę accedi
tio Patrum, quorum etſi nonnu
ita clarè locuti ſint; nec ita fac
rum ſententia penetrari poſsit n
nihilominus concluſionẽ expre
cent multi relati in cap. 1. 22. q
præſertim autem Diuus Aug
ſerm. 28. de verbis Apoſtoli:
mus, inquit, *iuraſſe Sanctos, iura*
Dominum, in quo non eſt peccatum

uit Dominus, &c. Pſal. 109. *Non ergo eſt peccatum iurare, ſed magis peierare.* Idem confirmat lib. 19. contra Fauſtũ cap. 23. Et lib. de mendacio cap. 15. *Apoſtolus in epiſtolis ſuis iurans oſtendit, quomodo accipiendum eſſet, quod dictum eſt: Dico vobis, non iurare omnino, ne ſcilicet iurando, ad facilitatem iurandi perueniatur, et ex facilitate iurandi ad conſuetudinem: et à conſuetudine in periurium decidatur. Et ideo non inuenitur iuraſſe, niſi ſcribens, vbi conſideratio cautior non habet linguam præcipitem.* Iuxta quæ, aut quid ſimile, debent intelligi, ſi qui Patres iuramentum improbare videntur, vt ſcilicet non loquantur de illo abſolutè, ſed ſine neceſsitate facto, aut alia debita circumſtantia.

Quod & conſtat ex praxi, & conſuetudine Eccleſiæ, optima diuinæ legis interprete, qua pro hæretici, qui ſanctitatem iuramenti negarunt, ſemper habiti ſunt: nec non iuxta doctrinam Apoſtoli ad Hebr. 6. iuramenta, vbi veritas aliter obtineri non potuit, *ad finiendas controuerſias* religiosè exacta ſunt, vel in iudicijs, vt patet ex titulis de iureiurando, & teſtibus: vel ad abiurandam hæreſim, vt habetur in tit. de hæret. & ex Concilio Epheſ. 1. vel ad firmandam pacem, vel ſtabilienda humana commercia. Quare tandem in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. condemnatus eſt error Vvicleſi docentis, *Non eſſe licitum iurare, ad firmandos humanos contractus.*

Nunc pro ſecunda concluſionis probatione, ſoluenda, & explicanda ſunt aliqua noui teſtamenti loca, quibus in eo putant abſolutè prohibitum fuiſse iuramenti vſum, ita vt in nullo caſu ſit licitus. Matth. 5. v. 33. vbi ait Chriſtus: *Iterum audiſtis, quia dictum eſt antiquis: non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neque per Ieroſolymam, quia ciuitas eſt magni Regis: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.* Quam legem à Chriſto datam repetit Iacobus Apoſtolus in epiſtola ſua Canonica cap. 5. v. 12. *Ante omnia autem, fratres mei nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem ſermo veſter, Eſt, Eſt. Non, Non.*

Verum his locis, iuramentum non fuiſſe abſolutè prohibitum à Chriſto, ſed abuſum iuramenti, ſatis patet ex dictis; quod ipſemet Chriſtus toties iurauerit, quoties vſurpauit illud Amen, Amen; & Hieronymo ſuper cap. 16. Ezechielis; Chriſoſtomo homil. 11. ſuper epiſt. ad Hebræos; & Oecumenio ſuper cap. 3. ad Hebræos; eiuſque ad exemplũ Paulus locis citatis, ex Auguſtino in expoſitione epiſtolæ ad Galatas cap. 1. vbi dicit non eſſe audiendos, qui has iurationes eſſe non putant. Quamuis ſit aliqualis difficultas, in quo conſiſtat ille abuſus iurandi, quem Chriſtus tollere voluit; indeque diuerſæ Patrum, Sacrorumque interpretum expoſitiones ortæ ſunt, de quibus conſuli poſſunt. Interim omnium optima videtur eſſe illa, quod ibi Chriſtus nouum non ediderit præceptum non iurandi, quod nõ extiterit in lege naturæ, aut ſcripta; nullum ſiquidem præceptum habetur in lege gratię neque affirmatiuum, neque negatiuum, præter præcepta fidei, & Sacramentorum; ſed tantùm explicuerit præceptum naturale de non iurando temere, & paſſim, ſine neceſſitate, & vtilitate, quod obſcurum Iudæi reddiderant ſuis falſis interpretationibus, & traditionibus, ſicut in pleriſque alijs fecerant, V.g. in præcepto de diligendo proximo, quod ad ſolos proximos extendebant, nimirũ quod per ſecundum Decalogi præceptum vetaretur duntaxat periurium, in quo falſum iurabatur: vndè inferebant *primò* nunquam peccari iurando per Deũ, dum-

dummodo ſeruaretur veritas, imo putabant conſultiorem eſſe frequentem talem iurandi vſum, quia per ſe pertinet ad cultum Dei, & ideo dicebatur in lege, *Per nomen illius iurabis* Deuter.6. *Secundò*, iurare per creaturam non eſſe iuramentum, neque ſpecialē habere malitiam, vt clarè colligitur ex illo Matth.23. *Væ vobis duces cæci, qui dicitis, quicumque iurauerit per templum nihil eſt*. Vt ergò Chriſtus Dominus falſas iſtas Iudæorum interpretationes reijceret, verumque præcepti ſenſum aperiret, docuit *non eſſe iurandum omninò*, id eſt, ſecundum omnem iurandi formam, & temere, & pro libito; ac proindè neque per Deum, neque per cœlum, & terram, aut aliam creaturam. Deindè illis verbis, *ſit autem ſermo veſter, Eſt Eſt, Non Non*; ſuperaddere voluit admonitionem, ſeu conſilium nunquam iurandi, niſi propter iuſtitiam, aut proximorum charitatem. Quæ exceptio ſuppoſito quod iuramentum ex natura ſua non ſit illicitum, ſubintelligenda eſt. Ratio autem huiuſce conſilij, vel admonitionis eſt, ne per iurandi frequentiam etiam licitam, perueniatur ad illicitā, iuxta illud Eccleſiaſtici 23.9. *Iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa*: &, *Vir multum iurans replebitur iniquitate*; quod & ſignificauit Auguſtinus ſuperius citatus, ex quo, nec non ex Origene, & Gregorio ait Diuus Thomas 2.2. q.89. art.2. ad 1. *Non omninò iurare prohibuit; ſed occaſione periurij, quod perfectius eſt docuit*; nimirum abſtinendi à nimia iurandi frequentia etiam licita; vt ſit ſermo noſter, *Eſt, Eſt: Non, Non*. Verba autem ſubiuncta, *quod amplius eſt, à malo eſt*, non denotant ſemper eſſe malum iurare: non enim dixit Chriſtus, quod ampliuss eſt, malum eſt, ſed *à malo eſt*: quia iuramentum quando fit, eſt non malo iurantis, ſed à malo exigentis illud, vel audientis: vel ab incredulitate audientium, vel à defectu veritatis humanæ in natura corrupta. Adeo vt

ibi particula à malo non ſit inte
da de malo culpæ, ſed de malo
imperfectionis humanæ poſt lap
nam indè factum eſt, vt iuram
ſit neceſſarium, & vtile.

Præfato igitur loco Chriſtus
non iurare omnino, illa particul
no, non ſignificauit, nullo te
aut nullo caſu licitum eſſe iur
falsò interpretantur aduerſarij;
tunc Phariſæi duo exiſtimare
circa iuramentum; primò, non
ramentum iurare per creaturam
dò, non eſſe peccatum in vſu iu
ti, niſi quando eſſet periurium
ctu veritatis; iurare autem ex l
vel abſquè neceſſitate nullum e
catum, vndè peſſima conſuetu
ter ac temere iurandi apud Iud
ualuerat; vtrumque iſtorum
Dominus duo docens. Primò
mentum etiam eſſe iurare per
ras. Secundò, non eſſe vlla r
aut vllo iuramenti genere ſeu
randum. Deindè tertiò, quo
ctum eſt, propriumque noui teſ
ſubiungit ſermonem noſtrum
eſſe, *Eſt, eſt: Non, Non*: abſ
etiam à licito vſu iuramenti.
dem modo debet intelligi Diu
bus loco citato.

Quia autem iuramentum it
natura ſua licitum, vt tamen i
bitæ comitari debeant circum
quibus deficientibus redditur
ſciendum eſt huiuſmodi circ
tias, vel conditiones eſſe in
differentia; aliæ enim ſunt ne
ex parte modi iurandi, iure di
naturali; quales ſunt tres ſupe
ſignatæ, ſcilicet veritas, iuſtitia
dicium; defectu cuiuſcumque
vſus iuramenti redditur eod
illicitus. Aliæ verò ſunt neceſ
re tantùm poſitiuo humano,
quarum, eodem iure redditur
illicitum, vel illegitimū iuram
Huiuſmodi ſunt ex parte eius,
rat, eſſe quatuordecim annoru
eſſe periurum, nec Clericum

enim ante decimum quartum annum iuramentum in iudicio interdicitur, & periuris, propter periculum peierandi; Clericis verò communiter, niſi in caſu neceſſitatis, vel magnæ vtilitatis, eo quod tanta eſſe debet eorum authoritas, vt ſuperfluum ſit ab illis exigere iuramentum. Ex parte autem modi iurandi, itidem in iudicio, requiritur primum certum tempus; deindè ſaltem ex honeſtate quadam, & decentia, vt iuraturus ſit ieiunus. Tantùm pro præſenti controuerſia ad refellendum errorem in ea propoſitum contra Anabaptiſtas, quam tractant Theologi 2.2. q.89.

CAPVT XXXII.

Propugnantur, aduerſus Lutheranos, & Caluiniſtas, Sacri Eccleſię Catholicæ ritus, ac ceremoniæ.

CVm ex vitijs oppoſitis virtuti Religionis, alia ſint, quæ habent falſam ſimilitudinem religionis, opponunturque illi per exceſſum, de quibus agit D. Thomas 2. 2. q. 92. & ſequentibus: alia verò quæ manifeſtam habent contrarietatem ad illam per defectum, de quibus agit quæſt. 97. & ſequentibus: ad primum genus pertinet ſuperſtitio, quæ ſolet definire veri falſiue numinis cultus vitioſus; dicique religioni per exceſſum contraria, non quidem ſecundum circumſtantiam, *Quantum*, nam vt docet D. Thomas q.92. art.1. nihil poteſt eſse ſecundum ſe nimium in materia religionis, ſed ſecundum alias circumſtantias. Cuius varias inter ſpecies, quia vna eſt, qua verus quidem colitur Deus, ſed indebito modo, vt ſtatim magis explicabimus; altera verò, qua ſoli Deo debitus honor, vel cultus tribuitur creaturæ, cuiuſmodi eſt idololatria; ſectarij ad primam ſpeciem pertinere putant, ſacros, quibus Eccleſia Catholica in cultu diuino vtitur, ritus, ac ceremonias; ad ſecundam autem, cultum Sāctorum, ſacrarumque imaginum, & reliquiarum, quem idololatricum eſſe contendunt, primum errorem in hoc capite, ſecundum verò in ſequenti refellemus.

Igitur pro intelligentia difficultatis, quidquid ſit de huius nomine cœremoniæ non Græci, vt putārunt aliqui, ſed Latini ætymologia, an ducatur à Cere Italiæ oppido, vbi teſte Liuio lib.5. & Valerio Maximo lib. 1. cap. 1. Sacra Romani, tempore belli Gallici, ſeruarunt, & obierunt, quod notat D. Thomas 1. 2. q.99. art. 3. An vero, à verbo careo, quia cerimoniæ plerumque erant abſtinentiæ, ſiue carentiæ rerum, v.g. carnis, vini, capillorum, veſtitus, aliorumque ſimilium, vt placet S. Auguſtino lib.2. retract. cap. 37. alijſque pluribus, ſciendum eſt primò nos in præſenti, nomine ceremoniæ nihil aliud intelligere, niſi ritum religioſum, ad Dei cultum pertinentem; ſeu rem inſtitutam, aut actum externum imperatum à virtute religionis ad cultum Dei; ita vt cerimonia inſtar ſit generis, ad omnes religioſos ritus, vel ceremonias in particulari, quas Diuus Thomas 1.2. qu. 101. art. 4. agens de ceremonijs veteris legis reuocat ad quatuor ſpecies, nimirum Sacramentorum, ſacrificiorum, ſacrorum, & obſeruantiarum. Quidam moderni, vt Suarez 3.p. diſp.15. de Sacram. ſect. 1. & alij diuidunt illas iuxta prædicamēta; alij verò, vt Bellarminus lib. 2. de Sacram. controu.6. cap. 29. ex cauſis numerum colligunt; ex vtroque demū alij, vt Macedo ſcholæ 12. cap.4. Quatenus quędam verſantur in actionibus, quædam in rebus. Actiones partim ſunt reuerentiales, vti genuflexio, inclinatio, pectoris tunſio, crucis conſignatio, proſtratio, manuum eleuatio, capitis detectio, oſculatio rerum ſacrarum, imo & fidelium ad inuicem, non ſolùm in ſignum amicitiæ, verum etiā reuerentiæ, & honoris; feſtorum inſtitutio, templorum, & peregrinationum.

Quædam pœnitentiales, vti ieiunia, vigiliæ, diſciplinæ, & aliæ corporis macerationes. Harum autem actionũ aliæ ſunt tranſeuntes vti benedictiones, exorcizationes, vnctiones, aſperſiones, inſufflationes, immerſiones, manuum impoſitiones; aliæ ſunt immanẽtes vti reuerentiales, & pœnitentiales iam dictæ. Res in triplici genere ſunt. Primum eſt earum, quæ ad Sacramenta, & ſacrificia ordinantur, vti ſunt vaſa ſacra, veſtes, & ornamenta, cerei, thura, libri ſacri, & ſimilia. Secundi generis ſunt ea, quæ adhibentur in adminiſtratione Sacramentorũ, vti crux, ſal, oleum, & aqua benedicta. In tertio genere ſunt ea, quæ adhibentur extra Sacramenta, vti panis eulogicus, ſeu benedictus, candelæ, vinum, lac, mel, caſeus benedicta.

At quia de Sacramentalibus, hoc eſt de ritibus ad Sacramenta, & ſacrificium miſſæ ſpectantibus infra acturi ſumus, tractando de vnoquoque Sacramento; in preſenti eas ſolùm ceremonias in particulari propugnabimus, quæ extra Sacramenta fiunt; quamuis interdum Sacramentalia etiam vocentur, ſecundum quod iſtud nomen genericè ſumptum coincidit cum nomine ceremoniæ eodem modo ſumpto, complectiturque omnes prorſus ritus ſacros ad diuinum cultum ſpectantes.

Secundò notandum eſt, ſacros ritus, quos obſeruat Eccleſia Catholica, partim reperiri in Scriptura expreſſos, partim ab eadem Eccleſia inſtitutos ad exemplum primorum; quos vt aduerſarij negare non audent, ita nec ſecundos reprehendere deberent; ſicũt nec quod nonnulli eorum quamdam etiam cum veteris teſtamenti, ac Gentilium ceremonijs analogiam, vel ſimilitudinem habere videantur; cum enim lumine naturali notum ſit, Deum nedum internè, ſed etiam externè quibuſdam cum ceremonijs coli debere, nec non ſacra adminiſtrari, certè non apparet, cur Eccleſiæ authoritate piè, ac laudabiliter effici non potuerit, vt ſacer vſus

eiuſmodi ceremoniarum à ſup
ne Gentilium vindicatus veri
tui conſecraretur, talique pie
ficio fideles non amplius ſupe
Gentilitiam, ſed diuinum nu
colerent. Vt ergo, ex Aegyp
auro, & argento, Dei iuſſu, ſ
ad diuinum cultum fuere con
nihil prohibet, aliqua ex ſupe
Gentilitia in Chriſtianam re
potuiſſe transferri.

Tertiò ſciendum eſt, ſupe
ſpeciem ſubalternam, per qu
cet Deo quidem tribuitur cul
nus, ſed indebito modò, in d
di ſpecies; ſcilicet in cultum
ſum, & cultum Dei ſuperfluu
vt facilius percipiatur, anima
dum eſt, duplex eſſe genus e
rum, quæ ad cultum diuinu
nent. Vnum eſt rerum ear
etiam quatenus res quædam
diuinam gloriam ſpectant, c
eſt oratio, deuotio, & quod
aliud virtutis opus. Alteru
earum, quæ ad diuinum cult
nent, non vt res ſunt abſolutè
tenus aliquid ſignificant, c
ſunt Sacramenta, & omnes
niæ. Indebitus ergo modus d
tus dupliciter accidere poteſ
vt ſit falſus, *ſecundò* ſuperfluu
accidit, vel quando aliquæ c
vſurpantur diuini honoris ca
falſum ſignificant; vt ſi iam a
leret Deum per ceremonias v
gis proprias, vel quando aliqu
ſona alterius adhibetur ad co
Deum, quod tamen ex tali
voluntate minimè erat ad eu
vſurpandum; vt ſi quis v.g. e
Eccleſiæ immiſceat prophan
cultui, aut Eccleſia ipſa per i
le vteretur ceremonijs à Deo
prohibitis. Contingit auter
tus modus colendi Deum ſu
quando ſpectata ipſa condit
ſiue actionis, iudicio probor
pientum, neque ad excitandi
rem ſpiritum, neque ad diui
pertinent.

Quare in tantum aduerſarij ceremonias Eccleſiæ ſuperſtitionis arguere rationabiliter poſſunt, in quantum, aut falſum ſignificarent, aut eſſent à Deo prohibitæ, aut tandem nihil conducerent ad excitandum interiorem ſpiritum, nec ad diuinam gloriam. Quibus non ſubſiſtentibus, imo oppoſito; neceſsario fatendum eſt, non ſolùm non eſſe ſuperſtitioſum, ſed verè religioſum ceremoniarum ab Eccleſia inſtitutarum vſum.

Attamen non defuerunt, & adhuc plures non deſunt hæretici contrarium docentes. Tales fuere circa annum Domini 1140. Waldenſes apud Claudium Couſſord; tum Flagellantes circa annum Domini 1350. apud Bernardum Luxemburgenſem in Catalogo hæreſ. & Vvicleſiſtæ, apud Thomam Vvaldenſem tom. 3. tit. vlt. c. 68. Noſtris autem temporibus Lutherani, & Caluiniſtæ licet eas, quas tradit Scriptura, ceremonias admittant, cuiuſmodi ſunt orationes, obſecrationes, gratiarum actiones, exhortationes, Pſalmodiæ, quæ habentur apud Paulum 1. Corinth. & 1. ad Timoth. affirmentque in his poſſe Eccleſiam verſari, & formam modumque præſcribere; cæteras tamen negant, & vocant ſuperſtitiones, & piacula; imo in nulla materia libentius ſua dilatant philacteria, putantque felicius contra Eccleſiam pugnare. Cum enim infinita propemodum ſit ſacrarum ceremoniarum copia, exiſtimant in ea ſibi eſſe facilè oſtendere, aliquas eſſe inutiles ac ſuperſtitioſas. Inter alios Molinæus integros conſcripſit libros, quibus ſacros Miſſæ ritus ridiculos redderet; ſuaſque pro rationibus calumnias vendẽs credit eos ſufficienter euertiſſe. Sed fruſtra, præterquam enim ſi examinentur in particulari omnes Eccleſiæ ceremoniæ, conſtabit, ex dicendis infra, ſolidis eas inniti fundamentis, priuſquã tamen id præſtemus, probemuſque Eccleſiam poſſe inſtituere aliquas ceremonias, tribus rationibus oſtendemus, quam ſit iniuſtus hac in parte aduerſariorum procedendi modus.

Prima conſiſtit in hoc, quod etſi probarent aliquas è Catholicorum ceremonijs, minus rectè, aut congruenter fuiſſe inſtitutas, nihil illis ad intentum prodeſset finem, quandoquidem inde non ſequeretur malam eſſe noſtram religionem, eoſque ſe iuſtè ab illa ſeparaſſe; cum eſſentia religionis tam differat ab huiuſmodi ceremonijs, vt defectus iſtarum non inferat defectum illius. Etſi enim pertineat ad fidem, quod Eccleſia ſufficientem habeat authoritatem inſtituendi aliquas ceremonias ſacras, illæ tamen minimè ſpectant ad fidem, ſique in illarum inſtitutione quid minus vtile, vel prudens contingeret, cum eſſet defectus merè accidentalis, minimè deſtrueret bonitatem, aut veritatem rei, ſeu myſterij, in quo reperitur. Cuius etiam argumentum demõſtratiuum eſt, quod quæ prius in Sacramentorum adminiſtratione ceremoniæ obſeruabantur, poſtea mutatæ ſunt, ſalua eorum ſubſtantia; quod patet in Baptiſmo, vt omittam alia plura exempla, qui in primitiua Eccleſia fiebat per trinam baptizati immerſionem, nunc autem ab ipſiſmet aduerſarijs fit per infuſionem.

Altera ratio fundatur in eo, quod fateantur aduerſarij, Eccleſiam prioribus quinque ſeculis immunem fuiſſe ab omni corruptione; quibus cum eædem, quas nunc obſeruamus, ceremoniæ in vſu fuerint, vt oſtendetur infra, conceduntque Magdeburgenſes cent. 1.2.3.4. & 5. nonniſi iniuſtè reprehendunt præſentem illarum vſum, tanquã inutilem, aut ſuperſtitioſum.

Tertiò etiam manifeſtè ſibi contradicunt, vel in hac materia ſe condemnant Caluiniſtę, dum poſt factam cum Lutheranis Germaniæ, & Proteſtantibus Angliæ vnionem, qui tamen maiorem ceremoniarum noſtrarum partẽ retinuerunt, & obſeruant; nihiloſminus intendunt illas, aut falſam efficere religionem, aut ſufficiens fuiſſe funda-

mentum ſuæ ab Eccleſia Romano-Catholica ſeparationis. His animaduerſis, ac prænotatis ſit.

Prima concluſio. Præter ceremonias in Scriptura Sacra contentas Eccleſia legitimam habet authoritatem aliàs adhuc inſtituendi. Iſta concluſio eſt de fide contra ſectarios huius temporis; declarata in Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. *Præterea declarat, hanc poteſtatẽ perpetuò in Eccleſia fuiſſe, vt in Sacramentorum diſpenſatione, ſalua illorũ ſubſtantia, ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientium vtilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret*; & ſeſſ. 22 cap. 5. *Cumque natura hominũ ea ſit, vt non facilè queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem ſuſtolli; propterea pia mater Eccleſia ritus quoſdam, vt ſcilicet quędam ſubmiſſa voce, alia verò clariore, in Miſſa pronuntiarentur instituit. Ceremonias item adhibuit, vt myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, veſtes, aliaq; id genus multa, ex Apoſtolica diſciplina, & traditione, quo & maieſtas tanti ſacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hęc viſibilia religionis, & pietatis ſigna, ad rerum altiſſimarum, quæ in hoc ſacrificio latent, contemplationem excitarentur.* Vndè can. 7. habetur; *Si quis dixerit, ceremonias, veſtes, & externa ſigna, quibus in Miſſarũ celebratione Eccleſia Catholica vtitur, irritabula impietatis eſſe magis, quam officia pietatis; anathema ſit.*

Etſi autem noſtra concluſio expreſſis non habeatur terminis in Scriptura, eam tamen Concilium Tridentinum vbi ſupra ſeſſ. 21. cap. 2. docet, Apoſtolum non obſcurè innuiſſe, cum ait 1. Corinth. 4. *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* Atque ipſum quidem hac poteſtate vſum eſſe, ſatis conſtat cum in multis alijs locis, tum maximè eiuſdem 1. Corinth. 11. vbi poſt traditam Sacramenti Euchariſtiæ doctrinam ait: *Cætera cum venero diſponam.* Qua igi-

tur authoritate Paulus, cęteriq
ſtoli, vt miniſtri Chriſti, & d
tores myſteriorum Dei potuer
quas ceremonias inſtituere,
quoque id ipſum præſtare pot
rum in Eccleſia ſucceſſores c
eſt, Deumque non omnia ſin
ſe voluiſſe ordinarie, ſed mu
quiſſe diſpoſitioni Eccleſię ſu
ſertim cum ſectarij id negant
centes nihil licere, niſi quod
continetur in Scripturis, nullo
vt deberent Scripturæ teſtimo
bare poſſint, imo aſſerant co
preſſam Pauli doctrinam 2. a
ſal. 2. vbi ait: *Tenete tradition*
per epiſtolam, ſiue per ſermon
bus verbis oſtendimus tom.
ſect. 2. multa eſſe tradita ſine
ris, cuiuſmodi ſunt quas Eccl
brat traditiones, quas multi
ſarijs etiam non negant in ad
& indifferentibus, cuiuſmod
cri ritus ad ſubſtantiam Sac
rum non pertinentes. Et ip
nus fateri coactus eſt Apoſto
rinth. 14. v. 40. cum ait: *Om*
honeſtè, & ſecundum ordinem f
nuaſſe ceremonias, & ritus, eo
probat ſuas lib. inſtit. cap.
nec enim ceremonias Calu
negauit, cum reprobaſſet noſ
30. volens oſtendere genicu
in oratione bonam eſſe, imo
vtitur præfato Apoſtoli teſti
fatetur illam particularem
niam in eo doctrinæ genere
hendi.

Sed hanc ipſam Eccleſiæ
ſacras inſtituendi ceremonia
tanta eſt cum religione coni
ex Auguſtino lib. 19. contra
cap. 11. *Nulla religio neque v*
falſa ſine ceremonijs poſſit conſ
rè demonſtrat perpetuo Ecc
Patrumque teſtimonijs firm
tio. Multę ſiquidem illarum
cilijs decretæ ſunt, & multæ
Eccleſię conſuetudine introd
rum nulla eſt mentio expreſſ

turis. Certè quot penè ſunt canones Concilij Niceni I. tot reperiuntur in illis noua ceremoniarum genera. Item Concilium Toletanum IV. penè totum eſt in ſtatuendis, & retinendis certis, & ſtatis ceremonijs, tum in Sacramentis adminiſtrandis, tùm in officijs recitandis. Quæ demum omnia, poſt renouatam à ſectarijs hæreſim de contemptu ceremoniarum celebrata fuere Concilia particularia Senonenſe, Colonienſe, Auguſtenſe anno 1548. Treuirenſe eodem anno, & aliud anno ſequenti; Colonienſe ſub Adolpho Archiepiſcopo, Moguntinum ſub Sebaſtiano Archiepiſcopo, omnia ſex Mediolanenſia ſub D. Carolo Borromæo, Aquileienſe ſub Frãciſco Barbaro Patriarcha, & demum Tridentinum Oecumenicum, nihil antiquius habuere, quam Sacras Eccleſię ceremonias laudare, confirmare, recenſere, obſeruantiam earum commendare, populumque edoceri de illarum ſignificationibus.

Idem habetur ex Patribus, Tertulliano, lib. 2. de coron. milit. cap. 8. Baſilio, lib. de Baptiſmate, Hieronymo lib. contra Vigilantium, vbi de ſacro luminarium vſu; & Auguſtino ep. 118. ad Ianuarium, vbi loquens de quibuſdam ceremonijs, & ritibus Eccleſiaſticis ait: *Non præcepit Chriſtus, quo deinceps ordine Euchariſtia ſumeretur, vt Apoſtolis, quos per Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum.* Agit autem de ritu ieiunãdi ante Euchariſtiæ ſumptionem. Quin etiam vtitur illo teſtimonio Pauli, quod adducit Conciliũ Tridentinum. *Cætera cum venero diſponam.* At ſi res tanti momenti non fuit à Chriſto tradita Apoſtolis, ſed arbitrio eorum tanquam Eccleſiæ prępatorũ relicta, manifeſtè ſequitur tùm ab illis, tùm ab eorum ſucceſſoribus alias minores potuiſſe conſtitui, provt de facto conſtitutæ ſunt, quas ibidem laudandas, & ſectandas eſſe dicit, nec non lib. 6. contra Iulianum cap. 2. Item epiſt. 119. cap. 20. ſacra enumerans inſtituta expreſsè docet tria eſſe illorum genera, ſcilicet, *Quę in Scriptura Sacra continentur: quæ in Concilijs Epiſcoporum inueniuntur: quæ conſuetudine vniuerſæ Eccleſiæ roborata ſunt.* De quibus diſputare, vel ambigere ait epiſt. 18. cap. 5. *Inſolentiſſimæ inſaniæ eſſe.* Tandem citata epiſt. 118. ad Ianuariũ diſputans de quotidiana communione meminit nonnullarum ceremoniarum, quæ à particularibus Eccleſijs, & Prouincijs celebrantur, ſiue *quæ per loca, regioneſque variantur*; & de his infert, *faciat ergo vnuſquiſque, quod in ea Eccleſia, in quam venit, inuenerit*; producto exemplo Monicæ matris, quæ cum ſoleret Sabbato ieiunare Romæ, & in Africa, cum veniſſet Mediolanum, vbi tunc non erat mos ieiunandi Sabbato, ſtimulata ſcrupulo per Auguſtinum filium conſuluit S. Ambroſium. Qui reſpondit conſuetudini locorum eſſe ſeruiendum, & addidit: *Cum Romam venio ieiuno Sabbatho, cum hic ſum, non ieiuno: ſic & tu ad quam poſtea veneris Eccleſiam eius morem ſerua.* Ex quibus omnibus luce meridiana clarius conſtat veritas noſtræ concluſionis.

Ita ergo Chriſtus Dominus ſolus fuit immediatus omnium Sacramentorum author, vt ſuo dicetur loco, vt tamen plures ceremoniæ ad illorum diſpenſationem pertinentes, nec non aliorum myſteriorũ, primum ab Apoſtolis inſtitutæ, nobiſque traditę fuerint, tum ab Eccleſia auctæ, eadem illi conceſſa à Chriſto Domino facultate. Cuius, ſicut & inſtitutionis earumdem ceremoniarum in communi plures nõ deſunt rationes congruentiæ tàm reſpectu Sacramentorum, quam reſpectu noſtri. Primæ reſpectu Sacramentorũ ſunt, quia ſicut ſubſtantia eget accidentibus, quibus ornetur, eiuſque virtus oſtendatur, ita ſuo more res, quæ Sacramenta, & diuina ſunt myſteria, indigent ceremonijs, veluti accidentibus, quibus quoque ornentur, maiorique cum decore diſpenſentur, nec nõ quæ ad doctrinam fidei, & myſteriorũ intel-

intelligentiam pertinent, ſignificentur. Reſpectu autem noſtri ſunt, quia ceremoniarum decore, & pompa rerum diuinarum æſtimatio creſcit in hominibus, eaque ſpecie ad illarum reuerentiam commouentur; nec non excitantur ad amorem, & pietatem; plus enim moueri ſolemus his ſignis viſibilibus, quā ijs, quæ non videntur, & acceptæ per ſenſus imagines vehementius concitant affectum, vt docet Auguſtinus ep.119. cap.11. nec non lib. de cura pro mortuis cap.5. vbi loquens de ceremonijs orationem comitantibus ait: *His magis ſe excitat homo ad orandum, gemendumque humilius, atque feruentius*; & lib. 9. confeſſ. cap.6. mirabiles effectus Pſalmodiæ in animo ſuo excitatos recenſet his verbis: *Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis, ſuaue ſonantis Eccleſiæ vocibus commotus acriter: voces illæ influebant in auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat indè affectus pietatis, & currebant lachrymæ, et benè mihi erat cum eis.* Idem proſequitur cap.7.

Tam denique congruus eſt, luminique naturali accommodatus ſacrarum ceremoniarum vſus, vt omnes etiam barbaræ nationes in ſuis ſacris illas adhibuerint, quemadmodum conſtat ex earum hiſtorijs: quo exemplo licet abutantur hæretici, eo tamen ſatis refellūtur, quidquid ſit de aliquibus particularibus ceremonijs ſuperſtitioſis, eas in communi, ſiue à tali ſuperſtitione purgatas, eſſe valde religioni conſentaneas, nullamque religionem, vt ſupra ex Auguſtino notauimus, ſine ceremonijs, & ritibus poſſe conſiſtere. Quod apparet ex ſcripturis ipſis in quibus Deus tam accuratè ceremonias, & ritus præſcripſit, vt in lege vel minutiſſimas ſeuerè cuſtodiri mandauerit, lib. Exodi, & Leuitici.

Secunda concluſio. Ceremoniæ ab Eccleſia Catholica inſtitutæ, in eaque obſeruatæ; non ſolùm non ſunt ſuperſtitioſæ, aut inutiles, ſed valdè religioſæ, fideique doctrinę conformes. Iſta

concluſio eſt contra hæretico
temporis, definita à Concilio
tino ſeſſ. 7. de Sacramentis ca
quis dixerit receptos, & approb
cleſiæ Catholicæ ritus in ſolemn
mentorum adminiſtratione adhi
ſuetos, aut contemni, aut ſine pe
miniſtris pro libito omitti, aut
alios per quemcumque Eccleſiaru
rem mutari poſſe: anathema ſit.
22. can. 7.8. & 9.

Prima ratio eſt, quia illę cer
quæ ab Apoſtolis ad nos per
quæque ad illarum exemplum
poſtea fuere, non poſſunt non
valde religioſę, doctrinæque f
formes, ſed tales ſunt, quæ in
Catholica Romana obſeruant
moniæ non igitur ſuperſtitioſæ
de religioſæ dicendæ ſunt. M
certa, minor autem ſtatim pr
examinando ſingulas.

Secunda ratio ab authorita
quia ſi quæ ab Eccleſia Cathol
mana ſeruantur in ſacris cere
non religioſæ, ſed ſuperſtitioſa
gicæ eſſent, vt ineptè volunt
rij; profecto tot viri non min
tate, quam doctrina conſpicui,
illis, earumque ſignificationibu
& commentaria tam accuratè e
nec illa conſcripſiſſent, nec qu
faciendæ huiuſcemodi cerem
cuiſſent; non igitur pro ſuper
ſed pro religioſis habendæ ſun
landique ſunt impij, hæretici,
negligunt, & irrident. Authores
qui de illis ſcripſerunt, coll
vnum Hittorpius; præcipuiq
Iſidorus Hiſpalenſis, Albinus
nus, Amalarius Fortunatus, R
Maurus, Vualafridus Strabo, R
Abbas Tuitienſis, Petrus Cluni
Innocentius III. de myſterijs
Honorius Auguſtodunenſis, G
animę, Guiglelmus Durantes,
ſpeculator.

Tertia ratio à priori eſt, qui
moniæ dicendæ ſunt ſuperſtitio
perſtitione indebiti cultus, qua

gnificant aliquid falſum, aut non pertinent ad excitandum interiorem affectum, neque ad diuinam referuntur gloriam; ſed in ceremonijs ab Eccleſia Catholica Romana obſeruari conſuetis, nihil non verum continetur, nihil non ordinatum ad Dei gloriam, & excitandum interiorem affectum; ſiquidem per illas repræſentantur, & ſignificantur multa noſtræ fidei myſteria, vt Auguſtinus epiſt. 119: ait: Chriſtianos diebus Dominicis, & à Paſchate vſque ad Pentecoſtem, ſtando orare ſolitos, ad ſignificandam ea ceremonia Chriſti reſurrectionem, & ſic de alijs, vt ſtatim dicetur, ex quibus non mediocris Deo gloria, & fidelibus vtilitas reſultat; non igitur ſuperſtitioſæ, ſed verè piæ, ac religioſæ dicendę ſunt omnes Eccleſiæ Catholicæ ceremoniæ. Maior eſt certa fundata in ratione ſuperſtitionis indebiti cultus. Minor autem probatur explicando ſingulas ceremonias non Sacramentales, id eſt quę etiam extra Sacramenta adhibentur (nam de Sacramentalibus agemus tractando de vnoquoque Sacramento) quod vt certo præſtemus ordine reducemus illas ad tres potiſſimum claſſes; prima continebit ceremonias ſpectantes ad varias benedictiones mediante ſigno crucis; ſecunda reuerentiales; tertia pœnitentiales.

De ſigno crucis, & præcipuis per illud aquæ, panis, ſalis, olei, vini, lactis, mellis, caſei, candelarum, cinerum, Roſæ, ramorum, cerorum, ſeu Agnorum Dei, & Campanarum benedictionibus.

PRima igitur, eaque præcipua Eccleſiæ Catholicæ ceremonia, ab eius initio, ſignum fuit crucis, quod fideles in fronte, vel in aere efformare, vel ſuper quaſdam res manu exprimere ſolent. Quod ſignum nō ſuperſtitioſū, aut magicum, ſed ſacrum, ac venerabile ſemper fuiſſe plura demonſtrant. Primò quod in veteri Teſtamento varijs præmonſtratum ſit figuris; Iacobi Patriarchę cancellatis, ſeu decuſſatis manibus benedicentis filios Ioſeph Geneſ. 48. Sanguinis agni in poſtibus domorum Exod. 12. illius Tau, quod Ezechiel. cap. 9. iubetur deſcribi in frontibus gementium; & ſic de alijs, quas fusè, & eruditè proſequitur Boſius de triumphali cruce. Item vbi Apocalyp. 7. dicitur: *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum*, plures non deſunt Patres Oecumenius, Beda, Anſelmus, & Rupertus, qui docent hoc ſignum eſſe ſignum crucis.

Secundò vnanimis Sanctorum, ac veterum Patrum conſenſus, talem Eccleſiæ ceremoniam ſignandi ſe, & alia, cruce approbantium, & laudantium. Hi ſunt, primis quingentis annis, ex Græcis Clemens conſtitut. Apoſtolic. lib. 8. cap. 12. Ignatius epiſt. ad Philipp. Dionyſius Areopagita Eccleſiaſt. Hierarchiæ cap. 2. cap. 5. parte 2. & parte 3. Iuſtinus dialogo cum Tryphone: *Cum populus bellum gereret aduerſus Amalech* &c. Clemens Alexandrinus lib. 6. ſtromaton; *Quemadmodum in Aſtronomia exemplum habemus Abrahami, ita etiam in Arithmetica* &c. Hyppolitus orat. de conſummatione mundi. Origenes homil. 6. in Exod. 2. in Pſalm. 38. & 8. in diuerſos Euangelij locos; Euſebius lib. 1. vitæ Conſtantini cap. 22 Athanaſius lib. de Incarnatione Verbi, eiuſque corporali ad nos aduentu; *Signo*, inquit, *crucis omnia magica compeſcuntur, veneficia inefficacia ſunt, idola vniuerſa deſerta relinquuntur* &c. Item in vita Sancti Antonij: *Dæmones cum videritis, tam vos, quam domos veſtras crucis armate ſignaculo, & confeſtim ſoluentur in nihilum* &c. Baſilius orat. in Gordium Martyrem: *Hæc vbi dixiſſet Chriſti miles, ſe crucis ſigno communit, & animi magna conſtantia, vultu intrepido, colore nuſquam mutato, ad ſupplicium hilaris contendit*: Item lib. de Spiritu Sancto cap. 27. inter

pri-

primas Apoſtolicas traditiones ponit, ſignare ſe ſigno crucis. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 4. *Non pudeat nos crucis Chriſti. Quod ſi aliquis id occultet, tu manifeſtè ſigna te cruce in fronte: vt dæmones ſignum Regis videntes, t rementes procul fugiant. Fac autem hoc ſignum, & manducans, & bibens, & ſedens, & ſtans, & loquens, & ambulans, in omni tuo negotio.* Quod idem repetit Catecheſi 13. Ephrem Parænesi 2. ad Monacos, *Crucem*, inquit, *fronti impreſſam tenentes, ſpectaculum diabolo tremendam habebitis*: & lib. de armatura ſpiritali ad Monachos Religioſos: *Vice ſcuti, Crucis ſigno teipſum muni, ſignans eo membra tua omnia, & cor tuum.* Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Iulianum ſcribit, ipſum cum ſpectra quędam videret, dum necromantici ſua myſteria operarentur, ſigno crucis ſeipſum munijſſe, & mox ſpectra omnia euanuiſſe. *Ad crucem*, inquit, *vetuſque remedium confugit, hocque ſe aduerſus terrores conſignat, eumque, quem perſequebatur, opitulatorem adſciſcit.* Epiphanius Hæreſi 30. contra Ebionitas. *Ioſephus quidam apud Iudæos Patriarcha, factus Chriſtianus, accepto vaſe aquæ coram omnibus, magna voce crucis ſignaculum proprio ſuo digito vaſi impoſuit, & inuocato nomine Ieſu, ſic dixit: In nomine Ieſu Nazaræi, quem crucifixerunt patres mei, fiat virtus in hac aqua ad reprobationem omnis incantationis, ac magiæ*; &c. *quo facto protinus diſſoluta ſunt incantamenta omnia.* Gregorius Nyſſenus in vita Sancti Gregorij Taumaturgi cap. 8. & 20. Omnium fuſiſſimè Ioãnes Chryſoſtomus, demonſtratione aduerſus Gentiles, quod Chriſtus ſit Deus; & homil. 55. in Matthæum. Palladius in hiſtoria Sanctorum Patrũ cap. 1. & 49. vbi narrat miracula ſigno crucis facta. Ioannes Caſſianus collat. 7. cap. 23. & collat. 8. cap. 18. Cyrillus Alexandrinus lib. 6. contra Iulianũ: *Cur a ſemper Chriſtianis, domos, & frontes ſigno pretioſæ crucis ſignare.* Sozomenus lib. 5. cap. 7. & lib. 7. cap. 25.

vbi refert miracula virtute ſig
patrata. Item & Theodoretu
Eccleſ. hiſt. cap. 16. lib. 5. ca
in Philotheo cap. 9. Andrea
renſis ad cap. 7. Apocalyp. q
inceps ad hæc vſque tempora
runt Patres, & Doctores Græci

Eidem veritati ex Latinis
nium perhibent Martialis epiſ
digalenſes cap. 8. *Crucem Do
quem credidiſtis Deum verum
filium, ſemper in mente, in ore
tenete. Crux enim Domini arm
ſtra inuicta contra Sathanam* &
tullianus lib. 2. ad vxorem c
lib. de corona militis cap. 3
*nem progreſſum, atque promotum
nem aditum, & exitum: ad veſt
calceatum: ad lauacra, ad menſ
mina, ad cubilia, ad ſedilia; q
nos conuerſatio exercet, frontem
gnaculo terimus. Harum, &
eiuſmodi diſciplinarum, ſi legem
las ſcripturarum; nullam inuen
ditio tibi prætendetur auctrix, c
confirmatrix, & fides obſeruatri*
lib. 3. aduerſus Marcionem
Cyprianus lib. 4. epiſt. 6. lib.
Frons, inquit, *cum ſigno Dei p
li coronam ferre non potuit, c
Domini reſeruauit.* lib. de vnita
ſiæ. Ad Demetrianum. lib. 1.
aduerſus Iudæos cap. 8. lib. 2
& 22. Lactantius lib. 4. inſti
27. *Nunc ſatis eſt, huius ſigni p
quantum valeat, exponere: qua
ri ſit dæmonibus hoc ſignum, ſci
derit, quatenus adiurati per Ch
corporibus, quæ obſederint, fug*
Ambroſius lib. de Iſaac, & an
8. lib. 9. epiſt. 77. *Chriſtianu
per momenta ſingula fronti prop
tis contemptum inſcribit: quippe
ſine cruce Domini ſalutem ſe ha
poſſe*, & ſerm. 43. *debemus ergo
tes gratias Chriſto agere, et omne
in ſigno facere Saluatoris* &c. Pr
in hymno ante ſomnum.

Fac, cum vocante ſomno
Caſtum petis cubile

Frontem, locumque cordis
Crucis figura ſignet.

Hieronymus in epiſt. ad Demetriadem. *Claudas cubiculum pectoris, & crero ſignaculo crucis munias frontem tuã*: tem ad Euſtochium: *Ad omnem inceſſum manus pingat Domini crucem.* Ad ap. 8. Ezechielis, & ad illud Pſal. 85. *Fac mecum ſignum in bonum*; demum in vita SS. Pauli, & Hilarionis nonnulla mira virtute crucis operata refert. Gaudentius tract. 6. de Exodo, *habeamus*, inquit, *in limine frontis ſignum ſanguinis Agni* &c. Auguſtinus tract. 118. in Ioannem; *Poſtremò quid eſt, quod omnes nouerunt ſignum Chriſti, niſi crux Chriſti? Quod ſignum niſi adhibeatur, ſiue frontibus credentium: ſiue ipſi aquæ, ex qua regenerantur; ſiue oleo, quo Chriſmate vnguntur; ſiue ſacrificio, quo aluntur, nihil eorũ rite perficitur. Quomodo ergo per id quod mali faciunt, nihil boni ſignificatur? quando per crucem Chriſti, quam fecerunt mali, in celebratione Sacramentorum eius, bonum nobis omne ſignatur.* Item ſerm. 181. de tempore; & 19. de Sanctis; tandem lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 8. narrat aliqua crucis miracula.

En ergo quantis Patrum vtriuſque Eccleſiæ Græcæ, & Latinæ teſtimonijs probatur pia ſigni crucis ceremonia, ſimulque redarguitur impietas nouatorum illam irridentium, nec non Magdeburgenſiũ mendacium cent. 4. c. 4. aſſerentium vſum ſigni crucis ſeculo IV. nouum fuiſſe; Nam Tertullianus lib. de corona militis, vt vidimus, meminit ſigni crucis, cum tamen floruerit ſeculo II. & Baſilius illud reponit inter primas Apoſtolicas traditiones.

Tertio idem probant, quæ à præfatis Patribus, & in hiſtoria Eccleſiaſtica paſſim referuntur ſigni crucis miracula, fugandi dœmones, curandi morbos &c. Quod enim ait Brentius in Catechiſmo explicans Apoſtolorum Symbolũ: *cruce digitis formata ſignare, vt hoc ſignaculo tuti ſint à diabolo, & tam à ſe,* *quam ab hiſce creaturis diabolum aberceat, & incitamenta diſſoluant; hanc non eſſe pietatem, ſed magiam. Et ſi diabolus hoc facto ſigno fugerit, fingit ſe talem cruce re metuere, vt homines hac ſimulatione ſeducat, & magicam impietatem confirmet*: hoc, inquam, & ſimilia aduerſariorum dicta, vt temerè, & abſque vllo prorſus fundamento, contra debitam tot Sanctis Patribus reuerentiam effutiuntur, ita omnino prætermitti, & contemni debere nullus non æquus rerum arbiter iudicabit.

Quartò demum, & vltimo pius, ac laudabilis ſigni crucis vſus manifeſtè conſtat ex fine, quo inſtitutus fuit: nimirum, vt eo potiſſimum recoleremus memoriam paſſionis, ac mortis Chriſti Domini, omniumque inde nobis prouenientium beneficiorum; non autem vt lætaremur de morte Chriſti, eiuſque ignominia; quemadmodum, vt incautos decipiant, mendaciter nobis imponunt ſectarij. Nam cum gaudemus de Chriſti paſſione, non gaudemus de eo, de quo inimici eius gaudebant, ſed de eo, de quo ipſe gaudebat, id eſt de triumpho eius, conceſſiſque per illam innumeris mundo gratijs, non de infamia.

Cum autem ex mirabilibus, quos Patres tribuunt ſigno crucis, effectibus, primò terrendi, & fugandi dœmones: ſecundò pellendi morbos, & omnia mala; tertiò ſanctificandi ea, quibus imprimitur, concedant omnes Doctores Catholici primum ex duabus cauſis prouenire, nimirum ex apprehenſione dœmonum, qui vbi crucem vident, mox recordantur, ſe cruce Chriſti victos, atque ſpoliatos fuiſſe, indeque timent, & fugiunt; tum ex deuotione hominum, ſeu ex opere operantis, eo modo, quo vim habet oratio; quatenus ſignum crucis eſt inuocatio quædã meritorum Chriſti crucifixi ſigno expreſſa; loquimur enim corde, voce, & nutibus, ſeu ſignis. Quamobrem opponere contra dœmones ſignum crucis, eſt opponere meritum paſſionis

Chriſti, ſeu inuocare Deum per Chriſti merita contra dœmones. Adeo vt, ſicut quando oramus voce, & impetramus, effectus tribuitur potius fidei, & fiduciæ internæ, quam ſono vocis, ita etiam, quando nos ſignamus ſigno crucis contrà dæmones, effectus, illos fugandi tũc magis procedat ex fide,& fiducia,ac deuotione interna, quam ex ipſo externo crucis ſigno, vel charactere. Cum, inquam, DD. Catholici conueniant,his duobus modis virtuti ſigni crucis tribui debere fugam dęmonum; diſputatur inter illos, num etiam tertio modo, id eſt, ex inſtituto Dei, & ex opere operato idẽ præſtet; aliqui enim negant, alij verò affirmant; quod legãtur Iudæi, & Pagani, ſine vlla in Chriſtum fide, ſolum intendentes facere, quod Chriſtiani faciunt, fugaſſe dœmones ſigno crucis, vt patet ex Gregorio Nazianzeno orat. 1. in Iulianum, Epiphanio hæreſi 30. & Gregorio Magno lib. 3. Dialog. cap. 7. inde enim ſequi videtur non deuotione, aut fide operantis, ſed ipſomet ſigno crucis eos fugari. Cui ſuffragatur, quod ait Auguſtinus lib. 83. quæſtionum,quæſt.79 indictum à Deo dæmonibus, vt cedant cruci, tanquam ſceptro Summi Regis; quomodo populi militibus cedunt,cum ab illis profertur ſignum Imperatoris: *Nec mirum eſt*, inquit, *quod hęc ſigna valent, cum à bonis Chriſtianis adhibentur,quando etiam cum vſurpantur ab extraneis, qui omnino ſuum nomen ad iſtam militiam non dederunt, propter honorem tamen excellentiſſimi Imperatoris valẽt. Cum autem non cedunt his ſignis huiuſmodi poteſtates, Deus ipſe prohibet occultis modis, cum id iuſtum atque vtile iudicat. Nam nullo modo vlli ſpiritus audent hæc ſigna contemnere. Contremiſcũt hæc vbicumque illa proſpexerint.* Nec ſequitur ex eo, quod ſignum crucis, aliaque nonnulla ſacramentalia cauſent ſuos effectus ex opere operato, ea propterea eſſe Sacramenta; ſi quidem nec conferunt gratiam ſanctificantem, nec habent effectum infallibilem, vt patet

ex Auguſtino loco ſtatim citato
non ipſamet experientia.

Quantum ad alterum effectu
lendi morbos, & alia mala, qu
poſſunt percipere vim ſignoru
pelluntur per ſignum crucis tan
per ſignum fidei, & fiduciæ, ve
tanquam per inuocationem ſig
preſſam. Quod idem aſſeri de
tertio effectu, hoc eſt, de benec
bus medio ſigno crucis; nam c
nedicuntur homines, domus, a
milia,illo ſigno ea commendan
per Chriſti merita; & ſimilite
benedicitur aqua, oleum,rami,
læ, ea commendamus Deo, e
precamur, vt velit ea nobis eſſ
ria, atque per ea tanquam inſt
ſuæ miſericordiæ nos adiuuet,
quod explicitè petimus precib
implicitè petimus per ſignum
Vndè quem,eoque modo, qu
habet effectum, iuxta promiſſ
Chriſto fidelibus factam ſe da
quidquid peterent cum fide,
natim Marci vltimo de morb
lendis: *Serpentes tollent, ſuper*
nus imponent, & bene habebu
mortiferum quid biberint, non e
habet quoque crucis ſignum,v
eo benedicuntur.

De Aqua benedicta, ſeu lu

Secunda ad benedictiones
ceremonia, eſt benedicti
vnde vocatur benedicta, tàm i
mo adhiberi ſolita, quàm in
alijs rebus. Hanc Lutherani,
niſtæ, Vvaldenſes, flagellantes
cleſiſtas ſecuti, ſummo haben
gentiliumque ſuperſtitioni a

At pium, & laudabilem
vſum plura demonſtrant: Pri
in veteri Teſtamento adumb
rit; Num. 8. verſ. 6. *Tolle*
medio filiorum Iſrael, & puri
iuxta hunc ritum: Aſpergan
luſtrationis &c. & item cap.
20. *Si quis hoc ritu non fuerit*

peribit anima illius de medio Eccleſiæ: quia Sanctuarium Domini polluit, & non eſt aqua luſtrationis aſperſus.

Secundò, quod talis vſus ab ipſo tẽpore Apoſtolorum inceperit,& tanquã traditio Apoſtolica ad nos peruenerit; prout innumera probant Sanctorum, ac veterum Patrum teſtimonia. Ex Grecis Clemens Romanus lib.7. c. 44. & lib. 8. cap. 35. ponit ordinem conſecrationis, ſeu benedictionis aquæ. Dionyſius Areopagita Eccleſ. Hierar. cap. 2. ait: aquam baptiſmalem ſancta prece, ac inuocationibus ſanctificari; Baſilius idem docet lib. de Spiritu Sãcto cap. 27. aitque ex tacita, ſecretaq; traditione id haberi. Cyrillus Hieroſolymitanus Catech. 3. *Nam & illa*, inquit, *quæ in aris offeruntur, cum natura ſint pura, inuocatione dæmonum impura efficiuntur: ſic contra aqua ſimplex per Sancti Spiritus, Chriſti, & Patris inuocationem accepta virtute ſanctitatem conſequitur.* Gregorius Nyſſenus orat. de Baptiſmo: *Audi igitur contra à nobis, quod aqua, quæ benedicitur, purgat, & illuminat hominem.*

Epiphanius hæreſi 30. diſſoluta refert incantamenta per reſperſionem aquę benedictæ: Item Palladius hiſt. Sanct. Patrum cap. 19. & 20. Caſſianus collat. 15. cap. 4. narrat miraculum factum hauſtu aquæ, cui impreſſum crucis ſignaculum; Theodoretus lib. 5. hiſt. cap. 21. refert quoque per aquæ benedictæ aſperſionem, tùm dęmonem fugatum, tùm Iouis templum dirutum fuiſſe; & in Philotheo cap. 8. de Aphraate; locuſtas inſtar ignis omnia conſumentes, repreſſas, & cap. 13. de Macedonio, mulierem emotæ mentis ſanatam per aquę benedictę potionem; alia etiam miracula, refert Georgius Presbyter in vita Theodori, patrata fuiſſe virtute aquæ benedictæ. Item Simeon Metaphraſtes in vita S. Ioannis Chryſoſtomi, eum ſanaſſe puerum infirmum trina aquæ prius benedictæ aſperſione: & ſic de alijs.

Ex Latinis Alexander I. quintus, vel ſextus à Petro Pontifex Romanus in epiſtola ad omnes Orthodoxos hæc habet: *Aquam ſale conſperſam populis benedicimus, vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur, & purificentur. Quod & omnibus faciendum eſſe mandamus. Nam ſi cinis vitulę aſperſus ſanguine populum ſanctificat, atque mundat, multo magis aqua ſale aſperſa, diuiniſque precibus ſacrata populum ſanctificat, atque mundat. Et ſi ſale aſperſo per Eliſæum Prophetam ſterilis aqua ſanata eſt: quanto magis diuinis precibus ſacrata ſterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos ſanctificat, & mundat, & inſidias diaboli auertit, & à phantaſmatis verſutijs homines defendit?* Tertullianus de Baptiſmo cap. 4. & 9. Cyprianus lib. 1. epiſt. 12. *Oportet ergo mundari, & ſanctificari aquam prius à Sacerdote* &c. Ambroſius lib. 1. de Sacram. cap. 5. de his, qui myſterijs initiantur cap. 3. & lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 7. Auguſtinus lib. 50. homiliarum homil. 27. & lib. 6. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 25. Victor Vticenſis lib. 2. de perſecutione Vandalica refert cæco reſtitutum fuiſſe viſum beneficio aquæ benedictæ; & Cyprianus Arelatenſis in vita Sancti Cęſarij cap. 17. eum fugaſſe dœmonem, alia etiam miracula eiuſdem aquę benedictæ virtute facta narrant Gregorius Turonenſis de vit. Patrum cap. 4. Gregorius Magnus lib. 1. Dialog. cap. 10. Beda lib. 5. hiſt. Angl. cap. 4. vitæ S. Cuthberti cap. 25. & 29. Carolus Magnus lib. 6. cap. 77. *In Sabatho Sanctæ Paſchę, vel Pentecoſtes, ſi qui velint aquam conſecratam ad aſperſionem in domos ſuas recipere, ante Chriſmatis infuſionem accipiant.*

Quibus omnibus veterum Patrum teſtimonijs, omiſſis illis, qui deinceps ſecuti ſunt, vt clarè conſtat pius, ac laudabilis vſus benedicendi aquam; ita refellitur Caluini mendacium aſſerentis lib. 4. inſtitut. cap. 10. §. 20. nullam tempore Auguſtini fuiſſe in Eccleſia lotionem religioſam, excepto Baptiſmo; ex eo quod idem Auguſtinus epiſ. 119.

119. cap. 18. ait, Chriſtianos omiſiſſe ceremoniam lauandi pedes in die Cœnæ Domini, ne videretur ea lotio ad Sacramentum Baptiſmi pertinere; Nam plures, qui ante Auguſtinum floruere Patres, expreſſam, vt vidimus, aquæ benedictæ, eiuſque in Eccleſia vſus mẽtionem faciunt; nec ipſe damnat ceremoniam lauandorum pedum, ſed tantum refert varias opiniones; nec etiam dicit aliquos fuiſſe, quibus ſimpliciter diſpliceret talis ceremonia, ſed ſolum quod lauarentur pedes Cathecumenorum in die cœnę Domini, ne videretur illa lotio ad Baptiſmum neceſſaria. Vnde ibidem ait, multis placuiſſe differendam lotionem in octauũ diem Paſchę; & Ambroſius lib. 3. de Sacram. cap. 1. defendit ceremoniam lotionis pedum.

Falſum quoque eſt, quod idem Caluinus, & Magdeburgenſes cent. 2. cap. 6. dicunt, aquæ conſecrationem tribui à Catholicis Alexandro I. Papę, & Martyri, tanquan inuentori, id enim Catholici non docent, ſed cum Baſilio eſſe Apoſtolicam traditionem, cuius etiã meminerunt Clemens Romanus, & Dionyſius locis citatis; quam poſtea, vt in pluribus alias contigit, Alexander ſolum confirmauit, & in morem frequentius induci pręcepit; videturq; apertè colligi ex verbis ipſius ſuperius citatis, dum ait: *Aquam ſale conſperſam populis benedicimus*; ſignificando hac particula *benedicimus*, iam fuiſse Romæ conſuetudinem benedicendi aquam; indeque hoc idem omnibus faciendum eſse mandat.

Manauit ergo aqua benedicta, eiuſque vſus à fonte Apoſtolicæ traditionis; cum enim ex Baronio tom. 1. ad annum 57. Chriſtiani olim, antequam ingrederentur Eccleſiam ad myſteria celebranda, vel audienda, ſolerent corpora lauare, vt mundiores accederent, poſtea hoc ritu abolito, vel quod quidam Iudaicum redoleret, vel ob alias etiam rationes, viſum eſt expedire, ſtatuere ceremoniam aquę benedictæ, vt-

que in veſtibulo Eccleſiæ pon
parte interiori, vti hodie fieri
ad vſum fidelium in Eccleſia
dientium. Quam ceremoni
modum Alexander I. in ſua a
Orthodoxos decretali epiſtola
firmauit, & magis vniuerſale
dit, mandando omnibus acc
eius obſeruantiam; & in pa
quod in domibus aſpergeretu
ſtat ex eius vita, authore Dam
alio, quicumque ſit, authore.
inquit, *aquam aſperſionis cum*
dici in habitaculis hominum. T
que plura Concilia eamdem o
Concilium Nycenum I. Can.
bico. *Tranſacto anno, debet Sa*
nedicere aquam, & oleum, non
Baptiſmo, neque ſicut benedicit
ma, ſed ſicut oleum infirmorum
aqua ad mundationem immun
Agathenſe apud Gratianum d
capite Quadrageſima. Rauen
brica 9. Triburienſe cap. 4. N
ſe cap. 4. & 5. Vndè etiam nu
Eccleſiæ Latinæ Catholicæ rit
dictionis aquæ obſeruant, &
ciunt, verum & Orientales
Armeniæ, Syriæ, ſiue Chaldeæ,
piæ, vt patet ex eorum Eucho
ritualibus; videnduſque liber
nialis, ſeu de ritu conſecration
non Syntaxeos cap. 21. Mar-
lis Chindiſi, filij Eliæ Patriarc
tiocheni, qui floruit anno 1167
Quod aqua benedicta fuit inſtitu
de Antiochena Syriorum à temp
ſtolorum Sanctorum, ſed ordine
nato, ac præfixo ritu non vtebun
ad tempora Domini Iacobi, qui
natus Epiſcopus Ciuitatis Ve-
641. & D. Ghenardi Edaame, q
dinatus Patriarcha anno 647.
autem 21. ſuę Syntaxeos trad
piſſe omnes modum ordinis eiuſ
tionis & vſus ex Clemente Pon
mano, qui eius ordinem incepit,
poſuit in Eccleſia, cum eleuar
blimaret eam in Acoluthiam
cam.

Ex Latinis autem, etſi plures diuinorum officiorum authores ſuperius citati, tam ritum aquæ benedicendæ, quam effectus eius perſecuti fuerint; nullibi tamen exactius proponuntur, quam in Ordine Romano. Notandumque, iuxta omnia ritualia, cum aqua ſemper miſcendum eſſe ſalem benedictum. Interdum etiam miſceri cum ea ſolet vinum benedictum: nempe ad conſecrationem Eccleſiæ, & Altaris, vti habetur in Ordine Romano; pro Baptiſmo autem Sanctum Chriſma.

Tertio pietas huius ritus apparet ex miraculis aſperſione aquæ benedictæ factis, nec non ex effectibus, quos illi tribuunt Patres, quique exprimuntur in ipſamet oratione, qua benedicitur aqua, abigendi dœmones, morboſque pellendi, immunditias, & noxas auertendi, peſtem, & contagionem arcendi; inimici inſidias propulſandi, & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, omne id effugandi, & ſalubritatem tuendi; huiuſmodi enim effectus, præcipuèque remittendi peccata venialia, ad quod multum conducere aquam benedictam docet S. Thomas 3. p. qu. 87. art. 3. nonniſi à pia, religioſeque inſtituta ceremonia prouenire poſſunt.

Quartò ex fine, quia aquæ luſtralis inſtitutio, non eſt, vt ineptè fingit Caluinus loco ſuperius citato, quędam Baptiſmi prophanatio, aut quaſi repetitio; ſed tantùm per illam refricatur eius memoria, & admonentur Chriſtiani, vt cogitent ſe aliquando per aquam virtute paſſionis Chriſti purgatos fuiſſe, & in dies purgari, multaque alia bona conſequi beneficio rerum in nomine eius benedictarum, qualis eſt aqua benedicta; ſicque S. Ioannis 2. dicitur, *Sanguis Chriſti emundare nos ab omni delicto*, nimirum ſi aliquo modo nobis applicetur; quemadmodum enim applicatur per Baptiſmum, & pœnitentiæ Sacramentum, ad delenda omnia peccata, ita etiam applicatur per aquā benedictam aliaque Sacramentalia, ad delenda venialia in eo, qui iam eſt in gratia; nec non ad fugandos dœmones, & curandos morbos. Qua in re nulla eſt magia, aut incantatio, vt obijciunt aduerſarij, & ſi enim quid ſimile fingi poſſet, ſi tales effectus naturali rerum virtuti tribuemus, ſecus autem, dum aſſerimus eos pręſtari per illas tanquā per inſtrumenta, vel ſigna diuinæ virtutis; dicente Apoſtolo 1. Timoth. 4. *Omnis creatura Dei bona eſt* &c. *Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem*. Et ita Marci 6. vngebant Apoſtoli ægros oleo, & curabantur. Ad horum igitur exemplum, & documentū, vt omittam in veteri teſtamento aquas ab Eliſæo ſale ſanatas, & lepram curatam aqua Iordanis, Eccleſia verbo Dei, & oratione ſanctificat aquam, & petit vt valeat contra dœmones, & morbos; ſæpeque Deus nobiliſſimis etiam miraculis teſtatus eſt ſe audire eiuſmodi preces; quæ aſſerere falſa eſſe, aut inter ſigna mendacia Pſeudoprophetarū referri debere, grauiſſima eſt aduerſariorum blaſphemia, cum illa teſtimonium habeant à Sanctis & doctis Patribus, perfectaque dicantur à Sanctiſſimis viris. De hac materia vide Marſilium columnam in ſua Hydragiologia.

De benedictione Panis, ſeu Pane benedicto.

Antiquiſſima, & celeberrima eſt benedicendi panem ceremonia, quam Chriſtus Dominus ſuo exemplo docuit Eccleſiam benedicens panem Matt. 14. & Lucæ 9. Hinc fermentum, cuius fit mentio in lib. Roman. Pontif. in vita Melchiadis, & ibidem in vita Siricij; nec non in epiſtola Innocentij I. ad Decentium, quod vt ex eorum verbis colligitur, erat panis ille, qui à Pōtifice, & Epiſcopis benedictus per Clericos mittebatur ad eos presbyteros, & maiores, qui non poterant ad ſacram Synaxim conuenire; eoque proindè nobilior, quo participatio eius non ſolum

lum erat ſignum vnionis, & charitatis, verum etiam ſumebatur loco Euchariſtiæ ab illis, qui communicare non poterant.

Secundum genus panis benedicti erat illud, de quo fiebant Eulogię, quarum meminit Pius Papa I. in codice quinque librorum lib. 2. cap. 117. nec non Concilium Laodicenum can. 14. 32. & 49. quem inter ſe mittere ſolebant, & partiri tum presbyteri, tũ laici ad ſignificandam vnionem, & charitatem. Quare prohibet Concilium Laodicenum can. 22. ne cui Catholico liceat hæreticorum benedictiones accipere. Hunc autem morem mittendi Eulogias, ſeu panem benedictum à principio Eccleſiæ vſitatiſſimum fuiſſe confirmatur authoritate Gregorij Nazianzeni de illo agentis orat. in funere patris. Baronius opinatur eum originem habuiſſe a Melchiade; verum multo antiquiorem fuiſſe colligunt alij ex decreto Pij I. quod Concilium Nannetenſe cap. 9. accepit de verbo ad verbum; & eſt huiuſmodi: *Vt de oblationibus, quæ offeruntur à populo, & conſecrationibus, quæ ſuperſunt, vel de panibus, quos deferunt fideles ad Eccleſiam, vel certè de ſuis Presbyter conuenienter partes inciſas habeat in vaſe nitido, & conuenienti, vt poſt miſſarum ſolemnia, qui communicare non fuerint parati, eulogias, id eſt, panem benedictum accipiant.*

Aliqua autem circa hæc duo panum benedictorum genera ſunt obſeruanda. Primum non fuiſſe Euchariſtiam, ſeu panem Euchariſticum, ac proinde in omni Eccleſia fuiſſe fermentatum; ex Binio in Concilijs ad vitas Pontificum citatas, Baronio, & Spondano ad annum 313. & ratio eſt aperta, quia panis ille non poterat eſſe panis Euchariſticus, qui ſumebatur ab his, qui communicare non erant parati; ſed vt patet ex decretis allatis, talis erat panis benedictus; non igitur erat Euchariſtia, vel panis Euchariſticus, ſed alius extra ipſum benedictus; vndè ſi quan-

do vocatur Euchariſtia, vt not
danus loco citato, non debet
propriè, ſed ſolum repræſ
quatenus ſumebatur loco Eu
ab his, qui communicare n
parati. Sicut etiam interdum
Sacramentum, vti in epiſtola
Hormiſdam Papam, teſte Bini
Melchiadis; & in epiſtola 1.
tij cap. 5. ſumendo Sacramen
go modo, pro ſacramentali
omni ſigno rei ſacræ, & ſpiritu
quantum hic panis erat ſymb
munionis Catholicæ. Alteru
uandum eſt, panem Eulogiæ
nedum ab Epiſcopo benedici
fuiſſe, authore Binio, cuius pr
habetur exemplum in actis S
Epiſcopi Andegauenſis apud
I. Martij, verum etiam à Pres
vt patet ex Concilio Nannet
vbi ponitur forma eius bened

Tertium veluti genus pan
dicti, ſiue Eulogiæ, erat illu
amici Catholici inter ſe inui
tebant. Cuius fit mentio ab
no epiſt. 34. ad Paulinum 3
ad Alipium: *Panem*, inquit,
ctitati tuæ Societatis gratia miſi
panem Eulogiam eſſe, ſic facies d
ſumendi; nec non à Paulino a
ſtinum, Alipium, Romanianu
uerum epiſt. 1. *Panem*, ait, *cam*
cellula noſtra tibi pro Eulogia
Hunc tamen panem, non tam
ctum, aut Eulogicum, quam
lius fuiſſe, prefata ſonant teſti
prout etiam in hiſtoria Eccl
multoties benedictio, & Eulo
pitur pro donarijs, ſeu munu
rum non benedictarum

Quartum denique genus p
nedicti erat illud, quod dab
techumenis, cuius etiam me
guſtinus lib. 2. de peccat. me
miſſ. cap. 26. his verbis: *Ca*
nos ſecundum quemdam modum
ſignum Chriſti, & orationem
poſitionis puto ſanctificari, &
piunt, quamuis non ſit corpus

Sa

Sanctum eſt tamen, & ſanctius quam cibi, quibus alimur, quoniam Sacramentum eſt. Appellat verò Sacramentum lato modo, vt iam notauimus ſupra de pane benedicto fidelium; quemadmodũ etiam Alexander I. epiſt. 1. vocat aquã benedictam Sacramentum, & ipſe Auguſtinus ſignum crucis, lib. 19. contra Fauſtum cap. 14. & in Pſalm. 141. nec non ceremonias Baptiſmum præcedẽtes, lib. 4. de ſymbolo. Quo etiam nomine vtitur Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 27.

De benedictione ſalis.

ET ſi hæretici in ſactum ſalem ſcõmata iactare non deſinant, antiquiſſimam tamen, ac piam eſſe ceremoniam illud benedicendi, illoque vtendi, quæ ſtatim adducemus clarè demonſtrabunt. Primò quod ſimul cũ aqua benedicta, tam pro vſu Baptiſmi, quam populum, & alia aſpergendi, ſal quoque benedictum fuerit, eique immiſſum, vt, quæ ſuperius pro aqua benedicta Patrum adduximus loca teſtãtur. Ad exemplum Eliſæi, qui vt inſalubres aquas Hiericho ſanaret, in eas ſal immiſit, Vnde ordo Romanus de benedictione ſalis ſic habet: *Exorcizo te creatura ſalis per Deum &c. qui te per Eliſæum Prophetam in aquam mitti iuſſit, vt ſanaretur ſterilitas aquæ, vt efficiaris ſal exorcizatum*; deinde ponit benedictionem aquæ, & vtrumque miſcetur dicendo: *Domine petimus vt hanc creaturam ſalis, & aquæ dignanter aſpicias*, &c. Vbi notandum ſalem, & aquam prius purgari exorciſmo, ſeu adiuratione, & tum demum, facto exorciſmo, benedici, cum aliæ benedictiones illo careant, vt eſt in Romano Miſſali benedictio panis; forſan quia tàm iſte, quàm omnes fermè res benedictę, finita benedictione, aqua benedicta aſperguntur. Porro cum natura ſalis naturæ aquæ vicina, & coniunctiſſima ſit, imo aqua ſola concreta, & exſiccata, & in ſalem durata, vt volunt multi, ita benedictiones eorum connectuntur, vt eamdem fere habeant ſignificationem; nam aqua à ſordibus mundat, ſal putredinem fugat, aqua potum ſapientiæ, ſal autem guſtum eiuſdem, vel prudentiæ denotat.

Secundò nedum vetuſtiſſimus fuit ritus, & vſus benedicendi ſalem, vt aqua eo conſperſa benediceretur, verũ ad alios quoque effectus religioſè adhibitum fuiſſe legimus. Iſidorus enim lib. 2. de diuinis officijs refert, tanquã rem à Patribus ipſo antiquioribus vſurpatam, quod Cathecumenis baptizandis ſal daretur: *Qui exorcizantur*, inquit, *dum ſalem accipiunt, & vnguntur; ſal autem in myſterio Cathecumenis dandus, à Patribus ideo eſt inſtitutus, vt eius guſtu condimentum ſapientiæ percipiant, neque deſipiant à ſapore Chriſti* &c. & cap. *Sal*, de conſecrat. diſt. 4. *Sal*, inquit textus, cœleſtis ſapientiæ, qua initiantur Cathecumeni. in cunctis operum noſtrorum ſacrificijs iubemur offerre. Honorius quoque Auguſtodunenſis author Gemmæ animæ cap. 47. loquens de infantibus baptizatis hæc habet: *Per orationes in vnitatem Eccleſiæ recipiuntur, per ſalis guſtum, doctrina, et ſapientia condiuntur*. Demum lib. 7. legum Francicarum Caroli Magni cap. 190. iubetur, *vt per ſolemniſſimos Paſchales dies Sacramentum Cathecumenis non detur, nec ijs, qui à liminibus Eccleſiæ ſunt excluſi, neque ijs ante canonicam reconciliationem, qui publicam gerunt pęnitentiam: ſed tantum benedictum ſal à Sacerdotibus pro communione tribuatur*.

Tertiò, pium, Deoque gratum eſſe ſalis benedicti vſum, crebra teſtantur miracula eius ope facta; lib. 4. vitæ S. Bernardi c. 4. lib. de vita Patrum Gregorij Turonen. c. 19. lib. 2. Adamanni Scoti de S. Columba; in vita S. Parthenij Epiſcopi apud Surium tom. 1. & S. Liobæ Virginis apud eumdem tom. 5. lib. 3. in Euangelium Lucæ cap. 32. Venerabilis Bedæ.

De

De oleo benedicto.

PRæter oleum ſimplex ab Epiſcopo benedictum, quod eſt materia Sacramẽti Extremæ Vnctionis; & mixtum balſamo ab Epiſcopo etiam benedictum, cui chriſmatis nomen inditũ, quod eſt materia Sacramenti confirmationis; datur inſuper oleum per verbum Dei, & orationem benedictum eo modo, quo aqua, panis, & ſal, aliaque ſimilia, vt vtentibus cedat in ſalutem animæ, & corporis. Et licet in Miſſali Romano non ſit propria olei benedictio, ſed generalis tantum, quæ ad quãcumque rem eſui vel potui idoneam adhiberi ſolet; vt nominatim eſt illa ad quodcumque comeſtibile, & illa in lib. Sacrament. Sancti Gregorij; *Benedic Domine creaturam iſtam, vt ſit remedium ſalutare generi humano: et præſta per inuocationem nominis tui, vt quicumque ex ea ſumpſerit, corporis ſanitatem, & animæ tutelam percipiat*; pium tamen & antiquum eſſe illius vſum, ſiue publico Eccleſiæ nomine ab eius miniſtris, ſiue à viris ſanctis priuato benediceretur, plura, quæ in Patribus habentur de illo, nec non in hiſtoria Eccleſiaſtica referuntur ope illius patrata miracula certiſſimum reddunt.

In primis Tertullianus lib. ad Scapulam cap. 4. refert Proculum Chriſtianum Seuerum Imperatorem oleo, haud dubie benedicto curaſſe; qui etiã initio Scorpiaci contra Gnoſticos docet, Chriſtianos à ſcorpione læſos tria hæc remedia adhibuiſſe; ſignaculum ſanctæ crucis, adiurationem, ſeu exorciſmum, & vnctionem, factam ſcilicet oleo per verbum Dei ſanctificato. Quod apertè euincit, primitiuę Eccleſiæ Chriſtianos oleo benedicto venenatis morſibus, aliiſque incommodis medicinam feciſſe.

Hieronymus in vita S. Hilarionis: *Aliquando*, inquit, *terra ſitiens, arenoſaque regio, poſtquam pluuijs irrorata eſt, tantam ſerpentum, & venenatorum animalium ex improuiſo ebulliu... tudinem, vt percuſſi innumerab... ad Hilarionem concurriſſent, ſ... terirent. Benedicto itaque ole... agricolæ, atque paſtores tangent... ra certam ſalutem reſumebant.* ... gitur de diſcipulis Magni ... apud Ruffinum lib. 2. hiſt: ca...

Palladius in hiſtoria Lauſi... rat S. Macarium puero ene... per oleum benedictum ſaluti... militer etiam puellæ paralyt... non Ioannem Abbatem eode... ſe multos ex ijs, qui laboraba...

Sulpicius lib. de vita Sanct... ni cap. 15. refert puellam pa... Treuiris oleo benedicto ſan... ſtinæ ab eo reſtitutam fuiſſe; ... go 3. de S. Martino, mutæ ... puellæ loquendi facultatem ... diſſe.

Auguſtinus lib. 22. de Ciu... cap. 8. ſcribit, Hipponenſem ... virginem, cum ſe oleo perun... pro illa orans presbyter in... lachrymas ſuas, hoc eſt cui ... rat, mox à dœmonio fuiſſe ſa...

Theodoretus in hiſt. Relig... Simeone Stylita tradit, Reg... coniugem petijſſe oleum ... benedictione dignatum, & ... donum maximum accepiſſe; ... Aphraate Eremita commem... benedicti vnctione maritum ... cuiuſdam nobilis, captum a... cubinæ, ab eo liberatum fui...

Apud Ioannem Caſſianu... inſtit. cap. 30. Senex quidam ... tes nomine, cum reprehender... quod oleum benedicentes ... tibus ſæcularibus darent, iu... lud ex magna cordis præſu... deſcendere, poſtea conſtrictu... etiam benedicere, ac ſuppl... dare.

Sozomenus lib. 6. Hiſt. ca... fert de Beniamino Monacho ... illi hanc gratiam largitum ... ſolo contactu manus, aut ole... quod orabat, abſque medi...

æ

ægrotos omni morborum genere liberaret.

Venantius Fortunatus Pictauorum Epiſcopus in vita S. Germani Epiſcopi Pariſienſis cap. 25. & ſequentibus plura narrat miracula ab eo facta olei benedicti virtute. Item Gregorius Turonenſis lib. 9. hiſt. Fran. cap. 6. & 7. S. Hoſpitium oleo ſacrato, mutum, ac ſurdum; aliúm itidem cæcum, & fœminam energumenam curaſſe.

In capitularibus Francicis lib. 6. c. 72. præcipitur, ne à Clericis, vel laicis phylacteria, vel falſæ inſcriptiones, aut ligaturæ, quæ imprudentes pro febribus, aut alijs peſtibus adiuuare putant, vllo modo, vel à quoquam Chriſtiano fiant; quia magicæ artis inſignia ſunt; ſed pro infirmitate illud, quod Apoſtoli, & Canones ſanxerunt, id eſt, orationes, & ſacri olei vnctio fiat.

Eodem oleo benedicto Catechumenos olim ante Baptiſmum in pectore, & ſpatulis vngi ſolitos more Atletarum, vnde etiam iſtud genus olei dicebatur Cathecumenorum, teſte Amalario Fortunato lib. 1. de Eccleſ. offic. cap. 12. affirmant multi, inter quos videndus Henriquez lib. 1. de Sacramentis cap. 11. et Baronius tom. 1. ad annum Chriſti 63. nec non Spondanus ibidem.

In vita Sancti Domnoli Epiſcopi apud Surium tom. 3. S. Pachomij ibid. S. Auſtregiſili Archiep. Bituricen. ibid. S. Eutychij Patriarchæ Conſtantinopolitani tom. 2. S. Paterni Epiſcopi Abrincenſis ibid. S. Remigij, S. Clari Abbatis, S. Theodoſij Cænobiarchæ, S. Vdalrici tom. 1. S. Theodorici tom. 4 plura olei benedicti miracula habentur.

Refert quoque Beda in vita Sancti Cuthberti Epiſc. Lindisfarnen. cum puellam capitis, & laterum doloribus cruciatam oleo benedicto ſanaſſe; & lib. 3. hiſt. Anglic. tempeſtatem maris ſedatam fuiſſe meritis B. Aidani, pariter Epiſcopi Lindisfarnen. Demum lib. 3. in Lucam cap. 8. narrat aliud miraculum eiuſdem olei benedicti. Quod ex eodem Beda recitant Magdeburgenſes cent. 8. cap. 6. cui ſolita ſua cautione reſpondent, hanc rem non ex verbo Dei, ſed ex dæmoniacæ, quæ ibi ſanata dicitur, cerebro originem traxiſſe.

At quam immeritò, ſatis patet ex dictis; nec non ex eo, quod iſte mos in particulari oleo medendi ægris, originem ducit ab exemplo Apoſtolorum, quibus Marci 6. hæc medela in vſu fuit; vt exiſtimant Baronius, & Spondanus loco citato. Tantúmque de hac re ſufficiat.

De benedictione vini.

SVnt qui vini benedicti mentionem fieri putant can. 3. Apoſtolorum, vbi cauetur, ne quis ſuper altare offerat pro vino ſiceram. Verum cum non expreſsè dicatur, an iſtud vinum oblatum eſſet ad Euchariſtiam ex eo conficiendam, an pro benedictione ſuper illud extra ſacrificium, vel ſacramentũ facienda, ad aliquem alium vſum, non poteſt indè efficax pro tanta huius ritus antiquitate deſumi argumentum. Nec etiam in Miſſali Romano extat peculiaris pro vino benedictio, ſicut pro pane; vſum tamen fuiſſe illud benedicendi, iuxta Apoſtoli documentum 1. Timoth. 4. *Quod omnis creatura ſanctificatur per verbum Dei, et orationem.* Plura teſtantur miracula, quæ patrarunt viri ſancti vino benedictio. Narrat enim Baronius ad annum 51. quod cum S. Remigius vas vino benedicto plenum Clodoueo Regi dediſſet, taliter illius hauſtu confirmatus fuerit, vt ingentes Alarici copias profligarit, ipſumque Alaricum propria manu occiderit. Teſtatur Bernardus in vita S. Malachiæ, cum poculo benedicto mulierem à morte liberaſſe, vita etiam fœtui conſeruata; et Alcuinus in vita Sancti Vvilibrordi, cum

inſanabilem, & rabidam cuiuſdam ſitim extinxiſſe. Tum quod tradit Honorius Auguſtodunenſis Gemmę animæ cap. 157. & 158. in conſecratione Eccleſiæ adhiberi ſolitam aquam benedictam mixtam vino benedicto.

Græcorum quoque in Euchologio habetur benedictio vini, tenoris ſequentis in Latinum reddita: *Domine Deus noſter, clemens, & benigne, reſpice ſuper hoc vinum, & ſuper illos, qui ex eo deguſtant, & benedic illud, quemadmodum benedixiſti puteum Iacob, & Natatoriam Siloe, & calicem Sanctorum Apoſtolorum. Tu qui in Cana Galileæ præſens adfuiſti, & benedictis hydrijs aquam in vinum commutaſti, tuamque gloriam Sanctis tuis diſcipulis, & Apoſtolis manifeſtaſti, idem nunc quoque Sanctum Spiritum tuum emitte ſuper hoc vinum, & benedic illud in nomine Sancto tuo, quia tu es, qui benedicis, ſanctificas, & multiplicas omnia Chriſtus Deus noſter.*

Tandem vſitatiſſimum eſt in Germania die S. Ioannis Euangeliſtæ benedicere vinum; quod appellatur benedictio S. Ioannis. Taliſque conſuetudo dimanauit ex traditione, quæ fert à S. Ioanne venenum ſine læſione epotum; non immeritò populis inde credẽtibus, potum etiam ſibi non fore noxium, quem in honorem, & cum benedictione S. Ioannis ſumerent. Ideoque mos eſt illud guſtare, ante omnem alium potum; nec deſunt, qui etiam in alia vini dolia, veneficiorum auertendorum cauſa, aliquid huius vini benedicti vtiliter infundant. In Sacerdotali quodã impreſſo Venet. 1567. quod, vt titulus habet, conformatum eſt ad conſuetudinem Eccleſiæ Romanæ, aliarumque Eccleſiarum, reperitur benedictio vini in feſto S. Ioannis; cuius poſterior oratio eſt iſta: *Deus cuius poteſtate B. Ioannes Euangeliſta potum veneneſum, & toxicum digeſsit, benedicere, & conſecrare digneris hanc creaturam vini; vt omnium ex eo guſtantium, expulſo omni guſtu nociuo, infuſo tua benedictionis myſterio, ſit in terris corporis, & animæ remiſsio criminum, & in talis perpet[...] latio.*

De benedictione lactis, mel[...] caſei.

ETſi can. 3. Apoſtolorum[...] ne quis offerat in altar[...] mel, nihilominus lactis, & mel[...] dictio reperitur in ordine Rom[...] die Sancto Paſchæ, cum hac [...] *Benedic Deus has creaturas lacti[...] lis, & pota famulos tuos fonte pe[...] enutri eos de hoc lacte, & melle [...]*

Tertullianus lib. de coron[...] cap. 3. & Hieronymus dialo[...] ſus Luciferianos teſtantur [...] olim fuiſſe ceremoniam dand[...] tis lac, & mel deguſtandum; [...] candum, quod tanquam mo[...] infantes lac ſpirituale concup[...] guſtare deberent, quam ſuau[...] minus. Verùm hanc cerem[...] deſuetudinem abijſſe experi[...] ſtat; de qua plura videri poſſ[...] Vaſquez diſput. 166. de Sacr[...] & Henriquez lib. 2. cap. 3.

In ordine etiam Romano [...] benedictio caſei cum oration[...] ſicut & in Miſſali nonnullæ a[...] comeſtibilium, & præſertim [...] fructuum.

De benedictione candelarum[...] reorum.

PRæter generalem cereo[...] non candelarum cuiuſc[...] terius materiæ benedictione[...] quocumque tempore fieri po[...] formam in Miſſali Romano p[...] vbi etiam exprimuntur huiuſ[...] ctionis effectus; dantur duæ[...] in Eccleſia cereorum bene[...] Prima eſt cerei Paſchalis; alt[...] rum in die Purificationis B. M[...] ginis.

Pridiè igitur Paſchæ, ſeu[...] Sancto ſolemni ritu benedicit[...] Paſchalis, cuius originem no[...]

bunt Zozimo Papæ Innocentij I. ſucceſſori, Alcuinus lib. de diuinis officijs cap. de Sabbato Sancto; Amalarius cap. 18. Vvalafridus Strabo cap. 30. & Rupertus lib. 6. de diuinis officijs c. 28. Verùm cum illa benedictio, & vſus Cerei Paſchalis ſit Zozimo antiquior, ex ſtatim dicendis; eatenus eius authorem, vel inſtitutorem à præfatis authoribus, & alijs vocari dicendum eſt; quatenus inſtitutio ſæpe tribuitur illi, qui ritum aliquem renouat, amplificat, & propagat, vt à Zozimo factum, qui præcepit, vt in omnibus Eccleſijs Parochialibus fieret præfata Cerei Paſchalis benedictio.

Aurelius igitur Prudentius Poeta Chriſtianus, qui floruit circa annum Domini 390. & conſequenter ante Zozimum, qui regere cæpit Eccleſiam anno 417. hymnum cecinit de accenſione Cerei Paſchalis; teſte Baronio ad ann. 418. & ibi Spondano; nec non Iacobo Gretzero lib. 1. de feſtis cap. 25. aduerſus Hoſpinianum Caluiniſtam; hymnus autem ſic ſe habet:

Inuentor rutili dux bone luminis,
Qui certis vicibus tempora diuidis:
Merſo Sole Chaos ingruit horridum,
Lucem Chriſte tuis redde fidelibus.
Quamuis innumero ſydere regiam
Lunarique polum lampade pinxeris,
Incuſſu ſilicis lumina nos tamen
Monſtras ſaxigeno ſemine quærere.
Hoc ſignas opere, conditor inclite
Lumen veridicum mentibus omnium
In Chriſto Domino quærere iugiter,
Quem Petrã loquitur Doctor egregius:
Ne neſciret homo ſpem ſibi luminis
In Chriſti ſolido corpore conditam,
Qui dici ſtabilem ſe voluit petram,
Noſtris igniculis vnde genus venit, &c.

Tomo 6. Biblioth. Sanctorum Patrum edit. 2. extat benedictio Cerei Paſchalis, ſub Auguſtini Epiſcopi nomine, quam ediderit, & cecinerit, cum adhuc Diaconus eſſet. Sed hæc, paucis mutatis, eadem eſt, cum illa, quæ in Miſſali Romano habetur, niſi quod in Romana formula encomium apum omittitur: & in altera ſubduntur duæ collectæ, vel, vt ibi vocantur, collationes: Vna poſt benedictionem ceræ: alia poſt hymnum ceræ.

Inter opuſcula Ennodij Ticinenſis miſcella habetur prima, & ſecunda Cerei Paſchalis benedictio, vbi facit mentionem moris, particulas eius domũ aſportandi, & ad varios ſalutares effectus procurandos adhibendi; quem putant aliqui abijſſe tandem in ritum conſecrandi imagunculas cereas, quæ à forma impreſſa Agni Dei nominantur, de quibus infra.

Perſpicua de eodem Cereo Paſchali fit mentio in Concilio Toletano IV. ſub Honorio I. his verbis, cap. 8. *Lucerna & cereus in peruigilijs apud quaſdam Eccleſias non benedicuntur, & cur à nobis benedicantur inquirunt. Propter glorioſum enim noctis ipſius Sacramentum hæc ſolemniter benedicimus, vt Sacræ reſurrectionis Chriſti myſterium, quod tempore noctis huius votiuę aduenit, benedictione ſanctificati luminis ſuſcipiamus.* Vbi ſic Illuſtriſſimus Toletanæ Sedis Antiſtes Garſias Loaiſa: *In cerei, nouique luminis benedictione Theodorus Papa 73. à Petro, & D. Ambroſius, D. etiam Auguſtinus, & Petrus Diaconus Caſſinenſis elaborarunt. Eam autem, qua nunc Romana Eccleſia vtitur à D. Gregorio Magno compoſitam, muſiciſque tonis ornatam ferunt.*

Qui autem deinceps ſecuti ſunt diuinorum officiorum ſcriptores nedùm agunt de benedictione Cerei Paſchalis, verùm etiam de ritu huiuſce benedictionis, myſticiſque eius ſignificationibus, præcipuè Alcuinus, Amalarius, Vvalafridus Strabo, Honorius Auguſtodunenſis, Rupertus, & Guiglelmus Durandus.

Altera ſolemnis cereorum benedictio fit in die Purificationis B. Virginis; cuius ritus extat in Miſſali Romano. Aliqui eius authorem faciunt Sergium Papam; verùm cum in Hypapante, ſic

vocant Græci feſtum Purificationis, cereos geſtari cōſueuiſſe teſtem habeamus S. Cyrillum Hieroſolymitanum mox citandum; abſolutè Sergius Cereorum hoc feſtō benedicendorum, & geſtādorum primus inſtitutor non fuit; ſed tantum hanc ceremoniam magis ordinauit, nec aliud ex Alcuino titulo de Purificatione B. Marię, & ex ordine Romano conſtat. Ideoque Beda in Martyrologio 5. Idus Septembris non dicit Sergium ſtatuiſſe, vt cerei benedicerentur, ſed vt Litaniæ agerentur.

Cyrillus ergo Hieroſolymitanus, qui vixit circa annum Domini 360. in epilogo orationis in Hipapanten, ſeu occurſum Domini, ita ſuos hortatur, non tanquam ad rem nouam, ſed à maioribus traditam: *Læti hodie lampades ornemus, tanquam filij lucis; ceras veræ luci Chriſto offeramus: quoniam lumen ad reuelationem gentium mundo apparuit, ideo lumine ex lumine ſupra niuem reſplendeamus, ſupra lac dealbati, ſupra ſapphirū illuminati, ſupra immaculatas columbas in cælos euolāte, ita in nubibus ad Dei occurſum occurramus.*

Sanctus Eligius Nouiodunenſis, qui etiam ante Sergij tempora vixit, obijt enim teſte Sigeberto in Chronico anno 655. ſermonem in feſto Purificationis habuit, in quo pluribus de myſterio cereorum differit: *Quia verò*, inquit, *conſuetudo eſt Eccleſiaſtica, vt hac die geſtantes manibus lumina, Miſſarum ſolemnia celebremus, breuiter dicendum eſt, quæ ſunt huius exordia;* &c.

Poſt Sergium qui rexit Eccleſiam circa annum Domini 688. eiuſdem ceremoniæ benedicendi, & geſtandi Cereos in feſto Purificationis, indeque in alijs feſtis B. Virginis meminere Beda de temporum ratione cap. 10. Ambroſius Anſbertus ſerm. de Purificatione; Rabanus Maurus lib. 2. de inſtit. Cleric. cap. 33. Ericus in Euangelium de Purificatione Mariæ; Radulphus Ardens homil. in Purificatione; Anſelmus in Euangelica enarratione Lucæ 2. Iuo Carnotenſis ſerm. de Purificatione;

Rupertus lib. 3. de diuinis offici[…] Bernardus ſerm. 2. de Purifica[…] Guerricus Igniacenſis ſer. 1. d[…] feſtiuitate; Innocentius III. ſer[…] lethus de diuinis officijs c. 81. […] deinceps ſecuti ſunt plures alij[…]

De benedictione cinerum[…]

Quamuis hæretici ceren[…] benedicendi cineres in[…] ieiunij quadrageſimalis irridea[…] tamen perantiquam eſſe clarè […] homiliæ S. Maximi Tauriner[…] floruit circa annum Domini 4[…] *cinerum*; prout etiam illam […] Concilium Mediolanenſe V. *S*[…] inquit, *cinerum vſus in Eccleſia* […] *tiquiſſimus eſt*. Deindè myſteri[…] explicat, vſumque, & vtilitat[…] mendat. De ijſdem memini[…] nus lib. de diuinis officijs tit. […] ieiunij, & Rupertus lib. 4. cap. […]

Qui per hanc ceremoniam […] cendi, & imponendi cineres […] fidelium, petuntur à Deo effe[…] deque licet colligere illius pie[…] vtilitatem, ſunt ſequentes ex f[…] benedictionis, quę habetur in […] Romano; I. vt iuuetur homo […] nam humilitatem cordis. II. […] dictio cęleſtis in aſperſos cine[…] dat, qua ſeriò cōpungantur, & […] catis doleant; conſiderantes, […] catum hominis, etiam ipſam […] maledictam fuiſſe, & nos om[…] nerem, & terram redituros. […] cineres ſint ſalubre remedium […] quendam remiſſionem peccat[…] præmium vitæ æternæ. IV. […] corporis ſanitas ad pœniten[…] peccatis agendam. V. vt anima […] uina tutela protegatur. VI. vt il[…] mino impetremus, quæ ad ipſiu[…] tatem petimus. VII. vt in bo[…] ſtanti animo perſeueremus.

Demum irriſores ſacrorum […] eſſe impios; proptereaque in[…] Deo grauiter puniri, fidem fac[…] refert Cæſarius ex Theodoric[…]

to, miraculum; nimirum, quemdam, im ſocio ad Eccleſiam propter ſacros neres pergere volenti, reſpondiſſet: rde, ego tibi dabo cineres, & tu mihi: liſſetque cineres de lare, iactando il- s ſuper caput eius, mox in pęnam ir- ſionis tantùm circa caput, & faciem, nſiſſe puluerem, vt ab eo tandem ſuf- catus perierit.

De benedictione Roſæ.

QVotannis Summus Pontifex, Dominica IV. Quadrageſimæ dicta *tare* ab introitu Miſſæ eiuſdem Do- inicæ, benedicit Roſam auream iuxta rmulam in Ceremoniali Romano ntentam; quæ ſemper Principi alicui agni nominis, & de Eccleſia Dei vel erito, vel adhuc bene merenti dono tur, & mittitur à Summo Pontifice. Sunt qui huius ceremoniæ principiũ ferant ad Vrbanum V. ſed falſo; cum nocentius III. Vrbanum V. diu ante- eſſus, dum eſſet Venetijs, Roſam Eccleſia S. Marci benedixerit, & inte- um de hoc more ſermonem habuerit; feratque Ioannes Picardus in Notis quartũ caput lib. 3. Vvilhelmi Neu- igenſis de rebus Anglicis, Epiſtolam, am idem Alexander III. cum Roſa rea ad Francorum Regem miſit. Cui huc Alexandro tribui non poteſt ſdem ceremoniæ inſtitutio; ſi quidẽ dicta epiſtola apertè dicit illam à omanis Pontificibus iam proceſsiſſe; rba eius ſunt: *Alexander Papa III. ſtri Francorum Regi. Romanorum ntificum inſtitutione noſcitur proceſſiſ- quod media Quadrageſima, ea Domi- a, qua cantatur Lætare Hieruſalem, ſueuerunt ipſi florem aureum, non gra- temporalis elationis, proprijs manibus, nua ſemper reuolutione geſtare; ea vti- r in facto huiuſmodi deſignantes, quæ n ad decorem Eccleſiæ, quam ad fideliũ ſcitur inſtructionem ſpectare. Vndè & i nos eorundem anteceſſorum noſtrorũ ſtigia ſubſequentes, ſimilem florem eo in quo conſtitutum eſt, nuper in ma- nibus geſtaremus, non inuenimus, cui tam dignè ſicut Excellentiæ tuæ florem huiuſ- modi debemus offerre: quem & deuotione circa Eccleſiam Dei, & nos ipſos, & di- gnitatis honore cognoſcimus præeminere.*

Porrò quæ ſint huius benedictionis myſteria, qui deſiderati in ea effectus, plenè explicatur in præfatis ſermone, & epiſtola Alexandri III. nec non deſi- derati à Deo effectus, in formula bene- dictionis, quæ habetur in Ceremoniali Romano.

De benedictione Palmarum, ſeu Ra- morum.

DOminica ſexta, & vltima Qua- drageſimæ fit in Eccleſia Catho- lica palmarum, & aliorum ramorum benedictio, vndè etiam appellata eſt Dominica palmarum, ſeu ramorum, Græci autem vocant feſtum ton Baion; Baia enim Græco ſermone dici palmas, ſeu ramos palmarum tradit S. Hierony- mus in cap. 8. Ezechielis. Etſi autem ceremoniæ huic occaſio data fuerit, quod, Chriſto Hieroſolymam trium- phatoris ſpecie ingredienti, legatur Matth. 21. cæſos fuiſſe ramos de arbo- ribus, & ſtratos in via, vt obſeruat Iſi- dorus lib. 1. de diuinis officijs, & ex eo Rabanus Maurus lib. 2. de inſtit. Cleri- corum cap. 35. nihilominus, quo præ- cisè tempore inſtituta fuerit ignoratur, ſolumque certum eſt, eam eſſe vetu- ſtiſsimam; cum de illa mentionem fa- ciat S. Maximus Taurinenſis homil. in die Palmarum; D. Iſidorus loco citato, & Alcuinus lib. de diuinis officijs; ex- tat quoque de hac celebritate, ac illius myſterio ſermo Iuonis Carnotenſis Epiſcopi: idem argumentum tractat Honorius Auguſtodenenſis c. 71. Gem- mæ animæ; nec non Concilium III. & V. Mediolanenſe tit. *Quæ ad Sacramen- talia*; vbi dicitur hæc ceremonia San- ctiſsimum, & antiquiſsimum eſſe in- ſtitutum, eiuſque ritus explicantur. Qui autem per hanc benedictionem à Deo petuntur effectus, ſatis exprimun- tur

tur in eius formula, quæ habetur in Miſſali Romano.

Tandem palmas nedum præfata Dominica, verum etiam extra iilam benedictas, muneriſque loco à Pontificibus Romanis ad Principes miſſas fuiſſe, colligitur ex epiſtola 32. Ioannis Papæ VIII. ad Carolum Caluum Imperatorem, & 263. ad Carolum Craſsum Imperatorem; cuius vltimæ hæc ſunt verba: Honorificentiæ veſtræ cum benedictione Apoſtolica palmam, per quam ſignum datur victoriæ, ecce ex more direximus, exoptantes, omnipotentemque Deum deprecantes, vt hanc cum lętitia vos in die tantę ſolemnitatis geſtare faciat, atque permittat.

De benedictione cerorum, ſeu Agnorum Dei.

SAbbato in Albis Summus Pontifex Romanus, non quocunque, ſed primo ſui Pontificatus anno, & poſtea quolibet ſeptennio benedicit imagines cereas, in rotundam redactas formam, quę ex figura agni illis impreſſa magis communiter vocantur Agni Dei. Igitur quod pertinet ad cauſam huius benedictionis efficientem; cum prius ex Alcuino lib. de diuinis officijs tit. de Sabbato Sancto Paſchæ, eo Romę ab Archidiacono benedicerentur Agni Dei, diſtribuerentur autem octaua Paſchæ, ita forſan ei committente Summo Pontifice, nunc ſolus Summus Pontifex per ſe illos benedicit.

Materia eorum cum olim eſſet cera munda, & candida, balſamo admixta, ſeu oleo ſacro, & Chriſmate, quod ex anno præterito ſuperfuerat, vt in Ceremoniali Romano dicitur, hodie ex ſola cera conficiuntur, tum benedicuntur; cuius benedictionis vna pars eſt immerſio in aquam conſecratam per preces, perque infuſionem balſami, & ſacri Chriſmatis; forma autem conſecratio, vel benedictio Pontificia.

Sunt qui huius ceremonię originem tribuunt Summo Pontifici Romano Zo-

ſimo, qui cerei Paſchalis vſu
troduxit, aut ſaltem innoua
pagauit, vt diximus ſupra;
primum cereæ iſtæ imagunc
ex cereo Paſchali, ſeu illius
par eſt credere earum autho
qui cerei Paſchalis vſum p
commendauit. Res tamen i
ſolumque certum ſub idem
rum vſum fuiſſe, ſi quod n
ſterus in ſua Coſmographia
nèmpe Romæ anno ſalutis
pertam Sarcophagum, in q
Mariæ, filiæ Stiliconis, quę
norio Imperatori nupta fuer
varijs Cimelijs, & pretioſi
nibus, & quod mireris, cum
ſic enim vocat Munſterus, i
ripheria ſcriptum fuerit: *M*
omnium pulcherrima. Eiuſd
minit etiam Surius in hiſt. a
ſcribitque, præfatam Sarc
ſeu arcam marmoream fuiſſe
Paulo III. Pontifice in Baſili
na ſubtus altare Sanctæ P
quod nunc eſt Sanctorum Si
Iudæ Apoſtolorum.

Tempore Gelaſij Papæ ci
Domini 492. probat Suareſi
pus iam fuiſſe vſum Agno
Fertur quoque Gregorium
duos Agnos cereos auro incl
dediſſe Agilulpho Regi Lo
rum, quos Torrigius in cry
canis refert, Modoetiæ aſſer
Leonem III. inſignem form
impreſſo Agno in religionis
ſiſſe ad Carolum Magnum
ſunt Scortia in Theorema
Act. cap. 8. verſ. 32. Andrea
Carminibus, & alij ab Epiſc
ſio citati. Qui eodem C
tempore vixit, imo ab eod
glia vocatus fuit Albinus
Agnorum Dei mentionem
non qui paulo poſt floruit
Fortunatus lib. 1. de Eccleſia
cap. 17. tanquam rei iam
Quando, inquit, *Agnum de*
mus, Agnus præfiguratus, & i

mmolatus ad memoriam reducitur, cui anctus Gregorius oleum infudit, quando yſteria Paſchalis Agni reſerauit. Quæ erba item ſunt Alcuini loco citato, iſi quod pro *infudit*, poſuit, *inſtituit*; nde aliqui colligunt Gregorium au-torem mixtionis olei extitiſſe.

Anno 1627. inter diruendum, quod inam minabatur faſtigium turris co-itum, repertum inter maceries fuit as argillaceum, cui inerat incluſus ereus orbis maiuſculus, fractus ta-nen, extantibus tamen litteris, Ecce, eliquis exeſis; de quo antiquarij con-ulti reſponderunt Agnum Dei ſine ubio fuiſſe, quem Innocentius Papa II. in eo turris faſtigio, aduerſus pro-ellas, & fulmina incluſerat, qui vixit irca annum Domini 1198.

Demum Panuinius refert Vrbanum . qui inijt Pontificatum anno Do-ini 1362. Agnos Dei miſiſſe ad Im-eratorem Conſtantinopolitanum ad-itis hiſce verſiculis.

Balſamus, & cera munda, cum Chriſ-
matis vnda,
Conficiunt Agnum; quod munus do ti-
bi magnum.
Fonte velut natum, per myſtica ſan-
ctificatum.
Fulgura de ſurſum depellit, & omne
malignum.
Peccatum frangit, vt Chriſti ſanguis,
& angit.
Pregnans ſeruatur, ſimul & partus
liberatur.
Dona refert dignis, virtutem deſtruit
ignis,
Portatur mundè, de fluctibus erigit
vnda.

En quibus potiſſimum teſtimonijs onſtat nobis de antiquo ritu, & vſu enedicendi Agnos Dei, quantoque honore, & reuerentia ſemper ha-iti fuerint; quod ad hæc vſque tem-ora religioſè perſeuerat. Quod per-net ad eorum virtutem, & effectus tis patent ex formula benedictionis, & orationibus adiunctis, fuiſſeque in-ſtitutos ad excitandam memoriam Crucifixi Chriſti, vnde nobis omnia proueniunt bona, Agni innocentiſſimi in cruce immolati, & figurati Agno Geneſeos pro Iſaac mactati, & Paſcha-li Agno in Exodo occiſo, & aſſo, qua-re in Apocalypſi apparet Agnus tan-quam occiſus, & alibi dicitur Agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi; & Petrus epiſt. 1. cap. 1. Chriſtum vocat Agnum immaculatum, quem Baptiſta prius intento digito Agnum Dei ap-pellauerat. Quæ breuiter ſufficit an-notaſſe, fuſius tractata apud ſequentes authores, Panuinium, Franciſcũ Scortia in Latio Chriſtiano, Bonardũ Domini-canum, Suareſium Epiſcopũ Vaſionen-ſem, Cæſarem Raſponũ, Ioannem Mo-lanum, Ianum Vitalem, qui elegantiſſi-mo carmine deſcripſit ceremonias con-ſecrationes, & virtutes Agnorũ Dei.

De benedictione Campanarum.

PErantiquum eſſe campanarum vſum, quibus Clerus, & populus ad preces conuocatur, ſatis patet, ſi per ſignum intelligatur campana, vt alias pluries, dum ait S. Ephrem, qui floruit circa annum Domini 270. pareneſi 23. *Signo ad Synaxim & officium dato, om-nium vltimus tunc frater accurrit*, &c. Audoenus, qui floruit circa annum Domini 640. in vita S. Eligij lib. 2. c. 21 narrat, quod, cum aliquando viſitaret Diœceſim ſuam, vt ſolent Epiſcopi, interdixiſſetque, ne Curſus, id eſt pre-ces canonicæ, & ſacrificium celebra-retur in Baſilica quadam, donec ipſe iuberet; erat illic Presbyter quidam ſi-bi malè conſcius, ob cuius culpam id fecerat Beatus Epiſcopus; qui parui pendens eius ſententiam, cum procul illum interceſſiſſe arbitraretur, campa-nam hora ſtatuta, vti moris erat, pul-ſare cæpit. Sed vt eius temeritas re-primeretur, campana rationis expers, beato viro obtemperans, nullum ſonũ reddidit. Perſtitit ille trahendo reſtim

campa-

campanæ, ſed ſonum exprimere non potuit. Itaque egreſſus è Baſilica omnibus rem exponit, &c. Meminit quoque Beda lib.4. Hiſt. Anglic. cap. 23. vſus campanæ, quique ſequenti ſeculo octauo floruere Alcuinus lib. de diuinis officijs, tit. quid ſignificent veſtimenta, nec non Amalarius lib.3.c.1. vbi etiam ambo docent, ſignorum, & campanarum vſum à veteri Teſtamento ſumptum eſſe, Num. 10. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinem*, &c.

Certum eſt igitur, priſcum eſſe campanarum vſum; licet non conſtet quo præcisè tempore introductus fuerit; nec non ritus eas benedicendi. Hoſpinianus Caluiniſta ait: circa tempora Caroli Magni inualuiſſe morem baptizandi campanas, verùm id in ſuis conſtitutionibus prohibuiſſe. Vbi per baptiſmum campanarum præfatus hæreticus, ſi intelligat verum, proprièque dictum baptiſmum, forſan ad maiorē, vt ſolent huius temporis ſectarij, ſtruēdam Eccleſiæ calumniam, omnino mentitur; nunquam enim inualuit talis mos in Eccleſia campanas baptizandi, ſed ſimplicis duntaxat benedictionis, communis cum alijs ſacrorum vaſorum, & paramentorum Eccleſiaſticorum benedictionibus in Sancta Eccleſia Catholica antiquo vſu receptis: ſique errore vulgi pro arbitrio vtentis vocibus, dicantur interdum baptizari campanæ, cum ab Epiſcopis benedicuntur, non aliundè, vt rectè notauit Baronius tom. 10. ad annum 968. baptiſmi in re longe diſpari mutuatus eſt nomen, niſi quod ſicut in baptiſmo nomen imponitur baptizato, ita in ea conſecratione nomen campanæ datur, idque ſiue ea ratione, vt diſtinguatur à cæteris, vel quod magis conducat ad pietatem, ſi voce Sancti alicuius dicatur populus ad Eccleſiam conuocari, cùm alioqui nihil commune cum Sacramento baptiſmi habeant ceremoniæ illę.

Si autem per baptiſmum
rum Hoſpinianus intelligat,
intelligi, earum benedictione
eſt, morem eas benedicendi
Carolo Magno antiquiorem;
id infert ex hoc quod vetuer
panæ baptizarentur; *Clocas*
non baptizent, nec chartas p
pendant propter grandinem; v
obſeruat Scholiaſtes Vitus
chius, prohibetur ſuperſtitio
qua legitima, & Eccleſiaſtic
ctio, vel conſecratio non ſup
Et certè quomodo Eccleſiaſ
panarum benedictionem Ca
gnus tanquam rem nouam p
ſet, cum Magiſter eius Alcu
ſce benedictionis mentionem
rei iampridem vſitatæ, facia
bens: *Neque nouum videri de*
nas benedicere, & vngere, eiſ
imponere, &c. Quod ſi verum
ne eſt, tùm falſum eſſe opor
idem aſſerit Hoſpinianus,
XIII. Papam circa annum
mum fuiſſe, qui campanis b
hoc eſt, conſecratis nomina
cæperit, ipſumque Maiori La
Eccleſiæ campanæ, ſuum com
ſe nomen. Nam Alcuinus,
anteceſſit Ioannem XIII. nom
panis imponi conſueti menti
cit; nec vt de re tunc noua,
incipiente, ſed vt de veteri
De iſto autem Ioanne Pon
ſcribit Baronius loco ſuperiu
Tempore Ioannis XIII. quo
Romæ adhuc moraretur, co
mariam Lateranenſis Eccleſi
nam miræ magnitudinis rece
ſam, ſuper campanile eleuari
prius idem Pontifex ſacris ri
conſecrauit, atque Ioannis
puto Baptiſtæ, cuius Eccl
vſui, nuncupauit.

Forma huius ritus benedi
panas ad Epiſcopum pertine
in Pontificali Romano, vt &
qui Ordo Romanus inſcribi
ctus verò in orationibus, qua

nedictioni adhiberi ſolent; quibus Eccleſia rogat. 1. Vt vbicunque ſonuerit campana conſecrata, procul recedat virtus inſidiantium. 2. Vmbra Phantaſmatum. 3. Incurſio turbinum. 4. Percuſſio fulminum. 5. Læſio tonitruorum. 6. Calamitas tempeſtatum, omniſque ſpiritus procellarum. 7. Vt cum filij Chriſtianorum, clangorem campanæ audierint, creſcat in eis deuotionis augmentum. Eorumdem effectuũ fit mentio in Concilio Coloniẽſi 1536 part. 9. cap. 14. & Mediolanenſi IV. Ex antiquis, Vvalafridus Strabo de illis agit cap. 5. de rebus Eccleſiaſticis, & Durantes lib. 1. rationalis cap. 4. Ex modernis Binsfeldius lib. de confeſſ. Maleficarum non procul à fine, nonnullis exemplis demonſtrat, quantum pulſus, & ſonus conſecratarum Campanarum aduerſus Cacodemonem, eiuſque præſtigias, ac inſidias valeat.

Tantùm de præcipuis extra Sacramenta ceremonijs Eccleſiæ Catholicæ ſpectantibus ad varias benedictiones omnibus fermè fidelibus communes; nam de ſpecialibus, quæue alicuius perſonæ, vel ſtatus ſunt propriæ, cuiuſmodi ſunt benedictiones Abbatis, Abbatiſſæ, Virginum, Imperatoris, Regis, Reginæ, noui militis, &c. ſuo loco agetur, vbi opportuna ſe ſe dabit occaſio. Cum autem benedictio, vt conſecrationem denotat, duplex ſit; altera publica & ſolemnis; quæ certa verborum formula ab Eccleſiæ miniſtris peragitur; altera priuata, qua viri ſanctimonia vitæ pollentes rem plerumque conſecrare ſolent, nulla certa verborum formula; interdum ſolo ſacroſanctæ Crucis ſignaculo adhibito; cuius benedictionis capaces ſunt tam homines, quam res ſenſu, & ratione carentes; de prima potiſſimum ſpecie egimus: de qua, nec non & tota benedictionum materia conſuli poteſt Iacobus Gretzerus Societ. Ieſu in opuſculo de illis.

De ceremonijs reuerentialibus, quarum præcipuæ ſunt, genuflexio, proſtratio, pectoris tunſio, manuum eleuatio, capitis detectio, oſculatio, feſtorum inſtitutio, Templorum, & peregrinationum.

Cvm ceremoniæ reuerentiales, quæ ad externas pertinent adorationes, ſeu ſigna adoratiua dici ſolent, ex placito inſtituentium pendeāt, certumque proindè earum numerum deſignare difficile ſit, de præcipuis duntaxat breuiter agemus, & primò de illis, quæ habent aliquos ſpeciales corporis motus, vel geſtus annexos; quaſque docet Auguſtinus libro ſæpius citato de cura pro mortuis cap. 5. non eſſe tantùm ſymbola, ſeu ſigna ſpeculatiua adorationis internæ, hoc eſt deuotionis, vel humilitatis, ſed etiam practica, & excitatiua eius, quod ſignificant: *Nam & orantes*, inquit, *de membris ſui corporis faciunt, quod ſupplicantibus congruit, cum genua figunt, cum extendunt manus, vel etiam proſternuntur ſolo, & ſi quid aliud viſibiliter faciunt, quamuis eorum inuiſibilis voluntas, & cordis intentio Deo nota ſit, nec ille indigeat his indicijs, vt humanus ei pandatur animus, his magis ſeipſum excitat homo ad orandum, gemendumque humilius, atque feruentius, et neſcio quomodo cum hi corporis motus fieri niſi motu animi præcedente non poſſint, eiſdem rurſus exterius viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis, qui eos facit, augetur, ac per hoc cordis affectus, qui vt fierent, iſta præceſſit, quia facta ſunt creſcit.*

De Genuflexione.

OMiſſis, quæ circa genuflectendi ritum, & alios, prophanæ ſunt eruditionis, ſacræque duntaxat, & Eccleſiaſticæ inſiſtendo; ex ea clarè habetur, à fidelibus in omni legis ſtatu laudabiliter vſurpatum fuiſſe in ſignũ humilitatis, & ſubiectionis, præſertim vbi preces coram Deo fundi debebãt: libro enim 3. Reg. cap. 8. v. 54. legitur quod, *cum compleſſet Salomon orans Dominum omnem orationem, & deprecationem hanc, ſurrexit de conſpectu altaris Domini; vtrumque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cælum.* Iſaiæ 45. v. 24. ait Dominus: *Quia mihi curuabitur omne genu.* Lucæ 22. v. 41. dicitur de Chriſto: *Et poſitis genibus orabat, dicens,* &c. Act. 21. v. 5. *Et poſitis genibus in littore, orauimus.* Roman. 14. v. 11. *Scriptum eſt enim: Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu.* Philippenſ. 2. v. 10. *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur.* Epheſ. 3. v. 14. *Flecto genua mea ad Patrem.*

Vnde hunc ritum genuflectendi; præſertim orando, nedum referunt, ſed & laudant antiqui Patres. Tertullianus ad Scapulam dicit, Chriſtianos ſuis geniculationibus exercitui Romano aquam ad ſedandam ſitim, qua ad interitum vſque premebatur, obtinuiſſe, de quo vide Baronium tom. 2. Annalium. Athanaſius in vita Antonij commendans illum ait: quod, *fixis genibus ante Dei vultum prouolutus orabat.* Et Hieronymus de viris illuſtribus in Iacobo, qui vocabatur iuſtus, quod, *pro populo flexis genibus aſſiduè deprecabatur, adeo vt in camelorum duritiem eius genua tranſiſſe crederentur.* Quod idem contigiſſe S. Aſellæ præ orandi frequentia teſtatur idem Hieronymus epiſt. 15. ad Marcellam: in caput autem 45. Iſaiæ dicit: *Moris Eccleſiaſtici eſt, Chriſto genuflectere;* & lib. 2. Comment. in cap. 3. ad Epheſios

Hæc autem ſpiritualiter expo
ſtatim iuxta litteram orandi
nem tollimus, qua Deum gen
pliciter adoramus, et fixo in t
te magis, quod ab eo poſcim
mus; legimus enim et Paulun
re oraſſe, et geniculationes i
præceptas. Habetur quoq
Cæſarij Arelatenſis homi
genibus in oratione flectend

Rationes autẽ huius co
plures affert Cardinalis T
tenſis in can. quoniam de
diſtinct. 3. verùm longè a
quæſtionum 146. quas ge
ſtianis poſuerunt apud Iuſti
petens, ſi genuum inclinati
tionibus magis peccatores
mendat, quam ſi ſtantes or
que ea res diuinam promo
cordiam; quapropter diebu
cis, & è Paſchate ferijs a
ſten vſque precantes genua
Reſpondet: *Quia vtriuſque*
iugem obtinere memoriã, et i
catum lapſus noſtri, et gratia
ſtri, per quam à lapſu reſurr
propter genuum per ſex die
ſymbolum, & nota eſt lapſus
noſtra. Quod vero die Dom
non flectimus, ſignum eſt,
reſurrectionis, per quam gra
et à peccatis, et à morte, quæ
fecta eſt, liberati ſumus.

Vel etiam dici poteſt c
rationem huius ceremonia
ctendi in oratione, quam i
aſſerit initium accepiſſe à t
Apoſtolorum fuiſſe in ſig
liationis; quatenus ſicut m
tere ſignum ſubiectionis eſ
organum poteſtatis, quæ n
ab operatione cohibetur, q
ſtando nolle aliquid opera
alium, ſed ei potius omnen
bijcere operam, ſic genua fl
terram figere, argumentur
tionis eſt, eo quod huiuſmo
gam recuſat, quaſi ingente
tem profitendo.

Ex quibus ſatis manet refutatus error quorumdam hæreticorum apud Damaſcenum hæreſi 91. Agnoclytarum nuncupatorum, qui contendebant nunquam eſſe orandum flexis genibus, ſed ſemper ſtando; cum iuxta diuerſitatem temporum, locorum, & ſignificatorum vterque mos pius ſit, ac laudabilis.

De Proſtratione.

PRæter loca Scripturę ſtatim allata, in quibus ſimul tàm genuflexionis, quàm proſtrationis in orando, & adorando Deo, fit mentio, non deſunt alia, vbi etiam illa fiat proſtrationis, ſeu humilis procubitus; Deuteron.9. v.18. *Et procidi ante Dominum, ſicut prius.* Pſal.94.v.6. *Venite adoremus et procidamus, etc.* Tobiæ 12.v.22. *Tunc proſtrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum.* Iudith. 4. 9. *Et induerunt ſe Sacerdotes cilicijs, et infantes proſtrauerunt contra faciem templi Domini*, item cap. 7. v.4. *Filij autem Iſrael, vt viderunt multitudinem illorum, proſtrauerunt ſe ſuper terram.* cap. 9. v.1. *Iudith ingreſſa eſt oratorium ſuum: et induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum, et proſternens ſe Domino clamabat ad Dominum, dicens.* Item cap. 10. v.1. lib.2. Machab. cap. 10.v.4. *Quibus geſtis, rogabant Dominum proſtrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent.* Matth.2.v.11. *Et procidentes adorauerunt eum*; cap. 26. v. 39. dicitur de Chriſto: *Et progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam, orans, & dicens.* Marci 5.v.22. *Et venit quidam de archiſynagogis nomine Iairus; & videns eum procidit ad pedes eius*, ſcilicet Chriſti. Iuxta quæ Scripturæ exempla, & documẽta inualuit mos antiquiſsimus proſternendi ſe, procumbendiue in faciem, in ſignum humilitatis, & ſummiſſionis, quem in oratione fundenda potiſſimum vſurpare ſolet Eccleſia, nec non fideles, quando ſe vident aliqua ſæua calamitate, aut mœrore oppreſſos.

De pectoris tunſione.

HVnc ritum percutiendi pectus, intra, vel extra orationem in ſignum animi ſupplicis, ac pœnitentis, primùm à Iudæis vſitatum fuiſſe, clarè demonſtrat, quod habetur Lucæ c. 18. Publicani orantis exemplum: *Et Publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.* Item quod capite 23: narratur: *Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant, quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur.* Cuius ritus cum nulla apud Ethnicos mentio reperiatur, quippè qui ſignum eſt animi peccata agnoſcentis, credentis, ac petentis remiſſionem peccatorum, per cordis contritionem, quæ cognitio, & fides illis defuit; dicendum eſt non aliunde ad primos Chriſtianos, quam ab ipſis Iudæis, qui olim fuerunt populus Dei electus, tranſijſſe, celebrẽque factum fuiſſe, præcipuè quotieſcumque vox, *confiteor*, profertur, vt animaduertit Auguſtinus ſerm. 8. de verbis Domini apud Matthæum; & quoties in oratione Dominica dicitur: *Dimitte nobis debita noſtra*, vt tradit idem Auguſtinus ſerm. 10. in 50. homil.

Eodem ritu in ſuis precationibus Chriſtianos deinceps vſos fuiſſe, author eſt Tertullianus lib. 7. contra Marcionem cap. 18. Gregorius Nazianzenus orat. 15. in plagam grandinis; & Diuus Hieronymus in vita Sancti Hilarionis ait: quod pectus pugnis percutiebat, quaſi cogitationes cæde manus poſſet excludere: idemque Hieronymus grandi ſilice ſolebat pectus tundere. Diuus Auguſtinus, præter loca iam adducta, inſuper enarratione 2. in Pſal.31. & ſuper Pſal.146. ait: *Tu dirige cor tuum: non potes? tu frange, ille dirigat: quomodo tamen franges? quomodo tamen conteres? confitendo,*

puniendo peccata tua : quid aliud ſignificet pectorum tunſio, niſi fortè putamus oſſa noſtra peccaſſe aliquid, cum cadimus, & tundimus pectus? ſed ſignificamus nos cor conterere, vt à Domino dirigatur. Maximus Taurinenſis homil. 13. in quadrageſima: *Rectè*, inquit, *contundes manibus pectus, ſi omnem indè furorem malignę voluntatis excuſſeris:* & Nicolaus I. in reſponſis ad conſulta Bulgarorum, cap. 54. *Hinc etiam pectus percutimus, ſignantes videlicet, quod nequiter egimus, diſplicere nobis, ac ideo antequam Deus feriat, id nos in nobis ipſis ferire, et antequam vltio extrema veniat.* Quæ ſufficiant, pro laudabili, ac pio vſu pectoris tunſionis in Eccleſia Catholica.

De manuum eleuatione.

Hvius ritus inter orandum, leuando nimirum manus in cælũ, plura habentur tum exempla, tum documenta in ſacris litteris Exodi 17. vbi naratur, Moyſe orante, & manus in cælum eleuante, populum Hebræũ inſigni victoria de Amalec potitum fuiſſe. Verba Sacri textus ſunt hæc: *Moyſes autem, et Aaron, & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis. Cumque leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec. Manus autem Moyſi erant graues: ſumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron autem, et Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum eſt, vt manus illius non laſſarentur vſque ad occaſum Solis.*

Quia autem manuum eleuatio dupliciter in adoratione vſurpari poteſt, vno modo eleuando eas iunctas verſus cælum: altero modo expandendo veluti per modum crucis: diſputant inter ſe ſacri interpretes, quo vſus fuerit Moyſes. Caietanus enim docet eum primum vſurpaſſe, colligitque ex eo, quod in textu dicitur, Moyſen habuiſſe virgam in manu, inde enim ſequi

videtur, quod manus ſic hab
uatas, vt inter vtramque vo
teneret. Alij verò exiſtimant
orantem eleuaſſe manus, exp
eas in modum crucis; quæ ſ
mihi eſt probabilior, tùm qu
te ſacro textu, quod Aaron,
ſtentabant manus eius ex vtr
te, vix talis ſuſtẽtatio alteri
neè adaptari poteſt, quam m
penſioni per modum crucis
vix alia dari poteſt ratio, cu
manus eleuante, vincebat
eaſdem demittente, vinceb
credi debeat eum ſemper or
eleuatis, ſiue demiſſis man
quia Deus propter ſignifi
Chriſti eleuati in cruce vol
dere victoriam, vt plures
tres.

Iuſtinus in dialogo cum
Iudeo: *Duos aduentus Chri*
gurate ſub Moſe promulgatu
per ſymbolum eorum, qui in
rebantur, hircorum. Et r
quod Moſes, et Ieſus fecerun
Chriſti myſterium, per figur
nuntiatum. Horum enim
expandens in colle, ad veſpe
manſit manibus ſuſtentatis
lius alterius rei, quam Cru
ſignauit. Alter verò Ieſu n
minatus, alijs in pugna præ
ctoria Iſraeli eſt parta.

Tertullianus lib. aduc
cap. 10. *Iam verò Moyſes,*
tunc tantum, cum Ieſus ad
lech præliabatur, extenſis m
reſidens: quando in rebus t
magis vtique genibus poſiti
cadentibus pectus, et facie h
orationem commendare d
quia illic, vbi nomen Ieſu d
micaturi quandoque aduerſ
Crucis habitus quoque era
per quam Ieſus eſſet vi
turus.

Cyprianus lib. de
Martyrum: *Quod exem*
randi, et permanendi

Exodo, vbi Moſes ad ſuperandum Amalech, qui figuram portabat diaboli, in ſigno, & Sacramento Crucis, adleuabat ſupinas manus. Nec vincere aduerſarium potuit, niſi poſtquam ſtabilis in ſigno, adleuatis iugiter manibus perſeuerauit. Et lib.2. teſtimoniorum aduerſus Iudæos cap. 21. *Hoc ſigno Crucis, & Amalech victus eſt ab Ieſu per Moyſen.*

Gregorius Nazianzenus orat.2. in Paſcha: *Hæc ſi feceris, atque ita Aegypto exceſſeris, mihi crede, nubis columna tibi die, ac nocte, iter præmonſtrabit; aſperitas deſerti miteſcet; mare tibi ſcindetur Pharao aquis obruetur, panis pluuiæ inſtar fluet, petra ſcaturiet, Amalech opprimetur, non armis tantum, ſed etiam expanſis iuſtorum manibus, precationem ſimul, atque inſuperabile Crucis trophæū ſignantibus.*

Gregorius Nyſſenus de vita Moſis: *Quam quidem victoriam, extenſio manuum Moyſi, per quam Crucis myſterium figuratur, præſtitit.*

Hieronymus in epiſt. ad Fabiolam de 42. manſionibus, manſ.11. *Moyſes aſcendit in montem: Ieſus contra Amalech militat; ad Crucis ſignum ſuperatur inimicus.* Et in Abdiam cap. 1. *Legatus, qui ad gentes miſſus eſt, hæc loquitur: Surge qui dormis, et eleuare à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Ac ne forſitan grauis nobis, et inſolita pugna videatur. Me, inquit, habebitis primum in acie:* Ego ero *Archiſtratigos præliorum, qui et Ieſu filio Naue gladium tenens apparui: Et Amalech Crucis meæ vexillo, Moyſe pugnante ſuperaui.*

Auguſtinus lib. 4. de Ciuit. Dei cap.15. & libro 10. cap.8. ait: *Obuios hoſtes, tranſitumque prohibentes, atque præliantes, orante Moyſe, manibuſque eius in figuram Crucis extenſis, nullo Hebræorum cadente fuiſſe proſtratos.* Itē de quinque hæreſibus aduerſus Iudæos.

Chriſoſtomus fusè, hom. de Serpente, quem Moyſes erexit in ſolitudine. Itemque de Trinitate oratione 2. Iſidorus Hiſpalenſis comment. in Exodū cap.25. *Moyſes aſcendit in montem, et Ioſue contra Amalech militat. Tenet virgam Moyſes, brachiaque ſua in modum Crucis extendit: ſicque hoſtis, id eſt diabolus viam cæleſtis patriæ intercludere moliens, ſigno Crucis Dominicæ ſuperatur.* Ioannes Damaſcenus lib. 4. Orthodoxæ fidei cap.12. *Manus cruciformiter extenſæ Amalech repulerunt.*

Quibus omnibus teſtimonijs pluſquam ſatis conſtat de maiori noſtræ ſententiæ probabilitate, nimirū Moyſen Eyodi 17. orantem eleuaſſe manus expandendo eas in modum crucis; quodque in contrarium facit Caietanus argumentum nobis potius, quam ipſi fauet, ſi enim inter vtramque volam virgam tenuiſſet extenſis manibus verſus cælum, non dixiſſet: *Cras ego ſtabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea*, ſed potius in manibus meis, igitur cum vſus fuerit ſingulari, argumentum eſt, cum virgam vna manu in modum crucis extenſa, quaſi imperando tenuiſſe.

Ad eamdem ceremoniam pertinet, quod dicitur lib.3. Regum cap.8. v.38. *Si quis cognouerit plagam cordis ſui, & expanderit manus ſuas in domo hac, exaudies in Cælo.* Item illud Pſalmiſtæ, *Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum*; & Diui Pauli 1. Timot.2. *Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus.* Etſi enim nonnulli hunc locum exponāt de operum deuotione, litteralior tamen ſenſus eſt de manuū exteriorum eleuatione ad excitandam mentis eleuationem, vt ibi docet Sanctus Thomas. De quo ritu loquens Tertullianus in opuſc. de orat. cap.11. & 12. ait: *Atque cum modeſtia, et humilitate adorantes, magis commendamus preces noſtras, ne ipſis quidem manibus ſublimius elatis, ſed temperatè, et probè elatis, ne vultu quidem in audaciam erecto*, &c.

Cum autem vterque modus leuandi in cælum manus inter orandum ſit religioſus; cum tamen, qui fit per earū expenſionem in modum Crucis, magis

eſſe

eſſe proprium Chriſtianorum ibidem tradit idem Tertullianus: Nos verò, inquit, non attollimus tantum,ſed etiã expandimus, & Dominica paſſione modulantes, & orantes confitemur Chriſto, qui dixit: Tota die expandi manus meas.

Congruẽtia huius ritus,vel ceremoniæ fundatur in ipſamet natura eius, talis enim geſtus eſt ſignum animi ſuppliciter petentis à Deo, qui in cœlis habitat,auxilium, ſicut etiam eleuatio oculorum;congruenter ergo inter orãdum,& quotieſcumque aliquid à Deo petimus vſurpari poteſt, accedentibus præſertim in hoc Scripturæ exemplis, ac documentis, vt vidimus.

De capitis detectione.

QVam decens, mulierumque honeſtati conſentaneum eſt, eas operto,ſeu velato capite procedere, maximè quando in Eccleſia conueniunt ad orandum, tam laudabile, ac religioſum eſt ibidem viros aperto capite orare. Vndè Apoſtolus 1. Corinth.11. inter præcepta,de quorum obſeruantia laudat eos, hoc ipsũ habet, vt vir aperto, mulier autem velato debeat orare capite. Indeque talis mos non tantùm apud Corinthũ ſeruatus eſt, ſed & in cæteris Chriſtianorum Eccleſijs,quas Apoſtoli erexerunt, & qui deinceps fuère illorum ſucceſſores, vt teſtatur Tertullianus lib. de velandis virginibus cap. 2. nec non Clemens Alexandrinus lib.2. Pædagogi cap.10.præceptum Apoſtoli de velandis mulieribus ſic interpretantis, vt non tantùm velamine capita operirent, ſed eodem in frontem vſque demiſſo vultum obumbrarent: redarguitque illud veli genus, quod velut aranea tela contextum, vel purpureo colore reuelaret potius, quam velaret pulchritudinem,irritamentumque magis eſſet libidinis, quam tegumentum pudoris, gentilium potius fœminarũ

vſu; quam Chriſto ſeruient
paratum.

Quantum ad huius ritus
tem, cum nulla eius fiat me
teri teſtamento, imo Abul
cap.13. Leuitici quæſt.10. a
rem fuiſſe apud Iudęos, fe
operto capite procedendi
quando à Sacerdotibus pre
bantur, aut ſacrificia fiebant
exemplum Moyſis, quando
videns Deum in Rubo arden
dit faciem ſuam; cum, inqu
ſe habeat; veroſimile eſt, ri
aperto orandi capite, vſqu
ligioſè obſeruatum, ſuam à
ginem traxiſſe; nec non ab
qui in principio naſcentis Ec
tatis ergo in ordine ad Deu
batur, poſtea inualuiſſe con
ab omnibus ferè nationibu
viuentibus vſitatam, vt occu
inuicem ſalutent amicitiæ c
tegendo capita.

Significatio autem huius
propterea, niſi obſtaret pud
communis etiam fœminis eſ
eſt ad proteſtandum coram D
quem ſe illi offerre, vel eius
ſe totum mancipare velle,
illi caput, quod eſt præcipu
luſtrius ſui membrum, & in
nes ſenſus vigent.

De oſculatione.

CVm duo ſint oſculorum
vnum amicitiæ, ac be
tiæ cauſa inuentum, de quo
Apoſtolus Roman.16. v.16.
16. & 2. 13. dum ait: *Salutat*
in oſculo ſancto; vocatque ſanc
ſolùm quia vult illud eſse om
dinis expers, verùm etiam, qu
cris Conuentibus Chriſtiani
bantur, adiuncta ſalutation
Pax tecum; at quia nihil tàm ſa
reperitur,quod diaboli verſutia
minum iniquitas non temerari
obrepente poſtea inter oſcula

ros, aut fœminas libidinis, aut ſcandali periculo, ſublatus eſt huiuſcemodi oſculi vſus; & loco illius in pluribus Eccleſijs alter laudabiliter ſubrogatus eſt, oſculandi ſcilicet tabellam Chriſti imaginem, aut Sanctorum reliquias continentem.

Alterum verò oſculorum genus, ſit reuerentiæ, ac ſummiſſionis ſignum, de iſto agimus in præſenti. Diſtinguntur autem inter ſe, quod prioris generis oſculum ad amicitiam pertinet, poſterioris verò ad adorationem, quæ eſt actus religionis, vbi verſatur circa res ſacras; prius ferè ſemper inter æquales verſetur, & in facie exerceatur; poſterius verò ſit inferioris ad ſuperiorem, proindèque exerceatur in alijs membris, puta manibus, pedibus; & interdum in veſtibus, aut alijs extrinſecis.

Igitur quod ſpectat ad reuerentiæ, & adorationis oſculum; ſiue adorandi modum per oſcula, patet eius antiquitas ex ipſiſmet ſacris litteris, lib. 3. Reg. cap. 19. v. 18 vbi Elias in ſpelunca querens ſe ſolum Domini Prophetam relictum audijt ab eo: *Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, et omne os, quod non adorauit eum oſculans manus*; Item lib. 4. Reg. cap. 4. v. 27. dicitur Sunamitis apprehendiſſe pedes Elizæi, nimirum eos oſculatura in reuerentię ſignum. Eſther cap. 5. Regem Aſsuerum adorauit oſculando ſummitatem ſceptri eius. In nouo Teſtamento, Lucæ cap. 7. v. 45. ait Chriſtus de Magdalena Simoni: *Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos.* & cap. 8. vbi narratur *Iairum cecidiſſe ad pedes Ieſu*, multi id interpretantur de eorumdem oſculo: ſicut, & quod Act. 8. de Cornelio dicitur, eum procidentem ad pedes Petri adoraſse.

Ex quibus Scripturæ locis nedum antiquitas, ſed & ſignificatio huius ritus, ſeu ſecundi generis oſculorum habetur, eo nimirum oſtendi ſummiſſionis, ac reuerentiæ affectum erga aliquem; religioſeque proinde illo adorari poſſe Sanctorum Reliquias, imagines, veſtes ſacras, calices, Sacerdotum manus, Summi Pontificis Pedes, aliaque ſimilia. Quia autem huiuſcemodi adorationis modus per oſculum manus dupliciter fieri poteſt; primo ſi oſculetur manus perſonæ adoratæ, aut veneratę; ſecundo ſi adoratores ſuammet oſculentur manum; de poſteriori videtur intelligendus locus citatus lib. 3. Regum; nec non alius Iobi 31. verſ. 26. vbi negans ſe adoraſſe Solem, & Lunam ait: *Si vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clare; & lætatum in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo*. Qui plura deſiderat de adorationis oſculo, conſulat Cęlium Rodiginum; Durantium lib. 1. de ritibus Eccleſ. cap. 3. Claudium de Sainctes, repetitione 9. de Euchariſtiæ c. 7. De priſco autem oſculandi vſu videri poſſunt Iuſtus Lipſius lib. 2. electorum cap. 6. Muretus lib. 10. variar. lect. cap. 10. Pithæus lib. 10. aduerſar. c. 7.

De feſtis.

AD ceremonias reuerentiales circumſtantiam, ſeu determinationem temporis veluti reſpicientes, quo ſpecialius cultui diuino vacari debet, pertinet dierum feſtorum inſtitutio, & celebratio. Circa quam varij ſunt errores. Primus veterum Ebionitarum docentium Chriſtianos debere ſeruare dies feſtos nouis, & veteris Teſtamenti, id eſt, Sabbathum, & Dominicam, teſte Euſebio lib. 3. hiſt. cap. 27. quem errorem tempore B. Gregorij nonnullos renouaſſe patet ex lib. 11. epiſt. 3. & etiam nunc dicuntur ſeruare Chriſtiani, qui in Aethiopia degunt. Alter error eſt Petrobuſianorum, lib. 3. cap. 5 vitæ S. Bernardi; Vvaldenſium apud Guidonem Carmelitam cap. 17. & Aeneam Siluium hiſt. Bohem. cap. 35. Vvicleſiſtarum apud Thomam Vvaldenſem

denſem tom. 3. tit. 16. cap. 140. Thaboritarum apud Aeneam Siluium epiſ. 130. omnia prorſus feſta abroganda putantium, præter Dominicum, & Paſchalem diem.

Quod ſpectat ad noſtri temporis hæreticos, cum quibus modo potiſſimum agimus, primo conueniunt nobiſcum, nullo modo licere Chriſtianis Sabbathum Iudæorum, aut alias ferias Teſtamenti veteris obſeruare; ſi quidem Sabbathum, erat præcipua ceremonia Iudaica; & præcipua figura veteris Teſtamenti, vt docet Apoſtolus Coloſ. 2. verſ. 16. *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ ſunt vmbra futurorum: corpus autem Chriſti*; Igitur vbi Chriſtus venit, Sabbatum neceſſario finem habuit. Diciturque proinde Exodi 31. *Pactum eſſe ſempiternum, ſignumque perpetuum*, vel ratione ſignificationis, quia nimirum Iudæorum pacta, & ſigna res ſignificabant æternas; vel quia Sabbatum, aliæque nonnullæ Iudæorum ceremoniæ non habuerunt determinatum tempus, ſiue non fuerunt illis imperatæ, vſque ad aliquod definitum tempus; vt cum dicebatur, qui tetigerit mortuum, erit immundus vſque ad veſperam; ſed imperatæ fuerunt ſeruandæ, quouſque Deus vellet, proptereaque in æternum ex parte ipſorum, qui non poterant eas omittere ex arbitrio ſuo: vt rectè explicat Diuus Auguſtinus lib. quæſtionum in Exodum, quæſt. 46. 124. & 139. Vel tandem ceremoniæ Iudaicæ dicuntur æternæ, non ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſolum quia duraturæ, donec perſeueraret ſtatus illius Reipublicę, vt declarat ipſemet Dominus, cum in illarum inſtitutione addit, vobis, aut in generationibus veſtris, aut filijs Iſrael; Exodi 12. *Habebitis autem hunc diem in monumentum, & celebrabitis eum ſolemnem Domino in generationibus veſtris, cultu ſempiterno*; vbi eſt ſermo de Paſchalis Agni immolandi, & comedendi ritu; ſimilia habentur

cap. 28. de Sacerdotio; & ca
Sabbatho.
Secundò nobiſcum aduer
cordant, aliqua eſſe in Eccleſ
celebranda, iuxta tertiũ Dec
ceptum; quod quia partim
fuit, atque à lege naturali de
quatenus abſolutè in eo iub
poſt habitis alijs negotijs t
bus, Dei cultui atque adorat
pus aliquod tribuamus; pa
ceremoniale, quatenus temp
videlicet integra dies Sabba
tur, in quo ab alijs operibus
dum, tum in memoriam bene
tionis; nam Deus mundum
perfecit, & die ſeptimo ab o
uit, Geneſ. 2. tum in figur
toto Sabbato in Sepulchro
poſt abſolutam generis hun
ptionem; indè ſequitur Deu
in lege veteri Sabbatum pr
ſtatutum, in quemuis alium
tuiſſe mutare; eaque ceſſante
alium ſubſtitui in lege Eu
nunquam tamen potuiſſe e
ſiam, in quocunque ſtatu,
feſto. Quod cum in veteri
diuinum præceptum, fuerit
ger ex quauis hebdomada d
rum ſeptimus, ſeu Sabbatum
quoque temporis deſignatio
determinationem, quo ad
gri diei ſpatium, tanquam
æquitati maximè conſonam
mox Apoſtolorum tempore
hactenus ſtudiosè ſeruauit,
quod, ſublato Sabbato, vt
ctante ad Iudaicam legem,
tiles figuras, quibus noua
aſtringitur, imo nec vti deb
periori tomo contra Arme
dimus, eius loco, Dominica
inſtituit; in memoriam mun
die creati, quin & recreati.
ſtum, die Solis, quæ eſt prin
madis, natum, poſtea ex in
die reſurgentem. Quam die
nicam celebrant nobiſcum
nec non earum præcipuam

cam Paſchatis, ſeu reſurrectionis, ſolemneſque dies Natalis, Paſſionis, Aſcenſionis Domini, & Pentecoſtes,

In tribus ergo, aut quatuor diſſentiunt à nobis, ſeu aberrant Lutherani, & Caluiniſtæ. *Primò*, quod, iure diuino non determinante certos dies, quibus Chriſtiani feriari debeant, determinari quidem ab Eccleſia poſſint, id eſt, à Paſtoribus, ſed conſentiente populo. *Secundò*, quod dies determinati ad feriandum, non debeant haberi cæteris ſanctiores, quaſi myſterij aliquid, vel piam ſignificationem continerent: ſed tantum determinati fuerint, diſciplinæ, & ordinis, ac politiæ cauſa, ita vt cum hac determinatione ſimul conſiſtat æqualitas dierum, vndè in hoc nos arguunt, quaſi habeamus diſcrimen dierum more Iudaico. *Tertiò*, quod Eccleſia, prệter Dominicam diem, & aliqua Chriſti Domini feſta, nulla alia Sanctorum inſtituere poſſit. *Quartò*, quod determinatio dierum feſtorum non obliget Chriſtianos in conſcientia, niſi ratione ſcandali, vel contemptus; & in hoc etiam arguunt Catholicos, quod obligent fideles humanis præceptis; contra quos omnes errores, pro explicatione veritatis Catholicæ ſequentes ſtatuemus concluſiones.

Prima concluſio. Eccleſia poteſt inſtituere aliqua feſta, ſeu determinare aliquos dies ad vacandum Deo, independenter à conſenſu populi. Iſta concluſio quo ad primam partem eſt certa, illamque clarè demonſtrat, quàm Apoſtoli fecere ſubſtitutionem diei Dominicæ loco Sabbati; pro vt etiam fatentur aduerſarij, in hoc ſolum errantes, quod putant neceſſarium vniuerſaliter populi conſenſum. Chriſtus enim, vt dicetur infra, poteſtatem gubernandæ Eccleſiæ, legeſque in ea ferendi non tribuit Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus cum ea conditione, ſi populus conſentiret, ſed ſimpliciter. Vnde ſi quando aliqua feſta ab Eccleſia vniuerſali, ſeu Supremo eius Paſtore Romano Pontifice inſtituta, alicubi non obſeruantur, non eſt, quia in hoc pendeat à conſenſu populi, ſed prouenit ex eius tolerantia, aut quia non intendit obligare populos ad talia feſta, niſi ipſi velint, eaque recipiant. Suarez tamen lib. 2. de relig. cap. 11. alijque plures ab eo citati nedum Cleri, ſed etiam populi conſenſum requirendum eſſe putant, vbi Epiſcopi particularia feſta inſtituere volunt.

Secunda concluſio. Feſta Chriſtianorum non ſolum ratione ordinis, & politiæ, verum etiam ratione myſterij, ſeu myſticæ ſignificationis celebrãtur, ſuntque dies feſti verè alijs ſanctiores, & pars quædam diuini cultus. Iſta etiam concluſio eſt certiſſima contra hæreticos. Primaque eius ratio deſumitur ex Scriptura. Obſeruatio enim feſtorum, quæ præcipitur Exodi 20. ita eſt præceptum ceremoniale, quo ad determinationem diei Sabbati, vt tamen abſolutè ſit naturale, & ad nos etiam pertinens, vt concedunt aduerſarij, alioqui in Decalogo, primaque eius tabula poſitum à Deo non fuiſſet; Ergo etiam habere debemus aliquos dies feſtos, quorum obſeruatio ſit quædam pars diuini cultus, quique conſequenter alijs ſint ſanctiores; quia licet determinatio huius, aut illius diei, feſti ſit facta ab Eccleſia, pertineatque ſolum ad ius Eccleſiaſticum, nihilominus ipſa feſti ſubſtantia imperata eſt à Deo in prima tabula: ideoque abſolutè non poteſt non eſſe eius obſeruatio cultus Dei.

Secundò probatur authoritate Patrum, dies feſtos vocantium, ſanctos, ſacros, myſticos, nec non docentium, eos prệ cæteris eſſe religiosè colendos, & inter eoſdem, vnum eſſe alio maiorem. Ambroſius enim ait ſerm. 62. *Dominica nobis venerabilis eſt, atque ſolemnis:* Auguſtinus præfatione in epiſt. Ioann. *Quia nunc interpoſita eſt ſolemnitas Sanctorum dierum* &c. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 30. *Dies Dominicus Chriſti reſurrectione ſacratus* *eſt*;

eſt; lib. 20. contra Fauſtum cap. 21. *Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat.* Et ſerm. 251. *Dominicum diem Apoſtoli religioſa ſolemnitate habendum ſanxerunt.* Quibus Græci ſuffragantur Patres, Ignatius vocans in epiſt. ad Magneſianos diem Dominicam, diem regalem, & eminentiſſimum omnium dierum; Nazianzenus orat. 2. de Paſcha, dicens illud eſſe feſtum feſtorum, & celebritatem; Chryſoſtomus homil. de Sancto Philogonio, appellans diem natalem Chriſti feſtum maximum, & feſtorum metropolim. Ex his enim, & alijs ſimilibus, quæ paſſim obuia ſunt in Patribus, clarè colligitur feſta non ſolum coli à Chriſtianis ratione ordinis, & politiæ, verum etiam ratione myſterij, nec conſequenter omnes dies eſſe æquales, ſed feſtos, alijs ſanctiores, & inter feſtos, eos, qui maiori alicui fidei noſtræ myſterio recolendo ſunt dedicati. Nam ſi tantùm ratione ordinis diſtinguerentur omnes dies feſti, tam inter ſe, quam ab alijs, cum vna eſſet ratio celebritatis omnium, omnes dies eſſent ęquales, omniaque feſta æqualia, cuius oppoſitum docent Patres locis ſtatim citatis.

Tertiò probatur ex die Dominico, quem tàm hæretici, quàm nos celebramus; at certum eſt diem illum, teſte Auguſtino epiſt. 119. celebrari in memoriam Dominicæ Reſurrectionis, præfigurareque ex eodem lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 30. vitam beatam; non ſolum igitur ratione ordinis, & politiæ, feſta celebrantur, verum etiam ratione myſticæ ſignificationis.

Tertiò id ipſum probatur ex ſolemnibus diebus Natalis, Paſſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis Domini, & Pentecoſtes, quos de Apoſtolica traditione deſcendere, & in tota Eccleſia ſeruari docet idem Auguſtinus epiſt. 118. & 119. Nam certum eſt, hos dies, quos etiam colunt aduerſarij, non ſeruari, aut celebrari ratione ordinis, & politiæ, ſed ratione ſignificationis, vt

patet ex eorumdem nominibus,
enim vocantur dies Natalis, Paſſio
&c. ſi nihil ſacrum ſignificant; tum
eo, quod docent Patres, feſta iſta
lebrari ad ſignificanda myſteria re
ptionis humanæ, eaque externo
repræſentanda; tum ex eo, quod
Chriſtus naſcens conſecrauit locu
id eſt, Præſepe, moriens crucem
reſurgens ſepulchrum, credendum
eum non minus conſecraſſe temp
ſeu dies illos, quibus natus, vel pa
vel redditus fuit nobis deuicta cru
glorioſuſque aſcendit ad cælos: t
denique quia ſi ſolum ratione ord
& politiæ ſeruarentur, temere co
tuti fuiſſent; quis enim iſte ordo,
politia, vt inter diem paſſionis, &
ſurrectionis non ſit niſi vnus dies
dius; inter reſurrectionis, & aſce
nis ſint quadraginta? inter Aſce
nis, & Pentecoſtes ſint decem,
Pentecoſten, & Natale, ſint pluſq
ſex menſes: potiſſimum ergo rati
myſticæ ſignificationis, tum autem
tione politiæ, ſeu diſciplinæ Ecc
ſticæ in illa fundatæ, feſta à Chr
nis celebrantur, ſuntque proinde
feſti verè alijs ſanctiores, & inter
vnus etiam alio ſacratior.

Contra hanc veritatem, aduе
nonnulla obijciunt loca Diui P
Rom. 14. *Alius iudicat diem inter*
alius iudicat omnem diem; id eſt,
putat vnum diem eſſe ſanctum,
prophanum, alius verò omnes
putat eſſe æquales. Ad Galatas 4.
obſeruatis, & menſes, & annos, time
ne fruſtra laborauerim in vobis.
Coloſſ. 2. *Nemo vos iudicet in cib*
in potu, aut in parte diei feſti.

Reſpondetur varias eſſe horu
corum interpretationes, quarum
nulla fauet aduerſarijs.

Primum enim Origenes, A
ſius, Oecumenius, Primaſius,
communiter exponunt de ieiuni
de feſtis: ita vt, dum dicitur,
iudicat diem inter diem, alius
omnem diem, ſenſus ſit, aliqui ie
cen

ıs, vt feria IV. V. & VI. vel
lij ieiunant omni die, &
è agunt. Sed eſto, quod ibi
oquatur de feſtis Iudæorũ,
ronymus lib. 2. contra Io-
nihil iuuat aduerſarios, lo-
lo de feſtis Iudæorum tan-
ıtem Chriſtianorum; nam
ıdicabat diem inter diem,
t ad feſta Chriſtianorum.
ıbat Pentecoſten, vt dicitur
onſequenter etiam Paſcha;
ohanio hæreſi 75. ſine Paſ-
ſit Pentecoſtes.

oci ex epiſt. ad Galat. duæ
expoſitiones. Prima, non
onem de obſeruatione fe-
de obſeruatione vana, &
Gentilium, qui dicebant,
aggrediar, quia talis eſt
ꝛum; hoc anno non plan-
, quia biſſextus eſt. Alte-
n Græcorum, nec non
& Auguſtini in hunc locũ,
Paulum agere de feſtis Iu.
ıe reprobare diſcrimen
ege Iudaica inductum.
reſpondetur ad tertium
ſt. ad Coloſſ.

ıis inſtet, Apoſtolum qui.
riè Iudaizantes arguere,
ım illos, qui eodem mo-
& dies obſeruant; ſicut
i facimus; qui non ſu-
ruationem certorum die-
ım mutauimus.

ctur ad hanc inſtantiam
ım eſſe, quod Catholici
tempora, & dies obſer-
i, qui ſeruiliter ea obſer-
autem ſpiritualiter, vt nos
æ eſt reſponſio Diui Au-
ra Adimantum cap. 16.
ea ſeruiliter obſeruabant,
tes ad quarum rerum ſigni-
ranuntiationes pertinerent:
ıt Apoſtolus, et in omnibus,
reaturæ potius, quam Crea-
uoque et Dominicum diẽ, et
iter celebramus, et quasli-
bet alias Chriſtianas dierum feſtiuitates;
ſed quia intelligimus quo pertineant, non
tempora obſeruamus, ſed quæ illis ſigni-
ficantur temporibus. Quibus certè ver-
bis nihil præclarius dici poteſt pro ve-
ritate noſtræ concluſionis.

Secundò reſponderi poteſt, magnum
verſari diſcrimen inter noſtra, & Iu-
dæorum feſta; illa enim in primis poſt
Chriſti aduentum falſam habent ſi-
gnificationem, noſtra autem veram.
Deinde illorum finis veluti primarius
erat ſignificare futura, vt habetur Co-
loſſ. 2. noſtrorum autem finis prima-
rius eſt diuina recolere beneficia, pro-
pter quæ feſta ſingula inſtituta ſunt.
Demum, cum ſumma præcepti in illis
eſſet non operari corporaliter; in no-
ſtris potiſſima pars eſt, intereſſe diuino
ſacrificio; adeo vt vacare ab opere cor-
porali, nobis præcipiatur, ne diſtraha-
mur à Dei laudibus.

Quibus ſolutionibus, minuſque ve-
ritati noſtræ concluſionis, non repu-
gnant, quas in prefatum locum adhi-
bet Hieronymus, dum ait *Primò*, Ne
ordinata congregatio populi fidem
minueret in Chriſtum, propterea dies
aliquos conſtitutos eſſe, vt in vnum
omnes pariter veneremur. Non quo
celebrior ſit dies illa, qua conueni-
mus; ſed quo quacumque die conue-
niendum ſit, ex conſpectu mutuo læ-
titia maior oriatur. *Secundò*, Chriſtia-
nis omnes dies eſſe æquales, ſed pro-
pter ſæculares oportuiſſe conſtituere
aliquos dies, quibus conuenirent ad
Eccleſiam. In primo enim dicto, ſeu
ſolutione duas reddit cauſas feſtorum
Chriſtianorum. Vnam, vt Chriſti re-
ſurrectionem honoremus, aliaque eius
myſteria, qua ex parte negari non po-
teſt, quin ſit dies celebrior Paſchatis,
quam alij dies. Alteram, vt habea-
mus certum diem ratione ordinis, ſeu
politiæ; & quantum ad iſtam præcisè
cauſam libenter admittimus non eſſe
vnam diem altera celebriorem; imo ex
hoc, quod res ita ſe habeat, & ex alia
parte, Patres ſuperius citati conſtanter
aſſe-

aſſerant, vnum etiam feſtum eſſe alio maius, ac celebrius, probauimus feſta Chriſtianorum non ſolum ratione ordinis, & politiæ, ſed etiam ratione myſterij celebrari. In ſecundo autem dicto, vel ſolutione, cum ait Hieronymus, Chriſtianis eſſe dies omnes ęquales, non loquitur ſimpliciter, & quoad omnia, ſed ſolum quo ad eſſentialia feſti, & hoc ſeclu ſa Eccleſiæ lege, nam, vt ipſe ibi ait, poteſt Chriſtianus quotidie habere Paſcha, & Pentecoſten, et diem Dominicum; ſi nimirum quotidie diuino interſit Miſſæ ſacrificio, cōmunicet corpori Domini; meditetur diuina myſteria, & omiſſis operibus ſeruilibus totus Deo vacet. Quod Iudæi facere non poterant, non enim eis licebat quotidie immolare Agnum Paſchalem, vel erigere tabernacula, & cætera id genus. Cœterum cum dicta æqualitate deuotionis ſingulis diebus, ſtat inter Chriſtianos eorumdem inæqualitas, tum ex præcepto Eccleſiæ determinantis aliquos feſtos, tum ex ſignificatione, & repræſentatione myſteriorum, in quibus fundatur talis determinatio ſeu deſignatio.

Tertia concluſio. Poteſt etiam Eccleſia feſta inſtituere in honorem Beatiſſimæ Virginis, & aliorum Sanctorū; iſta concluſio eſt certa contra hęreticos: patetque primò ex dictis ſupra de inuocatione ipſorum, nec non de templorum exædificatione; eadem enim ratione, qua, abſque vlla ſuperſtitione, vel idololatriæ nota, oſtendimus Sanctos licitè inuocari poſſe, iiſdemque Baſilicas, aut ſacras domos conſtrui; poſſunt quoque in honorem eorumdem feſtos dies ab Eccleſia inſtitui.

Secundò probatur vſu Eccleſiæ, ab Apoſtolis proculdubio accepto, quo iuxta communem Sanctorum Patrum conſenſum, ac teſtimonium, ab eius exordio aliqua in honorem Sanctorum feſta inſtituta fuerunt. Clemens Romanus lib. 8. conſtitut. Apoſtolic. cap. 33. *In diebus*, inquit, *Apoſtolorum vacent: magiſtri enim veſtri fuerunt, ad docendum vos de Chriſto, vobiſque Spiritum Sanctum dederunt. In die Stephani Protomartyris item vacent, ac reliquis diebus Sanctorum Martyrum, qui Chriſtum vita ſua antepoſuerunt.* Eccleſia Smyrnenſis epiſt. ad Ponti Eccleſias, apud Euſebium lib. 4. cap. 15. ait; agendo de S. Policarpo. *Dominus praſtabit, vt celebremus eius martyrij diem inſtar natalis feſti* &c. Origenes homil. 3. in diuerſos: *Innocentum memoria ſemper, vt dignum eſt celebratur in Eccleſijs, ſecundum integrum ordinem Sāctorum, vt primorum Martyrum pro Chriſto occiſorum.* Euſebius Alexandrinus homil. de Sanctis colendis: *Ob hanc cauſam pracepit nobis memorias Sanctorum celebrare, vt acceptis hymnis, & auditis laudibus, benignum Deum exorent, vt preces noſtras caducas admittat.* Euſebius lib. 4. vitæ Conſtantini cap. 23. *Etiam ad ipſos gentium Præfectos Imperatoris nutu, & voluntate edictum perlatum eſt, vt illi perinde Dominicum diem venerarentur. Iiſdem conſecratos Martyribus dies honore proſequebantur, & feſtorum ſolemnitates in Eccleſijs celebrabant.* Patres Synodi Gangrenſis can. 20. & Laodicenſis can. 31. meminerunt celebritatis SS. Martyrum. Baſilius orat. in Iulittam Martyrem; *Hanc diem*, inquit, *vobis indiximus celebriter agendum* &c. item orat. in 40. Martyres; & in Gordium Martyrem. Gregorius Nazianzenus orat. 3. quę eſt inuectiua 1. in Iulianū: *Non victimas pro Chriſto cęſas veritus es? nec magnos pugiles extimuiſti Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam &c. quibus praclari honores, et feſta ſunt conſtituta, à quibus dæmones propelluntur, et morbi curantur,* item orat. 22. in laudem Machabæorum; & orat. 32. in præſentia 150. Epiſcoporum. Gregorius Nyſſenus orat. in Theodorum Martyrem: *Etſi anniuerſarijs ferijs hunc diem celebramus: at nunquam ceſſat ſtudioſè aduenientium multitudo*; & orat. in Gregorium

iraculorum opificem. Necta-
ſtantinopolitanus narratione,
quam cauſam in primo Sab-
ctorum ieiuniorum celebra-
noriam S. Theodori Martyris
oannes Chryſoſtom. orat. de
gonio: *B. Philogonij dies, cu-*
memoriam celebramus &c. ho-
ad populum Antiochenum;
Martyribus; homilia in S. Pe-
in Natiuitate Ioannis Bapti-
rillus Alexandrinus oratione
ni Euangeliſtæ ſacro Epheſi
ozomenus lib. 2. hiſt. cap. 16.
ie feſto quotannis celebrari
lexandriæ in honorem Petri
Ciuitatis Epiſcopi & lib. 3.
le die feſto S. Hilarionis in
Palęſtinę monaſterio, quo ali-
reliquiæ deportatæ fuerant.
etus lib. 8. Græcarum affe-
: *Nos ſæpe numero dies feſtos*
n Martyrum peragimus; & lib.
ap. 14. refert, Iuuentinum, &
num Martyres, ad ſua vſque
quotannis Antiochiæ feſto
ionorificè celebratos fuiſſe.
quoque poſteriorum Patrum
n libri eiuſdem veritatis ple-
ſtimonijs.
ipſum antiquum Eccleſiæ
ebrandi feſta Sanctorum te-
mnes etiam Patres Latini,
s lib. 3. epiſt. 6. & lib. 4. epiſ.
erino, & cœteris Martyribus;
inquit, *pro ijs ſemper, vt me-*
fferimus, quoties Martyrũ paſ-
ies anniuerſaria commemora-
ramus. Ambroſius lib. 1. de
is, vbi de feſto S. Agnetis;
de feſto SS. Apoſt. Petri, &
m. 63. in natali S. Ioannis
67. in natali SS. Apoſt. Petri,
71. de natali S. Laurentij, &
ncti Cypriani feſtiuitate. Da-
Hymno de S. Agatha; Prudẽ-
rijs hymnis, præſertim 5.
entio, 11. de S. Hyppolito;
ſione Petri, & Pauli. Hiero-
iſt. 19. ad Euſtochium: *Fe-*

ſtus eſt dies, et natalis B. Petri, feſtiuius
eſt ſolito condiendus &c. & in cap. 4.
epiſt. ad Galat. *Dicet aliquis: Si dies*
obſeruare non licet, et menſes, et tempo-
ra, et annos, nos quoque ſimile crimen
incurrimus, quartam Sabbati obſeruan-
tes, et Paraſceuem, et diem Dominicam,
et pro varietate regionum diuerſa in ho-
norem Martyrum tempora conſtituta. Ad
quod ſimpliciter reſpondemus, non eoſdem
Iudaicæ obſeruationis dies eſſe, quos no-
ſtros &c. Patres Concilij Carthaginen-
ſis III. cap. 47. *Liceat etiam legi paſſio-*
nes Martyrum, cum anniuerſarij dies eo-
rum celebrantur. Auguſtinus lib. 20.
contra Fauſtum cap. 21. *Populus Chri-*
ſtianus memorias Martyrum religioſa ſo-
lemnitate concelebrat, et ad excitandam
imitationem, et vt meritis eorum conſo-
cietur, atque orationibus adiuuetur: ita
tamen, vt nulli Martyrum, ſed ipſi Deo
Martyrum, quamuis, in memorias Mar-
tyrum, conſtituamus altaria. Et in Pſalm.
63. *Paſſionis Sanctorum Martyrum diem*
hodie feſtum habentes, in eorum recorda-
tione gaudeamus, recolentes quid patie-
bantur, et intelligentes quid intuebantur
&c. Item in Pſalm. 88. conc. 2. ſerm.
21. de Sanctis, qui eſt ſermo 2. de S.
Ioanne Baptiſta; & ſerm. 47. de San-
ctis. Maximus Taurinenſis homil. de
Martyribus Taurinis, & in feſto Sancti
Laurentij. Petrus Chriſologus ſermo.
129. in D. Cyprianum Martyrem; &
135. in D. Laurentium. Hilarius Are-
latenſis in vita S. Geneſij. Leo Ma-
gnus ſerm. 1 in Natali Apoſtolorum
Petri, & Pauli, cap. 1. & in Natiuita-
te Sanctorum ſeptem Fratrum Marty-
rum Machabæorum cap. 1. Eucherius
Lugdunenſis in Natali S. Geneſij: *Ho-*
die natale S. Geneſij celebramus, et meri-
tum &c. Fulgentius ſerm. de S. Ste-
phano Protomartyre; & de S. Cypria-
no Martyre. Vigilius Papa epiſt. 1.
cap. 5. *Quoties Sanctorum Dei fuerit*
agenda feſtiuitas, ſingula capitula diebus
apta coniungimus, quibus comemoratio-
nem eorum, quorum natalitia celebra-
mus, proſequimur. Et ſic, qui deinceps
ſecuti

ſecuti ſunt omnes Patres Latini.

Quamuis ergo libenter admittamus nonnulla feſta eſſe recentia, quandoquidem etiam ſæpe ſunt recentia Dei beneficia, propter quæ feſta inſtituuntur; priuſque cæpiſſe celebrari feſta Martyrum, quam Confeſſorum; & aliqua etiam feſta Beatiſſimæ Virginis recentia eſſe; nihilominus feſta Sanctorum antiquiſſima eſſe; talemque honorem eſſe cultum duliæ, non latriæ, & proinde religionis quidem cultum, ſed religionis, non vt eſt nomen ſpecialis virtutis, quæ hominem erga Dei cultum benè diſponit, ſed vt eſt nomen generale, ſufficienter patet ex dictis. Nonnullique etiam aduerſariorum, rei veritate conuicti, id ipſum fatentur. In Synodo enim Londinenſi can. 13. præcipitur, omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcunque ſint cõditionis in Eccleſia Anglicana debere deinceps celebrare, & obſeruare diem Dominicum, nec non alia feſta, iuxta Dei voluntatem, & Eccleſiæ Anglicanæ ad hunc effectum congregatæ ordinationem. Sereniſſimus autem Rex Iacobus in ſua ad Cardinalem Perronium reſponſione ait, multum ſibi placere, quod in Eccleſia Anglicana ſingulis annis certi celebrarentur dies in memoriam Beatiſsimæ Virginis. Idem in ſuo ad Principes Chriſtianos monito proteſtatur ſuam Eccleſiam celebrare eorum omnium feſta, quos Scriptura Sanctorum numero aſcribit, nec non feſta Apoſtolorum.

Ratio autem huius piæ inſtitutionis ſiue extenſionis feſtorum, in memoriã, vel honorem Sanctorum fundatur in hoc, quod feſti dies rectè inſtituuntur ad recolenda diuina beneficia, vt conſtat, ex diuinis ſcripturis, de feſto Sabbati, item de feſto Sortium apud Iudæos propter liberationem ipſorum tempore Heſter, de alio feſto ob victoriam Iudithæ, de feſtis dedicationũ tempore Salomonis, Eſdræ, & Machabæorum: inter Chriſtianos autem de feſtis Domini: Vnde Auguſtinus lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 4. ait: *Beneficiorum Dei, ſolemnitatibus, feſtis, & diebus ſtatutis dicamus ſacramuſque memoriam, ne volumine temporum ingrata ſubrepat obliuio*. Sed non eſt paruum Dei beneficium beata alicuius Sancti conſummatio, & præſertim per martyrium: inde enim datur toti Eccleſiæ militanti exemplum fortitudinis, & vnus nouus apud Deum patronus: datur etiam toti Eccleſiæ triumphanti nouum gaudium de acceſſione vnius ciuis: ac demum tunc agitur nouus, atque perfectus de diabolo triumphus. Non eſt igitur, cur Eccleſia piè, ac laudabiliter non poſſit aliqua in honorem Sanctorum feſta inſtituere.

Deinde, ſi prophanos inter homines, feſta celebrantur ob diem natalem Principum, item ob aſſumptionem alicuius, ad ſummam aliquam dignitatem; ob reportatam victoriam, aliaque ſimilia; profectò his omnibus eminentiori modo concurrentibus in felici, & pretioſa morte Sanctorum, cum enim moriuntur, verè naſcuntur, & naſcuntur Principes cœleſtes, vnde ab Eccl ſiá eorum obitus natalitia vocantur: item tunc ad ſummam eucheuntur dignitatem, quæ hominibus conferri poſſit, nimirum, ad æternam beatitudinem, perfecta de mundo, carne, & diabolo relata victoria; potiori iure feſta in honorem ipſorum inſtitui, ſicut & templa dicari poſſunt.

Quarta concluſio. Obſeruatio certorum dierum feſtorum rectè in Eccleſia præcipitur lege conſcientiam obligante, etiam citra ſcandalum, & contemptum. Iſta concluſio eſt certa contra hæreticos huius temporis. Etſi enim admitteremus, Eccleſiæ Prælatos poſſe contra prudentiam errare in nimia feſtorum, ſicut & aliarum legum multiplicatione, quod non pertinet ad inferiores iudicare; nihilominus ad fidem ſpectat, eos poſſe ferre leges Eccleſiaſticas, eorumq; præcepta obligare in conſcientia, vt infra ſuo dicetur loco, agendo de diuerſitate ſtatuum.

Ante-

iam autem probetur conclu-
nendum eſt lege feſtorum
ipi; quorum vnum negati-
prohibitiuum eſt, videlicet,
die feſto, qui incipit, vel à
ctis vſque ad alterius noctis
vel à veſpera ad alteram ve-
xta diuerſam regionum con-
n, ſeruilia opera non exer-
uius præcepti meminerunt
b. 8. conſtit. cap. 39. Hie-
n epiſt. ad Euſtoch. S. Au-
rm. 215. & 251. Innocen-
. ad Decentium cap. 24.
item eſt affirmatiuum, vt
les, vſum rationis habentes,
Miſſam cum attentione au-
itur ex c. ſi quis etiam. c.
les, c. Miſſas, de conſecra-
Clemente Romano lib. 7.
cap. 31. Iuſtino Martyre
. pro Chriſtianis in fine;
ſerm. 251. nec non ex Ec-
. Quorum vtrumque re-
orum obſeruationem ad-
oque fatentur; & ſi enim
iſſam, quatenus ſacrificium
concedunt die feſto opor-
ire ad Eccleſiam, & inte-
io ſacræ cænæ. Vnde nunc
dendum eſt dari in Eccle-
m præcipiendi huiuſmodi
ſeruationem, ſeu conden.
orum legem in conſcien-
ntem.

obatio deſumitur ex praxi
a ſemper feſta cum impe-
ec vllus vnquam fuit prę-
s, qui eiuſmodi præcepta
rit. Ita Concilium Gene-
. 8. qui non eſt ex Trul-
ominica iubet audiri ſa-
la corporalia opera fieri
uæ ad victum neceſſaria
ſimiliter neceſſaria. Ex
us, Laodicenum ante
c. 29. Agathenſe cap. 47.
nſe III. cap. 27. ante mil-
ntiſiodorenſe cap. 16. an-
. Matiſconenſe cap. 1. & Moguntinum can. 36. & 37. ante annos 700, aliaque plura extrauag. de ferijs citata.

Secundò, iure naturali, & diuino pręcipitur, vt aliqui dies feſti obſeruentur, & tamen in lege Euangelica nulli ſunt certi dies à iure diuino determinati, ſicut erat dies Sabbati in lege veteri, vt concedunt aduerſarij: debuit ergo eſſe in Eccleſia poteſtas determinandi certos dies, & obligandi fideles ad eorum obſeruationem; tum quia alioqui non ſeruaretur ius diuinum, ſi enim determinatio Eccleſiæ non obligat, poterunt fideles non ſeruare diem Dominicum, nec Paſcha, nec alia feſta indicta, ac proinde nulla; ſi quidem nulla alia feſta ſunt, quę ſeruari poſſint: tum quia feſta debent eſſe toti Eccleſię communia, nulla autem eſſe poſſunt talia, niſi quæ indicantur à publica poteſtate, quam, ſi res æque iudicentur, ad nullum alium, quam ad Eccleſiam ſpectare dicendum eſt, quæ eſt columna veritatis, quæque in rebus ſacris, & Eccleſiaſticis promiſſam habet Spiritus Sancti aſſiſtentiam.

Tertiò, præcipua ratio, ſeu cauſa cur credant aduerſarij non licere Eccleſiæ obligare fideles ad feſtorum legem, aut alias, eſt, quia Deus hæc feſta in particulari non præcepit; ſed iſta ratio nulla eſt, ſi quidem, vt maneamus intra feſtorum terminos, aliqua legimus in veteri teſtamento fuiſſe inſtituta, & ſeruari iuſſa, quæ Deus non præceperat, vt feſtum Sortium Eſter. 9. de quo dicitur: *Non liceat hos duos dies abſque ſolemnitate tranſigere*. Idem ergo licebit Eccleſiæ in ſtatu legis Euangelicę; ita vt, licet feſtorum dierum cultus ſit ex ſe indifferens, tamen poſita lege ſit neceſſarius, vt in pluribus alijs contingit. Et certe, ſi ex propria aduerſariorum confeſſione, Molinæi præſertim, ſect. 136. magnæ inter eos exiſtimationis, poteſtatibus ſublimioribus, etiam propter conſcientiam, ſubditi eſſe debemus; iuxta Apoſto-

Apoſtoli documentum Rom. 13. v. 1. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſuddita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt*. Inde euidenter ſequitur Eccleſiam, quæ omnium maximam poſt Chriſtum habet authoritatem, multa poſſe præcipere ſub pœna etiam peccati. Eoque magis, quo præfatus miniſter agnoſcit, ipſorum confeſſionem fidei non eo tendere, vt iugum excutiat legum Eccleſiæ Dei, ſed tantum Eccleſiæ Papiſticæ; tali enim modo loquendi ſatis ſignificat veram Eccleſiam, quam putant eſſe ſuam, licet falſo, poſſe condere leges in conſcientia obligantes, atque adeo poſſe præcipere ſub peccato feſtorum obſeruationem.

Inſuper ad hominem, ferente expreſſis verbis eorumdem diſciplina cap. 10. art. 2. cenſuris obnoxios fore, qui, dum cantantur Pſalmi, caput non diſcooperuerint, tam in principio, quàm in fine prædicationis, dumque etiam celebrantur Sacramenta; tanquam certum ſupponunt tales peccare violando Eccleſiæ ipſorum ordinationem, & eam conſequenter poſſe aliquid ſub pœna peccati iubere; quandoquidem cenſuræ infligi non debent, niſi contra illos, qui in aliquo peccato contumaces fuerint. At ſi Eccleſia ſub cenſuris præcipere poteſt, diſcooperiendum eſſe caput, dum canuntur Pſalmi; quo magis ad gloriam Dei conducit feſtorum obſeruatio, poterit & illam ſub eadem pęna ordinare.

Similiter in Synodo Londinenſi can. 4. ſtatuitur, vt miniſtri populo ſolemniter annuntient dies feſtos, quorum habetur catalogus in principio Liturgiæ Londinenſis, ſub pęna ſuſpenſionis per tres annos. At quis non videat, talem haud poſſe imponi pœnam, ſi nulla ſit in non obſeruandis feſtis culpa, aut ſuą ill ą non poſſit ab Eccleſia præcipi eorum obſeruatio.

Porro Doctores Catholici vnanimiter docent, pręceptum hoc, tam quo ad primam partem abſtinendi ab operibus ſeruilibus; quam quoad alterã audiendi Miſſam obligare ſub peccato mortali; niſi iuſtæ obſtent cauſæ, quas examinare modo non vacat, nec eſt noſtro inſtituto neceſſarium.

Quod obijciunt aduerſarij, plura eſſe feſta Chriſtianorum, quam olim Iudęorum, atque adeo, ſi eorum obſeruatio ad peccatum obliget, intolerabilius eſſe iugũ Chriſtianorum, quã fuerit Iudæorum, de quo tamen Petrus ait Act. 15. *Nec nos, nec Patres noſtri portare potuimus*. Hæc, inquam, obiectio nullius eſt momenti, ſed hominum pro ſua irreligioſitate fingentium laborem in præcepto; quis enim labor audire ſacrum, & vacare à quibuſdam operibus; etiamſi nos plura feſta haberemus, quam Iudæi habuerint; quorum etiam iugum Petrus non vocauit intolerabile, propter feſta, ſed propter alias innumeras, & minutiſſimas ceremonias, quas vix memoria retinere, multoque minus obſeruare poterant. Sed eſto comparatione tantum facta inter noſtra, & eorum feſta, plura eſſent noſtra, non ſequitur propterea noſtrum in hoc iugum intolerabilius eſſe: Primò, quia, vt ait Auguſtinus lib. contra Adimantum cap. 16. ſeruare feſta Iudaicè fuit quidem iugum graue, non autem more Chriſtiano, cum illi non intelligerent finem vacationis, quem nos intelligimus. Secundò, quia cogebantur Iudæi ſingulis Sabbatis non accendere ignem, non coquere cibos, non iter facere, niſi ad modicũ ſpatium. Inſuper oportebat eos ter in anno ad quędã feſta in Hieruſalem pergere, etiamſi longiſſime abeſſent; nec non in Paſchate per dies ſeptem comedere azyma inſipida, qui Deuter. 16. ideo vocatur panis afflictionis, & lactucas agreſtes plenas amaritudine, aliaque multa præſtare, quæ feſta eorum oneroſa reddebant.

Quibus

mnibus carent Chriſtiani ſa-
es præcepto Eccleſiæ obſer-
a ſacrum in illis audiendo, &
quibuſdam operibus.
utem longum eſſet de ſingu-
feſtis, eorumque inſtitutioni
ſunt conſuli qui illorum hi-
nſcripſere, præſertim Cardi-
nius in ſuis Annalibus. Solũ
er animaduerto, plures olim
ntias, graueſque controuer-
lie celebrandũ eſſet Paſcha,
ncilium Nicenum poſt quę
fide contra Arium nihil pu-
dignum accurata diſcuſſio-
nitione, quam de die Paſchæ;
nueniendum tres conſtituit
Eccleſia vſque modo ſerua-
quas Paſcha non poteſt ce-
22. Martij, quia æquino-
er cadit in diem 21. Mar-
es 22. ſi ſit dies Dominica,
em incidat luna 14. Eccleſia
Paſcha, ſed transfert in Do-
quentem, ne cum Iudæis in
Paſchate conueniat; quan-
nos Chriſtiani Paſcha non
ex obſeruatione legis Mo-
in memoriam Chriſti, qui
14. reſurrexit. Quare ter-
quos Paſchalis ſolemni-
oteſt, ſunt à 22. Martij,
. Aprilis incluſiuè. Con-
poteſt, vt luna 14. pri-
adat in diem 18. Aprilis,
minica ſit, Paſcha in eo
rabitur, ob rationem
dictam; ſed transfer-
n ſequentem Do-
ninicam, quæ
erit dies 25.
Aprilis.
†

De Templis, aut Baſilicis.

AD ceremonias reuerentiales, circumſtantiam loci veluti reſpiciẽtes, pertinet templorum, vel Baſilicarum conſtructio, de quibus ſufficiunt ſuperius dicta, tanquam de loco, vbi & decentius, & vtilius Deo funduntur preces, nunc breuiter agendum de peregrinationibus ad illa, aliaque ſacra loca.

De Peregrinationibus.

INter ceremonias, ſeu ritus Eccleſiæ reuerentiales, circumſtantiam loci reſpicientes, debent etiam reponi peregrinationes ad templa, aliaque ſacra loca; quas etſi Caluinus lib. 4. inſtit. c. 13. §. 7. non ſolum inanes, verum etiam plenas manifeſta impietate eſſe dicat, non alia ratione, quam communi ſuo axiomate, quod omnis voluntarius cultus Deo diſpliceat; item Lutherus in reſponſione ad librum Ambroſij Catarini; nihilominus Chriſti, & Sanctorum eius loca, monumenta, & reliquias viſitare, eoque orationis ergo peregrinari, opus eſſe pium, ac laudabile, quæ ſequuntur clariſſimè demonſtrabunt.

Primum ex ſacris litteris Deuter. 16. verſ. 5. & 16. vbi Deus inſtituit, vt filij Iſrael ter in anno ad tabernaculum, vel templum Domini peregrinarentur: *Tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit, in ſolemnitate azymorum, & in ſolemnitate hebdomadarum, & in ſolemnitate tabernaculorum.* Quod præceptum pie, ac religiosè ſeruaſſe Helcanam, & vxorẽ eius, habetur 1. Regum 3. *Et aſcendebat Elcana de Ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret, & ſacrificaret Domino exercituum in Silo.* Quod idem legitur de Chriſto Domino cum Matre ſua, & S. Ioſeph Lucæ 41. *Et ibant parentes Ieſu*

per omnes annos in Hieruſalem, in die ſolemni Paſchæ. Et cum factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis in Ieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſque diebus cum redirent, remanſit Puer Ieſus in Hieruſalem. Gentiles quoque religionis gratia ſolitos fuiſſe venire in Hieruſalem propria regione relicta clarè teſtatur, quod habetur Ioannis 12. *Erant autem quidam Gentiles, ex his, qui aſcenderant, vt adorarent in die feſto*; & Act. 8. *Vir Aethiops, Eunuchus potens Candacis Reginę Aethiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius, venerat adorare in Hieruſalem.* Demum act. 20. refertur, *feſtinaſſe Paulum, ſi poſſibile ſibi eſſet, vt diem Pentecoſtes faceret Ieroſolymis.* Quæ Scripturæ documenta, & exempla ſatis indicant, peregrinationes ad loca ſancta, pias, ac religioſas eſſe.

Secundum, eſt vnanimis veterum Patrum conſenſus eaſdem peregrinationes approbantium, nec non eos laudantium, qui illas religioſè ſuſceperũt. Ex Græcis Euſebius lib. 6. hiſt. cap. 9. ſcribit, nec non Hieronymus lib. de viris illuſtribus, Alexandrum, qui floruit centum annis ante tempora Conſtantini, & Martyr fuit Sanctiſſimus, quem etiam mirificè cõmendant Magdeburgenſes Cent. 3. cap. 10. *Hieroſolymam tum voti, tum locorum viſendorum cauſa contendiſſe, ibique ab illius Eccleſiæ fratribus exceptum fuiſſe beniguiſſime.* Ex quo manifeſtè apparet prafatorum Magdeburgenſium mendacium, quod cœperint peregrinationes ad loca ſancta tempore Conſtantini; nec non ex eo, quod apud Simeonem Metaphraſten legitur S. Nicolaum adhuc adoleſcentem, ante Conſtantini Imperium, voti cauſa peregrinatum eſſe in Hieruſalem; tum ex infra dicendis de præcipuis Eccleſiæ peregrinationibus. Idem Euſebius lib. 3. vitæ Conſtantini cap. 41. mirificè laudat Helenam eius matrem, quod religionis cauſa Hieroſolymam iuiſſet: & lib. 13. præparat. Euang. cap. 13. *Nos*, inquit, *Chriſtiani veræ pietatis milites, vt Dei amicos, honorantes, ad monumenta ipſorum accedimus, votaque ipſis facimus, tanquam viris ſanctis, quorum interceſſione ad Deum non parum adiuuari profitemur.*

Baſilius regularum fuſius diſputatarum reſponſione 40. *Verum enimverò neque nundinationes illæ, quæ ad ſepulchra Martyrum celebrari ſolitæ ſunt, conuenire nobis putandæ ſunt: neque enim vllam aliam ob cauſam adeſſe decet Chriſtianis ad Martyrum conditoria, aut iſtis contigua loca inuiſere, quam orandi cauſa, & vt Sanctorum conſtantiæ admoniti, in qua illi, ne pietatem amitterent, ad necem vſque fortiter perſeuerarunt, ipſi quoque ad ſimilis fortitudinis æmulationem incitentur.* Amphilochius in vita Baſilii refert, eum vna cum Eubulo Hieroſolymam orationis cauſa, viſendique ſacra loca petiiſſe. Gregorius Nyſſenus epiſt. ad Olympium Monachum cap. 1. *Omnino conſuetudinis illius* (Macrinæ) *oblitus eſſe non debes, cum ad Vrbem Antiochi congreſſi ſumus, quo tempore petebas Hieroſolymam, vt monumenta Chriſti peregrinationis, dum in carne eſſet, inuiſeres, eorumque ſermonum, quos varijs de rebus inter nos contulimus.* Vndè, quam ex eodem Gregorio Nyſſeno totam recitant orationem Magdeburgenſes cent. 4. cap. 10. vt peregrinationes ad loca ſancta impugnent, aut illius non eſt, cum non habeatur in operibus eius, nec ſciatur quis illam verterit in Latinum, & forte etiam Græcè non reperiatur; aut melius dicendum, cuiuſcumque ſit oratio, illa non redargui abſolutè peregrinationem in Hieruſalem, ſed tantum in certis perſonis, id eſt, Monachis, & Sanctimonialibus, de quibus ibi agitur. Et ſi enim peregrinatio ſit bona, non eſt tamen neceſſaria ad ſalutem, vel perfectionem, nec omnibus conuenit; proptereaque Diuus Hieronymus, vt alia omittam, qui, vt videbimus infra, tam multa dixit in laudem peregrinationum, tamen Paulinum Monachum dehorta-

tur ab illis,quia propoſito eius
ɔnueniebat quies, & ſtabilitas
:rij; vbi etiam rectè aduertit
eronymus S. Antonium, qui
us erat, nunquam peregrina-
oca ſancta: Hilarionem autem,
alæſtina degebat, ſemel tantũ
ta inuiſiſſe, ne videretur con-
religionem eorum locorum,
icinio erant. Idem ergo inten-
ɔrius Nyſſenus, ſi eius ſit ci-
o, quomodo enim abſolutè
dere potuit, quod ſciebat lau-
mnibus ſuæ ætatis Doctori-
m fuiſſe à S. Alexandro Epi-
Martyre ſuæ regionis homi-
um Cappadociæ, vt vidimus
Euſebio, quodque ipſemet
loco citato approbauit. Ra-
as aduerſarij ex dicta oratione
s proferunt, ſoluentur infra,
alia Patrum teſtimonia pro
peregrinationum vſu ad loca
n curioſitatis, non vagandi,
nis cauſa.

nius igitur in vita Ezechielis
ra Syriorum vir ille ſepultus
que ad monumentum eius con-
precationem, & obſequium.
mus homil. 32. in epiſt. ad
Propterea admiror Vrbem Ro-
ropter copiam auri, non pro-
as, neque propter aliam phã-
propter columnas illas Eccle-
mihi nunc dabit circumfundi
li, affigi ſepulchro, videre
rporis illius &c. & Homil. 8.
Epheſ. loquens de vinculis
auli, ait; *Si ab Eccleſiaſticis*
emotus, & eſſet mihi corpus
alidum, non recuſarem hanc
regrinationem, vt ſolum vi-
as, vt carcerem, in quo fuit
em homil. 66. ad populum
m circa finem, vbi compa-
a Martyrum cum aulis Re-
ſius hymno 3. Caſſianus lib.
meminit peregrinationis ad
; Palladius hiſtoriæ Lau-
13. refert Philoromi Ro-

mam vſque, Alexandriam, & Hieroſolymam peregrinationes: & cap. 118. Ruffinum presbyterum Aquileienſem, & Melaniam Hieroſolymis excepiſſe eos, qui veniebant eo voti cauſa, Epiſcopos, Monachos, & Virgines, & omnes, qui aduentabant ſuis fouiſſe expenſis. Sozomenus lib. 2. cap. 1. 13. & 25. Socrates lib. 7. cap. 46. vbi de ſacris peregrinationibus Eudoxiæ coniugis Theodoſij Imperatoris; Theodoretus lib. 8. Græc. affect. *Martyrum templa per annum non ſemel* &c. nec non hiſt. religioſæ cap. 9. de Petro Eremita; cuius hic verba referre, & cum his, vt pote rei, de qua agitur, explicatiuis, placet finem imponere citandis Græcis deinceps Patribus. *Hic*, inquit, *primo tempore certauit in Galatia. Illinc videndi gratia peruenit in Palæſtinam, vt cum vidiſſet loca, quæ ſuſceperunt ſalutares paſſiones, in his Deum, qui ſeruauit, adoraret; non vt qui loco circumſcribatur; ſciebat enim eius naturam non poſſe circumſcribi: ſed vt paſceret oculos ſpectaculo eorum, quæ deſiderantur: nec ſola animæ vis, qua contemplatur, abſque viſu, ſpiritali alimento per fidem frueretur. Iis enim, qui amore aliquem proſequuntur, eſt à natura inſitum, vt non ex ſolo eius aſpectu cupiant voluptatem, ſed & domum, & veſtes, & calceos contemplentur cum magna lætitia.*

Eumdem peregrinationum vſum, vt antiquum, & pium referunt quoque, & laudant Patres Latini. Ambroſius ſerm. 33. & oratione de exitu, vita, & virtutibus Theodoſij Imp. vbi commendat Helenam, quod Religionis cauſa Hieroſolymam petijſſet. Euſebius Vercellenſis epiſtola in exilio ſcripta, quam ait ſe mittere per Syrum Diaconum, qui eo tempore ad videnda loca ſancta acceſſerat. Prudentius hymno 11. de S. Hyppolito, Hieronymus epiſt. 17. ad Marcellam cap. 6. *Longum eſt*, inquit, *nunc ab aſcenſu Domini, vſque ad præſentem diem per ſingulas ætates currere, qui Epiſcoporum, qui Martyrum, qui elo-*

quentium in doctrina Eccleſiaſtica virorũ venerunt Hieroſolymam, putantes minus ſe religionis, minus habere ſcientiæ, nec ſummam, vt dicitur, manum accepiſſe virtutum, niſi in illis Chriſtum adoraſſent locis, de quibus primum Euangelium de patibulo coruſcauerat. Item epiſt. 27. cap. 3. & 4. vbi de Paulę Peregrinationibus; epiſt. 46. ad Ruſticum cap. 5. vbi monet eũ, vt ſatisfaciat promiſſis Deo, de ſacris inuiſendis locis; ac demum epiſt. 154. ad Deſiderium: *Hortor vos*, inquit, *& precor per Domini charitatem, vt nobis veſtros tribuatis aſpectus, & per occaſionem ſanctorum locorum tanto nos ditetis munere. Certè ſi conſortia noſtra diſplicuerint adoraſſe, vbi ſteterunt pedes Dominis pars fidei eſt, & quaſi recentia natiuitatis, & crucis, ac paſſionis vidiſſe veſtigia*. Ruffinus lib. 1. c. 7. & 33. vbi Helenæ, & Theodoſij Imp. peregrinationum meminit. Gaudentius Brixienſis tractatu de die dedicationis Baſilicæ Sanctorum de ſemetipſo ait: *Iam quid, poſt iſtos docens, de quadraginta Martyribus dignum loquar, qui ſe itineri meo, cum per Vrbes Cappadociæ Hieruſalem peterem, fideles comites præbere dignati ſunt?* Quod ſcilicet in itinere, cum tranſiret per Cæſaream Cappadociæ accepiſſet dono à duabus ſanctis mulieribus, neptibus Magni Baſilij, reliquias 40. Martyrum, ſecumque illas tuliſſet. Auguſtinus epiſt. 42. ad Madaurenſes idololatras, vbi de ſæculi poteſtatibus, ad ſepulchrum Piſcatoris Petri, ſubmiſſo diademate ſuppliciter venientibus; & epiſt. 137. ad Clerum, populumque Hipponenſem; cuius verbis abſoluam citationes Sanctorum, ac veterum Patrum; *Elegi*, inquit loquens de reducendis duobus, *aliquid medium, vt certo placito ſe ambo conſtringerent, ad locum ſanctum ſe peregrinaturos, vbi terribiliora opera Dei, non ſanam cuiuſque conſcientiam multò facilius aperirent, & ad confeſſionem vel pœna, vel timore compellerent. Vbiquè quidem Deus eſt, & nullo continetur, vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum à veris adoratoribus in ſpiritu, & veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iuſtificet, & coronet: veruntamen ad iſta, quæ hominibus viſibiliter nota ſunt, quis poteſt eius conſilium perſcrutari, quare in alijs non fiant? Multis enim notiſſima eſt ſanctitas loci, vbi B. Felicis Nolenſis corpus conditum eſt, quo volui, vt pergerent, quia indè nobis facilius, fideliuſque ſcribi poteſt, quicquid in eorum aliquo fuerit diuinitus propalatum*. Quibus ſanè verbis nihil præclarius dici poteſt ad refellendum nouatorum errorem contra pium, & laudabilem peregrinationum vſum ad ſacra loca, qui ſeruatur in Eccleſia Catholica.

Tertiò id ipſum probatur congruentibus rationibus. *Primò*, quia peregrinationes non mediocriter cedunt in honorem Dei, & Sanctorum. Eſt enim manifeſtum argumentum, Deum, & Sãctos à nobis magni fieri, cum laborem, & pericula itinerum ſpontè ſuſcipimus, vt loca eis, quomodocunque ſacra, & dedicata inuiſamus; quemadmodum patet in humanis, quando propria regione relicta, amicos, aut alios viſitatum imus, *Secundò*, quia, cum id laborioſum ſit, atque pœnale, non ſolùm eſt opus reuerentiale, verùm etiam pœnitentiale, & ſatisfactorium. *Tertiò*, quia præſentia loci ſancti excitat deuotionẽ; etſi enim, vt mox diximus ex Patribus Deus ſit vbique templaque etiam, & altaria vbique inueniri poſſint, negari tamen non poteſt, quin Deus multis miraculis teſtatus fuerit, ſe potius in vno, quam in alio exaudiri loco; quinque etiam aliquid ſit, v. g. Hieroſolymis, quo deuotio iuuari poſſit, quod alibi non reperitur, nimirum ſepulchrum Domini, & loca illa ſancta, vbi, vt ait Hieronymus ſteterunt pedes Domini; noſtramque ſalutem, præ alijs, operari voluit.

Per quod patet ad argumenta aduerſariorum; dum enim *primò* obijciunt, omnem voluntarium cultum Deo diſplicere; *ſecundò*, multa eſſe pericula ſpiritualia in peregrinationibus, ac præ-

ſertim

ſeribus. *Tertiò*, nihil inue-
Hieroſolymis, quod in vna-
gione non habeatur, nam
s non eſt in vno, quam in

etur ad primum, cultum
n dici eum, qui ſine ratione
ſi quis voueat,ſe non iturũ
, niſi bis lauerit manus, aut
. At cultus, qui exhibetur
tus virtutum, non dicitur
, licet non ſit præceptus,vt
m. 30. vbi Dominus iubet
ta rerum non præcepta-

dum reſpondetur, tantum
grinationem non conueni-
ſonis,v.g. mulieribus, niſi
tutum habeant comitatũ;
his,qui in clauſtris viuunt,
tio, precibus, ac ieiunijs
ſic enim maius illorum bo-
retur, minore bono pere-
Et hoc modo Ionas lib.3.
g. reſpondet ad calumnias
rinenſis contra Abbatem
m; dixerat enim Claudius
nti peregrinationes ad vr-
tu Monachos tuos retines in
r non mittis omnes Romam?
onas pro Abbate, *quia pe-*
bona, ſed non conuenit Mo-
& nuptiæ bona ſunt, ſed nõ
ofeſſoribus continentia.
n dicitur,nihil eſſe Hiero-
d non poſſit alibi inueniri,
ebus eſſentialibus, & ne-
ligionem, vel ad ſalutem;
atur de rebus ad deuotio-
us, quæ ſuperius adduxi-
endunt, aliqua, Deo ita
eriri in vno loco eam iu-
on habentur in alio, vndè
ſit, maiuſque præſertim
mpediatur, rationabiliter
oteſt, quin pius, ac lauda-
peregrinationis ad loca
miraculis celebria, San-
iquijs nobilitata, idque

vel ex voto, quod nuncupatur, vel particulari affectu, & deuotione.

Quę autem in Eccleſia fuere ſemper magis celebres, & communes peregrinationes ſacræ ſunt Hieroſolymitana, ad loca potiſſimum Saluatoris noſtri natali, infantia, iuuentute, virili ætate, prædicatione, miraculis, paſſione,morte, ſepultura, reſurrectione, & in cęlos aſcenſione conſecrata; Sanctiſsimæ itidem Virginis Mariæ, & Apoſtolorum, aliorumque ſanctimonia præſtantiſſimorum hominũ integerrimis moribus, & ſanctiſſimis actionibus, tam ante, quam poſt Chriſti aduentum nobilitata. Quam peregrinationem omnibus ſæculis ſtatim à Chriſti morte celeberrimam, ac frequentiſſimam fuiſſe, teſtatur S.Hieronymus Terrę Sanctæ non exigui temporis incola, locis ſuperius citatis.

Romana, ad limina, ſeu Baſilicas Apoſtolorum, Baſilicas enim appellare limina, antiqui eſt moris; præſertim Baſilicas Apoſtolorum Petri, & Pauli, idque reuerentiæ, & obſeruantiæ cauſa. Quam etiam peregrinationem antiquiſſimam, ac frequentiſſimam fuiſſe clarè demonſtrat: quod temporibus Claudij ex Perſia Romã venerunt Marius & Martha eius coniux, cum filijs Audiface, & Abacò, ad orationẽ Apoſtolorum, vt habetur in actis eorum. Quod item legitur in actis Alexandri Pontificis dictum fuiſſe à nutrice cui Hermes commiſſus fuerat: *Tu ſi ad limina Petri duxiſſes eum, & Chriſto credidiſſes, bodie filium tuum haberes incolumem*; Et anno Chriſti 284. Martyriũ ſubijt Sanctus Maurus, qui ex Africa Romam ad limina Apoſtolorum precandi gratia venerat; anno verò 286. Sancta Zoe Martyr ſub Diocletiano, orans in Apoſtolorum Natali ad confeſſionem S.Petri, capta, & ad ſupplicium abrepta eſt: adeo ne medijs quidem perſecutionum procellis deſiſtebant Chriſtiani à locorum ſacrorum aditione, ac veneratione. Quanta autem

tem poſt Conſtantini tempora, fuerit frequentia peregrinationis ad limina Apoſtolorum, profectaque illuc fuerint omnia perſonarum genera, Imperatorum etiam, Regum, & Principum abundè teſtantur, quæ ſuperſunt antiquæ hiſtoriæ monumenta. Certè ipſimet Centuriatores ex Eginardo referunt Carolum Magnum, intra annos quadraginta ſeptem, quater Romam ad vota perſoluenda, & orandum profectum eſſe. Cuius primum aduentum ſub Hadriano Papa anno Chriſti 774. accuratè deſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius.

Tertia eſt Lauretana, ſiue ad ædem, vbi Beatiſſima Virgo Maria, Gabriele Archangelo nunciante, Dei genitrix ſalutata eſt, Saluatoremque ſæculorum ex ſuis caſtiſſimis ſanguinibus carnem ſuſcipientem concepit, Lauretana dicta à Laureta muliere domina illius prædij, vel ſyluæ in qua collocata eſt, cum primùm trans Adriaticum ſinum ab Angelis euecta eſt.

Quarta Compoſtellana ad S. Iacobũ Apoſtolum, cuius origo refertur ad tempus, quo ſacrũ Diui Iacobi corpus in Hiſpania repertum eſt; circa annum Domini 816. Leone III. Pontifice Maximo; ab illo enim tempore ingens hominum multitudo innumeris miraculis & prodigijs ab Apoſtolo patratis excitata; ex omnibus mundi partibus Compoſtellam ad reliquias S. Iacobi filij Zebedæi, quem maiorem appellamus, concurrere cœpit, & adhuc in dies confluit, vt vno ore teſtantur omnes Hiſpanicarum rerum ſcriptores; & ex illis Vaſæus. De peregrinationibus ſcripſit Iacobus Gretzerus Societ. Ieſu.

De Ceremonijs Pænitentialibus, ac præſertim de ciborum delectu, ieiunijs, & vigilijs.

OMiſsis ceremonijs pænitentialibus ad Sacramentum Pęnitentiæ ſpectantibus, nec non alijs Monachorum, & Religioſorum proprijs ad corporis mortificationem, & macerationem; breuiter hic agemus de tribus cunctis fidelibus communibus, nimirũ de ciborum delectu, ieiunijs, ac vigilijs.

Circa ciborum delectum, ſeu abſtinentiam à carnibus, varij fuerunt errores. Primus Ebionitarum apud Epiphanium hęreſi 30. Encratitarũ apud Auguſtinum hæreſi 25. Priſcillianiſtarum apud eumdem hæreſi 70. Apoſtolicorum apud Bernardum ſerm. 66. in Cantica, docentium omnium animantium carnes immundas eſſe. Secundus Manichæorum apud Auguſtinum hęreſ. 46 nedum carnes, ſed & vinum immundũ eſſe volentium, atque omnino vitandum; quam hęreſim, quo ad vinum ſecutus eſt etiam Mahumetes in Alcorano cap. 3. qui rurſus cap. 12. prohibet ſuis ſanguinem, & ſuffocatum, & à lupo tactum. Tertius error duobus primis contrarius fuit eorum, qui nullos omnino cibos, neque in perpetuum, neque ad tempus, neque omnibus, neque quibuſdam, neque abſolutè, neque aliqua de cauſa interdici debere affirmabant. Tales fuere Nicolaitæ, & Valentiniani, qui teſte Irenęo lib. 1. cap. 1. & 27. cibos etiam idolis immolatos edebant; nec non Iouinianus, qui apud Hieronymum lib. 2. aduerſus eum, nec non Auguſtinum hęreſi 82. docebat, Ieiunia, & à cibis quibuſdam abſtinentiam nihil prodeſſe. Quem errorem libenter amplexi ſunt Lutherus, & Caluinus, eorumque ſequaces.

At Eccleſia Catholica media, & regia incedens via, ita contra iſtum errorem docet, pium, ac laudabilem eſſe cibo-

electum, ſeu abſtinentiam à
, certis diebus, obligarique
eles in conſcientia ex lege
ca, vt à fortiori probabimus
ndo de ieiunio, ad cuius ra-
rtinet abſtinentia à certis ci-
ſſimum à carnibus; vt tamen
es deteſtetur errores, credens
nentum Apoſtoli 1. Timot. 4
creatura Dei bona eſt, & ni-
lum, quod cum gratiarum
pitur. Pugnante etiam cum
lo Chriſti Domini, & Apo-
qui tum alias, tum maximè
œna Agnum comederunt,
berunt.

igitur lege Eccleſiaſtica cer-
rohibentur aliqui cibi, eſuſ-
n, non eſt quod Eccleſia
utet, illos quaſi natura ſua
dos, vel illicitos, vt menda-
imponit Kemnitius 4. parte
ent. Concilij, *Laborant*, in-
ficij, magno conatu amoliri ſu-
am; quaſi cibos quoſdam pro-
pinione, ſicut olim Tatianus,
Priſcillianiſtæ, quaſi ſcilicet,
i ſint, vel à diabolo occupati,
conſcientiam inquinent; ſed
uibus ſuam prohibitionem ci-
iac tempora probare, & ſtabi-
int, & Pontificia conſecratio-
rum, ſeu ciborum, prorſus
n eodem ipſos luto cum anti-
eticis hærere.

tem enim iſtam calumniam,
bus illudere conantur, fa-
ipſa euidentia facti, Eccle-
uetudo, qua cibos omnes,
s, & oua comedunt Catho-
uadrageſimam, & alios dies
abſtinentiæ deſtinatos. Si
es, & oua per ſe immunda,
ſe crederent, nullo tempore
erent. Quod enim per ſe
eſt, aut illicitum, ſemper
ec ob eamdem rationem in
na, & quibuſcumque alijs
diebus, carnes in cibum
Eccleſia tùm ægrotis, tùm
etiam valentibus, ſi aliud, quod comedant, non habeant. Cui minimè repugnat, quod plures religioſi ordines, à carnibus, non certis diebus, ſed ſemper abſtineant; ſi quidem Eccleſia neminē cogit ad illos ſuſcipiendos, atque adeo neminem cogit ad perpetuam à carnibus abſtinentiam, ſicut præfati hæretici ſuos cogebant; deindè Religioſi Catholici, ita ſeueriorem illam continentiam liberè amplexi ſunt, vt tamen Chriſtianos cæteros, qui carnibus veſcuntur, non iudicent, quod certè facerent, ſi carnes per ſe immundas, & prohibitas eſſe putarent, vt faciebant ijdem hæretici.

Non propterea igitur nos Catholici exiſtimamus, eſum carnium certis diebus eſſe illicitum, ſed quia placuit Eccleſiæ illas prohibere. Cur autem ſic illi placuerit, potiſſima ratio eſt, ad carnis petulantiam cohibendam, cuius ſeminarium eſſe carnium vſum teſtantur omnes Patres, ac potiſſimum S. Hieronymus lib. 2. aduerſus Iouinianum; ipſaquemet experientia confirmat. Vndè cum de quantitate cibi ſumendi, legem ferre non poſſet, nam generatim immoderatus vſus, tùm carnium, tùm aliarum omnium rerum, iure naturali, & diuino prohibitus eſt, vt non fuerit opus noua aliqua lege; particulatim autem preſcribere, quantum cibi ſit accipiendum, ſiue ex carnibus, ſiue ex alijs rebus, nullo modo potuit; lex enim debet eſſe generalis, & omnibus in communi propoſita; attenta autem varia hominum complexione, ob quam, quod vni non eſt ſatis, alteri nimium eſt, certa cibi menſura communiter ſtatui non poteſt. Inde de ſola qualitate legem ſanciuit, & quamuis qualitas moderatè ſumpta nō ſit mala, tamen quia vt plurimum abuſus immoderationis irrepſit, ad reprimendam carnis concupiſcentiam, quæ circa delectationes gulæ, luxuriæque verſatur, certis temporibus eſum carnium ſimpliciter interdixit, *non immunditiem obſonij timens, ſed immunditiem cupiditatis*, vt de ſe ait Auguſtinus lib.

10. Con-

10. Confeſſ. cap.31.

Quod verò Kemnitius objicit, hæc non abeſſe à fundamentis Tatianorum, ſeu Encratitarum Tatiani diſcipulorũ & Manichæorum, manifeſtè prodit, aut eum malitioſum impoſtorem eſſe, aut in doctrina antiquitatis valdè negligẽter verſatum; qui enim voluerit legere Patres, qui de præfatis hæreticis ſcripſere, ſtatim deprehendet, quantum ratio abſtinentiæ Catholicorum, à fundamentis eorum longè abſit; quodque Sancti Patres, dum illos redarguunt propter ciborum delectum, ipſi tamen illum laudabant, & in diebus ieiuniorum ſanctè obſeruabant, vt dicetur infra; non igitur ex eo, quod ciborum delectu vtimur, notari poſſumus tanquam Encratitæ, aut Manichæi, & Priſcillianiſtæ, niſi veteres Patres eodem crimine teneantur, quod forſan Kemnitius concedere etiam veritus non fuiſſet.

Sed non minori riſu dignũ eſt, quod objicit cibos à nobis benedici, atque inde opinionem immunditiæ naturalis colligere nititur. Nam & Chriſtus Dominus, vt diximus ſupra, panem benedixit, quod igitur nos ad eius exemplum, panem, & alios cibos benedicamus; malè arguitur, nos habere illos pro immundis. Deindè ſi ex benedictione ciborum cognoſci poſſet cauſa, cur Eccleſia Catholica certos cibos interdiceret, non ſolùm à carnibus, ſed etiam à pane, oleribus, & aqua in quadrageſima nos abſtinere, affirmari deberet; ſi quidem iſta etiam in Eccleſia benedicuntur, & formulas benedictionum ipſe etiam Kemnitius citat, & laudat. Quis autem neſcit apud nos panis, & olerum, & ipſius aquæ vſum eſſe maximum in quadrageſima; non igitur Catholici vtuntur huiuſmodi benedictionibus, quod credant illis mundari carnes pecorum, & auium, ac de prohibitis licitas fieri, maximè cum talis ritus ſit liberæ obſeruationis, non alicuius neceſſitatis; ſed quoniã ſciunt, diabolum ſæpe vti creaturis Dei bonis in noſtram perniciem, ac ruinam, idcircò & ſigno crucis muniunt creaturas, quibus vti volunt, & Deum precantur, vt non ſinat, illas à diabolo conuerti nobis in malum.

De Ieiunio.

Etſi nomen ieiunij, ſi eius etymologia ſpectetur, abſtinentiam à cibo ſignificet; Græce enim ieiunare dicitur niſteuein, quaſi ni etiein, id eſt, non edere; vndè eſt nomen latinum inædia; nihilominus quatuor modis accipi ſolet, ex quibus oriuntur quatuor quaſi genera ieiunij, ſpirituale, morale, naturale, & Eccleſiaſticum. Ieiunium ſpirituale dicitur abſtinentia à vitijs, iuxta illud Iſaiæ 58. *Nonnè hoc eſt magis ieiunium, quod elegi, diſſolue colligationes impietatis*; nec non Diui Auguſtini tract. 17. in Ioannem; *Ieiunium magnum, & generale eſt, abſtinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus ſæculi*; & lib. 2. quæſt. Euangelic. q. 18. *Scriptura docet generale ieiunium non à concupiſcentia ciborum tantùm, ſed ab omni lætitia temporalium delectationum*. Verùm, cum hæc abſtinentia metaphoricè ieiunium appelletur, ſicut ipſa delectatio vitioſa non eſt cibus, niſi metaphoricè, de illo non agitur in præſenti. Nec etiam de morali conſiſtente in parſimonia illa, & temperantia cibi, & potus, quam Philoſophi ſolo lumine naturali ducti agnouerunt, & eorum aliqui obſeruauerunt.

Ieiunium naturale, vocant Theologi abſtinentiam ab omni prorſus cibo, vel potu quacumque ratione ſumpto. Dicitur autem ſumptus cibus, vel potus, quando iam ad ſtomachum eſt tranſmiſſus. Et de hoc quoque ieiunio modo non eſt ſermo, ſed erit infra, vbi de Sacramento Euchariſtiæ, propter quam ſolùm ſuſcipiendam eſt in præcepto. *Placuit enim Spiritui Sancto*, inquit Auguſtinus epiſt. 118. *vt propter honorẽ tanti Sacramenti, prius in os Chri-*

minicum corpus intraret, quàm
.
um Eccleſiaſticum, de quo
hæreticis diſputaturi ſumus,
olet abſtinentia cibi iuxta
regulam aſſumpta. Dicitur
cibi, quoniam hoc ieiuniū;
us, neque medicamentorum,
cibi abſtinentiam per ſe re-
ſumatur per modum cibi,
caro: ſiue per modum po-
iuſculum, & ſimilia, quæ per
ur ad corporis alimentum.
ſuper, *iuxta Eccleſiæ regulam*
on ad ſignificandum, nullum
m Eccleſiaſticum, niſi ab
dictum, certum eſt enim ta-
, aliud eſſe voluntariū, aliud
, & aliud neceſſitatis ratione
ratione præcepti; ſed vt in-
unium Eccleſiaſticum eſſe
m cibi, non qualemcumque,
ndum regulam ieiunantibus
præſcriptam, vel conſuetu-
ge: Tria autem ſunt, quæ
illam ad ieiunium deſide-
num abſtinentia ab altera
ſiue, vt, qui ieiunat ſemel
ie cibum ſumat; ſecundum,
ctionis tempus, ſiue, vt vna
non prandium, ſed cæna
ciborum delectus, ſeu ab-
carnibus.
m nonnulli hæretici liben-
t duo priora in ieiunio, hoc
efectionem, horamque tar-
rtium duntaxat negantes,
ctum ciborum, quia tamen
aſſerunt, ſolam abſtinen-
re à nimio, & lauto cibo,
n particulari ab aliquo ge-
d rationem ieiunij pertine-
pectu habito ad alia duo;
veritatis explicatione ſe-
ntur concluſiones.
Concluſio. Cum ieiu-
Eccleſiaſtico, vna re-
cœna eſſe debet non
ſta concluſio eſt certa; pro-
mò ex Scriptura veteris

Teſtamenti, vbi cum de ieiunijs agitur, horæ veſpertinæ fit mentio; Iudicum 20. v. 26. *Ieiunaueruntquè die illo vſquè ad veſperam*. Item lib. 2. Reg. cap. 1. v. 12. *Et ieiunauérunt vſque ad veſperam ſuper Saul*. Et cap. 3. v. 35. Dauid amare deflens mortem Abner ait: *Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum Solis guſtauerò panem, vel aliud quidquam*. Hæc enim, & ſimilia loca clarè videntur oſtendere, apud Patres veteris Teſtamenti, ieiunium fuiſſe, ſemel tantum in die, idque ad veſperam, cibum ſumere.

Veteres quoque Chriſtianos idem obſeruaſſe, ſiue ieiunia non ſoluiſſe, niſi hora diei nona ab ortu Solis ęquinoctiali, id eſt, tertia poſt meridiem, vel etiam hora veſpertina in quadrageſima, & vnicam illam refectionem, non prandium, ſed cœnam nominaſſe, communiter tradunt Sancti Patres.

Ex Græcis Athanaſius lib. de Virginitate, vbi loquens de hora ſoluendi ieiunium ait: *Poſt communionem horæ nonæ comede panem tuum, gratias agens Deo ſuper menſam tuam*: Baſilius orat. 1. de ieiunio loquens de Quadrageſima: *Expecta*, inquit, *veſperam, vt capias, &c.* Epiphanius in fine librorum aduerſus hæreſes; Caſſianus collat. 21. cap. 23. Chriſoſtomus homil. 4. & 6. in Geneſ. Ex Latinis Tertullianus lib. de ieiunio contra Pſychicos, ſcribit, eos ſolitos ieiunia protrahere, vſque ad horam nonam, ſuos autem, id eſt, Montaniſtas, vſque ad veſperam; vbi licet ſcribat contra Eccleſiam, iam in reprobum datus ſenſum, & Catholicos vocet Pſychicos, id eſt, animales, eo quod nouā non admitterent Montani diſciplinam de tribus quadrageſimis, & ieiunio ordinario vſque ad veſperam; nihilominus indè colligitur antiquiſſimum eſſe Eccleſiæ vſum protrahendi ieiunium vſque ad nonam. Ambroſius ſerm. 8. in Pſalm. 118. idem docet; & Hieronymus in epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis; Prudentius in hymno poſt ieiunium, Paulinus epiſt. 6. ad

Amandum. S. Auguſtinus epiſt. 86. ad Caſulanum, vbi diſputans de ieiunio Sabbati, paſſim accipit non prandere pro eo, quod eſt ieiunare, & contra non ieiunare pro eo, quod eſt prandere; & in epiſt. 118. ad Ianuarium cap. 7. ait, horam ſoluendi ieiunium eſſe nonam. Ex quibus ſatis conſtat non ſufficere ad ieiunium rigoroſè ſumptum, vt quis tantum ſemel capiat cibum, niſi etiam tarda hora illum capiat, vt ea refectio cœna, & non prandium vocari poſſit. Etſi enim apud præfatos Patres de tempore quadrageſimalis ieiunij nonnulla varietas eſſe videatur, an ad finem diei, an poſt horam nonam ſolui queat; tamen nullibi legitur, ante horam nonã, quæ eſt tertia poſt meridiem, ieiunium quodcumque fuiſſe ſolutum. Sicut etiam nulla eſt mentio binę refectionis, cum de ieiunio agitur. Cuius rationẽ reddit S. Thomas 2. 2. q. 147. art. 6. & 7. quia ieiunium ideo eſt inſtitutum, vt natura dometur, non vt deſtruatur. Domatur autem, & non deſtruitur, ſi aſſueta bis cibum capere, ſemel tantum ſumat; deſtrueretur enim ſi nihil ſumeret, & non domaretur ſi nihil amitteret. Horæ autem nonæ ratio eſt, quoniam qui ieiunant carnem ſuam quodammodo crucifigunt, & Chriſto patienti compatiuntur, Chriſtus autem vſque ad horam nonam in paſſione perdurans, illa demum hora quieuit à doloribus, & laboribus.

Igitur cum primis Eccleſiæ ſæculis res ita ſe haberet, exigeretque perfectio ieiunij, tantò maior, quantò diutius refectio, ſiue cæna differtur; poſtea, vt in alijs rebus, quæ non habentur ex diuino iure, quæque conſequenter pro locorum, & temporum diuerſitate variari poſſunt, eadem Eccleſia, non quidẽ imperante, ſed tolerante, quod homines propter animi, & corporis infirmitatem tandiu in ieiunio communiter perſeuerare non poſſent, anticipatum eſt communi Eccleſiarum conſuetudine tempus tum canonici officij, tum etiam cænandi: ſi tamen cæna, & non magis prandium vocari debeat, quod hodi etiam in Quadrageſima, circa meridi inſtituitur; quam etiam multum ant pare ſine cauſa; licet multi docto aſſerant eſſe peccatum mortale, alij men oppoſitum docent, ſpectata et hodierna Eccleſiæ conſuetudine, quam cœna in prandium, ſeu temp quo communiter homines prande ſolent translata eſt; non videtur determinatio temporis vnicæ refec nis ad ſubſtantiam ieiunij admodu pertinere, ſed vel accidentarium eſſ vel ſaltem ſecundarium; cuius proi prætermiſſio, adeoque anticipatio t poris comedendi, cenſeri tantùm bet culpa venialis. Et qui ſic antic uit, ieiunare tenetur.

Eadem occaſione anticipatæ r ctionis, quia ſi fideles poſt illam amplius cibi ſumerent, difficile n ſomnum capere poſſent, per conſu dinem introducta quoque fuit noc na cœnula, ſeu collatiuncula eti alendi cauſa ſumpta: quæ cum n iure ſcripto, ſed ſola conſuetudine tatur, ab eadem quoque regulari de tam ſecundum qualitatem, quam q titatem ſumendorum. Et quamui qui doctores exiſtiment licitum e hanc collatiunculam circa merid capere, cœna in noctem, ſeu veſp dilata; probabilius tamen eſt oppo ſcilicet eſſe id peccatum ſaltem v le, ſi ſine iuſta cauſa fiat. Quia co tudo collatiunculæ, cum ſit cont commune introducta, extendi no bet: extenderetur autem, ſi cuiq berum eſſet eam capere ſiue in die; ſiue ad veſperam, ſeu noctem terquam valdè refert in his, & bus vniformem Eccleſiæ morem re, niſi iuſta obſtet cauſa.

Secunda concluſio. Ad ieiunia ſtianorum Eccleſiaſtica conſuetu ac traditione pertinet abſtinentia tis cibis, ac potiſſimum à carnibu concluſio eſt certa contra hęretic ſtri temporis, docentes ad ratio ieiunij nõ pertinere abſtinentiam nib

tantùm à nimio, & lauto ci-
nque ſit ille, proindèque ma-
ſia talem fuiſſe præſcriptum
is ciborum delectum. Etſi
ulli doctores Catholici pu-
qui diſpenſatur in præcepto
ad eſum carnium, non pro-
enſari quo ad alteram refe-
ndè videtur ſequi ad ratio-
eſſentialiter non requiri ab.
à carnibus, ſed ſufficere
ctionem, etiam carnium; de
i agemus libro; nihilomi-
nanimiter docent, ad ieiu-
norum Eccleſiaſtica con-
traditione potiſſimum per-
entiam à carnibus, iureque
cleſia ieiunantibus præſcri-
... lt
batur primò varijs exem-
cap. 10. vbi deſcribens
nij ſui ait: *In diebus illis*
gebam trium hebdomadarũ
deſiderabilem non comedi:
num non introierunt in os
i Ioannis Baptiſtę, qui, cũ
etuum eſſet ieiunium, nõ
js in genere, ſed in ſpecie
& potu abſtinuit, præter-
is, & melle ſylueſtri, vt
. cap. 3. Sancti Petri, qui
iunans, nihil aliud ſume-
iſi lupinos, teſte Grego-
o in orat. de pauperum
thæi, qui, vt refert Cle-
inus lib. 2. Pędag. cap. 1.
s, & ſeminibus, non au-
eſcebatur. Sancti Iaco-
i à carnibus, & vino ſe
uſebio lib. 2. hiſt. cap. 22
rum conſuetudo optima
cleſiaſticarum traditio-
, manifeſtè patet ex ad-
nnumeris, quibus hiſto-
plena eſt exemplis, ad
j ſemper abſtinentiam
nuiſſe.
ipſum probat vnanimis
us, cum ieiunio inſepa-
tium abſtinentiam ab

eſu carnium. Sic Euſebius lib. 2. hiſt. cap. 17. refert ex Philone, primos illos Chriſtianos, qui apud Alexandriam à S. Marco inſtituebantur ad veſperam tantum cibum ſumere, & à carnibus, & vino abſtinere ſolitos fuiſſe. Epiphanius hæreſi 29. & in fine lib. aduerſus hæreſes, teſtatur, multos fuiſſe, qui ſponte abſtinerent à carnibus per totũ annum; ſed in hebdomada, quæ ſanctum Paſcha præcedit, totam Eccleſiã perſeuerare ſolitam in eſu ſiccorum. Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 4. Baſilius orat. 1. de ieiunio; Theophilus Alexandrinus lib. 3. Paſchali, & Chriſoſtomus homil. 6. in Geneſim dicunt Chriſtianos ieiunantes abſtinere ab eſu carnium; nec non Theodoretus in epitome diuinorum decretorum, ſed longè alia opinione, quam hæretici faciant. Hieronymus lib. 5. aduerſus Iouinianum ex profeſſo probat, bonam eſſe abſtinentiam à carnibus, & vino; & in epiſt. ad Euſtochium ſcribit, apud multos Anachoretas continua per totum annum fuiſſe ieiunia, & à vino, & carnibus abſtinentiam. Similia tradit Sanctus Auguſtinus lib. de moribus Eccleſiæ cap. 31. & 33. in Quadrageſima verò ceſſare vſum carnium. Cũ tamen aduerſarij nullum Scripturæ, nullum Patrum teſtimonium proferre poſſint, vbi dicatur non requiri ad ieiunium abſtinentiam à carnibus, ſed ſufficere, vt ipſi aiunt, in genere abſtinentiam à nimio, & lauto cibo.

Tertiò probatur ratione naturali deſumpta ex fine ieiunij, corporis nimirum concupiſcentias edomandi, & in ſeruitutem redigendi, vt affirmant omnes Patres, nec ipſi negant aduerſarij; cum igitur ex dictis ſupra non poſſet certa, & communis regula conſtitui circa quantitatem cibi ſumendi, vel circa lautitias, & condimenta ciborum; ſtatui debuit regula penes abſtinentiam ab aliquo genere cibi, qui ex genere ſuo, & vt plurimum magis nutrit, & magis delectat, qualem eſſe carnem pecorum, & ouium omnes admittunt.

Vndè quod aliqui ex aduerſarijs obijciunt, magis pugnare cum dicto fine ieiunij, ſi quis ventrem repleat optimis piſcibus, & fructibus lautè præparatis, quam ſi modicum ſumat ex carnibus fumo interdum duratis; nullius eſt momenti, per accidens enim eſt, vt magis pugnet cum fine ieiunij immoderatus piſcium eſus, atque aliorum ciborum opipare conditorum, quam moderatus vſus carnium ſimpliciter, vel negligenter prę paratorum. Quia videlicet cum piſcibus coniungitur immoderatio, cũ carnibus moderatio. Inſuper ex piſcibus ſumuntur recentes, & optimi, ex carnibus aridæ, & deterrimæ. Denique piſcibus adduntur varia condimenta; carnes ſimpliciter parantur. At ſi iuſta fiat comparatio, & carnes cum piſcibus, aridæ cum aridis, recentes cũ recentibus conferantur, & moderatè ſumatur vtrumque iuxta regulas temperantiæ, dubitari non poteſt, quin ex ſe multo magis ad finem conducat ieiunii, carnium, quam piſcium: ouorum & caſei, quam olerum, & leguminum abſtinentia.

Porrò ita ſemper creditum fuit ad Eccleſiaſticum ieiunium requiri abſtinentiam ab eſu carnium, vt etiam interdicta fuerit, ſpecialiter in quadrageſima, comeſtio eorum, quæ ex carne originem ducunt, cuiuſmodi ſunt oua, & lacticinia; vt enim rectè ait Gregorius Magnus in capitulo ad Auguſtinum Angelorum Epiſcopum, vt refertur diſtinct. 4. cap. 6. *Par eſt, vt quibus diebus à carne animalium abſtinemus, ab omnibus quoque quæ ſementinam carnis trahunt originem, ieiunemus, lacte videlicet caſeo, & ouis*. Quam ipſam abſtinentiã Synodus quiniſexta Trullana can. 56. in diebus quadrageſimæ tum clericis, tum laicis ſeuerè præcepit; multiſque etiam in locis ſeruatur in alijs ieiuniorum diebus. Eamdem tamen vbique conſuetudinem non fuiſſe aduertit Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 157. art. vlt. ad 3. Nam in quibuſdam Eccleſijs nedum in alijs ieiuniorum diebus permittebatur, & etiã modo permittitur eſus [...]rum, & lacticiniorum, verùm adh[...] quadrageſima; quod tamen, cu[...] contra legem communem Eccleſia[...] tem quo ad ieiunium quadrageſi[...] ideo communiter aſſerunt doctore[...] nouiter prædicatur, & introdu[...] Euangelium Chriſti, ibi quoque [...] re introduci prefatum ieiunium, c[...] omnimoda à carnibus, ouis, & la[...] nijs abſtinentia.

Olim etiam diebus ieiuniorum [...] ſertim Quadrageſimæ, non minu[...] no, quam carnibus abſtinere [...] fuiſſe Chriſtianos, maximè Orie[...] teſtantur Clemens Romanus lib. [...] ſtitut. cap. 17. Origenes lib. 3. i[...] Baſilius orat. 1. de ieiunio, Cyrillu[...] roſolymitanus Catecheſi 4. The[...] lus lib. 3. Paſchali, Chriſoſtomu[...] mil. 6. in Geneſim, & Theodoret[...] epitome diuin. decret. cap. de [...] nentia. Quin imo ſex hebdomad[...] ctæ, ſeu maioris diebus populun[...] ſtianum cibis tantùm aridis; pan[...] licet, ſale, & oleribus, atque aq[...] potum victitaſſe refert Clemen[...] citato, nec non Epiphanius hę[...] & in epilogo libri aduerſus h[...] Duobus verò vltimis diebus, n[...] Paraſceues, & Sabbati omnino [...] perſeueraſſe tradit idem Clem[...] Alcuinus de diuinis officijs [...] cæna Domini. Quæ licet hod[...] que ſpontanea cuiuſque volunt[...] poſsint, & à multis fiant; null[...] lex Eccleſiaſtica id pręcipit. I[...] temporum, & locorum varietat[...] ieiuniorum formas, aut conſu[...] fuiſſe, quas quiſque fidelium [...] periculo ſequi poſsit, imo & [...] quemadmodum in Eccleſia fu[...] uari videt, patet ex dictis, nota[...] Hieronymus epiſt. 28. ad Luc[...] S. Auguſtinus 86. ad Caſulanu[...] rus Hiſpalen. lib. 1. de officij[...] ſiaſt. cap. 39. nec non Diuus [...] quæſtione, & articulo citatis.

Tertia Concluſio. Ieiuni[...] ratim ſumptum lege diuina eſ[...]

Iſta concluſio eſt contra Cal-
ib.4. inſtitut. cap.12. vbi vocat
n rem per ſe mediam, & indif-
n; nec non contra Kemnitium
examinis, dicentem in Scriptu-
em aliqua extare teſtimonia, &
a ieiunij; ad quorum exemplũ
oque fieri poſſunt ieiunia, ſed
vbi tali particula liberè ſatis
nullum eſſe preceptum diuinũ,
oliget ad ieiunium. Cuius op-
docent Theologi communiter
uum Thomam 2. 2. queſt. 147.
ſi enim concedant, in particu-
Eccleſia determinari tempus,
que ieiunij, ita vt vtrumque
t ad ius Eccleſiaſticum, & non
; nihilominus docent, ieiuniũ
m ſumptum habere preceptũ
,non quidem in Decalogo con-
cuius præcepta ſolùm ad iuſti-
tinent, ſed ſufficienter pro-
m in veteri Teſtamento Ioel.2.
inus pœnitentibus imperat ie-
um fletu, & planctu, non tan-
remoniam, aut ritum legalem,
ialem, ſed planè moralem, &
gis ad Iudæos, quam ad Eccle-
angelicam pertinentem; vt re-
et S.Leo ſerm.4. de ieiunio de-
nſis: *Illa*, inquit, *quæ rerum fu-
figuras gerebant, impletis, quæ
ere, finita ſunt: ieiuniorum ve-
tem noui Teſtamenti gratia non
& continentiam corpori, atque
mper profuturam pia obſeruatio-
it. Quia ſicut permanet ad in-
am Chriſtianam, Dominum Deũ
rabis, & illi ſoli ſeruies, & cæ-
mandatorum: ita quod in eiſ-
is de ieiuniorum ſanctificatione
m eſt, nulla interpretatione va-*
Similia repetit ſerm. 6. de ie-
cimi menſis, & ſerm. 7. de ie-
ptimi menſis, non ſignificans
dum eſſe à Chriſtianis illis ipſis
quibus ieiunabant Iudæi; ſed
ieiunandi in veteri Teſtamẽ-
itus tradita, ſeruanda eſſe à
nis iuxta præſcriptum, vel de-

terminationem Eccleſiæ, quod ſpectat ad tempus, & modum.

Item cum ait Chriſtus Dominus Matth. 6. *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum*, &c. ita ibi tradit modum ieiunandi, vt præſupponat aliquando eſſe ieiunandum, & quidem ex diuino præcepto: nam ideo coniungit ieiuniũ cum oratione, & eleemoſyna, ſimulque quomodo ſit orandum, ieiunandũ, & largiendum præſcribit; quoniam eadem eſt ratio, & neceſſitas horum triũ operum. Ibi autem Chriſtum Dominum locutum fuiſſe non de ieiunio impropriè dicto, hoc eſt, ſumpto pro ſobria, & moderata cibi, & potus ſumptione; vt ſatis ineptè gloſſant nonnulli aduerſariorum; ſed de ieiunio propriè dicto, quod ſcilicet præter temperantiam, & ſobrietatem addit rigidiorem abſtinentiam, qua corpus extenuatur vltra ſolitum morem, euidenter conſtat primò, quia, cum ait: *Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum*; non loquitur de eo, quod fit quotidie, ſed quod fit aliquo certo tempore, vt demonſtrat illa particula *cum*; at ſobrietas, & moderatio in cibo, & potu capiendo ſemper adhibenda eſt, ſicut crapula, & ebrietas omni tempore vitanda eſt; ibi igitur de ieiunio non impropriè, ſed propriè tali ſermonem habuit Chriſtus. Secundò, quia paulò ante præmiſerat; *Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes*. Hypocritæ autem non cupiunt oſtentare ſolam ſobrietatem, & temperantiam, ſi quidem non reddit homines deformes, & horridos, ſed ingentem inediam, qualem habet annexam proprium, rigoroſumque ieiunium, de illo igitur locutus eſt Dominus.

Propterea Diuus Auguſtinus epiſt. 86. ad Caſulanum ait: *Ego in Euangelicis, & Apoſtolicis literis, totoque inſtrumento, quod appellatur Teſtamentum nouum, animo id reuoluens video preceptum eſſe ieiunium; quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat præcepto*

cepto Domini, vel Apoſtolorum non inuenio definitum. Cum enim ieiunium in ſacris litteris Euangelicis, & Apoſtolicis dicit eſſe præceptum, procul dubio nec ipſe loquitur de temperantia, & ſobrietate. Alioqui non diceret Chriſtum & Apoſtolos non definiuiſſe, quibus diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat. Nam certum eſt, ſemper eſſe temperatè veſcendum, & nunquam oportere intemperanter cibum ſumere. Item in eadem epiſtola expreſsè diſtinguens ieiunium à temperantia ait: *Aliud eſt, grauare corda in crapula, & ebrietate, quę ſemper eſt malum, aliud autem, modeſtia, & temperantia cuſtodita, relaxare ieiunia*; ac demum addit, non ſolere à Chriſtianis die Dominica ieiunari, neque à Paſchate ad Pentecoſten per totos quinquaginta dies; quibus luce meridiana clarius conſtat ieiunium in Scriptura præceptum minimè accipi pro ſobria tantum, & moderata cibi ſumptione abſque vlteriori abſtinentia. Quis enim credat Auguſtinum voluiſſe dicere, non ſolere Chriſtianos diebus Dominicis, & per quinquageſimam Paſchalem ſobriè, ac temperatè viuere.

Ratio autem cur doctores communiter exiſtimant, ad ipſum ius naturæ, & diuinum, ieiunium aliquod pertinere eſt, quia pœnitentiam agere pro peccatis dimiſsis, tentationique reſiſtere, ac peccata vitare, diuini, & naturalis iuris eſt, ſępe autem accidit, vt recta ratio dictet, non poſſe ſuperari tentationem abſque ieiunio, vel non poſſe niſi per ieiunium pro culpis commiſsis congruè ſatisfieri; ex hac igitur parte ieiunium pertinet ad ius naturæ, & diuinum.

Quarta Concluſio. Poteſt Eccleſia obligare fideles in conſcientia ad certa quædam ieiunia, & ciborum delectum. Iſta concluſio eſt de fide, contra omnes huius temporis ſectarios. Quàm primò probant nonnulla Scripturæ exempla, & teſtimonia, tum veteris, tum noui Teſtamenti. Libri enim Eſther cap. 9. legitur ex conſtitutione Mardochæi, totum populum ſuſcepiſſe nouū ieiunium, & feſtum diem celebrandum in memoriam liberationis à perſecutione Aman. Ieremiæ cap. 35. filij Ionadab laudantur, quod obedierint parenti ſuo, qui interdixerat illis vinum vſque in ſempiternum. Et Zachariæ c. 9. fit mentio quatuor ieiuniorum, quæ dicebantur ieiunia, menſium, quarti, quinti, ſeptimi, & decimi, quæ non fuerunt ab ipſo Deo pręcepta, ſed à ſuperioribus Reipublicæ Iudaicæ varijs occaſionibus introducta.

Quod reſpōdent aduerſarij Hebręos in hoc deliquiſſe, reprehenſibileſque eſſe, incredibilem eorum impudentiam manifeſtat; cum indè Scriptura expreſsè laudet Mardochæum, & Ionadab; & apud Zachariam dicatur, ieiunia illa 4. 5. 7. & 10. menſis vertenda eſſe aliquando in gaudium, & ſolemnitates præclaras.

Si igitur potuit Ionadab prohibere filijs, & nepotibus vinum vſque in ſempiternum, & tum illius præceptum, tùm filiorum obedientia placuit Deo; & in Eccleſia veteris Teſtamenti non ſolùm diuinis legibus, ſed etiam Eccleſiaſticis determinari, & ſanciri potuerūt ieiunia; cur non poterit in ſtatu Euangelij mater Eccleſia certos aliquos cibos pro tempore filijs interdicere, certaque ieiunia ſtatuere, ita vt & noſtra obedientia, & Eccleſiæ præceptum Deo placeant.

In nouo autem Teſtamento Actor. 15. vbi Concilium Apoſtolicum Chriſtianis omnibus prohibuit vſum quorumdam ciborum, vt ſanguinis, & ſuffocati, non quidem abſtinentię cauſa, ſed vt facilius Eccleſia ex Gentibus, & Iudæis coaleſceret, ſi ad tempus gentes abſtinerent ab iis cibis, à quibus Iudæi vehementer abhorrebant, vt docet Sanctus Auguſtinus lib. 32. contra Fauſtū cap. 13. Quid aliud fuit niſi oſtendere, quod, ſicut Apoſtoli propter bonum finem certos cibos interdixerunt, quos alioqui Deus non vetabat, poſſint quoque

n ſucceſſores ieiunia indice-
os quoſdam cibos prohibere
oonum finem, nimirum cohi-
nis petulantiam, quem eſſe
nem ieiunij aduerſarij non ne-

uod ex Scripturis obijciunt
.4. *In nouiſſimis diebus diſce-*
am à fide, prohibentes nubere,
e à cibis, quos Deus creauit;
: Catholicos; ſed tantum
olus damnat hæreticos om-
t vidimus ſupra, cibos, vt
nundos, & in iniuriam crea-
ibituri erant; quales potiſſi-
e Marcioniſtæ, Encratitæ, &
.
ò probatur noſtra concluſio
Eccleſiæ praxi, qua ſtatim ab
a fuere inſtituta ieiunia, præ-
dragesimale, vt mox dicetur;
s veteres Patres poſſe rectè
ndicta ſine peccato non poſ-
ſtatutis etiam tranſgreſſori-
imis pænis, teſtatum nobis
:. Epiphanius hæreſi 75.
at. 2. de ieiunio. Theophi-
drinus lib. 3. Paſchali. Chri-
omil. 6. ad populum An-
homil. 2. in Geneſim, vbi
ageſimam inflectere omniū
m, etiam Regum, & Impe-
obedientiam. Tertullianus
nio; *Benè*, inquit, *quod &*
iuerſa plebi mandare ieiunia
mbroſius ſerm. 25. & 34.
s in epiſt. ad Marcellam
res Montani: *Nos*, inquit,
drageſimam ſecundum tradi-
ſtolorum tempore nobis con-
nus: Non quod & per totum
pta Pentecoſte, ieiunare non
uod aliud ſit neceſſitate, aliud
unus offerre; vbi ieiunium
mę neceſſarium vocans, &
oluntarijs diſtinguens aper-
Eccleſiam poſſe in conſciē-
fideles ad certa quædam
ciborum delectum. Augu-
e hæreſ. cap. 35. refert in-

ter errores Aërij; quod is diceret, ieiunia ab Eccleſia præcepta non debere ſeruari; & ſerm. 62. de tempore; *Alijs*, inquit, *diebus ieiunare remedium eſt, aut præmium, in Quadrageſima non ieiunare peccatum eſt*. Quod idem docent poſteriores Patres, conſtatque ex eorum omnium contextu, illos, qui legem ieiunij violant, non peccare ex ſe ratione ſcandali, vel contemptus, ſed in intemperantia, quam proterea Ambroſius, & Baſilius locis citatis ventris voracitatem nominant; dum dicunt non leue peccatum eſſe indicta ieiunia ventris voracitate diſſoluere.

Tertiò demùm probatur concluſio ratione ſequenti, nam, vt dicetur infra, agendo de diuerſitate ſtatuum, poſſunt Eccleſiæ præſules, maximè autem Pontifex Romanus Eccleſiæ vniuerſalis Paſtor, & rector, veras leges ferre; eſt autem commune omni veræ legi, vt actum virtutis non neceſſarium, faciat eſſe neceſſarium, cum illum determinat, ac faciendum præcipit. Igitur cum actus ieiunandi certis diebus, & abſtinendi à certis cibis, ſit actus virtutis temperantiæ, etiam ſi alioqui neceſſarius non eſſet, redditur tamen talis, vbi Eccleſiaſtica lege præſcribitur; atque adeò peccat vitio intemperantiæ, qui non ieiunat, quando Eccleſia id iubet, & ab ijs non abſtinet cibis, quos prohibet.

Sed obijciunt primo hæretici contra hanc concluſionem locum vnum ex Irenæo in epiſt. ad Victorem Papam, relata ab Euſebio lib. 5. hiſt. cap. 24. vbi cum ſcribat, non ſolum quæſtionē eſſe de Paſchate, ſed etiam de ieiunio: inde arguit Kemnitius 4. parte Examinis, de ieiunio Paſchali, quod nunc quadrageſimale dicitur, voluiſſe tunc quoſdam cum Romano Epiſcopo leges ferre, opinione neceſſitatis, ſub pœna excommunicationis, quando quot diebus, quamdiu, & quomodo ieiunādum eſſet: verùm Irenæum reſpondiſſe, liberas, & diſſimiles eſſe illas obſeruationes, ad quarum ſimilitudinem

Eccle-

Eccleſiæ non ſint adigendæ, nec propter diſſimilitudinem, quaſi eterodoxæ damnandæ.

Reſpondetur falsò inferri à præfato hæretico, ex citata Irenæi epiſtola, fuiſſe qui cum Romano Pontifice legē de ieiunio ferre vellent. Id enim Irenæus ne minimum quidem inſinuat; ſed quod narrat de ieiunio Paſchali, eo pertinet, vt Victorem admoneat, tolerandam eſſe diſſimilitudinem in celebratione Paſchatis, ſicut tolerabatur diſſimilitudo in obſeruatione ieiunij. Deindè, non erat controuerſia tempore Irenęi, an deberet lex aliqua eſſe ieiunij, aut Paſchatis, vt mendaciter fingit Kemnitius, ſed, hoc potius tanquā certo ſuppoſito, an deberet eadem eſſe lex in Oriente, & in Occidente. Multa enim ſunt ritualia, quæ ex præcepto,& lege ſeruantur, & tamen non eſt eadem lex in omnibus regionibus. Tandem, non erat quęſtio de ſubſtantia ieiunij, ſed de quodam accidentario modo, quem ſub legem non erat neceſſe cadere. Nullus enim reuocabat in dubium, an ex lege ieiunium Paſchatis obſeruandum eſſet, ſicut etiam nullus ambigebat, an ex lege feſtum Paſchatis celebrari deberet; ſed quæſtio erat,quo die lex præſcriberet illud eſſe celebrādum, die ne Dominico tantùm, an quocumque alio die, in quem luna quartadecima incideret; & ſimiliter quærebatur, quale ieiunium Quadrageſimę lex prçciperet, vtrum videlicet ſemel in die cibus ſumendus eſſet, an poſt biduum, vel triduum. Et quoniam re vera controuerſia iſta de forma, vel modo ieiunij non neceſſario definienda erat, ita ſentiebat Irenæus, controuerſiam de die Paſchatis non neceſſariò definiri debuiſſe. Sed contra ſenſit Victor Pontifex, cuius ſententiā poſtea Synodus Nicæna ſecuta eſt, vt notauimus ſupra agendo de feſtis.

Quæ alia duo Caluinus in præfat. inſtitut. & fuſius Kemnitius loco citato obijciunt, vnum ex Apollonio apud Euſebium lib. 5. cap. 17. Montanum primum fuiſſe, qui leges ieiunij impoſuerit; alterum, Spiridionem in Quadrageſima carnes edendas hoſpiti ſuo appoſuiſſe, teſte Sozomeno lib. 1. hiſt. cap. 11. quaſi inde ſequatur, delectum ciborum in Quadrageſima non ita eſſe lege præceptum, vt in conſcientia, & coram Deo obliget,cum vir tantæ ſanctitatis in ipſa Quadrageſima carnes edere, & alijs edendas apponere non dubitauerit.

Hæc, inquam, duo obiecta nullius ſunt prorſus momenti contra veritatē Catholicam; ad prius enim reſpondetur, particulam illam, *primus*, vbi de Montano, additam fuiſſe ab hæreticis; cum nec habeatur in textu Græco Euſebij, nec in editionibus Latinis, excepta Baſileenſi ab hæreticis concinnata. Deindè Tertullianus in lib. de ieiunio, vbi Montanum, iam in tranſuerſum actus, acriter defendit, non dicit, illum accuſatum fuiſſe, quod primus leges ieiuniorum impoſuerit,ſed quod nouas leges addiderit. Et in eodem loco fatetur Tertullianus, ieiunium Paſchale fuiſſe ex lege ſeruatum in Eccleſia ante tempora Montani. Quod eſt argumentum euidens,non fuiſſe à Montano primum excogitatas, & inductas leges ieiuniorum;nec non quod Hieronymus in epiſt. ad Marcellam de erroribus Montani, non reprehendit eum, quod primus leges ieiuniorum inuenerit, ſed quod tres Quadrageſimas obſeruari voluerit. Sicut etiam Theodoretus lib.3. de hæret. fab. ait, eumdem nouas leges ieiunij tuliſſe prçter Eccleſiæ conſuetudinem. Vnde ſi quando nonnulli Doctores, Chriſtianam libertatem veluti defendentes,Montanum reprehendunt, in eo nō leges ieiuniorum,vel ciborum delectum, vel opinionem meriti, & ſatisfactionis damnant,aut putant Eccleſiam non poſſe ad illa obligare fideles in conſcientia, vt ineptè colligunt aduerſarij, abſque alio fundamento,quam proprię ſuſpicionis; ſed improbant, quod ipſe priuatus homo, Eccleſiam ad ſuas leges obligare vellet, & leges planè

liſcretas, quas tamen per ſum-
rudentiam Spiritui Sancto au-
rueret.
erum obiectum dicitur in eo
prodi aduerſariorum fraudu-
reticentium cauſam facti,
ferunt Spiridionis; qui carnes
o appoſuit in Quadrageſima,
ipſe guſtauit, non quod cre-
lectum ciborum in Quadra-
cleſiaſtica lege in conſcien-
nte præcipi nõ poſſe; ſed ſolũ
debere, ita cogẽte neceſſitate,
te; quo caſu, id fieri poſſe
tholicorum negat; imo extat
decretum Innocentij Summi
cap. Conſilium, de obſeru.

tem ita ſe habere, nec non
nentum contra ipſos aduer-
dum ſumi poſſe, clarè appa-
deranti omnes illius hiſtoriæ
tias. *Primò* enim refert So-
ſolitum fuiſse Spiridionem
ſine cibo tranſigere; & ideò
et hoſpes quidam valde feſ.
re, nihil prorſus habuiſſe,
ſet apponere, præter carnes
in longum tempus ſeruari
m nec panem, nec aliquid
erat, cum ſine omni cibo
urus eſſet. Ex quo patet,
n nunquam fuiſſe in Qua-
oſpiti carnes appoſiturum.
el aliquid aliud habuiſſet.
at, eumdem Spiridionem
arnes appoſuiſſe, quam a
n petiiſſet. Quod certè ne-
on erat, ſi lex de ciborum
uadrageſima non obligaſ-
eo. *Tertiò* addit, hoſpitem
am carnis, eo nomine quod
eſſet: non alia ratione,
vt talem, credebat obliga-
ege Eccleſiaſtica ad abſti-
nium tempore quadrageſi-
argumenti vim vt eludat
ſolita ſua temeritate ait,
epiſſe ſuperſtitioſam opi-
ſſitatis abſtinendi à carni-

bus, vbi ieiunatur. *Quartò* demum ſubdit Sozomenus, Spiridionem, vt hoſpiti ſcrupulum auferret, atque oſtenderet in eiuſmodi ſumma neceſſitate non eſſe illicitum carnibus veſci, dixiſſe, propterea illum carnibus veſci poſſe, quia Chriſtianus eſſet, cum Chriſtianis dictum ſit *omnia munda mundis*. Qua Scripturæ authoritate vſus non eſt Spiridion, quaſi illa ſuperſtitioſam hoſpitis opinionem referre vellet, vt fingit idem Kemnitius, ſed intelligeret, ſe reprehendi poſſe tanquam exiſtimantẽ, carnes eſſe immundas, ſi vrgente neceſſitate illis veſci detrectaret. Nam cum neceſſitas excuſet à lege, qui non vult in illa carnibus veſci, indicat, ſe non ideo abſtinere, quia lex prohibet, ſed potius quia caro ſit res per ſe immunda, & illicita; quod eſt contra documentum Apoſtoli: *Omnia munda mundis*.

Tertiò obijcitur illud Auguſtini ex epiſtola 86. ad Caſulanum, vbi ait, Apoſtolos non conſtituiſſe quibus diebus ieiunandum eſſet, aut non ieiunãdum. Tum aliud ex lib. 3. contra Fauſtum cap. 5. vbi ſic loquitur: *Chriſtiani non ſolum à carnibus, verum à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent, vel ſemper ſicut pauci, vel certis diebus, atque temporibus, ſicut per Quadrageſimam ferè omnes, quanto magis quiſque, vel minus ſeu voluerit, ſeu potuerit*.

Reſpondetur ad primum, Sanctum Auguſtinum ibi loqui, vt patet ex contextu, de præceptis Apoſtolorum ſcriptis circa tempus, & modum ieiunandi, non autem de traditis ſine ſcripto, cuiuſmodi eſt ieiunium Quadrageſimale ex traditione Apoſtolica, vt mox dicetur, profectum. Deinde etiam ſi Apoſtoli nihil ſtatuiſſent, aut tradidiſſent, non ſequitur propterea, eorum ſucceſſores non potuiſſe, aliquas leges Eccleſiaſticas ſtatuere tam circa modum, & tempus ieiuniorum, quam circa alia multa, pro data ſibi diuinitus poteſtate regendi Eccleſiam Dei.

Ad ſecundum reſpondetur ſententiā Diui Auguſtini duplicem habere poſſe ſenſum, quorum nullus fauet aduerſarijs, imo potius nobis. Primus eſt, Chriſtianos licet paucos, ſicut erant Monachi, non per Quadrageſimam ſolum, ſed etiam ſemper, ſiue per totum annū, abſtinuiſſe tàm à carnibus, quàm à quibuſdam terræ fructibus; ferè autem omnes certis diebus, atque temporibus, ſicut per Quadrageſimam; quatenus tantus olim fuit in eiunando rigor, præſertim in Quadrageſima, vt ferè omnes voluntariè abſtinerent nedum à carnibus, ſed etiam à certis fructibus; cum nonnulli ſolum abſtinerent à carnibus, cætera præter illas comedentes. Secundus ſenſus eſt, vt illa particula (*ferè*) ſignificet non omnes in Quadrageſima abſtinere à carnibus, quia multi excuſantur, vel ob neceſſitatem, vel pietatem, vt docent omnes Theologi. Quod autem ſequitur, *Quanto magis quiſque ſeu voluerit, ſeu potuerit*, non refertur ad abſtinentiam à carnibus, ſed ad abſtinentiam à fructibus, à quibus multi, non quidem ſemper, nec omnino, vt alij pauci, ſed per Quadrageſimam, magis, vel minus abſtinebant, ſeu volebant, ſeu poterant.

Inter ieiunia autem ab Eccleſia inſtituta, & indicta primum ſemper habuit locum ieiunium Quadrageſimale, alias etiam dictum Paſchale, quia ante Paſcha ſeruatum, & ob pręparationem ad illud. Circa cuius originem varię ſunt opiniones. Prima omnium huius temporis ſectariorum aſſerentium Quadrageſimam poſt tempora Apoſtolorum ex quadam ſuperſtitione, & peruerſa imitatione Chriſti paulatim irrepſiſſe; in docente Caluino lib. 4. inſtitut. cap. 12. §. 20. & Magdeburgenſibus cent. 1. lib. 2. cap. 10. Altera refert illam ad Teleſphorum Papam. Quod iam aliquos ſuo tempore ſenſiſſe, ſcribit Euſebius in Chronico, forſan ex hoc deceptos; quia Teleſphorus legitur clericis mandaſſe, vt ſeptem integras hebdomadas à carnibus abſtinerent, cum laici ſeptem hebdomadas non integ[…] abſtineant; Eum enim abſolutè in[…] tuiſſe ieiunium quadrageſimale vo[…] tum, omnibus fidelibus commune, […] non poteſt, ſi apud Sanctum Ignati[…] qui ante ipſius tempora vixit, expre[…] & aperta mentio habetur Quadrag[…] mæ, vt mox dicemus.

Tertia, & vera ſententia eſt omni[…] Catholicorum, tenentium Quadra[…] ſimale ieiunium ab Apoſtolis Do[…] fuiſſe inſtitutum, atque Eccleſię […] uerſæ traditum. Id *Primò* conſtat […] canone 68. Apoſtolorum. *Secundò* […] teſtimonio plurium veterum Patri[…] ſtatim citandorum, qui nedum Q[…] drageſimalis ieiunij meminerunt, […] expreſsè tradunt illud ab Apoſtoli[…] ſtitutum fuiſſe. *Tertiò*, ex regula […] notiſſima Diui Auguſtini, epiſt. 11[…] Ianuarium, & lib. 4. de Baptiſmo […] 24. qua docet ea omnia ſine dubi[…] Apoſtolica traditione deſcendere, […] in vniuerſa obſeruantur Eccleſia, & […] nullo eius concilio ſtatuta reperiu[…] Hæc enim regula, quo ad vtram[…] partem, apprimè cadit in ieiun[…] Quadrageſimale, quod non ſolum […] nullo primum Concilio inſtitutur[…] peritur, ſed etiam eius mentio ha[…] in authoribus, qui omnia Concilia […] ceſſerunt. Illud autem in Eccleſi[…] uerſa ſemper fuiſſe, & ab Apoſto[…] tradi[…]ione proueniſſe, manifeſtè […] ex Concilijs, & Patribus diuerſo[…] temporum, & locorum.

Fit igitur mentio Quadrageſi[…] rei vniuerſalis, & antiquiſſimę, in […] cilio I. Generali Nicęno, can. […] Concilio Laodiceno, can. 49. & […] tibus. Item in canonibus Synod[…] niſextæ Trullanis dictis 29. 51. […] Quæ ſunt Concilia in Oriente ce[…] ta. Et in Concilijs Occidenta[…] Aurelianenſi I. cap. 29. & IV. c[…] Agathenſi cap. 12. Antiſiodoren[…] Bracarenſi II. cap. 9. Toletano I[…] 7. & 10. & VIII. cap. 9. Trib[…] cap. 35.

Nullus eſt etiam veterum Pat[…]

em Quadrageſimæ non me-
Ex Græcis, Ignatius, qui vi-
re Apoſtolorum, in epiſtola
enſes. Irenæus in epiſt. ad
Papam apud Euſebium lib. 5.
ius authoritatem etſi conen-
e aduerſarij, vt vidimus ſu-
in ea ſignificetur, ieiunium
ſimæ fuiſſe vulgarem, priua-
oritate à ſimplicibus homi-
ductam conſuetudinem, non
poſtolorum traditione, to-
cleſiæ inſtitutione; merum
illorum figmentum, patet
epiſtolæ textu. In qua non
us, dubitationem tunc fuiſ-
os Apoſtolicos de ieiunio
imæ, ſed de ſpecie, & forma
rum ſeruandum eſſet ieiu-
raginta dierum ante Paſcha:
comperto omnes habebāt;
do ſeruandum eſſet. Quod
ntiquis non accuratè illud
vt erat traditum à maiori-
oſtolicis viris, eaque ex ne-
ta eſſet varietas, quæ ipſius
nebatur; vt vertit Ruffinus
ore antiquior, & doctior
s. *Cæpit*, inquit, *hæc diuer-*
(vt opinor) qui non ſimpli-
b initio traditum eſt tenen-
norem, vel per negligentiam,
ritiam poſtmodum decidere.
er quidem aduerſarijs con-
aberi ex hoc teſtimonio,
ex veteribus non conſer-
etudinem Apoſtolicam, ita
c propriè, vt conſeruanda
ortam eſſe apud aliquos
orma ieiunij diuerſitatem;
od ieiunium Quadrageſi-
icitate quadam, & priuata
uthoritate introductum
mè autem ex traditione
vt ipſi arguunt.
omil. 10. in Leuiticum:
uit, *Quadrageſimæ dies ie-*
tos &c. Athanaſius epiſt.
thodoxos, cum per Aria-
o fieret. *Hæc ſub Paſcha*

in ſacra Quadrageſima acta ſunt, per quod tēpus ieiunijs dediti erant. Ephrem Cantico in laudem, & amorem doctrinæ, & Sapientiæ: *Ieiunium quadraginta dierum ieiuna, & panem tuum eſurienti ſuppedita.* Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 4. Baſilius homil. 2. de laudibus ieiunij; & 14. in ebrietatem, & luxum. Gregorius Nazianzenus orat. 40. in Sanctum Baptiſma. Gregorius Nyſſenus orat. de amandis pauperibus. Epiphanius in compendiaria vera doctrina de fide Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ: *Porro*, inquit, *Quadrageſimā ante ſeptē dies S. Paſchatis, ſimiliter ſeruare ſolet eadem Eccleſia in ieiunijs perſeuerans, Dominicis vero omnino non, neque in ipſa Quadrageſima* &c. Theophilus Alexādrinus ep. 1. & 3. Paſchali. Chryſoſtomus homil. 1. & 11. in Geneſim; 73. ad populum Antiochenum de Sanctæ Quadrageſimę ieiunio. Palladius cap. 19. & 20. ſect. 7. de duobus Macarijs. Caſſianus collat. 21. 24. 25. 27. & 28. vbi etiam de diuerſis tūc modis celebrandi Quadrageſimam. Sozomenus lib. 7. cap. 19. vbi etiam de iiſdem variis modis; Item Socrates lib. 5. cap. 21. licet in nonnullis erret, niſi velimus dicere codicem eius fuiſſe corruptum. Victor Antiochenus ad cap. 2. Marci. Dorotheus Archimandrita de S. Ieiunio doctrina 15. qui etiam affirmat Quadrageſimam ab Apoſtolis inſtitutam.

Ex Latinis Tertullianus lib. de ieiunio, cap. 2. ait. Ieiunium quoddam eſſe in Eccleſia lege præſcriptum; quod cap. 13. cum vocet ieiunium Paſchale; inde ſatis clarè colligi videtur eum de Quadrageſima loqui, ſiue de ieiunio, quod ante Paſcha ad eius præparationem ſolemniter celebratur. Sed expreſſam Quadrageſimæ mentionem faciunt, Ambroſius lib. de Noe, & arca; cap. 13. ſerm. 23. 25. & 36. de Quadrageſima, vbi ait: *Ante dies deuotionem Sanctę Quadrageſimæ prædicantes, ſacrarum litterarum exempla protulimus, quibus approbaremus hunc quadragenarium*

numerum non eſſe ab hominibus conſtitutum, ſed diuinitus conſecratum; nec terrena cogitatione inuentum, ſed cæleſti maieſtate præceptum; Quatenus ſcilicet ita Apoſtoli Quadrageſimale ieiunium inſtituerunt, vt tamen, non ex proprio capite, ſed ad exemplum Chriſti, ex inſpiratione diuina id fecerint. Hieronymus varijs in locis, ſed præſertim in epiſt. ad Marcellam contra Mont. *Nos*, inquit, *vnam Quadrageſimam, ſecundū traditionem Apoſtolorum, toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus. Illi* (Montaniſtæ) *tres in anno faciunt Quadrageſimas; quaſi tres paſſi ſint Saluatores. Non quod & per totum annum, excepta Pentecoſte, ieiunare non liceat: ſed quod aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate munus offerre*. Auguſtinus epiſt. 119. ad Ianuarium cap. 15. in Pſalm. 110. ſerm. 55. & 62. de tempore: Paulinus epiſt. 24. *Nam cum in diebus quadrageſimæ aduenisset* &c. Maximus Taurinenſis homil. 3. de ieiunio Quadrageſimæ; homil. 4. & homil. 3. de Pentecoſte. Petrus Chriſologus ſerm. 11. *Quod Quadrageſimam ieiunamus, non humana inuentio, ſed authoritas diuina eſt: & eſt myſticum, non præſumptum; nec eſt de terreno vſu, ſed de cæleſtibus eſt ſecretis*. Leo I. ſerm. de Quadrageſima; *Quod ergo dilectiſſimi in omni tempore vnumquemque conuenit facere Chriſtianum, id nunc ſollicitius eſt, & deuotius exequendum: vt Apoſtolica inſtitutio quadraginta dierum ieiunijs impleatur*. & ſerm. 9. *A Sanctis Apoſtolis per doctrinam Spiritus Sancti maiora ſunt inſtituta ieiunia, vt per commune conſortium Crucis Chriſti, etiam nos aliquid in eo, quod propter nos geſſit, ageremus*. Caſſiodorus in Pſalm. 40. Gregorius Magnus homil. 16. in Euāgelii. Iſidorus Hiſpalenſis lib. 1. de diuinis officijs cap. 36. quique deinceps ſecuti ſunt ceteri Patres.

Porrò cum vna ſit mens, vnumque os veterum Patrum, verè in Eccleſia Catholica omnibus ſæculis, tum apud Græcos, tum apud Latinos ieiunium Paſchale fuiſſe dierum quadraginta, aut fere quadraginta, id eſt, triginta ſex, ob detractionem ſex Dominicarū, in quibus non ieiunatur; & vbi Dominica Quadrageſima ſolum inchoabatur, in eo tamen obſeruando; nonnullam ex eorumdem teſtimonio diſcrepantiam fuiſſe colligitur, non ſolum, vt vidimus ſupra, circa qualitatem abſtinentiæ, & tempus refectionis, ſeu continuandi ieiunium ſine omni cibo, in ipſa Quadrageſima, vtrum ſcilicet cibus ſumendus eſſet ſemel in die, aut ſemel poſt biduum, aut triduum &c. quomodo Irenæus apud Euſebium lib. 5. cap. 24. ſcribit: *Quidam enim exiſtimant vnam diem oportere ſe ieiunare, quidam duas, quidam etiam plures. Quidam quadraginta horis diurnis, & nocturnis metiuntur ſuum diem*. Hoc eſt, alij continuant ieiunium, nihil omnino comedentes vnum diem, alij duos, alij plures, tres videlicet, aut quatuor, aut quinque, aut ſex, integrā nimirū hebdomadā. Alij quadraginta horis diurnis, & nocturnis metiuntur ſuum diem, ieiunij videlicet. Manent enim ſine cibo quadraginta horis diurnis, & nocturnis, quæ licet ferè duos dies contineant, ipſi tamen pro vno accipiunt. Non ſolum, inquam, præfata apud veteres varietas fuit in Quadrageſima obſeruanda, verum etiam circa modum computandi quadragenarium, aut propè quadragenarium numerum dierum illius.

Sic Sanctus Baſilius orat. 2. de ieiunio, indicit publicè Quadrageſimam, & tamen dies tantum quinque, non autem quadraginta ieiunandos eſſe monet. Quatenus ibi loquitur de ieiunio ſingularum Quadrageſimæ hebdomadarum, quarum numerat ſolum quinque dies, quia Græci die Sabbati, & die Dominica non ieiunant. Indeque hortatur populum ad ieiunium Quadrageſimæ alacriter ſuſcipiendum, probatq; inter alia argumenta, haud ita difficilè eſſe illius obſeruationem, quod numerus dierum, quibus continenter ieiunandum eſt, non eſt niſi quinarius, quo exacto ſuccedit biduum, quibus ieiunii

laxetur. Quare Kemnitii an-
n hunc locum 4. part. exami-
li eo ſignificaretur, in quadra-
lies tantum quinque ieiunan-
omnino ridicula eſt.
broſius ſerm. 34. vel quicum-
u:hor illius (cum enim Am-
mpore ſeruaretur Mediolani
ecorum de Sabbato non ieiu-
uius oppoſitum in pręfato ſer-
oetur, non videtur illius an-
) dicit, ſuo tempore aliquos
dragesimam, ſed Quinquage-
iunare ſolitos;alios contra vix
am, aut Vigeſimam, cum al-
tum hebdomadis in Quadra-
iunarent. Vbi per ieiunantes
geſimam pro Quadrageſima,
r qui ſecundum ritum Græ-
n ieiunabant die Sabbati. Sic
actis Sabbatis, & addita vna
da, redit numerus dierum,
iunatur, omnino idem cum
ſultat dempta vna hebdoma-
batis incluſis. Qui mos licet
dierum cum noſtro conue-
en non placuit Eccleſijs La-
que ſuperius citata Concilia
lianenſia, & Agathenſe man-
mnes ieiunent Sabbata Qua-
e, & veram Quadrageſimam,
quageſimam celebrent; eoq;
ſenſu reprehenditur Quin-
a citato ſermone. Qui ibidem
dicuntur alternis hebdoma-
addebant ad numerum illa-
iam ipſi complerent eundem
dierum ieiunij Quadrageſi-
rum ſiue id fecerint, ſiue non,
ert, cum hi non legem ali-
leſiaſticam, ſed cupiditatem,
erantiam ſuam pro regula ha-
ropterea que ab authore illo
reprehendantur.
us Collat. 21. cap. 27. ſcribit,
are ſex hebdomadas, alios
m; Latini ſiquidem ieiuna-
ebdomadas, quia dies tan-
nicos non ieiunabant: Græci
nabant ſeptem hebdomadas,
quia non ſolum Dominicos dies, verum etiam Sabbata non ieiunabant, excepto Sabbato Sancto. Cum autem, ſicut in ſex hebdomadis triginta ſex dies ieiuniorum inueniuntur, demptis Dominicis, ita quoque reperiuntur in ſeptem, detractis Sabbatis, & Dominicis, excepto Sabbato Sancto; manifeſtè patet, quod & ipſemet Caſſianus fatetur, nullam fuiſse diſcrepantiam in numero dierum ieiunij.

Imo cum aliquanto tempore in Eccleſia Latina mos fuerit, vt etiam feria V. vniuſcuiuſque hebdombdæ non ieiunaretur, propter Cœnæ Dominicæ ſolemnitatem, vt conſtat ex conſtitut. Melchiadis Papæ, quæ refertur in cap. ieiunium, d. 3. de conſecrat. ideò octaua hebdomada adiecta eſt, ad 40. dies ieiunij complendos, vbi talis obſeruabatur numerus; dictaque eſt illa Dominica Sexageſima, poſt quam ieiuniũ ſtatim inchoabatur; ſicut Orientales Eccleſiæ, quæ Sabbato, & Dominica die ieiunare non ſolebant, eodem tem. pore quadrageſimale ieiunium incipiebant, vbi etiam integer quadragenarius dierum ieiunij numerus ſeruabatur, ſicut Sanctus Baſilius indicat loco ſuperius citato.

Quæ verò ibidem Eccleſiæ non tantum Sabbato, & Dominica, verum & feria V. ieiunium intermittebant, nouem hebdomadas ante Paſcha ieiunio colebant, teſte Alcuino lib. de diuinis officijs cap. de Septuageſima, ab eadem Dominica Septuageſimæ ieiunium 36. dierum inchoantes. Si quidem nouem Septimanæ dies 63. efficiunt, ex quibus ſi nouem dies Dominicę, & nouem Sabbata, nouemque item ferię quintæ demantur, non amplius, quam 36. dies ad ieiunandum remanent. Ex quibus præfatus author, alijque nonnulli colligunt rationem harum appellationum; dictam ſcilicet fuiſſe Quinquageſimam, quia Quadrageſimam proximè antecedit; Sexageſimam item, quæ eſt ante Quinquageſimam; Septuageſimam denique, quæ eſt ante Sexageſimam; licet

cet alij afferant alias rationes.

Quod denique Socrates ait lib. 5. hiſt. cap. 21. Romanos ieiunare ſolitos tres tantum hebdomadas ante Paſcha, Dominicis, & Sabbatis non ſupputatis. Græcos, Illyricos. & Alexandrinos, ſex hebdomadas. Alios quoſdam ſeptem hebdomadas, ſed interuallo poſito poſt quintum decimum quemque diem; hoc inquam, quo ad ieiunium Romanorũ, aut apertè falſum eſt, aut codicem eius deprauatum habemus. Romæ enim potiſſimum ieiunatum fuiſſe Sabbato, non ſolum in Quadrageſima, ſed etiam per totum annum clarè docet Sanctus Auguſtinus epiſt. 86. ad Caſulanum. Imo ipſi Græci in can. 55. eorum, qui Synodo Trullenſi tribuuntur, Romanos arguunt, quod Sabbato in Quadrageſima ieiunarent. Manifeſtè ergò falſum eſt, quod ait Socrates, Romanos Sabbata excepiſſe à ieiunio Quadrageſimæ; nec minus, quod non ieiunarent, niſi tres hebdomadas. Nam Caſſianus, qui floruit eodem, quo Socrates tempore, ſcripſit, Latinos ieiunare ſex hebdomadas. Et Sanctus Leo, qui fuit Epiſcopus Romanus eodem etiam tẽpore, ſerm. 5. de Quadrageſima dicit, Romæ ieiunium ante Paſcha eſſe omnino 40. dierum.

Vndè probabilius dicendum videtur, codicem Socratis eſſe corruptum, & pro tribus Septimanis ſcribendum eſſe quinque, vt numeri, quos ipſe ponit, ſe conſequantur, nimirum quinque, ſex, ſeptem; nomen verò Sabbati irrepſiſſe ex conſuetudine Græcorum, qui Sabbatis non ieiunant. Si quis inſtet, Romanos non quinque, ſed ſex; & Græcos non ſex, ſed ſeptem hebdomadas ieiunaſſe, teſte Caſſiano, vbi ſupra. Reſpondetur id verum eſſe. At Socrates diſtinguit Quadrageſimam ab hebdomada Sancta, propter eaque dicit, ieiunari quinque hebdomadas à Romanis, & ſex à Græcis: Caſſianus verò comprehendit in Quadrageſima hebdomadam Sanctam, & ideò ieiunio Latinorum tribuit ſex hebdomadas, ie-

iunio Græcorum ſeptem. Morem [...] tem fuiſſe Græcorum diſtinguendi [...] iunium Quadrageſimæ, à ieiunio he[...] domadæ Paſchalis, ſeu Paſcha proxi[...] præcedentis, perſpicuum eſt ex Ig[...] tio, in epiſtola ad Philippenſes, nec n[...] ex Clemente lib. 5. conſtitut. Ap[...] cap. 13. & 19. & ex Epiphanio [...] compendiaria vera doctrina de fide.

Igitur, ſi præfato modo corriga[...] textus Socratis, id eſt pro tribus ſe[...] manis ponantur quinque, patet null[...] eſſe diſcordiam inter Socratem, & C[...] ſianum de ieiunio tum Latinorum, [...] Græcorum. Quique etiam apud [...] cratem dicuntur præter regulam c[...] rorum ieiunaſſe ſeptem hebdomad[...] ſed interuallo poſt quindecim dies [...] terpoſito, conueniunt quoque cum [...] teris in eodem dierum numero. N[...] ieiunabant primas duas hebdoma[...] integras, deindè in tertia ceſſaban[...] ieiunio. Rurſus ieiunabant quarta[...] & quintam hebdomadam etiam i[...] grè, tum ceſſabant in ſexta. Tan[...] ieiunabant hebdomadam ſeptimam[...] que addebant hebdomadam ſancta[...] Proindè ieiunabant ſex integras h[...] domadas, quæ, vt ſupra dictum [...] continent dies ieiuniorum trigi[...] ſex.

Cum autem, ex dictis, in pluri[...] tum Latinorum, tum Græcorum [...] cleſijs, triginta ſex duntaxat iei[...] dies in Quadrageſima numeraren[...] quippè quæ à prima eius Domin[...] inchoabat, & tam in illa, quam in c[...] ris nonniſi ſemiplenum, aut portio[...] ieiunium, id eſt ſola à carnibus a[...] nentia ſeruabatur, dubium eſt, qua[...] quatuor dies proximè antecede[...] primam Dominicã Quadrageſimę a[...] cti fuerint, vt ſacer numerus 40. iei[...] dierum, quem Dominus, & Salu[...] noſter Ieſus Chriſtus ſuo ieiunio [...] ſecrauit, adimplerentur. Quidam e[...] aſſerunt id à Gregorio I. factum e[...] alij verò à Gregorio II. Alij tandẽ [...] ſtimant iam tempore Leonis I. qua[...] diebus ante primam Dominicam [...] drag[...]

æ ieiunari ſolitum fuiſſe, vt
colligi ex ſermone eius 4.5. &
adrageſima. Quæ ſententiæ
ſſunt conciliari, ſi dicatur iam
tempore Leonis I. ita in vſu
d non ita vniuerſaliter, ſicut
gorium I.

n autem rationes præcipuæ
ur à Patribus locis ſuperiùs
ſtituendi ſacrum quadrage-
nium. *Prima*, vt Chriſtiani
o negligentijs toto anni tem-
miſsis agerent, quaſi com-
 publicam pœnitētiam; apud
um in cap.3. Ionæ, Leonem I.
e quadrageſima, & Grego-
mil. 16. in Euangelia. *Secun-*
acram Communionem, quā
e Chriſtianorum nullus de-
re, ſimul omnes per hoc ſo-
nium prępararentur. Apud
Hieronymum loco citato, nec
.9. Matthæi; & apud Chri-
homil. 1. in Geneſim. *Ter-*
impleretur quod Dominus
9. *Cum auferetur ab eis ſpon-*
iunabunt in illis diebus. Vbi
nem ſponſi minimè intelli-
nſio Domini, vt falsò exiſti-
ontaniſtæ, qui ideò poſt illā,
Hieronymus cap. 9. in Mat-
ſtituerant vnam quadrageſi-
iorum; ſed paſsio eius, &
 vt fideles deuotius recole-
ra tunc ab Eccleſia inſtituta
ia. *Quarta*, vt non tantùm
bā implerentur, verum etiā
rationem Paſsionis, & re-
 eius, per hoc ſolemne ie-
oneremur, vt tradunt com-
tres, ſed præcipuè S. Leo
 & 12. de quadrageſima.
Chriſtiani non ſolum pro
 pro Catechumenis in Pa-
enerandis ieiunarent; apud
 ſerm. 88. & 37. *Sexta*, vt
as vitæ noſtræ per abſtinē-
ageſimalem Domino con-
 apud Caſsianum, Doro-
egorium, & Iſidorum locis

citatis. Dierum enim totius anni de-
cima pars ſunt dies triginta ſex, vltra
quos quadrageſimam propriè dictam
non extendi docet Bellarminus tom. 4.
lib. 2. de bonis operibus cap. 16. tum
ex officio Eccleſiaſtico, tum ex eo quod
ieiunium quadrageſimę ſoluitur ad ve-
ſperam, ieiunium autem dierum præ-
cedentium primam Dominicam qua-
drageſimæ, & additorum, vt adimple-
retur numerus 40. dierum ſacro Do-
mini ieiunio conſecratorum, ſoluitur
ad nonam. *Septima* tandem, vt Chri-
ſtum, qui caput noſtrū eſt, eo quo poſ-
ſumus meliori modo, ſic ieiunantes
imitaremur: apud Ignatium epiſt. ad
Philippenſes; Baſilium orat. 1. de ieiu-
nio; Gregorium Nazianzenum orat. in
Sanctum Lauacrum; Hieronymum in
cap. 58. Iſaiæ; Chriſoſtomum homil. 2.
in Geneſim; & Auguſtinum in epiſt. 119.
cap. 15.

Quas rationes, Patrumque authori-
tatem, etſi irrideant ſectarij, præſertim
Caluinus, qui loco ſuperius citato aſ-
ſerere non dubitauit, Quadrageſimam
poſt tempora Apoſtolorum ex quadam
ſuperſtitione, & peruerſa Chriſti imita-
tione paulatim irrepſiſſe, parū intereſt;
nullus ſiquidem eſt, vel minimū ęquus
rerum arbiter, qui id ſummę non tri-
buat temeritati, & inſolentiæ. Quo-
modo enim ridicula, quomodo ſuper-
ſtitioſa obſeruatio dici poteſt, quæ ab
Apoſtolis ad exemplum Chriſti per
doctrinam Spiritus Sancti inſtituta, om-
nibus ſęculis poſt Apoſtolica tempora
ſuccedentibus, communi Conciliorum,
& Patrum teſtimonio, & applauſu ce-
lebrata eſt? vt ſatis patet ex dictis.

Poſt ieiunium quadrageſimæ, potiſ-
ſimum fit mentio apud veteres Patres
ieiunij ferię quartæ, & ſextæ per totū
annum in Oriente; quod feria quarta
Chriſtus proditus, ac venditus fuerit,
ſexta verò crucifixus, & mortuus. Quod
ieiunium, licet eſſet de præcepto, quo
ad abſtinentiam à carnibus, ſecus ta-
men, quoad abſtinentiam à prandio,
ſed in libertate fidelium erat; portiona-

leque proindè ieiunium, vel ſemiieiunium vocabatur. In Occidentali autẽ Eccleſia, magna ex parte mutatum fuit ieiunium feriæ quartę in ieiunium Sabbati. Circa quod magna apud veteres controuerſia extitit. Aliqui enim exiſtimabant, nefas eſſe die ſabbati ieiunari excepto ſabbato Paſchali; quam ſententiam ſecuti ſunt Græci in Concilio Quiniſexto, can. 55. ex Trullenſibus. Contra verò quidam Vrbicus nefas eſſe docuit ſabbato non ieiunari, cuius ſententiam refellit S. Auguſtinus epiſt. 89. Pręter quas duas extremas ſententias, aliæ duæ fuerunt mediæ. Prima Innocentij I. epiſt. 1. docentis, ſabbato conuenientiſsimè ieiunari. Altera Ambroſij, & Auguſtini congruentius eſſe putantium, vt non ieiunaretur ſabbato; qui tamen hortabantur omnes, vt Prouinciæ ſuæ conſuetudinem obſeruarent, epiſt. 86. & 118. nec non Hieronymus, in epiſt. ad Lucinium Beticum.

Verùm ſententia Sancti Innocentij tandem præualuit, & ab Eccleſia Occidentali vniuerſa recepta eſt. Vt enim in odium, & deteſtationem hęreticorũ Simmianorum, & Marcioniſtarum, negantium Deum verum eſſe illum, qui mundum condidit ſex diebus, & in ſeptimo requieuit; proptereaque die ſabbati ieiunantium, ne viderentur gaudere de quiete, & operibus creatoris, placuit veteribus per Orientem prohibere ieiunium die ſabbati; ita in vniuerſo Occidente nulla habita ratione huiuſmodi hæreticorum, longèque alia ab illis de cauſa ſabbati ieiunandi mos inualuit. *Primò* vt longiſſimè à Iudæis recederemus; qui non ieiunant, ſed epulantur in ſabbato. *Secundò*, vt ad celebritatem Dominicæ diei per hoc ieiunium deuotius præparáremur. *Tertiò* maximè propter Chriſti ſepulturam, & Apoſtolorum, cum ipſa Deipara, luctum, ac mœrorem. Nàm, vt rectè arguit Innocentius, quemadmodum Græci cum Latinis ieiunant in ſabbato maioris hebdomadæ, in memoriam humilitatis Domini, qui die ſabbati ia[...] mortuus, & clauſus in ſepulchro; [...] non ex eo quod Apoſtoli, alijque di[...] puli Domini, cum Beatiſsima Virg[...] & Sanctis mulieribus, non ſolùm fe[...] ſexta, verùm etiam die ſabbati in lu[...] & mœrore fuerunt; ſic etiam par e[...] vt ieiunaretur omnibus per totum [...] num ſabbatis ob eamdem ratione[...] alioqui non deberet ieiunari feria [...] propter Chriſti paſſionem, niſi in [...] iori hebdomada.

Datur inſuper ieiunium quatuo[...] porum in vniuerſa Eccleſia; cuius [...] ginem ab Apoſtolica traditione e[...] ſaltem maxima ex parte, colligitu[...] epiſtola Callixti Papæ vicini Apo[...] lorum temporibus, ad Benedictum [...] affirmat iam ante ſua tempora co[...] uiſſe in Eccleſia ſeruari trium ter[...] rum ieiunia, à ſe verò additum q[...] ieiunium, ſiue quarti temporis ieiu[...] cumque forſan Apoſtoli hoc ieiu[...] non inſtituiſſent ſub lege præcepti [...] tat Bellarminus, frigeſcente poſt [...] delium deuotione, ab eodem Ca[...] Pontifice, vel alio præceptum qu[...] fuiſſe additum.

Circa quorum etiam ieiuniorum [...] ſtributionem aliqua fuit olim di[...] tas. Aliqui enim *primum* celebr[...] prima hebdomada primi menſis, [...] Martij. *Secundum*, ſecunda hebd[...] da quarti menſis. *Tertium*, tertia [...] domada ſeptimi menſis. *Qua*[...] quarta hebdomada decimi menſ[...] habetur in Concilio Mogũtino, ca[...] & apud Rabanum Maurum lib. [...] inſtitut. Cleric. cap. 24. Alij magis [...] muniter, *Primum* tempus conſ[...] bant in prima quadrageſimæ h[...] mada; *Secundum* in hebdomada [...] tecoſtes; *Tertium*, in tertia hebdo[...] Septembris; *Quartum*, in tertia [...] hebdomada Decembris, ſic rep[...] tur deſcripta apud Leonem I. in [...] de ieiunio decimi menſis, & Ge[...] in epiſt. 1. cap. 13. aduertendum [...] eos non expreſsè notare hebdo[...] ſeptimi, & decimi menſis, ſed t[...] ipſos menſes.

Pr[...]

ipuæ autem huius inſtitutionis
temporum cauſæ ſunt. *Pri-*
hriſtiani in hac parte Iudæis
res viderentur. Apud quos,
it ex cap.8. Zachariæ, fuit ſo-
iunium quater in anno,ſcilicet,
5.7. & 10. *Secundò*,vt his tem-
Deo ſupplicaretur pro fructi-
e, & pro ijſdem iam perceptis
getentur. *Tertiò*, vt ſicut ha-
ſolemne ieiunium ſingulis an-
um quadrageſimale; & ieiu-
tum ſingulis ſeptimanis, ſcili-
4. & 6. vel feria ſexta, & ſab-
quoque haberetur ieiunium
ngulis menſibus. Tres tamen
tribus menſibus reſpondent,
tatis gratia in vnum menſem
int.

r aduentum Domini ieiunio
conſueuiſſe in Romana Ec-
nſtat ex Innocentio III. cap.
,de obſeruatione ieiuniorum.
n ieiunium non tam ex præ-
am ex conſilio, aut voto, ab
ſolùm ſeruari, Eccleſiæ pra-
pertè demonſtrat. Idem di-
ieiunio Rogationum, ſiue
aſcenſionem, quod vna cũ
S.Mamerto Viennenſi Epi-
itutum fuiſſe ſcribit Grego-
nenſis lib.2. hiſt. Franc.c.34.
ilta incommoda,quæ à terræ
luporum incurſionibus, eo
allia patiebatur. Vide Ba-
annum 475. num. 12. & ſe-

circa ieiunia, quæ pridie
feſtiuitatum obſeruari in
ſolent; eorum nonnulla in
iaſtico memorantur, tanquã
te vſitata fuerint; vt in c.1.
tione ieiuniorum fit mentio
igiliæ Natiuitatis Domini,
nis B.Virginis,& Apoſtolo-
ue S.Mathiæ,vbi monet Pa-
tius III. ſi feſtiuitas in fe-
am incidat, non in Domi-
ſabbato ieiunandum eſſe.
idem Innocentius ſcribit:
*Omnium Apoſtolorum vigiliæ ſunt in ob-
ſeruatione ieiunij celebrandæ, præter vigi-
lias Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, &
B. Ioannis Euangeliſtæ: quoniam ipſorum
ſolemnitas infra ſolemnitatem Paſchalem;
iſtius autem infra Natalem Domini cele-
bratur*. In vigilia quoque S.Bartholo-
mæi alicubi non ieiunari, & in hoc re-
gionis conſuetudinem ſeruari debere,
ſignificat ibidem.

De alijs autem ieiunijs, videlicet in
vigilia Pentecoſtes, S.Ioannis Baptiſtę,
S.Laurentij, & omnium Sanctorum, ni-
hil in iure Canonico reperitur: attamen
propter generalem Eccleſię Latinę cõ-
ſuetudinem, ea obſeruanda eſſe docent
omnes Canoniſtæ. Et in vigilia Pente-
coſtes, de qua maximè dubitari poteſt,
eo quod ſit ille dies vnus ex 50. quibus
ſecundum antiquam Eccleſiæ traditio-
nem, ieiunium non præcipitur, ieiunan-
dum eſſe, expreſsè ait Ordo Romanus
cap. ordo in Sabbato Sancto Penteco-
ſtes, quem librum antiquiſſimum eſſe
ſatis ex eo patet, quod ab Alcuino, &
Amalario ſæpe citatur. Nihil enim
obſtat, quin ieiunium hoc, tametſi for-
tè olim vſitatum non fuerit, noua ta-
men Eccleſiæ conſuetudine poſtea in-
troductum fuerit; præſertim cùm vigi-
lia illa per anticipationem feſtiuitati
annumerari poſſit, perindè ac ſi dies
Pentecoſtes iam completi eſſent, vt pa-
tet ex officio Miſſæ.

De Vigilijs.

Quia ſtatio, ieiunium, & vigiliæ
interdum in eoſdem dies con-
currere ſolebant, ideo promiſcuè apud
Scriptores Eccleſiaſticos pro eodem
vſurpata reperiuntur, licet reipſa diffe-
rant. Cum enim Sacrificium Miſſæ in
diebus ieiuniorum poſt meridiem cele-
brari olim ſoleret, cui poſtea veſperti-
num annectebatur officium; totoque
illo tempore fideles in Eccleſia oratio-
ni intenti perſtarent, nec ante ad cibum
ſumendũ diſcedere auderent; hæc cau-
ſa fuit, cur ieiunium propter coniun-

ctionem, quam cum diuturna in Eccleſia commoratione habebat, interdũ ſtatio dicatur à Patribus; Tertulliano lib. de orat. in fine, Ambroſio ſerm. 25. de quadrageſima, Hieronymo lib. 2. contra Iouinianum; Caſsiano lib. 5. inſtitut. cap. 20. & collat. 22. cap. 29. Siquidem diurnæ quaſi excubiæ orantiũ, & ieiunantium in Eccleſiâ ſtationes vocabantur, nomine ex militia deſumpto, ſicut teſtatur Rabanus lib. 2. de inſtitut. Clericorum cap. 18. Poſtea verò vſus obtinuit, vt aliorum etiam ſolemnium dierum, quibus non ieiunabatur, in Eccleſia commorationes appellarentur ſtationes.

Et quia fideles pridiè feſtiuitatum ſolemnium, poſt ſolutam ſtationem, & cibum ſumptum, iterum ad Eccleſiam nocturno tempore reuerti conſueuerãt, vt ibi in orationibus vigilarent, dum Clerici nocturnas preces, ad modum militarium vigiliarum, perſoluerent; inde plerumque vigilia poſt ſtationem & ieiunium inſtituebatur, quamuis etiam non obſtaret vigiliam ſine ieiunio fieri, ſicuti, & vice verſa, ſtationes & ieiunio ſine vigilia. Imo huiuſmodi vigilię, quarum meminere Tertullianus lib. 2. ad vxorem, Euſebius lib. 6. hiſt. cap. 7. Baſilius in Pſal. 114. alijque permulti, quod paulatim occaſiones fuerint plurium abuſuum, vel potius flagitiorum committendorum, vt nihil eſt tam ſanctum, quod humana non peruertat malitia, placuit Eccleſiæ nocturnos conuentus, & vigilias propriè dictas intermittere, ac ſolùm in iiſdem diebus ieiunia celebrare.

Hactenus de præcipuis Eccleſiæ ceremonijs, ac ritibus, quos ſatis conſtat, ex dictis, nihil in ſe prorſus falſi, nihil ſuperſtitioſi continere, quidquid in contrarium Nouatores contendant.

CAPVT XXXIII.

Statuitur aduerſus Lutherum, & C[...] num, eorumque ſequaces, pius Ec[...] Catholicę vſus pingendi, vel ſculp[...] ſacras imagines, eaſdem colendi [...] non ſacras reliquias.

SVperiori capite oſtendimus ſa[...]
Eccleſiæ Catholicæ ceremon[...]
vel ritus nihil prorſus continere ſu[...]
ſtitioſi, nunc oſtendendum eſt nul[...]
nus idololatricum eſſe eiuſdem v[...]
in pingendis, & colendis ſacris im[...]
nibus, nec non reliquijs. Quæ m[...]
ria cum fusè pertractari poſſet, il[...]
intra huius capitis limites compre[...]
demus, tot tamen concluſionibus[...]
ſufficient, ad plenam veritatis exp[...]
tionem, eiuſque defenſionem adu[...]
impugnantes, qui plures fuere.

Primum enim Iudæi, olim ad[...]
lolatriam procliuiſsimi, poſt C[...]
aduentum docere cœperunt vſun[...]
crarum imaginum eſſe idololatri[...]
iureque diuino prohibitum illo[...]
di 20. *Non facies tibi ſculptile, n[...] omnem ſimilitudinem.* Quem erro[...]
amplexus eſt etiam Mahumetes,[...]
ſuæ ſectę hominibus imagines p[...]
tens, vt conſtat ex Alcorano ca[...]
& 17.

Inter eos autem, qui Chriſti[...]
profitentur nomen, duo fuere e[...]
errores. Primus eorum, qui v[...]
Damaſcenus lib. de hæreſibus, [...]
nes Chriſti, Beatiſſimæ Virginis[...]
niumque Angelorum, & Sancto[...]
honore diuino proſequendas eſ[...]
ſtimarunt. Hæreticos hoſce vo[...]
Damaſcenus Chriſtianocategor[...]
eſt Chriſtianorum accuſatores[...]
niam propter illos accuſabantu[...]
ſtiani, tanquam idolorum culto[...]

Alter eorum, qui ſacras im[...]
nec pingendas, nec colendas e[...]
luerunt. Quem errorem primu[...]
qui tribuunt Manichæis, tùm c[...]
Sereno Maſſilienſi Epiſcopo ci[...]

mini 590. quem D. Grego-
. epiſt.9. refert, *inconſiderato*
uſum, Sanctorum imagines, ſub
excuſatione, ne cultu idololatriæ
ur confregiſſe. Verùm Bellar-
m.2. lib.2. de imaginibus c.6.
ndit non tam iſtos, quam Iu-
nos abſolutè fuiſſe Iconoma-
i in Thalmud, quod prodijt
iſti 476. aſſerunt, Chriſtia-
cleſias eſſe domos idolola-
d propter imagines dictum,
, tum ex VII. Synodo, vbi
r Iconomachi dicuntur He-
ex dialogis Leontij, quorum
tur in eadem Synodo act. 5.
atur Iudæus cum chriſtiano
ibus. Refertur etiam ibidē,
Cedreno, Zonara, & Niceta
nis Iſauri, Hebræum quem-
ficum Eſidi Regi Arabum,
no promiſiſſe triginta annos
ſuo imperio iuberet imagi-
, & Sanctorum ex Chriſtia-
leſijs auferri, & comburi.
ſtitit ille, ſed anno ſequenti
ebræus tanquam impoſtor
e eius turpiſſima morte mo-

oſt, id eſt circa annum Do-
Leo Iſaurus Imperator à
iliter perſuaſus, qui centum
itam ipſi pollicebantur, pu-
o imagines deponi, & dele-
us templis iuſſit; multoſ-
anos reſiſtentes neci dedit;
omachi cognomen habuit.
o, Zonara, Paulo Diacono
ſtis Longobardorum c. 14.
tque hic fuit primus Chri-
qui bellum mouit contra
gines; etſi enim Philippicus,
Paulo Diacono, prius de-
agines ſex priorum Syno-
eralium; tamen id fecerat
nodi, non odio imaginum:
hilippicus Monothelita, nō
us. Impietatem Leonis ſe-
onſtantinus Copronymus
is filius. Cumque aliquā-

diu ceſſaſſet, iterum renouata eſt à Leone Armenio Imperatore, & qui ei ſucceſſerunt, Michaele Balbo, & Theophilo eius filio circa annum Domini 840.

Quo etiam ferè tempore in Occidēte ſub Imperio Ludouici Pij Caroli Magni filij, Claudius Hiſpanus, Epiſcopus Taurinenſis Felicis Vrgelitani diſcipulus imagines, & cruces è templis omnibus ſuæ diœceſis abſtulit; vt refert Ionas Aurelianenſis de cultu imaginum.

Poſt illa tempora circa annum Domini 1200. Vvaldenſes aſſeruerunt Chriſti, & Sanctorum imagines delendas eſſe, teſte Aenea Siluio hiſt. Bohem. cap. 35. nec non Claudio Coſſordio contra Vvaldenſes art. vlt. item circa annum Domini 1390. Ioannes Vviclefus, teſte Thoma Vvaldenſi tom. 3. tit. 19. cap. 150. obiter quidem attigit imaginum reprehenſionem, ſed diſcipuli eius illas acrius poſtea oppugnauerunt.

Superiori demùm ſæculo, hoc eſt, circa annum Domini 1525. Carlſadius primus in Germania imaginum hoſtis eas templo abſtulit, vt refert Ioannes Cochlæus in vita Lutheri; qui etiam rem probauit, licet authorem reprehenderit, quia, vt id faceret, non à ſe facultatem petierat. Philippus quoque Melancthon in locis communibus cap. de Decalogo reprehendit omnem imaginum venerationem; nec non centuriatores paſſim, ſed præcipuè cent. 8. 9. & 10.

Tandem Caluinus nedum ſacrarum imaginum cultum irridet, verum inſuper ait lib. 5. inſt. cap. 11. nefas eſſe Deo inuiſibili, & incorporeo imaginē viſibilem, & corpoream erigere; imagines autem Chriſti, & Sanctorum nō eſſe quidem prohibitas ſimpliciter, ſed non debere in templis collocari; denique hiſtorias depictas habere poſſe aliquem vſum, ſcilicet ad inſtruendū; at imagines ſolius Chriſti, vel Sanctorum ſine vlla rerum geſtarum notatio-

ne, nullum prorſus habere vſum, niſi ad oblectandum, proptereaque fruſtra depingi, aut ſculpi. Cuius Caluini ſententiam, quo ad imagines Dei, ac Trinitatis aliqui etiam doctores Catholici tenuerunt Henricus Gandauēſis quodlib. 10. quæſt. 6. Durandus in 3. ſent. diſt. 9. q. 2. n. 15. Abulenſis in cap. 4. Deut. quæſt. 5. docentes præfatas imagines non rectè fieri, & ab Eccleſia fortaſſe tolerari, non tamen probari. Gabriel Vaſques 1. 2. diſp. 104. cap. 2. aſſerit, nullam quidem tàm ſpiritualium, quàm naturalium rerum imaginem ſuaptè natura vetitam eſſe; Iudæis tamen in veteri Teſtamento quemlibet vſum imaginum, & ſtatuarum, præcepto Dei poſitiuo fuiſſe interdictum Exodi 20. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem.* Pro qua ſua ſententia multos citat authores.

Vt ſacræ imagines, ita etiam ſacræ reliquiæ ſuos habuerunt impugnatores. Primum eorum fuiſſe Eunomiū, & poſt eum Vigilantium ſcribit contra iſtum Hieronymus cap. 2. Refert Ionas Aurelianenſis lib. 1. de cultu imaginū, *Claudium Taurinenſem aduerſus reliquias, et ſepulchra Sanctorum quædam nefanda dogmatizaſſe*; Thomas Vvaldenſis tom. 3. tit. 24. Vviclefo, & diſcipulis eamdem hæreſim placuiſſe; & Hieronymo Pragenſi Cochlæus lib. 3. hiſtor. Huſſiticę teſtantur.

Martinus Lutherus in poſtilla in die Exaltationis S. Crucis, contra Sacras Reliquias hæc habet; *Quicquid de Sancta Cruce dixi, intelligi debet de omnibus Sanctorum reliquijs. Reliquiæ enim nihil aliud ſunt, quam fraudes, et ſeductiones fidelium: quare omnino infra terram defodiantur. Hoc de explodendis, et exſibillandis Sanctorum reliquijs olim pertractauit, et Vigilantius, cui ſe fortiter, et acriter oppoſuit Hieronymus. Quod ſi adhuc Viligantij monumenta ſupereſſent, quemadmodum Hieronymi etiamnū extant, facilè crediderim, eum multo Chriſtianius ſuper hoc ſcripſiſſe, quam ipſum Hieronymum.*

Demum Caluinus in admonitic dē Reliquijs: *Itaque, vt paucis dica Reliquiarum deſiderium nunquam ſup ſtitione caret, imo, quod deterius eſt, ter eſt Idololatriæ, etc.* Indeque Calui ſtæ vbicunque poſſunt, reliquias S ctorum comburunt, & in cineres re ctas in flumen proijciunt. Contra q omnes errores veritas Catholica quentibus explicabitur concluſio bus.

Prima Concluſio. Non eſt de ſiue ex natura rei illicitus imagin pingendarum, vel ſculpendarum v Iſta concluſio eſt certa; pro cuius ſequentium, nec non pręſentis con uerſiæ intelligentia præmonendun hæreticos, noſtri pręſertim tempo vt liberius pium tam pingendar quam colendarum ſacrarum ima vſum reijcerent, confundere ſolito ſe nomen imaginis, & idoli, ade nihil ſit ipſis familiarius, quam Catholicos idololatrię incuſare, c ſacras pingamus, & veneremur i gines. Verùm hæc duo nomina di gui, tam ab Eccleſiaſticis, quàm al ſis prophanis Scriptoribus certum ſeptimaque Synodus act. 5. & 7 preſsè dicit anathema ijs, qui ima Chriſti, & Sanctorum vocant ido Et in hac hypotheſi procedit co uerſia: Si enim aduerſarij proba imagines coincidere cum idolis, li ter illis concederemus, quod ſicu iſta, ita nec illæ pingi, & coli c rent.

Horum autem duo differenti hoc conſiſtit, quod Imago eſt ver ſimilitudo, vt cum pingimus ho vel equum; Idolum verò eſt falſa litudo, id eſt repræſentat id, qu vera non eſt. Vnde *Imago*, defin *rei exiſtentis ſimilitudo, ad inſtar expreſſa.* Dicitur *rei exiſtentis*, a ſtinctionem idoli; quod eſt ſimil Numinis non exiſtentis, vt mox mus; *ad inſtar*, id eſt ad imitatio & repręſentationem illius, tan exemplaris, expreſſa. Exemplar prop

t id, ad cuius imitationem
imitur; licet ſubindè voce-
riè imago; & ita nonnulli
ellari Geneſ. 1. vbi dicitur;
ominem ad imaginem, et ſimi-
noſtram, hoc eſt exemplar
Poteſt tamen ibi etiam pro-
nomen imaginis, eſſeque
iamus hominem, qui ſit no-
um exemplaris, imago, & ſi-
Idolum autem definitur, *ſi-*
do numinis, non exiſtentis,
brum, repræſentans diuinita-
ſtentem; iuxta Apoſtolum 1.
Scimus quia nihil eſt idolum
et quod nullus eſt Deus niſi
nil tale, quale æſtimatur, &
olitur; pro Deo ſcilicet.
ergo Idolum propria, & pri-
ficatione deſignat imaginē
Scriptores Sacri, & docto-
aſtici vocauerunt idola ſta-
um Deorum, licet enim
quoad materiam, inanes ta-
uoad repræſentationem; nec
ſimulachra, quia licet no-
chri ſit quidem paulò com-
m Lactantius lib. 6. de vero
10. & 13. vocat hominem
chrum; & lib. 2. de origine
p. 2. ait ſimulachrum dici à
e; proindeque omnem verā
poſſe appellari ſimulachrū;
en eſt, quod alij docent, ſi-
dici à ſimulando, non à ſi-
s ſi quidem in Scripturis ſi-
biquę ponuntur pro idolis;
vbi Latinus interpres po-
chra, vt pſalm. 113. Act. 15.
t. & alibi, ſemper in Græco
& Diuus Hieronymus in
e dicit, ſic opponi ſimula-
, ſicut opponitur menda-
ti, quia ſimulachrum Deū
rt. Beatus quoque Augu-
alm. 135. ait, Latinos ea ſi-
vocare, quæ à Græcis di-
la.

r primo concluſio authori-
ræ Exodi 25. v. 18. *Duos*
Cherubim aureos, et productiles facies, ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus ſit in latere vno, & alter in altero. Si enim de ſe, aut iure naturali illicitus eſſet vſus pingendi, vel ſculpendi imagines, profecto Deus non iuſsiſſet, duos fieri Cherubim ex vtraque parte oraculi, reſpicientes ſe mutuo verſis vultibus.

Item cap. 31. & 35. dicitur, Deum dediſſe duobus viris Beſeleeli, & Oliab ſpiritum ſuum, ſapientiam, ac ſcientiā, ad ſculpendum, & excogitandum multa pro ornatu Tabernaculi; Ars igitur, & vſus pingendi, & ſculpendi imagines ſecundum ſe, & ex extrinſeca ratione malus, vel illicitus non eſt, alias Deus talem haud infudiſſet artem.

Numer. 21. 8. *Fac ſerpentem aeneum, et pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum viuet.* & lib. 3. Reg. cap. 7. v. 23. *Fecit Salomon mare fuſile.* 24. *Et ſculptura ſubter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines ſculpturarum hiſtriatarum erant fuſiles. Et ſtabant ſuper duodecim boues, è quibus tres reſpiciebant ad Aquilonem, et tres ad Occidentem, et tres ad Meridiem, & tres ad Orientem.* 36. *Sculpſit quoque in tabulatis illis, quæ erant ex ære, et in angulis, Cherubim, et leones, et palmas, quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis.*

Marci 12. v. 16. *Attulerunt Chriſto denarium. Et ait illis: cuius eſt imago hęc, et inſcriptio? Dicunt ei Cæſaris.* Quæ omnia clarè demonſtrant veritatem noſtræ concluſionis; magiſque patebit ex inferius adducendis pro cultu Sacrarum imaginum.

Secundo probatur ratione, quia in arte, vel vſu pingendi, & ſculpendi imagines nulla prorſus eſt intrinſeca deformitas, imo poteſt non ſolùm ad ornatum conferre, verùm etiam plures alias vtilitates afferre: ſi enim imagines ſint hiſtoricæ, poſſumus illarum aſpectu inſtrui de rebus geſtis: ſi verò alicuius determinatæ duntaxat perſonæ, excitari ad eius imitationem, refricata memoria virtutum prototypi. Nō eſt ergo ſecundum ſe mala ars vel vſus

pingen-

pingendi, & ſculpendi imagines.

Si dicatur imagines eſſe interdum occaſionem idololatriæ. Reſpondetur, etiam ſolem, & lunam, aliaque multa à Deo creata eſſe talia, ſed per accidens, & ex mera hominum malitia.

Secunda Concluſio. Vſus imaginũ in veteri Teſtamento non fuit à Deo prohibitus aliquo præcepto poſitiuo. Iſta concluſio, licet non ſit de fide, videtur tamen mihi certiſſima, magiſque apta ad propugnandum contra hæreticos Catholicum dogma de ſacrarum imaginum cultu, quam ſit ſententia Vaſques, aliorumque plurium ab eo citatorum, docentium in primo Decalogi præcepto generaliter prohiberi omnem vſum imaginum. Nam hoc ipſo videntur arma ſubminiſtrari hæreticis, quibus ſuum tueantur errorem de cultu ſacris imaginibus non exhibendo. Neque hoc ſatis euadunt præfati doctores, cum aiunt, præceptum de non habendis imaginibus eſſe poſitiuum, à Deo ſpecialiter pro Iudæis latum, vt eos ab idololatria, ad quam propenſiſſimi erant, auerteret. Si enim ſemel concedatur in primo præcepto Decalogi, vetari abſolutè quemcumque vſum imaginum, cum ex alia parte verior ſententia ſit, quod primũ præceptum ſit omnino naturale, nihil habens ceremonialis, ſtatim hæretici ſubſcribent ſententiæ affirmanti, in primo illo præcepto interdici quemcumque vſum imaginum, & ſimul negabunt præceptum illud eſſe poſitiuũ, ac pro Iudæis ſpecialiter latum, tanquam quid ceremoniale illis propriũ, attenta nimia eorum ad idololatriam procliuitate.

Noſtram concluſionem expreſsè docent Diuus Auguſtinus quęſt. 72. in Exodum, & epiſt. 119. cap. 11. nec non Sanctus Thomas 1. 2. quæſt. 100. art. 4. in corp. vbi ſic ait: *Facere ſculptile, vel ſimilitudinem non eſt prohibitum niſi ſecundum hoc, vt non colantur pro Dijs: nã in Tabernaculo Deus præcepit fieri imaginem Seraphim, vt dicitur Exodi* 25.

& 3. par. q. 25. art. 3. ad 1. ait,
non prohibetur illo præcepto Exodi
Non facies tibi ſculptile, neque omne
militudinem, facere quamcumque
pturam, vel ſimilitudinem; ſed face
adorandum; vnde ſubdit, non ado
ea, neque coles. Hanc autem eſſe
preſſam Doctoris Angelici ſentent
quia clarè demonſtrant teſtimoni
lata: indè eſt, quod cum 1. 2. q.
art. 7. vbi definit, præcepta Dec
conuenienter tradi, ſecundo loco
Iſidori ſibi obieciſſet, *quod omn*
ratione conſtat; ſed omnia præcepta
logi pertinent ad legem diuinam:
in omnibus debuit ratio aſſignari, &
ſolum in primo, et quarto. Cui reſ
det, *quod illa pręcepta, quæ ſunt*
moralia habent manifeſtam ratio
vnde non oportuit, quod in eis aliqu
tio adderetur. Sed quibuſdam præ
additur ceremoniale determinatiuum
cepti moralis communis; ſicut in
præcepto, Non facies tibi ſculptile;
tertio præcepto determinatur dies S
ti, & ideo vtrobique oportuit rat
aſſignari; quo ex loco videtur ſ
colliguntque nonnulli, Sanctum
ctorem cenſuiſſe, in primo præ
contineri aliquid ceremoniale,
adeo noluiſſe, vſum duntaxat ido
tricum in primo præcepto Dec
prohibitum fuiſſe; cuius tamen
contradictorium aſſerit citatis
Diuus Thomas, indè, inquam,
doctores, inter quos Siluius 1. 2.
art. 4. putant Sanctum Doctorem
ſcripſiſſe, quod *Quibuſdam præcep*
ditur ceremoniale determinatiuum,
quædam exemplaria ita habeant
cum diſiunctiua hoc modo, *Qui*
præceptis additur ceremoniale, vel
minatiuum; pro vt habent plura
qua exemplaria à præfato docto
tata, nec non à Reuerendiſs. P.
ſtro Capiſucco controuerſia 26. d
tu ſacrarum imaginum §. 5.

Secundum quam lectionem
conſonam mente Diui Thomæ,
locis citatis; tum quia 22. q. 12

2. ad

on habet primum Decalogi
m pro ceremoniali, ſed pro
uod non prohiberet facere,
vel ſimilitudines; ſed tantū,
ntur,vel colerentur pro Dijs;
ceremoniale, ſpectat ad ter-
ceptum, ſanctificandi Sabba-
od ſecundum aliquid eſt ce-
; particula autem *determina-*
primum,colendi vnum Deū;
verba, *non facies tibi ſculpti-*
mnem ſimilitudinem, ſint de-
a iſtorum, *Non habebis Deos*
am me; hoc nimirum ſenſu;
rſus modo, nequidem ſub
is coles pro Deo quippiam,
eſt Deus. Et quamuis etiam
ale dicatur determinare mo-
dicat S. Thomas in ea ſolu-
icet, *quod in tertio præcepto*
ur dies Sabbati, nihilominus,
l ſit purè determinatiuum,
ò determinatiuum ceremo-
l: *Non facies tibi ſculptile*, eſt
erminatiuum, non ceremo-
erminatio verò Sabbati pro
eſt determinatiuum ceremo-
que in illa diſiunctiua, *ad-*
oniale, vel determinatiuum;
emoniale, tertio reſpondet
illud autem *determinatiuum*,
è determinatiuum, pro vt
r à ceremoniali,vel ceremo.
dit, refertur ad primum,
, admiſſa etiam lectione,
li diſtinctione legitur, *qui-*
eptis additur ceremoniale de-
m præcepti moralis communis;
rea ſequitur, aut Diuum,
ſibi contradixiſſe, aut vo-
m vſum idololatricum ima-
primo Decalogi præcepto
ſſe, verum etiam quemcū-
. Vt enim præfatus Pater
loco citato rectè notauit,
etiam Diui Thomæ,datur
emoniale determinatiuum;
utè tale, omni tempore,
, alterum figurale pro tempore legis Moſaicæ tantum; vndè cum ait, in primo præcepto addi aliquid ceremoniale, ſcilicet, illud, *Non facies tibi ſculptile*, ſumitur ibi ceremoniale primo modo; ſecundo autem, vbi agitur de tertio præcepto; ſecundum diſtributionem accommodam, ſiue applicando ſingula ſingulis.

Iam probatur primò noſtra concluſio, quam certo certius tenuit Diuus Thomas; Quia ſi alicubi in veteri teſtamento prohibitus abſolutè fuiſſet quilibet vſus imaginum,& ſtatuarum, poſitiuo Dei præcepto, maximè citato Exodi 20. loco; At ibi non omnem, ſed idololatricum duntaxat illarum vſum prohibitum fuiſſe, clarè colligitur ex alio loco Leuitici 26. verſ. 1. vbi talis prohibitionis nulla alia redditur ratio, & cauſa, niſi vt populus Hebræus non adoraret eas: *Ego*, inquit ibi, *Dominus Deus veſter*; *Non facietis vobis idolum, & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum. Ego enim ſum Dominus Deus veſter*; Non omnis igitur imaginum vſus, ſed idololatricus ſolum fuit in lege veteri interdictus.

Secundò, dici non poteſt,in lege veteri prohibitas fuiſſe abſolutè imagines, ſi in ea leguntur imagines factę iuſſu Dei; ſed ita eſt, vt patet ex locis ſuperiori concluſione citatis; in lege ergo veteri prohibitæ non fuerunt abſolutè imagines.

Huic argumento, quod eſt Venerabilis Bedæ lib. de templo Salomonis cap. 19. primò reſpondent aduerſarij, quod ipſe Deus, qui iuſſit nullam in populo Iudaico, fieri imaginem, iuſſerit præfatas fieri, ac proindè in ſuo præcepto diſpenſauerit. Secundò, prohibitum à Deo non fuiſſe vſum imaginum abſolutè, vel quomodocumque, ſed tantum omnem cultum, & adorationem ipſarum,atque adeo omnem quoque imaginem, ſeu effigiem, modo accommodato adorationi erectam, aut conſtitutam. Quare nec

Cheru-

Cherubinis, nec alijs figuris in Templo factis, aliquem cultum fuiſſe delatum. Modus autem accommodatus adorationi eſt, inquiunt, cum imago depicta, aut ſculpta eſt per ſe, non velut appendix, & additamentum alterius rei, aut in ornatum illius: quales fuerunt ſimilitudines in argumento commemoratæ. Videturque ita planè ſenſiſſe Diuus Thomas 12. quæſt. 102. art.4. ad 6. cum ait: *Et ſic ſimilitudines Seraphim non ponebantur ad cultum, quod prohibebatur primo legis præcepto, ſed in ſignum miniſterij*. Hoc eſt, vt indicarent, qualiter exemplar illarum, nempè Cherubini, & Seraphini, Deo ſemper obſequuntur, & miniſtrant.

Verum hæc noſtro minimè ſatisfaciunt argumento. Ad *primum* enim dicitur, licet Exodi 25. Deus fieri iuſſerit imagines Cherubim ſuper arcam; idemque admitteretur de ſerpente æneo, Numer. 21. plura tamen alia efformata ſunt in Throno, & Sede Salomonis, vt leunculi, & in templo, vt Cherubim ex lignis oliuarum, de quibus gratis, & ſine fundamento ponetur diſpenſatio, nullibi enim reperitur; nec vnquam de illa re Salomonem fuiſſe reprehenſum: non alia certè ratione, niſi quia in veteri lege nunquam fuit abſolutè prohibitus vſus imaginum, ſed tantum idololatricus. Quo rectè ſpectant verba Leontij lib. 5. Apologiæ pro Chriſtianis quæ citantur in Synodo VII. act. 4. *At dices mihi*, inquit, *Moyſi à Deo iuſſum eſt, vt huiuſmodi ſculptilia in Templo ponenda curaret. Ego ſane hoc etiam ipſum dico. Sed Salomon inde digreſſus plura alia in templo appoſuit, quæ tamen Deus non mandauerat, quæ nec tabernaculum teſtimonij habuit, nec templum quod vidit Ezechiel; non tamen à Deo in crimen vocatus eſt Salomon, nam in gloriam Dei quemadmodum & nos eiuſmodi effigies excogitauit.* Deindè aduerſarij fatentur imagines, fuiſſe abſolutè prohibitas, propter periculum idololatriæ, at idem eſt periculũ, ſi Deus iubeat eas fieri, imo eo maius,

quo illę habentur diuiniores; aut
Deus nunquam vetuit imagines
lutè, aut ſi vetuit illas propter di
rationem, non debuit in tali pręc
diſpenſare, gratiſque omnino id
ritur. Ad *Secundum* dicitur *prim*
hil pugnare contra nos, qui in pra
concluſionę non intendimus pro
cultum imaginum in veteri lege
tantum in ea abſolutè non fuiſſe
hibitum illarum vſum, vt gradati
earumdem cultum probandum
niamus. *Secundo* talis reſponſi
contra id, quod abſolutè prohibe
detur in Scriptura, in qua ſine vl
mitatione prohibetur omnis ſim
do alterius rei quæcumque ſit il
igitur ſemel licet limitare præce
illud, pro vt ibi traditur, melius,
maiori fundamento dicimus nos
hibitum fuiſſe, ne fierent imagin
adorandum, iuxta illud Leuitic
Non facietis vobis idolum, & ſcul
vt adoretis eum; vbi illarum re
vſus non abſolutè, ſed cum ado
ne indebita prohibetur: qualem
tiles imaginibus deferebant, illis
nitatem ineſſe putantes, vel crea
per illas repræſentatas diuino h
proſequentes, quam dicatur ab a
ſarijs, in primo Decalogi præ
prohiberi imagines duntaxat mo
nerationi accommodato erecta
enim ex verbis, quibus præceptu
lud à Deo latum eſt, aut alijs ne
betur, cum nulla in eis, aut alil
Scriptura huiuſmodi prohibitio
tio fiat. *Tertiò* demum, cum ali
figuram aliquam ad ſui adoratio
non mouere, & aliud eam ſui a
tionem excludere, quidquid ſit
cum figura aliqua veluti append
ornamentum alicuius operis po
ad ſui adorationem moueat, im
admiſſo, quod Deus prohibuiſſe
ginis efformationem modo ado
ni congruo, non propterea ſeq
aut probatur, Deum quemcun
imaginum cultum prohibuiſſe,
primo infertur ſecundum: ſtat

o

uod Deus non prohibuerit li-
ltum imaginum, & tamen
, in exemplis ſuperius allatis,
ginum diſpoſitionem, qua
ille rudis allici poſſet ad illa-
rationem; licetque contingat,
poni velut appendicem, &
tum aliarum, nihil prohibet,
nagines ſic diſpoſitas coli, ſi
tu aliquo dignæ ſint: vt clarè
net exemplo, quo vtitur Vaſ-
aginis B. Virginis in cœlum
is aſſumptæ, aſſerens, cum
gitur, animum adorantis fer-
n Virginem, non in Angelos,
ſubleuant, aut comitantur,
n animum adorantis in ipſos
ngelos conuerti, non repu-
enim Præfatus Doctor ad-
n repugnare, quod animus
feratur in Angelos, qui pin-
luti in ornamentum, & in
B. Virginem aſſumptam, ad-
onſequenter tenetur, Deum
buiſſe licitum cultum ima-
hoc quod, vt ipſe ait, pro-
liſpoſitionem imaginũ mo-
ioni conſentaneo, & ideò
bitum fuiſſe cultum Cheru-
um, etſi Cherubini in orna-
& maieſtatem propitiatorij
ſent. Immo Iudæos de facto
veneratos fuiſſe Sancta Sã-
ia ibi erant Cherubin, aſſe-
non inferioris notę Patres
andi concluſione ſexta, vbi
demus perperam in oppo-
tiæ patrocinium trahi Di-
nam loco ſuperius citato.
robatur noſtra concluſio,
ge veteri prohibitę fuiſſent
magines abſolutè, non au-
alus earumdem vſus, ſci-
atricus, ſiue adorandi eas
eo debito, ſequeretur præ-
logi eſſe pluſquam decem,
n præceptum non eſſe vni-
ura; & non eſſe legis natu-
ixtum ex naturali, & cere-
d hoc eſt abſurdum, com-

munique Patrum, ac Theologorum ſententiæ contrarium, qui ſolum decem præcepta Decalogi agnoſcunt, & omnia præter præceptum de ſanctificatione Sabbati exiſtimant eſſe legis naturalis; Irenæus lib. 4. cap. 31. & 32. Tertullianus lib. de Idololatria; Cyprianus lib. 3. ad Quirinum contra Iudæos cap. 59. & lib. de exhortatione Martyrij cap. 1. Auguſtinus lib. 15. contra Fauſtum cap. 4. & 7. & lib. 19. cap. 18. lib. 3. contra duas epiſt. Pelagianorum; epiſt. 119. cap. 12. ac demum Diuus Thomas 12. quæſt. 100. art. 1. & 22. quæſt. 122. art. 1. 2. & 4. vbi egregiè explicat, qua ratione intelligenda ſunt, quæ ponuntur in primo præcepto, docetque cuncta eo ſpectare, vt idololatriam ſolum prohibeant; præfato ergo Exodi loco prohibitæ nõ fuerunt abſolutè imagines, ſed malus duntaxat earum vſus.

Quod reſpondent aliqui, primum præceptum eſſe quidem multiplex, ſed dici vnum, quia ad vnam virtutem religionis ſpectat, & tranſgreſſio ad idem peccatum ſacrilegij, minimè ſatisfacit; *Primò*, quia abſque fundamẽto, imo potius contrarium ſacro exigente textu, vt ſupra oſtendimus, quod nimirum in eo tãtum prohibeatur idololatricus imaginum vſus, multiplicãt aduerſarij vndecim præcepta Decalogi, adhuc contra eumdem ſacrum textum Exodi 31. & 34. Deuter. 4. 9. & 10. nec non contra communem Patrũ ſenſum. *Secundò* quia ſi primum præceptum diceretur vnum, ob rationem allatam, eadem aſſeri poſſet, ſecundũ non aſſumendi nomen Dei in vanum, eſſe quoque vnum cum primo, atque adeo nouem tantum eſſe Decalogi præcepta, quia etiam pertinet ad virtutem religionis.

Non minus abſurdum eſt, quod reſpondent ſecundò, primum ſcilicet præceptum ita eſſe naturale, quoad nõ habendos, aut colendos Deos alienos, atque adeo à Chriſtianis obſeruari debere, vt tamen per modum appendicis

tunc habuerit aliquid ceremoniale, nõ amplius eos obligans; nimirum *non faciendi ſculptile*, intelligendo per ſculptile, quamcumque prorſus imaginem ſolum venerationi accommodatam, propter nimiam populi Hebraici propenſionem ad idololatriam. *Primò*, quia id eſt contra Sanctorum Patrum doctrinam locis ſuperius citatis apertè tradentium, nullum Decalogi præceptum eſſe ceremoniale, aut aliquid de ceremoniali continere, niſi illud de Sabbato. *Secundò*, quia, vt rectè docet Sanctus Thomas 22. q. 122. art.2. ad 2. cuncta, quæ in eo præcepto habentur, eò tendunt, vt cultum idololatricum arceant; vndè cum dicitur, Non habebis Deos alienos coram me, prohibetur cultus falſorum Deorum internus, cum vero additur, Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, prohibetur efformatio idolorum: & cum ſubditur, non adorabis ea, neque coles, prohibetur eorũdem idolorum cultus; hæc enim omnia exprimi, & vetari debuerunt ad completam prohibitionem,& integram doctrinam contra idololatricum cultum; quod tamen præſtitum non fuiſſet: ſi, vt volunt aduerſarij, vbi dictum fuit: *Non habebis Deos alienos coram me*; ſtatim factus fuiſſet tranſitus, ad prohibendum tanquam quid ceremoniale quemcumque imaginum vſum, & cultum, ſequentibus verbis, *Non facies tibi ſculptile*: in primo igitur præcepto nihil ceremoniale, quodque iuris naturalis non ſit, contra omnem cultum idololatricum, contineri, manifeſtum eſt. *Tertiò* tandem præcepta ceremonialia ceſſarunt in lege Euangelica, quatenus in illis præfigurabatur aliquid ipſius, quo proinde adueniente ceſſare debebant præcepta ceremonialia, quæ ſimul erant figuratiua; vndè præceptum de ſanctificatione Sabbati ceſſauit, quia ſignificabat requiem Chriſti in ſepulchro, quo propterea reſurgente ceſſare debuit; Sed in primo præcepto nihil habetur,

quod Chriſtum pręfiguraret, aut
quid ad eum ſpectans; nequit ergo
qua ratione dici præceptum cere
niale figurale, quod adueniente C
ſto ceſſare debuerit in lege Euan
ca; dixi ceremoniale figurale, qui
notauimus ſupra ex Diuo Thoma
poteſt ceremoniale, ſumendo il
pro eo quod eſt diuini cultus d
minatiuum, ac directiuum.

Præfatis rationibus Sacræ Scr
ræ magis conſonis, accedit qu
authoritas Patrum, nec non ſacr
interpretum, docentium, imagine
ita lege illa Exodi 20. fuiſſe pro
tas, vt eas nulla ratione ſculpere
gere, aut quocumque modo face
ceret; quare de maiori noſtræ,
oppoſitæ ſententiæ probabilitate
nabiliter dubitari non poteſt; m
que adhuc patebit ex dicendis i
de licito earumdem imaginum
etiam in veteri Teſtamento.

Tertia concluſio. Licitè fie
ſunt imagines Dei, ſiue Sanct
Trinitatis. Iſta concluſio non
net ad fidem, quam nedum hæ
ſed etiam aliqui negant Doctore
tholici; maleque proindè Ca
lib.5. inſtit. cap. 11. poſtquam p
uit non eſſe faciendas imagines
arguit non licere facere, vel col
lam imaginem: imo contradicit
dum ait, imagines Chriſti, & S
rum non eſſe prohibitas ſimpl
quamuis in templis poni non de
Etſi autem præſens concluſio
de fide, cum nec in diuinis ſcrip
nec in aliquo Generali Concil
preſsè definita reperiatur, illam
ita certam reddunt ſequentia ar
ta, vt multi exiſtiment, contr
ſententiam debere ad minus
temerariam.

Pro quorum intelligentia ad
dum eſt, imagines Dei, ac SS.T
tis poſſe fieri, & pingi tribus
Primò, vt per eas intendatur de
& figurari Deus vnus, & trinus
dum veritatem ſuæ naturæ. Se

vt

nâginem repræſentetur Deus ,
dem ; vt eſt in ſe, & ſecundum
ro vt aliquando apparuit in
iqua viſibili, cum ex pluribus
ripturæ locis conſtet ; enim
o viſibiliter apparuiſſe, ſiue
tè per ſeipſum, ſiue mediatè
los, qui eum referrent. *Ter-*
imaginem, quatenus illa ha-
am analogiam , & metaphó-
nificationem, quandoque po-
rari , & repræſentari aliqua
s, aut perfectio ; ſicut quan-
ntur Angeli iuuenes, alati ,
udis pedibus, ad ſignifican-
m celeritatem in motu, agi-
rtitudinem, ſplendorem gra-
tutum.

uis ergo imagines Dei , &
primo modo fieri licitè non
ia ſic falſæ ſunt imagines ,
ſim Anthropomorphitarum
m introductæ; loquendo a-
aginibus ſecundo , & tertio
um repræſentantibus, certũ
vſum eſſe licitum, ac hone-
mò ex antiquiſſimo Eccleſiæ
ndi huiuſmodi imagines ,
um Patrem in forma ſenis ,
e indutum , vel cruci affi-
tem , & Spiritum Sanctum
olumbæ, vel igneæ linguæ .
ia in VII. Synodo Nicena
ter impia cuiuſdam Xenei,
eni dogmata recenſetur &
l aſſereret , *hoc eſſe pueriles*
m fingere, in columba idolum,
m Spiritum Sanctum. Item
Conſtantinopolitana ſub
5. in libello ſupplici Cle-
t Monachorum Antioche-
oannem Patriarcham con-
i, inter ſcelera iſtius Seueri
m columbas aureas, & ar-
ormam Spiritus Sancti ſu-
uacra, & altaria appenſas
iaſſe, dicendo non oporte-
columbæ Spiritum San-
are ; Demum in Concilio
eſſ. 25. in decreto de in-

uocatione Sanctorum, & de ſacris imaginibus, dum præſcribitur modus, quo Sanctiſſimæ Trinitatis imagines ſint depingendæ, & explicatur præcautio , quæ debet huic rei annecti, non obſcurè inſinuatur Concilium ibi approbaſſe ſententiam de huiuſmodi imaginibus faciendis.

Tertiò, quia non minus licitum , & honeſtum eſt repræſentare Deum in imaginibus, & picturis, quàm verbis , quibus Sacræ Scripturæ illum nobis repræſentant, & in eundem omnino finem; ſi quidem Scriptura eſt etiam genus quoddam picturæ, vnde aliquando pingere vſurpamus pro ſcribere ; vel ſolum exhibetur oculis per picturam id quod auribus exhiberet alius legẽdo ſcripturam; & deſcriptio apparitionis Dei , aut diuinarum perſonarum , ſecundum formam humanam, aliamue figuram libro aliquo exarata , non videtur minus exponere lectorem periculo dubitandi de incomprehenſibili natura, & eſſentia Dei; quam eius repræſentatio facta in aliqua imagine , vel forma, in qua Scripturæ narrant eum apparuiſſe , aut ſeipſum demonſtraſſe; ſed his, & ſimilibus minimè obſtantibus, paſſim in ſacris litteris apparitiones Dei ſub corporea ſpecie deſcribuntur, tanquam hominis deambulantis in Paradiſo ad auram poſt meridiem, Geneſ. 3. Innixi ſummitati ſcalæ Geneſ. 28. ſedentis in ſolio ad formam hominis Regis, Iſaiæ 6. Antiqui dierum in Throno, qui filio hominis regnum tradebat, Danielis 7. Stãtis ſuper murum litum, Amos 7. & ſuper altare cap. 9. Spiritus Sancti ſub forma columbæ Matth. 3. & ſic de alijs pluribus . Repræſentaturque inſuper idem Deus, nec non eius perſonæ, per verba metaphorica, & analogia ad res corporeas, quibus nobis myſticè ſignificant eædem Scripturæ ipſa Dei attributa, & perfectiones , diuinarumque perſonarum proprietates ; vt quando attribuunt illi manus, & brachia , ad denotandam eius potentiam ; aures,

quia talis eſt in eo vis, vt verbum quãtumlibet ſummiſsè prolatum latere eũ non poſsit, de quo Sapiens ait; *Auris Cæli audit omnia, & tumultus murmurationis non abſcondetur*; oculos, ad cognitionem eius exprimendam, nulla enim creatura ei inuiſibilis eſt, ſed omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius, & ita de cæteris: Licitè ergò, & honeſtè poſſunt quoque aliqua imagine, vel figura repræſentari huiuſmodi apparitiones Dei, eiuſque perfectiones per analogiam ad res corporeas, non eo quidem fine, vt intelligantur perfectè, ſicuti ſunt in ſeipſis, ita enim eſt impoſsibile, ſed vt rudi aliquo modo eas faciliùs apprehendamus; præſertim cum ea quæ percipiuntur viſu magis afficere ſoleant homines, quam quę ſolo auditu iuxta illud:

Segnius irritant animos demiſſa per aurem;
Quam quæ ſunt oculis ſubmiſſa fidelibus.

Sique ex Caluino, Scriptura ideo ſine periculo tribuere poteſt Deo mẽbra, quia alibi eadem Scriptura Deum incorporeum, ac inuiſibilem eſſe dicit. Non videtur cur eadem quoque Scriptura non poſſit impedire errorem picturæ. Quemadmodum enim à Scriptura diſcimus, membra, quæ tribuuntur Deo in ipſa metaphoricè ſumenda eſſe, ita etiam ab eadem diſcimus metaphoricè quoque ſumenda eſſe membra, & formas, quæ tribuuntur Deo in pictura. Et idiotæ, qui vident picturas, & non poſſunt legere Scripturas, poſſunt, ac debent à prælatis inſtrui, vt Concilium Tridentinum monet ſeſſ. 25. nec non etiam, quod amoueantur imagines, quas interdum pictores, aut ſculptores audent ex capite ſuo confingere Trinitatis, V. g. vnum hominem cum tribus faciebus, vel vnũ hominem cum duobus capitibus, & in medio eorum columbam; cum hæc, & alia ſimilia monſtra magis offendant deformitate ſua, quam iuuent ſimilitudine. Quare non eſt, quod ex hu-

iuſmodi formis imaginum Trinita
quas Catholica reijcit Eccleſia, h
rici nos irrideant; abſolutèque
demnent vſum omnium imaginũ
& Trinitatis, ob aliquem earum
ſum; alias multa licita, & honeſta
eamdem rationem eſſent quoque
linquenda.

At obijciunt primò, prohiberi
di 20. alijſque pluribus Scriptur
cis, omnem Dei ſimilitudinem. Re
detur, omnia eiuſmodi loca debe
telligi de idolis, & cultu qui ex
tur eis tanquam Dijs, vt vidimus
quodque Caluinus ait, Iudæos, &
tiles non habuiſſe ſimulachra pro
ſed in ſimulachris Deum verum
luiſſe; & tamen reprehendi, quia
non patitur cultum ſuum vllo
communicari cum imaginibus;
no ridiculum eſt, ſacroque textu
niſeſtè contrarium, vt patebit leg

Secundò obijciunt nonnulla P
teſtimonia, Origenis lib. 7. co
Celſum, in fine docentis, Chriſ
nullam Dei imaginem habere, v
incorporei, & inuiſibilis; Aug
lib. de fide, & Symbolo cap. 7. v
nefas eſſe Deo ſimulachra colloc

Reſpondetur hæc, & ſimilia P
loca eſſe intelligenda de imagi
primi generis, vt ſupra; ſiue eos
re, Chriſtianis Dei imagines no
ſe, quibus diuinitatem perfectè
rari crederent, quaſi oculis co
conſpici, vel coloribus exprimi
vt exiſtimabant Gentes, quiqu
illas ſimulachra Deorum indux
Vnde Varro apud Auguſtinum
de Ciuit. Dei cap. 19. & 31. re
cit, eos & timorem dempſiſſe,
rem auxiſſe; cum enim propter
derentur ab eis ipſa ſimulachr
Dij, & viderentur ea nec alijs,
prodeſſe poſſe, vel obeſſe, c
Deos contemnere. Quod Ca
obijci nequaquam poteſt, qui
mulachra, aut imagines Deo
credunt, nec eaſdem imagines p
Dei ſimilitudines, ſed analogic
tu

iuxta formas, quibus meta-
ſacræ cum deſcribunt litteræ,
que nonnunquam hominibus
ſe. Quamobrem, ſicut non
metus Principum, nec error
tur per imagines eorumdem,
emus quotidie, imo ſignum
erga illos reuerentiæ, & affe-
quoque in fidelibus non me-
vtrumque excitari erga Deũ,
naginibus, ad Scripturæ, &
præſcriptum efformatis, quo-
ocet experientia.
objjcitur, Nicephorum lib.
ap. 3. inter hæreſes Armeno-
recenſere, quod imagines
Spiritus Sancti haberent.
ndetur Nicephorum ibi locu-
er fuiſſe de imaginibus primi
& quatenus Armeni, aut fal-
ulli eorum, per illas intende-
ngere, & figurare Patrem, &
Sanctum, ſecundum verita-
ræ ipſorum, vt facilè colligi-
ione, quam ſubijcit Nice-
it enim, *Pingi, & figurari eſſe
orporum eorum, quæ videri, &
bi poſſunt, non autem earum
etiam intelligentia percipi non*
Vnde ſignificat eoſdem Ar-
iſſe Antropomorphitas, &
ecedentibus ait, eos inſinuaſ.
Trinitatem fuiſſe crucifixam,
ror Patropatianorum, con-
d quam fortaſſe hæreſim, cũ
maginem totius Trinitatis,
o eſſet repræſentatio rei fal-
ì à Nicephoro tanquam ab-
ehenditur.
n modo intelligendum eſt,
rtò objjcitur ex Auentino
b. 7. Annalium Boiorum,
XXII. Summum Pontificem
qui in finibus Boiorum, &
Diuinam Maieſtatem ſenis,
is, atque columbæ imagine
ur, læſæ maieſtatis accerci-
ropomorphitas eſſe denun-
ſdamque flammis condem-
fatum nimirum Pontificem
tantùm reieciſſe imagines, quæ Deum Trinitatemque Perſonarum referebant ad mentem, & ſenſum Antropomorphitarum; quales non ſunt illæ, quæ ex antiqua, & communi Eccleſię praxi repræſentari ſolent in varijs diuerſorum Regnorum Eccleſijs. Talemque fuiſſe Ioannis mentem, ſatis euidens eſt argumentum, quod Guillelmus Ochamus eiuſdem temporis Scriptor ipſi infenſiſſimus, omnes quos potuit eius errores in vnum collegit, nuſquã tamen facta mentione condemnationis noſtrarum imaginum, quod certè pro ſua in tantum Pontificem inuidia nunquam omiſiſſet.

Quintò objjcitur, licitum, honeſtũque non eſt facere idola, ſed imagines Dei, & Trinitatis ſunt idola, cum non repræſentent eam vt eſt in ſe; eas ergo facere, licitum, honeſtumque non eſt.

Reſpondetur ad hoc argumentum, negando minorem; etſi enim imagines Dei illum repræſentare non poſſint, vt eſt in ſe; eius enim, quod eſt omnino incorporeum, & ſimpliciter ſpiritale, qualis eſt Deus Optimus Maximus, non poteſt aliqua dari, vel formari imago, ſeu ſimilitudo corporea, quæ illud referat externis ſenſibus; non propterea ſequitur omnes Dei imagines eſſe idola; ſi quidem idolum, vt diximus ſupra, eſt ficta ſimilitudo numinis, non exiſtentis; vt cum Gentiles proponebant ſtatuas Iouis, Mercurij, Martis, aliaſque ſimiles, illa ſigna idola erant, quia reprę̃ſentabant diuinitates non exiſtentes; atque ita nec verè repræſentabant, ſed erant falſæ imagines, id enim, quod non eſt, repræſentari non poteſt; at imagines, quibus à Catholicis Deus repræſentatur, licet eum, vt eſt in ſe, non repræſentent; tamen, quoad an eſt, illum repræſentant, ſuntque imagines ſupremi numinis verè exiſtentis; inſuper etſi illud per immediatam, & propriam ſimilitudinem non repræſentent, ſed per analogiam, ſiue metaphoricas, myſti-

myſticaſque formas, quibus illud diuinæ depingunt Scripturæ, referuntque hominibus viſibiliter interdum apparuiſſe, ſunt nihilominus immediatæ, & propriæ ſimilitudines eiuſmodi formarum, ſub quibus verum eſt ſacras Scripturas Deum depinxiſſe, ideoque nequaquam idola ſunt, taliaque rationabiliter vocari non poſſunt, ſed hæretici ſolo cauillandi, veritatiſque offuſcandæ animo, tali vtuntur nomine, vel, vt Catholicorum doctrinam eo reddant odioſam.

Sextò objicitur. Nefas eſt Deo inuiſibili, & incorporeo imaginem viſibilem, & corpoream collocare.

Reſpondetur nefas eſſe primo ex ſupradictis modo, quo aliquid pingitur, ad exprimendam perfectam ſimilitudinem formæ, & naturæ illius, hoc enim modo res corporeæ ſolùm pinguntur, quę lineamentis, & coloribus præditæ ſunt. Vnde ſi quis hac ratione Deum pingere intenderet, is verum idolum conſtitueret; ſecus autem alijs duobus modis; nec non etiam ad hiſtoriam aliquam oculis exhibendam, quomodo ſi quis repræſentare vellet expulſionem Adami de Paradiſo Terreſtri, pingere deberet Deum in forma hominis ambulantem, & Adamum atque Euam nudos, inter arbores, ſe occultantes, ac demum Angelum in forma iuuenis gladium geſtantem, eoſque expellentem. Certe Angeli ſunt incorporei, & tamen factas fuiſſe eorum imagines in veteri Teſtamento, legitur Exodi 25. et 3. Reg. 6. Virtutumque in dies fiunt imagines, quæ non ſolum ſpirituales, ſed etiam accidentia ſunt.

Quarta concluſio. Sacræ Dei, Chriſti, & Sanctorum imagines rite ponuntur in templis Chriſtianorum. Iſta concluſio eſt omnium Catholicorum contra Caluinum. Probatur primò eius veritas authoritate veteris Teſtamenti locis citatis Exodi 25. & 3. Reg. 6. quibus habetur in templo fuiſſe imagines Cherubim; quando tamen

Iudæi propenſiſſimi ad idololatri
erant. Si dicatur præfatas imag
tantum fuiſſe in templo ad eius o
tum, reſpondetur hoc ſufficere no
qui non agimus in præſenti de illa
cultu, ſed ſolum intendimus pro
ſacras imagines rectè collocari in
plis; quod tamen à fortiori conſi
concluſione ſexta, qua oſtendemu
cras imagines rectè coli, nullibi c
melius, quam in templis id fieri
teſt.

Secundò probatur concluſio tr
tione, & praxi Eccleſiæ, qua, vt t
ſunt veteres Patres, quamprimũ C
ſtiani templa habere cæperunt, in
quoque imagines collocarunt. Sic
ſebius lib. 3. & 4. de vita Conſtan
refert, in templis ab eo extructis
Palæſtina, fuiſſe maximam copi
imaginum aurearum, & argentear
Baſilius orat. in S. Barlaam, dum
gaudere ſe, quod melius pictores
preſſerint manum eius pro Chriſto
buſtam, quam ipſa oratione deſcr
ſet, ſatis oſtendit imaginem S. Bar
alicubi in templo fuiſſe depictam.
gorius Nazianzenus epiſt. 49. con
rens, quod Ciuitas Diocæſar
euertenda eſſet, in qua ipſe templ
mirificè exornarat, mox ſubdit, N
enim ſi ſtatuæ deijciantur, hoc nos e
ciat etiam ſi alioqui excruciat, uerum
Damaſus, vel qui nomine eius cir
fertur liber de vitis Pontificum,
rat in vita S. Syluestri, Conſtant
in loco, vbi fuerat baptizatus, po
agnum ex auro puriſſimo, ad dext
agni, ſtatuam argenteam Saluat
ad læuam autem, ſtatuam argen
Ioannis Baptiſtę. In Eccleſia au
ipſa Lateranenſi collocaſſe ima
argenteas Saluatoris, duodecim
ſtolorum, & quatuor Angelor
Gregorius Nyſſenus orat. in The
rum in principio, narrat, certami
labores eius fuiſſe in templo arti
sè depictos, illudque ornaſſe;
enim, inquit, *etiam pictura tac*
pariete loqui, maximèque prodeſſe
Mi

ſeu Liturgia Chryſoſtomi, quã
Latinam fecit, ſic legitur:
egreditur è paruo oſtio portans
ium, præcedente miniſtro cum
, & conuerſus ad Chriſti imagi-
r duo oſtia, inflexo capite cum
ione dicit &c. Prudentius in
de S. Caſſiano ſcribit, ſe, in
eius vidiſſe quoque ſuper al-
imaginem. Item de S. Hyp-
Paulinus epiſt. ad Seuerum
tur; quod ſe vna cum Sancto
in Templo depingi curaue-
gat, vt ſaltem iſta carmina
iubeat.

Martinus perfectæ regula
itæ,
linus veniam quo mereare do-
t.
eccatores, illum ſpectate beati
nplar Sanctis ille ſit, iſte reis.

Auguſtinus lib. 1. de conſen-
eliſtarum teſtatur, multis in
iam tempore cerni potuiſſe
depictum inter Apoſtolos
& Paulum; & idem dicit de
Abrahæ mactare volentis fi-
22. contra Fauſtum, cap. 73.
tur autem credibile Auguſti.
locutum de priuatis domi-
uas non omnibus patet adi-
publicis locis, iiſque non
, ſed ſacris; dicente Grego-
epiſt. 9. in locis venerabili-
ne ratione depictas imagines
uiſſe ab antiquis. Quæ om-
ut ſcripta fuerint, aut acci-
quingentos primos Eccle-
manifeſtè patet, quam tur-
inus mentitus fuerit lib. 1.
11. §. 13. vbi ait, in templis
rum nō fuiſſe imagines pri-
entis annis.
audabilem Eccleſiæ primiti-
, tùm pingendi, tùm collo-
mplis ſacras imagines, eaſ-
di, cum poſtea nonnulli hæ-
opterea Iconomachi, & Ico-
noclaſtæ dicti, acrius circa annū 716. impugnarent, in Oriente celebrata eſt anno 787. Septima Synodus Generalis, Nicæna ſecunda tota de hac re; ſpecialiterque refertur act. 6. quemadmodum diſcipuli S. Epiphanij, templum illi erexerunt, & imaginem eiuſdem in eo poſuerunt. Hadrianus quoque Primus in libro de imaginibus, qui habetur poſt eamdem VII. Synodum ſub ipſo celebratam, refert Syluestrum, Damaſum, Celeſtinum, Sixtum, Leonem, Ioannem, & Pelagium, Summos Pontifices, qui ante annum Domini 500. ſederunt, templa picturis exornaſſe. Item in VIII. Synodo Generali, Conſtantinopolitana IV. contra Photium pro Sancto Ignatio Patriarcha Conſtantinopolitano can. 3. renouata fuere decreta ſeptimæ Synodi de imaginibus contra Iconomachos; qui ſub initio iam in Occidente in Concilio Romano ferè mille Epiſcoporum celebrato ſub Gregorio III. cōdemnati fuerant. Teſtatur inſuper Hadrianus, vbi ſupra, tempore Stephani Quarti cui ſucceſſit, & Caroli Magni, celebratum fuiſſe pro eadem re Concilium. Quare deinceps catholica inualuit veritas aduerſus Iconomachos, imagines è templis deturbantes, contra antiquum Eccleſiæ vſum.

Quam autem conuenienter, laudabiliterque fuerit ab ea introductus, ſequentes ſatis perſuadent rationes. Prima, quia ſacra ſigna nuſquam melius, quàm in ſacris locis poni poſſunt, ſed ſacræ imagines Dei, Chriſti, & Sanctorum tàm Angelorum, quam hominum, ſacra ſunt ſigna; ritè igitur collocantur in ſacris locis, cuiuſmodi ſunt templa, vel ad eorum ornatum, vel ad rectè factorum per memoriam rei repræſentatæ imitationem, aut continendas etiam fidelium mentes, ne vagentur inanibus, & otioſis cogitationibus.

Secunda, quia Sacra Templa ſunt quędam imagines cœli; vnde Apoſtolus Hebr. 9. confert tabernaculum Moſaicum, quod tunc loco templi habebatur,

batur, cum cœlo; & Sancti Patres ſatis communiter, præſertim Chriſoſtomus homil. 36. in priorem ad Corinthios, dicunt templa Chriſtianorum eſſe quaſi Regiam cęli, ſiue terreſtre quoddam cælum; Maximè ergo decet, vt in illis ſint imagines eorum, qui in cælo ſunt, id eſt Chriſti, & Sanctorum, atque ita per illas perfectius nobis repræſentetur cælum, eiuſque gloria.

Tertia demum eſt, quoniam, vt dicetur concluſione ſexta, ſacræ imagines dignæ ſunt veneratione, rectèque coli poſſunt; conuenienter ergo locantur in ſacris templis, vel ædibus, ſpecialiter, vt vidimus ſuprà, ad orandū, Deumque inuocandum, & Sanctos, præparatis. Nunc breuiter ſatisfaciẽdum eſt nonnullis aduerſariorum obiectionibus.

Prima deſumitur ex Concilio Elibertino, in quo can. 36. ſic habetur; *Placuit picturas in Eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur, aut adoratur in parietibus depingatur*. Ex hoc enim canone deducunt hæretici abſolutè ſacras imagines in templis collocandas non eſſe. Verùm reſpondetur, hunc canonem benè intellectū nihil minus, quàm hoc ſonare; in eo ſiquidem non prohibentur imagines in tabulis depictæ, aut in alia materia ſculptæ, ſed tantùm in Eccleſia eſſe, id eſt in ipſis Eccleſiæ parietibus depingi, aut ſculpi; ne id, quod colitur, aut adoratur, in parietibus efformetur. Quem in modum ratio canonis definitioni illius optimè quadrat. Iudicarunt enim Concilij Patres indecens, id, quod veneratione dignum eſt, ipſi parieti affixum eſſe, ſed potius debere maiori cū reuerentia, in tabula, aut in alia materia, per ſe in altari, vel in alio decentiori Eccleſiæ loco poni. Vndè hic ipſe canon, quem hæretici contra noſtram concluſionem, ſacrumque imaginum cultum opponunt, eſt ipſis potius contrarius; exceptione enim, vt dicitur, firmante regulam, dum in eo ſolùm prohibetur pingi imagines in

pariete, euidens eſt, illas in alijs l
pingi licitum fuiſſe; ſi enim licit
non fuiſſet, aut Concilium volu
omnino prohibere vſum imaginu
templis, abſolutè dixiſſet, pictura
Eccleſia nunquam, aut nullibi eſſ
bere. Dum autē ſubdit, *ne quod co*
aut adoratur in parietibus depingatu
affirmat Concilium ſacras imag
veneratione dignas eſſe, licet in
plis collocandas non eſſe gratis
cederemus aduerſarijs; quod tam
conſequens eſt, implicat enim ſ
imagines coli, & adorari poſſe,
autem collocari in templis; ad ve
tionem enim rei ſacræ pertinet,
in loco conuenienti, quo nullus
conuenientior eſt, quam Eccleſia
imò dum Concilium eas in parie
depingi vetat, clarè ſignificat ta
venerationē deberi ſacris imagin
vt non debeant pingi in loco v
Eccleſiæ, cuiuſmodi ſunt nudi p
tes. Verùm tamen eſt, in alijs
Eccleſijs, & poſtea etiam in Hiſp
picturas iſtas Dei, & Sanctoru
parietibus poni ſolitas fuiſſe, qu
canon nec erat Concilij General
Prouincialis, nec pertinebat ad
riam fidei, ſed ad vſum quemdam
magis decentem, & honeſtum, q
tempore potuit variari.

Obijcitur ſecundò, non poſſe
gines collocari in templis, quin
aliquod ſignum, vel occaſio id
triæ, in illis igitur conuenienter
ponuntur.

Reſpondetur id minimè ſequi
enim Catholici ab Eccleſia ve
magiſtra edocti, nec facimus
imagines, nec illas in templis re
ter collocamus, quaſi pro Dij
habeamus, aut aliquid diuinita
lis ineſſe credendum velimus,
ſint Dei Optimi Maximi, inten
illis repræſentare Deum prout v
in ſcipſo; hac enim ratione Dei
nes damnantur expreſsè in ſepti
nodo act. 2. diciturque act. 4. S
Chriſtum rectè pingi, quia eſt l

De

utem pingi non poſſe iuxta
iæ 40. *Cui ergo ſimilem feciſtis*
t quam imaginē ponetis ei? Nun-
tile conflauit faber, aut aurifex
rauit illud, & laminis argen-
tarius: Et rurſus, *Cui aſsimila-*
adæquaſtis, dicit Sanctus?
primis imagines Dei forma-
n templis collocamus ad re-
ndum eum in illa forma, ſub
ge veteri aliquando appa-
ue ipſum hominibus demon-
luit, vel ad eius diuinam
eiuſque attributa per analo-
ndam, & myſticam ſignifi-
exprimenda; ex quo, vt con-
uperiori diximus, nullum
quitur inconueniens, nullū
atriæ periculum, vel occaſio;
quod in ſacra Scriptura, ita
æſentetur; vt enim rectè ait
mas Vvaldenſis tom. 3. de
libus tit. 19. *Quod Scriptura*
cur artifex non faciet ſignis?
eccatum, circa hanc rem inue-
lus, quam penna, imago, quam
Ioannes Molanus opuſc. de
aginum cap. 2. *Quid diffe-*
, pictura à Scripturis? Quid
ura? quam picta Scriptura,
iſtoria? Vndè etiam Græ-
ia, hoc eſt, viua Scriptura
ut annotat Beda in lib. de
omonis cap. 19.
rt, quod illæ formæ, ſub
pturæ referunt Deum ap-
on fuerint illi hypoſtaticè
cum Deo, vel perſonis di-
es in templis collocamus,
mus, eas fuiſſe in ſuppo-
tas, ſed tantùm ſub illis ap-
m. Sicut nec vrget, quod
æ non apparuerint ad re-
m Dei naturam, ſed effe-
m illius. Quia cum Ca-
pingunt, nolunt aliud, quā
m, & effectum ob oculos
nobis ſic apparuiſſet, vt
alem Dei naturam inda-
o modo aſcendamus. Vn-

dè quamuis illæ Dei apparitiones factæ non ſint ad exprimendam eius naturā, per eas tamen aliquo modo & per metaphoram, Dei naturam, eiuſque perfectiones intelligimus. Hac ratione Deus pingitur ſenex ad ſigificādam eius æternitatem; ſicut Danielis 7. dicitur antiquus dierum, habereque caput, & capillos canos; pingitur cum oculis, ad exprimendam eius ſapientiam, & cognitionem; cum brachijs, ad ſignificandam eius potentiam; & ſic de alijs formis, quæ in Scriptura illi tribuuntur.

Illud tamen animaduertendum, non eſſe pingendas imagines, multoque minus in templis ponendas, quæ periculum, & occaſionem erroris rudibus præbeant. Vnde in Concilio Tridentino, vt iam notauimus ſupra, ſeſſ. 25. in decreto de inuocatione Sanctorum, Reliquijs eorum, & ſacris imaginibus, habetur, *quod ſi in has ſanctas, & ſalutares obſeruationes abuſus irrepſerint, eos prorſus aboleri Sancta Synodus vehementer cupit*. Quamobrem nouæ imagines Dei, Sanctiſsimæ Trinitatis, diuinarumque perſonarum non debent ad pictorum libitum confingi, ſed retinendæ antiquæ, & in Eccleſia probatæ, cuiuſmodi ſunt illæ, quæ Deum Patrem repræſentant in forma hominis ſenis, in cuius ſinu ſit Chriſtus, & inter vtrumque Spiritus Sanctus in forma columbæ; vel illæ, in quibus ſeorſim Deus Pater in forma hominis ſenis, & ſeorſim Chriſtus in forma humana, ſed propinqui ambo, & inter vtrumque Spiritus Sanctus in forma columbæ exhibentur. Fuit etiam antiqua Eccleſiæ conſuetudo pingendi Chriſtum in forma paſtoris ouem errantem ſuis humeris reportantis ad ouile. Atque ita effigiatum fuiſſe in ſacris calicibus Eccleſiæ Catholicæ Tertullianus in lib. de pudicitia ante medium bis teſtatur, tamque erat id commune, vt Catholici, contra quos in eo libro ſcribit iam ſeductus Tertullianus, inde argumentū ſumerent ad probandum, pœnitentiam, grauium etiam delictorum, in Eccleſia

concedi. Solebat quoque depingi idem Chriſtus in forma agni,& Spiritus Sanctus in forma columbæ, ſumpta occaſione ex illis verbis Ioannis de Chriſto, *Ecce Agnus Dei*; & quod Matth.3.Spiritus Sanctus apparuerit ſub forma columbæ: falſumque eſt, quod aliqui dicunt can.82. Sextæ Synodi prohiberi huiuſmodi imagines; illas enim non prohibet, ſed eis ſolum anteponit imagines Chriſti in forma humana. Vndè in VII. Synodo act. 2. legitur epiſtola Adriani ad Tharaſium, in qua laudata dicitur in VI. Synodo imago Chriſti in forma agni; idem dicit Elias in VII. Synodo act. 4. & Epiphanius act. 6. & præterea in eadem VII. Synodo, act.5. approbatur imago Spiritus Sancti in forma columbæ.

Porrò ſummoperè deſiderandum eſſet, vt ſicut ad fabuloſæ Theologiæ Poetarum intelligentiam, multi falſorum Deorum iconologiam ediderunt; ita ab aliquo pio, & erudito viro, conſultis etiam peritiſſimis pictoribus, ſacra conſcriberetur iconologia, in qua ad regulam Scripturæ, Eccleſiaſticæque hiſtoriẹ veri edocerentur modi pingendi ſacras Dei, Chriſti, Beatiſſimæ Virginis, Angelorum, & Sanctorum imagines, omiſſis pluribus alijs, tàm quoad veſtimenta, quam quoad alias circumſtantias, falſis, vanis, & ineptis modis, quibus ſæpè pictores ſacrarum imaginum vſum,& cultum non mediocriter deturpant.

Quinta Concluſio. Nedum hiſtoricarum, ſed & aliarum etiam imaginum extra hiſtoriam, ſiue ſolitariarum vſus eſt apprimè vtilis. Iſta concluſio eſt omnium Catholicorum contra Caluinum. Pro cuius intelligentia obſeruandum eſt, quod etſi Chriſtianorum imagines ferè ſemper contineant quaſi per compendium aliquam hiſtoriam; nam ſi de imaginibus Chriſti ſit ſermo; Chriſtus pingitur vel in forma pueri in ſinu Matris, vel in forma viri alligati ad columnam, pendentis in cruce, reſurgentis è ſepulchro, aſcendentis in

cœlum, venientis in nubibus cæ[...] iudicandum, &c. Sancti verò ſe[...] pinguntur cum inſignibus paſſioni[...] poteſtatis, vel virtutis, vt Petrus c[...] clauibus, Paulus cum gladio, &c. [...] tyres omnes cum palma; ex quib[...] gnis,ſeu inſtrumentis cum edocea[...] quid illi, quorum imagines habe[...] egerint, aut paſſi fuerint,ſatis pate[...] poſſe dici hiſtoicas; attamen, qui[...] quæ magis, aliæ autem minus [...] ſunt, ſolent diuidi in hiſtoricas, & [...] hiſtoricas, ſeu ſolitarias, primat[...] Caluinus concedit habere aliq[...] vſum ad inſtruendum; imagines a[...] ſolas Chriſti, vel Sanctorum ſine [...] notatione rerum geſtarum, nul[...] habere vſum, niſi ad oblectandu[...] ideo fruſtra fieri; quod certè grat[...] abſque vllo fundamento aſſerit,i[...] bi contradicit,qua enim ratione c[...] dit, imagines hiſtoriam continẽte[...] vtiles, quia ad honeſtum finem p[...] inſtruendi conducere poſſunt, d[...] idem concedere de imaginibus [...] notatione hiſtorica, multas qu[...] habentibus vtilitates.

Prima eſt, etiam inſtructio, & [...] tio, cuius meminit S. Gregorius [...] ſenus orat. in S.Theodorum, & [...] gorius Papa lib. 7. epiſt. 109. ne[...] lib.9. epiſt. 9. quia vix illæ im[...] etiam ſolitariæ,à Chriſtianis pin[...] quin, vt ſtatim diximus, ſempe[...] neant quaſi per compendium ali[...] hiſtoriam. *Secunda*, ad caritate[...] Deum, & Sanctos fouendam,& [...] dam. Qui enim diligit, libente[...] cit imaginem abſentis amici, & [...] ciendo magis inardeſcit. *Terti*[...] tatio ad imitandum,quæ prolix[...] catur in VII. Synodo, act. 6. *Q*[...] quia conſeruant in nobis mem[...] Chriſti, & Sanctorum, ſimulqu[...] guſtijs docent, nos habere pa[...] quos inuocemus. *Quinta*, c[...] fidei, dum enim diligimus, & [...] mus imagines Sanctorum, qua[...] temur nobis placere eorum fide[...] ctoſque mores. *Sexta*, honor

rum; dubitari ſiquidem non po-
iin erigere ſtatuas, vel imagines
, & heroicis viris, ad honorem
pertineat. Quam Euſebius lib. 7
cap. 14. præcipuam fuiſſe causã
, cur Chriſtiani, vt mox dice-
atim ab initio cœperint Sancto-
agines deſiderare, & habere.
obſtat, quod ait, hoc ex Gen-
quoque conſuetudine ortum
; non enim loquitur de illa,
n de aliqua eorum ſuperſtitio-
de naturali, atque adeò bona
udine, qua ſoliti erant ſtatuas
ijs, quos honore dignos iudi-
licet in eo poſtea errarint,
celeratis etiam hominibus, &
js eas erigere, imò & pro Dijs
on erubuerint; quod longè eſt
uto, & intento Chriſtianorum
ndis ſacris Chriſti, & Sancto-
ginibus.

cum Chriſtiani probè ſcirent,
nagines, etiam ſolitarias, & ex-
riam, præfatis, & alijs ſimilibus
ſe apprimè vtiles ex natura
quid ſit de malitia hominum,
per habuerunt; vt patet primò,
ſuperiori concluſione, qua iã
us, huiuſmodi imagines fuiſſe
s primis quingentis annis. Se-
ſequentibus exemplis, clariſ-
n probantibus contra hæreti-
uiſſimum, & laudabilem ima-
um, ab ipſo Chriſti Domini
deriuatum.

is enim pluriũ Chriſti Do-
giquum, non manufactarum,
; & artis humanæ penitus
, clara habetur mentio in hi-
leſiaſtica. Prima huiuſmodi
uam Chriſtus ipſe pallio, vt
cenus, vel lineo textu, vt ait
us faciei ſuæ admoto fecit, &
Edeſſæ Regi miſit. Quod
criptorum, quã veterum, qua
m teſtificatione, ac laude ce-
reperitur. Gretſerus Syn-
imaginibus non manufactis
ſupra viginti ex antiquis re-

cenſet, ac laudat; ſimulque Molanum reprehendit, qui lib. 4. hiſt. de SS. imagin. cap. 2. hanc cum imagine non manufacta Veronicæ confundere, & vnam eamdemque fuiſſe aſſerere non dubitauit. Cardinalis Baronius ad ann. 944. tradit hodie ſeruari, & oſtendi Romæ in Eccleſia S. Sylueſtri. *Cæterum*, inquit, *bellis ingruentibus, ipſa Conſtantinopolitana ciuitate*, in quam traducta fuerat, *ſæpe capta, & ab hoſtibus direpta, atque à Catholica primùm communione ſæpe diſciſſa, Dei prouidentia factum eſt, vt eadem imago veneranda fuerit Romãm perlata, vbi hactenus colitur in titulo Sancti Sylueſtri.*

Altera inter imagines non manufactas Chriſti Seruatoris noſtri recenſita, eſt illa, quæ Sudario Veronicæ mirabiliter impreſſa remanſit, de qua pluribus idem agit Gretſerus. Cum enim inter Ieroſolymitanas mulieres, quæ plangebant, & lamentabantur Chriſtum, properantem ad crucem, vna longè Sãctiſsima, nomine Veronica, commiſeratione in eum mota, velum, quo pro more gentis nubendo capiti vtebatur, eius vultui ſudore, ac cruore mananti appreſſiſſet, ipſius imagine diuinitus impreſſum retulit, ſiue in ſuæ caritatis mercedem, ſiue in diuinæ gratitudinis monimentum. Alphonſus Salmeron tom. 10. tract. 33. opinatus eſt vnum Veronicæ velum triplicatum fuiſſe; Baronius verò tom. 1. Annal. ad ann. 34. notat Ieroſolymis, Romæ, & in Gienſi ciuitate Hiſpaniæ ſeruari.

Cęteræ Chriſti imagines non manufactę ſunt illæ, quæ ſacris Chriſti linteis ſepulchralibus, ſeu Syndonibus, & Sudarijs impreſsæ multis in locis videntur Taurini in Italia, Veſontione in Burgundia, Cadurci in Aquitania, Monaſterioli in Gallia in Diœceſi Laudunenſi, Petrocori in Gallia, Moguntiæ in Germania, & ibidem in Monaſterio S. Cornelij mille paſſibus Aquiſgrano diſtante; Etſi autem voces *Syndonis*, atque *Sudarij* ab authoribus promiſcuè ſumi ſoleant; Sudarium tamen à Syn-

done diſtingui certum eſt, vocaturque illud linteamen, ſeu velum, quo Chriſti demortui vultus fuit obnuptus, cuique remanſit impreſſus, vt mos ferebat, Nonno in cap. 19. S. Ioannis, & S. Auguſtino lib. 3. de conſenſu Euangel. cap. 23. teſtantibus; vt non malè quis ſuſpicari poſſit Chriſtianos idem in morem induxiſſe. Græcis enim Sacerdotibus mortuis, vt habetur in eorum Euchologio facies velabatur *aere*, hoc eſt, tenuiori, breuiorique velamine, quo in tremendo Miſſæ ſacrificio ta agia, panis ſcilicet, & vinum conſeruanda tegebantur. Apud Latinos S. Caſſius Narnienſis Epiſcopus *moriturus*, inquit Diuus Gregorius homil. 37. in Euang. *aſſiſtentibus ipſe ſuis manibus linteum dedit, quod ex more morientium ſibi contra faciem tenderetur, quo tenſo ſpiritum emiſit*. Demum eamdem in Gallia conſuetudinem obſeruatam fuiſſe, refert Monacus Engoliſmenſis anonymus apud Pitheum, in funere Caroli Magni; *Veſtitum eſt enim*, inquit, *veſtimentis Imperialibus, & ſudario ſub diademate facies eius operta eſt*. De quo more conſulendus eſt Baronius to. 2. Annal. ad ann. 332. tantumque ſufficiat de non manufactis iam tempore Chriſti eius imaginibus, quibus earum vſum etiam miraculosè authenticare voluit.

Item traditio eſt, mulierem liberatã à fluxu ſanguinis Chriſto erexiſſe imaginem apuſt Paneadem. Teſtis eſt Euſebius lib. 7. hiſt. cap. 14. qui eam ſe vidiſſe aſſerit; Sozomenus lib. 5. cap. 20. & Nicephorus lib. 10. cap. 30. vbi ſcribunt tempore Iuliani Apoſtatę ſtatuam Chriſti, quæ apud Paneadem fuerat, in Templo à Chriſtianis fuiſſe introductam. Meminit eiuſdem Diuus Damaſcenus lib. 1. de imaginibus; Theophilactus in cap. 9. Matth. & Gregorius Papa in epiſt. ad Germanum, quæ habetur in VII. Synodo act. 4.

Ex eadem etiam traditione habetur, imaginem Chriſto factam à Nicodemo fuiſſe, quæ Iudęis per ludibrium crucifixa, ſanguinem effudit miraculoſum, alijſque innumerabilibus claruit mi[raculis,] vt refert Athanaſius in libello [de] paſſione imaginis Domini cap. 4. qu[æ] etſi dubitant aliqui eſſe ipſius, tam[en] certum eſt, eſſe antiquiſſimi autho[ris,] quandoquidem citatur, tanquam a[nti]quiſſima hiſtoria in VII. Synodo act[...]

Præter has imagines extant etia[m] aliæ Beatiſſimæ Virginis Mariæ, [...] cum Chriſto, quas B. Lucas pinxi[ſſe] dicitur; quarum meminit Theodo[rus] lector, qui ante mille annos floruit li[b. ...] Collectaneorum; Nicephorus lib. [...] hiſt. cap. 2. & Simeon Metaphraſte[s in] vita S. Lucæ; *Hoc*, inquit, *inter ca[etera] gratiſſimum eſt, quod ipſum quo[que] aſſumptum typum humanitatis Chriſt[i et] ſignum eius, quæ illum peperit, Lucas [pri]mus omnium cera, & lineamentis ping[eret,] vt ad vſque tempora in imagine hon[o]rentur, tradidit, tanquam non ſatis [...] exiſtimans mente, & ſpiritu cum bis [...] quos deſiderabat, niſi etiam per imag[inem] & typum verſaretur cum eis, quod ſe[...]tiſſimi amoris indicium eſt*.

Vtrum autẽ præfatæ imagines, [quæ] piè varijs in locis aſſeruantur, & h[ono]rantur, ſint omnes prototypæ, aut ſ[int] omnes ectypæ; vel quod probab[ilius] eſt, aliquę prototypæ, alię verò ta[men] ectypæ, ſed tamen pro prototypis h[abi]tæ, quod præter externam ſpecien[...] perfectam lineamentorum confor[mita]tem; mirabilium effectuum patran[dorum] affuſa diuinitus virtus illis plerun[que] acceſſerit, vndè etiam inſtituti in [eo]dem honorem feſti dies, peregrin[atio]neſque ad illas ſuſceptæ; parum [refe]reſt ad præſens noſtrum inſtitu[tum] (quicquid in contrarium obijcian[t hæ]retici de multiplicitate præfata[rum] Chriſti imaginum) in ſanctis præſ[...] Sudarijs, & Syndonibus, quæ om[nia] prototypa eſſe non poſſe contend[unt;] quo intendimus aduerſus ipſos p[robare] antiquum, & laudabilem ſacra[rum] imaginum vſum, non autem per[tinere] ad fidem diuinam, quod tot, vel [...] iſta, quæ variis in locis aſſeruantu[r,] vera, & prototypa Chriſti ſudaria [...]

a ſepulchralia ; quem vſum
n modum ex præfatis imagini-
: ſint prototypæ , ſiue ectypæ
confirmari ſatis patet , cum &
illis, & in his , quę ad imita-
arum adumbratæ ſunt , vnus
, redemptor noſter repræſen-
honoretur .
ias demum aliorum etiam
n imagines,apud Chriſtianos,
tio Eccleſiæ fuiſſe , latè de-
quod S. Syluester ſecum ha-
nagines SS. Petri , & Pauli ,
ſtantino oſtendit , vt teſtatur
us lib. 7. cap. 33. Conſtanti-
a edicto tom. 1. Concil. nec nō
n Romanum in officio S. Syl-
em quod Ambroſius in epi-
inuentione Sanctorum Ger-
rothaſij , quæ apud Surium
t , ſe cognouiſſe eum, qui ſibi
, fuiſſe Sanctum Paulum, ex
cta , quam apud ſe habebat .
nus orat. in S. Meletium, ima-
adeò celebres fuiſſe , vt etiā
n poculis, in phialis, in tha-
tibus, atque vbique alibi cō-
r. Theodoretus verò in hiſto-
a , in vita Sancti Simeonis
mę in omnibus officinis pro
ndere conſueuiſſe eius ima-
ndem teſtantur veritatem
ti in VII. Synodo Act. 4.
interfuerunt Leo Presbyter
onſtantinopolitanę, & locū
ropoleos Sydæ, act. 2. Nico-
enus Apri, & locum tenens
Metropoleos , Conſtanti-
ous Gangrenſium , Nicetas
Claudiopoleos , & alij ibi
, ſe ſuſcipere venerabiles
& iconas iuxta priſcam tra-
antiquam conſuetudinem.
aniſi ſummę hęreticorum
tribui poſſit , quod abſque
fundamento in contrarium
dicunt , imagines ſcilicet
, vel Sanctorum ſine vlla
rum geſtarum nullum ha-
iſi ad oblectandum, & ideo

à primis Chriſtianis non fuiſſe factas , aut fruſtra .

Sexta Concluſio . Sacræ omnes Chriſti, Beatiſſimæ Virginis , & omniū Sanctorum , tam Angelorum , quàm hominum imagines rectè coli poſſunt . Iſta concluſio eſt de fide, etſi enim illa non doceat, neceſſarium eſſe ad ſalutem ſacrarum imaginum vſum, & cultum , cuius propterea nullum, vt dicetur cō-cluſione ſequenti, pręceptum eſt, ſiue naturale , ſiue diuinum, cum tamen licitum eſſe , ac honeſtum , ſiue ſacras imagines in templis præſertim habendas , & retinendas eſſe , eiſque debitum honorem, & venerationem impertiendam , ſecundum fidem amplectendum eſt, eſtque vna ex veritatibus fidei, quę ex Apoſtolica traditione ad nos deſcendit , prout in VII. Synodo definitum fuit, & ea citata , rurſus in Tridentina ſeſſ. 25. modo tamen, vt ibi declaratur; *Non credatur ineſſe aliqua in ijs diuinitas, vel virtus propter quam ſint colendæ; vel quod ab eis aliquid ſit petendum , vel quod fiducia in imaginibus ſit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus , quæ in idolis ſpem ſuam collocabant ; ſed quoniam honos qui eis exhibetur , refertur ad prototypa , quæ illæ repræſentant, ita vt per imagines quas oſculamur , & coram quibus caput aperimus , & procumbimus , Chriſtum adoremus, & Sanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur .*

Etſi autem hæc veritas, ita declarata, ex traditione potiſſimum habeatur; non deſunt tamen plura etiam Scripturæ teſtimonia, ex quibus deduci queat; quæ claritatis gratia ad tres claſſes reducuntur . Prima continet ea , quæ expreſsè agunt de imaginibus , nimirum Exod. 25. de Cherubinis Propitiatorij , & Num. 21. de æneo Serpente . Imagines enim Cherubinorum ſuper arcam exiſtentes ſimul adorabantur ab ijs, qui arcam adorabant . Imo Hieronymus epiſtola ad Marcellam, vt migret Bethleem, ideo dicit Tabernaculum fuiſſe veneratū à Iudæis, quia ibi erant Cherubini; quod idem docet Damaſcenus

lib. 4.

lib.4. de fide cap. 17. contra eos, qui Chriſtianos inſimulant, quod imagines adorant; nec non Adrianus Papa I. in ſcripto pro imaginibus, vbi ſingillatim, ac diſtinctè commemorat virgam Ioſephi, quam adorauit Iacob, vt ad Hebræos 11. v. 21. & Cherubinos, quos conſtituit Moyſes, & alia plura, poſteaque concludit, *Non eſt dubitandum, omnia, quæ in Dei Eccleſijs, ad laudem, & decorem Dei conſtituuntur, ſancta, & colenda eſſe*. Vbi cum alludat ad eamet, quæ prius ſingillatim recenſuerat, veroſimilius eſt, particulam, *omnia*, diſtributiuè ſumi, ita vt vnumquodque per ſe ſpecialiter potuerit adorari.

Serpentem quoque æneum non potuiſſe non honorari, imo de facto honoratum fuiſſe, ſatis clarè oſtēdit, quod in loco ſublimi à Deo poſitus fuiſſet, & ſalutem miſeris in ſe aſpicientibus afferret; quodque Sancti Patres vnanimiter affirment, figuram illam factam fuiſſe ad repræſentandam Dominicam Paſſionem, & Chriſtum Dominum in Cruce exaltatum, vt ipſemet dixit Io. 3 *Sicut Moyſes exaltauit Serpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis*; per quem à morſu diaboli homines liberandi erant. Quod, ſi non omnibus Iudæis, ſaltem Moyſi, ac primoribus notum fuit, in quorum intentionē cæteri ſerpentem colerent. Ac demum Auguſtinus lib. 3. de Trinitate cap. 10. loquens de quibuſdam ſignis, quæ venerationem tanquam religioſa merentur, ponit pro exemplo ſerpentem æneū. Quæ omnia certè, nec non regula eiuſdem lib. 3. de doctr. Chriſt. cap. 9. vbi dicit ſigna vtilia diuinitus inſtituta, veneranda eſſe, quia honor eorum ad prototypum tranſit, qualia ſigna fuiſſe dictas imagines Cherubim, & Serpentis certum eſt, probabilius ſaltem reddunt in veteri Teſtamento, non ſolùm prohibitum abſolutè non fuiſſe imaginum vſum, ſed nec debitum earumdem cultum. Cui non obſtat, quod D. Thomas ait 1. 2. q. 102. art. 4. *Similitudines Seraphim non fuiſſe poſitas ad cultum, quod prohibebatur primo legis præcepto*,
ſignum miniſterij. Ibi enim non
S. Thomas, omnem planè cultū
qualem etiam nunc præbemus i
nibus, delatum fuiſſe, aut defer
tuiſſe, ſed illum tantùm, qui pr
tur primo legis præcepto, cert
autem ſentētiam D. Thomæ eſſe
in dicto præcepto non qualiſcun
imaginum vſus, & cultus prohib
ſed ſolùm diuinus, vel idololatri
conſtat ex eius locis ſuperius ad

Iam ergo, ſi ex dictis, licuit in
teſtamento venerari imagines A
rum; cur non etiam Sanctorum
uo? Et ſi licuit, venerari ima
Chriſti in forma Serpentis (nan
pentem æneum Chriſti fuiſſe fi
habetur ex loco citato Ioānis) c
potius venerabilis erit imago
in forma hominis, vel agni:

Secunda claſſis continet ea te
nia, quæ docent creaturas re
honorandas, propter ſolam ad
relationem, vt pſal. 95. *Adorate*
lum pedum eius; Matth. 5. *Nolite*
per cęlum, quia thronus Dei eſt
per terram quia ſcabellum eſt pedu
Cum enim iuramentum ſit actu
gionis, quo honoratur primario
ſecundario autem id, per quod i
Ideo prohibet Deus iuramenta
debitis circumſtantijs per cęl
terram, ne contumelia fiat ei
creaturis, quatenus relationem
ad Deum; ſed imagines ſacræ
habent relationemq; non eſt igi
eadem ratione coli etiam n
ſint.

Tertia claſſis eſt eorum teſtim
quæ affirmant, creaturas vocar
vel ſanctas, propter relationer
ſacras. Exodi 3. *Locus in quo*
ſancta eſt, propter Angeli ſcili
ſentiam; cap. 12. dicitur dies
dies ſancta, & venerabilis pro
gnificationem, & quia dedic
cultui diuino; cap. 28. propter c
rationem dicuntur veſtes Sac
Sanctæ. Et 2. Timoth. 3. Script
c.

acrę litteræ: *Ab infantia*, inquit, *tteras noſti*; quia ſignificant no. cras; Igitur, cum ex eadem, pro eodem accipiatur; rem tam, vel ſacram, & honorabi- n citato Exodi loco cap. 12. *Dies prima erit ſancta, & ſepti- religione venerabilis*: dubita- n poſſit, quin imagines Chri- anctorum ſint etiam inſtitutæ candas, & repræſentandas res alia ſunt earum prototypa; n quoque eſt; licitum, ac hone- eas venerari, cultu vnicuique è debito.

eſunt expreſſa Scripturæ loca, habemus pro religioſo ſancta- ginum cultu traditionem, per- cleſiæ vſu firmatam, vnanimi eſtimonio comprobatam, & ; indeque Eccleſiæ definitio- exortam contra illum nouam

e ergo huius traditionis teſtes is Græcis, ſunt Methodius e Reſurrect. *Quas*, inquit, *ex ines conflamus, Angelorum ip- patus, & Poteſtates referentes, orem, & gloriam Dei conſici-* hanaſius Alexandrinus inter- ponſ. ad Antiochum Princi- 38. *Abſit, vt quemadmodum int, nos Chriſtiani tanquam gines adoremus. Affectionem & charitatis noſtræ ſtudium er- n perſonæ per imaginem ex- tramus* &c. Baſilius lib. de ncto ad Amphiloch. cap. 18. Cæſareenſis in vita S. Baſi- *nim vir Dominæ noſtræ aſta- i, in qua etiam Mercurij cele- ris figura deſcripta erat. Aſta- ſupplicans, vt impius Iulianus olleretur.* Theodoretus in ligioſa de Simeone Stylita. Neapolitanus lib. 5. contra *Nos deridėnt, qui crucem ſan- iuinas imagines in honore, & amus* &c. Sophronius in vita gyptiacæ. Germanus Patriar- cha Conſtantinopolitanus epiſt. ad Ioãnem Epiſcopum Synadon. Ioannes Damaſcenus lib. 4. Orthodox. fidei; cap. 17. & orat. 3. de imaginibus. Hactenus Patres Græci vſque ad Synodum Nicenam II. vbi qui illi interfuere, quique deinceps illam ſecuti ſunt, eamdem prorſus de ſanctarum imaginum effiguratione, & honorariæ adorationis exhibitione fidem à maioribus acceptam amplexi ſunt, & ad nos tranſmiſerunt.

Ex Latinis, Tertullianus in Apologet. cap. 16. vbi ait: Chriſtianos appellatos religioſos crucis, quæ eſt imago Crucifixi: neque ipſe hoc negat eſſe verum, neque cæteri Patres idem teſtantes. Et certè nunquam Gentilibus in mentem veniſſet, obijciendi noſtris adorationem crucis, niſi vidiſſent, illis ſummæ venerationi iam tunc eam fuiſſe. Quemadmodum ſi id non licuiſſet, aut falſum fuiſſet, Chriſtiani facile illud negare potuiſſent: quod tamen minimè fecerunt, niſi vbi intellexerunt huiuſmodi obiectionem, vel accuſationem Gentilium procedere de adoratione propria Deo. Hoc enim ſenſu Minutius Felix reſpondit illis: *Nos crucem neque adoramus, neque optamus.* Cum autem magis redemerit nos Chriſtus corpore ſuo, quam cruce lignea; ſi ſemel admittatur licere venerari, nedum Crucem Chriſti veram, in qua nos redemit, ſed & cæteras illius imagines, quales tantum fuere, quas in primitiua Eccleſia adoratas fuiſſe referũt Patres, cum veram Chriſti crucem poſtea repertam eſſe conſtet temporibus Magni Conſtantini; multo magis id aſſerendum eſt de imagine corporis Chriſti.

Lactantius Firmianus in carmine de Paſſione Domini

> *Flecte genu, lignumque crucis venerabile adora.*

Sedulius, lib. 5. carminis Paſchalis.

> *Neue quis ignoret, ſpeciem crucis eſſe colendam.*

Ambroſius ſerm. 10. in Pſalm. 118.

& in

& in orat. de obitu Theodoſij: *Sapienter*, inquit, *Helena egit, quæ crucem Chriſti in capite Regum leuauit, & locauit, vt crux Chriſti in Regibus adoraretur.* Hieronymus epiſt. 27. ad Euſtochium de Epitaphio Paulæ cap. 3. *Hieroſolymis cuncta loca tanto ardore, ac ſtudio circumiuit, vt niſi ad reliqua feſtinaret, à primis non poſſet abduci, proſtrataque ante crucem, quaſi pendentem Dominum cerneret, adorabat.* Auguſtinus lib. 10. cap. 34. vbi reprehendens pictores, & ſimiles artifices, quod neceſſarium, & moderatum vſum, piamque ſignificationem longe tranſgrediantur, ſatis admittit, quaſdam eſſe picturas neceſſarias, quaſdam etiam ſacras, ſeu piam ſignificationem habentes, & proindè venerabiles, quales ſunt res ſacræ omnes. Gregorius Magnus lib. 7. epiſt. 5. ad Ianuarium Calaritanum; & 53. ad Secundinum, vbi docet imaginem ſacram honorandam etiam proſtratione ad terram, non tamen vt Deum: *Et nos*, inquit, *non quaſi ante Diuinitatem, ante illam proſternimur.*

Quæ inſuper plures tum Græci, tum Latini Scriptores narrant, miracula à Deo, per ſacras imagines Chriſti, & Sanctorum, patrata fuiſſe, clarè demonſtrant, placere illi, vt imagines honorentur. Legi poſſunt apud Euſebium lib. 7. hiſt. cap. 14. Theophilactum in cap. 9. Matth. Sozomenum lib. 5. hiſt. cap. 20. Vbi de ſtatua Chriſti ænea, ab Hæmoroiſſa poſita, apud Paneadem. Apud Athanaſium lib. de paſſione imaginis Chriſti, & Gregorium Turonenſem de gloria Martyrum, cap. 21. Euagrium lib. 4. cap. 26. Zonaram in vita Michaelis Balbi. Paulum Diaconum lib. 21. rerum Romanarum. Multa quoque referunt ipſimet Magdeburgenſes Cent. 6. & ſeq. cap. 13. Qui tamen dicunt, non ſequi imagines eſſe adorandas, quia per illas miracula fiũt. Si quidem multa ſunt alia, per quæ Deus miracula operatur, quæ tamen non adorantur. Eliſeus enim per aquas Iordanis curauit lepram Naaman, nec

adoramus aquam, ſicut nec ſputu
etiam ſi Chriſtus illo ſanauerit cæ
quin etiam per homines malos i
dum Deus edit miracula, & tame
iuſmodi homines omni honore
indigni.

At facilè reſpondetur, in mira
ſpectandum eſſe eorum finem, id
quod miraculo confirmatur, cum
teſtimonium habeat, nonniſi veru
ſe poteſt. Sic Eliſæus, & Chriſtu
adhibuerunt aquam, vel ſputum,
ctis miraculis, vt illa honorarent
honoranda eſſe probarent, ſed vt
derent, ille quidem ſe eſſe Propl
Dei, iſte autem ſe verum Dei fili
Similiter homines mali non faciu
racula, vt ſe, ac vitam ſuam com
dent, ſed aut fidem, aut alicuius
tis excellentiam, quare non ipſi,
des, quam prædicant, aut alia vi
quam commendant, veneratione
eſt. Quare cum miracula per i
nes facta, ideo facta ſint, vt ſatis
ex eorum circumſtantijs, modo
referendi à Scriptoribus ſacris, v
baretur, ac ſanciretur imaginu
tus, manifeſtum eſt huius verita
gumentum.

Vndè quamprimum nonnulli
negare auſi ſunt, conſtanter Eccl
tanquam diuinitus reuelatam, ſ
illam defendit, habitis pro hæ
eius impugnatoribus. Sic anno D
ni 733. iuxta Sigebertum in Chr
cum apud Conſtantinopolim
imagines depoſitæ fuiſſent, Greg
III. celebrauit Romę Synodum E
porum ferè mille; *in qua firmat*
inquit Vvalafridus Strab. de reb
cleſiaſticis cap. 8. *vt Sanctorum*
nes, ſecundum priſcum Eccleſiæ Ca
ritum reſtituerentur. Eodem auth
ſte, *ea ipſa querela Græcorum, te*
bus bonæ memoriæ Ludouici Imper
Franciam perlata, eiuſdem Princip
dentia ſcriptis Synodalibus eſt confu
iam præſtitum fuerat in Concilio
tiliacenſis celebrato anno 766.
Sigebertum, vel 767. iuxta Ador
in

refert Paulus Aemilius libro 2.
eſſe de imaginibus, & admoni-
ecos, vt cum alijs pijs, de illis
vellent. Rurſus alia Synodus
crarum imaginum defenſione
habita eſt ſub Stephano III. an-
. iuxta Sigebertum; cuius Sy-
eminit aliquoties Adrianus I. in
imaginibus ad Carolum Ma-
nec non Nicolaus I. ſicut & al-
ab Gregorio, epiſt. ad Michae-
peratorem: *In causa*, inquit,
*um imaginum ante Sanctiſſimum
ium, quin imo & ante Synodum
ſub Irene congregatam, cum ad-
ſchiſma nouiter eſſet exortum, &
inopolitanos pene cunctos more
a inuaſiſſet, Romani Præſules
s, & Stephanus, conuocatis Epi-
cidentalium regionum, inueniun-
er dimicaſſe, & hoc funditus con-*

m circa annum Domini 787.
uerſus ſanctarum imaginum
ſæuius inualerent earum ho-
ę congregata eſt Synodus Ge-
II. Epiſcoporum circiter 350.
finitum fuit, imagines eſſe
las, non quidem cultu latriæ,
re illo, quo etiam proſequi-
vaſa. Cum autem in illam
ncurrerint ad Oecumenicam
requiſita; cui in primis ad-
Legati Romani Pontificis A-
& trium aliorum Patriarcha-
xandriæ, Antiochiæ, Hiero-
nec non Patriarcha Conſtan-
nus, tum Epiſcopi 350. om-
ntientes, poſt longam, & acrē
ſiæ diſcuſſionem; vt de illius
tate, ita nec de illius irrefra-
horitate in Eccleſia datur am-
ocus. Indeque imagines in
nſerunt, ſuumque deinceps
ſemper habuerunt. Item in
odo Generali Conſtantino-
V. Epiſcoporum 383. ſub
II. anno Domini 869. act. vlt.
ouata fuere decreta Septimæ
tandem in Tridētina ſeſſ. 25.

Ad huius autem veritatis probationem, vnam duntaxat ex multis rationē adducam, qua frequentius vtuntur ſupracitati Patres, deſumptam ab exemplo imaginum Regum, & Principum, quæ ſi, vt ipſimet concedunt aduerſarij, venerabiles ſunt ciuili quodam honore, multo magis imagines Chriſti, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum honorabiles eſſe cultu religioſo fatendum eſt; cum ſint res ſacræ; atque adeò nedum ciuili, ſed & religioſo cultu dignæ.

Confirmatur, ſiue magis explicatur hæc ratio. Quando res per imaginem repræſentata eſt digna aliquo honore, & reuerentia, tunc etiam & eius imago eſt aliqua veneratione digna, ſi quidem excellentia prototypi redundat in eius imaginem, eique quodammodo communicatur, imò naturali veluti conditione legitima imago alicuius, pro vt ſumitur formaliter ſecundum rationem imaginis, eſt ipſummet prototypum in eſſe repræſentatiuo; atque adeo Sanctus Athanaſius orat. 4. contra Arrianos, paulo poſt initium ait, imaginem Regis ita poſſe alloqui inſpectorem: *Ego, & Rex vnum ſumus, ego enim in illo ſum, & ille in me: & quod in me animaduertis, id quoque in illo animaduertis, & quod videris in illo, videris & in me*. Quemadmodum ergo in prototypo excellentia cauſat, & fundat honorem, ac reuerentiam; ita etiam cauſabit, fundabitque illam in imagine, in qua repræſentatiuè dicitur eſſe prototypum. Sanctus enim Athanaſius, alijque Sancti Patres, vt Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 18. Ambroſius in Pſalm. 118. qui hac ratione vtuntur pro aſſerendo ſacrarum imaginum cultu, non tantum loquuntur quo ad externam lineamētorum corporis expreſſionem, ſed etiam quo ad dignitatem, & excellentiam prototypi, quæ ab eo redundet in imaginem, eique communicetur, non quidem phyſicè, ſed morali quadam hominum æſtimatione, vt colligitur ex ipſiſmet eorum verbis;

nam Sanctus Athanaſius ſtatim ſubiungit, *Qui igitur adorat imaginem, in illa adorat ipſum Regem; quippe cum ipſa imago nihil aliud ſit, quàm Regis forma, ac ſpecies*; vbi ex eo quod ea, quæ ſunt in Rege, ſunt eadem & in eius imagine, arguit imaginem eſſe adoratione dignam; vndè cum fundamentum adorationis ſit dignitas, & excellentia, cenſet Athanaſius dignitatem, & excellẽtiam prototypi communicari aliquo modo eius imagini. Cuius etiam manifeſtum eſt argumentum à contrario, quod imago eſt capax iniuriæ, & contumeliæ; ideoque Theodoſius, vt alia plura omittam exempla; optimus alioquin, & pientiſſimus Princeps, cum Antiocheni imaginem vxoris eius deieciſſent, ita iratus eſt, vt parum abfuerit, quin totam Antiochiam euerteret. Qua de re habentur duæ orationes S. Ioannis Chryſoſtomi, id eſt, ſecunda, & tertia ad populum Antiochenum, quibus deplorat ſcelus illud in Theodoſium commiſſum. Hoc autem non eſſet, ſi aliqualis dignitas, & excellentia ex prototypo in imaginem non deriuaret, ratione cuius ſicut eſt capax iniuriæ, & contumeliæ, ita & honoris atque cultus. Igitur cum nemini dubiũ eſſe poſſit, quin Chriſtus, & omnes Sancti ſint religioſo, ſacroque cultu digni vnicuique proprio; idem quoque fatendum eſt de imaginibus illos repræſentantibus. Ita vt ex ipſis, & huiuſmodi imaginibus conficiatur vnum totum, & adæquatum obiectum per apprehenſionem, & conceptionem adorantis, ad quod ſe ſe terminet vnus, & idem numero actus adorationis; quæ tamen, quatenus terminatur ad exemplar, dicitur abſoluta adoratio, pro vt verò ad imaginem tantum reſpectiua; nullum enim eſt inconueniens, quod vnum, & idem ſub diuerſa tamen conſideratione, ſit abſolutum, & relatiuum, vt fuſius explicabitur concluſione 8.

Quod contra huiuſmodi cultũ quaſi idololatricum objiciunt aduerſarij, ſufficienter iam ſolutum eſt ſupra, oſten-

ſumque merum eſſe illorum figm
tum.

Vnde ſolùm breuiter examinand
ſupereſt, an Concilium Francofordi
ſe, quo præcipuè nituntur aduerſa
talem cultum condemnauerit, ſimul
Septimam Synodum Generalem Ni
nam II. Hac enim in re diuiſi ſunt et
Doctores Catholici, & aliqui, vt
larminus lib. 2. de imaginibus cap.
partem affirmatiuam tenent, nega
autem alij, inter quos eſt nouiſſimè
ter Raymundus Capiſuccus in con
uerſia de cultu ſacrarum imaginu
14. vbi ſolutis Bellarmini argum
doctè oſtendit, Concilium Franc
dienſe nullam Septimam Synodum
veram, nec falſam damnaſſe: ne
eo actũ fuiſſe de imaginibus, ſed
de hæreſi Elipandi, & Felicis,
dicebant, Chriſtũ eſſe ſeruũ, & f
adoptiuum. Vnde Claudius Tauri
ſis Iconomachus, licet ſuam Inon
chiam paulò poſt hoc Concilium
ſeminarit, non allegauit illud pr
ſicut nec contra, vel pro ſe Ionas
relianenſis, qui contra dictum Cl
pro imaginibus ſcripſit.

Quare dicendum eſt, authores
rum Carolinorum, falsò inſcript
Carolo Magno, in quorum præfa
legitur, Septimam Synodum à Fr.
fordienſi fuiſſe damnatam, vbi p
ptimam Synodum debere intellig
cænam II. clarè patere videtur ex
libris, licet ibi per errorem d
Conſtantinopolitana, dicendum
quam præfatorum librorum auth
vtpotè Iconomachos, cum ſcire
ctam VII. Synodum Nicænam II
niuiſſe imagines eſſe colendas, p
more hæreticorum aſcripſiſſe, &
illam definiuiſſe, imagines eſſe a
das cultu latriæ, ſcilicet, quaſi n
ac Deus eſſent; ſicut quia nos C
lici aſſerimus, Sanctos, eorumqu
gines eſſe colendas, nouatores d
non erubeſcunt; nos eſſe idolol
ſeu colere Sanctos, & eorum im
vt Deos. Et indè ſupradicti Ca

ibrorum authores occaſionem
runt affirmandi, quod Conciliũ
fordienſe damnauerit ſeptimam
ım. Hincmarus autem, cum
dolescentulus eſſet, incidens in
s libros, putauit eſſe definitio-
oncilij Francofordiens, & ipſe
ıs decepit alios, inquit Gabriel
z.3.p.diſ.107.cap.5.
r ad argumentum, quod ex hu-
cılij authoritate deſumitur, ab
rijs, reſpondetur primò nullius
nentis cum tot inter diuerſa, &
a tùm veterum, tùm recentiorũ
m placita, nihil certi, vt requi-
beri poſſit, quid in eo circa
cultu Sacrarum imaginum
nem tractatum, aut actum fue-
ad ſummum non magis ipſis,
obis fauere dicendum eſt.
dò reſpondetur, etiam gratis
quod in hoc Concilio damna-
ſet ſeptima Synodus Nicæna;
iſtam illi eſſe anteponendam,
niuerſaliorem, antiquiorem, &
ubio à Summo Pontifice ap-
ı, eſt enim regula Diui Augu-
2. de Baptiſmo cap.3. Concilia
ria plenarijs ſine dubitatione
bere. Concilium autem Fran-
ſe particulare fuiſſe ſatis pa-
ſmet aduerſarijs, ſi quidem
tores, cent. 8. cap. 9. dicunt
conſenſiſſe, ſed repugnaſſe
ı, & Legatos eius, qui præ-
rant. At certum eſt Synodũ,
nat Summus Pontifex, non
iuerſalem dici non poſſe, ſed
lius eſſe authoritatis, vt potè
ı, errandique periculo obno-
alibi dictis. Quod & ipſa
Francofordienſis docet, nam,
linis libris ab aduerſarijs ci-
t, decreuit, iudicium vltimũ
ſiarum ad Romanum Ponti-
inere, & hoc præcipuo argu-
ellit Synodum VIII. quia
t ſine authoritate Romani
celebratam. Qua in re, vt
Concilium Francofordienſe

nullius eſt apud ipſos authoritatis, ita
nec, quod ſeptimam damnaſſet Syno-
dum, atque adeo cultum ſacrarum
imaginum, pari currente ratione in
vtroque. Deindè, cum doceant iidem
Magdeburgenſes in Concilio Franco-
fordienſi non eſſe definitum, vt imagi-
nes aufferrentur à Templis, ſed vt in
ijs quidem manerent, at non adorarē-
tur; cur contra illius authoritatem ad-
uerſarij è Templis imagines tollunt?
cur frangunt? Non alia certè de cauſa.
niſi quia, quod volunt credunt, non
quod rectum, & iuſtum.

Verum, quia non deſunt multi, qui
Concilium Francofordienſe, licet Pro-
uinciale, pro legitimo habeant, in tali
ſententia reſpondetur tertio, illud erra-
re potuiſſe, nõ in iuris, ſed in facti quæ-
ſtione; condemnando ſcilicet ſeptimam
Synodum, quia crederet in ea definitũ
fuiſſe, ſacris imaginibus exhibendos eſ-
ſe honores diuinos, eo pacto, quo Ido-
lis à Gentilibus exhiberentur; aut illã
factam fuiſſe à Græcis ſine conſenſu
Sedis Apoſtolicæ.

Demùm, cum veriſimile non ſit, hu-
iuſmodi errorem facti in Concilio Frã-
cofordienſi contingere potuiſſe, tùm
quia Legati Adriani Pontificis aderant
qui rem nouerant, tum quia omnes eius
Patres latere non potuerunt acta Ni-
cæni Concilij, quod Generale, ac ce-
lebre fuit, & per orbem vniuerſum di-
uulgatum; quartò reſpondetur fieri
potuiſſe, quod Iconomachi videntes
in Concilio legitimo Francoforti cele-
brato, ipſorum hæreſim iterum damna-
tam eſſe, conuenticulum aliquod in
eadem vrbe habuerint, in quo Conci-
lium Nicænum damnauerint, & Con-
uenticulum illud Frãcofordienſe Con-
cilium falsò appellauerint, vt illud le-
gitimo Concilio opponerent, & inde
mentiti ſint affirmantes, damnatũ fuiſ-
ſe in Concilio Francofordienſi cultum
Sacrarum imaginum. Quo in ſenſu
facilè intelligitur, quod ait Hincmarus
ſe vidiſſe, cum adhuc eſſet adoleſcen-
tulus, in Palatio Regis Caroli, de de-

ſtructione ſeptimæ Synodi Nicænæ ſecundæ nõ modicum volumen in Synodo Franciæ, id eſt, Francoforti editum, & à Rege Carolo ad Adrianum miſſum; qui liber, aut volumen à Carolo ad Adrianum miſſum, non aliud fuit, quam illud, quod dictum eſt Carolinum, ab hæreticis Iconoclaſtis conſcriptum, & Carolo oblatum, ab alijs autem Carolo falsò aſcriptum; quodque impreſſum cum fuerit Francoforti, & confutationem ſeptimæ Synodi contineret, cum actis Concilij Francofordienſis confundi potuit. Hincmarus enim haud aſſerit in eo libro haberi damnationem Concilij Niceni à Concilio Francofordienſi factam, ſed tantùm, ſe vidiſſe volumen de deſtructione ſeptimæ Synodi Nicenæ ſecundæ, in Synodo Franciæ, id eſt, Francoforti editum; quod videlicet ab Iconoclaſtis eo tempore ibi editum fuit, quo Conciliũ Francofordienſe celebrabatur: nec etiã dicit, in volumine illo Carolino contineri acta Concilii Francofordienſis; ſed ſolùm in eo volumine agi contra ſeptimam Synodum, & volumen illud editum fuiſſe Francoforti. Et quandò Hincmarus diceret in præfato libro Carolino contineri acta Concilii Francofordienſis, apertè falſitatis conuinceretur; nam cum Adrianus Papa illum refellat, & in ſua confutatione nullam huiuſmodi definitionis Concilii Francofordienſis, cui ſui adfuerant Legati, mentionem faciat, manifeſtum eſſe videtur argumentum, in dicto libro Carolino non haberi acta Concilii Francofordienſis legitimi; ſed ſi quid Francoforti ſit actum contra Septimam Synodum, ſacrarumque in illa definitum imaginum cultum, tribui debere, vt diximus, alicui conuenticulo ibi ab Iconoclaſtis habito, falſoque dicto, Concilium Francofordienſe; quod propterea Adrianus, nulla prorſus eius mentione habita, contemnere potuit in dicta confutatione.

Septima concluſio. Ita licitum, & honeſtum eſt, habere, & colere ſacras Chriſti, & Sanctorum imagines, v[...] men id in præcepto non ſit. Iſta [...] cluſio eſt omnium doctorum Cat[...] corum; ſi quidem nullibi extat h[...] modi preceptum, ſiue naturale, ſiu[...] uinum, quo teneamur habere, vel [...] gere tales imagines, aut aliquo ac[...] ſe ad illas terminante eas adorare. [...] que afferri ſolent, tam ex Patribus [...] ex Conciliis, pro religioſo imag[...] cultu, ſolùm probant id honeſtum [...] & licitum. Vndè cum latius p[...] aliquid eſſe honeſtum, & licitum, [...] eſſe præceptum; ex tali honeſtate [...] ginumue dignitate in ordine ad [...] rentiam, & cultum, argui non p[...] eſſe in præcepto aliquo poſitiuo [...] naturalis, vel diuini, eas habere [...] colere.

Suppoſito tamen, quod ſemel [...] dentur imagines ſacræ, eſt præce[...] naturale negatiuum non inferend[...] iniuriam, nec illas ignominiosè, [...] reuerenter tractandi. Nam iure [...] rali tenemur abſtinere ab inferen[...] cui iniuria, & hoc præcepto neg[...] vt per ſe conſtat. Cum igitur im[...] irreuerenter, & ignominiosè tract[...] ſit earum prototypo aliqualem [...] iniuriam, vt ſuperiori concluſio[...] tauimus, ſi quidem ignominia [...] nibus illata redundat in illarum [...] typum; ſicut honos, & reuere[...] vndè varijs ex hiſtorijs habetur, [...] Principes Chriſtianos, etiam pi[...] mos, fuiſſe vltos iniuriam ſuis [...] nibus factam, tanquam ſibi irrog[...] aut ſaltem in ſeipſos redundante[...] cul dubio naturali præcepto ne[...] tenemur, non inferre iniuriam [...] imaginibus, nec eas ignominio[...] ctare. Imo data aliqua occaſion[...] aliquo ſuppoſito, v.g. ad vita[...] ſcandalum, item ad profeſſionem [...] vbi hæreſis Iconomachorum [...] retur, vel ob aliquam aliam cau[...] iuſdam momenti, poſſet fieri, [...] obligaretur adorare poſitiuo a[...] cras imagines, & eas cùm hono[...] tractare.

aua Concluſio. Vnus, idemque
eſt ſacrarum imaginum, ac exem-
n, ita vt imaginum cultus alius
è non ſit à cultu exemplarium.
nclusio non pertinet ad fidem,
tùm eſt magis communis inter
is notæ Theologos poſt Diuum
m, videturque magis probabi-
inter diuerſa aliorum placita.
nim omnes aduerſus hæreticos
iant de cultu ſacrarum imagi-
iſſentiunt tamen de modo, vel
llius.
dus enim in 3. diſt. 9. q. 2. aliiq;
o cenſent, adorationem propriè
minari ad imagines; ſed eas in
dici ſub ratione imaginis ado-
dem adoratione cum re cuius
gines; in quantum ad earum
am exemplar adoratur, & ipſæ
nt ad recordationem, & repræ-
em exemplaris, tanquam ſigna
ia & conditiones exercēdi ado.
verſus illud; ac ſi eſſet præ-
ndum ſe.
t Gabriel Vaſquez 3. p. q. 25.
. 108. ea ratione volunt ado-
gines, quia coram eis, & circa
bentur externa ſigna honoris,
exio, deoſculatio, capitis de-
ſimilia; actum tamen internū
nis, nullo modo ad imaginem
im eſſe dicunt, ſed ſolum ad
um, ſeu exemplar tanquam ad
dorationis obiectum; atque
ntum eſſe vnum, & eundem
s actum, quo ſimul adorari
exemplar dicuntur, quatenus
& idem actus adorationis,
s conſtat, ſigno videlicet, ſeu
iori, quæ exhibetur imagini,
interiori ſeruitutis, qui exhi-
nplari; ita vt nota illa hono-
t exhibeatur imagini, ratione
erioris ad exemplar.
lii affirmant quidem imagi-
propter exemplaria adora-
imaginum adorationem re-
eſſe; & ab exemplari depen-
cent tamen, imagines hon

eſſe eadem adoratione adorandas, qua exemplar, ſed adoratione longè inferiori, quam honorariam appellant. Cuius adhuc ſententiæ explicandæ varii ſunt modi inter eius ſequaces, quas refert Raymundus Capiſuccus in Controuerſiis ſelectis, controuerſia de cultu SS. imaginum quæſt. 2. §. 4. nec non aliis ſequentibus, vbi conſuli poteſt.

Nos igitur cum præfato authore, & aliis pluribus ab eo citatis aſſerimus, vnum, eumdemque cultum eſſe imaginum ac exemplarium, ita vt imaginum cultus alius non ſit à cultu exemplariū, ſed eodem ſimul colantur; vnde imago Chriſti adoratur adoratione latriæ, imago Beatiſſimæ Virginis adoratione hyperduliæ, aliorum Sanctorum adoratione duliæ.

Quæ eſt aperta Diui Thomæ ſententia in 3. ſent. diſt. 9. q. 1. art. 2. quæſtiuncula 2. in corp. vbi ſic ait: Et quia idem motus eſt in imaginem in quantum eſt imago, & in imaginatum; ideò vnus honor debetur imagini, & ei, cuius eſt imago: Igitur cum Chriſtus adoretur latria ſimiliter & eius imago. Idē docet 3. p. quæſt. 25. art. 3. concludens ex eodem principio identitatis motus in imaginem, & imaginatum, quod eadem reuerētia exhibeatur imagini Chriſti, & ipſi Chriſto. Cum ergo Chriſtus adoretur adoratione latriæ, conſequens eſt, quod eius imago ſit adoratione latriæ adoranda. Et art. 3. aſſerit, quod crux, in qua Chriſtus pependit, quia repræſentat Chriſtum Dominū, & quia membra eius ſancta tetigit, & quia ſanguine eius fuit perfuſa, ideo adoratione latriæ propter vtramque rationem eſt adoranda, &c. Quæcumque verò alia crux eadem etiam adoratione eſt adoranda, quia Chriſtum Dominum crucifixum repræſentat.

Probatur huius ſententiæ veritas authoritate ſeptimæ Synodi, Sanctorumque Patrum in eo, nec non ſupra concluſione ſexta citatorum, expreſſe docentium, vnam, eamdemque indiuiſam vene-

venerationem eſſe Chriſti, & imaginis eius; & eam venerationem diuidendã non eſſe, & venerationem imaginis Chriſti haud eſſe aliam à veneratione ipſius Chriſti; hæc autem omnia verificari non poſſunt, niſi ponatur, imaginem Chriſti adorari eadem adoratione, qua adoratur ipſe Chriſtus, atque adeo adoratione latriæ; nam hæc eſt adoratio, qua adoratur Chriſtus; aliàs ſi imago Chriſti adoraretur adoratione, quæ nõ eſſet latria, adoratio imaginis Chriſti, & adoratio Chriſti diuiderentur, nec eſſet vna, & eadem, indiuiſaque vtriuſque adoratio contra citatam Synodum. Vndè quando in ea dicitur ſacris imaginibus haud exhibendam eſſe latriam, ſatis ſe explicat, ſacris nimirum imaginibus latriam illam negare, quæ ſiſtat in ipſis imaginibus, eaſque propter ſe more Gentilium, ceu numen quoddam adoret. Hęc enim eſt latria illa, quam nobis imponunt hęretici, & quam Concilium dãnare intendit in imaginum adoratione. Propterea que tàm frequenter inculcat, vnam, eamdemque indiuiſam adorationem eſſe imaginis, & exemplaris, & honorem imaginis ad prototypũ tranſire, & adorantem imaginem, rem quoque per imaginem repręſentatam adorare. Hac ſiquidem ratione ſatis, declaratur, cultum ſacris imaginibus, vt tales ſunt, exhibitum, eſſe non poſſe idololatricum, cum imaginibus non competat propter ſeipſas, nec in ipſis ſiſtat imaginibus, ſed tranſeat, termineturque ad exemplaria veneranda cultu illis proportionato, ac debito; ita vt ſi exemplar ſit infinitę excellentię, qualis eſt Deus, & Chriſtus, adoratione latriæ ſit adorandum; ſi verò contineat excellentiam duntaxat creatam, adorandum ſit adoratione duliæ, vel hyperduliæ.

Quam adhuc ob cauſam, idem Concilium act. 7. in definit. fidei, expreſsè ait, imagines in genere adorandas eſſe adoratione honoraria, nimirum vt ſignificaret honorem ſacris imaginibus exhibitum non eſſe illam adoration latriæ, qua imago colatur propter ſ pſam, quaſi eſſet Deus, aut diuinitat continens, vti Gentiles ſua colunt i la, & à Catholicis imagines coli o ciebant hęretici, non autem, vt ex deret eam latriam, qua colitur im rei, quæ exigit talem cultum, cuiuſ di eſt imago Chriſti; nam per han triam honoratur eius imago, & non colitur, vt Deus. Ideo aut Concilium non vſum eſt nomine l & duliæ, quia tradebat doctrinam neralem de adoratione communi rationi imaginum Chriſti, quæ adorandæ adoratione latriæ, & ad tioni imagini cæterorum Sanctoru quæ ſunt adorandæ adoratione du vtramque tamen adorationem cienter Concilium complexum e generali doctrina, qua aſſerit per rationem imaginum adorari exem adoratione videlicet congruenti e lentiæ exemplaris: *Imaginis enim h* inquit Concilium, *in prototypum* *tat, & qui adorat imaginem, in ea* *rat quoque deſcriptum argumentum* adoratio imaginis eſt adoratio plaris; certum eſt autem, exe venerandum eſſe cultu ſibi p tionato, ac debito; igitur ſi cu latriæ exigat, vt Deus, & Chriſtu dem pariter cultu veneranda e imago.

Eamdem doctrinam tradit, & uat Concilium Tridentinum ſe Etſi enim inter Catholicos cert ſet, ſacris imaginibus ſecundum ceptis non eſſe cultum aliquem rendum, quia tamen hoc ipſum uatoribus, veteres hæreticos ſ nobis imponebatur, nec non in ſo fidelis, ac rudis populus inſtr erat, ac legitimus imagines ac modus ipſi præſcribendus, ne i exiſtimarent, imagines ſecundu non propter exemplar eſſe col aut imaginibus aliquam ineſſe d tem putarent; proptere a Con Tridentinum expreſsè præcipit

uo ad imaginum adorationem,
ıſtruant, vt eis debitum hono-
enerationem impartiantur, ita
uod, *Non credatur ineſſe aliqua*
nitas, vel virtus, propter quam
lę, vel quod ab eis ſit aliquid
, vel quod fiducia in imaginibus
, velut olim fiebat à Gentibus,
lis ſpem collocabant. Et ſub-
am honos, qui eis exhibetur, re-
prototypa, quę illa repræſen-
r imagines, quas oſculamur, &
bus caput aperimus, & procum-
iſtum adoremus, & Sanctos,
la ſimilitudinem gerunt, ve-
Quibus verbis Sacrum Con-
o docet, ſcilicet, imagines
s eſſe, & non eſſe adorandas
lari præciſas, ſed honorem
s exhibitũ tranſire ad exem-
mdemque eſſe venerationem
, & exemplarium, ita vt qui
ginem Chriſti adoret ipſum
vnde cum certum ſit, Chri-
eſſe adorandum niſi adora-
, inde quoque conſtat, &
eius adoratione latriæ eſſe
.

eritatis rationem affert Di-
as, locis ſuperius citatis, de-
x Philoſopho, lib. de me-
eminiſcentia cap. 2. vbi do-
em eſſe motum animæ in
Vnum quidem in ipſam
ecundum quod res quædam
verò in imaginem, in quan-
ago alterius. Inter quos
eſt hæc differentia, quia
tus, quo quis mouetur in
vt eſt res quædam; eſt alius
eſt in rem imaginatam; ſe-
m motus, qui eſt in imagi-
ntum eſt imago formaliter,
idem cum illo, qui eſt in
emplar. Eo autem ipſo,
endens in imaginẽ, vt ima-
liter, per eundem omnino
dit, & in eius exemplar,
ia in imaginem alia eſt à
exemplar; ſic nec ratio ado-
randi imaginem eſt alia à ratione adorandi prototypum; ſed vna & eadem ratio eſt, propter quam adoramus imaginem, & prototypum, nam adoramus imaginem propter excellentiam prototypi, quæ redundat in imaginem, vt concluſione ſexta diximus; vnde cum vnica ſit excellentia, propter quam, & prototypum, & imaginem veneramur, idem quoque actus eſt, idem motus affectus, qui tendit in imaginem, & in prototypum. Vbi enim contingit aliqua duo, ſub aliqua ratione vnum eſſe, nequit in ea ratione vnum attingi ſine alio, cum quo eſt idem. Et hoc ipſum eſt, quod Concilium Nicænum II. intendit docens, adorationem imaginis, & exemplaris indiuiſam eſſe; tùm Patres, vbi dicunt, honorem imaginis ad prototypum, & exemplar tendere; quia videlicet in imagine non adoratur alia excellentia, niſi excellentia exemplaris. *Abſit*, inquit Athanaſius, interrogationum, & reſponſionum ad Antiochum Principem cap. 38. *vt, quemadmodum Græci faciunt, nos Chriſtiani tanquam Deos imagines adoremus. Affectionem duntaxat, & charitatis noſtræ ſtudium erga figuram perſonæ per imaginem expreſſę declaramus. Itaque lignum ſæpe, quod iam erat imago, ſi figura deleta ſit tanquam inutile comburimus*. Et Baſilius Magnus ad Amphilochium de Spiritu Sancto cap. 18. *Quoniam Rex dicitur Regis imago, non autem duo Reges: neque enim poteſtas ſcinditur, neque gloria diuiditur. Quemadmodum autem principatus, ac poteſtas nobis dominans, vna eſt, ſic & glorificatio, quam illi deferimus, vna eſt, non multæ. Itaque imaginis honor ad exemplar primum refertur*.

Igitur, licet imagini Chriſti, in quantum eſt res quædam (puta lignum pictum, vel ſculptum) nulla reuerentia exhibeatur: quia reuerentiæ nonniſi rationali naturæ competit: iterum licet poſſit quis Chriſtum abſque imagine adorare, & in illum cogitationem, affectumque ſuum dirigere: ſi tamen

Chri-

Chriſtum adoret mediante imagine, & feratur in Chriſtum, vt per imaginem repræſentatum, nequit ferri in Chriſtũ, quin feratur in imaginẽ, & nequit ferri in imaginem, quin eodem motu feratur in Chriſtum per imaginem repræſentatum. Cumque Chriſtus realiter exiſtens à parte rei non adoretur niſi adoratione latriæ, eadem adoratione Chriſti imaginem adorari neceſſe eſt; nam imago non poteſt non adorari eadem adoratione, qua adoratur exemplar per ipſum repræſentatum, nec huiuſmodi adoratio diuidi poteſt, vt ſufficienter probatum eſt.

Quæ ratio Diui Thomæ pro noſtra concluſione eſt ita efficax, vt alia non ſit neceſſaria ad maiorem eius probationem. Quodque dicunt aliqui ex ea ſequi, dari adorationem latrię ſpecialẽ terminatam ad imaginem Chriſti, quæ non ſit ſimul adoratio ipſius Chriſti, ſeu quæ nõ terminetur ad ipſum Chriſtum, omnino falſum eſt, id enim nec docet Diuus Thomas, nec admittunt eius diſcipuli, ſed tantùm dicunt, adorationem imaginis formaliter non habere pro obiecto formali, niſi excellentiã diuinam Chriſti; quæ cum ab imagine participetur, Chriſtus enim realiter eſt in imagine ſua ſecundum eſſe repræſentatiuum, & imago in eſſe repræſentatiuo eſt idem realiter cum Chriſto, nec vbi adoratur per imaginem adoratio fertur in eum ſecundum eſſe duntaxat repræſentatiuum, quod habet in imagine, ſed per imaginem attingit, & adorat ipſum Chriſtum, qui eſt realiter entitatiuè à parte rei; inde fit, eodem adorationis actu, quo adoramus Chriſtum per imaginem repræſentatum, debere quoque adorari, & ipſius imaginem, nec conſequenter ponendam eſſe adorationem aliquam latriæ ſpecialem reſpectiuam, propriam ipſius imaginis diſtinctã à latria, qua adoramus Chriſtum. Quamuis eadem latriæ adoratio dicenda ſit terminari ad Chriſtum propter ſeipſum, & ad imaginem propter Chriſtum; & prout terminatur ad imaginem ſit reſpectiua, eadem tamen adoratio terminatur & ad Chriſtũ; ſicut quando colitur Rex, ſeu Regis perſona, & cultu regio colitur eius brachium, vel manus, quatenus eſt quid vnum cũ Rege; idem honor, qui exhibetur Regi, ipſi exhibetur propter ſeipſum, eius autem brachio, vel manui defertur propter Regem.

Ad modum explicandi primæ ſentẽtiæ ſuperius allatæ breuiter dicimus, eum non ſufficere ad cultum ſacrarum imaginum; ſi enim dicerentur ſolum adorari, quia ad eius præſentiam exemplar adoratur, & imago, quatenus deſeruit ad recordationem, & repræſentationem exemplaris, eſt aliquod exercendæ adorationis medium, vel ſignũ; huiuſmodi adorationis modus eſſet ſolum abuſiuè, & impropriè talis, vt eius etiam authores admittunt, & iuxta illũ ſacræ imagines non terminarent actum adorantis; quod tamen requiritur ad propriam adorationem, quam intendũt Concilia, & Patres dum definiunt ſacras imagines eſſe colendas.

Alter etiam modus ſecundæ ſententiæ non ſufficit, quod nimirum ſigna exteriora fiant tantum ad imagines, actus verò internus voluntatis ad ſolũ prototypum; ſi enim ita res ſe haberet, iam imagines non adorarentur, ſed ſola prototypa, ad eorum præſentiam, cum de ratione adorationis ſit tam interior ſubmiſſio, quam ſignum externũ illius proteſtatiuum, ita vt ſublato priori deſinat eſſe adoratio.

Ad tertium modum, fatemur, quidẽ eius authores ſaluare ſacrarum imaginum cultum, in hoc autem ſuperfluit, quod cultum imaginum ſtatuat diuerſum à cultu prototypi, cum tamen vnus & idem ſit vtriuſque cultus, vt ſufficienter huc vſque probauimus.

Nona concluſio. Sacræ reliquiæ, ſeu lipſana religioſè quoque ſeruanda, & colenda ſunt. Iſta concluſio pertinet ad fidem, fuitque definita in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. his verbis: *Sanctorum quoque Martyrum, & aliorũ* *cum*

iſto viuentium ſancta corpora,
membra fuerunt Chriſti, & tem-
ritus Sancti, ab ipſo ad æternam
ſcitanda, & glorificanda, à fide-
eranda eſſe, per quæ multa be-
Deo hominibus præſtantur, ita
antes Sanctorum Reliquijs ve-
m, atque honorem non deberi,
liaque ſacra monumenta à fide-
iliter honorari, atque eorum opis
dæ cauſa Sanctorum memorias
equentari, omnino damnandos
iam pridem eos damnauit, &
n damnat Eccleſia.
atem huius concluſionis & ſi
putent in Sacra inſinuari Scri-
odi 13. verſ. 19. vbi dicitur,
Moyſes oſſa Ioſeph ſecum; lib.
ap. 13. verſ. 21. quod cum
oſſa Eliſei proiectum cuiuſdã
ñ eius ſepulchro, *reuixit homo,*
per pedes ſuos; ideoque Eccle-
p. 48. verſ. 14. habetur: *Eli-*
m prophetauit corpus. In vita
onſtra, & in morte mirabilia
t. Marci c. 5. verſ. 25. vbi mu-
erat in profluuio ſanguinis
ſanata eſt tacto Chriſti ve-
Et Act. cap. 19. verſ. 11. vbi
narratur: *Virtutes non quaſ-*
iat Deus per manum Pauli: ita
uper languidos deferrentur a
s ſudaria, vel ſemicinctia, &
nt ab eis languores, & ſpiritus
ediebantur. Etſi, inquam,
ſtræ concluſionis huiuſmodi
locis præſertim vltimo act.
on obſcurè inſinuetur, in ea
is expreſsè non continetur,
ex veritatibus illis, quæ for-
expreſsè habentur ex diuina
ita vnanimi Sanctorum Pa-
orum, & Latinorum conſen-
oque Eccleſiæ vſu clarè cõ-
eam negare ſit in meridiana
re.
cis Clemens Romanus lib. 6.
ap. 29. *Eorum*, inquit, *qui*
viuunt, ne Reliquiæ quidem
nt inhonoratæ &c. Eccleſia

Smyrnenſis epiſt. ad Ponti Eccleſias. Euſebius lib. 7. hiſtorię cap. 14. *Iacobi Apoſtoli cathedram ad illud tempus ſeruatam, Epiſcopi, qui illic ordine ſucceſſerunt, permagno æſtimant* &c. Vnde non eſt, quod rideant hæretici, ſi audiant ad exemplum præfatorum Epiſcoporum Romæ Cathedram S. Petri ligneam à fidelibus quoque honorari. Item lib. 8. c. 14. vbi de cadauere Beatiſſimi Martyris Apphiani; & lib. 13. pręparat. Euãgel. cap. 7. Magnes contra Theoſthenem lib. 4. *Manifeſtum eſt itaque, quod oſſa Sanctorum non ſunt mortua, ſed potius plena virtute* &c. Athanaſius in vita S. Antonii, vbi ſcribens ſibi ab eo relictum fuiſse pallium tritum ait: *Se Antonium in Antonij muneribus amplecti, & tanquam magna hęreditate ditatũ, lætanter per veſtimentum recordari imaginem ſanctitatis.* Baſilius in Pſal. 115. ſuper illa verba, *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius*, ait: *Pro legis Iudaicæ ritu ſi qui moriebantur, horum morticinia habebãtur abominationi; contra mors ſi cuipiã irrogatur pro Chriſti nomine, pretioſæ cenſentur reliquiæ Sãctorum eius* &c. Item orat. in Martyrem Iulittam, & orat. in Quadraginta Martyres, vbi loquens de reliquiis ipſorum per totam regionem diſperſis ait: *Hi ſunt, qui noſtram obtinentes regionem, quaſi turres quædam contra aduerſariorum incurſum refugium exhibent: nec vno in loco ſe ſe clauſerunt, ſed in multis locis hoſpitio excepti, multorum patrias ornauerunt.* Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 18. *Vt autem non ſolum anima Sanctorum honoretur, credaturque quod etiam in corporibus mortuorum ineſt virtus, ſeu potentia; iacens in ſepulchro Eliſei mortuus, mortuumque Prophetæ corpus attingens viuificatus eſt, &c.* Gregorius Nazianzenus orat. 3. quę eſt inuectiua prior in Iulianum; & orat. 4. quæ eſt poſterior in eundem. Itẽ orat. 18. quæ eſt oratio in S. Cyprianum. Gregorius Nyſſenus orat. in S. Theodorum Martyrem. Epiphanius in vita Ezechielis. Ioannes Chryſoſtomus ho-

mil. 32. in epiſt. ad Rom. in morali, lib. contra Gentiles. Laudatione in Martyrem Ignatium. Homil. 66. ad populum Antiochenum; & ſermone de Iuuentino, & Maximo Martyribus, vbi primum laudatis ijs, qui corpora eorũ inhumata relicta pie rapuerunt cum periculo vitæ ſuæ, mox ſubdit: *Idcirco ſæpius eos inuiſamus, tumulos adornemus, magnaque fide Reliquias eorum contingamus, vt inde benedictionem aliquam conſequamur*. item ſerm. 35. de virtutibus: *Sicut virtus erat in veſte Pauli, & vmbra Petri adſanandum ægrotos; ita in Sanctorum cineribus ad expellendum dæmones.* Palladius hiſtoria Sanctorum cap. 103. vbi narrat miraculum adoleſcentis ab Innocentio Presbytero cum reliquijs S. Ioannis Baptiſtæ. Caſſianus collat. 6. cap. 1 Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 55. *Si te offendit quod Martyrum corporum cinerem, propter eorum erga Deum charitatem, atque conſtantiam honore afficiamus: eos, qui ab ipſis medicinam accipiunt interroga, atque quot morbis remedium afferant, intellige. Sic fiet, vt non modo id, quod à nobis fit, non irrideas, verum etiam quod rectè, & cum laude fit imiteris.* Item lib. 2. epiſt. 5. *Nam qui & terra, & maris imperium obtinet ad Piſcatoris ſepulchrum exoſculandorum oſſium cauſa ſe confert. An non immortales opes fictilibus vaſis conditas perſpexiſti?* Sozomenus lib. 3. hiſt. cap. 13. lib. 5. c. 8. & 18. lib. 9. cap. 2. & 16. Theodoretus lib. 3. hiſt. cap. 9. & lib. 5. cap. 36. item lib. 8. Græcor. affectionum. Theodorus Lector lib. 2. Procopius Cæſareenſis orat. 1. de ædificijs Iuſtiniani. Cyrillus Eremita in vita S. Euthymij. Timotheus Alexandrinus narratione de maximis miraculis S. Menæ. Euagrius lib. 1. hiſt. cap. 13. & 16. lib. 2. cap. 3. lib. 4. cap. 27. & 34.

Græcis Patribus adſtipulantur Latini. Pius I. epiſt. 2. ad Iuſtum Epiſcopum; *Cura Sanctorum Martyrum corpora ſicut membra Dei, quemadmodum curauerunt Apoſtoli Stephanum.* Corne-
lius Papa epiſt. 1. Ambroſius lib
epiſt. 85. *Condamus ergo reliquias ſ*
ſanctas, & dignis ædibus inuehamu
tumque diem fida deuotione celebre
Item lib. 10. epiſt. 85. de inuenti
SS. Geruaſii; & Protaſii; & ſerm.
de inuentione eorumdem, nec
93. de Beato Nazario, & Celſo, &
hortatione ad Virgines: *Condan*
argentum, & aurum, ac de late
eruant venis: legant pretioſa mon
ſerta: temporalis ille theſaurus eſt,
pè habentibus pernitioſus, nos le
Martyris clauos, & multos quidem
plura fuerunt vulnera, quam men
&c. *munera itaque ſalutis* (cor
Sanctorum Martyrum Vitalis, &
colæ) *accipite, quæ nunc ſub ſacris*
ribus reconduntur. Prudentius H
3. de S. Eulalia, item de Sancto
rentio. Syricius Papa epiſt. 4.
nymus epiſt. 17. ad Marcellam
53. ad Riparum; in Epitaphio
cap. 6. & fuſiſſimè lib. aduerſus
lantium cap. 2. 3. & 4. Item in
Sancti Hilarionis. Ruffinus lib.
Eccleſ. cap. 28. Gaudentius Bri
tractatu in dedicatione Baſilicæ
ctorum 40. Martyrum. Auguſtin
de cura pro mortuis agenda ca
lib. 1. de Ciuitate Dei cap. 13.
22. cap. 8. lib. 9. Confeſſ. c. 7. epi
Reliquias Beati Martyris Stepha
ignorat Sanctitas veſtra (ſicut & n
mus) quam conuenienter honora
beatis. Et epiſt. 137. Paulinus
lanenſis Presbyter in vita Sanct
broſij. Paulinus Epiſcopus Nat. 6
licis, & 9. Maximus Taurine
Martyribus Taurinis; *Cuncti M*
deuotiſſimè colendi ſunt, ſed ſpecia
venerandi ſunt à nobis, quorum,
poſſidemus. Eucherius Lugdunen
mil. de S. Blandina. Proſper in
nico, *Theodoſius venerabile caput*
Baptiſtæ ex vico Coslai Conſtanti
deportans, ſeptimo ab vrbe lapid
ſilicà, quam magno ſumptu in ei
rem erexerat, recondit. Gennadi
ſilienſis de Eccleſiaſt. dogmat. c

E

ius Ticinenſis in vita Epiphanij
nſis.Eugippius Abbas Vitæ San-
erini cap. 9. & 23. Pelagius Pa-
t.ad Sepaudum Epiſcopum Are-
n. Gregorius Turonenſis de
Martyrum cap. 44. in vitis Pa-
p.8. de S. Nicetio. Fortunatus
itæ Sancti Germani Pariſienſis
ac demum Gregorius Magnus
piſt. 30. ad Conſtantiam Au-
& lib. 5. epiſt. 50. ad Palladiũ.
mil. 32, in Euangelia. Hactenus
m ſæculorum Patres tàm Græ-
m Latini pro veritate noſtræ
onis, quos cæteri deinceps ſe-
.

e apparet quam mendaciter
tores cent. 6. in præfatione
nt, eo ſeculo, nimirum poſt
Domini 500. cœpiſſe cultum
um occaſione templorum, quę
entibus extruebantur ſumpti-
l & etiam ſibimet ipſis con-
; nam Centuria 4. cap. 6. &
licunt ſuperioribus ſæculis, id
ad annum 300. nihil haberi
is authoribus de veneratione,
tione reliquiarum, ſed cœpiſ-
perſtitionẽ ſæculo 4. quan-
uliani Apoſtatæ reliquiæ San-
translatæ fuerunt, quæ tranſ-
ſumma celebritate facta eſt
m Domini 365. Quod ergo
eis cent. 5. & 6. contradicit
non iſta, primæ, & ſecundæ;
ne enim ad primam, in vita
ę, fatentur ijdem Centuria-
tempora Iuliani fuiſſe trāſ-
no cum honore reliquias S.
S. Lucæ Conſtantinopolim
ino Imperatore, vt Beatus
us teſtatur lib. contra Vigi-
enturia autem 2. cap. 3. re-
erbum ex hiſtoria Euſebij
epiſtolam Eccleſiæ Smyr-
olicarpi martyrio; in qua
riſtianis cupientibus Reli-
ris, & Iudæis pertinaciſſi-
ntibus, iudicem Ethnicum
corpus in medio poſitum

cremari vſque ad cineres: & tamen Chriſtianos collegiſſe incredibili auiditate reliquias illas: *Ac ſi eſſent*, inquit epiſtola, *lapidibus pretioſiſſimis pretioſiores, & auro probatiſſimo probatiores.* Eas autem reliquias à Chriſtianis collectas fuiſſe ad cultum, ſatis patet tùm ex verbis citatis, tùm ex contentione aduerſariorum. Iudæi enim atque Ethnici reſiſtebant, ne reliquiæ tollerentur prætextu pietatis. Putabant enim corpora à Chriſtianis adorari, vt in eodẽ loco teſtatur Euſebius, & dicetur infra. En quot de origine cultus ſacrarum reliquiarum mendacia inter ſe pugnantia centuriatores protulerunt.

Eamdem traditionem pro hoc cultu, confirmat perpetuus Eccleſiæ vſus, quo *Primum* reliquiæ Sanctorum ſub altaribus reconduntur, nec non propterea Deo in honorem ipſorum templa, & altaria conſtruuntur, vt diximus ſupra cap. 30. concluſ. 6. *Secundò* ad eas cerei, & lampades accenduntur; nam quod lumen ſit honoris ſignum, nec ſit ſuperſtitioſum, vt ineptè dicunt aduerſarij lumen accendere ante rem inanimatam, etiam lucente ſole, cōſtat ex candelabro, quod ſemper lucebat ante arcam teſtimonij, Exodi 25. *Tertiò* ſacrę reliquiæ de vno loco ad alium honoris gratia, interdum ab antiquis translatę ſunt. *Quartò* peregrinationes ad illas habitæ. Quorum omnium exēplis referta eſt Eccleſiaſtica hiſtoria, nec habent quod illis opponant aduerſarii niſi illud commune ſuum axioma, alibi refutatum, quod omnis voluntarius cultus Deo diſpliceat.

Verum quàm falsò id in præſenti aſſeratur materia, clarè demonſtrant *Primò* innumera miracula ad reliquias facta, quę certè non fierent, ſi Deo primo eorum authore cultus reliquiarum non placeret. *Secundò* miracula in ipſiſmet facta incorruptionis, ſplendoris, nitoris, odoris circumfuſi, apparitionis ſacrarum imaginum, & ſimilium, per quæ Deus apertiſſimè nos ad earum venerationem, quaſi inuitare videtur.

Tertiò, reuelationes diuinitus factæ corporum Sanctorum, Ambroſio Sanctorum Geruaſij, & Protaſij, eodem teſte lib. 10. epiſt. 85. Luciano, Sanctorum Stephani, Nicodemi, & aliorum, cuius meminit Auguſtinus ſerm. 91. ex nouis; Sanctæ cuidam fœminæ Sanctorum Martyrum Neſtabi, & Euſebii fratrum, apud Sozomenum lib. 5, cap. 8. cuidam Epiſcopo Sanctorum Abachuc & Michçæ apud eumdem lib. 7. c. vlt. qui etiam lib. 9. cap. 2. refert, quadraginta Martyrum reliquias diuina reuelatione inuentas, & ſic de aliis. At ſi licitus non eſſet, Deoque inſuper non placeret cultus ſacrarum reliquiarum, certè non erat, cur ipſe ſeruis ſuis corpora, & reliquias Sanctorum, quę latebant, oſtenderet.

Demum antiquitatem huius ſacri vſus colendi Sanctorum reliquias, probat illud ipſum, quod nobis obijciunt aduerſarij, nempe Ethnicos, Iudæos, & alios accuſaſſe Chriſtianos idololatrię, propter cultum Sanctorum, reliquiarumque eorumdem. Hoc enim profectò non feciſſent, niſi vidiſſent à primis Chriſtianis ſanctos, atque eorum reliquias paſſim religiosè coli; quod & ipſimet nunquam abſolutè negarunt obijcientibus, ſed tantum cultum, quem illi putabant idololatricum, à ſe præſtari Sanctorum reliquijs. Nam cum Gentiles, quos ipſi in templis venerabantur, putarent eſſe Deos, ideo ex externa illa proſtratione, aut alijs reuerentiæ ſignis ad ſepulchra Martyrum, putabant quoque Chriſtianis eam de Martyribus opinionem ineſſe, quaſi eſſent Dij; proptereaque videbantur ſibi operæ pretium facere, ſi effoſſa corpora Martyrum abijcerent, interdum comburerent, cineresque in fluuios, ventoſque ſpargerent; quaſi moleſtè ferentes, quod Chriſtiani exploſis veteribus Dijs nouos inducerent; cum tamen nihil minus cogitarent; nouerant enim Chriſtiani, Martyres amicos eſſe Dei, non Deos, idque ſolum animo concipientes, nec non quod Deus, cum quo iam erant coniuncti, ipſorum prec[...] multa tum temporalia, tum ſpiritu[...] largiretur beneficia, indè conſtitue[...] formale cultus religioſi SS. Marty[...] ſacrarumque eorumdem reliquiar[...] accedente pro materiali externa [...] corporis compoſitione, qua vel [...] lando, vel genuflectendo, aut qui[...] mile præſtando eas venerabantur [...] qua falsò Gentiles, quos latebat c[...] formalis internus, & de Martyribu[...] bita à Chriſtianis exiſtimatio, que[...] ad propriam metiebantur menſu[...] impudenter Chriſtianos de idolo[...] calumniabantur, ſicut & hodie no[...] faciunt nouatores. Igitur, licet i[...] ſit Chriſtianos ſemper æſtimare [...] uerſariorum calumnijs, quia tam[...] pè multa dicunt, & referunt Eccle[...] cæ proficua veritati, & hiſtoricæ, [...] quod Sancti, & eorum reliquiæ [...] mis Chriſtianis religiosè coler[...] tribuendum quidem calumniæ, [...] Gentiles, aſſererent, aut inferre[...] externo, quem tantum videbant [...] Sanctos à Chriſtianis, vt Deos ad[...] veritati autem, quem modo intẽd[...] non diuinum, ſed religioſum [...] cultum; verique Dei amicis du[...] proportionatum ſemper ab exor[...] ſcentis Eccleſiæ in vſu apud [...] fuiſse.

En ergo quot conſtat argu[...] veritas, & antiquitas doctrinę [...] licæ de veneratione ſacrarum re[...] rum, quibuſque mota Eccleſia [...] Conciliis eam definiuit, ac n[...] damnauit. Sic ſeptima Synodus [...] ralis Nicæna II. act. 3. vocat re[...] fontes ſalutares, quibus Deus [...] beneficia hominibus præſtat: & [...] in vltima definitione iubet, [...] Clericum, & Laicum excommu[...] qui reliquias Martyrum contem[...] non, vt rem ſacram, cum hono[...] ctat. Quam nouiſſimè ſecuta S[...] Generalis Tridentina ſeſſ. 25. [...] citata earumdem ſacrarum reliq[...] contemptores damnat. Ex C[...] autem Prouincialibus in Orient[...]

grenſe ante annos 1200. cele- anathema dicens ijs, qui me- Martyrum, id eſt, loca, vbi ſunt m reliquiæ, execrantur. Eu- i enim, aduerſus quos coactum cilium, nolebant ingredi Mar- aſilicas, ne corpora Martyrum, immunda putabant, venerari ur. In Africa Carthaginenſe 4. vbi iubet, vt nulla altaria moriæ Martyrum dedicentur, nt aliquæ Martyrum reliquiæ. nia Braccharenſe III. can. 5. in itur,] in ſupplicationibus the- uiarum geſtari debere mani- oporum, aut aliorum Sacer- opulo præcedente, & ſequen- llia Epauneuſe iubens can. 25. Sanctorum non collocari in , vbi non ſunt Clerici, qui ſa- ibus ſpallendi frequentia fa- .

utem rationes perſuadent hu- s honeſtatem, ſunt ex parte am, quod *primò* corpora San- uerunt organa animarum ad us bonum; *ſecundò* inſtrumen- miracula; *tertiò* exuuiæ ami- is; *quartò* trophea triumphã- *ntò* deſtinata ad æternam glo- poſt reſurrectionem ſole cla- ra ſunt. Ex parte autem illas n, eſt ipſa eorumdem vtilitas, ex ſupracitatis Patribus, ne- efficacius repræſentat, & in- imo memoriam Sanctorum, ulchrum ipſorũ, ſtatim enim us ſepulchrum ſancti alicuius, ur illius, nec non virtutum ilque cogitamus, quanta glo- r in cœlis, pro labore breuiſ- is vitæ; verum etiam, quia ia teſte, tot beneficia Deus s conferre voluit mediante ſacrarum reliquiarum cultu. a, quæ in contrarium ab ad- obiiciuntur, ſufficienter ma- ra, ex dictis iam ſupra de ve- Sanctorum, vt, quod cultus am ipſorum ſuperſtitioſus ſit,

imo origo idololatriæ, quod indè mul- ti ſequantur abuſus, & ſimilia. Profe- ram hic tantum, quæ magis in particu- lari pugnare videntur contra præfatum cultum.

Huiuſmodi ſunt primò, quod Deus abſcondit Moyſis corpus, Deuteron. cap. vltimo non alia, inquiunt aduer- ſarii, de cauſa, niſi vt Iudæi illud non adorarent. Item quod Matth. 23. ar- guuntur à Domino Iudæi, quod orna- runt ſepulchra Prophetarum: & Paulus 2. Corinth. 5. ait: poſt reſurrectionem Chriſti ſe non noſſe Chriſtum ſecundũ carnem; quaſi diceret, quidquid in Chriſto carnale fuit, ac proindè eius re- liquias, obliuioni tradi, & miſſa fieri debere.

Reſpondetur ad illud de corpore Moyſis, ſuppoſito, quod ſit mortuus, de quo dubitant nonnulli Patres, Hilarius in cap. 17. Matth. Ambroſius lib. 1. de Cain cap. 2. & Gregorius Nyſſenus in vita Moyſis, aſſerentes eum translatum fuiſſe cum Henoch, & Elia, ſuppoſito, inquam, quod ſit mortuus, vt omnino probabilius eſt, dicimus ab aduerſarijs afferri non cauſam pro cauſa, non enim Deus abſcondit Moyſis corpus, ne Iu- dæi illud debito adorarent cultu, huius enim rei nullum extat vel minimum in Scriptura ſignum, potuitque Deus multas alias habere rationes nos laten- tes; fortaſſe, quod ſpectat ad præſentẽ materiam, ita voluit Deus, ne Iudæi ad idololatriam propenſiſſimi illum ado- rarent vt Deum, etſi enim viuentem ita non coluerint, quia quotidie ab illo audiebant, vnum eſſe verum Deum, ſe autem illius ſeruum, huius moniti facile poſt mortem eius obliti, mirabilium au- tem eius recordati, nec non beneficio- rum per ipſum receptorum, facile ad- duci potuiſſent, vt crederent eſſe Deũ, eumque adorarent, ſi ſciuiſſent, vbi cor- pus eius ſepultum fuiſſet. Cuius exem- plum habemus in Serpente æneo, quem quamdiu vixit Moyſes non adorauerũt cultu latriæ, ipſo eos docente ſerpen- tem illum non eſſe Deum, ſed ſignum dunta-

duntaxat ſalutis, quod aſpicientes Iudæi tacti à ſerpentibus curabantur. Et tamen lib. 4. Reg. cap. 18. leguntur ei tanquam Deo ſacrificaſſe, ideoque ab Ezechia confractum fuiſſe.

Ad aliud ex Matth. 23. reſpondetur varias eſſe Patrum interpretationes, & nullum tamen eorum, quam Caluinus trahit conſequentiam, ex illo loco intuliſſe, nimirum contra ſacrarum reliquiarum cultum. *Primò* enim omnes fere Patres Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Theophilactus ibi, ac Beda in cap. 11. Lucæ docent, Dominum non reprehendiſſe Iudæos, quod ædificarent, vel ornarent ſepulchra Prophetarum, ſed quod non imitarentur virtutes eorum, quorum ſepulchra ornabant, ſed potius impietatem eorum, qui illos occiderant, atque ita ſeipſos condemnarent, præſertim cum occidere quærerent ipſummet Dominum Prophetarum. *Secundò* quod ea ædificarent, non vt honorarent Prophetas, ſed potius, vt oſtenderent vires, & potentiam maiorum ſuorum, qui Prophetas occidere potuerant. Vel *Tertiò*, quod ſicut antiqui Iudęi ex ſuperbia occiderant Prophetas, ita recentiores ex eadem ſuperbia, & ambitione ædificarent ſepulchra eorumdem, atque ita conſentirent operibus Patrum ſuorum. *Quartò* demum, cum, qui ſepelit occiſum, poſſit id facere, vel vt honoret mortuum, vel vt compleat actum homicidæ: ordinariè enim homines occiduntur, & poſtea ſepeliuntur, vt ſcelus lateat; non incongrue Caietanus ait in hunc locum, Iudæos, etiam ſi dicerent, ſe ædificaſſe ſepulchra Prophetarum, vt eos honorarent, potius tamen id feciſſe, vt complerent opera Patrum ſuorum; vt ſatis conſtat ex eo quod ipſi poſtea maiores Prophetas, id eſt, Chriſtum, & aliquos Apoſtolos, interemerunt.

Tandem vbi Apoſtolus 2. Corinth. 5. ait: *Etſi nouimus Chriſtum ſecundum carnem, ſed iam non nouimus*; per carnem intelligitur mortalitas, & paſſibi-

litas; ita vt ſenſus ſit, ſi nouimu
quando Chriſtum mortalem, &
bilem, nunc non nouimus; niſi in
talem, & impaſſibilem; quema
dum 1. Corinth. 5. ait: *Caro & ſ*
Regnum Dei non poſſidebunt; &
5. *Qui in diebus carnis ſuæ preces*
plicationeſque obtulit. Sic exp
omnes Patres, & ad mentem
Septima Synodus Nicæna II. act
ſpondens eidem argumento, qu
Iconomachis obiectum fuerat, &
lis furatus eſt Caluinus, dum ait,
obliuioni tradendum, quidqu
Chriſto carnale fuit; id eſt omne
moriam humanitatis eius, vt ſol
ſpiritu, & diuinitate cogitemus;
ſolum contra veritatem, verum
contra apertam Diui Pauli ment
Corinth. 11. dicentis Sacram
Euchariſtiæ inſtitutum fuiſſe in m
riam paſſionis; nihilque ſæpius
tentis, quam natiuitatem, crucem
ſionem, & mortem Domini.

Obijciunt ſecundò, in ſepul
quæ dicuntur Sanctorum, nec a
nec corpora Sanctorum ſunt, ſe
cineres, vel cadauera; coli igitur
delibus non debent.

Reſpondetur, in ſepulchris S
rum adeſſe, vt minimum memo
eorum, quæ cum ſit honorabilis,
eſt ea ſub iſto reſpectu, aliqua ve
tione digna eſſe; alias tale non
Chriſti Domini ſepulchrum, in
nunc anima, vel caro eius non ad
tamen iuxta Iſaiam cap. 11. *erit*
chrum eius glorioſum; tam ex co
corporis, quam ex memoria ſep
eius. Licet autem in ſepulchris
ctorum, aut cineres tantum ſint
cadauera, quia tamen ſunt mater
ipſa, quam ſpiritus eorum anima
& iterum animabunt, atque ade
tera pars ſubſtantię ipſorum, hinc
ſub illo reſpectu, non autem præc
cineres ſunt, vel cadauera, ea co
eſſe dicimus.

Obijciunt tertiò, varios abuſus
ſequuntur ex veneratione reliqui

chrorũ Sanctorũ, ob quos vi-
cita; vt quod accendantur co-
cerei, cum tamen videatur ho-
ſoli Deo debitus, ideoque
ius obijcienti Vigilantio eſſe
am talem accenſionem, nihil
ondere potuit, quam id face-
mulierculas, quæ zelum ha-
non ſecundum ſcientiam; aut
perſtitioſus vnde Concilium
um can. 34. ait eiuſmodi ce-
us inquietari.

detur primò, ſi qui ſequan-
um abuſus ad venerationem
m, id fieri per accidens, non
ſe, quos adhuc abuſus non
is, ſed cum Eccleſia omnino
s. Ad quos etiam corrigen-
æcauendos omnis adhibetur
propterea que citatum Con-
ertinum prohibuit non præ-
quias, ſed ad omnia mortuo-
ra cereos tunc accendi, quia
e Gentilium, inter quos vi-
riſtiani; ſicut & Mediolani
Clericis conſuetudinem of-
iem, & vinum, aliaſque epu-
s defunctorum; etſi enim
tudo abſolutè mala non eſ-
Auguſtinus lib. 6. Confeſſ.
t, matrem ſuam conſueuiſſe
d facere; & lib. 8. de Ciui-
eliores Chriſtianos id qui-
ciſſe, qui tamen fecerunt,
rea ſacrificaſſe Martyribus,
poſuiſſe ſuper tumulos eo-
, vt à Deo per merita Mar-
ctificarentur; nihilominus
ui tales faciebant oblatio-
nque cibis, & vino ſe in-
ne daretur occaſio ebrieta-
tiam talis conſuetudo vi-
inis ſuperſtitioni Gentiliũ,
mbroſius illam prohibuit;
uguſtinus, qui alias, vt pa-
ſuperius adductis, pium, &
n exiſtimauit Sanctorum
, & reliquias venerari, *Vi-*
epiſt. 42. ad Madauren-
nobiliſſimi eminentiſſimum

culmen ad ſepulchrum Piſcatoris Petri ſubmiſſo diademate ſupplicare, qui tamen præfata conſuetudine abutebantur, lib. de moribus Eccleſiæ cap. 34. non incongruè vocat ſepulchrorum, vel potius ventris adoratores, ſicut & ſunt, qui Sanctorum feſtis in hunc finem, cibis, & vino ingurgitandi ſe, abutuntur. Quare etiam nouiſſimè Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. præcipit, *in Sanctorum celebratione, ac reliquiarum viſitatione homines ad comeſſationes, atque ebrietates non abuti, quaſi feſti dies in honorem Sanctorum per luxum, ac laſciuiam agantur.*

Secundò reſpondetur, plures ſacros ritus ab aduerſarijs vocari abuſus, qui tamen nequaquam ſunt tales. Et huiuſmodi eſt, cereos accendi coram tumulis Sanctorum; Etſi enim dici poſſet quoddam ſignum adorationis Deo debitæ, ſi offerrentur cerei Sanctis tanquam ſacrificia, aut cum animo illis ſacrificandi; vel quid ſuperſtitioſum, ſi abſque tali animo, qui tamen illos accendunt, indè crederent Martyres illuſtrari; nihilominus illos accendi, vel in ſignum lætitiæ, qua gaudemus de eorum gloria; vel in ſignum talis gloriæ, qua credimus eos nunc frui, & cum Chriſto regnare; vel in ſignum vitæ, qua nedum viuunt Sanctorum animæ, ſed & ipſa corpora ſuo tempore reuictura ſunt glorioſa in perpetuas æternitates; vel ob alios fines, profectò nihil prorſus continet ab honeſto alienum; ſicut nec quod ignis, & etiam cerei accendi ſoleant ad lætitiam ſignificandam in rebus prophanis; & ignis olim in ſignũ gloriæ, teſte Herodiano lib. 1. Imperatoribus Romanis, & Imperatricibus vbique præferretur.

Per quod patet ad illud Hieronymi, cum ait de ijs; qui accendunt cereos coram reliquijs; *Confiteor zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam*: loquitur enim de his, qui illos accendunt, putantes indè Martyres illuſtrari; quia Vigilantius ironicè dixerat: *Magnum honorem præbent huiuſmodi homines*

mines

mines beatiſsimis Martyribus, quos putant de viliſsimis cereolis illuſtrari. Quamobrem, vt ei iuxta ſuam reſpóderet propoſitionem, verè ibi dixit Hieronymus, eos zelum habere, ſed non ſecundum ſcientiam, qui cum tali opinione falſa illuſtrandi Martyres cereos coram eorũ tumulis, vel reliquijs accendunt. Cæterum eundem Sanctum abſolutè putaſſe bonum, ac pium eſſe præfatum ritum, patet tàm ex epiſtola ad Ripariũ, vbi illum affert in argumentum cultus Sanctorum, quam ex ipſomet libro in Vigilantium, vbi ſic ait: *Cauſſabantur quondam & Apoſtoli, quod periret vnguentum, ſed Domini voce correpti ſunt. Neque enim Chriſtus egebat vnguento, nec Martyres lumine cereorum; & tamen illa mulier in honorem Chriſti fecit, deuotioque mentis eius recipitur; & quicumque accendunt cereos ſecundum fidem ſuã habent mercedem*. Et infra: *Illud fiebat idolis, & idcirco deteſtandum eſt, hoc fit Martyribus, & idcirco recipiendum eſt*.

Obijcitur quarto, maiorem reliquiarum partem ſuppoſititiam eſſe, quia tàm multæ eiuſdem generis reliquiæ inueniuntur, vt oporteat, vel eumdem Sanctum plura corpora habuiſſe, eamdemue rem longè maiorem, quàm reuera fuerit, dici debere, vel multas eſſe falſas, ſuppoſititiaſque reliquias; cuius cum innumera adduci poſſent exempla nonnulla tantùm magis præcipua proferam. Primum ligni Sanctę, & viuificæ Crucis; cuius ſi omnes in vnum colligerentur particulæ, inquit Caluinus admonit. reliquiar. illis ferendis, ne trecenti quidem homines ſufficerent, imo nec integra nauis, cum tamen crucem integram vnus homo geſtare potuerit; vel, vt ait Lutherus conc. de exaltatione S. Crucis, integra domus conſtrui poſſet ex illis.

Alterum exemplum eſt adorandi Chriſti infantis pręputij, quod ex antiquis Theophilactus in cap. 2. Lucæ, & Titus Boſtrenſis ibidem aſſerunt in terris non reperiri, ſed Chriſtum à mortuis vſquequaque perfectum, eaque in paucis aſſumptæ carunculæ particula inſtructum reſurrexiſſe; & tamen à nobis Catholicis alicubi adoratur; imo, cum multæ nationes, vrbes, & templa diuinæ illius carunculæ perexigua portione glorientur: in Italia Lateranum, & Calcata; in Gallijs Anicium, Veſontio, & Carolium; in Belgio Antuerpia; in Germania Hildeshemium; etiam admiſſo, quod in terris ſit; neceſſe eſt aliquas earum ſuppoſititias eſſe, quandoquidem vnicum fuit Chriſti Domini præputium.

Tertium exemplum eſt reliquiarum Sancti Ioannis Baptiſtæ, quas eiuſdem generis multa ſe contendunt habere, oppida, & nationes; de quibus, nec nõ de tota hac materia videri poteſt Ioannes Ferrandus Anicienſis è Societate Ieſu, in egregio opuſculo, diſquiſitio reliquiaria inſcripto, ſiue de ſuſpicienda, & ſuſpecta earumdem numero Reliquiarum, quæ in diuerſis Eccleſijs ſeruantur, multitudine.

Nunc ad argumentum reſpondetur, nos hic non agere de reliquijs, an earũ nonnullæ ſuppoſititiæ ſint, aut veræ, nec ne, hoc enim pertinet ad quæſtionem de facto, dicimuſque reliquias nedum ſuppoſititias, verum etiam dubias nequaquam coli debere, ſed id ſolùm de iure competere veris reliquijs, quęue facta omni morali diligentia certò pro veris habentur. Vnde Auguſtinus lib. de opere Monach. cap. 28. cum dixiſſet quoſdam Monachos circumferre, & venditare membra Martyrum addidit: *ſi tamen Martyrum*; non excludens ibi, cultum reliquiarum in genere, vt ineptè inferunt aduerſarij; ſed tantum dubitans, nùm tales eſſent, quæ ab illis Monachis priuatim circumferebantur; exiſtimanſque propterea non eſſe veneratione dignas. Negamus autem tales eſſe, quæ publicè in templis Catholicorum venerãdæ exponuntur reliquię; ſemper enim Eccleſia maximas adhibuit diligẽtias, ne aliquę in hac re fraudes committerentur; præſertim poſt decretum Concilij Lateranenſis, vt nullę

reliquiæ

e publicè recipiantur ſine au-
e Romani Pontificis; nec non
i Tridentini ſeſſ. 25. ſtatuen-
mini licere vllo in loco, vel Eccle-
n quomodolibet exempta, vllam
n ponere, vel proponendam cura-
nem, niſi ab Epiſcopo approbata
ulla etiam admittenda eſſe noua
, nec nouas reliquias recipiendas,
n recognoſcente, & approbante
qui ſimulatque de ijs aliquid cō-
abuerit, adhibitis in conſilium
s, & alijs pijs viris, ea faciat quæ
& pietati conſentanea indicauer-
od ſi facta omni debita, & ne-
iligentia, aliqua falſa reliquia,
n probata, & allegata habere-
era, & pro tali publicæ pro-
r venerationi, materialis tan-
error, & non formalis, eo-
s quo reliquię reſpectiuè tan-
rſonam cuius ſunt, vel certò
tur, adorantur; qui nihil præ-
ritati doctrinæ Eccleſiæ, nun-
uentis, vt quid pertinens ad
inam, hanc vel alteram reli-
e veram, aut eſſe adorandam;
n in genere, pium, chriſtia-
ſſe vſum colendi ſacras reli-
t & ſacras imagines. Perti-
tum ad fidem Eccleſiaſticam
quod hæc, vel illa, quam
pprobat, vera credatur re-

ium exemplum ligni Sanctæ
ius, quæ hinc, & indè oſten-
ticulæ, ſi in vnum collige-
gè ſuperarent quantitatiuam
n, reſpondetur primò, nos
non defendere omnes hu-
rticulas eſſe veras entitati-
Crucis particulas; verùm ne-
nta earum multitudine ſe-
ſe, cum per diuinam poten-
Chriſti ſecundum entitatem
i potuerit; quam multipli-
ſſe poſſibilem negare non
erſarij, tot illius, in alijs
nplis exiſtentibus in Sacra
e facto autem ſacroſanctam

Chriſti crucem fuiſſe entitatiuè multiplicatam, adeò vt cum ſua natiua vnitate ſingularis eſſet, ſui tamen vnitate ſingulari miro modo fuerit multiplex, docent plures Patres citati à præfato Ferrando, nec non à Gretſero lib. 1. de S. Cruce cap. 77. vbi explicat quomodo præfata multiplicatio fieri potuerit.

At quia etiam admiſſa huiuſmodi multiplicatione Sanctæ Crucis, fieri adhuc poſſet, quod aliquæ eius particulę publicæ venerationi expoſitę non eſſent verę, licet moraliter certæ; dicimus quod in tali caſu ita interueniret materialis, vt tamen nullus eſſet error formalis, vltimate ſemper illa adoratione tendente in Chriſtum, véramque eius crucem, vt contingit in pluribus alijs ſimilibus caſibus. Vndè etiam Deus, non ad fouendum illum errorem materialem, ſed ad ſuſtentandam fidelium pietatem, erga ſacras reliquias, interdum per non veras in ſe, ſed tantum in eorum exiſtimatione, penſato pio, ac religioſo eorumdem affectu, multa mirabilia operari dignatus eſt.

Ad ſecundum exemplum de præputio Chriſti Domini, cum quo Chriſtū haud reſurrexiſſe, vtpotè ad integritatem naturæ humanæ non ſpectante, grauiores exiſtimánt Theologi, eodem modo philoſophantes de hoc, ac de vulneribus Chriſti Domini, non enim magis aduerſatur corporis Chriſti ad vitam reuocati perfectioni, & integritati aliquantus modicæ membranæ defectus, quam lateris, manuum, pedumque deficiens in ſpeciem hiatus; ſi igitur, vt docet Diuus Thomas 3. p. quæſt. 54. art. 4. ad 2. Vulnerum apertura, quamuis ſit cum aliqua ſolutione continuitatis, non præiudicat integritati corporis Chriſti, totum enim hoc recompenſatur per maiorem decorem gloriæ, vt corpus non ſit minus integrum, ſed magis perfectum; eodem modo diſcurri poteſt de præputij iactura, recompenſata quoque per maiorem decorē gloriæ, ea parte diuini corporis, in cælis, illo ſplendore fulgente, quem Chriſtus

infans ab accepta in circumciſione plaga promeritus eſt.

Suppoſita ergo huius ſententiæ veritate, reſpondent primo aliqui, quod vnum Chriſti præputium diuerſis in locis aſſeruetur, hoc fieri per multiplicationem, alij vt Gabriel Biel in ſupplem. 4. ſent. diſt. 44. quæſt. 1. dubio 6. per replicationem; verùm cum alij negent huius replicationis poſſibilitatem, alij autem multiplicationis ſine neceſſitate miraculum; dici poteſt ſecundò, quæ varijs in locis reperiri dicuntur, Chriſti Domini præputia, non tam eſſe talia, quam pertiunculas quaſdã à vena vmbilicali Chriſti infantis accisas, atque huc, illucque ad fidelium conſolationẽ diſperſas, pioque & innocenti ipſorum errore, forſan à diuinæ carunculæ, ipſiuſque abſciſſionis ſimilitudine orto, præputium appellatas, cùm vnum tantùm ſit; quarum adhuc portiuncularum venæ vmbilicalis ſi aliqua verè Chriſti non eſſet; vbi bona fide adoraretur, error tantùm materialis eſſet, aut facti, qui iuri colendi ſacras reliquias præiudicare non debet, ſicut nec propterea omnis earumdem cultus formalis aboleri, quia forſan ab aliquibus ex ignorantia plus æquo illis tribuitur, in eoque reprehenſos fuiſſe alicubi legitur.

Porrò vbicumque inueniatur præputium à Chriſto in terris relictum, quod non eſt huius loci, tot inter de illius poſſeſsione contendentes nationes cõponere, Virgini Deiparæ, Sanctoque Ioanni Euangeliſtæ tantus, tamque ſingularis theſaurus debetur; Beatiſſimam enim Virginem primùm illum penes ſe habuiſſe, tùm B. Ioanni filio ſuo adoptiuo cuſtodiendum tradidiſſe, ipſumque diſceſſurum è vita ſuis concrediſſe ſucceſſoribus, Eccleſiæ relinquendum, ſibi diuino editum fuiſſe oraculo D. Brigitta tradit in lib. reuel. Credendumque puto integrum, incorruptum, nulloque prorſus tabe delibatum eſſe, vt quod de toto Chriſti corpore Regius præcecinit vates, hoc quoque de præputio affirmari poſſit, *non dabis San-*

ctum tuum videre corruptionem, P
10. Probabilius tamen videtur ill
eſſe vnitum verbo, ſed eodem tem
momento, quo vel à Deipara Vi
vel à Sancto Ioſepho præciſum fu
rioſa illa vnione confeſtim excid
quod tùm corporis Chriſti pars
deſineret, nec deinceps futura e
cut enim ſalua veritate vulgatiſſi
lius Theologorum, ſecundum Io
Damaſcenum, vt dicitur, axio
Verbum, ſcilicet, *nunquam dim*
quod ſemel aſſumpſit; admittunt
Theologi, Chriſtum viuentem, n
temque multum abieciſſe humo
pluresque etiam materiales parte
ratione quotidianæ nutritionis
ſolutionis, erant in continuo flu
ceſſu, atque receſſu; adeo vt, ſi
conuerſionem alimenti fiebat vn
mæ ad nouam partem corporis,
ſequenter vnio hypoſtatica, ita
ſolutionem illa deſinebat, non
futura, quod præfatum axioma
intelligendum ſit, de humanæ
partibus eſſentialibus, anima ra
& corpore aſſumptis; vel de c
humani partibus formalibus, vt
non de partium formalium m
bus partibus, ratione quotidian
tionis, & reſolutionis, in cont
dixi, fluxu exiſtentibus. Pari q
ratione potuit Chriſtus Domi
guam illam diuiniſſimæ carnis
ticulam in terris relinquere; vtp
ad ſui corporis è morte rediu
gritatem, aut perfectionem no
neceſſaria erat, quàm cum vita
talem ageret, qua, vt ſine vlla
ſimi corporis ſui deceſſione, à
ctura tùm caruit, ita & nunc ea
runculæ portiuncula, ſine imper
carere poteſt. Nec inde ſequit
vbi eſt, religioſo latriæ, non
quidem, ſed relatiuæ cultu adc
non eſſe; ſiquidem ad hoc ſuffic
olim vnita tamdiu fuerit hyp
Verbo, quandiu corpori Chri
uiſa adhæſit; quodque ea vtatu
ſia ad infantuli Seruatoris C
ſic

, & innocentis ſanguinis effu-
repræſentandam .
ertium exemplum reliquiarum
is Baptiſtę, aliorumque Sancto-
iorum eadem corpora, eædem-
quiarum partes , diuerſis in lo-
uari dicuntur, quandò non poſ-
applicari, talem errorem non
re in earum vnitate , ſed potius
ymia , quatenus , cùm plurimi
um , quos cęlo donatos , & ſa-
criptos faſtis veneramur, iiſdem
us inſignirentur, non infrequē-
iſtiani alicuius cælitis , cuius
nes nomen celebrius, famaque
iſtrior, ſacra pignora penes ſe
luribus locis gloriati ſunt, in-
iuerſorum Sanctorum reliquię
perſonę exiſtimatæ ſunt , &
ominis ſimilitudinem illi at-
quæ maioris habebatur gloriæ,
atis. Aut verò, quod , varijs
exiſtentibus eiuſdem corporis
denominetur à parte totum ;
o ſcribit Baſilius orat. in 40.
; totos Martyres 40. dictos
nc eſſe varijs in vrbibus , quia
Ciuitas habebat partem co-
S. Ioannes Chriſoſtomus in li-
d Chriſtus ſit Deus, ait : Apo-
etrum, & Romæ, & Conſtan-
acere, cum tamen Conſtanti-
il eſſet, niſi aliqua particula:
us ipſum Romæ eſſe ſepultū
iſoſtomus teſtatur homil. 32.
d Rom. verba autem eius ex
ro ſunt iſta : *Roma, quæ vrbiū*
ima, relictis omnibus, ad ſepul-
toris, & pellionis currunt Reges,
, & milites, & Conſtantinopo-
ſtri magnam gratiam putant ,
e Apoſtolos , ſed ſi vel extra
ibula , corpora ſua ſepeliantur ,
catorum oſtiarij Reges. Quan-
n, præfatis modis, aut ſimili-
nponi non poſſet , vbi plures
eneris reliquiæ aſſeruari di-
honorari, errore tantùm ma-
pro altera bona fide adora-
ntùm de pręſenti controuer-

ſia ; clarè, vt puto, ex huc vſque dictis conſtante , quam falsò Nouatores Ethnicos ſecuti , Catholicos idololatriæ accuſent , ob pium ſacrarum imaginū, & reliquiarum cultum .

CAPVT XXXIV.

Oſtenditur contra Anabaptiſtas, Chriſtianos teneri ſæcularibus poteſtatibus obedire.

INter partes potentiales iuſtitię, ſeu virtutes ei annexas, poſt religionē, & pietatem Diuus Thomas tertio loco reponit obſeruantiam 2. 2. quæſt. 102. quæ eſt virtus exhibens, cultum, & honorem debitum Superioribus; hoc eſt , non minorem , quam par ſit, ex obſeruantiæ neglectu : nec maiorem, ex obſeruantiæ exceſſu. Cuius duæ ſunt partes, ſeu ſpecies, nimirum dulia, & obedientia, in genere obſeruantiæ diſtinctę quia dulia reſpicit ſuperiorem in ratione excellentiæ, & honoris, obedientia verò reſpicit ſuperiorem, & præcipientem: & ideo dulia importat ſeruitutem, ſeu inferioritatem ad alterū , vt ad dominum ; ſignificatque ſpecialiter obſeruantiam, quam exhibemus Sanctis, eos inuocando, reliquias , & imagines eorum venerando , vt diximus ſuperius , quia maximè ſunt domini , & honorabiles propter participationem diuinitatis . Per obedientiam autem veneramur ſuperiorem in ſuis præceptis , & ſic eſt ſpecialis virtus, quatenus hanc venerationem tribuit pręcipienti , nam vt ſolum facit executionem præceptorum , per omnes actus virtutum tranſcendit , qui ſunt in præcepto. Cum autem ſuperiores ſint in duplici differentia , alij politici, & ſæculares, aliqua ſcilicet excellentia ciuili conſpicui , cuiuſmodi ſunt Imperatores , Reges , Principes , Magiſtratus , &c. alij verò ſpirituales , aliqua nimirum dignitate Eccleſiaſtica præcellentes ; Anabaptiſtæ , teſte Bullingero lib. 1. de ipſis cap. 8. & Sleidano in hiſtoria, docent, Chriſtianos non teneri,

neri, imo illicitum eis eſſe, ſubijcere ſe, vel præſtare obedientiam ſæcularibus poteſtatibus, proindeque inter illos non debere eſſe prætoria, tribunalia, iudicia, ius gladij, & cætera huiuſmodi. Imo inter Antitheſes Chriſti veri, & falſi, quas eorum miniſtri ediderunt anno 1568. Albæ Iuliæ, hæc eſt ſeptima: *Chriſtum falſum habere in ſua Eccleſia Reges, Principes, Magiſtratus, gladios; Chriſtum verum nihil tale in ſua Eccleſia pati poſſe.*

Eumdem olim tenuerunt errorem nonnulli Iudæi, credentes, vt refert Ioſephus lib. 18. Antiquitatum cap. 2. *Solum Deum Dominum, ac principem habendum, facilius vel exquiſitiſsima pœnarum genera laturi vna cum cognatis, & chariſsimis, quam mortalem aliquem appellaturi Dominum.*

Creſconius Grammaticus apud Diuum Auguſtinum lib. 3. contra ipſum cap. 2. ait: *Dedit Deus homini liberum arbitrium: Magiſtratus igitur non eſt in impios animaduertere.*

Vvaldenſes ex Guidone Carmelita, *nullum omnino iudicium ſanguinis, aut cuiuſcumque corporalis ſupplicij ferebant: quia ſcriptum, nolite iudicare.*

Ioannes Vviclef in articulis Conſtantiæ damnatis, *nullum vult eſſe dominum ciuilem, dum eſt in peccato mortali.*

Etſi autem Lutherus in viſit. Saxonica, & Caluinus lib. 4. inſtitut. cap. 20. præfatam hæreſim acerrimè oppugnare videantur; nihilominus quàm habent doctrinam, viros nimirum iuſtos nulla prorſus lege teneri, nec humana, nec diuina; quodque ait Lutherus de captiuit. Babylonica, *nullam eſſe aliam remedij ſpem, niſi reuocato libertatis Euangelio, ſecundum ipſum ſemel extinctis omnium hominum omnibus legibus, omnia iudicentur, & regantur*; dubium non eſt Anabaptiſtis multum fauere, indeque ſui erroris occaſionem ſumere potuiſſe. Nos quid in præſenti controuerſia iuxta veritatem Catholicam tenendum ſit ſequentibus explicabimus concluſionibus.

Prima Concluſio. Poteſtas ſ…
ris, ſeu politica de ſe non eſt illic…
mala, ſed bona. Iſta concluſio …
fide, habeturque primò expreſ…
pluribus Veteris Teſtamenti loci…
di 22. v. 28. *Dijs non detrahes, &…*
cipi populi tui non maledices; ſi a…
Principatus politicus de ſe eſſet …
& illicitus, certè poſſet Princi…
qua talibus maledici, vt faciunt …
ſarij, de ſe igitur nequaquam eſ…
tus, præcipiente Scriptura Dijs …
detrahendum, nec Principi popu…
ledicendum; vbi Principes vo…
Dij, quia locum Dei tenent, …
ipſum ſunt principium noſtræ …
nationis.

Deuteronomij cap. 17. du…
Regi futuro eligendo ſint obſer…
nec non ab eodem præſtanda, …
curatè præſcribuntur: ſatis ind…
principatum politicum non eſſe…
malum. Nec non ex hoc, quo…
tur Iudicum vltimo, vbi Spiritu…
ctus reddens rationem omnium…
rum, quæ tunc temporis accid…
ait quod, *In diebus illis non erat…*
Iſrael, ſed vnuſquiſque, quod bon…
videbatur, hoc faciebat. Sicut etia…
uerbiorum 11. ait Salomon, *vbi…*
gubernator corruet populus.

Quod in lib. Iudicum, & R…
paſſim legitur, Deum excitaſſe…
Iudices, aut Principes, per quos…
liberaret; ſpeciatimque lib. 3. R…
v. 9. refertur Reginam Sabam, …
Salomonis ſapientiam, magnific…
& gubernationem, dixiſſe: *Sit…*
nus Deus tuus benedictus, cui comp…
& poſuit te ſuper thronum Iſrael, …
dilexerit Dominus Iſrael in ſemp…
& conſtituit te regem, vt faceres …
& iuſtitiam; argumento euiden…
ſe non malum, ſed bonum eſſe…
patum politicum.

Lib. 2. Paralip. 19. 5. Ioſaph…
conſtitutis à ſe iudicibus ait: …
quid faciatis: non enim hominis…
tis iudicium, ſed Domini. Prou…
v. 15. *Per me Reges regnant, &…*

res iuſta decernunt. Cap.29.v.4. *lus erigit terram*. & v. 14. *Rex, cat in veritate pauperes, thronus ternum firmabitur*. Sapient.6.2. *Reges, & intelligite*, &c. *quoniam à Domino poteſtas vobis, & virtus ſimo, qui interrogabit opera ve- cogitationes ſcrutabitur*; & v. 26. *piens ſtabilimentum populi eſt*. omnibus veteris teſtamenti lo- uendique modis clarè demon- eritas noſtræ concluſionis;tum ex eo, quod ibidem habemus empla Sanctorum Principum, hiſedech Regis Salem,Moyſis, omnium ferè Iudicum, Daui- ;ſi res mala eſſet principatus, geſſiſsent, nec à Sacra lauda- riptura.

n nouo teſtamento pro eadem ontinentur teſtimonia, nec nõ s Patribus,adducentur conclu- uenti,vnde præſens nunc pro- undò rationibus.

deſumitur ex allatis Scriptu- uod eſt à Deo,eiuſque locum populi ſtabilimentum eſt, de , & conſequenter illicitum poteſt,à Deo enim nonniſi res cedunt; ſed vt patet tùm ex tùm ex alijs Scripturæ locis, li eſt Principatus Politicus,de nalus non eſt.

ratio ducitur ex hoc, quod mana ciuilem, ac ſocialem m; ad illam enim requiritur s politicus; tum quia multi- onſiſtere non poteſt, niſi ſit qui eam contineat, cuique ſit m commune, vnde, vt iam , Prouerb. 11. dicitur: *Vbi ernator, populus corruet*. Tum tas non eſt multitudo confu- rſa, ſed ordinata; igitur,cum ſit aliud, quam ſeries quæ- orum, & Superiorum, prin- u poteſtas politica adeo na- eſſariaque eſt ad ciuilem, & ominum vitam,vt conſerua- a non poſſit.

Quare falſiſsimum eſt, quod ait Cicero lib. 1. de inuentione, nimirum fuiſſe olim tempus, quo homines abſque rectore vagarentur more beſtiarũ. Tamque ipſe quam alij nonnulli Etnici in hunc errorē cadere potuerunt,quod crederent mundum fuiſſe ab æterno; cũ enim viderent non exſtare memoriam niſi paucorum annorum,rerumque geſtarum ab eo tempore, quo cæperunt homines ſimul degere,ſocialemque vitam ducere,ac proindè ſub aliquo capite, vel rectore, indè ſuſpicati ſunt,longiſſimo ante tempore,quod tamen non fuit, homines vixiſſe more ferarum.

Vndè colligitur primò politicam poteſtatē in vniuerſum ſpectatam, hoc eſt, abſtrahendo à Monarchica, Ariſtocratica, & Democratica, immediatè eſſe à ſolo Deo, ſi quidem conſequitur naturam humanam, quam ſolus Deus fecit; & hoc videtur propriè ſignificari citatis iam Scripturæ locis lib. 2. Paralip.19. 5. Prouerb 8. 15. Sapient. 6. 2. nec non alijs ex nouo Teſtamento concluſione ſequenti adducendis,prȩſertim Rom.13.vbi ait Apoſtolus: *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*.

Secundò ſequitur, hanc poteſtatem ita eſſe immediatè à Deo efficienter, vt tamen immediatè ſit, aut tanquam in ſubiecto,aut ſaltem tanquam in eligente, in tota multitudine;ratio eſt primò, quia hæc poteſtas eſt de iure naturali diuino; at ius naturale diuinum nulli homini particulari eam conceſſit;in tota igitur multitudine reperitur,aut tanquam in ſubiecto, aut tanquam in eligente.

Vndè tertiò hæc poteſtas transfertur à multitudine in vnum, vel plures eodem iure naturæ; cum enim multitudo non poſſit per ſe ipſam illam exercere, tenetur eam transferre in aliquem vnũ vt in Monarchia, vel aliquos paucos, vt in Ariſtocratia, & Democratia; & hoc modo poteſtas Principum in genere conſiderata, eſt etiam de iure naturali diuino; etſi enim in particulari ſingulæ ſpecies regiminis ſint ſolùm de iure

gentium,

gentium, ſi quidem pendet à conſenſu multitudinis conſtituere ſuper ſe regem vel conſules, vel alios Magiſtratus; eam nihilominus regi ab aliquo eſt de iure naturæ, & diuino, nec pendet ex conſenſu eius; adeo vt genus humanum, etiam ſi totum ſimul conueniret, contrarium ſtatuere non poſſet, ſcilicet, vt nulli prorſus eſſent principes, vel rectores.

Quia autem nonnulli putant poteſtatem politicam ita ſubiectiuè primum eſſe in multitudine, vt ipſa illam transferat in principem à ſe electum; alij verò communicari ab ipſomet Deo, ita vt electio multitudinis ſe habeat ſolùm vt conditio, ad talem communicationem; ideo, iuxta huiuſmodi opinionum diuerſitatem, dicendum eſt politicã poteſtatem ineſſe principibus, vel immediatè, vel ſolùm mediatè à Deo.

Obijcitur primò contra noſtram cõcluſionem; Poteſtas politica pugnat cũ humana libertate; de ſe igitur non eſt bona, aut naturalis; & neceſſaria naturæ hominis.

Reſpondetur, politicam poteſtatem tyrannicam, ſeu qua principes abutuntur proprium duntaxat commodum, nõ autem populi quærentes, pugnare quidem cum humana libertate, ſecus autem, quę à Deo eſt, hæc enim, vt vidimus, naturalis, neceſſariaque eſt humano generi ad ſocialem eius vitam, & impediendum ne effrænis ſit libertas, dum per eam puniuntur malefactores, publicæque pacis perturbatores.

Secundò obijcitur, pleroſque Reges, & Principes ſeculares ſua ſolere abuti poteſtate, vt ſatis patet ex hiſtoria tùm ſacra, tum prophana, atque adeo principatum politicum non eſſe de ſe bonum.

Reſpondetur id minimè ſequi, aliàs matrimonium, commercium, cibus etiã, & potus, aliaque ſimilia, quibus multi abutuntur, dicenda quoque eſſent mala, quod eſt abſurdum; igitur, quamuis multi abutantur poteſtate politica, non propterea ex ſe mala eſt, ſed illi, qui abutuntur mali ſunt. Vnde p[...] ita diſcurrendum eſſet; Poteſtas [...] tica à Deo ordinata eſt, vt Scriptu[...] ratio docent; ergo de ſe mala no[...] aut illicita; quod ſufficit nobis, q[...] præſenti non loquimur de hac p[...] te in particulari, & vt nonnun[...] ab aliquibus Principibus reddit[...] rannica, aut deſpotica, ſed de ipſa [...] dum ſe, & in vniuerſum.

Tertiò obijcitur, poteſtas po[...] non eſt à Deo, ſed potius ab hom[...] tyrannicè videtur vſurpata; de [...] bona non eſt.

Reſpondetur negando ante[...] quoad primam partem; quemad[...] enim, vt ſtatim dicebamus, mal[...] alicuius rei non probat, illam eſ[...] malam, & ideo exempla malorum [...] cipum alias legitimorum non p[...] malum eſſe Principatum, atqu[...] non eſſe à Deo, ſæpe enim ma[...] tuntur rebus bonis; ita nec id p[...] quod aliqui interdum tyrannic[...] ſibi vſurpauerint, regnaque c[...] rint. Aduertendum tamen hu[...] homines, qui initio fuere inu[...] ſucceſſu temporis fieri vel ipſos [...] rum ſucceſſores legitimos Pri[...] quia populi paulatim conſentiu[...] omittam alia huius rei exempla [...] illud de ipſo Imperio Romano, [...] Iulio Cæſare patriæ oppreſſore [...] tutum eſt, & tamen poſtea ade[...] mum in ſucceſſoribus fuit, vt C[...] dixerit, Matth. 22. *Reddite quæ [...] ſaris, Cæſari.*

Quartò, illud, quod eſt effec[...] cati, dici non poteſt de ſe bon[...] ſubiectio, & politica conſeque[...] teſtas illi correſpondens, eſt [...] peccati, de ſe igitur non eſt bo[...] nor, in qua ſola eſt difficultas, [...] tur primò, quia Deus homini [...] creato, non dixit, vt hominib[...] eſſet, ſed *piſcibus maris, & v[...] cæli, & beſtijs, vniuerſæque te[...]* cundò, quia mulier nunc non [...] citur viro, niſi politica ſubiecti[...] autem per peccatum introduct[...]

li Domino Geneſ. 3. *ſub viri po-
ris*; tertiò, quia id clare videtur
Auguſtinus lib. 19. de ciuit. Dei
rationalem ſcilicet factum ad
em ſuam, noluiſſe Deum, niſi
alibus dominari, non hominem
, ſed hominem pecori; indeque
iuſtos, paſtores magis pecorũ,
eges hominũ conſtitutos fuiſ-
inuaret Deus, quid ordo poſtu-
aturarum, & quid meritum exi-
ccatorum.

ondetur ad hoc argumentum,
minorem de ſubiectione poli-
emque correſpondente domi-
poteſtate, ea nimirum eſſe ef-
eccati; concedendo verò de
u diſpotica; etſi enim hæc ſu-
eique correſpondens principa-
oticus cæperit poſt Adæ pec-
oſſitque dici effectus illius, ſe-
n principatus purè politicus,
; qui fuiſſet etiam in ſtatu in-
; quia etiam tunc homo fuiſ-
liter animal ciuile, & ſociale,
ue rectore indigens. Idque
gi videtur ex ipſamet crea-
o enim Deus fecit mulierem
: non creauit ſimul plures vi-
num tantùm, ex quo omnes
entur, vt ſignificaret ordinẽ,
uram, quam inter homines
at, vt Chriſoſtomus aduertit
in 1. ad Corinth. Et certè ſi
elos eſt præfectura, & ſubie-
tiam inter homines non fuiſ-
innocentiæ?

nam probationem ex cap. 1.
pondetur, ibi Deum fuiſſe
de dominio deſpotico, quo
inari debebat cunctis ani-
vnde non meminit cæterorũ
; cum enim omnes homines
es in eſſentia, & ſpecie hu-
alem æqualitatem non debet
dominari, quomodo homo
beſtijs, ſed tantùm politicè;
ante tali æqualitate, reperi-
fuiſſetque adhuc in ſtatu in-
diſparitas ſexuum, ſtatuum,
ingeniorum, ſapientiæ, & probitatis, quæ diuerſitas, vt in humana ſocietate rectus ſeruetur ordo, neceſſariò exigit præfecturam, & ſubiectionem; rectus enim ordo in hoc conſiſtit, vt inferior à Superiore regatur, fœmina à viro, iunior à ſeniore, minus ſapiens a ſapientiore, & minus bonus à meliore. De quo vide S. Thomam 1. p. quæſt. 96. & 105.

Ad ſecundam dicitur, mulierem, tã ante, quam poſt peccatum, debuiſſe, eſſe ſociam, & ſubiectam viro, ſociam in generatione, ſubiectam in gubernatione. Quare quod dicitur, *ſub viri poteſtate eris*, non ſignificat principatũ politicum ſimpliciter, eique præcisè correſpondentem ſubiectionem; ſed adiuncto metu, ac triſtitia, quæ per peccatum inuecta ſunt, ſicut, & quod vnus homo alteri dominetur cum terrore, minando, & puniendo. Vt præclarè docet Diuus Auguſtinus lib. 11. in Geneſ. cap. 37. *Neque enim*, inquit, *& ante peccatum aliter factam fuiſſe, decet credere, mulierem, niſi vt vir ei dominaretur, & ad eum ipſa ſeruiendo conuerteretur; ſed rectè accipi poteſt hanc ſeruitutem ſignificatam, quæ cuiuſdam conditionis eſt potius, quam electionis.*

Reſpondetur ad tertiam ex D. Auguſtino deſumptam, eum ibi loqui de ſeruitute propriè dicta, eique correſpõdente dominio deſpotico, vt ſatis patet ex toto illo capite. Vndè cum ait, primos iuſtos paſtores pecorum potius quam Reges hominum dictos fuiſſe, nõ attendit ad nomen Regis, ſecundum quod dicitur à regendo, & conſulendo, vt idem Auguſtinus docet lib. 5. de ciuit. Dei cap. 12. quomodo primi iuſti ſine dubio Reges vocari potuiſſent; ſed ad abuſum præfati nominis, ſecundum quod faſtus humanus Regem dici putat à regnando, & dominando, vnde eſt illud Lucæ 22. *Reges gentium dominantur eorum*; abutendo ſua legitima authoritate. Qua ratione primos iuſtos, paſtores pecorum potius, quam Reges hominum dictos fuiſſe, rectè ait Auguſtinus,

nus, alijque Patres cum illo. Qui etiã propterea communiter docent, Reges ſe erga populum, vt paſtores gerere debere, quomodo Regem Agamemnonenem Homerus vocauit populi paſtorem; quatenus ſub tam blando, & ſuaui paſtoris nomine, ac munere, quod primùm Chriſtus aſſumpſit, deindè ſub illo præfecturam Eccleſiaſticam inſtituit, dicens Petro: *Paſce oues meas*, ſignificatur dulcedo amoris, quem Superiores nedum Eccleſiaſtici, verum & Politici erga ſubditos oſtendere, & ita illos ad ſe allicere debent; talemque titulum non tam eſſe dignitatis, honoris, ac poteſtatis, quam ſollicitudinis, laboris, & amoris. Notum eſt enim vnicuique quanta affectus teneritudine bonus paſtor ſuum gregem amet, regat, & cuſtodiat, omnia ſua, vitamque ipsã ſæpius in diſcrimen obijciendo. Quod duo illi egregij paſtores Iacob, & Dauid ſuo ſatis comprobarunt exemplo; cum primus Geneſ. 3. diceret: *Diu, noctuque, æſtu vrebar, & gelu, ſomnuſque fugiebat ab oculis meis*; alter autem 1. Reg. 17. *Faſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo, vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum.*

Secunda concluſio. In ſtatu legis Euangelicę, non ſolùm Principatus, ſeu Magiſtratus Politicus, non eſt illicitus, ſed omnes Chriſtiani tenentur ſe illi ſubijcere. Iſta concluſio eſt de fide contra Anabaptiſtas, expreſsè contenta pluribus in locis noui Teſtamenti, pro qua ſic arguo.

Principatus Politicus ex natura ſua bonus eſt, atque adeò licitus eſt, vt ſuperiori concluſione oſtenſum fuit; ergo etiam licitus eſt Chriſtianis, modo non ſit illis peculiari mandato prohibitus, at non eſt prohibitus, imo pluribus in locis noui teſtamenti approbatus, iubenturque fideles, ſe illi ſubijcere; vt patebit adducendo illa, ſunt autem hæc & ſimilia.

Matth. 22. v. 21. *Reddite quæ ſunt*
Cęſaris Cęſari: & quæ ſunt Dei D
Lucæ 2. v. 4. *Maria, & Ioſeph*
runt edicto Imperatoris Auguſti, v
in ciuitatem ſuam Bethleem.
Roman. 13. v. 1. *Omnis anima*
tibus ſublimioribus ſubdita ſit. N
enim poteſtas niſi à Deo: quæ aute
à Deo ordinata ſunt. Itaque qui
poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.
Reddite omnibus debita; cui tribut
butum: cui vectigal, vectigal: cu
rem, honorem.
1. Timoth. 2. 1. *Obſecro igitur*
omnium fieri obſecrationes, oratio
ſtulationes, gratiarum actiones,
nibus hominibus, pro Regibus, & o
qui in ſublimitate ſunt, vt quiet
tranquillam vitam agamus.
Ad Titum cap. 3. v. 1. *Admo*
principibus, & poteſtatibus ſubdit
dicto obedire, ad omne opus bonum
tos eſſe, neminem blaſphemare.
Ad Hebræos cap. 13. v. 17.
præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis
1. Petri 2. 13. *Subiecti eſtote o*
manæ creaturæ propter Deum: ſi
quaſi præcellenti: ſiue Ducibus, t
ab eo miſſis, ad vindictam maleſa
laudem verò bonorum. Et v. 18
honorificate. Serui ſubditi eſtote
timore dominis, non tantùm bonis
deſtis, ſed etiam dyſcolis.
Tam claris, & apertis noui T
ti teſtimonijs pro Principatu P
& ſæculari, nihil habent, quod
deant aduerſarij, niſi Chriſtum,
ſtolos in illis quidem comme
Chriſtianis, vt obedirent Regi
Principibus gentilibus, qui t
bernabant; non autem approb
ex ipſis Chriſtianis eſſent aliq
tali officio fungerentur.
At quam inanis ſit huiuſm
ſponſio, patet *primò* ex hoc, qu
phetæ prædixerunt omnes Reg
ræ ſeruituros Chriſto, & Eccle
2. item 71. Iſaiæ 49. & 60. qu
non poteſt, niſi in Eccleſia ſint
Secundò, licet Chriſtus non
conſtituere regnum politicũ, ſe

& cæleſte ; & ideo Apoſtoli in
gno ſpirituali commendando, &
ādo potiſſimum intenti fuerint;
im tamen ſatis etiam approba-
m approbat Paulus locis citatis,
oteſtatem, quam habent Reges,
cipes à Deo ordinatam ; nec
iectionem, quæ debetur pote-

ò, quia ſi Chriſtianis licet ſub-
gibus Ethnicis, multò magis
Chriſtianis; et ſi licet Chriſtia-
ſſe, cur ne etiam præeſſe ? cum
videatur magis contra libertatē
icam, quàm præeſſe. Si ea
lua concedunt aduerſarij Chri-
lebere obedire Principibus gē-
a:eri quoque tenentur, potiori
r Chriſtianos poſſe eſſe Princi-
icos, quibus obedientiam præ-
ant.

ò, & eſt ſecunda noſtræ con-
probatio, quia Patres vnani-
cent tanquam veritatem diui-
litam, ita eſſe intelligenda
cripturæ loca. Ex Græcis Cle-
nſtit. Apoſt. lib. 4. cap. 12. &
17. Can. Apoſt. 84. Dionyſius
nominibus cap. 12. Ignatius
mirnenſes, & ad Antioche-
inus orat. ad Antoninum Piū.
us Antiochenus lib. 1. ad Au-
& lib. 4. Irenæus lib. 5. cap. 24.
iè hanc rem pertractat. Ori-
9. in epiſt. ad Rom. Euſebius
. 14. Baſilius in Moralibus
idymus Alexandrinus enar-
1. epiſt. Petri. Gregorius Na-
orat. 17. ad ciues Nazianze-
hanius hæreſi 40. contra
os. Ioannes Chriſoſtomus
pſalm. 148. & homil. 23. ad
piſt. ad Romanos. Cyrillus
nus lib. de recta in Deum fide
ſium Imperat. Iſidorus Pe-
2. epiſt. 216. Theodoretus ad
iſt. ad Rom. Procopius Ga-
odi cap. 12 Maximus ſer. 9.
ratu. Ioannes Damaſcenus
imaginibus; qnique dein-
ceps ſecuti ſunt alij Patres.

Ex Latinis Martialis epiſt. ad Tholoſanos cap. 8. Tertullianus ad Scapulam, cap. 2. in Apologet. cap. 30. & 31. de Idololatria cap. 15. Ambroſius ad cap. 5. Lucæ. Hieronymus ad cap. 3. epiſt. ad Titum. Auguſtinus epiſt. 48. ad Valentinum, & 54. ad Macedonium. lib. 5. de ciuitate Dei cap. 21. in expoſitione quarundam propoſitionum ex epiſt. ad Roman. propoſit. 71. & 74. lib. 3. Confeſſ. cap. 8. *Generale pactum ſocietatis humanæ eſt obedire regibus ſuis.* Symmachus Papa Apologet. aduerſus Anaſtaſium Imperat. Primaſius ad c. 13. epiſt. ad Rom. *Omnis anima poteſtatibus, &c. Hac cauſa aduerſum illos, qui ſe putabant, ita debere libertate Chriſtiana vti, vt nulli aut honorem deferrent, aut tributa redderent: quibus ita dicit, vt eos humiliet.* Gregorius Magnus lib. 4. ep. 52 & lib. 7. epiſt. 120. Iſidorus Hiſpalen. lib. 3. de ſummo bono cap. 49. cæterique deinceps, qui inter Latinos floruere.

Tertiò, quæ ſuperiori concluſione rationes adductæ probant, Principatum Politicum de ſe eſſe bonum, & neceſſarium ad ſocialem, ac ciuilem vitam, eædem probant illum à Chriſto non debuiſſe abrogari in ſtatu legis Euangelicæ.

Quartò probatur negatiuè ſoluendo nimirum, & explicando nonnulla noui Teſtamenti loca, quibus aduerſarij cōtendunt, talem abrogationem fuiſſe factam.

Primus eſt Matth. 17. v. 27. vbi Chriſtus ait: *Quid tibi videtur Simon? Reges terræ, à quibus accipiunt tributum, vel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij.*

Reſpondetur, Chriſtum eo loci de ſeipſo tantùm locutum fuiſſe; indeque probaſſe non fuiſſe obligatum, ſoluere tributum vlli Principi, quia filius Dei Summi Regis eſſet; Ex hoc autem quod Chriſtus ad id minimè teneretur, malè inferunt aduerſarij ab eo prohibitum fuiſ-

fuiſſe principatum, vel magiſtratum ſæcularem, atque adeò eſſe illicitum; cum illummet expreſsè approbarit, reſpondens Phariſæis ipſum tentantibus ſuper cenſu dando Cæſari Matth. 22. v.23. *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari: quæ autem ſunt Dei, Deo*. Nec non citato loco, dum ait Petro: *Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me, & te*. Quod certè minimè iuſiſſet, ſi Principatum politicum illicitum eſſe, eique obtemperandum non eſſe credidiſſet. Quare iſte locus potius eſt pro nobis, quam contra nos.

Alter locus eſt Lucæ 22. v.25. *Reges gentium dominantur eorum: vos autem non ſic*; at ſi in ſtatu legis Euangelicæ licitus eſſet Principatus politicus, iam inter Chriſtianos ſic eſſet, ſicut inter gentes, vbi Reges dominantur: Chriſtianis ergo licitus non eſt Principatus politicus.

Reſpondetur, duplicem eſſe huius loci ſenſum, quorum neuter fauet aduerſarijs. Primus eſt, quod ibi Chriſtus inſtituerit Prælatum Eccleſiaſticũ, eumque voluerit eſſe humilem, & nõ exercere dominium in alios eo modo, quo Reges gentiles ſolent dominari in ſubditos. Vnde mox adiecit: *Sed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator*. Quod etiam ſuo firmauit exemplo. Nam cũ ipſe eſſet maior, quam omnes Apoſtoli, non tamen dominabatur, ſed miniſtrabat illis. *Ego*, inquit, *in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat*. Eodemque ſenſu Petrus 1. epiſt. cap. 5. Prælatis Eccleſiaſticis ait: *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei; non vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo*. Ex quo ſenſu, qui magis eſt genuinus, clarè apparet, nullius momenti eſſe hanc aduerſariorum obiectionem; ſique arguatur; Apoſtoli, & Epiſcopi eorum ſucceſſores, cæterique Prælati Eccleſiaſtici non debent dominari in ſubdi-

tos, more Regum Gentilium; erg
Chriſtianos non debet eſſe Prin
politicus; veriſſimum quidem
tecedens, ſed conſequentiam nu

Tertius locus habetur Rom
Nemini quidquam debeatis, niſi
cem diligatis; & vt ſimul omnia
1. Corinth. 7. *Pretio empti eſtis*,
fieri ſerui hominum: item 2. Co
& Epheſ. 4. *Vnus Dominus, &c.*

Reſpondetur Apoſtolum in
loco, nihil minus intendere, qua
giſtratus Politici improbatione
ei obedientiam reddi non debe
iuſta præcipit; ſed tantum ſol
eſſe maturè debita, vt patet ex
dentibus verbis; *Reddite omnibu*
cui tributum, &c. quia autem ſoli
ris, vel charitatis fraternæ debitu
quam ita reddi poteſt, quin ſen
neamur amare, ideo ait præfata
Nemini quidquam debeatis, niſi
tem diligatis.

Secundus pariter locus nõ d
telligi de ſubiectione, & obed
quæ exhibetur Magiſtratui à D
ſtituto, ſed de ſeruitute, ſeu o
quod redditur homini propte
nem duntaxat. Cum enim ho
ſit homini dupliciter ſeruire;
rebus tantum licitis, & honeſtis
Deum; ſecundò in rebus etiam
propter reſpectũ humanum, q
nimis frequenter contingit;
bene fiat, poſterius autem ma
eo loci prohibet Apoſtolus, n
autem illud, imo vt patet ex a
tibus ſuperius adductis illud c
dat, citataque in obiectione
ſeruos, vt etiam ſi poſſint fieri
men magis eligant ſeruitutem
Deum; & Epheſ. 6. 5. ait: *Ser*
Dominis carnalibus cum timore
more, in ſimplicitate cordis ve
Chriſto: non ad oculum ſeruien
hominibus placentes: ſed vt ſer
facientes voluntatem Dei ex an
bona voluntate ſeruientes, ſicut
& non hominibus.

In tertio demum loco, vbi

ſic Dominus, nimirum *Deus*, no-
omini propriè,ac rigoroſè ſumi-
uomodo non competit niſi ſoli
ſed non tolluntur propterea Re-
Principes ſæculares, vel politi-
non propriè Domini ſunt,ſed po.
iniſtri Dei, qui vnus verus eſt
us omni ſua poteſtate ab eo ac-
Verus enim Dominus duas ha-
nditiones, quæ nulli creaturæ
iunt; vna, vt poſſit pro libito vti
s eſt Dominus, eam augendo,
ndo, mutando, annihilando, &c.
vt nulli ſeruiat,ſeu nulla re indi-
ibimetipſi ad omnia ſufficiens, vt
nimaduertit Auguſtinus lib.8.de
cap.11. & deducit ex Pſal. 15.
*omino, Deus meus es tu, quia bo-
meorum non eges*. Quod ipſiſ-
am Gentilibus fuit lumine na-
otum; vndè Auguſtus, vt refert
ianus in Apologet.cap.34.nun-
Dominum appellari paſſus eſt;
ario autem redarguitur à Sue-
credibilis arrogantiæ Domitia-
od in Amphitheatro ſibi accla-
enter audiret: *Domino, & Do-
liciter*: quodque præciperet de
; *Dominus, & Deus noſter ſic fie-*

uibus omnibus pluſquam ſatis
s manet Anabaptiſtarum, ſe-
nque error de non admittendo
atu Politico, quodque illi ſub-
contra libertatem Chriſtianã.
ta eſſet, Chriſtus non dixiſſet:
æſari, quæ ſunt Cæſaris, hoc eſt
at Apoſtolus Rom. 3. Reddite
tum, vectigal, honorem, &
iam; nec idem ad Titum ſcri-
p. 3. *Admone illos principibus,
tibus ſubditos eſſe, dicto obedire*.
nim reſpondiſſent primi Chri-
liberos eſſe à tali ſubiectione,
nolle principibus, & poteſta-
eſſe;quod tamen minimè fece.
bè ſcientes, Chriſtianam liber-
aud in eo ſitam, vt liberi eſſent
ntia, & ſubiectione Principi
ebita; ſed primò in eo, quod

liberi eſſent à ſeruitute diaboli, & pec-
cati, Roman.6. 18. *Liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ*; & Ioann. 8. 36. *Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis.* Secundò in eo, quod liberi eſſent à iugo, & ſeruitute legis Moſaicæ, cui ſubiecti erant Iudæi, Roman. 6. 14. *Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia*: & de quo ait Petrus Act. 15. 10. *Quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus*; quatenus aliqui volebant nouis imponere Chriſtianis iugum circumciſionis, ac ſimilium.

Tertia Concluſio. Etiam in impijs Principatus, ſeu dominium eſſe poteſt. Iſta concluſio eſt de fide contra Ioannẽ Vvicleſum, & Ioannem Huſſium, definita in Concilio Conſtantienſi ſeſſ.8.& 15. Præcipua Scripturæ loca, quibus continetur, ſunt ſequentia; Sapient. 6. *A Domino data eſt poteſtas vobis, & cum eſſetis miniſtri Regni illius, non rectè iudicaſtis*; vbi non obſtante iniquitate iudicij, non deſinunt vocari Principes miniſtri regni Dei, ob ipſis collatam ab eo poteſtatem, non in gratia, ſed in natura fundatam, vt mox dicemus; ſimiliter cum Cyrus eſſet rex infidelis, nec non Nabuchodonoſor, nihilominus de primo legitur Iſaiæ 45. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro*, &c. de ſecundo autem Ierem.27. *Ego dedi*, inquit Dominus, *omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis*; & Daniel cap. 2. *Tu es Rex Regum, & Deus cæli dedit regnum tibi*; Idem euincunt ſuperiori concluſione adducta noui teſtamenti loca, quibus Apoſtoli Petrus, & Paulus docent, Regum poteſtatem eſſe à Deo, & illis obediendum, cum enim nulli tunc eſſent reges, niſi infideles, & impij, manifeſto eſt argumento eos crediſſe, etiam in impijs principatum, ſeu dominium eſſe poſſe; Quod etiam apertis docuit verbis Diuus Petrus 1. epiſt. cap. 2. v.18. *Regem honorificate, ſerui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis*.

Idem fuit ſenſus veterum Patrum ſuperiori concluſione citatorum; pro quibus modo ſufficiet vnus Auguſtinus lib.5. de ciuitate Dei cap.21. *Quæ cum ita ſint*, inquit, *non tribuamus dandi regni, atque imperij poteſtatem, niſi Deo vero, qui dat felicitatem in regno cælorũ ſolis pijs, regnum verò terrenum, & pijs, & impijs, ſicut ei placet, cui nihil iniuſtè placet.*

Ratio concluſionis eſt, quia dominij fundamentum, ſeu titulus præcipuus, nec eſt fides, nec gratia, ſiue iuſtitia, & charitas, ſed natura intellectualis, qua homo factus eſt ad imaginem Dei, indeque capax dominij, vt ex 1.cap. Geneſ. ſatis deduci poteſt: at natura in infidelibus manet, ac impijs, igitur quantumuis diuina careant gratia, verum habere poſſunt dominium, veramque poteſtatem; *illiſque ſubijci debemus*, vt ait Ignatius in epiſt.ad Antiochenos, *in ijs, in quibus ſubdi, nullum animæ periculum eſt.*

Inſuper cum gratia, & iuſtitia ſint quid occultiſsimum, & vt ſupra diximus nemo ſciat de ſe, vel de alio, an ſit vera iuſtitia præditus; ſi gratia ſolus eſſet titulus dominiorum, iam nullus Dominus eſſet certus; indeque incredibilis confuſio naſceretur, innumeræ rebelliones, ac perturbationes, inter homines; quod cum ſit alieniſsimum à ſuauitate diuinæ prouidentiæ, dicendũ eſt, Deum noluiſſe alligare gratiæ veri dominij, aut poteſtatis ciuilis rationẽ, tanquam ſoli, aut neceſſario eius fundamento.

Quod autem obijciunt aduerſarij ex Scriptura, Eccleſiaſt.10. *Regnũ à Gente in Gentem transfertur propter iniuſtitias:* & Oſee 8. *Ipſi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui, &c.* nullius ſunt momenti. Primo enim loco dicuntur transferri regna de Gente in Gentem propter iniuſtitias, non quia eo ipſo quod peccant Reges, ius regni amittant, ſæpe enim transfertur à Gente iniuſta, in aliam quoque iniuſtam; ſed quia Deus propter peccata

Regum aliquando donat victoria
ſtibus eorum etiam iniuſtis, vn
locus potius pro nobis, quã cont
facit. Ad alterum locum reſpon
eo non improbari Reges impios
Regia poteſtas eis ineſſe non po
improbatur, quod Iudæi volueri
bere Regem, cum Deus eſſet Rex
in hoc enim eos valdè peccaſſe
conſtat ex lib.1.Regum cap.12.v
electum Saulem in Regem, Sam
ait ad populum *State, & videte r*
grandem, quam facturus eſt Domi
conſpectu veſtro. Numquid non
tritici eſt hodie? Inuocabo Domin
dabit voces, & pluuias: & ſcietis,
debitis, quia grande malum feceri
bis in conſpectu Domini petentes ſu
Regem. Vnde iuxta interpretat
Diui Hieronymi, in præfato cap
plicat Oſee cauſas, propter quas
lus Iſrael abducendus erat in cap
tem, & vnam dicit eſſe, quia vol
habere Regem, non quidem ab
ſed inordinatè, hoc eſt præ Deo
ram autem, quod fecerũt ſibi i

Vanæ quoque ſunt aduerſari
rationes, quaſi ſi Deus conferret
nia improbis, aut hoſtibus ſuis b
ceret, aut impietatem eorum ap
ret, maximèque ſuæ poteſtatis a
tantum enim abeſt, quod diuin
decens maieſtati, ſuis hoſtibus b
cere, vt potius expreſsè dicatur
cam *ſolem ſuum oriri facere ſuper*
& malos, & pluere ſuper iuſtos,
ſtos. Quæ beneficia, & ſimili
Deus non confert iniuſtis, ita ne
ob eorum iniuſtitiam, & vt illis
tur, ſed vel vt beneficentia ſua
conuertantur à peccatis ſuis, q
modum Diuus Hieronymus
ſupracitata Iſaiæ verba cap. 45.
cit Dominus Chriſto meo Cyro, &
remuneret nonnulla bona eoru
cia, vt docet Diuus Auguſtinus
de ciuitate Dei cap. 15. vel de
quia interdum hoc merentur p
peccata, vt idem tradit Auguſti
dem lib. cap. 19. ex illo Iob.34.

ſcit hominem hypocritam propter
populi.
ita concluſio. Licet Chriſtiano
i ſeculari leges ciuiles condere.
ncluſio eſt de fide contra Ana-
s; illamque demonſtrant addu-
erioribus concluſionibus omnia
ræ loca, rationeſque ex illis de-
quibus probauimus in ſtatu le-
ngelicæ licitam eſſe politicam
um poteſtatem, minimèque
næ libertati repugnare; cũ enim
s proprium ſit Principis leges
, iuxta illud Prouerb. 8. *Per me*
nant, & legum conditores iuſta
t. Semel probato, Chriſtianos
e Principes, remanet quoque
m, eos poſſe leges condere.
lures deſunt rationes, quibus
õuincitur Principem Chriſtia-
e, verùm etiam expediens eſſe,
condat. Cum enim Chriſtiani,
Chriſtiani ſint, non propterea
eſſe homines ſocialem, ac ci-
am agentes, debent habere
aliquam actionum ſuarum hu-
, qua dirigantur in commer-
nſuetudine cum alijs homini-
quod non ſufficiente lege na-
uia ſolùm principia generalia
neque ad particularia, vt re-
ro conuictu humano, deſcen-
ſaria eſt aliqua alia regula hu-
nirum, aut arbitrium Princi-
x ciuilis authoritate eius cõ-
amuis autem arbitrium Prin-
o modo ſufficere poſſit, ma-
ndo eſt ſapiens, populuſque
exiguus, cuius argumentum
antiquiora fuere regna, quam
olutè tamen neceſſe eſt, po-
i legibus, non ſolo Principis
i rectè regi debeat, vt docet
s lib. 2. polit. cap. 11. tùm
us eſt, inuenire vnum, vel
os, & ſapientes, quam pluri-
Reſpublica debeat regi arbi-
& ſapientis Principis, indi-
itis bonis Principibus, quo-
alteri ſuccedat; vbi ſi guber-
netur legibus, ſufficit ſemel fuiſſe aliquos, vel vnum ſapientem, qui legem fecerit: tum quia legis conditores multi ſunt, & diligenter eas examinant: cũ princeps ſit vnus, & ſæpe repentè iudicare teneatur; tùm quia gubernatio per leges poteſt longiſſimo tempore eadem perſeuerare; vbi iudicia hominum ſępe mutantur: tum denique, quia melior, ſuauiorque eſt gubernatio Principis per ſe, quam per vicarios, aut miniſtros: at gubernatio ſine legibus neceſſario requirit multos miniſtros, qui plerumque ad arbitrium ſuum iudicent inconſulto Principe; quando autem per leges fit, ipſe Princeps omnia per ſe iudicare cenſetur, cum eius legibus iudicetur: longè igitur melius eſt, imo aliquo modo neceſſarium, vt probant adductæ rationes, populum regi legibus, non autem ſolo Principis arbitrio; quod etiam ſi rectiſſimum ſit, vix vnquam caret ſuſpicione, inuidia, querelis, maledictis, & ſimilibus, quibus non ſubiacet iudicium legis.

Quinta concluſio. Leges ciuiles à Principibus ſæcularibus conditæ etiã obligant in conſcientia. Iſta concluſio eſt certa inter doctores Catholicos cõtra Caluinum; qui licet lib. 4. inſtitut. cap. 20. probet contra Anabaptiſtas, in Eccleſia debere eſſe leges ciuiles, iudicia, & gladium; tamen prius cap. 10. §. 5. aſſerit leges ciuiles non obligare in conſcientia: quod ante illum docuiſſe dicuntur Ioannes Gerſon de vita ſpirituali lect. 4. & Almainus de poteſtate Eccleſiaſtica quæſt. 1. cap. 10.

Primò probatur authoritate Scripturæ, præſertim Roman. 13. vbi Apoſtolus multis id modis aſſerit: *Primò*, cum ait: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non enim eſt poteſtas niſi à Deo. Secundò*, cum dicit: *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Tertiò* cum ait: *Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Cum enim id Patres Græci, & Latini exponant de æterna damnatione, quæ ſine culpa eſſe non poteſt, manifeſtum eſt legem ciui-

ciuilem Principis etiam obligare in conſcientia, nunc ad mortale, nunc ad veniale peccatum pro rerum ipſarum grauitate. Id ipſum docent, & Patres ſuperius citati concluſione 3.

Cuius ratio præcipua deſumitur ex ipſamet legis natura, vel eſſentia, cuius effectus neceſſarius eſt obligare in conſcientia. Eo enim ipſo, quod ſit regula morum, regulæ autem proprium intrinſecè, ita dirigere, vt receſſus ab ipſa ſit malum, vel peccatum in moribus, ſicut receſſus à regula in naturalibus dicitur peccatum naturæ, vt ſunt monſtra, & receſſus à regula in artefactis eſt peccatum artis; neceſſariò ſequitur, omnem legem à quocunque feratur, ſiue à Deo, ſiue ab hominibus, ſemper obligare; ita vt, etiamſi lex, quoad exiſtentiam, pendeat à legislatore, ſecus tamen quoad eſſentiã, quod enim lex obliget, eſt quid æternum, & immutabile, & participatio quædam legis æternæ Dei, quæ eſt prima, & ſumma regula. Idque ſignificaſſe videtur Diuus Auguſtinus lib.22. contra Fauſtum cap.27. vbi definiens peccatũ ait illud eſſe, *dictum, vel factum, vel concupitum contra æternam Dei legem*. Quatenus ſiue quis tranſgrediatur legem naturalem, ſiue poſitiuam, diuinam, aut humanam, ſemper peccat cõtra legem æternam, quia omnis lex eſt legis æternæ participatio, condique etiam non poteſt niſi ab habente poteſtatem à Deo, ſi ſit humana. Vnde, ita lex diuina, & humana differunt quoad firmitatem, in quantum diuina non poteſt abrogari ab homine, humana poteſt vt quo ad obligationem non differant; dicente enim Auguſtino in titulum Pſalm. 70. *Vbi hoc iubet pater, quod contra Dominum non ſit, ſic audiendus eſt, quomodo Deus*: multoque magis, vbi iubet Rex, cuius idem Auguſtinus ſer.6. de verbis Domini ait, maiorem eſſe, quam patris, authoritatem; manifeſtè conſtat differre quidem leges, diuinam & humanam, quoad firmitatem, aut ex parte materiæ, non autem ex parte pręcipientium, ſeu quo ad obligat in conſcientia, nunc ad mortale ad veniale peccatum pro rerum grauitate; lex autem humana c arbitrio Principum obligare ad mortalem non poſsit, præcep proindè rerum leuium, niſi ratio uis contemptus, ad illud non ol inde eſt, quod ad diſcernendum obliget ad mortale, an ad venial beat haberi pro regula, quod illa uina, & videre ſi diuina eſſet, qu obligaret.

Probatur inſuper concluſio, detur inuoluere contradictione ſe Principes obligare ad pœnam ximè capitalem, & non ad culp enim relatiua ſunt; & expreſs Diuus Auguſtinus lib.1. retract *Omnem pœnam, ſi iuſta eſt, pœna ti eſſe*; & epiſt.105. alibique ſæ ipſum fore iniuſtum, ſi quem damnaret innoxium: Caluinus admittens Principes poſſe dam etiam ad mortem eos, qui leg violant, contradicit ſibi, dum a in conſcientia non obligare, ſe greſſores culpam non contrahe

Cuius rationis vim nõ eneru Regulæ, vel Conſtitutiones p Religioſorum obligent ad pœn non ad culpam; reſpondetur er modi regulas non obligare niſi nas leuiſſimas, niſi interueniat ptus, aut alia in illarum tranſg culpa, idque non per modum potius per modum conuention cti, vt leges merè pęnales: non ſunt propriè pęnę, ſed pę flictiones in auxilium ſpiritus à viris religioſis tales regulas, ſtitutiones profitentibus.

At obijcit primò Caluinus tem politicam eſſe temporale adeo nihil ei cum conſcientia mune. Secundò, finem legu eſſe pacem externam. Tertiò pes non iudicare de internis. non poſſe inferre pœnam ſpir atque adeo nec ad illã obligat

oſſe abſoluere, ergo nec ligare. ſequi, quod bis idem peccatum tur, ſemel in præſenti, ſemel in ſæculo. Septimò, quia potius edienda eſt grauiſſima lex ciuiam vel minima diuina, vt illa de entiendo officiosè. Octauo tanrincipes vt plurimum non intenligaré ad culpam.

ondetur ad tria prima argumeneo quod poteſtas politica ſit tē, habeatque pro fine pacem exn, nec iudicet homo de internis, idem colligi, eam non poſſe nisi ad actus temporales, & es, malè autem non poſſe oblionſcientia; nam licet iſta regat actus exteriores, quia taa regula eſt, ab ipſa deuiare n eſt. Eoque magis id potеporali competit, quo ligare tiam, non eſt abſolutè aliquid n rem ſpiritualem, ſed tantùm alteri, & ſic imperare pro audiuinitus accepta, vt ſi is non peccet, & teſtimonio propriæ æ, intelligat, vel intelligere ccare non obediendo. Vndè ne legitimè poteſt iubere, poconſcientiam, etiamſi ad eũ et iudicare de internis, nec rutari conſcientiam. Præterpoteſt ciuilem poteſtatem, eges vocari temporales ratio, quia verſantur circa tempoxteriora, at in ſe eſſe quid ſpindè etiamſi ligare conſcientiã utè aliquid efficere in rem n, non eſſet effectus totaliter politica alienus.

rtum, & quintum reſpondeoem politicum non poſſe inm ſpiritualem, & æternam, illam dimittere, & tamen gare ad illam, quia id facit Dei, cuius miniſter, ac viqui ei conceſſit ſecundum, ium; quemadmodum ſi Rex Proregi obligare ſubditos capitis, & tamen non permitteret ei per ſe exercere iuſtitiam, vel condonare pœnam.

Ad ſextum dicitur, nullum eſſe abſurdum, eamdem culpam, quando plures offendit à pluribus etiã puniri, pluribuſque in locis, ſicut videmus homicidis, falſarijs, alijſque ſimilibus ſæpe manus abſcindi in eo loco, vbi crimen perpatrarunt, deinde in loco publicæ iuſtitiæ abſcindi caput, vel ſuſpendi.

Ad ſeptimum reſpondetur, quod legi diuinæ, quantumuis minimę, cedat humana etiam grauiſſima, quando ſimul obſeruari nequeunt, non prouenit ex hoc, vt intendit obiectio, quia humana abſolutè non obliget in conſciẽtia, aut ad culpam; ſed quia cum lex humana minus firma, minuſque ſtabilis ſit, vt notauimus ſupra, in tali caſu veluti abrogatur, deſinitque eſſe lex, ac proindè etiam obligare.

Ad octauum, & vltimum dico pendere quidem à voluntate Principis legem, quoad exiſtentiam, hoc eſt, quod ab eo feratur, non autem quoad eſſentiã, vnde cum ex dictis eſſentiale, & intrinſecum ſit cuicumquè legi, quod obliget in conſcientia, ea ſemel ſtatuta, talem obligationem Princeps impedire non poteſt, aut intendere eam non obligare. Quare diligenter examinandum eſt, an velit re vera imperare, & veram legem condere: an verò ſolùm, veluti directiuè oſtendere, quid agendum ſit ſine imperio, id enim etiam pendet ex voluntate, & intentione eius; ſique primo velit modo, impedire non poteſt, quin lex obliget in conſcientia ad mortale, aut veniale, pro rei grauitate.

Sexta Concluſio. Chriſtianis non eſt illicitum publica exercere iudicia. Iſta cõcluſio eſt certa inter Catholicos contra Anabaptiſtas aſſerentes iudicijs opus non eſſe, licereque populo abrogare Magiſtratum. Veritas eius habetur ex Scriptura vtriuſque Teſtamenti; Deuteronomij 16. *Iudices, & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio*. Cui teſtimonio ſi reſpondeatur ex eo probari, licita quidem

quidem fuiſſe publica iudicia in lege veteri, non autem in lege Euangelica; reſpondetur, iam à nobis haberi, publica iudicia ex ſe non eſſe illicita, ſed eſſe ſolùm talia, quia aduerſarij putant illa fuiſſe in ſtatu legis Euangelicæ prohibita; at non ſolùm non fuere prohibita, ſed potius ordinata, vt patet ex illo 1. Corinth. 6. v. 4. *Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis: contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſsit iudicare inter fratrem ſuum.* Vbi Apoſtolus monet Corinthios, vt in ijs cauſis, in quibus non tenebantur neceſſariò adire tribunalia Gentilium, conſtituerent inter ſe iudicem; quod procul dubio non monuiſſet, ſi publica exercere iudicia non licuiſſet in ſtatu legis Euangelicæ.

Deindè ex probatis ſupra, licitus eſt in ea Princeps politicus, licitum quoque illi condere leges, ergo, & publica exercere iudicia; tum quia proprium eſt Principis vel per ſe, vel per alios iudicare; ideoque Scriptura ferè ſemper coniungere ſolet Regem, & Iudicem, Pſalm. 2. *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.* Iſaiæ 33. *Dominus Rex noſter, Dominus Legiſer noſter, Dominus Iudex noſter.* Et Ierem. 23. *Regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra.* Tum quia nihil prodeſſent leges, ſi nulla eſſe deberent iudicia; at leges tolli non debere, imo neceſsarias eſſe iam oſtendimus ſupra, ergo nec tolli debent, aut illicita credi publica iudicia, quibus iuxta legum præſcriptum litibus, humaniſque controuerſijs finis imponitur.

Quod obiciunt aduerſarij ex cap. 5. S. Matthęi: *Si quis voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, relinque illi, & pallium*; Reſpondetur eo loci minimè prohiberi publica iudicia, ſed vt docet Auguſtinus epiſt. 5. debent ibi dicta ſolùm intelligi ſecundũ animi præparationem; ſi quidem ibidẽ Dominus ait: *Si quis te percuſſer vnam maxillam præbe illi, & alte* nihilominus idemmet Dominu 18. percuſſus in maxilla, non p alteram, ſed dixit: *Cur me cædi* ſatis exemplo docens, quomod ſata verba, & ſimilia debent int vt iam fusè explicuimus ſupra dentes aduerſus eoſdem Anabap Chriſtianis quoque bellum eſ tum.

Similiter vbi 1. Corinth. 6. d *Delictum eſt in vobis, quod iudici tis inter vos, cur non magis frau timini? quare non magis iniuria pitis?* minimè reprehenduntur i publica inter Chriſtianos; ſed eſt huius loci ſenſus, primus, *delictum* Græcè *ittima* non pec ſed imperfectionem ſignificare nùs lites habere, non eſt ita ex ſe ctum, licet non ſit ex ſe peccat exponit Theodoretus. Si autem ctum, iuxta interpretationem A Chriſoſtomi in hunc locum, A in Enchirid. cap. 78. ſignificet alter ſenſus eſt, ita ab Apoſtolo non quod in ſe peccatum ſit ap timos iudices litigare, ſed quia rimum non vacat peccato, vel finis, vt quando litigatur ex a vel ratione medij, vt quando cum odio, rancore, & iurgijs; v ne iniuſtitiæ, vt quãdo miſcen des, & doli; vel ratione etiam quando nimirum res eſt parui ti, maiuſque eſt litis diſpendi compendium; vel denique rat dali, vt accidebat Corinthijs, ſcribebat Apoſtolus; qui cum culo Gentilium litigabant, ſe habebant inter ſe; quare non r dit ea ex parte Iudicis, ſed e litigantium, & adhuc ex parte non per ſe, ſed per accidens malæ circumſtantiæ, nimirum li. Sed etſi peccatum eſſet liti tamen peccatum eſſet iudicare enim finem imponunt litibus, bonum; ſicut Medicus ſanat i

uæ ſunt malæ; eſſentque tantùm
ncro eorum, quæ non ſunt abſo-
ona, aut neceſſaria, ſed aliquo
xat ſuppoſito malo.
rima Concluſio. Chriſtianis etiã
pibus, aut Magiſtratibus licet
dicium ſanguinis, aut cuiuſcun-
rporalis ſupplicij. Iſta concluſio
oque certa de fide contra Vval-
apud Guidonem; Ioannem Ga-
apud Bernardum Luxemburgẽ-
Anabaptiſtas apud Henricum
erum lib. 1. cap. 8. clarèque ha-
x Scriptura plura huius rei exẽ-
rente, in lege naturæ, Moſaica,
gelica.
eſeos enim cap. 9. Deus ait: *Qui*
humanum ſanguinem, fundetur
illius; quæ verba explicans pa-
s Chaldaica vertit: *Qui effude-*
uinem cum teſtibus, ex ſententia
ndetur ſanguis illius. Item Ge-
cum nuntiatum fuiſſet Iudæ,
rnicata eſſet Thamar nurus eius,
ſcius pro ſcorto cognouerat,
roducite eam, vt comburatur. Ipſo
Principe familiæ adiudicante
m ignis ſupplicio.
na quoque in lege Moſaica
r huius rei tùm præcepta tum
; nam Exodi 21. dicitur: *Qui*
t hominem volens occidere, mor-
ur. Et ipſe Moſes, Ioſue, Sa-
uid, alijque Sãcti viri plurimos
nt; qui, cum inde tantum abeſt,
rehendantur, vt potius laude-
n zelus, ac iuſtitia; manifeſto
nento, licere Principi abſolutè
nire aliquos malefactores, at-
Principi Chriſtiano, cum nul-
angelio id ipſi prohibeatur,
s ordinetur.
dem Matth. 26. Chriſtus ait:
erit gladium, gladio peribit.
a non poſſunt rectè intelligi
ſum noſtræ concluſionis; om-
licet, qui cædem iniuſtam
ebere pariter à Principe, vel
u occidi. Arguit enim Do-
rum, non quod iuſta defenſio

ſit illicita, ſed quod non tam ſe, aut Dominum defendere, quam iniuriam ipſi factam vlciſci vellet, cum tamen ipſe publicam ad hoc, aut legitimam poteſtatem non haberet, vt rectè exponunt Auguſt. tract. 112. in Ioannem, & Cyrillus Alexandrinus lib. 11. in eumdem, cap. 35. Inſuper Roman. 13. vbi ait Apoſtolus: *Si male egeris time, non enim ſine cauſa gladium portat, miniſter enim Dei eſt, vindex in iram ei, qui malè operatur*; apertè docuit datum gladium à Deo Principibus abſque vlla diſtinctione contra facinoroſos, igitur ſi tales in Eccleſia reperiantur, cur à Principibus Chriſtianis gladio puniri non poterunt. Vndè Innocentius I. in epiſt. 3. ad Exuperium cap. 3. interrogatus, an poſt Baptiſmum liceret Magiſtratui gladio animaduertere in ſontes? reſpondit omnino licere.

Id ipſum docent Patres non minus ex tradito, quam ex ſcripto Dei verbo, perpetuo in Eccleſia vſu Principum Chriſtianorum firmato, & ab eadem approbato. Irenæus lib. 5. cap. 24. Baſilius in Moralibus cap. 79. Epiphanius hæreſi 40. contra Archonticos: *Et vides*, inquit citato Apoſt. loco, *quod poteſtas hæc mundana à Deo ordinata eſt, & gladij poteſtatem accepit: non autem aliundè, ſed ex Deo ad vltionem*. Maximus ſerm. 9. de Magiſtratu. Cyprianus in cap. 26. Matth. dicit, licere occidere in duobus caſibus, nimirum, ſi quis Iudicis fungatur officio, aut in ſui defenſionem vtatur gladio: & lib. 3. teſtimoniorum ad Quirinum cap. 38. *Seruum Dei*, inquit; *innocentem eſſe debere, ne incidat in pœnam ſecularem, epiſtola Pauli ad Romanos monet: Vis non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa*. Hieronymus in cap. 22. Ieremiæ: *Homicidas*, inquit, *& ſacrilegos, & venenarios punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium*. Item ad cap. 3. epiſt. ad Titum. Auguſtinus epiſt. 54. ad Macedonium: in expoſitione quarumdam propoſitionum ex epiſtola ad Romanos propoſitione 74. & lib. 1. de ciuitate

Dei cap. 21. *Nequaquam*, inquit, *contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum eſt, Non occides, qui perſonam gerentes publicæ poteſtatis, ſceleratos morte punierunt*. Leo I. epiſt. 82. ad Iulianum Coenſem Epiſcopum: Sedulius ad cap. 13. epiſt. ad Romanos.

Rationem huius afferunt præfati Patres, quia Chriſtiano Principe authoritatem à Deo habente infligendi extrema etiam ſupplicia, hæc cum timentur, & coercentur mali, & quietius inter malos viuunt boni; vide Auguſtinũ citata epiſtola 74. ad Macedonium. Inſuper, quia ad bonum Principem, cui bonum commune tuendum commiſſum eſt, lumine ſolo naturali affulgẽte, ſpectat impedire, ne partes, quæ ſunt propter totum, illud corrumpant, ſicut Medicus amputat membra, quæ totum corpus inficere poſſent: Igitur vbi in Republica aliqui ſunt facinoroſi, publicæque quietis perturbatores, ne bonum commune pereat, iuſtè à Principe puniri debent, etiam gladio, ita promerente facinoris grauitate.

Quæ in contrarium proferuntur ab aduerſarijs, vt quod Chriſtus dixerit Matth. 5. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, oculum pro oculo, dentem pro dente, ego autem dico vobis non reſiſtere malo*; aliaque ſimilia nullius ſunt momenti: ijs enim minimè reprehenditur lex illa talionis, aut prohibetur Magiſtratus illam inferre, ſed redarguitur praua Phariſęorum explicatio, & prohibetur privatis hominibus deſiderium, & poſtulatio vindictæ. Deus enim Exodi 21. & Leuit. 24. Sanctam legem conſtituit, vt Magiſtratus pœna talionis afficiat ſceleratos; ad reprimendam ipſorum audaciam; at Phariſæis inde colligentibus, licere priuatis hominibus appetere vindictam; ſicut ex eo quod lex dicebat: *Diliges amicum tuum*; deducebant licere odiſſe inimicos; Chriſtus Dominus ibi docuit iſtas eſſe legis corruptiones, & oportere diligere etiã inimicos, & non reſiſtere malo. Ita vt cum dicitur, non reſiſtere malo, non prohibeatur iuſta defenſio, nec punitio, ſed vindicta propria au... tate facta, cum potius parati no... debeamus, ſi opus ſit, ad vertend... teram maxillam ei, qui vnam pe... rit, vel ſi petatur à legitimo iudi... non fiat ex deſiderio nocendi in... & ſatisfaciendi propriæ iracunc... odio; ſed ad bonum finem, nim... aut quia ſpes eſt, emendandum fo... pęna malefactorem, vel quia non... aliter reprimi eius malitia, perge... nocere ſi impunitus relinque... Hactenus de præſenti controuer... Theologi partim tractant 1.2.q... vbi de lege humana; partim 2.2.... art. 6. vbi inquirit Diuus Thoma... Chriſtiani teneantur ſæcularibu... ſtatibus obedire.

CAPVT XXX...

Statuitur aduerſus Lutheranos, &... niſtas, pia ieiunij Eccleſiaſtici... non continentia Clericali... ſeu Cęlibatus obſeruantia.

AD virtutem Temperant... eſt quatuor Cardinali... ma, de qua agit D. Thomas 2.2... pertinent tanquam partes ſub... ſeu quas complectitur vt ſuas... abſtinentia, & caſtitas. Quaru... definitur quædam temperanti... rans affectum, vſumque dele... eſculentorum: Secunda autem... temperantia moderans iuxta p... rectæ rationis affectum, vſum... nereorum. Ieiunium, quod e... puus abſtinentiæ actus, eſt q... parſimonia maior ea, quam c... temperantiæ regula poſtulet... fit, aut inſtituitur ex norma, &... pto Eccleſiæ appellatur ieiun... cleſiaſticum, ſeu ſacrum. Q... tria requirat, *primò* abſtinent... rum certi generis, carnis, in... pinguedinis; & in quadrageſi... rum, lactis, & lacticiniorum...

, quæ ſementiuam trahunt origi-
carnis: quæ tamen lacticinia per-
ſunt iam in multis locis. *Secundò*
entiam plurium vna refectionum
, ſiue ſpatio viginti quatuor ho-
, à media nocte præcedente, ad
ntem: ita vt mortaliter peccetur
unda plena refectione ſecundum
Theologos, quin & ſecundum
s in ſequentibus. *Tertiò* certam
onis horam: quæ olim fuit occa-
is, poſtea tertia, vel quarta hora
idiana; iam ipſe meridies; hinc
m Eccleſiaſticum ſolet in genere
i peculiaris quædam parſimonia
per abſtinentiam diurnam, quæ
t diutius, quam exigat commu-
ula temperantiæ, & ſit etiam à
dam generibus ciborũ, qui poſ-
ioqui vſurpari ſalua communi
regula, ſeu lege temperantiæ.
um negent Lutherani, & Calui-
Eccleſia iuſtè præcipi poſſe,
corum error eſſet refutandus,
uia iam id præſtitimus cap. 33.
de ſacris ritibus pœnitentiali-
ad corporis macerationem
ibus, quos inter primum veluti
enet ieiunium, ſufficiunt ibi

as etiam, quæ eſt vna ex parti-
ctiuis, ſeu ſpeciebus Tempe-
cùm ſit duplex, perfecta vna,
ta altera. Prima eſt virtus ex-
omnem affectum, vſumque ve-
n, etiam alias licitorum: quia
nexum propoſitum abſtinendi
ab omnibus voluptatibus car-
llicitis, aliaſque licitis. Secun-
eſt virtus, aliquatenus mode-
les voluptates, hoc eſt non
erfectè, quia includit propo-
tempus duntaxat abſtinendi
us voluptatibus carnalibus,
git in illis, qui ante initum
ium, ſeruant caſtitatem; vel
b illicitis, moderatè autem
tis, vt eſt caſtitas coniugalis.
er caſtitas perfecta, quæ vbi
nctam carnis integritatem,

libidinoſę contagionis expertem voca-
tur, eſtque virginitas, dupliciter conſi-
derari poſſit, primò, vt eſt quædã ſolùm
temperanti ſpecies. Secundò, vt perti-
net etiam ad virtutem religionis, quate-
nus ſcilicet, firmatur, & Deo cõſecratur
per votum; Quo pacto de ea loquens
Auguſtinus lib. de Sancta Virginitate
cap. 8. ait: *Per Virginitatem integritas carnis ipſi Creatori animæ, & carnis vouetur, conſecratur, ſeruatur.* Et cap. 23.
per eamdem Virginitatem Deo ſacratã
fieri illud, de quo Dominus conſilium
dedit Matth. 19. *Sunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum Qui poteſt capere capiat.* Lutherani, &
Caluiniſtæ, eorumque ſequaces ita
laudant caſtitatem primo modo ſum-
ptam, vt tamen illam improbent ſecun-
do; quo, cum ſit propria ſtatus Cleri-
calis, ac religioſi, ſecundum quod coa-
leſcit ex perſonis Deo ſpecialiter conſe-
cratis, eorum errorem ſtatim refelle-
mus, agentes de diuerſis Eccleſiæ ſta-
tibus, rebuſque illis annexis contra
eoſdem.

CAPVT XXXVI.

Agitur contra Lutheranos, & Caluiniſtas de varijs, qui in Eccleſia ſunt, ſtatibus, officiis, & gradibus.

Poſt explicationem omnium virtu-
tum, & vitiorum, quæ generaliter
ad omnes homines pertinere poſſunt,
agit vltimo loco 2. 2. Diuus Thomas
de his, quæ ſpecialiter ad aliquos ſta-
tus, vel conditiones hominum in Ec-
cleſia ſpectant; eaſque reducit ad tria
genera ex Apoſtolo 1. Corinth. 12. vbi
ait: Diuiſiones gratiarum ſunt, & di-
uiſiones operationum, & diuiſiones
miniſtrationum; de primis agit à quæ-
ſtione 171. vſque ad 179. de ſecundis
à quæſt. 179. vſque ad 183. de tertijs
autem à quæſt. 183. vſque ad finem,
hoc eſt, de his, quæ pertinent ad diui-
ſiones miniſtrationum, ſecundum va-
rios

rios ſtatus, & officia, quæ miniſtrant in Eccleſia. Circa quæ potiſſimum Lutherani,& Caluiniſtæ plures habent errores, quos tam in capite præſenti, quã in ſequentibus refellendos ſuſcepimus.

Primum igitur, in Eccleſia Romano-Catholica, quod attinet ad diuerſitatẽ ſtatuum, ſeu conditionum, ſic enim in præſenti ſumitur ſtatus, nimirum pro peculiari vitæ conditione, & ideo deſcribi ſolet, quod ſit: quædam moralis, ſiue ſpiritualis conditio vitæ, pertinens ad aliquam libertatem, aut ſubiectionẽ, ſiue ſeruitutem, cum tres ſint eorum ſpecies, pro diuerſitate obligationis ad peculiare vitæ genus; videlicet *Coniugatorum*, communi via obſeruationis præceptorum ad beatitudinem tendentium, de quibus modo non agimus; tum *Religioſorum*, & *Epiſcoporum*, maiori cuidam perfectioni vitæ præterea vacantium; variaque inſuper officia, & & gradus, ita vt eadem ipſa conditio vitæ immobilis, quam in præſenti ſtatum appellamus, loquendo de ſtatu propriè, & ſtrictè dicto, vocetur etiam officium, ſiue gradus in Eccleſia peculiaris, diuerſis nimirum rationibus. Nam vt habet immobilitatem dicitur, *ſtatus*; vt habet reſpectum ad aliquas operationes, *officium*: & vt eſt ſuperior, vel inferior alicui alteri eiuſmodi conditionis, *gradus*. Quamuis non vice verſa, omne officium, vel omnis gradus in Eccleſia, eſt ſtatus propriè ſumptus, vt patet de Clericis, qui ob id ſolum, quod Clerici ſunt, non ſunt propriè in ſtatu, ſed in gradu quodam, & officio Eccleſiaſtico. Quorum officiorum, & graduum, ſiue miniſtrorum in Eccleſia magna adhuc diuerſitas eſt, quæ naſcitur ex differentia actionum, ſiue adminiſtrationum, quæ neceſſariæ ſunt ex lege, & ordinatione diuina, ad hoc vt fideles in beatitudinem perducantur. Porro eiuſmodi actiones tres ſunt vniuerſaliter loquendo. Videlicet diſſeminatio verbi diuini per *prædicationem* competens prædicatoribus: adminiſtratio *Sacramentorum*, ſpectans ad

varios miniſtros, ſecundum vario[...] dus, qui Sacramento ordinis con[...] tur, vt dicetur ibi: & gubernatio[...] regimen *animarum*, quod à varijs [...] diuerſimodè exercetur. Quidam [...] ſunt Epiſcopi, alij Archiepiſcopi, [...] Metropolitani, & Primates, quib[...] periores ſunt Patriarchæ. Rurſus [...] Presbyteros, ſeu inferiores Sac[...] tes, quidam ſunt Parochi, quida[...] chipresbyteri, Archidiaconi, & [...] cerij, Supremus autem omnium [...] derator eſt Sũmus Pontifex Rom[...] Hæc, inquam, cum ita ſe habea[...] Eccleſia, proptereaque ex tali ſta[...] & officiorum diuerſitate, multoti[...] Patribus comparetur, caſtrorum [...] bene ordinatæ; Lutherus, & Cal[...] eorumque ſequaces illa impr[...] ferreque non poſſunt, vt mini[...] clesiaſtici Clerici, cæteri verò, la[...] pellentur; quantumuis apud [...] Chriſtianos in vſu fuiſſe eiuſmo[...] ſtinctionem, & appellationem [...] cogantur. Caluinus Comment[...] Petri 5. *Vtinam*, inquit, *nunqua*[...] *tribus veniſſet in mente, vt ha*[...] (Clerus) *vterentur*. Franciſ[...] nius ad lib. 1. cap. 1. Card. Bell[...] vbi non audet negare hanc diſ[...] nem Sanctis Patribus placuiſſe. [...] ſtererſch. comment. in Saluianu[...] *Vſitatiſſima, & vetuſtiſſima eſt C*[...] *norum partitio in Clericos, & laico*[...] pro explicatione veritatis ſit.

Prima concluſio. Dantur in E[...] Clerici à laicis diſtincti, & deſti[...] ca, quę ſunt diuini cultus. Iſta [...] ſio eſt contra Lutheranos, & C[...] ſtas, qui licet minimè negent, [...] rem attinet, dari debere quoſd[...] niſtros, & paſtores, ſiue, vt ipſi [...] tur, ſuperintendentes, quibus [...] nis cura permittatur, negant ta[...] à laicis differre; ſeu Miniſtros E[...] ſticos Clericos, cæteros autem [...] dici debere, quaſi præ iſtis exc[...] quamdam, ac dignitatem habe[...] cialemque conſtituant ſtatum [...] ſtitutionis diuinæ. At noſtra [...]

ſt certa de fide, quàm eſt cer-
cramentum ordinis fuiſse a
Domino inſtitutum, vt oſten-
nfra agendo de Sacramentis, ſi
nomine Clericorum, nihil aliud
mus, quam qui à Chriſto Do-
aut ab Eccleſia authoritate ab
ta, ſecundum varios ordinis
d eiuſdem miniſterium deſti-
; quique propterea Clerici re-
ntur, à nomine Græco cliros,
rs, quia ſunt quaſi Domini
hæreditas, diuinoque cultui
, rerumq; ſacrarum, ac religio-
ipſo iubente, curam habent:
ocet Diuus Hieronymus in
Nepot. *Clericus*, inquit, *inter-
rimo vocabulum ſuum, & nomi-
tione prolata, nitatur eſſe quod
enim cliros Græce, ſors Latine
, propterea vocantur Clerici,
e ſorte ſunt Domini, vel quia
nus ſors, id eſt pars Clericorum*
autem, à nomine Græco laos,
pulus, dicti ſunt quaſi plebeij,
res, quibus nulla pars fun-
cleſiaſticę demandata eſt.
ur noſtra concluſio primò au-
Scripturæ veteris Teſtamenti
p. 12. *Cleri eorum non prode-*
vbi à Spiritu Sancto nedum
catam, ſed & ipſum nomen
m, ſeu miniſtros Eccleſiæ re-
os appellandos fore, prænū-
ſſe; tres inſignes docent Pa-
enes homil. 7. in Ierem. Epi-
epiſt. ad Ioannem, & Hiero-
Epiſtola ad Ioann. Hieroſol.
commment. præfati loci Ie-
videri poſſunt.
ò probatur authoritate noui
, vbi ſæpe Eccleſia compa-
riſto *regno*, dicitur etiam
in quo ſint diuerſa membra
functiones, 1. Corinth. 12.
12. quæ abſque diuerſitate
officiorum in Eccleſia vix
ſſunt. Quod & idem Chri-
ſtendit, dum quos elegit,
authoritate pares. Habuit
enim Diſcipulos ſeptuaginta duos, qui Apoſtolis inferiores erant. Neque Apoſtolorum omnium par fuit conditio, nam vt tom. 3. lib. 3. ſect. 4. ad copiā oſtendimus, Petro peculiariter tradidit claues Regni Cælorum Matth. 17. cui etiam ſpecialitèr commendauit officiū confirmandi fratres in fide priuilegio illi conceſſo non errandi in rebus ad illam ſpectantibus Lucæ 22. Quod tūc temporis ſolum noluit Chriſtus eſſe, cum Apoſtoli, & Diſcipuli eſſent ſuperſtites; ſed ita illos ad diuerſa munera elegit, vt, eodem dicente, *Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi* Matt. vlt. perſeuerāteque proinde eadem, quam primum conſtituit, Eccleſia, illa etiam ab ipſis ad ſucceſſores tranſirent per omnes Eccleſiæ ætates.

Ex eodem nouo Teſtamento, non mediocris vis duci poteſt argumentū, quo ſæpius vtitur Diuus Paulus, ex typo, & figura veteris, quandoquidem tota ratio eius figura erat noui: Igitur dum 1. Corinth. 9. ex eo quod veteris Teſtamenti Miniſtri viuebant ex altari, id quoque probat de Euangelicis: & ad Hebræos 10. innuit conſtitutionem veteris tabernaculi, figuram fuiſſe diſpoſitionis Eccleſiæ præſentis, clarè videtur oſtendi, quod ſicut ad illud tabernaculum varij ordines Miniſtrorum pertinebant, qui etiam cæteris de populo præeminebant, ita quoque voluerit Chriſtus rem ſe habere in nouo Teſtamento, nimirum, vt in eo diuerſitas eſſet Miniſtrorum diuini cultus, qui etiam in honore ſingulari haberentur.

Tertiò probatur traditione, qua veteres Patres tam Græci, quàm Latini, Sacraque Concilia, præſertim Nicenum I. ex illis, ſuis temporibus, congregata, tam clarè, tamque frequenter ordinem, atque differentiam ſtatuum, officiorum, & graduum in Eccleſia cōmendant, eius Miniſtros cæteris laicis præferunt, eoſque Clericos appellant, vt non tam quærendum ſit, vbi Clericorum, & laicorum diſtinctio, & nomē habea-

habeatur, quam vbi non habetur; quod cùm ipſimet aduerſarij non negent, ſed Lutherus, & Caluinus affirment hæc à Patribus ex errore, aut prauo affectu, vel impia traditione dicta fuiſſe; hic præcipua tantum loca, vbi talia habent, breuiter annotabo.

Clemens Romanus can. 1. 2. & 36. Apoſt. lib. 2. Conſtit. Apoſt. cap. 26. & lib. 3. cap. 20. Dionyſius Areopagita Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 5. Ignatius epiſt. ad Smyrnenſes, & ad Trallianos. Clemens Alexandrinus lib. 6. ſtromat. *Nam hic quoque in Eccleſia progreſſiones Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum ſunt imitationes, vt arbitror, gloriæ Angelicæ &c.* Origenes homil. 7. in Ieremiam. Concilium Ancyranum can. 13. Euſebius Ceſareenſis lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 35. Concilium Nicenum I. can. 1. & 4. Athanaſius ad vbique Orthodoxos, cùm per Arianos perſecutio fieret. Concilium Antiochenum Can. 9. Sardicenſe can. 6. Baſilius epiſt. 30. Amphilochius in eius vita. Gregorius Nazianzenus orat. 20. quæ eſt in laudem Baſilij Magni; nec non in Apologetico 1. Epiphanius hęreſi 75. contra Aerianos. Theophilus Alexandrinus can. 6. Theodoſius Imp. C. lib. 1. T. 3. l. 7. Ioannes Chriſoſtomus lib. 6. de Sacerdotio; & homil. 5. de verbis illis Iſaiæ, *Vidi Dominum* &c. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 149. & lib. 2. epiſt. 125. Sozomenus lib. 2. hiſt. cap. 32. & lib. 6. cap. 7. ac demum omnes alij, qui ſecuti ſunt, Patres, & authores Græci.

Ex Latinis Martialis epiſt. ad Tholoſ. cap. 8. Anacletus epiſt. 2. & 3. Euariſtus epiſt. 2. Tertullianus de præſcript. cap. 2. & cap. 41. *Nuſquam facilius proficitur, quam in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe, illic promereri eſt. Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius; hodie Diaconus, qui cras lector; hodie Presbyter, qui cras laicus*; item lib. de Baptiſmo cap. 17. Vrbanus I. epiſt. 1. cap. 4. Anterus epiſt. de mutatione Epiſcoporum. Lucius I. epiſt. ad Galliæ Epiſcopos

Cyprianus epiſt. 27. & 54. iten
vnitate Eccleſiæ Catholicæ. Si
epiſt. 2. cap. 3. Euſebius epiſt.
cilium Illibertinum cap. 32. I
epiſt. ad Orientales Epiſcopos
broſius lib. de Sacerdotali dig
cap. 2. & 5. & author apud ipſu
ment. in epiſtolas Pauli ad cap
ris ad Corinthios, ad cap. 4. a
ſios, & ad cap. 2. prioris ad
Omnis Epiſcopus Presbyter eſt;
men omnis Presbyter Epiſcopus. H
Epiſcopus eſt, qui inter Presbyte
mus eſt. Damaſus epiſt. 4. de C
ſcopis. Hieronymus epiſt. 48:
nianum Diaconum cap. 5. epiſ
Oceanum cap. 1. & epiſt. 128
biolam. Concilium Carthagin
cap. 12. II. cap. 39. & III. cap
guſtinus de hæreſibus cap. 53.
44. *Quid eſt: Pro patribus tuis n*
tibi filij? Patres miſſi ſunt Apoſ
Apoſtolis filij nati ſunt tibi, conſt
Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi,
per totum mundum, vnde nati ſ
ſa Eccleſia Patres illos appellat,
genuit, & ipſa illos conſtituit i
Patrum. Non ergo te putes deſert
non vides Petrum, quia non vi
lum, quia non vides illos, per q
es: de prole tua tibi creuit pater
Patribus nati ſunt filij Concilio
tánum I. Innocentius I. epiſt
centium cap. 3. Zoſimus epiſ
leſtinus epiſt. 1. cap. 3. Leo I.
ad Anaſtaſium Theſſalonic. ca
laſius epiſt. ad Epiſcopos per
&c. Gregorius Magnus lib. 3.
& lib. 12. epiſt. 32. Iſidorus H
ſis lib. 2. de Eccleſiaſt. officijs
& lib. 7. Originum cap. 12. C
deinceps Latini Patres, & Do

Quartò magis adhuc patebi
huius diſtinctionis, nec non
nentiæ ſtatus Clericalis ſupra
ſequentibus concluſionibus,
rentur in particulari diuerſi
Miniſtri, ſeu ſtatus clericalis
quibus eam de facto Chriſtu
nari voluit, ſubijcique omn

ſali eorum poteſtati.
intò demum, & vltimo probatur
itibus congruentijs, vel rationi-
& ſi enim non dubitamus, Chri-
liter potuiſſe inſtituere ſuæ Ec-
gubernationem; ſuppoſito tamen
ta illam ordinare voluerit, vt
n ea eſſent ſtatus, varia eorum
& gradus, non deſunt congruen-
huius rationes.
na deſumitur ex parte perfectio-
uſmet Christi. Quemadmodum
onueniens fuit, vt perfectio Dei,
cauſa vniuerſi, diuerſimodè a
& inæqualibus creaturis parti-
ur, atque ita perfectius innote-
ſic conueniebat, vt multiplex
in Chriſto vniuerſali Eccleſiæ
nita, participaretur, & oſten-
in varijs Eccleſiæ ſtatibus, &

nda fundatur in analogia, quam
abere Eccleſia militans cum
ante, vndè ſicut in iſta, eſt An-
a hierarchia, ſic in Eccleſia hac
e debuit eſſe ordo Hierarchicus
rdinatione inſtitutus, ad Dei
am commendandam, quæ in
darum rerum diſtinctione, ac
te maximè refulget.
a eſt, quia ita exigebat Eccleſiæ
ac pulchritudo, quæ in multi-
fficiorum, & varietate graduũ
cernitur. Vnde lib. 2. Reg. cap.
ur quod Regina Saba videns
ientiam Salomonis, & habitacula
& ordines miniſtrantium, non
plius ſpiritum.
a eſt eiuſdem Eccleſiæ vtilitas;
ariç actiones, & functiones,
cclesia requiruntur, expeditius
oſſunt per miniſtros varios,
s functiones ſpecialiter, aut ex
us deſtinatos.
a tandem, & vltima eſt, quia
rebatur ad cultum Dei, qui, vt
mus, nedum à nobis internè,
ibus internis, verum etiam
ritu, & ceremonijs, quibus
itetur, colendus eſt: minimè autem conuenit res ſacras exteriores, ad cultum diuinum pertinentes, indifferenter ab omnibus tractari, quod enim ſic tractatur, facilè habetur contemptui; congruum igitur erat, vt in hunc finem Miniſtri peculiares inſtituerentur, cæteris præcellentes, iuxta naturam rerum ſacrarum, quibus tractandis erant deſtinandi.

Qua ratione, apud ipſoſmet Gentiles in eorum hiſtorijs legitur, Miniſtros diuini cultus extitiſſe peculiares, qui etiã præ cęteris in honore ſingulari haberẽtur. Sic Ariſtoteles, cum lib. 6. Politicorum dixiſſet, oportere eſſe in Rebus publicis, qui Deorum curam gerat, lib 1. Metaph. cap. 1. ait, Sacerdotibus Aegyptiorum otium fuiſſe conceſſum, vt Mathematicis diſciplinis vacarent, id eſt, ſtellarum, & planetarum cognitioni, & venerationi; quos colebant vt Deos; & ibidem Diuus Thomas lect. 1. addit huiuſmodi Sacerdotes Aegyptios, ſingulari ſine dubio honoris prærogatiua ob eorum miniſteriũ, vtque in eo omnino eſſent ab alijs occupationibus liberi, ex ęrario publico ali ſolitos fuiſſe. Vnde etiam Geneſ. 47. cum Ioſeph terram Aegypti ſubijceret ditioni Pharaonis, terra ſacerdotalis dicitur manſiſſe libera.

Supereſt iam, vt nonnullis ſatiſfaciamus aduerſariorum obiectionibus, etſi enim riſu potius, quam ſolutione ſint dignæ, nihilominus, vt appareat, quam vanis in ſuo errore fundamentis innitantur, contra apertum totius antiquitatis ſenſum, breuiter illa proponam.

Primum eſt Lutheri obijcientis illud Apoſtoli ad Galatas 3. *Non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber, non eſt maſculus, neque fœmina, omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu*: quaſi eo loci ſignificaretur populum Chriſtianum ita vnum, ac ſimplicem eſſe debere, vt in eo nemo ſit Clericus, nemo laicus.

Reſpondetur populum Chriſtianum debere quidem eſſe vnum, ac ſimplicẽ, ſed non vnitate excludente in Eccleſia

ſtatuum,

ſtatuum, & officiorum,& conſequenter Clericorum, & laicorum, verùm fidei diuerſitatem. Ita vt ſecundùm Apoſtolum in hoc conſiſtat vnitas, populiq; Chriſtiani ſimplicitas, vt vnius ſint omnes fidei, idem dicant,idem ſentiant omnes, cuiuſcùmque ſint conditionis, ſiue Clerici, ſiue Laici;iuxta illud eiuſdem Apoſtoli Epheſ. 4. *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, et Pater omnium*. Cuius fidei vnitati, & ſimplicitati minimè repugnat diſtinctio Clericorum,& laicorum,diuerſitaſque officiorum, ſicut nec membrorum diſtinctio corporis vnitati, cui ſæpius ab Apoſtolo Eccleſia comparatur. Quemadmodum ergo vnum eſt corpus humanum,nec tamen totum eſt oculus, nec totum eſt auris, nec totum manus, nec totum pedes, alioqui cum eodem Apoſtolo 1. Corinth. 12. dicere poſſemus: *Si totum corpus oculus, vbi auditus? ſi totum auditus, vbi odoratus; & ſi eſſent omnia vnum membrum,vbi corpus? nunc autem multa quidem ſunt membra, vnum autem corpus*. Ita vera Chriſti Eccleſia, eſt vnum corpus myſticum vnitate fidei, habens diuerſitatem ſtatuum, & officiorum, vt alij ſint Clerici, alij Laici, alij Monachi; & rurſus Clericorum alij maiores, alij minores: Laicorum alij Principes, alij priuati: Monachorum alij anachoretæ, alij cænobitæ ſint.

Secundo obijciunt illud Diui Petri 1. epiſt. cap. 5. vbi totam Eccleſiam Clerum vocat, cum ad Epiſcopos ait: *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontanee, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo*; male igitur à nobis fit diſtinctio Clericorum, & Laicorum in Eccleſia, ſiue iniuſtè ab honore Clerici nominis deiecti ſunt laici.

Reſpondetur duplicem eſſe huius loci interpretationem, quarum neutra fauet aduerſariorum conſequentiæ ex illo; prima eſt Hieronymi ad Nepotianum, & Oecumenij in commentario huius epiſtolæ docentium, cleri
ibi poſitum, non ad Eccleſiam
ſam referri debere, ſed ad eos ta
qui propriè Clerici vulgo appel
Etſi enim ad Epiſcopi gregem,
Clerici, tum laici pertineant,
quia tanto maius periculum era
Epiſcopi Clericis dominari velle
laicis, quanto Clerici magis
Epiſcopis,vt proprij eorum adm
ex ipſa ſua conditione debent e
laici: ideo B. Petrus Epiſcopos
vt vniuerſum quidem paſcant g
ſed in paſcendis laicis caueant
lucrum,in Clericis autem regen
tiſſimum vitent dominandi cup
Quæ interpretatio aduerſarijs
contraria, eò magis germana,
tri menti conſentanea videtur
dubio alluſit ad leuitas Iudæor
quibus nomen Cleri deriuatur
Chriſtianos,qui Numer. 18. &
dicuntur eſſe de ſorte Domini
minus dicitur eſſe eorum ſors
reditas. At Leuitis non reſpo
Eccleſia noui Teſtamenti omn
ſtiani, ſed ſoli Sacerdotes, co
miniſtri. Petrus igitur loco ci
mine Cleri,non omnes Chriſti
vniuerſam comprehendit Eccle
ſolos eius miniſtros.

Quod ſi hæc interpretatio a
ſarijs reijciatur, etiam admiſſ
quod Petrus ſub Cleri nomine
ſam Eccleſiam ſignificare v
diſtinguenda eſt eorum conſec
concedendumque Laicos min
ci debere ab honore nominis
ſumatur iſtud nomen largo m
cus autem ſi ſumatur propri
ctè, ſecundum quod nimiru
cleſia impoſitum eſt, ad ſig
eos tantùm, qui diuino cult
crati,Religionis,ac rerum ſac
ram habent. Eadem igitur
Cleri,ſub diuerſa ratione, tun
Eccleſiæ, omnibuſque Chriſ
ſolis eius miniſtris ritè conu
teſt. Nam vt Eccleſia vniu
& hæreditas Chriſti eſt, quo

it ſanguine ſuo; & ſimul tamen
n certa Eccleſiæ portio, altaris
erio conſecrata, magis propriè
hæreditas eiuſdem Chriſti Do-
cari poteſt. Non ſecus atque
ynagoga Iudæorum vniuerſa
n libris veteris teſtamenti hæ-
Domini appellatur, quod eam
am Deus ex Aegypti ſeruitute
et, & quodammodo redemiſſet,
ſimilibus titulis; & tamen ſola
euitica, quæ rebus ſacris præ-
Deo fuerat, ſpeciali quadam ra-
rs eius, & hæreditas in ijſdem
ſque vlla prorſus contradictio-
natur.
ida concluſio. In Hierarchia
ſtica ſupremum habet locum
mque authoritatem Summus
Romanus, Chriſti Vicarius,
ſucceſſor. Iſta concluſio eſt
ontra Lutheranos, & Caluini-
nneſque huius temporis ſecta-
us veritatem, cæteraque ad il-
inentia, & conſequentia, quia
isè oſtendimus tom. 3. lib. 3.
i conſuli poſſunt dicta. Quo-
a, ſeu Pontifex Romanus vo-
linarius, cum omnibus alijs
ns: Epiſcopus vniuerſalis Ec-
um orbem pro diœceſi pro-
ns: ac propterea vbique ter-
cem ante ſe defert, cum Pa-
& Metropolitani, ac Apoſto-
s Legati in ſuis tantum Pro-
te ſe ferant; nec non ſemper,
vtitur Pallio, quo Patriarchæ,
piſcopi in ſolis miſſarum ſo-
& in ſuis duntaxat Eccleſijs
& ſic de cæteris. In cuius
premæ poteſtatis argumen-
ritur multis nominibus deco-
oſtendentibus, quæ numero
Papa, *Pater Patrum*, *Chri-*
Pontifex, *Summus Sacerdos*,
acerdotum, *Vicarius Chriſti*,
ris Eccleſiæ, *Paſtor ouilis Do-*
er, *&* *Dominus omnium fi-*
ector domus Dei, *cuſtos vineæ*
us Eccleſiæ, *Præſul Apoſtolicæ*

Sedis, *Epiſcopus vniuerſalis*, *&* *Petri Succeſſor*. Eius autem veluti collaterales, ſeu conſiliarij in regimine vniuerſalis Eccleſiæ, ſunt Domini Cardinales, quorum alij ſunt Epiſcopi numero 6. alij Presbyteri numero 51. & alij Diaconi numero 13. Quare ordine, ſiue conſecratione ab illis non differunt, ſed peculiari quodam titulo dignitatis, ac munere, in eo propriè ſito, vt Summo Pontifici in Eccleſia regenda, tanquam præcipui Conſiliarij aſſiſtant: atque in primis, vt ipſum etiam eligant. Quod Caluinus ait lib. 4. Inſtit. cap. 6 ſect. 30. ante Gregorij tempora nomen Cardinalium in veterum ſcriptis non haberi, falſum eſt. Nam in Concilio Romano ſub Sylueſtro, qui præceſſit Gregorium trecentis circiter annis, can. 6. expreſsè habetur iam tunc Romæ fuiſſe ſeptem Diaconos Cardinales.

Tertia concluſio. Secundum poſt Romanum Pontificem locum in Eccleſia obtinent Epiſcopi, quorum alij ſunt Archiepiſcopi, Primates, Metropolitani, & alij Patriarchæ, omnes ſupremæ Romani Pontificis authoritati, vel poteſtati ſubiecti. Iſta quoque concluſio eſt de fide, contra eoſdem hęreticos, eorumque ſequaces. Probatur quo ad primam partem ex ſcriptura, quæ Epiſcopatus ordinem, ſeu gradum nominatim aliquoties commemorat tanquã rem diuinitus inſtitutam; 1. Timoth. 3. & Titi I. vbi etiam, quibus virtutibus Epiſcopus pręditus eſſe debeat, grauiſſimis deſcribitur verbis: Quam deſcriptionem ad Presbyteros quoque ſpectare docet D. Chryſoſtomus homil. 11. in 1. ad Timotheum; eoſque ibi Apoſtolum ſubticuiſſe, & generali vocabulo Epiſcopi complexum fuiſſe; quia parum differat Presbyter ab Epiſcopo, & omnis Epiſcopus ſit Presbyter, licet non vice verſa, vt dicetur concluſione ſequenti.

Id ipſum habetur ex traditione, Patrum pro prima concluſione citatorum authoritate, & teſtimonio tam clarè comprobata, vt illam negare, ſit in-

meridiana luce cæcutire, alterique tribui non poſſit, quàm ſummæ aduerſariorum pertinaciç.

Secunda pars patet ex dictis ſectione 4. citata de Summo Pontifice, nec non 5. de Concilijs. Ita enim Epiſcopi quantum ad ordinem, ſeu ratione conſecrationis ſunt Papæ æquales], eiuſque propterea dicuntur fratres, & nonnullis, quibus[ipſe, titulis decorantur, interdum enim etiam vocantur Papæ, ſummi Sacerdotes, & Sanctiſſimi, vt tamen ſint inæquales in iuriſdictionis paritate, cũ vocati ſint tantum in partem ſollicitũdinis, & adminiſtrationis, ſolus autem Papa habeat vniuerſalem adminiſtrationem in toto orbe. Vnde tam certum eſt, Epiſcopos ei ſubeſſe, eorumque caput, & patrem Papam eſſe, quam certum eſt in eo, vt in Chriſti Vicario, & Petri ſucceſſore reperiri omnem plenitudinem poteſtatis ſpiritualis in vniuerſam Eccleſiam Chriſtianam. Hinc ſacri canones referti ſunt reſponſis, deciſionibus, & ſententijs Romanorum Pontificum in cauſis ad ipſos per appellationem, ab Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, & Patriarchis vndique delatis; & in hiſtoria Eccleſiaſtica memorantur eiſdem legum indictiones, reſtitutiones Epiſcoporum in ſuas ſedes, eorumdem & aliorum Prælatorum depoſitiones ſæpius factæ per Romanos Pontifices. Nouiſſimeque Conciliũ Tridentinum ſeſſ. 24. aſſerta Romani Pontificis ſollicitudine vniuerſæ Eccleſiæ demum cap. 5. præcipit Epiſcopis illi obedientiam præſtare his verbis: *Necnon veram obedientiam Summo Romano Pontifici, ſpondeant, ac profiteantur.*

Ita autem omnes Epiſcopi ſunt de iure diuino inter ſe coæquales, vt diuerſi illi gradus ratione quorum alij ſunt Archiepiſcopi, Metropolitani, Primates, & Patriarchæ, ſint ſolùm de iure Eccleſiaſtico, differantque proindè, non ordine, & conſecratione, ſed tantùm officij, atque authoritatis ratione ſecũdum quamdam iuriſdictionem; vt habetur ex epiſt. 2. & 3. Anacleti, & ex 4. Damaſi. Habet enim Eccleſia [...] tatem pro ratione temporum, [...] ſtantiarum, diuidendi, & variè [...] candi iuriſdictionem Eccleſiaſ[...] non interdum auferendi, pro [...] dit bono communi, & diſcip[...] cleſiaſticæ perfectioni. Quare [...] piſcopos, quorum fit aliquoti[...] ribus mentio, quique non fue[...] Presbyteri coadiutores, & qu[...] rij Epiſcoporum in quibuſda[...] idem Summus Pontifex Dama[...] 3. de ipſis, illos abrogauit, vt [...] rum non eſſent, ſed ipſi Epiſc[...] nera ſua propria per ſe niterẽt[...]

Archiepiſcopi Metropolita[...] Primates, ita vt in ſubſtantia [...] Metropolitanus & Primas; ſu[...] pluribus Epiſcopis præſunt, i[...] ſequenter tot olim in Eccleſia [...] & adhuc ſint Metropolitani, a[...] tes, quot ſunt in ea Archiepiſ[...] bus parent plures Epiſcopi; [...] nes refert Aubertus Miræus li[...] ſcopatibus orbis; & Philippu[...] Societ. Ieſu Eccleſiaſticæ Ge[...] part. 3.

Patriarchæ, alijs Primates [...] propriè, qui ſub vna iuriſdict[...] territorio habent ſubditos [...] ſcopos Metropolitanos, & E[...] illis parentes. Dixi propriè; [...] cleſia Patriarchalis impropri[...] priè reperitur ſumpta apud [...] antiquos: impropriè ſumitur [...] lib. 5. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 8. [...] ro lib. 6. epiſt. 15. & Grego[...] ronenſem lib 5. hiſt. cap. qui [...] Primatialem, & Metropolit[...] cant Patriarchalem, & Prim[...] Metropolitanum Patriarcha[...] Eccleſijs Aquileienſi, & Lug[...] eorum Epiſcopis narrat Ba[...] annum Chriſti 570. Propriè [...] Eccleſia dicitur Patriarchalis [...] vna iuriſdictione, & territo[...] ſubditas Eccleſias Primatiale[...] politanas, Archiepiſcopales, [...] pales: vndè etiam propriè [...] bic eſt Patriarcha, qui huiuſ[...] cl[...]

rum prælatos ſubditos habet.
ocirca Eccleſia antiqua nõ agno-
ſ tres Patriarchales Eccleſias tem-
Apoſtolorum inſtitutas, treſque
rchas illis præfectos, ordine inſti-
is, Antiochenum, Romanum, &
ndrinum, ordine dignitatis; Ro-
n, Alexandrinum, & Antioche-
poſtea duas alias ſupernumera-
uoſque Patriarchas ſupernume-
Hieroſolymitanum, & Conſtan-
litanum; licet tunc temporis plu-
ent Eccleſiæ Metropolitanæ, &
piſcopales, ſicut teſtatur Iuſti-
Imperator Nouel. 123. & Gre-
Magnus lib. 2. epiſt. 37. qui qui-
illum numerum expreſsè, &
è aſſignant. De quorum omniũ
primaue inſtitutione, cum hu-
non ſit agere; ſufficit hæc bre-
notaſſe pro inſtituti noſtri ra-
quodque licet Patriarcha ſuam
gere Diœceſim, deinde Pro-
ſibi ſubditas; ad illius tamen
tem nequaquam ſpectat cogno-
cauſis maioribus, & de ijs quæ
m vniuerſalem reſpiciunt, vt
ſæ fidei, conſuetudines vniuer-
cleſiæ, ac cauſę finalis depoſi-
piſcopi, quorum iudicium, ad
m Pontificem ſpectat, ſicut &
cauſæ perſonalis Patriarchæ.
a concluſio. Dantur in Eccle-
ſti poſt Epiſcopos Presbyteri,
ino ab Epiſcopis diſtincti, illiſ-
riores. Iſta concluſio eſt de fide
utherum, & Caluinum, Ac-
terem hæreſiarcham ſecutos,
piphanio hæreſi 75. & Augu-
eſi 53. contendebat Presbyte-
diuino authoritate pares eſſe
s; in hoc tamen Aerio peiores,
n ille crederet vtroſque perti-
Sacramentum ordinis, id ipſi

j igitur admittentes nomen
quod toties in Sacra Scriptu-
m negare non poſſunt, aſſe-
copos, non eſſe ſuperiores
is, quorum etiam fit mentio
in eadem Scriptura, iure diuino, ſed tã-
tum ex Eccleſiæ decreto, & more, qui
poſt Apoſtolorum tempora inualuerit.
Quibus, inquit Caluinus lib. 4. inſtitut.
cap. 4. §. 2. *docendi munus iniunctum*
erat, eos omnes nominabant Presbyteros:
illi ex ſuo numero in ſingulis ciuitatibus
vnum eligebant, cui ſpecialiter dabant
titulum Epiſcopi. ne ex æqualitate, vt fie-
ri ſolet, diſſidia naſcerentur: neque tamẽ
ſic honore, & dignitate ſuperior erat Epi-
ſcopus, vt dominium in collegas haberet:
ſed quas habet partes Conſul in Senatu,
vt referat de negotijs conſulendo, monen-
do, hortando, alijs præſit authoritate ſua,
totam actionem regat, & quod decretum
communi conſilio fuerit exequatur: id mu-
neris ſuſtinebat Epiſcopus in Presbytero-
rum cætu: atque id ipſum pro temporum
neceſſitate fuiſſe humano conſenſu indu-
ctum fatentur ipſi veteres. Hactenus
Caluinus, à quo non diſcordant cæteri
Sectarij.

Verum Eccleſiæ Catholicæ ſenten-
tia ſemper fuit, & eſt, nedum Epiſco-
patum eſſe verum ſimul cum Presby-
teratu ordinis Sacramentum, vt dicetur
infra, ſed etiam Epiſcopos propriè di-
ctos authoritate, ac miniſterio in Ec-
cleſia ſuperiores eſſe Presbyteris pro-
priè dictis, iure diuino. Ita vt Presby-
teratus, ſiue Sacerdotium diuidatur in
minus, & magnum, ſiue Epiſcopatum:
qui confert gratiam, imprimit chara-
cterem, dat poteſtatem ordinis, ad con-
firmandum, ordinandum, chriſma, olea-
que cathecumenorum, & infirmorum,
benedicendum templa, & altaria conſe-
crandum. Inſuper dat poteſtatem iu-
riſdictionis approbandi confeſſarios,
mittendi prædicatores, excommuni-
candi, & dandi indulgentias.

Primò probatur authoritate Scriptu-
ræ Matth. 10. Marci 3. & Lucæ 6. ac
10. apud quos habetur à Chriſto fuiſſe
electos duodecim, quos propriè *Apo-*
ſtolos nominauit; poſtea verò ab eodem
fuiſſe deſignatos alios ſeptuaginta
duos; at duodecim illi Apoſtoli primũ
electi reliquis ſeptuaginta duobus di-

ſcipulis ſuperiores miniſterij authoritate fuerunt, vt ſatis conſtat, tum ex illorum diuerſa ordinatione, tùm quia ſolis Apoſtolis legitur Chriſtus dixiſſe, Ioann. 20. *Sicut miſit me Pater, & ego vos*; tum denique ex eo quod Mathias Act. 1. ſingulari quadam ceremonia in locum Iudæ præuaricatoris cæteris Apoſtolis annumeratus eſt, qui tamen iam antea erat vnus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis. Igitur cum Epiſcopi propriè dicti, ſint Apoſtolorum ſucceſſores, Presbyteri autem propriè dicti, Diſcipulorum, vt communiter docent Patres, Clemens epiſt. 1. ad Iacobum, Anacletus epiſt. 3. Damaſus epiſt. 3. Hieronymus epiſt. ad Marcellam de erroribus Montani. Auguſtinus in Pſal. 44. Leo epiſt. 88. Iſidorus lib. 2. de offic. Eccleſ. qua ratione Apoſtoli ſuperiores fuere diſcipulis, fatẽdum quoque eſt, tales eſſe Epiſcopos, reſpectu Presbyterorum, & quod, licet interdum in aliquot locis Diui Pauli, vt mox dicemus, vocabulum Epiſcopi, & Presbyteri, ad vtroſque miniſtros, nempe Epiſcopos, & Presbyteros accommodetur, inter eos tamẽ fuiſſe re vera diſcrimen quod attinet ad ordinem, & ad authoritatem muneris, iure diuino, vt pote ſucceſſores eorum, quos Chriſtus Dominus cum tali diſcrimine primum inſtituit.

Item Apoſtolus ſcribens Timotheo, qui ſine dubio Presbyter, & Epiſcopus fuit, monet eum 1. epiſt. 5. *Vt aduerſus Presbyterum non accipiat accuſationem ſine duobus, aut tribus teſtibus*; & Titum cap. 1. epiſt. ad ipſum; *vt ea quæ deſunt, corrigeret, & conſtitueret per Ciuitates Presbyteros*. Quibus ſanè verbis Apoſtolus clarè ſignificauit, ita in aliquot locis nomen Epiſcopi, & Presbyteri ad vtroſque miniſtros extendiſſe, nempe Epiſcopos, & Presbyteros, vt tamen crediderit, habuiſſe officia, & gradus omnino diuerſos: ſicut pluribus rebus, alias valdè diſtinctis, ſolent quandoque ſub aliquo reſpectu communia etiam tribui, nomina. Diuum autem Paulum

ita ſenſiſſe, & præfatis verbis e
ſe, patet, quia Presbyteros per
tes authoritatiuè conſtituere, &
rumdem cauſis cognoſcere, pr
bio arguit ſuperioritatem in co
te, & cognoſcente; ſed ipſe m
motheum vt cognoſceret de ca
sbyterorum, præſcribitque illi
eiuſce cognitionis; Titum au
conſtitueret per Ciuitates Pres
cenſuit ergo, cum ambo eſſent
ſcopi, quod Epiſcopi ex officio
adeo non ex humana ſolum, ſed
na inſtitutione ſuperiores eſſ
sbyteris propriè dictis.

Secundò id ipſum, quod ex
ra, etiam habemus ex traditio
nibus veteribus Patribus prima
ſione citatis, vnanimiter conteſ
iam inde ab ipſo tempore Ap
Epiſcopos, & ordinatione, & a
te diuinitus accepta, Presbyte
ſuperiores; ſic enim de illis ſcri
tius Apoſtolorum diſcipulus i
Philadelp. *Boni ſunt Sacerdotes*
miniſtri, melior autem eſt Ponti
credita ſunt Sancta Sanctorum,
li ſunt commiſſa ſecreta Dei; qu
habet in epiſt. ad Magneſianos
ad Antiochenſes. Ad eiuſdem
probationem faciunt Patres pr
cluſione adducti, qui expreſs
Epiſcopos ſucceſſiſſe Apoſtol
sbyteros autem Diſcipulis, in
dubio, & cæteros miniſtros Sa
vt Apoſtoli peculiarem habu
ſtatem ordinandi, & regendi, i
Epiſcopi illorum ſucceſſores.
qui affirmant ſolum Epiſcopu
Presbyteros ordinare, non a
poſſe facere Presbyterum, vt
nius hæreſi 75. vbi inde colli
ſcopos ſolos poſſe *generare e*
tres Eccleſiæ, ordinando videli
omnes Eccleſiaſticos miniſtr
sbyteros autem ſolum poſſe
filios Eccleſiæ, baptizando nimi
ex officio. Damaſus Papa epiſ
ſoſtomus, Theodoretus, Oecu
& Theophilactus in cap. 3. &

imotheum. Hieronymus in epiſto- Euagrium, cuius verba ſunt; *Quid Epiſcopus excepta ordinatione, quod yter non faciat?* quæ ſunt valde nda, cum Sectarij ſuum errorem diſtinctione Epiſcopi, & Presby- n huius Patris authoritate funda- nentur, vt ſtatim videbimus.

hac poteſtate ordinandi Presby- Epiſcoporum propria, Gregorius epiſtola ad Bonifacium, cenſet n eſſe ordinandos, qui non fue- b Epiſcopis ordinati; quemadmo- tiam Damaſus citata epiſtol. 3. eſt manifeſtum argumentum ire diuino aliquos veros Epiſco- d quos ſolos eodem iure pertinet tio, atque adeo illos iure diuino ores eſſe Presbyteris propriè di- u ſimplicibus ſacerdotibus. Se- im, quamuis peccarent Presby- dinando, tamen ordinatio ab il- a eſſet valida.

iò probatur veritas Catholica conclusionis ex eo, quod ſtatim us Presbyter, circa annum poſt m natum 350. quod in ambitu patus repulſam tuliſſet, ab Or- is ad Arianos tranſiens, docere Presbyterum ab Epiſcopo iure non diſcerni, pro hæretico in habitus eſt, vt teſtantur Epi- , Auguſtinus, & Damaſcenus anis. Falſumque eſt, quod fingit ius, eum ſcilicet fuiſſe tantum b Eccleſia damnatum, quia neret Eccleſiarum conſuetudi- uæ Epiſcopos Presbyteris an- it; præterquam enim præcisè ſufficiebat, vt diceretur hære- i etiam inter illos diſtinctio de ino tunc credita fuiſſet, clarè ſum illam in eo ſenſu negaſſe, s contendebat, nullum prorſus io ad ordinandi poteſtatem eſ- piſcopos, & Presbyteros di- poſſeque proindè ab iſtis mi- rdinari; contra quem ideo, vt auimus, Epiphanius obiecit à iſcopis generari Eccleſiæ Pa- tres, id eſt Eccleſiæ miniſtros; à Presbyteris autem nonniſi Eccleſiæ filios per Baptiſmum. Quod proculdubio diſcrimen eſt ex inſtitutione diuina; & quod quia negauit Aerius, habitus eſt pro hæretico, non autem quia ſolum Eccleſiæ praxim cōtempſit; vt ait Kemnitius, & alij ſectarij, ne idem cum Aerio ſentire videantur, dum ipſi quoque negant, iure diuino Epiſcopos eſſe ſuperiores Presbyteris.

Cum facilè ex dictis ſatisfieri poſſit aduerſariorum obiectionibus, vnam, aut alteram duntaxat proponam. Prima fundatur in hoc, quod nonnulli Patres, vt Clemens lib. 3. Conſtit. Apoſt. cap. 32. & Ignatius in epiſtola ad Smyrnenſes, vocant etiam Presbyteros ſucceſſores Apoſtolorum: ergo Præsbyteri idem ſunt cum Epiſcopis, quos ſupra diximus eſſe Apoſtolorum ſucceſſores.

Reſpondetur ad hoc argumentum concedendo antecedens, & negando conſequentiam ſi quidem aliter Presbyteri, & aliter Epiſcopi vocantur à Patribus ſucceſſores Apoſtolorum. Pro quo aduertendum eſt, tria in Apoſtolis, quod ad propoſitum pertinet, ſpectari poſſe. Primò, quod fuerunt Chriſti *Miniſtri*. Secundò, quod habuerunt poteſtatem *conſecrandi Euchariſtiam*, & *remittendi peccata*. Tertiò, quod inſuper habuerunt poteſtatem *ordinandi* Miniſtros Eccleſiæ, eamque regendi. Igitur ſecundùm primam conſiderationem Clemens lib. 2. Conſtitut. Apoſt. cap. 30. & Ignatius epiſt. ad Trallianos, dicunt etiam *Diaconos* ſuccedere Apoſtolis: quatenùs miniſtrant Sacerdoti, qui tenet quodammodo locum Chriſti. Iuxta ſecundam verò conſiderationem, tam citati in obiectione Patres, quam alij rectè dicunt, Presbyteros ſuccedere Apoſtolis. Iuxta tertiam autem, plùrimi alij ſuperius citati affirmant ſolos Epiſcopos, non verò Presbyteros ſuccedere Apoſtolis. Vndè, ſicut non ſequitur, quod nullum ſit diſcrimen inter Epiſcopum, & Diaconū, ex eo quod nonnulli Patres ſecundum aliquam

aliquam cōſiderationem afferant, Diaconos etiam ſuccedere Apoſtolis; ita malè infertur ab aduerſarijs, nihil inter ſe differre iure diuino Epiſcopos, & Presbyteros, quia ſecundum aliquam item conſiderationem Patres interdum dicunt, Presbyteros quoque ſuccedere Apoſtolis.

Altera obiectio deſumitur ex authoritate quorumdam Patrum, qui nullam aliam inter Presbyteros, & Epiſcopos differentiam videntur admittere, quàm ex Eccleſiæ conſuetudine, Ita potiſſimum Hieronymus in cap. 1. epiſt. ad Titum; cuius hæc ſunt verba: *Idem eſt Presbyter, qui Epiſcopus: & antequam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego ſum Pauli, ego Apollo, communi Presbyterorũ Conſilio Eccleſia gubernabantur: poſtquam verò vnuſquiſque eos, quos baptizabat ſuos eſſe putabat, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, vt vnus de Presbyteris electus ſuperponeretur ceteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & Schiſmatũ ſemina tollerentur.* Item Diuus Auguſtinus epiſt. 19. ad Hieronymum: *Quamuis*, inquit, *ſecundum honoris vocabula, quæ iam Eccleſiæ vſus obtinuit, Epiſcopatus Presbyterio maior ſit: in multis tamen rebus Auguſtinus Hieronymo Presbytero minor eſt.*

Reſpondent aliqui huic obiectioni, fatendo, Diuum Hieronymum hac in re nondùm ſatis tunc explicata erraſſe, Aerijque ſententiæ adhæſiſſe. Verùm hæc ſolutio videtur omninò falſa; & ſi enim aliqualem habeat difficultatem, quæ ſit mens Diui Hieronymi, quidue ſenſerit in præfatis verbis, nihilominus manifeſtum eſt, eum agnouiſſe, Epiſcopum poteſtate ordinis eſſe ſuperiorem Presbytero, iure diuino; vt patet ex ſupra citatis eius verbis ad Euagrium; atque adeo non idem cum Aerio ſenſiſſe, contendente poſſe etiam, vt diximus, à Presbyteris miniſtros ordinari: ſed potius contra illum agnouiſſe præcipuam, & quaſi eſſentialem differentiam Epiſcopi à Presbytero. Cum enim

duplex

duplex poteſtas Epiſcopi ſoleat
vna ordinis, altera iuriſdictionis
ordinis eſt Epiſcopo eſſentialis
verò iuriſdictionis nonniſi accide
Omnis enim Epiſcopus hoc ipſo
Epiſcopus conſecratur; poteſtat
cipit ordinis immediatè à Deo.
autem Epiſcopi ſunt, vel eſſe po
qui non habent actualem poteſt
iuriſdictionis, niſi illis demum p
mum Eccleſiæ Paſtorem certæ
oues ſubijciantur, reſpectu qu
accipiant eo ipſo poteſtatem
ctionis. Nec ſolùm Hieronymum
uiſſe, Epiſcopum poteſtate ordi
ſuperiorem Presbytero, iure d
ſed & poteſtate quoque iuriſdic
in ipſo Eccleſiæ primordio, &
quenter prius etiam, quam illu
inceperat, *Ego ſum Pauli, ego*
patet *Primò*, quia ipſemet lib. de
Eccleſiaſt. in Iacobo, refert, Iac
qui iuſtus dicebatur, Eccleſiæ
ſolymitanæ Epiſcopum fuiſſe or
Secundò, quia epiſt. ad Euagriu
parat Epiſcopos cum Aarone, I
teros cum filijs Aaronis; qui
Aaron fuit poteſtate etiam iuri
nis iure diuino ſuperior; ita q
modo in lege Euangelica Epiſco
sbyteris ſunt ſuperiores. *Tertiò*
quia in epiſt. ad Marcellam de
bus Montani ait, Epiſcopos
ſuccedere Apoſtolis; quos hau
rabat fuiſſe cæteris Miniſtris ſu
authoritate quoque iuriſdictio
quidem iure diuino immediatè,
dem ab ipſo Chriſto illam acce

Igitur ad authoritatem deſum
ex loco in obiectione adducto,
detur ibi mentem Diui Hieron
ſe, quod in aliquibus quidem E
olim ipſimet ſimplices Presby
buerunt in communi poteſtatem
Epiſcopalem regendi, vbi deer
ſcopi, ac proindè ea ratione e
fuiſſe Presbyteros, & Epiſcopo
rum, quo ad regendi præemin
ſiue poteſtatem. Poſtea verò
ſchiſmata, decretum fuiſſe, vt,

; maximè Ciuitatibus, vnus de
icibus Presbyteris eligeretur, qui
oritatem illam regendi, hoc eſt
atem iuriſdictionis Epiſcopalis
ret, ac ſimul etiam ordinaretur
opus, eſſetque conſequenter or-
quoque poteſtate cęteris ſuperior.
nim Hieronymum ſubintellexiſ-
nſtat ex eo, quod, vt vidimus,
am ille in dubium reuocauit,
emper Epiſcopus fuerit, & debue-
Presbyteris ſuperior.
n autem ait, conſuetudine ma-
cleſiæ, quam veritate Dominicæ
tionis factum eſſe, vt quo ad hãc
ctionis poteſtatẽ Epiſcopus Pre-
maior ſit: non propterea negat,
ius affirmat, iure etiam diuino
eſſe. Etenim, cum iure diuino
pos eſſe ſuperiores Presbyteris
iuriſdictionis poteſtate, dupli-
telligi poſſit, primò ſecundum
am quandam, ſecundò autem
m actum, quaſi talem poteſta-
beant actu, & immediatè a
hoc ipſo, quod ordinati ſunt
i; ita ſentiebant Orthodoxi, iu-
nem Epiſcoporum eſſe iuris di-
no modo, quod Aerius nega-
uidem reprehendebat Eccleſiæ
udinem, tanquam diuinę inſti-
diſſentaneam, quod etiam iu-
nem Epiſcopis tribueret, vt ta-
undum actum, ſiue quo ad vsũ
cleſia, ſeu ab eius Summo Pa-
am immediatè tribuente, quan-
uomodo id expedit; ſoli enim
i ſic eam à Chriſto habuere.
ia in omni genere amplius ali-
actus, quam potentia, & iuriſ-
piſcopalis quo ad actum pẽdet
ſia, poteſtque ab eadem extra-
è conferri ſimplicibus Presby-
ut etiam aliquando facit, non
, quod ex inſtitutione, ſeu di-
e diuina, ſit quo ad potentiam
ta Epiſcoporum duntaxat pro-
o Hieronymus ait, magis Ec-
creto, & conſuetudine, quam
ius diſpoſitionis diuinæ iuriſ-

dictionem illam Epiſcopis vbique cõpetere; vt ita ſignificaret Epiſcopis, nõ magnopere propter præeminentiam iuriſdictionis eſſe illis ſuperbiendum, ſimulque intelligeretur, quanta eſſet dignitas Presbyterorum. Vbi tamen ſubiungit, Epiſcopos *in communi debere Eccleſiam regere*, non intendit debere illos ex communi authoritate Presbyterorum regere, tunc enim contradiceret Eccleſię decreto contrario, quod ipſe laudat, ſed debere vti illorum conſilio, prout res ipſæ petierint; alioquin temerè gubernarent.

Eodem modo ſunt intelligendi Sedulius, & Anſelmus in cap. 1. epiſt. ad Titum, vbi eadem Hieronymi verba repetiuerunt. Auguſtinus autem loco citato tantùm vult, in Eccleſia quidem Chriſtiana illa nomina ſignificare cæpiſse diuerſos honores, diuerſoſque gradus, cum ante illam non ad eiuſmodi honorum, & graduum differentias, ſignificandas ſolerent vſurpari.

Cum demum Chryſoſtomus homil. 15. in 1. ad Timoth. ait: *Inter Presbyterum, ac Epiſcopum intereſt fere nihil; quippe & Presbyteris Eccleſia cura permiſſa eſt, & quæ de Epiſcopis Apoſtolus dixit, ea etiam Presbyteris congruunt: ſola quippe ordinatione ſuperiores illi ſunt.* Quod idem, & iiſdem fere verbis aſserunt Primaſius, Theophilactus, & Oecumenius in cap. 3. prioris ad Timotheum. Cum inquam, ibi dicunt, ſola ordinatione Epiſcopos eſse Presbyteris ſuperiores, loquuntur de ea re propriè, in qua neceſsariò, & eſsentialiter Epiſcopi hoc ipſo, quod ſunt Epiſcopi, pręcellunt Presbyteris, & quæ non poteſt vllo modo illis communicari. Id enim ſola ordinatio Epiſcopalis eſt, & officia, quæ propriè per illam ab Epiſcopis exercentur. Cum poteſtas iuriſdictionis poſſit vel in totum, vel in partem demandari Presbyteris, vt illic ait Chryſoſtomus; & etiam poſset aliquis ordinari Epiſcopus antequam actu illam acciperet.

Quemadmodum autem, vt notaui-

mus

mus ſupra, inter ipſos Epiſcopos ſunt quidam gradus, qui tamen non ordine, & conſecratione, ſed officij, atque authoritatis ratione differunt ſecundum quandam iuriſdictionem; ſic etiam & inter Presbyteros eſt aliqua differentia, non ordinis, ſed officij, & dignitatis; vt quod aliqui habeant curam animarum, aliqui verò non habeant; alij ſint Archipresbyteri, Præpoſiti, Decani &c. alij verò non. Quod ſufficit inſinuaſse, fuſior enim horum tractatio non eſt huius loci.

Quinta concluſio. Datur quoque in Eccleſia Diaconorum ordo, diuerſus à duobus præcedentibus ex inſtitutione diuina. Iſta concluſio eſt contra Lutheranos, & Caluiniſtas, qui licet admittant hos tres Miniſtrorum gradus: nẽpe Epiſcoporum, quos appellant Paſtores Superintendentes, vt habeant curam Eccleſiaſticæ diſciplinæ; & Presbyterorum, quos vocant miniſtros verbi, ſiue etiam ſeniores, qui doceant, & adminiſtrent Sacramenta: & Diaconorum, qui prædictis nauent operam in diſpenſatione Sacramentorum, & alijs officijs, negant tamen Diaconos, ſicut & alios eſse inter ſe diuerſos, aut inæquales ex inſtitutione diuina. At noſtra concluſio eſt de fide in hoc ſenſu; clarèque habetur primò in Scriptura Act. 6. vbi refertur, quemadmodum Apoſtoli elegerint *ſeptem Diaconos*, nẽpe orantes, & imponentes eis manus. Quæ ceremonia orandi, & imponendi manus ſatis oſtendit, non fuiſse eos tãtummodo conſtitutos miniſtros temporalis menſæ, aut ad diſtribuendas communes Eccleſiæ eleemoſynas, quãquam, & ad hoc etiam deſtinari potuerint ab Eccleſia, vt ex citato capitulo 6. Actorum, & ſermone S. Leonis de S. Laurentio apparet, ſed etiam ad aliquod miniſterium ſpirituale. Tũ quod Apoſtoli voluerunt plenos eſse Spiritu Sancto, & Sapientia eos ſeptem, qui ad id miniſterium Diaconorum eligendi eſſent: *Conſiderate*, inquiunt ibi, *fratres, ex vobis boni teſtimonij ſeptem plenos Spi-*

ritu Sancto, & Sapientia, quos co
mus ſuper hoc opus. Tum deniq
ſequenti cap. 7. Stephanus vnu
ſeptem Diaconis, de rebus di
ſputaſse, & habuiſse concionem
pulum dicatur.

Item eorum miniſterium fui
crum, & ſpirituale ex inſtituti
uina, ſignificauit Apoſtolus 1.T
cap. 5. docens ibi, quales il
oportuerit: *Diaconos ſimiliter p*
non bilingues, non multo vino
non turpe lucrum ſectantes, haben
ſterium fidei in conſcientia bona.
ſtea de ijſdem ſubiungit: *Et hi*
tur primum, & ſic miniſtrent nu
men habentes &c. *Qui enim ben*
ſtrauerint, gradum bonum ſibi ac
& multam fiduciam in fide, qu
Chriſto Ieſu; Indicatur huiuſm
bis Diaconorum ordinem, vel
rium inferius eſse ordine, vel
rio Epiſcoporum, & Presbyte
quorum mores prius in eodem
deſcripſerat: Ait enim eos, ſi b
niſtrent, *gradum bonum acquiſit*
eſt, peruenturos cum dignitate
nem altioris miniſterij; Quate
indè ab Apoſtolorum tempore
bantur Eccleſię miniſtri in offi
gradibus minoribus.

Secundò probatur tradition
veterum Patrum, diſertam me
huius ordinis, ſeu gradus Diac
mentionem facientium, tanqu
videlicet, qui debuerint Epiſc
Sacerdotibus miniſtrare in Ec
cis muneribus. Vtrum autem
habeat veram rationem Sacr
nec non Epiſcopatus, declara
fra agendo de Sacramento ord
ſtrahendo enim ab hoc, quod D
tus ſit verè, & propriè dictu
mentum; certum eſt tamen e
de ordinibus propriè dictis eo
niſtrorum, quos docent Patre
culiare aliquod miniſterium
ſticum, ex inſtitutione diuin
deputatos, vt iam dictum eſt.

Sexta concluſio. Ab Apo
t

ribus fuere adhuc in Eccleſia alij
ue ordines, vel gradus miniſtro-
cleſiaſticorum, videlicet, *Sub-
rum, Acolythorum, Exorciſtarum,
um, & Oſtiariorum*. Iſta conclu-
contra præfatos hæreticos, qui
lmittant primos illos tres gra-
licet, Epiſcoporum, Presbyte-
, & Diaconorum, modo ſupra
to, nihilominus aſſerunt præter
on fuiſſe, neque eſſe debere in
a certum numerum aliorum il-
ordinum in concluſione enume-
n. Verum noſtra concluſio, ab-
do ab hoc, quod huiuſmodi
e ordines ſint verè, & propriè
entum, eſt certiſſima. Quamuis
illis quidem expreſſa non ha-
nentio in Scriptura Sacra, plu-
n extant veterum Patrum teſti-
qui illos, tanquam rem minimè
ſia nouam, ſed ab Apoſtolis
commemorent, loquanturque
anquam de ordinibus Eccleſia-
eu miniſtrorum, qui alicui Ec-
o miniſterio, quod ad ſacram
tiam referatur deſtinatorum.
tem veteres potiſſimum ſunt ex
Clemens Can. 43. Conſtitut.
c. lib. 3. cap. 11. lib. 8. cap. 21.
3. item epiſt. 2. ad Iacobum
Domini. Ignatius epiſtola ad
enos, Philadelphienſes, & Phi-
. Euſebius lib. 6. Hiſt. cap. 35.
ap. 6. Concilium Nycænum
thanaſius epiſt. ad ſolitariam
entes; *Ariani*, inquit, *rapue-
ichium Subdiaconum, virum
leſiæ inſeruientem* &c. Conci-
iochenum cap. 10. Sardicen-
. Laodicenſe can. 21. 23. 24. &
m de vera pœnitentia cap. 8.
anus, Valens, & Gratianus
ud Iuſtinianum C. lib. 1. Titul.
nnes Chryſoſtomus homil. 3.
orem ad Theſſalonic. & in Li-
Philo Carpathius in Cantica
em. Sozomenus lib. 4. hiſt. c. 2.
ib. 6. cap. 3. & lib. 7. cap. 40.
tus lib. 5. hiſt. cap. 30. Iuſti-

nianus Imperator Nouella, vt determinatus numerus ſit Clericorum cap. 2. & Nouell. 123. cap. 10. & 13. Concilium Conſtantinopolitanum in Trullo habitum can. 4. & 14. & Concilium Nycænum II. can. 14.

Ex Latinis Anacletus Papa epiſt. 1. Tertullianus de præſcript. cap. 4. Fabianus Papa epiſt. 1. Cyprianus epiſt. 15 24. 55. 77. & 78. Caius Papa epiſt. ad Felicem Epiſcopum cap. 6. *Illud nos ſtatuentes, vobis, & omnibus ſeruare mandamus, vt ad ordines Eccleſiaſticos ſic aſcendant in Eccleſia, qui ordinari merentur, id eſt, ſi quis Epiſcopus ordinari meretur, ſit primo Oſtiarius, deinde Lector, poſtea Exorciſta, inde ſacretur Acolythus, demum verò Subdiaconus, deinde Diaconus, & poſtea Presbyter, & exinde, ſi meretur, Epiſcopus ordinetur.* Eorumdem meminit Synodus Romana ſub Syluestro cap. 7. & 11. Damaſus epiſt. 4. Siricius epiſt. 1. cap. 9. & 10. Euſebius Vercellenſis epiſto. I ad Epiſcopos Italiæ; Hieronymus epiſt. 2. cap. 6. epiſt. 91. & ad cap. 2. epiſtolę ad Titum. Concilium Carthaginenſe IV. cap. 5. & ſequentibus, cui interfuit, & ſubſcripſit Diuus Auguſtinus. Innocentius I. epiſt. 4. cap. 5. Zoſimus epiſt. ad Heſychium cap. 1. Leo I. epiſt. 84. cap. 4. Gelaſius epiſt. 6. cap. 3. Concilium Agathenſe, cap. 39. & ſic deinceps.

Aduertendum tamen præcitatorum Patrum aliquos, ita omnes præfatos ordines numerare, vt tamen alij vel ſolum numerent præcipuos, vel illos, quos recenſendi petebat occaſio, vel enumeratis præcipuis, ſub generali nomine Cleri cæteros comprehendant, vt Baſilius epiſtol. 70. & Gregorius Nazianzenus epiſtol. 159. ad Amphilochium: *Et Diacono*, inquit, *& vniuerſo Clero, ac præſertim vobis, quorum ſibi cura eſt, manum porrige*. Cumque inſuper latius ſumpto vocabulo ordinis nō-nulli recenſeant plures ordines, inferiores, quam quinque prædictos, nimirum ordinem *Diaconiſſarum*, vt Dionyſius cap. 6. Eccleſiaſt. Hierarchiæ,

ordinem *laborantium in ſepultura*, vt Epiphanius in compendiaria doctrina; inde aduerſarij ſumpſerunt occaſionem dicendi, quod præter tres primos gradus, ſeu ordines Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, liberum in Eccleſia ſit, cæteris quinque vti, vel non vti ad illa officia, quibus deſtinari iam ſolent.

At hoc eſſe contra Patrum mentem clarè patebit, diligenter expendenti omnia eorum loca; darique proinde in Eccleſia octo ordines miniſtrorum Eccleſiaſticorum propriè dictorum, hoc eſt ad peculiare aliquod miniſterium Eccleſiaſticum deputatorum, videlicet Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, Acolythorũ, Exorciſtarum, Lectorum, & Oſtiariorum. Sique communiter ſeptem tantum ordines, Epiſcopatu prætęrito, numerari ſolent, non propterea à numero ordinum excluditur, ſed illi tantum recenſentur, qui communiter eidem homini conferri, & ab eodem ſuſcipi ſolent in Eccleſia, quales ſunt ſeptem alij, non autem Epiſcopatus, qui non ordinariè ita multis, ſed paucis cum ſingulari quodam delectu, & vocatione conferri debet. Vtrum autem omnes huiuſmodi ordines ſint verè, ac propriè dictum Sacramentum, & quomodo explicabitur inferius. Quare tantùm ſufficiat de præſenti controuerſia.

CAPVT XXXVII.

Statuitur contra Lutheranos, & Caluiniſtas, nulli Principi, aut Magiſtratui ſæculari competere in ſua ditione primatum Eccleſiæ, nec eius inſtituendi miniſtros Eccleſiaſticos, ſicut nec populo.

ET ſi Lutherus, & Caluinus non docuerint expreſsè, vnumquemque Regem in ſuo Regno, & ex conſequenti vnumquemque alium Principẽ abſolutum in ſua ditione, eſſe caput,

ſeu primatem Eccleſiæ; Epiſc
Pontificem, non modo in te
bus, ſed etiam in Eccleſiaſtic
inferiores eſſe Rege, ac Princ
lari, ſed primus hoc aſſeruerit
Rex Iacobus, in ſua Apolog
ramento fidelitatis, & in m
præfatione ad Imperatorem,
Principes, idem illis perſuad
tans; tum Sacellanus ipſius
qui inſcribitur *Tortura torti*; q
plures poſtea tum Lutherani,
uiniſtæ huic errori applauſeru
hæſerunt, placuit hic breuiter
futare; nec non alium, quo
lib. de poteſtate Papæ, Calui
inſtitutionum cap. 3. §. 15.
Flaccus Illyricus, & alij pl
tendunt, iure diuino conueni
tudini fidelium, ius eligendi,
ſtituendi Epiſcopos; indequ
eſſe apud nos Epiſcopos ritè
quod iamdudum noſtri in Ep
electionibus plebem excluſer
rendo ſuffragio.

Pro intelligentia controuer
ſolutione veritatis Catholicæ
eſt, quo ad primam partem,
diſtingui debere poteſtatem
ſticam, de qua tota lis eſt; vn
nis conſiſtentem in collatione
niſtratione Sacramentorum;
iuriſdictionis interioris, pro r
populi Chriſtiani in foro con
eum ligando, vel abſoluendo;
iuriſdictionis exterioris, ad r
eumdem populum in foro
Synodos conuocando, & in
dendo, conſtitutiones conden
ſas audiendo, & cognoſcendo
uerſias definiendo, beneficia
do, miniſtros Eccleſiæ conſt
delinquentes excommunican
verbo omnium cauſarum, &
uerſiarum, quæ ad fidem, &
ſpectant, Iudicem agendo; V
do inquiritur an Rex Angli
Regno habeat primatum Eccl
ſet intelligi de triplici illa po
an nimirum in illa ſupra Pont

pos collocandus ſit; ſed cum ärij libenter admittant duas pri- ſi non competere; tota contro- verſatur circa poteſtatem iuriſ- is exterioris,an eam Rex habeat regno, & quidem ſupra Pontifi- & Epiſcopos? id eſt, an Rex ſit us Iudex Eccleſiaſticus, qui ſua tate à nullo alio in terris depē- oſſit conuocare Synodos, ijs re,controuerſias circa fidem, & iem componere, Epiſcopos cō- , & deponere, beneficia confer- eſque religionis actus exercere? n eſt habere primatum in Ec- juo ad iuriſdictionem, vel gu- nem exteriorem. Aduerſarijs affirmantibus, nos Catholici s.

autem veritas noſtrę concluſio- ienter maneat probata ex di- . 3. lib. 3. ſect. 4. de Summo Romano, vbi oſtendimus, eū electum verum eſſe B. Petri em; eamdem cum illo ob- omnibus vbique Eccleſijs li- ſoluendi poteſtatem; Roma- ontifices inde vſque ab initio unc primatum agnouiſſe, de- k in alios exercuiſſe; Tum etiā os Imperatores, Reges, Prin- Magiſtratus ſeculares ſemper Eccleſiæ primatum agnouiſ- cius Pontifici tanquam patri eciſſe, & ſic de cæteris; Vni- ento omnia alia comprehen- hic breuiter abſoluam.

aut alius Princeps ſecularis, gno, vel ditione primatum aberet; vel talis primatus il- ret iure naturali, vel iure di- is Teſtamenti, vel iure diui- el iure Canonico,vel Ciuili, ſu Patrum, aut Doctorum , vel denique titulo præſcri- ed nullo ex his modo ipſis ergo nullo. Maior huius ar- idetur omnino certa ab enu- omnium titulorum, ob quos Eccleſiæ cōuenire poſſet vni- cuique Regi in ſuo Regno: Minor autem probatur diſcurrendo per ſingulos.

Et primò quod non competat iure naturali, ita vt Rex, aut Princeps ex eo præcisè, quia iuriſdictionem habet in tribunali politico,illam quoque habeat in Eccleſiaſtico, vel ſpirituali, patet ex hoc, quod iſta ſit ſupernaturalis, & conſequenter, non à natura, ſed à ſolo Deo immediatè ſuam poteſt trahere originem; maximè ſi ſermo ſit de ſuprema, de qua procedit controuerſia. Poteſtatem autem Eccleſiaſticam, vt talem, eſſe ſupernaturalem, naturalem verò politicam ſatis oſtendit diuerſitas finium vtriuſque, ſiue Chriſtiano homini propoſitorum; vnus eſt naturalis, qui eſt pax, & tranquillitas reipublicæ, ſpectans ad poteſtatem politicam,cuius proinde eſt præſcribere media neceſſaria ad dictum finem: alter autem ſupernaturalis, qui eſt æterna beatitudo, proprius Eccleſiaſticę poteſtatis, cuius pariter ſolius eſt præſcribere media ſupernaturalia, ad illius conſecutionem neceſſaria.

Secundò probatur non competere iure diuino veteris Teſtamenti, quaſi tunc Reges habuerint tali iure primatū Eccleſiæ, & inde tranſierit ad Reges noui Teſtamenti. Pro quo breuiter recolenda ſunt alibi dicta, nimirum, iuris diuini veteris Teſtamenti, lege Moſaica contenti, triplicia fuiſſe præcepta moralia, ceremonialia, & iudicialia, in hoc inter ſe diſtincta, 1. quod moralia per ſe contineantur in Decalogo: reliqua extra illum; 2. quod moralia ſint iuris naturalis,reliqua poſitiui.3. quod moralia non ſint abrogata à Chriſto, ſed melius explicata; at reliqua præſertim ceremonialia,abrogata ſunt. Igitur ſi Rex Angliç, aut alius iure diuino veteris Teſtamenti habet primatum Eccleſiæ, vel illud ius diuinum continetur in lege morali, vel in ceremoniali, vel in iudiciali; ſed in morali non continetur, ſi quidem in decalogo, cuius decem præceptis moralis lex generatim comprehenditur, nulla ſit mentio

primatus Regis in Eccleſia; neque etiā in ceremoniali, vel iudiciali, imo potius oppoſitum, tum quia Deuter. 17. v. 14. vbi habetur tota diſpoſitio iuris diuini circa Reges veteris Teſtamenti, nulla ſit mentio primatus Eccleſiæ,qui ſine dubio primo loco ponendus fuiſſet; tum quia ipſemet Reges veteris Teſtamenti, ingenuè faſſi ſunt, ſibi non competere, ſed Sacerdotibus primatum Eccleſiæ; vt patet ex lib.2. Paralip. cap. 19.v.11. vbi Ioſaphat Rex,qui ſanè fuit optimus, vel iuris ſui minimè ignarus, de Regis, & Sacerdotis poteſtate ſic ait: *Amarias Sacerdos, & Pontifex veſter, in his, quæ ad Deum pertinent, præſidebit. Porro, Zabadias filius Iſmael, qui eſt dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent.* Quibus ad præſens inſtitutum nihil clarius. Tum denique,quia ille cenſendus eſt habere primatum Eccleſiæ à Deo, qui in rebus ad legem diuinam, & eius explicationem ſpectantibus, conſtitutus eſt ſupremus Iudex, cui oporteat obedire: atqui non Rex, ſed Sacerdos conſtitutus eſt talis Iudex à Deo, vt manifeſtè conſtat ex cap.17. Deuter. verſ. 8. nec non alijs pluribus veteris Teſtamenti locis, Leuit. 10. 8. Num. 27. 21. lib. 2. Paralip. cap.26.v. 18. Aggæi 2. v. 12. Malach. 2. verſ. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam; & legem requirent ex ore eius*; cuius ratio mox ſubditur: *Quia Angelus Domini exercituum eſt*, quaſi diceretur, Sacerdos eſt nuncius, ſeu interpres diuinæ voluntatis. Rex igitur Angliæ, aut quiuis alius nihil præſidij pro ſuo primatu ſtatuendo habere poteſt ex veteri Teſtamento; loquendo de iure diuino, quia conſtat in veteri Teſtamento duplex extitiſſe ius Reginm: Alterum diuinum loco citato Deuter. 17. contentum, de quo ſolo hic agimus; alterum vſurpatum, ſeu Tyrannicum deſcriptū lib. 1. Reg. cap. 10. quo violenter vtitur Rex Angliæ.

Sed eſto quod Reges veteris Teſtamenti habuiſſent iure diuino ceremoniali, vel iudiciali primatum E
non tamen ſequeretur, etiam C
nos Reges habere,cum iam pe
le ius abrogatum ſit, vt patet
bus ſimilibus exemplis. Nam
Teſtamento inter alia iure diu
tutum erat,vt omnes Sacerdot
niſtri Eccleſiæ aſſumerentur
tribu leui,vtque eorum ſacrifi
cruenta ex animalibus, quę ta
& alia multa abrogata ſunt. V
hæc conſequentia non valet
miniſtri Eccleſiæ erant olim
tribu: ergo & nunc ita fieri d
neque valet iſta; Reges vete
menti habebant primatum
ergo etiam nunc habent Rege
cipes Chriſtiani.

Per quę patet ad omnia ac
rum obiecta non ex iure, ſec
petita, diuerſorum Regum,
gitimè arguerent,fuiſſe in ipſ
Eccleſiæ, primò reſpondend
non propterea ſequi,illum in
cipibus Chriſtianis,iam abro
cta Legis Moſaicæ in ſtatu l
gelicæ.

Secundò reſpondetur, fa
uerſarijs adducta, non ſolum
bare talem fuiſſe primatum
veteris Teſtamenti, ſed poti
tum. Quod enim primò d
phat Regem lib. 2. Paralip.
conſtituiſſe Leuitas, & Sacerd
intelligendum eſt, quaſi illo
conſecrauerit; ſed quia ex ij
antea creati, & conſecrati e
delegit, qui iudicium Dom
rent in Ieruſalem; quod mir
eius primatum; nam cum t
poſſint in Miniſtris Eccle
Teſtamenti. 1. electio, ſeu
perſonæ. 2. Conſecratio. 3
ad certum vſum, ſeu exerci
mum non fiebat à Rege, ſec
ſolam tribū Leui ad miniſte
deſtinarat. Secundum comr
Aaroni tanquam ſummo Sa
eius ſucceſſoribus. Tertiu
abſque vlla primatus in Ecc

rat fieri à Rege, ſicut etiam nunc
t, ſi quis Princeps ex Sacerdotibus
ordinatis, & conſecratis, nec non
rdinario approbatis, quoſdam in
litione conſtitueret, quorum alij
s exciperent confeſſiones, alij ver-
Dei prædicarent, aut alia miniſte-
xercerent.
cundò Regem Dauid abſtuliſſe
os abuſus, & corruptelas Eccleſia-
lib. 2. Reg. cap. 5. v. 6. tollendo
rum de templo cæcos, & claudos,
terpretantur aduerſarij, ſed hac
c interpretatione admiſſa, quę eſt
no falſa; generatim dicitur, aliud
dicare, ſeu definire, quænam ſint
ptelæ, & abuſus in religione; aliud
corruptelas, & abuſus, quando
conſtat tales eſſe, tollere, & exter-
re. Primum enim arguit primatum
clefia, diximuſque ſupra pertinuiſ-
officium ſummi Sacerdotis; Secũ-
autem nequaquam arguit talem
tum; conuenitque non modo Re-
ed etiam cuilibet Patrifamiliàs.
bet enim in ditione ſua poteſt ea
dare, quæ certò conſtat per abu-
repſiſſe, imò interdum tenetur;
tione ſæpè in Scriptura reprehē-
r Reges veteris Teſtamenti, quod
ſa non ſuſtulerint; quare malè in-
ligitur eos habuiſſe primatum in
ſia. Sicut ex alio eiuſdem Daui-
cto lib. 1. Paralip. cap. 13. 12. vbi
r perduxiſſe Arcam fæderis ad
tutum quietis locum; & lib. 2.
ap. 6. verſ. 14. Arcæ deportandæ
taſſe. Quaſi ex eo, quod Dauid
rit ante, non poſt Arcam, ſignifi-
ſe primatum tenere in negotio
deportandæ, vt ineptè deducunt
rij; vt ſi quis argueret: Pueri
ianorum præcedunt Euchariſtiã,
publicè in proceſſionibus de-
ergo habeant primatum Eccle-
ec ergo tria diſtinguenda ſunt. 1.
ædificare. 2. eam deducere, co-
vel præcedere. 3. eandem por-
el attingere. Arcam à Bezeliele
u Iuda, & Oolia de tribu Dan

ædificatam fuiſſe, habetur Exodi cap. 31. v. 2. Arcam autem deduxiſſe, & ante eam Iuſiſſe, non ſolum Regem, ſed etiam populum, plura teſtantur Scripturæ loca, lib. 1. Reg. cap. 4. v. 4. lib. 2. cap. 6. verſ. 5. & 15. lib. 5. cap. 8. verſ. 5. At eam tangere, nemini licebat, niſi ſolis Sacerdotibus. Hinc Oſa, quod eam tangere prȩſumpſiſſet, cum Sacerdos non eſſet, morte à Deo punitus eſt lib. 2. Regum cap. 6.

Tertiò quod Salomon ædificauerit templum & Deo dicarit, lib. 1. Paralip. cap. 28. v. 6. & lib. 2. cap. 6. v. 10. item depoſuerit Abiathar ſummum Sacerdotem ab officio, & ſubrogarit illi Sadoc, lib. 3. Reg. cap. 2. v. 27. talia facta minimè probant, eum habuiſſe Primatum Eccleſiæ. Ad primum enim reſpondetur, Salomonem templum Deo dicaſſe, ſecundum quod dedicare rem aliquam Deo, ſi vis nominis attendatur, nihil aliud eſt, quam offerre, & deſtinare illam ad colendum Deum; quomodo etiam filij Iſrael Exod. 35. dicũtur, hiacinthum, purpuram, byſſum coccinum, aliaq; ſimilia dedicaſſe Deo, id eſt, obtuliſſe ad cultum diuinum. Vnde non magis colligi poteſt Primatus Salumonis, qui ligna, & lapides, quam eorum, qui aurum, purpuram, & hiacinthum Deo dedicarunt; aut aliorum, qui ſuis ſumptibus templa in honorem Dei erexerunt, & quotidie erigunt, orantes Deum, vt ea accepta habeat, & preces ſeruorum ſuorum in ijs exaudire dignetur, vt Salomonem feciſſe legitur.

Ad aliud factum, ex quo aduerſarij prȩcipuum deſumunt argumentum pro Primatu Regis; præterquam ſic retorqueri poſſet: Qui deponit Regem ab officio, & alium illi ſubrogat, neceſſariò habet iuriſdictionem ſupra Regem: ſed Ioiada ſummus Sacerdos, non ſolum depoſuit, verum etiam occidit Athaliã Reginam, & Ioas in eius locum ſuſtituit, lib. 4. Reg. 11. Ergo Ioiada ſummus Sacerdos habuit iuriſdictionem ſupra Regem; præterquam, inquam, ſic retor-

queri

queri poſſet argumentum, reſpondetur duo in illo ſupponi; vnum quod Salomon, quando depoſuit Sacerdotem ab officio, vſus ſit poteſtate regia. Alterũ, quod rectè ac legitime ea vſus ſit; quorum neutrum probari poteſt. Imo multi conſtanter docent, non Regia, ſed prophetica poteſtate vſum eſſe; nec ordinaria via, ſed ex peculiari Dei inſtinctu id feciſſe. Videturque colligi poſſe ex illis verbis, lib. 3. Reg. cap. 2. v. 27. *Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non eſſet Sacerdos Domini, vt impleretur ſermo Domini, quem locutus eſt ſuper domũ Heli in Silo*. Cum Abiathar eſſet ex familia Heli. Quo ſemel ſtante, clarè patet nullius momenti eſſe aduerſariorũ obiectionem. Nihil enim aliud ex facto Salomonis argui poteſt, quam Prophetas, è quorum numero fuit Salomon Rex, accipere interdum extraordinariã poteſtatem à Deo, etiam ſupra Sacerdotes, quod nihil facit ad rem. Præſens namque controuerſia non eſt de poteſtate Prophetarum, ſed Regum. Nec ſtatus eius eſt, an Prophetæ ex peculiari Dei inſtinctu poſſint aliquando punire Sacerdotes; ſed an Reges, qua Reges, ordinaria ſua poteſtate poſſint id præſtare? quę duo ſunt valde diuerſa, & vnum cum alio minimè connectitur.

Sed gratis admiſſo (quod tamen probari non poteſt) Regem Salomonẽ in eijciendo Abiathar Sacerdote, ſua vſum fuiſſe poteſtate Regia; nihil inde habetur pro eius in Eccleſia Primatu, niſi prius conſtet, ea legitimè vſum eſſe. Quod nec in Scriptura exprimitur, nec euidenter ex ea deduci poteſt. Aliud enim eſt, factum alicuius narrari, aliud probari, ſeu laudari; vt patet innumeris exemplis; quare dum dicitur, à Salomone depoſitum fuiſſe Abiathar Sacerdotem, oſtendendum eſt aduerſarijs, legitimè factum eſſe, quod non poſſunt. Imo potius oppoſitum habetur ex Scriptura, cum ſemper Iudæis perſuaſum fuerit, Reges non habere vllam iuriſdictionem in eos, qui miniſterio diuino mancipati ſunt. Cu-

ius euidens eſt argumentum, quo
Rex Saul lib. 1. Reg. cap. 22. v
mandaſſet ſuis famulis, vt interf
Sacerdotes Domini, eo quod
raſſent cum Dauide contra ipſu
gem, noluerunt ſerui Regis, qu
Iudæi, ipſi obedire, quippe qui n
non poſſe Regem legitimè id pr
re, nec Sacerdotes imperio eius
cere. Quod etiam aduertens R
mini barbaro, ac gentili iuſſit, v
famuli Iudæi facere recuſaſſent
exequeretur; pro vt factum eſt.
gitur enim in Sacro Textu; *Er*
Doeg: conuertere tu, & irrue in S
tes. Conuerſuſque Doeg Idumæu
in Sacerdotes.

Hinc ita diſcurri poteſt: Sau
lomon fuere pares in poteſtate
nec plus iuris habuit Salomon
cerdotes, quam Saul, ex ea
parte, qua Reges erant; vt per
eſt; ſed Saul, qua Rex, non ha
gitimam authoritatem puniend
dotes, alias eius famuli non re
illi obedire, ſicut libenter obe
in perſequendo Dauide, non al
ratione, quam quod crederent,
habere poteſtatem in Dauidem
autem in Sacerdotes: idem e
cludendum eſt de Salomone, q
ciſè Rex erat, ſiquè Sauli non li
nire Sacerdotes Domini; nec S
ni potuiſſe licere.

Cui non obſtat, quod Abiat
uiter peccaſſet contra Salomon
gem, atque adeò dignus eſſet,
niretur; innocentes autem eſſe
dotes à Saule interfecti; Hæc, i
diſparitas non eneruat vim pr
ſcurſus; præter quam enim no
tur, eſto peccaſſet Abiathar, id
lomone legitimè officio priuar
ſe. Non enim quilibet, à quol
niri poteſt, ſed ab eo duntaxat,
illum habeat legitimam poteſt
iuriſdictionem; quam habuiſ
Iudæorum in Sacerdotes nond
batum eſt, imo oppoſitum: Inſ
cet Sacerdotes, qui iubebantu

ſaule, reipſa fuerint innocentes; ominus à ſeruis Saulis credebātur ntes, læſæque maieſtates rei; nec n putabant licere Regi, etiam nos Sacerdotes punire. Cum ergo ent Regi in perſequendo Dauide, ue parerent, quod exiſtimarent, dem iniuſtè ad Regnum aſpirare, adeo nocentes eſſe Sacerdotes ilærentes; non autem in illis nes; alia non fuit cauſa, niſi quia Iuerè perſuaſum erat, Regem quiabere poteſtatem puniendi, & endi laicos, non autem Sacerdoiam nocentes.

rtò obijciunt Regem Ioſiam lib. in ſignum ſui Primatus Eccleſ, librum legis è tenebris erutum, à ſe congregato recitari feciſſe; ecitato fœdus nouum inijſſe cū o; populum quoque ad illud ſe. Reſpondetur id quidem ve, malè autem inde inferri pri Regis; ſi quidem Helcias Ponui librum repererat, eo fine migi, vt id faceret; vndè executin id fecit, ſicut & cætera, quæ nerantur, nec plus erui poteſt oco, cum cæteris pro noſtra allatis, collato, vbi iudicium ria religionis, ſeu diſcernere ctum, & prophanum, & legem ere, & interpretari ſolis tribuirdotibus, maximè Leuit. 10.

ò Regem Ezechiam confregiſtem æneum lib. 4. Reg. c. 18. etur eum id feciſſe, vt auferreio idololatriæ, vt ibidem narn Regia, ſed diuina authoritaenim cuilibet è populo, mulgis Regibus mandauerat, vt omnem cultum idololatriæ v. 5. quid ergo ad Ezechiæ, quod quilibet alius, ita Domino, exequi potuiſſet. & vltima obiectio deſumitur Regum veteris Teſtamenti, ocentur, filij Altiſſimi, Dij, nini, in ſolio Dei ſedentes, famuli Dei, Angeli Dei, facti iuxta cor Dei, lumina Iſraelis, nutritij Eccleſiæ; verum cum huiuſmodi tituli & ſimiles non minus dentur in Scriptura ſacerdotibus, imo priuatis etiam perſonis, quam ipſis regibus, inde argui non poteſt eorum Primatus in Eccleſia, ſed ad ſummum in temporalibus, vel etiam in ſpiritualibus pro ea parte, quæ illis potiſſimum competit, vt dicetur infra, præ alijs de populo; nullum ergo extat ius diuinum veteris Teſtamenti pro Primatu Regum, benè autem pro Primatu Sacerdotum illius, in rebus nedum ad interiorem, ſed nec ad exteriorem iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſpectantibus.

Nunc tertiò probandum eſt, nec huiuſmodi Primatum conuenire Regibus iure diuino noui Teſtamenti; & ſi enim aduerſarij fateantur, fundamentum illius Primatus in ſolo veteri Teſtamento quærendum eſſe, & nullum illius in nouo veſtigium, aut exemplum haberi; breuiter tamen dico Reges ex inſtitutione Chriſti non habere primatum Eccleſiæ, ſeu Chriſtum noluiſſe eum eſſe apud Reges, & Principes ſæculares, ſed apud Apoſtolos, & eorum ſucceſſores; quod quia abundè probauimus tom. 3. lib. 3. ſect. 4. de Summo Pontifice, & ſect. 5. de Concilijs, *Primò* ex verbis Chriſti, quibus ſuam mētem in hac re declarauit. *Secundò* ex teſtimonijs Apoſtolorum, qui proculdubio Chriſti mentem aſſecuti ſunt. *Tertiò* ex praxi primæ ad hæc vſque tempora Eccleſiæ; ſufficit hic iſta adnotaſſe.

Quartò nec Regem iure canonico, vel ciuili habere primatum Eccleſiæ, nec quintò ex conſenſu Patrum, aut Doctorum, clarè demonſtrant eorum teſtimonia, quæ ibidem de ſeculo in ſeculum fideliter adduximus.

Sextò demum nec titulo præſcriptionis Regi competit Primatus Eccleſiæ, vt videtur velle Henricus Angliæ Rex, dum in monitoria præfatione ait: aliquos ex ſuis prædeceſſoribus vſurpaſſe Prima-

Primatum Eccleſiæ in Anglia, neque paſſos eſſe, vt Pontifex vllam iuriſdictionem ibi exerceret; atque adeò nihil noui ſe facere eundem Primatum vſurpando. Sed vanitas huius argumẽti patet, præterquam enim, ſic facilè poſſent omnes penè abuſus, & impietates excuſari, vt innumeris probari poſſet malè agentium, & excuſationes in peccatis adducentium exemplis; contra ius diuinum, quo locis citatis oſtendimus Eccleſię primatum ad eius Prælatos, non autem ad Reges pertinere nihil proſunt, etiam ſi infinita in contrarium proferrentur exempla; cum enim tale ius à Deo, qui homine maior eſt, ſuam vim habeat, nulla præſcriptione, nulla conſuetudine humana abrogari poteſt; ſed quamdiu Deus vult, vim ſuam retineat neceſſe eſt.

Deindè, ſi Rex, ad probandum titulum præſcriptionis pro Primatu Eccleſiaſtico, volebat legitimè ex factis Regum arguere, ſic ei potius diſcurrendũ erat: multo plures ex meis prædeceſſoribus agnouerunt Supremam Romani Pontificis authoritatem, vt Eduardus in epiſt. ad Nicolaum II. circa annum Chriſti 1060. vbi ita ſcribit: *Summo vniuerſalis Eccleſiæ Patri Nicolao, Eduardus gratia Dei Anglorum Rex debitam ſubiectionem, & obedientiam*: Henricus II. in epiſt. ad Alexandrum III. quæ habetur apud Petrum Bleſenſem Secretarium epiſt. 136. vbi ait: *Veſtrę magnitudini promitto, me veſtræ diſpoſitioni pariturum*. Itemque: *Deus extulit vos in eminentiam officij Paſtoralis, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius*. Et ſic de alijs, quam fuerint hi, qui illam reſpuerint, quibuſque adhuc Summus Pontifex Romanus, cæterique boni, & Sancti Eccleſiæ Anglicanæ Paſtores totis ſẽper viribus obnixi ſunt; imo ex Polidoro Virgilio lib. 4. Hiſtoriæ Anglicanæ, & alijs, ab antiquis temporibus, vſque ad Henricum VIII. Eliſabethæ parentem, tota Anglia quotannis ſolita erat Romano Pontifici dare vectigal, in recognitionem ſupremæ ipſius iuriſdictionis Eccleſiaſticę: Igitur,
Primatus Eccleſiæ negotio dat
præſcriptioni, plus fauet Roma
tifici, quam mihi, habeturque
ſe ſupremum Eccleſia vniuerſ
ſtorem, atque adeò Anglicana
cum pro tali, exemplo maiori
ri maiorum meorum venerari
volo, non autem mihi Eccleſia
canæ primatum vſurpare. Hacte
prima parte huius controuerſia

Quo ad alteram, de inſtitut
niſtrorum Eccleſiæ, ſeu Epiſco
cuius appellatione tria conti
Electio, quæ nihil eſt aliud, qu
gnatio certæ perſonæ ad Eccl
præfecturam; *Ordinatio*, quę
ceremonia, qua certo ritu futu
ſcopus iniungitur, & conſecrat
tio, ſeu miſſio, qua iuriſdicti
tur, ac reipſa Paſtor, ac Præſul

Cum Lutherani, & Calui
rumque ſequaces affirmẽt, ele
& vocationem iure diuino ad
vniuerſam, hoc eſt ad Clerum
pulum pertinere, ita prorſus
populi conſenſu, ac ſuffragio,
gitimè electus, aut vocatus a
patum cenſeri debeat; Ordi
autem, quæ per manus impo
fieri ſolet, ſolis Paſtoribus eſſe
dam; fieri ſiquidem non poſſe
uerſus populus manus impon

Contra Doctores Catholi
miter docent, tanquam quid
ſpectans, *Prima*, ordination
Epiſcoporum, tum aliorum
Miniſtrorum, non ad plebem
ſolos Epiſcopos ſpectare. *Secu*
cationem, ſeu miſſionem Mi
non competere populo, ſed E
& pręſertim Summo Pontific
no. *Tertiò*, Electionem Mi
non fieri à ſolo Deo; ſed etia
nire clero iure diuino, quę
quia ſatis patent ex dictis tom
ſect. 4. vbi egimus de inſtitu
electione Summi Pontificis
hæc breuiter attigiſſe, vt ſcia
in hac re inter nos, & aduerſa
trou

rtatur ; ſtabilitaq; ſemel veritate
ntiæ Catholicæ, ex ea ſequi, nul-
ſſe apud hæreticos veram ordi-
nem, nullam vocationem, nullam
onem, ac proindè nullam Eccle-
niſi malignantium .

APVT XXXVIII.

de Cœlibatu Sacrorum Eccleſiæ niſtrorum, contra Lutheranos, & uiniſtas, omneſque fere alios huius poris Sectarios.

o intelligentia,& reſolutione hu-
s controuerſiæ notandum eſt,
cęlibatum, ſeu continentiam
ilem non intelligi ſolum abſti-
n, ſiue temperantiam à rebus ve-
illicitis, à quibus omnes conce-
cros miniſtros omnino debère
, verum etiam à licitis per ma-
ium ; vndè inquiritur, an liceat
ccleſię miniſtris, nec ne, ma-
ium ante, vel poſt ſuſceptos or-
ontrahère, eoque vti. Circa
arij ſunt errores, primus quo-
a olim Græcorum, aſſerentium
e Clericos antè ſuſceptum or-
nire matrimonium, eiuſque pri-
ithorem videtur facere Diuus
mus Iouinianum lib. contra
tium ; *Proh nefas*, inquit, *Epi-
ſceleris dicitur habere conſortes:
Epiſcopi nominandi ſunt, qui nõ
Diaconos, niſi prius vxores du-*
umdem poſtea ſecuti ſunt Pa-
iniſextę Synodi can. 13. ex
s, vbi damnant canones Eccle-
ianæ continentiam ab ordinan-
cros ordines exigentis ; & ſta-
Clerici ante Subdiaconatum
ucant.
eſt error Lutheranorum, &
arum, omniumque fere alio-
is temporis ſectariorum, qui
libatum matrimonio præferre
r, Lutherus enim concione de
tom. 1. Wittemb. ann. 1582.
eſſe contrahere matrimonium,
quam vti, & tamen meliorem eſſe ca-
ſtitatem, cui contingat: Caluinus autẽ
lib. 2. inſtitut. cap. 2. ſolutum ab vxo-
re promptiorem, ac paratiorem eſſe ad
omnia pietatis officia; nihilominus ne-
gant Miniſtris Eccleſiæ prohiberi poſſe
matrimonium, tàm ante, quàm poſt ſu-
ſceptos ordines, ita Lutherus in lib. de
abroganda miſſa priuata, & Caluinus
lib. 4. inſtitut. cap. 12. §. 23. ambo ſe-
cuti Ioannem Vviclefum, qui, vt refert
Thomas Vvaldenſis tom. 2. de Sacram.
cap. 128. & 129. primus apertè docuit,
licere etiam poſt ordinationem ducere
vxorem, multoque magis ea vti ducta
ante ordinationem.

Ex Doctoribus Catholicis Ioannes
Maior in 4. diſtinct. 24. quæſt. 2. de iu-
re diuino eſſe putauit, quod votum cõ-
tinentiæ Sacerdotum ſolemne ſit, ac
proindè indiſpenſabile. Idem fere do-
cuit Clicthoueus lib. de continentia ſa-
cerdotum cap. 4. & ſequentibus, tum
Franciſcus Turrianus lib. de 6 7. & 8.
Synod. General: in expoſit. 3. Con. VI.
Synodi. Nos q ill i i hic re ſentiendū
ſit, quique fuerit, & nunc ſit Eccleſiæ
vſus, tū in Latinæ, tum Græcę, ſequen-
tibus aperiemus concluſionibus.

Prima Concluſio. *Valde conueniens
erat, quod ſacri noui Teſtamenti Mini-
ſtri, hoc eſt Epiſcopi, Presbyteri, Dia-
coni, & Subdiaconi, comparati cum
Laicis, tenerentur ad aliquam conti-
nentiam ab vſu matrimonij.* Iſta con-
cluſio abſtrahendo à varijs huiuſce cõ-
tinentiæ circumſtantijs inferius expli-
candis, videtur omnino certa, nec ab
aduerſarijs ipſis negari debere. Illam-
que primò probat exemplum Sacerdo-
tum veteris Legis, quibus etſi licitum
eſſet vxores ducere, quatenus tunc Sa-
cri Miniſtri carnali ſucceſſione, vel ge-
neratione propagari debebãt, nihilomi-
nus iure diuino tenebantur ad aliquam
continentiam ab vſu matrimonij, præ-
ſertim pro illis diebus, quibus Deo in
templo, vel tabernaculo miniſtrabant,
vt patet Exodi 19. 22. *Sacerdotes quo-
que, qui accedunt ad Dominum ſanctifi-*

centur; id eſt abſtineant ab vxoribus. In hoc enim potiſſimum conſiſtebat ſanctificatio, vt patet ex eodem capite v.10. nec non ex lib.1. Reg.cap.21.v.1. vbi Abimelech Sacerdoti nolenti panes Propoſitionis Dauidi, & Socijs edendos permittere, niſi explorata prius continentia à mulieribus, reſpondit Dauid ad illam ſignificandam, *fuiſſe vaſa puerorum ſancta*. Et certè ad rem noſtram, ſi homines laici, non poterant comedere panem Sanctificatum, niſi præmiſſa Sanctificatione, quæ potiſſimum conſiſtebat in abſtinentia ab vxoribus, multò magis tunc Sacerdotes, quippè qui ad maiorem puritatem, ratione ſtatus, ac officij obligabantur: & adhuc magis Sacerdotes nouę legis, qui panem cæleſtem, id eſt Chriſti corpus conficiunt, & ſumunt, vt Hieronymus obſeruat in cap.1. epiſt. ad Titum. Vnde etiam duo Summi Põtifices Siricius in epiſtola ad Himerium, & Innocentius I. in epiſt. ad Victricium Rothomagenſem Epiſcopum, cuius etiam partem miſit ad Exuperium Tholoſanũ Epiſcopum, præfato Sacerdotum veteris legis exemplo continentiæ Sacerdotalis in lege noua congruentiam confirmarunt.

Verba Innocentij hæc ſunt: *Nam ſi priſcis temporibus de Templo Dei Sacerdotes anno vicis ſuæ non diſcedebant, ſicut de Zacharia legimus Luc. 1. nec domum ſuam omninò tangebant, quibus vtique propter ſobolis ſucceſſionem vxorius vſus fuerat relaxatus, quia ex alia Tribu, & præterquàm ex ſemine Aaron ad Sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quantò magis hi Sacerdotes, vel Leuitæ, pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel Sacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſsione eſt, nec præterit dies, qua vel à Sacrificijs diuinis, vel à Baptiſmatis officio vacent.*

Secundò noſtram concluſionem, ſeu aliqualem Sacris noui Teſtamenti miniſtris continentiam præ laicis competere, ſaltem probant ſequentia noui Teſtamenti teſtimonia, epiſt. ad Titum cap.1. *Oportet Epiſcopum eſſe b[...] benignum, ſobrium, iuſtum, ſan[...] tinentem*. *Continentem*, inqui[...] nymus, *ab vxoris amplexibus*. [...] rinth.7. vbi iubet Apoſtolus la[...] ſtinere vſu matrimonij ex con[...] tempus ad vacandum orationi[...] enim Origenes homil. 23. in li[...] Epiphanius in hæreſi Catharor[...] ronymus tam lib.1. in Iouinia[...] in cap. 5. ad Titum; ac demu[...] centius I. citata epiſtola dedu[...] cris Miniſtris abſtinendum eſſe [...] concubitu, cum quotidiè Deo [...] re debeant, & orationi inſiſter[...] inquit Innocentius, *B. Apoſto[...] ad Corinthios ſcripſit dicens, Ab[...] ad tempus, vt vacetis orationi*, [...] *que laicis præcepit; multò magi[...] tes, quibus, & orandi, & ſacrific[...] officium eſt, ſemper debebunt ab[...] di conſortio abſtinere*. Et hæc [...] pro iſta prima concluſione, qu[...] tiori probabunt omnia argum[...] tim adducẽda pro concluſion[...]

Secunda concluſio. Quæ [...] Sacris Eccleſiæ Miniſtris con[...] quæcumque illa, vel Latino[...] Græcorum ſit, hoc eſt ne ma[...] ante ſuſceptos Ordines inito[...] ſiue ex toto, vti Latini, qui om[...] ſunt expertes, ſiue ex parte, [...] vtantur coniugibus, niſi tem[...] miſſo, id eſt diebus vacuis à S[...] Græci, iure diuino præcepta[...] Iſta concluſio eſt omnium T[...] rum poſt Diuum Thomam 2. [...] art.11. docentem votum co[...] Clericalis annexum eſſe Ordi[...] cris ex ſolo Eccleſiæ decreto, [...] que diſpenſabile eſſe. Quan[...] tiam accuratiſsimè probat co[...] rianum Gabriel Vaſques 3.p.[...] & ſequentibus: ciuſque pot[...] fundamentum eſt, quia nul[...] Scripturæ locus, in quo iſta l[...] lata ſit; nec etiam habetur ex [...] ne diuina, vt apparet ex ſol[...] argumentorum Turriani ibid[...] non eſt inducenda; propterc[...]

. Græca, vſum matrimonij ante ptos ordines cõtracti retinet, olim- habuit; & Latina illum Græcis ittit; quod ſine dubio ab illis non , ſi contra ius aliquod diuinum . Deindè cum actus coniugalis it ex ſe malus, imo licitus, & in lege Sacramenti effectus, nequa- ex ſe pugnat cum iure diuino, at- deò ſecundum ſe tali iure non eſt bitus; nec etiam in homine ſacro, ſita eius conſecratione; ſi quidem lle coniugalis, nec eſt contra Re- nem, nec contra iuſtitiam; ſed ca- coniugalis. Illudque dictamen, videtur eſſe ſecundum rationem, niſter Sacer ſeruet integram con- tiam ob reuerentiam ordini, vel lerio debitam, non eſt neceſſita- ed meræ conuenientiæ, & conſe- er ex conſilio, non ex neceſſitate diuini, quæ ex illa reuerentia mi- probari poteſt.

a de cauſa Sacrum Concilium ntinum ſeſſ.24. can.9. vbi de con- ia Clericali agit, & circa illam er- hæreticorum refellit, ne verbum m de iure diuino fecit, quo tamen omnium ora potuiſſet obturare; præſertim de matrimonio poſt or- ſuſceptos, cuius maior eſt diffi- , maiorque cum vſu ſacrorum re- ntia, loqueretur, at ne hoc qui- t ſequenti concluſione dicetur, aſ- vetitum eſſe iure diuino, ſed tan- meminit legis Eccleſiaſticæ, & vo- erba Concilij hæc ſunt: *Si quis Clericos in Sacris Ordinibus con- s, vel Regulares, caſtitatem ſolem- rofeſſos poſſe matrimonium contra- ontractumque validum eſſe non ob- lege Eccleſiaſtica, vel voto, & op- nil aliud eſſe, quam damnare ma- nium, poſſeque omnes contrahere monium, qui non ſentiunt ſe caſti- tiam ſi eam vouerint, habere do- Anathema ſit.*

tia concluſio. Nullibi iure di- eperitur vetitum matrimonium, rdines ſuſceptos. Iſta concluſio

non eſt ita certa, ac præcedens, cuius oppoſitum docuit S. Bonauentura in 4. diſt. 37. multique alij graues authores, Iodochus Clichtouæus lib. de conti- nentia cap.13. Michael Medina lib.2. de continentia cap.7. nihilominus videtur magis probabilis, quam contraria, il- lamque poſt Diuum Thomam 22. qu. 88. art.11. & Scotum in 4. diſt.37. com- muniter amplectuntur vtriuſque Scho- læ diſcipuli.

Pro hac ſententia ſolet adduci canon Concilij Ancyrani, qui habetur 28. diſt. his verbis: *Diaconi quicumque ordinan- tur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt velle ſe coniugio copulari, quia ſic manere non poſſunt, ſi poſtmodum vxores duxerint, in miniſterio maneant, propterea quod eis Epiſcopus licẽtiam de- derit. Quicumque ſanè tacuerint, & ſu- ſceperint manus impoſitionem profeſſi cõ- tinentiam, & poſtea nuptijs obligati ſunt, à miniſterio ceſſare debent.*

Item plures alij diuerſorum Conci- liorum Canones, quibus matrimonium poſt ordines ſuſceptum dicitur non eſ- ſe ex ſe irritum, & nullum; quale tamen eſſet, ſi eſſet iure diuino vetitum. Hu- iuſmodi canones ſunt 1. Concilij Neo- cæſarienſis: *Præsbyter*, inquit, *ſi vxorem duxerit, ab ordine ſuo amoueatur.* Vbi dum amouendum dicit ab ordine, non autem ſeparandum ab vxore, ſatis ſi- gnificari videtur, matrimonium irritũ non eſſe, ſed cum ordine vſum coniu- gij ſtare non poſſe, ab eoque proindè amouendum eſſe. 16. Concilij An- cyrani ſtatim citati; *Si poſtea ad nuptias venerint à miniſterio ceſſabunt:* vbi etiam pena ſolum ſtatuitur amotionis ab of- ficio, non ab vxore, vt fieri deberet, ſi talia matrimonia diuino iure eſſent ve- tita, atque adeo irrita. 4. Toletani I. *Subdiaconus defuncta vxore, ſi vxorem aliam duxerit, ab officio remoueatur*; vbi quoque aufertur officium, ſed relinqui- tur vxor, ob eamdem allatam rationem. Quod idem decreuit Martinus Papa cap.7. diſt. 27. videturque demum etiã ſenſiſſe Concilium Tridentinum, cano-

ne ſuperiori concluſione allato,qui generalis eſt, & ad vtramque continentiã, tum matrimonij ante ordines,tũ poſt ordines ſuſcepti,nulla de iure diuino mẽtione facta, ſed de lege ſolùm,aut voto.

Tertio, quæ in Concilijs, aut alibi grauiores pænæ reperiuntur impoſitæ Presbyteris fornicarijs, quam matrimonio iunctis poſt ſuſceptos ordines; clarè videntur oſtendere tale matrimonium non eſſe de iure diuino prohibitũ; vt dum Concilij Neocęſarienſis can. 1. ſtatuitur; *Presbyter ſi vxorem duxerit,ab ordine ſuo illum deponi, quod ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit extra Eccleſiam penitùs expelli, & ad pęnitentiam inter laicos redigi oportet*. Tale profectò diſcrimen pęnæ, minoris pro Presbytero, qui vxorem duceret, maioris autẽ pro fornicario, indicat vſum vxoris minorem eſſę noxam,quam fornicationem, cum leuius plectatur, atque adeo matrimonium illud irritum non eſſe iure diuino, tale namque ſi eſset, ſubſequens copula fornicaria eſſet, & conſequenter, vt talis punienda. Cum igitur à præfato Concilio non ita puniatur, fornicatio ab eo non tenebatur cum ſoluta, ſed copula tantum illicita cum verè coniugata.

Quartò tandem veritas concluſionis ex eo maximè conſtat: quod ſi iure diuino vetitum eſſet poſt ſuſceptos ordines ſacros matrimonium, nulla humana poteſtas in eo diſpenſare poſſet; ſed Theologi communiter docent, Summũ Pontificem in eo diſpenſare poſse, interueniente idonea, decenti, & vrgenti cauſa, vti hæreditas Regni in Preſbytero Principe; de iure ergo diuino prohibitum non eſt poſt ſuſceptos ordines matrimonium.

Aduertendum tamen, ita Summos Pontifices tali nonnunquam poteſtate vſos fuiſſe de facto, vt tamen nullum à doctoribus referatur exemplum diſpenſationis conceſsæ circa Presbyterum, ſed omnia ſint Subdiaconorum, vno excepto, quod eſt Caſimiri Regis Poloniæ, qui fuit Diaconus, cuius hiſto-

riam retulimus tom.3. lib.3. ſe
Quo deficiente diſpenſatior
plo cum aliquo Presbytero; ne
eo, quod, cum matrimonium
ctum ante ordines licuerit Grę
byteris, & poſt illud Sacrorũ
vſu connubii, nunquam tamet
ſum ijs fuerit poſt ſuſceptum
Presbyteratus; quia poſſet ali
inferre ſaltem iure Diuino veti
matrimonium poſt ſuſceptum
teratum. Reſpondetur id mi
qui, ſed tantum difficiliorem
fuiſſe huiuſcemodi diſpenſatio
que Summos Pontifices nunq
ea voluiſſe ſua vti poteſtate, ſta
ſertim probabilitate oppoſitæ
tiæ.

Quarta Concluſio. Cælibat
Apoſtolico rectiſſimè fuit anne
dinibus Sacris, itavt illis initi
ducere vxores, nec vxoribus a
ctis vti liceat poſt ordinationem
ſemper viguit in Eccleſia Occic
Iſta Concluſio eſt certa contra
huius ſæculi hæreticos, quoru
errorem amplexus eſt Archiap
Spalatenſis Marcus Antonius d
nis lib.4. de Republica Eccleſi
cap.10. cuius titulus eſt: *Sacro*
ſtros ad cælibatum iure non tener

Probatur primò, quia Apoſt
mi Eccleſiæ miniſtri, licet null
buerint præceptum diuinum
perpetuam continentiam, tamen
ex conſilio Chriſti, partim ſua
ac propoſito illam ſeruarunt; v
ſtat ex illo Matth.19. v.27. vbi
Ecce nos reliquimus omnia, &c.
indè, qui antea habebant vxore
quiſſe etiam vxores; eas ibidem
ſub illo termino vniuerſali, *omni*
tineri ſignificante dum illis reſp
v.29. *Omnis qui reliquerit domu*
fratres, aut ſorores, aut patrem, a
trem, aut vxorem, aut filios, au
propter nomen meum, centuplum a
& vitam æternam poſsidebit. Diu
tem Paulus, qui poſt alios Ap
vocatus eſt à Chriſto iam in cæ
gna

te, de ſe ait 1. Corinth. 7. v. 7. *vos omnes eſſe, ſicut meipſum*, id ptarem, ſi commodè fieri poſſet, mnes eſſe cęlibes, & continentes, ego ſum. Et ibidem: *Dico autem uptis, & viduis: Bonum eſt illis, ſi maneant, ſicut ego*. Nimirum in continentiæ.

am autem Apoſtoli primum do- it exemplo continentiã, ſuaſerunt, & decreuerunt à ſacris Eccleſiæ ris obſeruari. Sic enim Paulus ad Titum c. 1. v. 7. *Oportet Epiſco- e crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſa- hoſpitalem, benignum, ſobrium, ſanctum, continentem*; nempe ab vt ibidem interpretatur Diuus ymus, qui etiam vtitur ad hoc dum, alio eiuſdem Apoſtoli lo- Corinth. 7. 5. *Nolite fraudare, niſi forte ex conſenſu ad tem- vacetis orationi*, nec non lib. 1. Iouinianum, longe poſt me- iam notauimus ſupra.

tur inſuper commune de hac um Apoſtolorum, canone 27. oſtolicos, his verbis: *Innuptis i ad clerum prouecti ſunt, præci- ſi voluerint, vxores accipiant; es, cantoreſque tantummodo*, ine lectorum, & cantorum endunt etiam alij minores t fatetur M. Antonius de Do- ite citato, num. 6. eſt enim par ratio. Excipiuntur autem t in maioribus ordinibus cō- ibus non licet vxores ducere; uthor admittit num. 8. Quod iuo Petro ſe accepiſſe teſta- ens Romanus epiſt. ad Iaco- m Domini, vbi ſic ait: *Ad miniſteria tales eligantur, qui ationem ſuam coniuges ſuas Quod ſi poſt ordinationem mi- ris contigerit proprium inua- vxoris, ſacrarij non intret li- acrificij portio fiat.*

probatur concluſio Eccleſię atim ab eius initio ſacri mi- entiam, tanquam rem ab Apoſtolis præſcriptam ſeruauerunt, ac poſtea ad maiorem eius firmitatem ab eadem Eccleſia non ſemel, ſed ſæpius, vt traditio Apoſtolica, lege ſtatuta eſt, quemadmodum fidem faciunt tot Sũmorum Pontificũ decreta, tota diſtinct. 37. & ſequentibus contenta, quibus expreſsè vetatur ex Apoſtolorum præſcripto Clericis maioribus ordinibus initiatis vſus coniugij; tum Conciliorũ ibidem relatorum, inter quæ Conciliũ Carthaginenſe II. hæc habet can. 2. *Omnibus placet, vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui Sacramenta contractant pudicitię cuſtodes, etiam ſe ab vxoribus abſtineant*; cuius legis confirmandæ, & renouandæ hanc adducit rationem: *Vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas nos quoque cuſtodiamus.*

Id ipſum docent, & vnanimiter conteſtantur Patres Græci, & Latini; quorum teſtimonia refert Coccius tom. 2. lib. 8. art. 6 tum Cardinalis Bellarminus tom. 2. Controuerſ. lib. 1. de Clericis cap 19. vbi ex tanta teſtium nube rectè deducit primò errare illos, qui putant legem continentiæ impoſitam Clericis primum à Syricio. Cum Clemens Origenes, Euſebius, Epiphanius, & aliqua concilia citata, Syricio antiquiora, manifeſtam illius faciant mentionem. Secundò mendacium eſſe, & quidem impudentiſſimum Caluini lib. 4. inſtit. cap. 12. §. 25. dicentis, omnes veteres Patres approbaſſe coniugium in ordine Epiſcopali; ſi quidem ad pœnam libri, Patres plurimi ab eo citati, & Concilia plurima contrarium ſtatuunt; nullumque exemplum probati viri in contrarium adduci poteſt. Certè Magdeburgenſes diligentiſſimè quæſierunt aliqua eorum, qui vxorem duxerint poſt ſuſceptos ordines, & nulla inuenerunt expreſſa: nam quæ adducunt centuria 4. & ſequentibus, debent intelligi de vxoribus, quas antea duxerant, vt de Gregorio Patre Gregorij Nazianzeni, vel intelliguntur de minoribus Clericis, vt quod proferunt ex Concilio Toletano IV. cap. 42. vel ſunt

exempla

exempla eorum, qui reprehenduntur,vt quæ afferunt ex epiſtola Zachariæ Papæ ad Bonifacium; vel ſunt expreſſa mendacia, vt cum dicunt Cent.5. cap. 7. Presbyteros Macedoniæ duxiſſe vxores, teſte Innocentio I. epiſt.22.nihil enim tale Innocentius aſſerit.Quod autem Philippus Melancton in libro de Cęlibatu ad Regem Angliæ, vſus epiſtola Policratis apud Euſebium lib. 5. hiſt. cap. 44. ſcribentis, ſeptem ex parentibus ſuis fuiſſe Epiſcopos, ſeque octauum eſſe,inde colligit veteres Epiſcopos matrimonio fuiſſe vſos, nos dicimus nihil tale ſequi; præterquam enim Philippus ex verſione Ruffini deceptus eſt, Græca enim vox *ſungenon*, quæ eſt apud Euſebium, non parentes, ſed cognatos ſignificat; gratis adhuc admiſſo eos fuiſſe parentes, hoc eſt, patrem, auum, atauum, &c. non propterea ſequitur, nec probat Philippus eos in Epiſcopatu matrimonio vſos fuiſſe.

Rationes autem præfatæ legis continentiæ Clericalis primum ab Apoſtolis traditæ, indeque ab Eccleſia vniuerſali receptæ, & confirmatæ, deſumuntur ex muneribus Eccleſiaſticis,quibus ſacri miniſtri obſtringuntur,& à quibus coniugio impediuntur; cuiuſmodi ſunt ſacrificare, orare, docere, exhortari; Sacramenta miniſtrare, curam pauperū gerere, & ſimilia; hoc enim ſuppoſito, vt rectè probat Michael Medina lib. de continentia, & Bellarminus loco citato, æquiſſimum fuit, vt ſacerdotibus, aliiſque ſacris miniſtris coniugia prohiberentur.

Nec obſtat, quod obijciunt aduerſarij, multa ex hac Clericorum continētia mala oriri, quatenus multi ex ijs libidinoſi ſunt, qui cum proprijs careant vxoribus, alijs paſſim fœminis immiſcentur,& ſacrilegia committunt. Hinc ſpurij, hinc incerti liberi, hinc bona Eccleſiaſtica diſſipata, & ſacra polluta, quæ illi magnopere exaggerant; adducta etiam quadam epiſtola S. Vdalrici ad Nicolaum I. inſerta operi, quod inſcribitur Orthodoxologia SS. [...]
vbi hæc refert. *B. Gregorius* [...]
Papa aliquando ſuo quodam decr[...]
res ſacerdotibus ademit. Dein[...]
poſt cum idem Gregorius iuſſi[...]
ſcina ſua piſces aliquot capi, piſc[...]
piſcibus ſex millia capitum inf[...]
ſuffocatorum repererunt, quam [...]
fantium cum intelligeret S. Gre[...]
occultis fornicationibus, vel adu[...]
cerdotum natam eſſe, continuo [...]
decretum, & peccatum dignis [...]
fructibus purgauit.

Reſpondetur enim huiuſm[...]
oriri per accidens, non aute[...]
ex lege continentiæ, ſiue eſſe[...]
hominum vitia, non autem [...]
huiuſce legis, neque aliarum [...]
quas peccant homines. Ali[...]
ferri deberent leges, ne vi[...]
At ſi multi cadunt, & tranſg[...]
legem clericalis continentia[...]
ſunt,qui ſtant, & cuſtodiunt[...]
hæretici difficultatem alleg[...]
ſeruanda, probat ſolum, qui [...]
ſtatum amplectuntur, prius [...]
debere probare ſeipſos, poſt[...]
gare Deum, cuius donum e[...]
tia, vt eam ipſis impertiri [...]
certe Auguſtinus,cum putare[...]
mina, dum erat Manichæus, [...]
viuere, vbi Catholicus eſſe c[...]
næque gratiæ auxilijs confic[...]
proprijs viribus, vt patet lib[...]
cap. 11: & in Pſalm. 137. [...]
ſemper continentiam obſeru[...]

Deindè cum in ratione ſt[...]
gis repugnet ſtatui ordinis [...]
matrimonij cum copula lici[...]
caſualis quidam cum fœmi[...]
concubitus; iſte ſiquidem [...]
ad eum ſubſequentia per ac[...]
ad ſtatum clericalem, ſequ[...]
perſonam, & ſunt peccata h[...]
error ſtatus, quæ peccata p[...]
tiam remittuntur, & per ea[...]
continentiæ reditur; at ver[...]
trimonij, cum ſit quiddam [...]
perpetuum, pugnat directè, [...]
cum ſtatu continentiæ; qu[...]

nimo perpetuo ab omni concu-
ſiue illicito, ſiue licito abſtinendi ;
Eccleſia ſatius duxit legem con-
tiæ pro ſtatu clericali ſtatuere, etiã
nines ſacri ex ſua contra illam
a eſſent aliquando peccaturi,
non ſtatuere, & ſic talia peccata
.

epiſtolam S. Vdalrici reſponde-
m inter eius opera non extare,
iſſe illi ſuppoſitam libro citato,
quam enim continet multa ob
rcumſtantias impoſſibilia, quæ-
nt riſu magis, quam refutatione
atque adeo S. Vdalrico indigna;
ſcripta ad Nicolaum I. qui ante
m mortuus fuerat, vti conſtat
onicis, & oſtendit Cardinalis
ninus lib. 1. de clericis cap. 22.
um res ita ſe haberet, vt primis
hæc continentiæ lex à ſacris mi-
in vniuerſa ſeruaretur Eccleſia,
a ab illius rigore deficere cœpit
, ſeu Orientalis Eccleſia, cuius
iniſtris, qui in caſtitate viuere
nt, aut nolunt, licet ex longo
m vſu vxores accipere, antequã
tur illiſque poſtea vti, extra vi-
en, ſeu temporibus vacuis à mi-
; ita vt lex continentiæ clerica-
eſiæ Græcæ in hoc ſolum iam
, vt ſacri eius miniſtri abſti-
oncubitu vxorum, diebus ſacro
io dicatis, qui vices appellari,
modum ſacerdotes veteris Te-
. Et quamuis aliqui fuerint,
rent Græcis licitum eſſe vxo-
n poſt ſuſceptos ordines, ſed
m vt minus malum permiſſum,
ecreto Nicolai I. ad conſulta
rum cap. 7. & cap. *finali*, d. 28.
ltus à Bulgaris, qui morem
m ſeruabant, num Presbyteri
abentes ſuſtinendi eſſent, re-
Licet ipſi valdè ſint repreben-
os tamen conuenit Deum imita-
em ſuum oriri facit ſuper bonos,
; Nihilominus contrarium
mnes Theologi, & Canoniſtæ
iribus canonibus, cap. aliter

d. 31. Stephani III. cap. *Cum olim*. Innocentij II. de Cler. coniug. cap. 1. *quæſitum* Clementis III. & Concil. Lateranenſis, ſub Innocentio III. Quibus Præfatũ Nicolai reſponſum nihil prorſus obeſt, nam ille de Sacerdotibus Bulgaris conſultus illud dedit, quibus, cum eſsent ex Latina Eccleſia, non licebat more Græcorum.

Quod refert Humbertus Legatus Leonis IX. in libro aduerſus calumnias Michaelis Patriarchæ, & Leonis Acridani Epiſcopi: Bulgaris ante annos firmè ſexcentos Græcorum morem fuiſſe, vt ordinandi prius interrogarentur, vtrum vxores haberent, an non? quorum ij, qui non haberent, cogerentur eos ducere antequam ordines ſuſciperent, quidquid ſit an tunc ita fuerit, aut vniuerſaliter, aut in aliqua Græciæ parte, certum eſt hodie apud Græcos id minimè fieri, ſed illud duntaxat, vt ijs, qui in caſtitate viuere nolunt, vxores accipiendi poteſtas fiat; antequam ordinentur; nequaquam autem poſt ordines ſuſceptos; quidquid olim fuerit, in quo diuiſi ſunt Theologi. Quidam enim abſolutè negant, illi ſcilicet, qui ſentiunt, vt diximus ſupra, matrimonium poſt ſuſceptos ſacros ordines iure diuino eſſe prohibitum, propterea-que negant authoritatem Concilij Ancyranij, eiuſque canonem proſcribunt, vbi Diaconis, quorum ordinem ſacrum eſſe, nullus vnquam dubitauit, permittit in aliquo caſu poſt ordinationem matrimonia contrahere. Verba iam citauimus concluſione tertia.

Alij vt Vaſquez 3. p. diſputat. 249. cap. 2. & Laymannus tract. 9. cap. 11. lib. 5. præfatum Concilium, & eius canonem pro legitimis habentes, docent ex illo, Diaconis, qui in ſuſceptione ordinis continentiam non promiſerãt, quibuſdam Græciæ locis permiſſum aliquando fuiſſe vxores ducere, nunquam tamen Sacerdotibus, id eſt Epiſcopis, vel Presbyteris, à tempore Apoſtolorum vſque ad præſens, idque tam in Orientali, quam in Occidentali Eccleſia.

cleſia. Atque adeo idem Vaſquez diſp. 249. cap. 2. n. 9. producto eodem Cõcilij Ancyrani textu probat non eſſe irritum iure diuino matrimonium poſt ordines ſuſceptos, vt diximus concluſ. 3. & eadem diſput. cap. 7. num. 68. ad ſecundum Philippi argumentum ait: Cum oſtenſum fuerit neutrum, id eſt, matrimonium ante, & poſt ordines contractum eſſe vetitum iure diuino, ſed tantùm Eccleſiaſtico, mirum non eſt, ſi aliqua Concilia ob aliquas cauſas vtrumque conceſſerint.

Alij verò eumdem Ancyranum canonem pro legitimo habentes, dubitant de eius ſenſu, quemque Doctores ſtatim adducti, & alij intelligunt ſolũ de Diaconis, & à fortiori de Subdiaconis, dicunt dubium eſſe, an ille ad Presbyteros, & Epiſcopos etiam ſe extenderit. Ita Arcudius lib. 7. de matrimonio cap. 37. & Franciſcus Hallier Doctor Sorbonicus, poſtea Epiſcopus Cabellicenſis, lib. 5. de ſacris ordinationibus. Sed abſque fundamento; etſi enim ex hoc, quod matrimonium poſt ordines ſacros contractum iure diuino prohibitum non ſit, dici poſſit in eo Epiſcopos, & Presbyteros diſpenſari quoque poſſe; matrimonium enim qua matrimonium non aduerſatur ordinibus ſacris niſi ratione exercitij; igitur ſi Eccleſia permittit Græcis poſt ſuſceptos ordines vſum matrimonij poruiſſet etiam matrimonium ipſum concedere, cum iſtud non prohibeatur, niſi propter illud; negamus tamen ita de facto diſpenſatum fuiſſe cum Epiſcopis, & Presbyteris, aut in præfato Cõcilio Ancyrano, aut in alio, nimirum Romano ſub Stephano III. in cuius decreto ſic habetur: *Aliter ſe Orientalium traditio habet Eccleſiarum, aliter huius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: nam earum Sacerdotes, Diaconi, atque Subdiaconi matrimonio copulantur, iſtius autem Eccleſiæ, vel Occidentalium nullus Sacerdotum à Subdiacono vſque ad Epiſcopum licentiam habet coniugium ſortiendi*; dum enim ibi dicitur, in Eccleſijs Orientalibus,

Sacerdotes, Diaconos, & Sub[...] matrimonio copulari, huiuſmo[...] non intelligi debent de ipſis p[...] ſitiuè, aut iam ordinibus initi[...] ſolum terminatiuè, & quo[...] matrimonij ante ordines c[...] quod clarè probant verba ſubſ[...] nimirum in Eccleſijs Occide[...] *nullum Sacerdotum à Subdiaco[...] ad Epiſcopum licentiam habere [...] ſortiendi*. Quidquid enim ſi[...] pulari matrimonio, & ſortiri [...] nium idem ſoleant ſignificare [...] cõtrahere, ex communi; & vu[...] do loquendi hominum, nihilo[...] hoc decreto propriè loquento[...] monio copulari, & ſortiri ma[...] non ſignificat matrimonij c[...] nem, ſed tantum eius vſum; [...] copulari matrimonio ritè exp[...] Et ratio eſt, quia ibi contrapo[...] ditio Eccleſiæ Orientalis, trad[...] cleſiæ Occidentalis, ſed trad[...] non erat tunc; nec fuit vnquam [...] diceretur, quod ſacri miniſtri a[...] ptos ordines matrimonium [...] contrahere non poſſent; ſed ſ[...] poſt illos eo vti non poſſent; [...] trimonio, aut per actum ma[...] lem copulari cum proprijs v[...] ſecus autem in Eccleſijs Orie[...] igitur vt contrapoſitio ſit legi[...] proportionata, qualis decet [...] decretum, in eo per *matrimon[...] ri*, & *ſortiri matrimonium* no[...] catur contractio matrimonij, [...] vſus per copulam; differeq[...] traditiones præfatarum Eccle[...] quod cum ſacri ambarum mi[...] uie ad ordines matrimonium [...] here poſſent, & in hoc con[...] attamen Orientales licentiam [...] poſt ſuſceptos ordines vti ma[...] ante illos inito, ſeu per illud [...] ſuis vxoribus, ſecus autem [...] tales.

Maximè autem in huiuſmo[...] tis excluſos ſemper fuiſſe Ep[...] ſatis patet ex eo, quod Eccleſ[...] talis tantam in eis ſemper co[...] exc[...]

gerit, vt conſueuerit, & etiam nunc atur, Epiſcopos ex Monachis elige- qui iam continentiam profeſſi erant. tradit Arcudius vir Græcus doctiſſi- lib. 7. de matrimonio cap. 40. & quez diſput. 248. cap. 1. vbi ait, ita omæ ab ipſis viris Græcis fide di- accepiſſe, ſicut & ego eoſdem cō- i, nec non religioſos noſtros, qui multos annos in Oriente manſerūt, ue fructuosè Miſſionariorum Apo- corum munere functi, idem mihi ti fuerunt.

uiſi quoque ſunt Theologi circa , quo cæpit in Eccleſia Græca hic nempè vxorū in Clericis coniuga- te ſuſceptos ordines; aliqui enim llarmino lib. 1. de Cler. c. 19. af- it à tempore Synodi Trullanæ, icitur Quiniſexta cæpiſſe, auctum & confirmatum Leone IX. Pon- Alij autem referunt ad tempus lij Gangrenſis, & Nyceni I. ſibi- uere putant, quod primum ait *Si quis diſcernit Presbyterum con- m tanquam occaſione nuptiarum, ferre non debeat, & ab eius obla- leo abſtinet: anathema ſit.* In ſecū- ò, vt referunt Socrates lib. 1. hiſt. & Sozomenus lib. 1. cap. 23. Pa- ius ſtudio continentiæ tuendæ int ferre legem, qua ſacri homi- ui tunc ſuis ante ordines ductis s vtebantur, ijs deinceps abſti- . Interceſſiſſe autem decreto tium magni in eo Concilio no- piſcopum, quod doceret non e veterem morem aboleri, per- amque eſſe Græcis liberā vten- bus ſuis facultatem, vacuis a io diebus; ſatiſque fore, ſi, qui s ordinarentur, ij ducere poſt vxores non poſſent.

m hæc non ita certa ſunt, vt perſuadeant tantam vſus Græ- itatem, ſaltem vniuerſaliter, approbatione Eccleſiæ Orien- primum enim facilè reſponde- uidem fieri mentionem Pre- m coniugatorum, non tamen

dici eos coniugio fuiſſe vſos. Cumque nonnulli auerſari eorum ſacra poſſent, non minus ex hoc, quod eſſent coniu- gati, quam ſi vxoribus ſuis fuiſſent vſi; indè Concilium anathema dicere po- tuit iis, qui ab eorum oblatione ideò abſtinerent. Ad ſecundum autem, quod multi grauiſsimi doctores Bellarminus, Turrianus, Arcudius, Franciſcus Hal- lier locis citatis pro fabula habēt, etiam illo admiſſo cum aliis pluribus pro ve- ra, & indubitata hiſtoria, dico ex ea tan- tum probari, illo iam tempore apud aliquos, non autem vniuerſaliter in Oriente potuiſſe inolere dictam con- ſuetudinem; cuius argumentum eſt hæc ipſa hiſtoria: niſi enim talis conſuetu- do, qua ſacri homines, qui tunc ſuis an- te ordines acceptis vxoribus vteban- tur, fuiſſet contraria Apoſtolicæ tradi- tioni, vniuerſaliſque Eccleſiæ, etiam Orientalis praxi, certè Patres Concilii Nicæni, illam abrogare, ordinareque, vt ijs deinceps abſtinerent, non ita ſtu- duiſſent; licet ad preces Paphnutij Epi- ſcopi res primæuo reliquerint ſtatui. Præfatæ igitur ſententiæ facilè concor- dari poſſunt, ſi dicatur, etiam primis Eccleſiæ ſæculis, apud nonnullos, non autem vniuerſaliter admiſſum non fuiſ- ſe votū continentiæ in Eccleſia Orien- tali, ſed hoc contigiſſe tempore Syno- di Quiniſextæ circa annum Domini 688. Quo pariter ſenſu Stephanus III. qui vixit circa annum 752. decreto ci- tato ait: *Aliter ſe Orientalium traditio habet Eccleſiarum, aliter huius Sanctæ Romanę Eccleſiæ, &c.* vbi, vt oſtendimus ſupra, non eſt ſermo de matrimonio Sacrorum Eccleſię Orientalis miniſtro- rum poſt ſuſceptos ordines, quaſi in hoc cum ipſis aliquando diſpenſatum fuerit, ſed de vſu vxorum ante illos du- ctarum, clarèq; demonſtrat nomen *tra- ditionis*, quo vtitur Summus Pontifex, nunquam enim fuit traditio Eccleſiarū Orientalium, quod miniſtri Sacri poſt ſuſceptos nuberent ordines, ſed ad ſum- mum, modo explicato, quod ante du- ctis vxoribus vterentur.

Quod attinet iam ad legem continentiæ Clericalis, ſeu Cælibatus Eccleſiæ Occidentalis, ſemper retentum eſt, viguitque in illa, quod Sacri Miniſtri abſtinerent etiam ab vxoribus ante ſuſceptos ordines ductis; niſi quod in quibuſdam locis aliquantulum fuerit neglectum, moreque Græcorum actũ. De Subdiaconis eſt communis doctorũ ſententia fundata in gloſſa cap. *quidam* diſtinct. 27. cap. *lector*, diſt. 34. & diſt. 77. vbi ait, *Subdiaconis licuiſſe à tempore Siricij vſque ad Gregorium vti iam contracto matrimonio.* De Diaconis, & Preſbyteris, & ſi id negent aliqui, alij tamen affirmant, videturque probabiliter colligi ex eo, quod plura Eccleſiarum Occidentalium Concilia, Eccleſię Africanæ Carthaginenſe II. can. 2. & 5. Africanum can 37. Eccleſiæ Italicæ Romanum ſub Silueſtro I. can. 8. Eccleſiæ Gallicæ Arelatenſe II. can. 2. Turonenſe I. can. 1. & 2. & II. can. 20. Agathenſe c. 9. Aurelianenſe III. can. 2. Eccleſiæ Hiſpanicæ Elibertinum can. 33. Toletanum II. cap. 1. & IV. cap. 26. & VII. cap. 6. Eccleſiæ Germanicæ Aquiſgranenſe cap. 6. & Vvormacienſe cap. 9. diuerſis temporibus ſtatuerunt, *vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiã ab vxoribus ſe abſtinerent, & non generarent filios*; dum enim talis lex identidem renouata fuit, ſimul indicatur, ita vniuerſaliter in Eccleſia Occidentali, vel Latina viguiſſe, vt tamen aliquam interruptionem nonnunquã paſſa fuerit alicubi, quod mirum non eſt, cum de iure diuino non ſit, ſed Eccleſiaſtico ſolum; imo ſi verũ eſt, quod ait Petrus Damianus in epiſtola ad Cunibertum, videlicet in Concilio Triburienſi, cuius tamen acta non extant, conceſſum fuiſſe Sacris hominibus, vt poſt ordinationem etiam ad matrimonia tranſire poſſent, & lex huius Concilij Prouincialis in aliqua parte rẹcepta fuit, ſequitur in aliqua parte Eccleſiæ Latinæ, præceptum, quod in ea ex traditione Apoſtolica vigebat, de ſeruanda continentia, interruptum fuiſſe in vſu gij non ſolùm antè, verum etia ordinationem contracti; quod cum non ſit de iure diuino, po aliqua Concilia ob aliquas cau illo etiam diſpenſare. Supereſ vt nonnullis contra cælibatum E Latinæ obiectionibus breuiter ciamus.

Primò obijciunt exemplum lorum, quos non ſolum vxores ſe, ſed etiam ſecum circumdu ſtari videtur Diuus Paulus 1. C *Numquid*, ait, *non habemus pote ſororem mulierem circumducend cæteri Apoſtoli, & fratres Domin phas?* Quæ enim, inquiunt adu *Soror mulier*, niſi vxor.

Reſpondetur ad hoc argume quidquid ſit de cęlibatu Apoſ ante ſuam vocationem, ſiuè a gati fuerint, nec ne? quod paru reſt ad præſens inſtitutum; & diſſentiunt inter ſe Patres, pra de Petro, quem conſtat ex E Socrum habuiſſe, atque adeo reſpondetur, inquam, ſi fuerit Apoſtolatum coniugati, non i eos vxoribus vſos fuiſſe; aliud vxorem habere, aliud rem v cum ea exercere; vt autem oſt concluſione 4. Apoſtoli poſtq cuti ſunt Chriſtum omnibus r ficio quoque coniugali renunc

Et eſto, quod Diuus Paulus Sororis mulieris ſignificare v luiſſet, quas Apoſtoli circ bant, non ſequitur fuiſſe ab ip ductas ad vſum coniugalem, alios fines honeſtos id fieri etiam ſi vxores non eſſent, ſe minæ piæ; quales re vera ibi ab Apoſtolo nomine Sororis docent communiter Patres tu tum Latini, quæ nimirum ſe Apoſtolos, tanquam diſcipula niſtrarent eis, exemplo illar Chriſtum olim in Euangeli Luc. 8. *Miniſtrabant ei de fa ſuis*. Quam conſuetudinem

d Hæbreos fœminas religioſas erga giſtros ſuos tradit Hieronimus com- it. in cap. 27. Matth. *Conſuetudinis,* uit, *Iudaica fuit, vt mulieres de ſub- tia ſua victum, atque veſtitum præce- ibus miniſtrarent.*

ecundo obijciunt nonnulla ſcripturę 1. Corinth. 7. *Propter fornicationem n vnuſquiſque ſuam uxorem habeat:* himoth. cap. 4. vbi dicitur notam Hæreticorum *prohibere nuptias*; & ti 1. nec non 1. Timoth. 3. vbi ad n Epiſcopi, cum requiratur, quod *vnius vxoris vir*, videtur requiri quod ſit coniugatus; ac demum ɛor. cap. 13. vbi ait Apoſtolus, *abile eſſe inter omnes coniugium*; tiam inter Miniſtros Sacros.

ſpondetur ad primum, in eo mi- continerì præceptum nubendi, omnes quotquot ſunt nubere te- r, ſed conſilium, quatenus ſi quis ſatius eſt eum ducere vxorem, ſi nihil obſtat; quemadmodum & s dixit: *Melius eſt nubere quam t ſi non ſe continet nubat. Si nu- irgo non peccabit*: Sed hoc non od eſt præſtantius iuxta eum- poſtolum: *Melius eſt autem ſi ſic erit.* Quodque ſi aliqui iam t per votum conſecrati, propte- teneantur illud ſeruare, ſed ubere, ſiquidem Apoſtolus ex- docet contrarium 1. Timoth. vbi ait: *Adoleſcentiores viduas mnationem*, ſi nubant poſt emiſ- tatis vidualis votum, id enim nt verba, *quia primam fidem ir- erunt*, iuxta interpretationem guſtini lib. de bono viduitatis aliorum Patrum ad præfatum deo clarum, & apertum, vt Caluinus lib. inſtitut. cap. 13. le fateri coactus fuerit, viduas ictas, voto caſtitatis, ſeu am- nubendi fuiſse adſtrictas, ſi n violarent peccaſse, debitaſ- ccleſia pœnas luiſse; quod ittit Meſtreſatius præcipuus uinianæ miniſter lib. de Scrip- tura Sacra cap. 13. At ſi ex ipſis, viduæ quod eſsent Diaconiſsæ, ſacriſque muneribus addictæ, tenebantur vouere, & ſeruare caſtitatem, multo magis à Sacerdotibus, alijſque Miniſtris Sacris eadem exigi poteſt perfectio, cū ipſi ratione ſtatus, proprijq; muneris, longe ſtrictiori modo ſint diuino mācipati Eccleſiæ miniſterio, quā prǽfatę eſsent viduæ.

Quare idem Caluinus loco citato §. 17. ait quoque antiquiſſimam eſse conſuetudin, ut qui ſe Deo conſecrare uellent, uoto ſe ad ſeruandam continentiam adſtringerent; cui tamen dum poſtea ſubdit, antiquos, nimirum Patres, non ita fuiſse ab omni uitio puros, ut pro regula recipi, & haberi debeant cuncta ab eis geſta, ſatis oſtendit, quam parui eos faciat, tam in hac re, quam cæteris, ubi ſuis aduerſantur erroribus; imo parum ſibi conſtans eſt, dum hic pro antiquiſſima habet conſuetudine quod ſacrati homines Deo voueant continentiam; cum prius lib. 2. inſtitut. cap. 12. §. 26. dixiſset: ueteres Patres nedum toleraſse, uerum etiam in Epiſcopis approbaſse matrimonium, ubi loquitur de eo, quantum ad uſum, quo ſolū opponitur uoto continentię, uel caſtitatis; licet in hoc turpiter mentiatur, & ſupponat Patribus, ut uidimus ſupra.

Ad ſecundum locum ex epiſtola ad Timotheum reſpondetur ibi notari à Paulo illos, qui nuptias malas eſſe dicebant, qualis fuit Tatianus, Marcion, & Manes; at Catholici tantum abeſt, vt nuptias condemnent, quin potius illas habent pro vno ex Sacramentis nouæ legis contra Sectarios; illis tamen cum Chriſto Matt. 19. V. 10. & Paulo locis citatis 1. Corinth. 7. caſtitatem, & continentiam tanquam quid melius præferimus.

Ad tertium ex Tito, dum ibi requirit Apoſtolus, vt Epiſcopus ſit, *vnius uxoris vir*; Reſpondetur, tantùm abeſſe, vt præcipiat etiam in Epiſcopo coniugium, tollatque continentiam, vt ineptè Caluinus intellexit: quin potius tam eam deſiderat, vt ex coniugatis Epi-

ſcopum Bigamum, hoc eſt, qui duas habuerit vxores, nolit; vt dicetur in fine huius capitis, & ita Lutherus ipſe hunc locum intellexit.

Ad quartum patet ex dictis ad Secundum, honorabile eſſe inter nos coniugium, imò magis quam inter aduerſarios, qui negant illud eſſe Sacramentum; Sed non propterea ſequitur nos omnes illud amplecti debere, aut Sacros miniſtros, qui ex inſtitutione Eccleſiæ caſtitatẽ amplectuntur, illud probro habere; nec enim qui caſtitatem, aut ſuadent, aut profitentur, nuptias damnant; vel prohibent; ſed cum illas admittant, eligunt melius.

Tertio obijciunt aduerſarij, tanquam negotiatores perambulantes in tenebris, quoſdam ſubobſcuros canones, qui Cælibatum, nec imperare Sacerdotibus, nec permittere videntur: huiuſmodi ſunt canon 6. Apoſtolorum: *Epiſcopus, aut Presbyter vxorem propriam nequaquam obtentu religionis abyciat* 4. Concilij Gangreſis: *Quicunque diſcernit Presbyterum, qui vxorem habuit, quod non oporteat, eo miniſtrante de oblatione percipere, anathema ſit.* 13. Quiniſextæ Synodi, vbi nedum damnat morem Romanæ Eccleſiæ iubentis Clericos in Sacris abſtinere ab vxoribus ante ordines ductis, ſed ait inſuper hoc in nuptiarum iniuriam cedere, & tandem concludit: *Si quis Presbyter, vel Diaconus ſuam vxorem priuato prætextu eiecerit, ſegregetur, & ſi perſeueret deponatur.* Concilij Carthaginenſis 11. ſub Siricio Papa; vbi dum filii Epiſcoporum, vel Clericorũ nominantur, & pro ijs leges ſtatuuntur ſupponi videtur ijs licuiſſe liberis operam dare 5. Concilij Carthaginẽſis V. vbi Sectarij ſic legunt ex Græco. Cum de quorundam Clericorũ quamuis erga vxores proprias incontinentia referretur, placuit Epiſcopos, & Presbyteros, & Diaconos ſecundum proprios terminos etiam ab vxoribus continere: vbi, iuxta interpretationem Synodi Quiniſextæ canone citato, *proprijs terminis*, ſignificantur ordines vicium; quibus

contingebat ſacris vacare, ita vt
taxat noctibus abſtinerent; qu
operatorij ſequerentur. 19.
Ancyrani; *Quotquot*, inquit V
tem pollicitam præuaricati ſunt,
ne contempta, inter bigamos ha
ex quo deducunt aduerſarij n
nium, poſt emiſſum caſtitatis
non eſſe peccatum; cum hi
miſſa virginitate illud ineunt,
gamos haberi iubeantur; ſi quid
mia, aut eſſe bigamum, non
tum. Vltimus tandem canon
Auguſtini relatus *c. cum igitur* 3
1. *Eccleſia*, inquit, *poſt Apoſto*
tuta quædam conſilia perfectionis
vt pote de continentia. Clericoru
tur conſilium hoc eſt, atque a
rum Clericis ſacris, iniuſtum
legem, & præceptum facere.
præcipuæ ſunt aduerſariorum
nis ex Sacris canonibus.

Reſpondetur ad primam
Apoſtol. nihil minus ibi ſi
quamquod intendunt ſectarij
tum Apoſtolos iuſiſſe, ne E
Præsbyteri, qui ab vxoribu
bant quo ad thorum, earum
cerent. Sicut etiam prouidit
Toletanum 11. can. 8. quod
tum eſt continentiæ; ſi enim
liter vſi fuiſſent, vel eos ad
nalem domi ſeruaſſent, no
iuberentur, ne eorum curam
vt ſatis ex ſe patet. Qua
quoque reſponſio Leonis Pa
Omnino diſt. 31. *Confitemur*
Epiſcopo, Presbytero, Diacono
no propriam vxorem cauſa rel
cere a cura ſua, ſcilicet, vt ei
veſtitum largiatur, non auter
illa ex more carnali iaceat.

Ad ſecundam ex can.
Gangrenſis dicimus, ibi pr
quis vituperet ſacra eius Pr
recte ordinatus poſt coniu
rite adminiſtrat; quatenus
vituperaret adminiſtration
trimonio male ſentire. vid
non illam ordinationem ho

iugati condemnare, quæ apud Græ-
licita erat.

Ad tertiam ex can. 13. Synodi Quini-
xæ, reſpondetur eum nihil fauere
ſæ aduerſariorum, præterquam enim
multis reprobata fuit, vnde Venera-
s Beda lib. de Sex ætatibus in Iuſti-
no II. illam erraticam vocat: inſuper,
permiſerit vſum coniugij ante ſa-
; ordines contracti, nunquam per-
it coniugium poſt ordines ſuſcep-
: imo & vſum primi coniugij omni-
vetuit Epiſcopis, & inferioribus
taxat Clericis conceſſit, vt patet ex
. 6. 12. & 48.

Ad quartam ex can. 14. Concilij
thaginenſis II. vbi fit mentio de fi-
Epiſcoporum, & Presbyterorum,
ondetur male indè colligi, eos in-
erenter, vel ante, vel poſt ſuſceptos
ines matrimonium contraxiſſe, aut
no vſos fuiſſe, vt intendunt aduer-
, ſiue quod idem eſt, liberos poſt
nes ſuſcepiſſe ex prioribus vxori-
, aut nouas vxores duxiſſe, quæ il-
lios procrearent; ſed huiuſmodi ca-
e, & ſimilibus tantum habetur,
ſcopos, & Presbyteros, qui liberos
matrimonio ante ordines ſuſceptos
erent, debuiſſe poſt ordines eos
care, & inſtituere, non autem ſine
ſua poteſtate per emancipationem
e.

d quintam ex can. 5. Concilij Car-
inenſis V. & ſi eius ſenſum aliqua-
s difficilem reddidiſſe videatur
niſexta Synodus vertens *ſecundum*
rios terminos, quod Latine eſt, *ſecun-*
propria Statuta, vel *ſecundum prio-*
Statuta, reſpondetur eumdem eſſe
ſque lectionis ſenſum, quia Græ-
vocabulum *orous*, quod latine red-
r per vocabulum *terminos*, ſignificat
n *definitiones*, vel *ſtatuta*, vt habet
num exemplar, quæ prohibebant
n vxorum poſt ordinum ſuſceptio-
. Nec aliter intelligi canon poteſt,
æque loquatur de Epiſcopis, &
byteris: Epiſcopis autem cum nun-
n permiſsus fuerit ne à Trullana

quidem aut Quiniſexta Synodo vſus vxorum; quomodo dici poteſt eum à Patribus Africanis permiſsum fuiſſe non ignaris alterius canonis 2. Concilij Carthaginenſis II. vbi habetur: *Omnibus placet, vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus ſe abſtineant*. Et ratio redditur: *Vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas nos quoque cuſtodiamus*: Quod eſt idem prorſus ac quod citato can. Concilij V. ſancitur: *Placuit*, inquit, *Epiſcopos, & Presbyteros, & Diaconos, ſecundum propria ſtatuta, vel priorum ſtatuta etiam ab vxoribus continere*, vt habetur in Latinis exemplaribus apud Binium tom. 1. Conciliorum.

Ad Sextam ex can. 19. Concilij Ancyrani, primò reſpondetur, in eo Sermonem eſſe de lapſu fortuito, qui accidit hominibus, qui profeſſi ſunt caſtitatem, & ex fragilitate illam violant, non autem de illis, qui vxorem ducunt, & mutant ſtatum, ſeu ad ſtatum Clericalem tranſeunt; ſed eſto de his loqueretur canon; ſecundo reſpondetur, non propterea ab eo reijci inter bigamos, Clericos matrimonium poſt votum contrahentes, aut eo prius contracto vtentes, vbi erat prohibitum, quaſi id ipſis liceret, nullumque in hoc peccatum eſſet, ſicut bigamia nullum includit peccatum; ſed vt eos puniat, & inhabiles reddat ad Sacerdotia, reſq; ſacras obeundas: quemadmodum multa Concilia præuaricatores voti, vel legis continentiæ ad Laicos redigebant. Vt patet ex can. 1. Concilij Neocæſarienſis, vbi ſtatuitur, quod *Presbyter, ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit extra Eccleſiam penitus expellatur, & ad penitentiam inter Laicos redigatur*.

Ad ſeptimam ex doctrina D. Auguſtini, dicitur eum locutũ fuiſſe de Clericis in minoribus conſtitutis, non autem de alijs conſtitutis in Sacris, illis enim non eſt præcepta, ſed ad maiorem ſolum perfectionem conſulta continentia, his autem præcepta eſt, ſiue ex voto, ſiue ex præ-

ex præcepto Eccleſiaſtico. Quod obijciunt, multa ex hac Clericorum continentia oriri mala, iam ſolutum fuit ſupra.

Supereſt iam vt breuiter explicemus, vtrum obligatio cælibatus Clericalis in Eccleſia Latina ſit ex lege Eccleſiaſtica impoſita ordinandis? An ex voto ab ijs voluntarie ſuſcepta? ſiue an ſola lex Eccleſiaſtica vi ſua, etiam nullo interueniente voto, obligaret ad cælibatum, vel an id faciat virtute voti adnexi? Tum vtrum, & quando matrimonium poſt ſuſceptos ordines cæperit eſse irritum, & inualidum?

Circa primum, cum omnes Theologi Catholici conueniant, ordinatum in Sacris, ſiue emittat expreſsè votum, ſiue non, cenſeri tamen emittere; & voluntate conſequenter, ac propoſito ſuo teneri: item radicem huius obligationis eſse Statutum Eccleſiæ, vel immediate iubentis continentiam, vel præcipientis votum illius; ita vt ſiue immediatè, ſiue mediatè ad legem Eccleſiaſticam recurratur; differunt ſolùm in hoc, quod aliqui cum Scoto in 4. diſtinct. 37. quæſt. vnic. ſentiunt cælibatum Clericorum ex lege immediatè oriri, ſecluſo voto; alij vero communius cum Diuo Thoma in 4. diſt. 37. quæſt. 1. artic. 1. docent naſci ex voto emiſſo, ita vt illius virtute Clerici ad ſeruandam continentiam obligentur. Alij ſunt, qui dicunt teneri ex vtroque, adeò vt ſecluſo voto lex obliget vi ſua, ſique ordinatus ſuſcipiendo Ordines Sacros, nolit ſe conſtringere voto, adhuc ex lege ad caſtitatem teneatur.

Poſse autem Eccleſiam obligare ſuos ad continentiam, vel profitendam, vel vouendam, quamuis negent Hæretici, dicentes eam non poſse ſtatuere legem, quæ certo hominum ſtatui generatim auferat libertatem contrahendi matrimonium; ſatis patet ex eius ab initio vſu. Etſi enim libenter admittamus, quod abſolute loquendo, forſan hoc non poſſit facere; cum continentia ſit res conſilij: falſum eſt quod non poſſit hoc facere eo quo facit, nempe ſub hac cond ſi quis velit eſse Presbyter, A ſcopus, aut Diaconus, aut Sul nus, debet ſeruare continentiam per huiuſmodi legem non cogit piam ad continentiam, ſed r vnicuique liberum, vt poſſit a ſtatum Eccleſiaſticum, vel non cti, & conſequenter vt poſſit v ducere, vel non, pro vt libuerit ſicut quilibet poteſt in rei ſuæ t ne legem, & conditionem ap l. *in traditione*, ff. de pactis. It ſia in traditione, vel collatione C Sacrorum poteſt legem contine ponere illis qui eos ſuſcipere vel certe, ſi, vt notauimus, Caluinu ſit, viduas, quæ olim ſacris add tur, fuiſſe ab Eccleſia rite oblig votum continentiæ, non eſt cu get de Sacris Miniſtris modo ex

Quo ad ſecundum, etſi m nium poſt ſuſceptos ordines iur no inualidum, aut irritum non re tamen Eccleſiaſtico tale eſſe omnes Theologi, pro vt nouiſſin cilium Tridentinum definiuit Can. 9. vbi inter alios, quos errores, recenſet eum, *quod C Sacris conſtituti poſſint matrimoni trahere, contractumque validum ſ* ior difficultas eſt, quandonam rit hæc lex irritans, aliqui e Sylueſter, ſentiunt à temporibu ſtolorum ſuum exordium habui autem, vt Vaſques diſput. 249. aſſerunt, ab initio quidem pro fuiſſe matrimonia poſt ordine aliud probare, qui afferuntur t prima ſententia, non autem in aut irrita fuiſſe.

Primus textus, vbi magis expr betur lex irritans præfata matri eſt canon 21. Concilij Lateranen Calixto II. ann. 1122. relatus c quæſt. 1. Tum Concilij Romani celebrati ſub Innocentio II. qui ceſſit Honorio II. ſucceſſori C

II

ſmodi, inquit, *copulationem, quam* *Eccleſiaſticam regulam conſtat eſſe* *actum, matrimonium non eſſe cenſe-* In quo textu cum clarè habeatur m eſſe huiuſmodi matrimonium, e contra Eccleſiaſticam regulam actum, dici quidem poteſt in duo- æfatis Concilijs expreſſius haberi illud irritantem, ſed non tunc ab- incepiſſe; modus enim ille lo- di, ſiue declarandi nullitatem præ- matrimonij, quippe contra regu- ccleſiaſticam, ſonare quid in hac tiquius videtur, & ſupponere, ipſa fuerint.

inta, & vltima concluſio. Apoſto- iam lege prohibitũ eſt, ne Diga- oc eſt, qui poſt primæ vxoris obi- lterã duxerint, ad Sacros Ordines antur. Iſta concluſio eſt omnium ogorum Catholicorum fundata ois Pauli 1. Timoth. 3. V. 2. *Opor-* *Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe,* *xoris virum*; & cap. 5. V. 9. *Vi-* *gatur non minus ſexaginta anno-* *æ fuerit vnius viri vxor.* Titi 1. *onſtituas per ciuitates Presbyteros,* *iſpoſui tibi. Si quis ſine crimine* *ius vxoris vir.* Ea enim vnani- Patres tum Græci, tum Latini, Eccleſia Catholica ſemper de amia ita intellexerunt, vt non Sacris Ordinibus initiare eos, uis, modo bigami fuerint, ſiue ores, etiam diuerſis temporibus nt. Illorum teſtimonia videri apud Coccium tom. 2. lib. 8. ui etiam multas huius rei addu- iones; quæ tamen ad duas re- r. Vna eſt moralis, videlicet uſpicio incontinentiæ, ſiue per- ontinentia, vt ait Tertullianus d vxorem lib. de monogamia, de exhortatione caſtitatis: & omus in commentario citato- oſtoli locorum. Altera myſtica, perfecta ſignificatio coniugij cum Eccleſia; & ſi enim qui ſe- vxorem ducunt, ſignificent qui-

dem coniugio ſuo Chriſti coniugium, ſeu ipſam coniunctionem vnius cum vna præſenti, quidquid fuerit de præte- rita, vndè nuptię digamorum nihil falſi ſignificant; non tamen ita perfectè, vt is, qui ſolam habuit; non enim ſignifi- cant, Chriſtum ita eſſe vnius Eccleſiæ Sponſum, vt nunquam habuerit aliam; proptereaque eorum nuptię, licet nihil falſi ſignificent, ob allatam rationem, carent nihilominus quadam perfectio- ne ſignificationis, quam habent nuptię monogamorum. Atque hanc cauſam reddunt S. Auguſtinus lib. de bono coniugali cap. 18. & S. Leo in epiſt. 88. ad Afros.

Vndè explodi debet Lutheri inter- pretatio lib. de captiuit. Babylonica, cap. de ordinis Sacram. & fuſius in propoſitionibus de digamia Epiſcopo- rum, vbi docet, illis verbis Apoſtoli, *oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum*, prohibita ſolum fuiſſe adulteria, & ſcortationes, ita vt ſenſus eorum ſit, oportere Epiſcopum ſola vxore legitima, ſiue vna, ſiue plu- ribus eſſe contentum, & non indulge- re ſcortationibus; ſicque vocabulum viri, non ſignificare maritum, ſed ali- quid commune ad maritum, & adulte- rum. Imo addit, non ſolum non eſſe vetitam à Paulo pluralitatem vxorum ſucceſſiuè, ſed neque ſimul, niſi fortè apud Gentiles propter ſcandalum: nã apud Iudæos, vbi erat conſuetudo plu- res vxores ducendi, non exiſtimat Lu- therus interdictum fuiſſe Chriſtianis Epiſcopis multas ſimul vxores habere. Huiuſce interpretationis rationem af- fert, quia Apoſtolus iubet, Epiſcopum eligi irreprehenſibilem, ſiue vt ad Ti- tum ſcribit, ſine crimine; explicans au- tem ſtatim, quæ ſint crimina, quibus carere debet Epiſcopus, ait, quod ſit *vnius vxoris vir*; his igitur verbis non ſignificatur monogamia, quæ opponi- tur polygamiæ plurium vxorum ſuc- ceſſiuè, aut etiam ſimul, vbi permitte- batur, quæ non erat crimen, ſed ea ſo- lum

lum, quæ opponitur fornicationi, & adulterio, quæ vera ſunt crimina.

At huius interpretationis falſitas patet ex multis capitibus, *Primò* quia eſt contra communem SS. Patrum ſenſum; *Secundò*, quia duo præfati loci epiſtolæ ad Timotheum, & ad Titum, eodem modo debent intelligi, ac ille prioris ad Timotheum cap. 5. vbi de viduis habetur. *Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor*; nam eadem phraſi dicitur, *vnius viri vxor*, & *vnius vxoris vir*; ſed vnius viri vxor, non poteſt ſignificare, quod vidua non fuerit adultera, vel ſcortatrix: ſi quidem ſcortum non dicitur vxor, ſi ad adulterum, aut ſcortatorem referatur, ſed adultera, vel meretrix; deindè continentia ab adulterio, & ſcortatione, non ſolùm requiritur in muliere, quo tempore vir eius viuit, ſed etiam dum poſtea in viduitate manet, & tamen Paulus non loquitur hoc loco, niſi de tempore, quo vir eius viduæ viuebat, non enim dicitur vxor vnius viri fuiſse, niſi quando virum habebat: igitur, quemadmodum illis verbis de vidua dictis; *quæ fuerit vnius viri vxor*, non poteſt ſignificari, vt eligatur vidua, quæ non fuerit adultera, aut ſcortatrix, ſed quæ vnum ſolum maritum habuerit: ita ſimiliter, vbi dicitur de Epiſcopo; quod ſit *vnius vxoris vir*, intelligi non poteſt, quod non fuerit adulter, aut fornicator, Sed quod vnam tantùm vxorem habuerit. *Tertiò*, quia ibi Paulus exigit in Epiſcopo, ſicut & in vidua ſacris addicta, ſpecialem aliquam conticinentiam, quæ cæteris non eſſet fidelibus communis; ſed cōtinentia ab adulterio, & ſcortatione, eſt quid omnibus commune; indè igitur Epiſcopus dici non poteſt vnius vxoris, ſed ex monogamia, ſiue continentia à pluribus vxoribus non ſimul habitis, verum ſucceſſiuè. Nam *quartò*, cum eo tempore, qu o Paulus hæc ſcribebat, non eſſet conſuetudo, neque apud Iudæos, neque apud Gentiles, & multo minus apud Chriſtianos, vt vnus vir duas ſimul vxores haberet, certè non erat, quod tam ſollicitè id prohiberet Apoſtolus, quod non fiebat: dum ergo vult Epiſcopum vnius vxoris eſſe virum, loquitur certè de monogamo, non autem de polygamo, plures ſimul vxores habente, quæ eſt altera Caluini, Centuriatorum, & aliorum interpretatio, volentium Apoſtolum vetuiſſe, ne habeat Epiſcopus, vel Diaconus duas ſimul vxores. Cuius etiam falſitas conſtat ex dictis; præſertim ex eo, quod eadem phraſi, & in eadem epiſtola, & ab eodem Apoſtolo iubetur eſſe Epiſcopus vnius vxoris vir, & vidua vnius viri vxor: at nulla ratio permittit, vt Paulus iubere voluerit, ne vidua eligeretur, quę fuiſſet vxor multorum virorum ſimul: id enim fruſtra Paulus iuſſiſſet, cum nuſquam, & nunquam fuerit eiuſmodi conſuetudo, vel vſus, quod vna mulier eſset plurium virorum vxor; etſi enim habuerint quōdam Iudæi multas vxores, ſicut etiam nunc habēt Turcæ, tamen nunquam eſt auditum, vnam mulierem plures maritos habuiſse. Igitur quemadmodum vidua non dicitur ab Apoſtolo vnius viri vxor per excluſionem plurium maritorum ſimul habitorum, ſed ſucceſsiuè; ita quoque Epiſcopus non dicitur vnius vxoris vir, per excluſionem plurium vxorum ſimul, verùm ſucceſsiuè habitarum.

Ad rationem autem dubitandi, cum ſit duplex huiuſmodi verborum, *oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, vel *ſine crimine eſſe*, interpretatio. Prima Diui Auguſtini tract. 41. in Ioannem, & lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagianorum, cap. 14. nomine criminis intelligentis etiam peccatum graue, ac lethale; Reſpondetur primò iuxta hanc explicationem, non debere exponi verba ſequentia Diui Pauli, quaſi ijs explicetur, quid ſit eſſe irreprehenſibilē, ſeu ſine crimine, ſed ita, vt eis declaretur, Epiſcopum non ſolum ſine crimine eſſe

re, verum etiam multis
ibus, ac virtutibus orna-
ietate, doctrina, monoga-
iori præ ceteris continen-
erfectione, & excellentia
Iuxta ſecundam autem
nem, qua nomine crimi-
n peccatum intelligitur,
ab hominibus reprehen-
robari ſolet; neque enim
eprehenduntur, ſed etiam
peciem mali; qualis eſt
igamia, quæ ſignum præ-
ntiæ, aut alterius vitij; vn-
io Neocæſarienſi can. 7.
Sacerdotes intereſſe nu-
um, & etiam apud Gen-
Pontifices eſſe non po-
tatur Tertullianus lib. 1.
& Seruius in illud Aenei-

orſan potui ſuccumbere

it, *propter antiquum ri-*
lebantur à ſacerdotio bis
anc, inquam expoſitio-
ur, voluiſſe Apoſtolum,
s non ſolum nullius cri-
ed nec alicuius rei, quæ
n præ ſe ferret, apud ho-
tari, & propterea mo-
iuſſiſſe, attenta ſacerdo-
, vt ait Epiphanius hæ-
Ambroſio lib. 1. de of-
t liberius hortari poſſet
ontinentiam. Hactenus
u continentia Clericali,
it aduerſus omnes eius
ſalua fide de illa inter
tantur, alibi, ſi Deus det
m, explicabuntur; libro
ſequenti.

CAPVT XXXIX.

Statuitur aduerſus Lutherum, & Caluinum, cæteroſque huius temporis ſectarios, modus ille orandi peculiaris, qui ſacris miniſtris præſcriptus eſt in Horis dictis Canonicis.

PRæter annexum Sacris Eccleſiæ Miniſtris onus continentiæ, modo ſuperiori capite explicato, pertinens ad virtutem temperantiæ, datur quoque aliud recitandi horas canonicas, ſpectans ad virtutem religionis, ſub virtute iuſtitiæ contentæ; quod quia etiam auerſantur ſectarij huius temporis, placuit hic breuiter illius conuenientiam ſtatuere.

Igitur quem olim ſolum ex parte nonnulli hæretici reprehenderunt vſũ horarum canonicarum, *v. g.* quod in nocturnis canerentur vigilijs, vt Vigilantius apud Hieronymum lib. aduerſus ipſum cap. 4. & epiſtola 53. ad Riparium; Hæretici Nictazontes, hoc eſt ſomniculoſi dicti apud Iſidorum lib. 1. de officijs Eccleſiaſticis cap. 22. vel in templis, vt Petrobuſiani apud Petrum Cluniacenſem epiſt. 1. omnino primũ improbarunt Waldenſes apud Aeneã Syluium lib. hiſt. Bohemicæ cap. 35. wiclefus apud Thomam waldenſem tom. 3. cap. 21. aſſerens vſum horarum canonicarum, non eſſe prudentem, & obligare ad eas eſſe derogare libertati Chriſtianæ, quem errorem Lutherus lib. de forma miſſandi, & in confutatione rationis Latomianæ, cæterique huius temporis ſectarij, pro ſua erga omnes res ſacras, ſacroſque Eccleſiæ Catholicæ ritus auerſione libenter amplexi ſunt.

At certum eſt, eam omnem precandi rationem, quæ horis canonicis continetur, eſſe optimam, & vtiliſſimam, Deoque gratiſsimam. Patet primò authoritate Scripturæ Pſalm. 54. & 118. Danielis 6. Eccleſiaſt. 39. vbi conſtat Dauidem, Danielem, atque etiam alios

Sanctos ſtatis temporibus,& certo modo precari fuiſſe ſolitos, qui tamen Deo ſummopere placuerunt;non eſt ergo cur ad eorum imitationem idem laudabiliter præſtare non poſsimus. Habemus etiam in hoc exemplum, Chriſti Domini, quod imitemur,quem cum diſcipulis hymnum ſolitum fuiſſe dicere, habetur Matth. 26. 30. Tum Apoſtolorum, legitur enim Act. 3. 1. *Quod Petrus, & Ioannes aſcendebant in templum, ad horam orationis nonam.* 10. 9. *Aſcendit Petrus in ſuperiora,vt oraret circa horam ſextam*, & 16. 25. *Media autem nocte Paulus, & Silas orantes,laudabant Deum. Et audiebant eos, qui in cuſtodia erant.* Qui etiam Apoſtolus varijs in locis, ſed præſertim Epheſ.5 18. ait: *Implemini ſpiritu, loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino: gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo, & Patri.* Inde enim Eccleſiam ſumpſiſſe morem orandi, ſeu recitandi horas canonicas teſtatur Haymonius ibi: *Nobiſmetipſis*, inquit,*loquimur,quando alternatim canimus Pſalmos*]. *Pſalmus dicitur à pſallendo. Hymnus ſonat laus Dei* &c. *Hymnos apud Latinos compoſuerunt præcipuè Ambroſius, & Hilarius clariſſimi viri.*

Secundò probatur hæc veritas ex antiquiſſimo vſu Eccleſiæ, contra quem velle diſputare, *inſolentiſſima inſania eſt*, vt ait Diuus Auguſtinus epiſt.118. ad Ianuarium. Nam in ea ſtatim ab Apoſtolorum temporibus fuiſſe vſitatam à viris præſertim Eccleſiaſticis aliquam normam orandi, quę non multo poſt, ex parte primùm, & deindè omnino, in hanc ipſam Horarum Canonicarum formam redacta ſit, vnanimiter atteſtantur Sancti, & veteres Patres, tàm Græci, quàm Latini.

In qua certè norma orandi, ſeu Horarum Canonicarum inſtituto, cum nihil niſi pium, & vtile contineatur; nam in eis, vel laudatur, vel oratur Deus, vel leguntur ſacræ hiſtoriæ, aut prophetiæ, aut doctrinæ, & admonitiones ſacrę; vel etiam imploratur quandoque interceſſio Sanctorum apud Deũ; quod omnino etiam piè, & vtiliter fieri oſtendimus ſupra cap. 28. patet,quã temere ſectarij illud reprehẽdant;quod teſtimonio etiam hoſtium Chriſtianæ fidei infenſiſſimorum, pium olim iudicatum fuit. Nam de Iuliano Apoſtata refert ex Sozomeno Caſſiodorus lib. 6. hiſt. tripart. cap. 29. quod [*Conſiderans Chriſtianum ex vita bona, & conuerſatione conſiſtere, ſtuduit vbique templa Paganorum conſtitutione, & ordine Chriſtianæ Religionis ornare, ſedibus atque proceſſionibus, Paganorumque dogmatibus, atque monitionibus. Et lectores ſuæ ſuperſtitionis inſtituit inſtar Clericorum, vt & horas certas, & dies orationum ſolemniter obſeruarent.*

Quod autem Eccleſiaſticæ perſonæ ad certam hanc orandi rationem contentam horis canonicis obligentur, nihilo magis à Sectarijs reprehendi poteſt; præterquam enim habet Eccleſia poteſtatem obligandi ad actus pios, & vtiles, quales ſunt horę canonicę; dato quod ad illas recitandas abſolutè obligare non poſſet; conditionatè tamen id ualet; ſicuti enim quilibet poteſt in rei ſuæ traditione legem, & cõditionem apponere l. *in traditionibus* ff. de pactis; ita Eccleſia in traditione ordinum ſacrorum, & bonorum Eccleſiaſticorum poteſt legem, & conditionem recitandi horas canonicas ijs, qui accipere uelint, imponere.

Huiuſmodi ſunt *Primò* omnes illi, qui ſunt ſacris ordinibus, ſiue maioribus initiati: & quod attinet ad Presbyteros patet ex cap. *Presbyter* de celebratione Miſsarum; quoad Diaconos uerò, & Subdiaconos ex cap. *dolentes*, eod. tit. & cap. *finali* 92. diſt. Ratio autem huius præcepti eſt, quia unum ex præcipuis officijs miniſtri ſpiritualis eſt, orare Deum pro populo; hoc igitur ipſo, quod iure diuino; & naturali, tenetur miniſter ſpiritualis ſuum adimplere officium, tenetur etiã aliquo

m modo orare pro popu-
autem iure poſitiuo deter-
n orandi modum, nimirũ,
cipuis miniſtris, quales sũt
ecitentur horæ canonicæ.
s, qui tantum ſunt in mino-
ous conſtituti, communiter
non debere dictas recita-
cundò tenentur ad eaſdem
ui habent beneficium Ec-
iue ſimplex, ſiue curatum,
quamcumque aliam præ-
o clericali; non tamen
ſi quidem non habent ti-
ij, ſed tantum ius reci-
m portionem ab eo, qui
; imo ante Bullam Pij V.
natè recitare tenebantur
uerum poſt illam, qui
ipiunt tanquam Clerici,
ie recitare officium Bea-
otanter autem dixit Pius
a alij penſionarij, qui ti-
t titulo belli contra infi-
nt aliquas decimas, ex
um, ad nihil obligantur.
Religioſi profeſſi Choro
muis non ſint ſacris or-
i, tenentur quotidie re-
officium, ſeu horas ca-
quidem ex iure aliquo
peculiari, ſi quidem nul-
e etiam ex vi profeſſio-
ione ſolum eſt conari ad
onſequendam, ſed tan-
nſuetudinem Religio-
liarem ipſarum legem,
ibus, ubi talis conſue-
recepta eſt, earum reli-
r illam obligantur ad
fficium diuinum.
prius non ita perfectè
diuinum officium, in-
rtum, ad quid ſacri te-
i, ut illud pro ſuo mu-
t; omnis difficultas
llam Pij V. felicis re-
circa Breuiarium Ro-
68. reſtitutum. Dicen-
ex ſententia omnium

octo Horæ Canonicæ: & quidem ſecundum ritum illius Breuiarij, ab omnibus omnino, exceptis illis, qui ad eas Eccleſias, uel religiones pertinent, in quibus uel ab ipſa prima ſui inſtitutione per Sedem Apoſtolicam approbata, uel à ducentis, & eo amplius annis ante editionem illius Breuiarij uiguerat cõſuetudo aliter officium recitandi.

Porro prefatæ octo horæ ſunt, Matutinum, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperę, & Completorium; quia tamen communiter Matutinum, & Laudes ſimul iunguntur, inde etiam communis opinio ſeptem Canonicarũ Horarum numerum approbat, & amplectitur, ex gloſſa in cap. 1. de celebrat. Miſſ. Solentque ex Caſſiano ſequentia referri carmina, quibus ſeptinarius horarum numerus, earumque myſteria ſic explicantur.

Hęc ſunt ſeptennis per quæ nos pſallimus horis
Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat:
Prima replet ſputis, cauſam dat Tertia mortis,
Sexta cruci nectit, latus eius Nona bipertit:
Veſpera deponit, tumulo completa reponit.

Alijs quoque verſibus earumdem ſeptem horarum myſteria, ſeu rationes myſticæ ita declarantur.

In Matutino damnatur tempore Chriſtus
Quando ſurrexit, Prima canit ordo fidelis
Tertia cum canitur: tunc eſt cruciamina paſſus:
Sexta ſunt tenebræ per mundi climata factæ;
Emiſſus Nona diuinus Spiritus hora:
Veſpere clauduntur Chriſti ſacra membra ſepulchro;
Chriſto biſſena cuſtodia ponitur hora.

Ita igitur, cum ſingulare beneficiũ paſſionis, redemptioniſque noſtræ ſeptem horis fuerit inchoatum, continuatum, & conſummatum, ſicut & opus oratio-

orationis ſeptem diebus fuerat completum, in finem illius recolendę, præcipuè fuerunt inſtitutæ ſeptem Horę Canonicæ. Quæ componuntur, veluti ex ſuis partibus, Pſalmis, Antiphonis, verſibus, lectionibus, reſponſorijs, hymnis, canticis, & orationibus.

Pſalmi à ſpallendo dicuntur, quia quaſi ſpallentes, & exultantes debemus bona opera præſtare, quorum merces copioſa eſt in cœlo: nam Pſalmi ſignificant bona opera: & vocantur Pſalmi, quia Regius Propheta Dauid Pſalterio decem chordarum eos decantauit, innuens quod in Pſalterio ſpirituali viuificato per fidem debemus potiſſimum pſallere Deo, decem legis mandata implendo. Qui alternatim dicuntur, ex inſtitutione Damaſi, vel ad imitationē Seraphim, qui Iſaiæ 6. clamare leguntur *alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus* &c. vel ex eo, quod Sanctus, vt dicitur, Martyr Ignatius in viſione audiuit Angelos alternatim Pſalmos canentes; vel demum ad denotandum, quod ſi volumus adimplere legē Chriſti, debemus alter alterius onera portare. Poſt vnumquemque Pſalmum dicitur hymnus glorificationis, ſeu verſus *Gloria Patri*, &c. qui eſt totius Trinitatis laus; quoniam, cum Pſalmus bonam operationem ſignificet, ea finita, meritò gloria danda eſt Deo, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum; de quo verſu fusè egimus ſupra cap.4. probantes ex illo aduerſus nouos Arianos veram filij diuinitatem in vna, & eadem numero natura cum Patre.

Antiphona dicitur, quaſi ante Pſalmum ſonans: inchoatur ante Pſalmum bonum, vt diximus, opus ſignificantē, quia ipſa denotat charitatem, ſine qua nullū opus, quantumuis ex obiecto bonum, quidquam ad meritū, aut ſalutem prodeſt. Et ideo ijſdem etiam Pſalmis intermiſcetur, quod omnia ſemper opera debeant in charitate fieri; ante Pſalmum dimidiatè ſolum, poſt illum verò integrè; quia charitas in via habita perficietur in patria, fietque conſummata. In maioribus autem Sanctorum feſtiuitatibus ante, & poſt Pſalmos integre recitatur, vt moneamur, nos, in illis diebus, ad imitationem Sanctorum, in charitate, ac bonis operibus perfectiores eſſe debere.

Verſus dicitur à vertendo, vt, ſi fortè quis ex longitudine Pſalmorum, mente euagatur, audito verſu, ſuam renouet attentionem, conuertaturque ad Deum; ſicut plerumque etiam alta, & acuta voce dicitur: vt, ſi aliqui pigri laudando Deum torpent, indè magis excitentur ad proſecutionem boni operis.

Lectiones à legendo dicuntur, quia non canuntur, vt Pſalmi, & antiphonę, ſed ab vno ſolo leguntur, ad inſtructionem audientium, ſecundum feſtorum diuerſitatem; eas autem lecturus petit benedictionem à Presbytero, dicendo, iube Domne benedicere, & non Domine; quia ſolus Deus verè Dominus eſt: & benedicturus non à ſe benedictionem largitur, ſed à Deo illam poſtulat dari. In fine autem dicitur tu autem Domine miſerere nobis, quia tunc ſermo ad Deum dirigitur, qui verè Dominus eſt.

Reſponſoria quoque poſt lectiones ſubijciuntur; quia cū in lectionibus tū doctrina, tum vita, & mores Sanctorum proponantur, quaſi reſpondemus, nos, & doctrinam eorum acceptare, & mores imitari velle; ideoque huiuſmodi reſponſoria plerumque componuntur ex materia lectionum.

Hymni in ſingulis officijs diuinis canuntur, eſt autem Hymnos Gręcè, idem ac Latinè laus Dei: & ità in Hymnis ſemper Deum laudamus; vel Sanctos in ipſo, in eorum feſtiuitatibus. Quod autem Hymni, & collectæ, ſiue orationes non ſint in Scriptura, ſed ab ipſis Eccleſiaſticis viris fuerint compoſiti, non propterea improbari debent, ſufficit enim quod in illà quoad ſenſum contineantur. Vndè in Concilio Toletano IV. can. 12. excommunicationis pœna decernitur in eos, *qui Eccleſiaſticos*

oterea reſpuunt, quod hu- t compoſiti. Tunc enim, Patres, ille etiam Hym- us Hymnus Glorificatio-, quem in fine Pſalmorũ *ia Patri, &c.* reijciendus ue ille legatur totidem tura, ſed tantum quo ad

ificant gratiarũ actiones, lifferentia inter Pſalmũ, uius Moyſes primus fuit ndo Exodi 15. Pharao dicuntur poſt Pſalmos, m operationem per Pſal- m, ſequitur ipſius boni m actio.

ue collectæ ſingulis ho- r quas petitiones noſtræ antur; oratio namque ntur in fine earum, qua- iuinam deprecamur ma- quæ in officio legimus, mus, nobiſque proſint conſecutionem.

autem omnium horarũ Dominica præmittitur, m ſubiungitur, ob eius nibus excellentiam. Et ait Ioann. 3. *ſine me ni-*. In principio horarum Deus in adiutorium meũ que peccare nobis con- odis: videlicet corde, deo tribus diuerſis mo- antur: vt Completoriũ, os Deus, contra pecca- atutinum, per Domine ẽs, cõtra peccatum oris; es diei horæ, per Deus neum intende, contra is. En breuiter, quæ ad ni officij à Sacris Mini- æ præcepto recitandi, s ſignificationes perti-

t ad locum in quo reci- ıatim fiat, nullus eſt lo- criptus, ſed poteſt dici ɔco, ſpeciálem tamen

haud habente indecentiam; At publicè pro populo, dicendum eſt officium in templo à deputatis ad illud. Si quis tamen abeſſet, non peccaret mortaliter, citra contemptum.

Quantum ad tempus, quo dicendum eſt officium, conuenit inter omnes do- ctores, illud eſſe à Veſpere vnius diei vſque ad mediã noctem ſequentis diei incluſiuè; excepto quod veſpere præ- cedentis diei tantum licet dicere matu- tinum ex horis diei ſequentis. Qui etiã doctores cõmuniter cenſent, eſſe pec- catum veniale horas ſingulis precibus deſtinatas commutare notabiliter ſine rationabili cauſa, maximè ſi poſtponan- tur. Nam anteuertere communitereſt conſultum propter futuras occupatio- nes. Vndè in cap. *Presbyter* de celebr. Miſſarum; ſuadetur, vt mane dicantur horæ vſque ad veſperas incluſiuè. Quę- nam autem illæ horæ ſingulis precibus deſtinatæ olim fuerint, habetur ex Baſi- lio in regulis fuſius diſputatis ad inter- rogationem 37. & Hieronymo epiſt. 22. ad Euſtochium cap. 16. Matutinum ſci- licet media nocte recitari ſolitum fuiſ- ſe; Laudes ante diluculum, ſiue ſub auroram; Primam paulò poſt, ſiue ho- ra ab ortu Solis prima; tum Tertiam, Sextam, & Nonam, iiſdem ab ortu So- lis horis; Veſperas circa occaſum So- lis; ac demum Completorium, *primis*, vt ait Baſilius, *ſe iam noctis intendenti- bus tenebris*; ſiue crepuſculo iam abſo- luto.

Cuius etiam diſtributionis Horarum Canonicarum, quo ad tempus eas reci- tandi, plura habentur Scripturæ tum exempla; tum documenta; *Matutino*, enim attribui poteſt, quod ait Dauid Pſalmo 118. v. 62. *Media nocte ſurge- bam ad confitendum tibi*; *Laudibus*, ac *Primæ*, illud Eccleſiaſt. 39. *Iuſtus cor ſuũ tradidit ad vigilandum diluculo ad Do- minum, qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur*. *Tertiæ*, quod Act. 2. hora tertia orabant Apoſtoli, quando receperunt Spiritum Sanctum. *Sextæ*, quod ibidem, Petrus aſcendiſ-

ſe

ſe dicitur in ſuperiora, vt oraret circa horam ſextam. *Nonæ*, quod ibidem Petrus,& Ioannes aſcendebant in Templum ad horam orationis nonam; *Veſperis*, & *Completorio*, illud Dauidicum Pſal.140. *Eleuatio manuum mearum Sacrificium Veſpertinum*. Præterquã pręfatis horis præcipua etiam recoluntur Chriſti Domini myſteria, & opera. Nã media nocte natus eſt de Virgine Luc.2 diluculo reſurrexit Marci 16.Hora prima mulieribus ab Angelis annuntiata eſt reſurrectio Matt. 28. Hora tertia, Spiritus Sanctus ſuper Apoſtolos venit. Act. 2. Hora ſexta, crucifixus eſt Chriſtus. Luc. 24. Hora nona, emiſit Spiritum ibid. Veſpere cum diſcipulis cęnauit, illoſque ſuo Sacratiſsimo corpore refecit. Mar.15. hora Cõpletorij, in montem ſeceſsit ſolus orare.Luc.5.

Quod dicitur officium diuinum debere ſuis determinatis horis recitari, potiſsimum intelligendum eſt,quando recitatur in templo pro populo. Adeò vt aliqui cum Soto lib. 10. de iuſtitia quæſt.5. art.4. putent mortale eſſe illas tunc commutare; nam fieret, inquiunt, iniuria populo,qui neſciret,quandò deberet ad officium audiendum conuenire. Verum alij cum Caietano in Summa, negant eſſe mortale ſi id fieret abſque contemptu præcepti Eccleſiæ ſtatuentis certa illa tempora, vel horas pro dicendo officio;& ad rationem Soti reſpondent facilè populum id ſcire poſſe. At vbi eſſet admodum frequens, & magna ordinis perturbatio, crederem tunc veram eſſe opinionem Dominici Soti.

Circa operationes exteriores, quibus in recitando officio debemus vti, cum nullo iure diuino, præſcribantur aliqui geſtus, & corporis habitus, quibus orare, aut recitare teneamur,ſeruãdæ ſunt in hoc vniuſcuiuſque Prouinciæ, vel Eccleſiæ conſuetudines, ac ritus; & vbi publicè fit, præcipitur, vt diuinum officium alta, & ſonora voce perſoluatur; cap.*dolentes* de celeb. Miſſ. can. *Si quis Presbyter* 92.indeque introductũ eſt, vt aliquando ordinandi examinarentur in cantu, tamen cum de iure nihil circa hoc ſit determinatum, relinquitur arbitrio Ordinarij. Quantum verò ad operationes interiores,ſiue attentionem, qua diuinum officium recitari debet, ſcilicet vel *ad verba*, ne quis illa proferendo erret, vel *ad rem ſignificatam*, vel *ad Deum*, qui oratur, cum diuerſa ſint Theologorum placita; communior tamen eorum ſententia eſt ſufficere in recitando officio attentionem ad verba ſolum, vt videlicet benè, & diſtinctè proferantur abſque ſyllabarum confuſione. Et hæc ſufficiant de horis canonicis, de quibus fusè plures tum antiqui, tũ moderni doctores ſcripſere; inter alios conſulendus Eminentiſſimus Cardinalis Ioannes Bona in egregio opere inſcripto, pſallentis Eccleſiæ harmonia.

CAPVT XL.

De tonſura Clericali aduerſus Caluinum, & eius ſequaces.

DVplicem primò tonſuram diſtinguo, Clericalem vnam, Monachalem alteram, de iſta modo non agitur, quæ ſolum ſignum eſt pœnitentię, & conuerſionis, vt dicetur infra, quatenus pœnitentes olim nonniſi tonſi recipiebantur, ſed de prima; de qua non vna, eademque fuit omnium ſententia. Aliqui enim dixerunt eſſe ordinem, quia ordo Clericalis per eam confertur. *de ætate, & qualitate ordinandorum c. cum contingat*, Alij ſignum Sacramentale, *gloſ. in can. Cleros diſt.* 21. non tamen Sacramentum; quale tamen eſſe alij videntur voluiſſe, dum ab illis *diuinus Character* appellatur,definiturque ex Iſidoro lib. 2. de Eccleſiaſt. officiis cap.14. *ſignum quoddam, quod in corpore figuratur, ſed in animo agitur*. Cum character propriè dictus ſine Sacramẽto eſſe non poſſit. At vera ſententia, à qua præcedentes non diſcordant niſi nomine, vt mox dicetur; eſt, quod tonſura

is, qua nimirum fiunt, & Clerici, *ſit diſpoſitio, vel de-* *dines.* Et ſic vbi nomen or- uitur, non propriè illud nirum ſecundum quod ſi- ſtatem ad aliquod pecu- Eccleſiaſticum, ſed latius t dici poteſt deſignatio quid in Eccleſia. Qua vocatur Diuinus Chara- ndam ſcilicet analogiam m Sacramentalem; non el talis ſit propriè, vel at, cum per tonſurã nulla pernaturaliſque poteſtas in Sacramentis confertur, at Characterem; Chara- acramentalis ſit in anima lèque videri, & cogno- ſsit, ſed in ſua tantùm autem ſit viſibilis, quæ cauſa, ſed in ſe conſpi- ima ſita eſt, ſed ſolùm etque definiri ab aliqui- *illorum à parte inferiori* Tonſura igitur Clerica- aracter Sacramentalis, n illum imprimens pro- gicè tantum.

nalogia in hoc conſiſtit, racter Sacramẽtalis tria eſtet, videlicet, *aptum diuinum, configurare guere ab alijs*; hæc quo- æ Clericali aliquo mo- . Nam *primò* aptum fa- cultum diuinum, dum ulgo transfert in pecu- Domini, vt ait D. Hiero- d Nepotianum; perque circulum, & raſuram in a ei tonſura confertur, num monetur, ſe dein- bere ab animo omnes ; ſolique Deo ſeruire, olemni ritu meruit ad. conducit ad configu- hriſto, quatenus capil- etur ſequi nudam cru- in ea Ieſum; exprimit-que in eo, dum fit per modum circuli imaginem Chriſti ſpineam portantis coronam, vt ait Beda lib. 5. Hiſt. c. 22. Qua etiam ratione Rabanus Maurus lib. 1. inſtitut. Cleric. cap. 2. refert Sanctum Petrum de ſiderio configurandi ſe Chriſto, aſſumpſiſſe tonſuram, eandemque Clericis commendaſſe; *Sunt quoque*, inquit, *quidam Doctorum, qui aſſerunt diuerſas ob cauſas Petrum Apoſtolũ hunc ritum primum ſumpſiſſe. Primitus, vt formam, & ſimilitudinem Chriſti in capite geſtaret, dum pro redemptione noſtra Crucis patibulum ſubiturus, à nefanda Iudæorum gente, acutis ſpinarum aculeis crudeliter coronaretur. Tertiò*, ad diſtinctionem Clericorum à Laicis: Nota enim peculiaris, ſeu ſignum diſtinctiuum, eſt quilibet Character. Vt igitur ex dictis ſupra cap. 37. contra nouatores, non omnes in populo Chriſtiano ſunt pares, ſed alij ſunt Clerici, alij verò Laici; ita quoque neceſſe erat, vt ſenſibilia quædam ſigna interponerentur, quibus vt proprijs notis, vel Charactere ipſe Clericalis ſtatus, à Laico poſſet dignoſci, & Clericus quiſque palam eum profiteretur. Huiuſmodi autem ſunt, tum Clericalis tonſura, tum habitus eidem profeſsioni congruens, vt rectè dicit Concilium Aquileienſe cap. 11. *Inſigne Clerici Tonſura eſt, & veſtis talaris. Qui igitur in Clericalem militiam adſcitus eſt, norit hoc à ſe primũ requiri, vt habitum, & tonſuram deferat.*

Cum ex dictis Tõſura Clericalis propriè tantum ſit deſignatio, vel diſpoſitio ad Ordinem; diſpoſitioque alia ſit *congruitatis*, alia *neceſsitatis*; conueniunt omnes eam eſse ſecundi generis, quoad beneficium, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam; ſi quidem ius propriè ſpirituale non cadit in Laicum: qua de cauſa collatio beneficij facta Laico non valet, nec commiſsio iuriſdictionis data Tonſura Clericali nõ inſignito: Quo ad ordinem verò docent aliqui *congruitatis*, eſſe tantum diſpoſitionem, melius alii *neceſsitatis*, non quidem abſolutæ,

ſolutæ, aut medij, ſed præcepti: vndè qui ordinem maiorem, vel minorem ſuſcipit prima tonſura nondum initiatus, recipit reipſa ordinem, non tamen executionem.

His ita breuiter ſuppoſitis circa notionem Tonſuræ Clericalis; primum, quod occurrit agendum cum huius tēporis Sectariis, eſt de ipſius origine, & antiquitate. Caluinus enim lib. 4. inſtit. cap. 19. §. 27. vbi de hoc ritu diſſerit, videtur indicare illum cæpiſſe circa tempora S. Auguſtini, cauſam autem fuiſſe, quod tunc ſoli homines effæminati, & delicati comam alerent, quibus Clericos conformari, cum eſſet omnino alienum ab eorum ſtatu, id propterea ipſis vetitum fuiſſe. At verò Magdeburgenſes cent. 4. cap. 6. cum Tonſuram Clericalem nuperum inuentum eſſe non auderent aſſerere, pro re ſuperſtitioſa, & non conformi Scripturæ illam habuerunt, quidquid ſit de origine. Demum Petrus Vermilius, qui ſe Martyrem, forſan vt illuſtrior fieret, inſcripſit, docet in locis communibus tit. de miniſterio Eccleſiæ, hunc ritum eſſe quidem antiquiſsimum, ſed legis Moſaicæ; indeque irridet Catholicos, quos vocat Papiſtas, quod illum ad Eccleſiæ traxerint vſum, cum non magis tonſura, raſura, & vnctio, quæ ſub veteri lege vſurpatæ ſunt, ad Eccleſiam pertineant, quam circumciſio, quæ penitus apud Chriſtianos exoleuit.

At Tonſuræ Clericalis vſum antiquiſsimum eſſe, iamque ab annunciati Euangelii primordio, tanquam quid ab Apoſtolis originem ducens, in Eccleſia viguiſſe, tàm Orientali, quàm Occidentali, & etiamnum permanere in viridi obſeruantia, quæ de ſæculo in ſæculum refert, ac eruditè expendit Andreas Sauſſaius Patrum, Scriptorumque Eccleſiaſticorum teſtimonia libro 1. & 2. Panopliæ Clericalis, ita clarè, & abundè demonſtrant, vt nihil ſuperaddi poſſe videatur, indèque propterea ſunt repetenda ſicut & cętera, quæ pertinent ad hanc materiam. Nam lib. 3 agit de Tonſuræ forma, modo, & figura, moralique, ac myſtico ſignificatu. lib. 4. de conferente Tonſuram Clericalem. lib. 5. de Sacris Tonſuræ conferendæ ritibus. lib. 6. de ſuſcipiente Tonſuram Clericalem: nec non diſpoſitionibus negatiuis, ſeu remouentibus obices, in eo requiſitis. lib. 7. de diſpoſitionibus poſitiuis, ſeu perficientibus ſuſcipientem. Altera parte ſeptem libris cōtenta agi[t] de habitu Clericali. Quæ ſufficit hic breuiter attigiſſe ad complementū doctrinæ, rerumque ad Sacros Eccleſiæ miniſtros ſpectantium extra ſacrum miniſterium, quæ enim ſint illorum in e[o] propria dicentur infrà agēdo de Sacramento Ordinis, Sacroque Miſſæ Sacrificio, ſolummodo in capite ſequent[i] breuiter agemus de Pallio Archiepiſco[-]pali, quo Sacri Præſules etiam vtuntu[r] extra Miſsarum ſolemnia; in ſubſequenti autem de Sacro Ritu oſculand[i] Pedes Summi Pontificis Romani.

CAPVT XLI.

De Pallio Archiepiſcopali.

CVm varia ſit Pallij ſignificatio, quidē in genere pro quouis ope[-]rimento ex aliquo panno confecto ſu[-]mi poteſt: indeque Cardinalis Baro[-]nius tom. 1. Annalium rectè aduertit in rebus Sacris, ad cuiuſuis generis ope[-]rimentum ſignificandum nomen palli[j] vſurpatum fuiſſe. Sic enim Venantiu[s] Fortunatus lib. 2. epigramm. palli[a] appellat quædam vela Sanctæ Cruci i[n] Eccleſia, quam Gregorius Turone[n-]ſis ædificauerat, oblata, his verſibus.

Denique Sancta Cruci hæc Templ[a]
Gregorius offert
Pallia dum coperit ſigna geren[s]
Crucis.

Pallia quoque vocantur à Scriptorib[us] de diuinis officiis, nec non in Rubric[is] Miſſalis ornamenta, quę in anterio[ri] parte Altarium apponuntur. Quin et[iam] Rupertus Abbas lib. 3. de diuinis of[fi-]ciis cap. 23. & Honorius Auguſtod[u-]nenſis

gemmæ animæ cap. 137.
nt, peripetaſmata, quibus
parietes ad ornatum coo-

è nomen pallii vſurpari
proprię ſolet ſumi, pro
nti exterioris, quod aliis
perponitur; vndè pro-
Tunica Pallio proximior,
liquos ita dicitur, quod
t; quamuis non deſint
deducant, eo quod ali-
x pellibus confecta ſint.
veſtimenti potiſsimum
æcos, ſicut toga apud
tereaque illi palliati, hi
togati, ad quos tamen
tiam pallium.
hæc veſtimẽti ſpecies,
modeſtior, & ſimpli-
ſimilis illi, qua primum
patrio vſi fuerant, com-
primis eſſet Chriſtianis,
n fuit propria illorum,
vitę genus profiteban-
c nunc Religioſi vtun-
abitu ſuæ Religionis,
ceſsiſſe autumat Ba-
nal. ad ann. 57. Cuius
riſtiani nedum memi-
s olim fuit defenſor
m quia Gentilibus de-
n quidam quaſi eum
rdiæ reprehendiſſet,
n Chriſtianæ militiæ
iſſet, dicens ei: *Ita à*
inde occaſionem arri-
amplisſimo Carthagi-
u, illam inſignem ſuã
nem Apologeticam,
a eius opera laudare
otè plenam recondi-
is myſteriis.
ad rem noſtram acce-
nirum euenerit, quod
gimus, pallium ita di-
linalis Baronius tomo
annum Chriſti 336.
de hac re compertũ,
e, conijcit id accidiſ-

ſe, ex eo quod dum Summus Pontifex Sacra peragerer; illud alteri ornamento eius, Sacerdotibus etiam communi, quod nunc Planetam, ſeu Caſulam appellamus, quodque olim pallii communis formam referebat, adhæreret. Facilius alii dicunt, indè pallium ſic fuiſſe vocatum, quod ſicut pallium commune, erat indumentum exterius, quod ſupra omnia alia geſtabatur, ita illud ſuper alia omnia Sacra imponebatur ornamenta. Cui non obſtat, quod pallio communi multo breuius, & ſtrictius ſit, cum translatitiè ſolùm dicatur tale, & per analogiam ad pallium commune, non ratione latitudinis, aut longitudinis, ſed ratione ſuperpoſitionis cæteris ornamentis Sacris, vt iſtud cæteris ſuperponitur indumentis. *Præ*terquam fuiſſe olim multò longioris, & fortè latioris etiam formæ ea, qua nunc videtur, infra notabitur, ita vt Stolam Sacerdotalem imitaretur; cuius reipſa videtur eſſe quædam ſpecies, & apud diuerſos authores appellari ſtolam Archiepiſcopalem, obſeruauit Ioſephus Vicecomes lib. 4. de Miſsæ apparatu cap. 3.

Sic igitur iuxta formam hodiernam definiri, vel potius deſcribi poteſt: *Pallium Archiepiſcopale eſt indumentum ſacrum, ex trium digitorum in latitudine faſcijs, albę lanæ, in formam circuli, torquem referentis compoſitum; quarum præcipua circulum ipſum perficit; aliæ duæ minores hinc, inde pendent, vna ante pectus, altera à tergo ad longitudinem tantùm duarum, aut trium circiter palmarum, quo à collo pendente vtuntur Archiepiſcopi ſupra omnia alia indumenta Sacra, ſolemnioribus quibuſdam diebus, quodque eſt plenitudinis eorum poteſtatis inſigne*: Ita Nicolaus De Bralion Pariſinus Congregationis Oratorij Preſbyter in opuſculo inſcripto Pallium Archiepiſcopale; ex quo ad complementum doctrinę ſequentia breuiter collegimus.

Primò, incertum quidem eſſe, ad quem Pontificem eius inſtitutio referri debeat, illam tamen eſſe antiquiſsimã,

ſaltemque referri debere ad tempora ante S.Marcum Papam, qui anno *336.* ſedebat, conſtat ex libro de Summis Pontificibus, quod ipſe illius vſum in conſecratione Summi Pontificis Epiſcopo Oſtienſi præſcripſerit

Secundò materiam Sacri Pallii eſſe lanam agnorum prius in Miſſa Solemni, quæ celebratur in Eccleſia S. Agnetis extra muros Vrbis, die eius cultui dicato oblatorum. Vbi etiam notat quomodo illuc duo, ex quorum lana debeant fieri pallia, agni deportentur; nec non eorum materiam ſemper eamdem fuiſſe, licet mutata ſit forma; adductis Iſidori Peluſiotæ lib. 1. epiſt. *136.* Ioannis Diaconi lib. 4. cap. 80. & Innocentii III. lib. 1. Myſt. Miſſæ cap. 63. authoritatibus. Quod tamen debet intelligi in Eccleſia Latina, nam Græci, vt infra notabitur, materiam mutarunt.

Tertiò modernam ſacri pallij formam ita differre à priſca, vt tale diſcrimen ſit tantum accidentale, dicique proindè poſse illam etiam nunc aliquo modo perſeuerare; ſi quidem mutatio, quæ facta eſt, parum mutauit figuram, quam efformabat, ſed in hoc actum eſt, quod in alijs ſacris veſtibus ac præſertim in planeta, ſeu caſula, cum aliquid detractum, aut aliquantulum mutatum eſt ad commodiorem vſum. Igitur cum pallium olim non differet quantum ad formam à ſtola ſacra communi, eiuſque ad modum humeris aptaretur, nunc ſolum ſtrictius eſt, formæque circularis, ad modum torquis humeris appēſum, quod habet nunc ſex cruces ex ſerico inſertas, quatuor ſcilicet in circulo, nempè ante, & retro, à dextris, & à ſiniſtris, & præterea vnam in medio vtriuſque faſciȩ ante, & retro pendentis.

Quartò, quod ſpectat ad ſacri pallij benedictionem, nedum ſupra altare, in quo venerandum corpus Beati Petri iacet, per aliquod tempus relinqui, ſed etiam prius in ipſo altari benedici ritu ſpeciali, & cum forma benedictionis propriæ. Quam licet antiquitus Summi

Pontifices per ſeipſos adhibere potue-
rint, id tamen amplius non eſt in vſu
ſed hæc fūctio committitur alicui Epi-
ſcopo, qui ordinariè eſt Vicarius Car-
dinalis Archipresbyteri Baſilicæ Vati-
canæ Sancti Petri. Cumque in tali be-
nedictione non adhibeatur oleum ſan-
ctum, ſed tantum ea, quȩ adhibentur i
benedictionibus candelarum, aut pal-
marum, ſcilicet aqua benedicta, & in-
cenſum, ſatis patet pallia dici non poſ-
ſe conſecrari niſi impropriè, & nomin
conſecrationis latiſſimè ſumpto. Qu
adhuc benedictio non fit vno quoque
anno, ſed rarius, pro vt neceſſitas mi
tendorum palliorum exigit. Et fit no
in altari maiori Sancti Petri, quod ce
nitur in medio ſuperioris partis Eccle
ſiȩ, ſed in alio inferioris partis, quod e
ſub iſto, & ideo ſepulturæ Sancti Pet
viciniori. Facta demum benedictione
relinquuntur pallia vna nocte ſupra a
tare ſepulturæ Sancti Petri, deinde r
conduntur in capſula, ſeu arcula paru
quæ ponitur, & aſſeruatur ſupra cath
dram Sancti Petri, in qua primum R
mæ ſedit.

Quintò, cum ſignificatio ſacri pal
ſit duplex, hiſtorica, & myſtica; prin
denotat ſpecialem quandam in Archi
piſcopo illud deferente authoritatem
Summo Pontifice traditione illius, ip
conceſſam, præter ordinariam Epiſco
porum; qua quidem authoritate Pa
quaſdam ſuas vices ei delegat. Myſt
ca autem ſignificatio, quæ præcipuè
mores pertinet, tanta eſt, totque co
tinet abſcondita myſteria, vt palliu
Innocentius III. de myſt. miſſæ, diuin
dicat grauidum Sacramentis, & Th
ſaurum ſapientiȩ exiſtimari velit. Pr
cipua tamen eſt, quæ habetur ex an
quiſſimo, atque doctiſſimo Scriptor
Iſidoro Peluſiota lib. 1. epiſt. 136.
Harminium. *Id autem amiculum,*
quit, *quod Sacerdos* (id eſt Epiſcopu
vt ex ſequentibus patet, *humeris geſ*
atque ex lana non ex lino contextum e
ouis illius, quam Dominus aberrant
quaſiuit, inuentamque humeris ſuſtul
pellem

it. Epiſcopus enim, qui Chri-
, ipſius munere fungitur,
iam habitu illud omnibus
i illius, ac magni Paſtoris
, qui gregis infirmitates
ropoſuit.
d attinet ad pallij colla-
um ius habet illud con-
us Pontifex Romanus, à
opi, vt obſeruantiam,
fide cum Sede Apoſtoli-
; nec non vt plenitudi-
Archiepiſcopalis ab ea
petere debent. Non
llud immediatè habent
ummi illi Patriarchæ,
maximam in orbe ter-
uthoritatem, illud ab
, ſimul & ius obtinent,
litis ſui Patriarchatus
nſtat ex decreto Con-
s ſub Innocentio III.
uendo de his, quibus
Papa, qui pro ſuo ſum-
ſtolica poteſtate, Pal-
ous Pontificibus diſtri-
, propria, & ſuprema
li Eccleſiæ præeſt au-
endi Pallio attribuit,
vbique terrarum vti
riter eo vtitur, quo-
ſolemnem Pontifica-
b eodem conceditur
vtendi Patriarchis,
ui ſunt Coſtantinopo-
inus, Antiochenus, &
ſiue minoribus, qui
leſia Latina, ſiue Oc-
Primates, ac deni-
ſeu Archiepiſcopis,
uit, vt Pallium Ar-
retur, denominatio-
umero Archiepiſco-
ntamen ex ſpeciali
tificis, quibuſdam
alij honor collatus
enſi in Gallia, Pa-
ia, Lucenſi in Tu-
Germania; & ali-
ium eſt tantum per-
m. V. Par. II.

ſonale, ita vt mortuo Epiſcopo, cui conceſſum eſt, ius non remaneat Eccleſiæ, vt ſucceſſores illud petere poſſint. Oſtendit autem Baronius ad annum 336. Epiſcopum Oſtienſem ex inſtitutione Sancti Marci Papæ, debere conſecrare in Epiſcopum Papam, quando ante ſuam electionem in Summum Pontificem non eſt conſecratus, & in ea conſecratione vti Pallio Archiepiſcopali.

Octauò, ita primis Pallij inſtitutionis temporibus, ac etiam deinceps ſummos Pontifices, illud motu proprio, ob graues cauſas, vel etiam id exigentibus aliquando votis, & inſtantia Regum, aut magnorum Principum, quandoque elargitos fuiſſe, vt tamen, iuxta ſacrorum antiquam authoritatem Canonum, ſtatim ac aliquis ad dignitatem Archiepiſcopalem, aut aliam cui ius Pallij competit, eſt euectus, & conſecratus, illud enixè debeat petere, idque ſaltem intra tres menſes, niſi adſit legitimum impedimentum. Cum tamen olim, qui ius petendi Pallij habebant, Romam proficiſci tenerentur, vel quocunque eſſet Summus Pontifex, vt illud reciperent; nunc ex eius indulgentia illud petere poſſunt, & recipere per procuratorem. Nec ſolum Archiepiſcopus debet iuxta Sacros canones Pallium ſuum petere à Sede Apoſtolica, pro prima Eccleſia Archiepiſcopali, quam obtinet; ſed & eodem iure, ſi contingat ipſum à prima illa tranſire ad aliam Archiepiſcopalem, tenetur aliud nouum petere, cum non poſſit amplius vti illo primo in ſua noua Eccleſia: & ratio eſt, quia vſus Pallij nō ſolum conceditur intuitu perſonæ, ſed etiam loci, vnde Archiepiſcopus, extra prouinciam ſuam non poteſt vti Pallio.

Nonò, quod Archiepiſcopus, etiam conſecratus, antequam Pallium habeat, præterquam quod non poteſt Archiepiſcopi ſibi nomen aſſumere, neque Concilium conuocare, quæ ſunt iuriſdictionis actus; non poteſt etiam legitime exercere ea, quæ ſunt ordinis Epi-

ſcopalis, vt Chriſma conficere, Epiſcopos conſecrare, Clericos ordinare, Eccleſias dedicare, cum in his pallio vti debeat. Cuius rei non poteſt, nec debet maior eſſe admiratio, quam quod quis Sacerdos ordinatus nõ poſſit ex Eccleſię inſtituto celebrare Miſsã ſine clauſula, aut alijs paramẽtis Sacerdotalibus.

Decimò, quod Archiepiſcopi præſentes Romæ per ſeipſos, vel ex indulgentia Pontificum, abſentes, & per procuratorem Pallium à Summo Pontifice petentes, id faciunt in Conſiſtorio, & iuxta formam petitionis, *inſtanter*, *inſtantius*, & *inſtantiſſime*. Papa autem petitioni annuens committit priori Diaconorum Cardinalium, vt illud det, quod fit iuxta Pontificale, vel Ceremoniale Romanũ. At vbi Summi Pontifices pallium alicui prælato ſiue motu proprio, quod nunc non eſt in vſu, ſiue ab Apoſtolica Sede petitum mittunt, ſolent tanto muneri, & priuilegio adiungere litteras Apoſtolicas, quibus de illius authoritate, vſu, & ſignificatione illum monent. Præter quas litteras miſſas Prælatis, quibus mittunt pallium, ſolent alijs ſuis litteris committere vni, vel duobus Epiſcopis, vt illud ipſi ſolemniter tradant; cuius ritus habetur in iam citatis Pontificali Romano, & Ceremoniali Epiſcoporum.

Vndecimò, quod pertinet ad vſum Pallij, abſtrahendo à varijs priuilegijs conceſſis à Summis Pontificibus, quorum fit mentio in Hiſtoria Eccleſiaſtirum, debet obſeruari, quod de eo præſcribitur in Ceremoniali Epiſcoporum; Cumque Archiepiſcopus nõ poſſit alterius Archiepiſcopi, licet ſuus prædeceſſor in propria ſua Sede fuerit, vti pallio: inde fit, quod ipſe Archiepiſcopus moriens pallium ſuum nulli alteri relinquit, ſed cũ ipſo ſepelitur poſt mortem, ſic enim habetur in iure Pontificio, De author. & vſu Pal. 1. ad hoc. Si verò contigerit, Archiepiſcopum à Metropoli ad aliam Metropolim tranſire, cũ, vt ſupra notatum fuit, nouum pallium petat, & primũ ſeruet, cum duobus ipſis ſepeliri debet, Præſcribitur autem in Ceremoniali Epiſcoporum, quod ſi Archiepiſcopus extra Prouinciam ſuam ſepeliatur, Pallium ſub capite eius ponatur, non autem circa humeros.

Duodecimò, cum primis Sacri Pallij inſtitutionis temporibus, idem eſſet tùm apud Græcos, tũ apud Latinos, tam quo ad materiã, vt patet ex ſuperius adducto Peloſiotæ teſtimonio, quam quo ad formam, vt indubitatam fidem faciunt antiquæ Patriarcharum, & Archiepiſcoporum Græcorum imagines; maxima nunc eſt differentia Pallij Sacri Eccleſię Grecæ à Pallio Sacro Eccleſiæ Latinæ, ſiue in ſeipſo conſiderati, ſiue eius vſus ſpectetur. Nam quo ad hunc, prætérquamquod Patriarchæ Conſtantinopolitani, non ſolum quandiu fuerunt ab Eccleſia Latina ſchiſmate diuiſi, ſed ex quo priuilegia aliqua inſolita vſurparunt, nunquam Pallium, aut ius eo vtendi, & illud alijs conferendi à Romano Pontifice expoſtularunt: inſuper omnes ipſis ſubditi Epiſcopi vſum etiam ipſius abſque vlla petitione ſibi arrogarunt, ita vt illud in ſua conſecratione, & ordinatione recipiant, & eo in omnibus ſacris functionibus, ſaltem in Miſſa ſemper vtantur. Quantum ad materiam cum prius inter ipſos ex lana eſſet, illam mutauerunt, retenta, tamen priori forma, iamque vt plurimum eſt quædam ſpecies ſerici, & ex diuerſo colore, etiam aliquando opere phrygio, & gemmis ornati, attamen aliquando ex lana alba conficitur. Forma eius refert Stolam longiſſimam, ita vt longius ac etiam latius videatur eſſe antiquiori Pallio Latinorum, vt ſupra notatum eſt; partim eius dexteram reuoluunt, & aptant ſuper humerum ſiniſtrum, & pendet à tergo; pars verò ſiniſtra remanet ante pectus, eo modo quo antiquitus Præſules etiam Latini illud portabant. Habent quoque Græci ritum particularem in vſu Pallij notatu dignum, ob myſterium quod continet: nam in Miſſa, ad Euangelium, illud deponunt, idque reuerentiæ cauſa erga primum, & Summum Paſtorem, annuntiatum, aut loquen-

Euangelio, & præſentem
ationem. Illud tamen ante
em reaſſumunt, forte quia
eam in ſeipſis corporaliter
abituri ſunt. Hactenus ex
ore de Pallio Archiepiſco-
ſi hæretici, ſicut & cæteros
eſiæ ritus contemnant, mi-
di ſunt contra antiquum,&
n iſto Eccleſiæ Orientalis,
lis conſenſum.

PVT XLII.

*duerſus huius temporis Se-
us deoſculandi pedes Sum-
mi Pontificis.*

s Romanus Pontifex, inquit
centius III. *in Miſſarum So-
ſemper vtitur, & vbique,
mptus eſt in plenitudinem
poteſtatis, quæ per pallium ſi-
i autem nō ſemper, nec vbi-
cleſia ſua, in qua iuriſdictio-
ficam acceperunt, certis de-
us, quoniam vocati ſunt in
udinis, non in plenitudinem.*
maiores noſtri retroactis
amdem eius præeminen-
s mortalium faſtigijs ſpiri-
tatem, ſummis illum ho-
mmo venerationis affectu
r ſtuduerunt. Inter quos
nfimum tenet locum ri-
ndi pedes eius, noſtrique
uatores, pro ſummo quo
ardent maleuolentiæ æſtu,
imum inſectantur: Anti-
em eſſe aiunt, crucis Chri-
uos ad pedes deprimere:
lgere calceis: cum Chri-
ipes, ſoleis ſcilicet dunta-
eſſerit: & vſque ad pedum
lum homines ſanguine
nptos, ceu vilia mancipia,
æc, inquam, & ſimilia cum
m effutiant contra pedum
oſculationem, placuit hic
,& breuiter colligere, quæ
itu ſcripſere, Ioſephus Ste-
phanus Hiſpanus Valentinus, Epiſco-
pus olim Veſtanenſis, poſtea Orolen-
ſis, Angelus Rocca Apoſtolici Sacrarij
Prefectus, Benedictus Balduinus libro,
quem inſcripſit Calceus antiquus cap.
27. & Andreas Sauſſaius in appendice
ad ſuam Panopliam Epiſcopalem.

Primùm igitur ſignum crucis Sanda-
lijs, ſeu calceamentis Pontificum Ro-
manorum priſco ex more inſertum fuiſ-
ſe, clarè teſtantur plura, quæ à prefatis
authoribus adducuntur antiquitatis
monimenta. Primum eſt Ioannis VII.
qui prope imaginem Beatæ Mariæ
ſemper Virginis, in cuius honorem ad
Baſilicam S. Petri conſtruxerat circa an-
num 705. oratorium opere muſiuo in-
ſigni excultoque decoratum, cernitur,
dum fierat illa pictura, calceâtus San-
dalijs inſignitis paruula nigri coloris
cruce, quæ ex quatuor lapillulis muſi-
uis conſtat.

Alterum eſt Ioannis IV. & Theodo-
ri eius Succeſſoris, qui circiter vel pau-
lo poſt annum 640. ſederunt, qui, inter
alias imagines opere muſiuo pictas in
abſide oratorij S. Venantij prope bap-
tiſterium, ſeu fontem Lateranenſem,
depicti quoq; conſpiciuntur cū ſādalijs
paruula nigri coloris cruce exornatis.

Tertium, vetuſtiſsima Eccleſiæ San-
ctæ Agnetis, via Nomentana, abaſis,
opere vermiculato circa annum Domi-
ni 624. exornata, in qua Honorius
huius nominis Papa I. qui præfatam
Eccleſiā conſtruendam, & abſidē mu-
ſiuo decorandam curauit, videtur San-
dalijs alba cruce ſatis conſpicua inſi-
gnitis calceatus, & Eccleſiam manu
geſtans.

Quartum, vetuſtiſsima quoque aba-
ſis, quæ erat ad S. Martinum in foro
Boario, ad radicem capitolij, tempore
Domnionis circa annum 679. opere
muſiuo inſignita, in qua duo erant Ro-
mani Pontifices, vnus ad dextram, al-
ter ad ſiniſtram Beatæ Mariæ Semper
Virginis filium in ſinu geſtantis, quo-
rum vnum Angelus Rocca refert ſe vi-
diſſe calceatum Sandalijs paruula cum
nigri;

nigri coloris cruce,& prope eum ad ſiniſtram partem litteras haſce legiſſe-- ORIVS PP. cęteris nomen proprium Summi Pontificis complentibus collapſis; quem tamen vel Honorium I. vel Gregorium Magnum fuiſſe, conijcit prǽfatus author,eo quod alius Pontifex,ante Domnionem, dictam proprij nominis terminationem habere non poteſt.

Quintum, Calceus Beati Martini I. Papæ, & Martyris anno Domini 547. ad Santum Martinum in montibus aſſeruatus, in quo ad inſtar ferè huiuſce litteræ Græcæ X. quædam crucis imago acu picta cernitur.Item alter S. Sylueſtri Papæ ibidem, ad formam Sandalij, habens nodos,per aliquot linearum implexionem, ſiue inuolucra ad ornatum diſpoſitos,quibus plures cruces efficiuntur, & comprehenduntur.

Sextum tandem eſt, quod repræſentatur Cornelius Papa, & Martyr,in abſide Eccleſiæ S. Mariæ trans Tiberim, cum cruce Sandalijs infixa.

Secundò, ritum procidendi ad Summi Pontificis pedes, eoſque oſculandi, in Eccleſia antiquiſſimum eſſe,probant primò nonnulla ab ipſa Apoſtolorum ætate exempla. *Nam, factum eſt*, vt ait S. Lucas Act. 10. *cum introiſſet Petrus, obuius ei venis Cornelius,& procidens ad pedes eius adorauit*. Quod ſanè exemplum magni ponderis eſſe,ad commẽdationem huius ritus nouatores ipſi perſentientes, ſolitis tricandi artificijs nituntur illud infirmare; reprehenſumque à Petro Cornelium aſſerunt immoderati cultus ſibi ab eo delati. Vnde duo inferunt, primum, Sanctorum cultum ita fuiſſe reprobatum; ſecundũ, damnatam Petri Succeſſorum exorbitantiam in admittendis fidelibus ad pedum oſcula. Verum Petri Apoſtoli ipſa verba facilè euincunt, quam ab eius mẽte longe ſint nuperi illi argutores: Sic enim ſubdit S. Lucas: *Petrus verò eleuauit eum dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum*. Quibus verbis aperte ſignificauit, aliquid ſupra hominem deſe Cornelium cogitaſſe;vnde ne erraret circa obiectum honoris, Petrus meritò illum admonuit, ne de ſe ſupra id quod videbat quoad naturam putaret; minimè autem vetuit, ne Apoſtolicæ dignitati rependeret,quæ eidem deferri voluit Dominus à fidelibus,reuerentiæ teſtimonia, cum Lucę 10. dicat: *Qui vos ſpernit, me ſpernit*: & per eamdem conſequentiam inferri debeat:qui vos honorat,me honorat.Quamobrem Diuus Paulus, eodem quo Petrus ſpiritu ductus, honores ſibi delatos,apoſtolatus quo fungebatur reſpectu, non reiecit, ſed recepit; narrante S. Luca, qui aderat Act. 28. quod Melitæ inſulæ incolæ,magna ei detulerunt venerationis indicia; ſed & ipſe Paulus ſcribens ad Galatas 4. ait: *Non ſpreuiſtis, neque reſpuiſtis; ſed ſicut Angelum Dei ſuſcepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum*. Et certe, ſi idem Dominus Ieſus ſuorum ad diſcipulorũ pedes prouolutus Ioannis 13.eos lauare proprijs manibus dignatus eſt: iuſsit inſuper, vt quod tùm fecerat, fideles perpetim imitarentur; & Matth. 25. ait, *quod vni ex minimis iſtis feciſtis, mihi feciſtis*, Si enim minimo, quanto magis maiori;nõ eſt,quod nouatores immanis fideles criminis inſimulent, quia Chriſti ipſius amore, Vicarij eius veſtigia venerantur,& ipſe talem ſibi deferri honorem patiatur: Ni Paulum etiam impietatis accuſare velint, qui vt, ſtatim diximus, à Melitenſibus incolis delatos ſibi honores copioſos non reiecit, ſeque à Galatis excipi paſſus eſt, non vt Angelum modo, ſed vt Chriſtum Ieſum.

Alterum Apoſtolici ſeculi exemplũ aduolutionis ad Petri pedes habetur in Clemente Romano, qui ſe pronum itidem proiecit ad eius pedes,cum paſtoralem ei curam poſt ſe obeundam Eccleſiæ præciperet, vt ipſe teſtatur in epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini, ſeu potius Simeonem Succeſſorem eius in Eccleſia Hieroſolymitana, & fratrem, vt rectè aduerterunt magni duo Cardinales Bellarminus, & Peronius;

e enim amanuenſium oſci-
ri inſcriptiones, præſertim
item habent inter ſe res, vel
out hic contingit, innume-
um eſt exemplis. Hanc au-
Clementis primam Epiſto-
ibus pro genuina fuiſſe co-
t ex Vaſenſi Concilio I. an-
s Papæ Magni, Chriſti ſci-
elebrato, cuius can. 6. ex-
tim ex eadem epiſtola pro-

in actis Sancti Frontonis
coricenſis Epiſcopi, editis
ietum parte 2. hiſt. Eccleſ.
ur eũ Petri, à quo in Aqui-
ebatur, pedibus aduolutũ
vt Georgium commilito-
Deo datum, ſed in via de-
e reſtitueret; cum in hunc
rum è via reuerſus fuiſſet.
ro eiuſdem ritus antiqui-
ionnulla, quę habẽtur pri-
eſiæ Seculorum acta, qui-
ſſe obſeruatum legimus,
ſperrimas eius conflicta-
in actis S. Alexandri Pa-
is apud Surium tom. 5.
rtur Quirinum quem in
erat, quique cum eo ſu-
eſt, procidiſſe ad pedes
em pijs cum oſculis am-
referertur in actis Sancto-
i, Euſebij, & Sociorum,
b ann. 299. glorioſum
gerunt die 2. Decembris,
& alios fideles, ad Beati
e pedes procidiſſe, vene-
. Nec non in actis S. Su-
ſſa eſt anno Chriſti 294.
Claudij vxorem ad Ca-
contuliſſe, ad pedeſque
eoſque ex more, vt præ-
Baronius, exoſculatam
aritum ad fidem recipi
i potiſsimùm verba illa
nt, *eoſque ex more exoſcu-*
i quidem fit perſpectum,
n olim anteà fuiſſe mo-
ui ad Romani Pontificis

præſentiam accedebant, acclines & pronos eiuſdem aduolui pedibus, eoſque cum oſculo venerari.

Tertiò, morem hunc, vt ab initio Religionis exortum, à poſteris fidelibus, etiam Clericis, Epiſcopis, ac Imperatoribus religioſe ad hæc vſq: tempora ſeruatum fuiſſe. Pro vt plenam fidem faciunt, tùm Eccleſiaſticæ, tùm prophanæ hiſtoriæ; ſic Anaſtaſius in lib. de vitis Pontificum refert Ioannem I. Papam à Iuſtino ſeniore, Conſtantinũ vero Papam à Tiberio filio Iuſtiniani II. deinde ab ipſo Iuſtiniano, conſimili veneratione exceptos fuiſſe, cum ſe ſe ad eos Conſtantinopolim contuliſſent; *Tunc Iuſtinus Auguſtus*, inquit prę fatus author, *dans honorem Deo, humiliauit ſe pronus* (additur in margine, ex editione Suriana, *in terram*) *& adorauit Beatiſſimum Papam Ioannem.* De Tiberio autem, quod *in die, qua ſe viciſſim viderunt, cum regno in capite ſe ſe proſtrauit, pedes oculans Pontificis*, nimirum Conſtantini.

Sic tom. 2. epp. Roman. Pontific. extat epiſtola Orientalium Epiſcoporum ad Symmachum Papam, an. 512. directa pro ipſorum in gratiam Apoſtolicæ Sedis ſuſceptione, vbi habentur hæc verba: *Feſtina in auxilium noſtrum, ſciens, Sanctiſſime, ſicut in principijs dictum eſt, quia non opus habent ſani medico, ſed male habentes. Quod ſi parua exiſteret ægritudo, nos forſitan ad Spiritualem noſtrum medicum curreremus, quatenus & paſſiones bonorum medicorũ, id eſt glorioſorum Chriſti diſcipulorum, veſtrorumque doctorum, & Sancta adoraremus tua veſtigia, vt & præuaricationis medicinam, & delicti remiſſionem de tuo Sancto ore ſuſciperemus.*

Sic in prato Spirituali capit. 151. Ioannes Abbas, qui Romam ex Perſide venerat piæ peregrinationis cauſa, de ſeipſo teſtatur, quod humi proſtratus adorauerit Sanctum Gregorium, à quo ſtupendæ humilitatis exẽplo, mutuæ honorificationis officium recepit.

Sic demum, vt nullum eſt regnum,

quò

quò frequentius Summi Pontifices transferre ſe debuerint, quam in Galliæ regnum, ita quoque nullibi maiora habentur exempla huius ſummæ venerationis ergà eos, quam in Regibus Francorum Chriſtianiſſimis. Qualia ſunt Pipini erga Stefanum III. apud Anaſtaſium, & Paulum Aemilium; Caroli Magni erga Leonem III. apud Henricum Caniſium tom. 6. antiquæ lectionis in poemate peruetuſto ibi edito: & prius erga Hadrianum ipſius Leonis prædeceſſorem, apud eumdem Aemilium in Caroli vita, quando ipſe Romam venit; *Preſtolabatur*, inquit ille, *Regem Hadrianus, cum Sacro cætu pro gradibus ædis Petri. Ille vbi in congreſſum venit, prius Pontificis pedes oſculo cõtigit, quam ſe illi amplectendum daret.* Philippi I. erga Vrbanum II. poſt celebrationem Concilij Turonenſis; nec nõ erga Paſchalem Vrbani Succeſſorem appulſum in Galliam, apud Bertholdum, & Abbatem Sugerium in lib. de vita Ludouici cognomẽto Groſſi, eiuſdem Philippi filij, & ſocij in deferendo eidem Paſchali cultus Sacri obſequio. *Occurrit*, inquit Sugerius, *ei ibidem Philippus, & Dominus Ludouicus, gratanter, & votiuè amore Dei maieſtatem regiam pedibus eius incuruantes*; item eiuſdem Ludouici erga Innocentium II. ad ſe confugientem anno 1130. vt refert idem Sugerius. Ludouici VII. Sexti filij erga Alexandrum III. venientem ad ſe perfugij gratia, Pariſios vſque, vt teſtantur Alexandri acta, anno 1163. ac demum Franciſci I. erga Clementem VII. ita rem narrat ſupracitatus Andreas Sauſſaius: *Aduenerat Pontifex ille Maſſiliam, vbi à Rege nihil prætermiſſum eſt, quo innata ſibi ex maiorum traduce, aduerſus Summum Chriſtianorum antiſtitem deuotio, poſſet ſignificari. Aderant internuncij Henrici VIII. Angliæ Regis, Clementi Papæ infenſiſſimi, & ferè iam ab Eccleſiæ Catholicæ gremio ſeiuncti, quo cum, & Rege Franciſco ſtrictiſſima in cæteris intercedebat animorum coniunctio. Nihil non agebant Angli Legati, vt abalienarent à Pontifice Regis animum: aut ſaltem quicquam honorificentiæ detractum irent, qua à Rege Papa excipiendus erat. Maximè propudioſum eſſe dictitabant, Regem tantum, ad vnius (vt aiebant) Sacerdotis pedes vſque demitti. Sui itaque Regis nomine ſupplicabant enixius, ne Rex eo honore Clementem proſequeretur. Sed fruſtra fuit omnis illorum conatus. Rex ſi quidem tenaciſſimus auitæ pietatis imitator, Conſiſtorium ingreſſus, publicè Pontificem adorauit, atque ſedentis in tribunali Eccleſiæ Paſtoris (ob Saluatoris reuerentiam, cuius vices ille gerebat) Sacros pedes tanta humilitate, quanta vix minimus quiſque Chriſtianorum poſſet, in ipſorum Anglorum conſpectu exoſculatus eſt.*

Quartò demum ritus hic nedum nititur conſtanti conſuetudine; qua ab exordio Chriſtianæ religionis ad hæc vſque tempora obſeruatus fuit à viris Apoſtolicis, à Martyribus, ab Epiſcopis, Sacerdotibus, Clericiſque omnis ordinis: quin & ab Imperatoribus, Regibus, Principibus, ac inferioris cuiuſque ſtatus fidelibus, ſed multiplici inſuper ratione. Quinque potiſſimum adducunt præcitati authores. Prima ex argumento de minori ad maius procedit; Si enim in primitiua Eccleſia, & ſubindè fas eſſe fidelibus, nemo hactenus negauit, Presbyteris, & Epiſcopis adgeniculari; quin & ad eorum pedes procumbere, hos amplecti, & deoſculari: cur non idem honor legitimè deferri potuit illi Epiſcopo, qui omnium Summus eſt, ſeu Epiſcoporum Epiſcopus.

Secunda deſumitur ex more apud veteres recepto, quo filij, affundi patris pedibus ſupplices conſueuerant: maximè cum veniam eſſent de aliqua offenſa petituri. Cum enim varios inter honorificos titulos, quibus Sancti Patres Pontificis Romani præeminentem in Eccleſia dignitatem inſignierunt, non infimum teneat locum, quod vocetur parens, & pater Chriſtianorum; nihil certè mirum, ſi ad ipſum accedentes Chriſtia-

ius ad pedes aduoluantur,
iliali reuerentia, oſculen-
cum eius vices teneat, qui
m, Romanoſque Ponti-
ceſſores, eſſe voluit, cum
ſit paſcere o ues.
ndatur in promiſsione
hiladelfiæ Epiſcopum,
a ſeruaſti, inquit, *verbum*
negaſti nomen meum, &
m patientiæ meæ: Ecce dabo
perſequebantur) *vt ve-*
ent ante pedes tuos, & ſciet
te; qua maximè igitur
ifices omni ſemper in re-
da, & propaganda, dili-
iure potiori dicendi sũt
um honorem, quem fi-
minus pollicitus eſt; *Ecce*
niant, & adorent ante pe-

o eſt, quia oſculari cru-
e, pari obſeruantia in
r vſitatum fuit; rubeas
tque Sandalia cruce ru-
a, cum ex antiquo more
Pontifex, merito fide-
rati pedes hos deoſcu-
n pedes, quam Chriſti
um adorantes, Petrique
Domini clarificatione
veſtigia venerantes.
m, & vltima ratio de-
bis S. Hieronymi epiſt.
n, vbi ait: *Honoremus*
r Seruorum redundet ad
uit, Qui vos ſuſcipit, me
ur fideles Romanorum
es terræ defixi oſculan-
rſonæ, ſed officio hunc
em, imo Chriſto, cuius
i honore redundante
ihil prorſus mali, nihil
lieni habet huiuſmodi
ſatis patet ad hæreti-
el potius cõuitia abſq;
adducendis, aut ſol-
utiliter teramus.

CAPVT XLIII.

De temporalibus bonis Clericorum.

TRia ſunt bonorum temporalium genera, de quibus dubitari poteſt, an Clericis conueniant. Primo loco ſunt decimæ; ſecundo, agri, domus, cęteræque poſſeſſiones, quas dono Laicorum, maximè Principum Chriſtianorum, Eccleſia poſſidet; tertio, quæ habentur titulo plene ſeculari, vt hæreditate paterna, emptione, venditione, alijſue ſimilibus modis. De primo genere, cum iam ſupra fusè egerimus cap. 30. aduerſus Anabaptiſtas; quatenus oblatio decimarum eſt actus ad religionem pertinens, vt ibi explicuimus; ſupereſt, vt de alijs duobus breuiter quid dicamus. Fuit enim error Ioannis Wiclefi apud Vualdenſem libr. 4. doct. fidei art. 3. docentis non licere Clericis habere vllas poſſeſsiones, & peccaſſe, tam qui eas donauerunt Eccleſiæ, quam qui eas receperunt. Fundamenta eius ſunt, quod Sacerdotes veteris Teſtamenti prohibebantur habere poſſeſſiones; num. 18. Deuter. 10. & Ioſue 13. In nouo autem Teſtamento Dominus iubet Apoſtolis Matth. 10. vt nihil poſſideant, non pecuniam, non duas tunicas, &c. Sicut nec Chriſtus, ſupra quem non debent eſſe diſcipuli, vllam prorſus poſſeſſionem habuit.

At hunc errorem eſſe manifeſtè cõſtat, quoad Sacerdotes, & Leuitas veteris Teſtamenti, ex Sacra eiuſdem Scriptura: Et ſi enim in partitione terræ non erant habituri agros, & vineas erant habituri tamen, & poſſeſſuri vrbes ad habitandum, & ſuburbana ad alenda pecora; poterantque inſuper agros, & vineas emere, nec nõ ex oblationibus populi habere, vt modo habet Eccleſia. Numer. 35. & Ioſue 21. non ſolum quo ad vſum, vt exiſtimauit Lyranus loco citato num. verum etiam quo ad dominium, vt patet ex Leuit. 25. vbi dicitur, vrbes & ſubur-

bana Sacerdotum eſſe eorum poſſeſſionem, & poſſe illas vendere, & redimere domos, vt alij faciebant; Ioſue 21. vbi legitur ſolos agros, & vineas, quæ erant in territorio Hebron, fuiſſe Caleb tanquam domini, vrbem autem, & Suburbana, Sacerdotum.

Vnde, quando locis citatis dicitur, Sacerdotes non debuiſſe habere quidquam, ſed Dominum eſſe eorum hæreditatem, ſenſus eſt, non debuiſſe habere eos quidquam aliorum, tanquam filios Iacob, & ex paterna hæreditate, ſed tantum poſſidere debuiſſe ea, quæ debebantur Deo, cuius ipſi miniſtri erant, & ſic factum eſt; nam cum tota terra Palæſtinæ, quaſi quædam hæreditas diuiſa fuiſſet in duodecim partes pro numero tribuum, quarum duas faciebat Ioſeph, nimirum Ephraim, & Manaſſe, excluſa omnino Tribu Leui, quæ erat XIII. Deus voluit ſibi tanquã proprio Regi Iudæorum dari loco tributi decimam partem omnium fructuũ & 48. ciuitates cum Suburbanis ſuis; quæ omnia cum dederit ipſe Leuitis, indè num. 18. rectè ait ad Aaron: *In terra eorum nihil poſſidebitis, nec habebitis partem inter ipſos, ego pars, & hæreditas tua*. Qua profectò in re mira Dei prouidentia emicuit, qui ita ratam habuit ſententiam Iacob exhæredantis filium Leui propter peccatum ipſius, vt patet Geneſ 49. vt tamen implere eam voluerit ſummo cum honore Leuitarum; quatenus dedit ipſe Leuitis ſuam hæreditatem; nec non maximo totius populi commodo, quatenus ſi fuiſſent Leuitæ collecti in vnum locũ, vt erant aliæ tribus, non autem in eas diſperſi, non potuiſſent omnes populi ita facile ab eis iuſtrui in lege Domini.

Quod ſpectat ad Clericos noui Teſtamenti, quamuis in eius ſcripturis nihil expreſſe habeamus de poſſeſſionibus Eccleſiarum, ſufficit nobis hac in re Eccleſiæ traditio, & vſus, quo, vt teſtantur Sancti, ac veteres Patres introductus fuit; vt, cum prius conſueuiſſet pij homines vendere poſſeſſiones, & pretium donare Eccleſijs, poſtmodum poſſeſſiones ipſæ illis donarentur, vt eo modo non ſolùm præſentibus, ſed etiam futuris prouideretur; vndè, apud eoſdem Patres, tot efferuntur laudibus qui illas donauere, acriter autem reprehenduntur, qui eiuſmodi bona vel rapere, vel repetere auſi ſunt; totque emanauerunt Summorum Pontificum, Sacrorumque vbique Conciliorum, decreta pro illorum manutentione, & conſeruatione.

Igitur ad obiectionem ex Matth. 10. reſpondetur illa verba fuiſſe Apoſtolis dicta, pro eo tempore, quo in itinere erant futuri in terra promiſſionis, antè Chriſti paſſionem; tunc enim, vt expeditiores eſſent, non debuerunt ferre ſecum quidquam, maxime cum neque pauperum, neque Eccleſiarum curam adhuc haberent. At vbi cœperunt Apoſtoli poſt Chriſti aſcenſionem habere curam Eccleſiarum, & pauperum, legitur Act. 4. 5. & 6. eos quoque recepiſſe multas pecunias, vt inde alerent, & ſe, & alios. Quando autem ait Chriſtus Lucæ 14. *Niſi quis renuntiauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*; Diuus Auguſtinus epiſt. 5. ad Marcellinum docet eum loqui de præparatione mentis. Nam ibidem explicans, quid ſit renuntiare omnibus ait: *Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & vxorem, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Et tamen non tenemur, imo nec poſſumus parentes, filios, vxorem, & multo minus vitam odiſſe, niſi in præparatione animi, vbi ita diuinum exigeret ſeruitium.

Quantum ad tertium genus bonorũ, ſeculari nimirum titulo ad Clericos pertinentium, varia ſunt Doctorum Catholicorum placita. Thomas enim Vvaldenſis libr. 4. doctrin. fidei art. 3. cap. 42. docet, Clericos debere bona propria, vel erogare pauperibus, vel in commune ponere, alij per oppoſitum aiunt, Clericos non habere ſpecialem obligationem elargiendi pauperibus, bona

onialia, aut quaſi patri-
uſmodi ſunt, quæ non ra-
ij acquiruntur, ſed mini-
t Eccleſiaſtici, quod exer-
n ſtipendium laboris; ve-
acrificij, prædicationis,
nis Sacramentorum, can-
ici, & ſimilium; ſed in his
m obligationem habere
a vt nõ aliter ex ipſis elee-
ere teneantur, quam laici
que aliter peccent in eo-
one, quam peccaret lai-
contra charitatem, quan-
e, & loco, in pauperes nõ
l auaritia, aut prodigali-
erunt eos non teneri ero-
ios præfata bona: imo de
beneficijs viuere poſſe,
congruam eorum ſuſten-
it; & ſeruare quibus vo-
ialia, & quaſi patrimo-
e illis vixerint, poſſe vti
e, accipiendo tantundẽ
cleſiaſtici prouentibus,
onendo, ſicut poterant
ere.

aſſerunt, non poſſe Cle-
iſſimo peccato viuere ex
ticis, ſi habent bona
ufficienter alantur. Qua
imùm videtur fuiſſe S.
de vit. conteplat. cap. 9.
. Quæ omnia cum ſal-
tur inter Doctores Ca-
t breuiter hæc attigiſſe
explicanda tomo ſe-

V T XLIV.

lericorum, quo ad leges & eorum immuni- iugo poteſtatis ſe- cularis.

ſint Clericorum priui-
iæque prærogatiuæ, nõ
illis, quæ competunt
uius ordinis annexi

de quibus infra, ſed præcisè ratione ſtatus vel gradus Clericalis: Iterum, cum in ſtatu Clericali, vt diximus ſupra, varij ſint gradus, quorum vni ſunt alijs maiores, non eadem ſunt omnium priuilegia, quędã enim ſunt, tàm maiobus, quã minoribus communia, vt immunitas à iugo poteſtatis ſecularis; quædã verò maiorũ duntaxat propria, nimirum Eccleſiæ prælatorum, vt authoritas cõdendi leges Eccleſiaſticas, de quibus duobus priuilegijs breuiter hic agemus

Igitur circa authoritatem condendi leges Eccleſiaſticas; habemus errorem Lutheri art. 27. ex his, quos damnauit Leo X. & Caluini lib. 4. inſtitutionum, qui Vvaldenſes, Vviclefum, & Ioannem Hus in Concilio Conſtantiẽſi ſeſſ. 8. & 15. damnatos ſecuti, negant in Eccleſia, eiuſue prælatis poteſtatem eſſe condendarum legum, quæ obligent præſertim in conſcientia, & ſanciantur de materia alioqui non præſcripta per legem diuinam.

Pro cuius controuerſiæ intelligentia, ac reſolutione, notandum eſt eam non procedere de poteſtate ciuili, vel ſeculari, qua, iam ſupra cap. 34. ſatis oſtendimus contra Anabaptiſtas, poſſe Principes Chriſtianos ſeculares condere leges nedum in foro externo, ſeu quo ad pænam obligantes, verum etiã in conſcientia, & ſub peccato veniali, vel mortali pro rei præceptæ grauitate; ſed modo tantùm eſt difficultas de poteſtate Eccleſiaſtica, an nimirum prælati Eccleſiæ poſſint aliquas ſtatuere leges, vnde ſit.

Prima concluſio. Prælati Eccleſiaſtici poſſunt condere veras leges Eccleſiaſticas. Iſta concluſio eſt de fide; nec ab illa diſſentire debent Sectarij, niſi ſibi ipſis repugnare velint, dum concedut, prælatos Eccleſiaſticos ita poſſe præſcribere ſubditis, quæ ſunt legis diuinæ, ſiue quoad doctrinam, ſiuè quo ad mores, vt ipſis neceſſario ſit obtemperandum, ad idque ſubditi poſſint cogi metu pænæ, vndè & ſuas habent excommunicationes: Itẽ ſtatuere quæ-

dam circa cultum, & ceremonias, quæ ipſi vocant adiaphora, ſiue indifferentia, id eſt, eiuſmodi, quæ citra ſcandalum, abſque peccato prætermitti poſſint, tantumque propter rectum ordinem, & ad decorem ſeruari debeant. Nec etiam puto negaturos eſſe, quin ad hoc poſſent miniſtri Eccleſiæ aliquo genere pœnæ ſubditos impellere, vt ita certius conſequi valerent, quod intendunt, ſcilicet, vt omnia ex ordine, & decenter apud ipſos fiant.

Probatur primò authoritate Sacræ Scripturæ Matth. 28. & Ioann. 20. vbi ait Christus: *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Ex hoc enim loco colligunt Patres, fuiſſe Apoſtolis, & illorum Succeſſoribus à Chriſto collatam poteſtatem gubernandi Eccleſiã, atque adeo leges eiuſdem regimini conuenientes ſtatuendi, ſicut ipſe Chriſtus hanc à ſuo æterno Patre acceperat poteſtatem.

Item ex illis Matt. 18. ad Hebræos 13. & 1. Petri 2. quibus expreſſe iubentur fideles obtemperare ſuis prælatis, ad quod maximè tenentur, ſi quid in communi præcipiant, atq; adeo legem conſtituant. Quod cum etiam præcipere poſſint, afferendo neceſſitatem aliquam, quod eſt de ratione legis, vt patet ex illo Matth. 18. *Si Eccleſiãm non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus*; manifeſte ſequitur illis quoque neceſſario obediendum eſſe, ſaltem ad vitandam pœnam, qui modus neceſsitatis ſufficit ad legem abſolutè, vtque in Eccleſia ita præcipiente, dicatur eſſe poteſtas abſolutè ſanciendi leges.

Idem probatur varijs ſcripturæ exéplis; ſi quidem Act. 15. Apoſtoli ſtatuerunt legem de abſtinentia à ſanguine, & ſuffocato ad tempus: Similiter Diuus Paulus 1. ad Timoth. 3. & ad Titum 1. aliqua circa miniſtrorum ordinationem conſtituit; 1. Corinth. 7. alia circa matrimonium, inquiens, *de cæteris ego dico non Dominus*, cum prius de alijs dixiſset: *Hoc non ego præcipio, ſed Dominus*: ac demum, cum eadem epiſtola cap. 9. nonnulla quoque de oratione ordinaſſet, ea appellat ſua præcepta. Vnde, quod aliqui ex aduerſarijs reſpondent, illas non fuiſſe leges ſed directiones tantùm, merum eſt effugium ſacro textui omnino violentũ: idem enim Apoſtolus, vt refert Diuus Lucas Act. cap. 16. docuit fideles: *Vt ſeruarent præcepta Apoſtolorum, & Seniorum*; alludens ad præfatam conſtitutionem: non igitur ſimplex directio tantum fuit, propter ordinem, & decentiam, ſed verum præceptum, veraque lex. Cuius adhuc ius, & neceſsitas clariſsime exprimitur verbis illis: *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos, &c.*

Secundò probatur, veritas noſtræ concluſionis perpetuo Eccleſiæ vſu: quod enim, vtſtatim vidimus, Apoſtoli primùm dederunt exemplum, illud deinceps ſecuti ſunt eorum Succeſſores in condendis legibus, vbi ita neceſſe fuit pro conuenienti Eccleſiæ gubernatione, vt clare patet, ex tot Summorum Pontificum, Conciliorum tùm Generalium, tùm particularium decretis; in quibus hæc etiam veritas iamdudum definita reperitur: vt in Chalcedonenſi act. 15. in Romano ſub Hilario I. can. 1. in ſexta Synodo act. 4. & in octaua act. 1. in Concilio Toletano III. can. 1. Viennenſi, relato in Clementina; Conſtantienſi ſeſſ. 8. Florentino in vnione Armen. ac Tridentino ſeſſ. 6. can. 20.

Tertiò ratione, quoniam qui vere ſunt Superiores, paſtores, Epiſcopi, præpoſiti, Superintendentes, neceſſe eſt vt habeant authoritatem dirigendi, & coercendi ſubditos per leges; ſed prælati Eccleſiæ, *Superiores* vocantur Matt. 23. & Act. 23. item *præpoſiti*, & *ſublimiores poteſtates*, Roman. 13. & 1. Petri 2. item *Paſtores*, Ioannis 21. Act. 20. Epheſ. 4. 1. Corinth. 12. & 1. Petri 5. item *Epiſcopi*, & *Superintendentes* act. 20. Neceſſe eſt ergo ex ſcriptura vt ha-

poteſtatem condendarum
nor huius argumenti cum
nec ab aduerſarijs negetur ;
n ſit ex morali philoſophia
ioqui non poſſent hi, qui
cienter, & efficaciter ſub-
re ad gubernationis finem;
c Plato lib. 2. de repub.&
gibus; nec non Ariſtoteles
. cap. 6. & 9. expreſſe do-
eos, qui paſtores ſunt ra-
gis;id eſt,ad ſuperiores ſpe-
giſlatiuum ; non videtur
argumento rationabiliter
oſſit.
tur, quia ſi Principes ſecu-
n authoritas reſpicit com-
n temporale duntaxat,qua
tranquillitas Reipublicæ,
aliquas in hunc finem le-
vt ſatis probauimus ſupra
o magis voluit Chriſtus,
adductis ſcripturæ locis,
, ſeu Principes Eccleſiæ,
rocurare ſpirituale bonũ,
tum Eccleſiaſticæ Reipu-
nus Eccleſiaſtica eſt, gau-
e poteſtate ſanciendi in
liquas leges Eccleſiaſti-

iunt aduerſarij ſcriptnræ
ſignificatur, libertatem
erogatiuam peculiarem
, ſufficienter ſunt expli-
.34.oſtenſumque huiuſ-
em, in quam fideles fue-
tum vindicati,non conſi-
tione à legibus quibuſ-
n exemptione à lege ve-
primis à lege, & tyran-
vt iam per Chriſti gra-
s facultatem libere, at-
ruiendi iuſtitiæ, vt ait
Roman. 6. & 8. Simili-
. 15. repetit Chiſtus ex
olunt me, docentes doctri-
hominum: intendit ſo-
umana præcepta taxa-
m diuina lege pugnan-
x eo, quod ſubiungit:

Quare vos tranſgredimini præceptum Dei propter traditiones veſtras; non autem illa quę conducunt ad perfectiorem diuinorum mandatorum obſeruantiam, quæque ſunt veluti illorum appendices, cuiuſmodi ſunt Sacri canones, vel leges Eccleſiaſticæ.

Secunda concluſio. Leges Eccleſiaſticæ etiam obligant in conſcientia: Siue quod idem eſt, poteſtas Eccleſiaſtica eiuſmodi authoritate prędita eſt, vt queat aliquam legem condere,cui neceſſario parendum ſit,ad peccatum vitandum, & ad conſequendam beatitudinem. Hoc enim eſt obligare in conſcientia. Iſta concluſio eſt certa de fide inter doctores Catholicos.

Illamque primò probant ſtatim adducta ſcripturæ loca; tùm alia, quibus dicitur iniuriam fieri Deo,quando non obeditur præpoſitis Eccleſiæ, eo quod illi authoritate Dei illam gubernant; Luce 10. *Qui vos ſpernit, me ſpernit.* & 1. Theſſal 4. *Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum*;pauloque infra: *Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum.*

Secundo id ipſum à fortiori probāt, quæ ſupra cap. 34. diximus de poteſtate ciuili, eam nimirum poſſe condere leges etiam in conſcientia obligantes.

Tertiò, quæ de legibus Eccleſiaſticis celebrandi feſta, nec non ieiunandi dicta fuere cap. 32. Si enim in hoc, in alijs quoque pluribus, Eccleſiam poſſe ſancire leges in conſcientia obligantes neceſſario fatendum eſt.

Quartò probatur communi fidelium conſenſu, qui talis ab initio, & ſemper fuit, vt crediderint, ſe mortaliter peccare violando leges aliquas Eccleſiæ in materia graui. Nec non ex pœnis excommunicationis præſertim earum tranſgreſſoribus nonnunquam impoſitis; ſemper enim intellectum eſt in Eccleſia huiuſmodi pœnam ſub anathemate non eſſe decernendam, niſi propter peccatum mortale.

Quia autem ratio perſuadens hanc obligationem, æque procedit de lege

Eccle-

Eccleſiaſtica, ac de ciuili, nimirum, id neceſſario eſſe in conſcientia faciendũ, & quidem,ſi res fuerit grauis, ſub peccato etiam mortali, quantum eſt ex ipſius rei genere, quod lex naturalis, & diuina, atque adeo ęterna dictat;huiuſmodi autem leges dictare legi iuſtæ ſuperioris cuiuſcumque eſſe obtemperandum,ſatis probant, videriq; poſſunt dicta citato c. 34. quare ſit.

Tertia concluſio. Legis Eccleſiaſticæ materia poſſunt eſſe quarumcumq; virtutum actiones, & etiam vitiorum contrariorum: ſiue,quod in idem redit, authoritate Eccleſiaſtica poſſunt ſanciri leges etiam de actionibus, de quibus alioquin per legem naturalem, aut diuinam nihil habetur formaliter præſcriptum. Iſta concluſio eſt de fide cõtra omnes huius temporis ſectarios, illamque efficaciter probant, quę citato cap. 32. adduximus Scripturæ,Patrumque loca pro ieiunij Eccleſiaſtici,feſtorumque inſtitutione ſub peccato,ibique conſuli poſſunt.

Et ratio concluſionis eſt, quia poteſtas Eccleſiaſtica, ſtatuere per legem poteſt de omni eo, quod referri poteſt ad bonum commune ſpirituale; ſi quidem finis gubernationis Eccleſiaſticæ eſt eiuſmodi bonum; illaque ſufficiens non eſſet, niſi poſſet de omnibus illis præſcribere, quæ ad tale bonum referri poſſunt: ſed quarumcumque virtutum actus, vt ſatis per ſe patet, queunt ordinari ad commune bonum ſpirituale: poteſtas igitur Eccleſiaſtica de quarumcumque virtutum actibus poteſt legem ferre.

Cuius tamen rei explicandæ idem non eſt Doctorum Catholicorum modus; aliqui enim negant Eccleſiam habere poteſtatem in actus interiores virtutum; alij verò affirmant; qui tamen facilè conciliari poſſunt, ſi dicatur, Eccleſiam non habere quidem poteſtatẽ in actus interiores,ſi directè, aut per ſe conſiderentur, ſine vlla relatione ad actus externos, de quibus perfectè, & plenè poteſt Eccleſia cognoſcere, & ſtatuere propter finem Eccleſiaſticæ gubernationis:illam autem habere,ſi conſiderentur, vt ſunt conditiones actuum exteriorum, & ad eos referri poſſunt: ſic enim pręcipitur cap. *dolentes*, vt officium diuinum *ſtudioſè*, *& deuotè* à Clericis perſoluatur. Quod præſtari non poteſt ſine interno actu.

Item alij docent legem humanam Eccleſiaſticam ſolùm conſtituere actũ, quem præcipit in ſpecie huius, vel illius virtutis; ita vt materia legis non ſit actus virtutis pręſuppoſitiuè, ſed actus alioquin indifferens, qui tunc primum fiat virtuoſus, cũ per legem humanam præcipitur. Quod tamen alijs non placet, niſi ſenſus ſit, eam conſtituere actum in ſpecie virtutis, non quomodocumque, ſed tanquam neceſſarium, & debitum, vt ad hanc, vel illam virtutem ſpectat. Cuius ratio eſt, quia actus, vt ſit apta materia legis humanæ, debet eſſe vel ex genere ſuo, vel ex aliqua circunſtantia bonus moraliter, atque adeo eiuſmodi, qui ad aliquam ſpeciem virtutis reducatur,ſicut neceſſe eſt reduci quemcumque actum bonum. Si enim eſſet per ſe aut malus,aut indifferens, ſiue inutilis,non poſſet ferri circa illum lex iuſta; vt enim docent omnes,vna ex conditionibus legis iuſtę eſt, vt ſit vtilis, ſcilicet de aliquo, quod vel ex genere ſuo, vel ex circumſtantia poſſit conducere per ſe ad bonum commune.

Hæc autem poteſtas condendi leges Eccleſiaſticas primario reperitur penes Summum Pontificem ab ipſo Deo deriuata; hoc enim ipſo, quod voluit Chriſtus eum eſſe Vicarium ſuum, Supremumque Eccleſię Paſtorem; naturaliter ipſum conſecuta eſt facultas ferendi leges ſpirituales, quia conuenit naturę capitis præcipere poſſe ſubditis; quocirca facta ſemel electione talis, non eget alia noua conceſſione, ſed ſuaptè natura ei competit ſancire leges, quibus ſubditos ſuos ſpiritualiter regere poſſit: & licet potuerit Chriſtus qui Petrum, eiuſque ſucceſſores ſuæ

Eccleſię

ecit, ſtatuere ne ipſe, vel
m leges conderet perpe-
ne aliquid præciperet, nõ
nim omnino pugnat cum
oteſtate Principis, quare
aria omnino voluiſſet, ſi
æ Eccleſiæ prefeciſſet; &
ſet, ne aliquid præcipe-
iffert autem præceptum,
à lege, quod mandatũ,
morte præcipientis fi-
m perſeuerat poſt mortẽ.
non conſtet, nec conſta-
ſtum abſtuliſſe Petro, &
oteſtatem condendi le-
eſtas nulla ratione Sum-
omano negeri poteſt in
leſia, tàm in Concilio,
oncilium. Cui etiam ea-
authoritas, vbi à Sum-
congregatur, & confir-
on etiam Epiſcopis, quia
ores, & rectores vniuer-
atura perpetui. Quæ, &
conueniant, quia ſuffi-
ex dictis tomo 3. ſect. 4.
tifice, & 5. de Concilijs,
euiter hic attigiſſe.
d Clericorum priuile-
immunitatis ipſorum à
ſecularis; varij quoque
llud errores. Caluinus
itut. cap. 11. §. 15. aſ-
mnes, præterquam in
ccleſiaſticis, ſubiectos
bus, & tribunalibus ſe-
iſtratuum. Idem affir-
rtyr in cap. 13. epiſt. ad
ns, Principes non po-
e Clericis priuilegium,
entur Magiſtratibus po-
id contra ius diuinum.
tius in Prolegomenis,
elanchton in locis cap.
in rebus etiam, & cauſis
icis ſubijciunt Clericos
libus.
ic materia, cum varia
octorum Catholicorũ
is affirmantibus, iure

diuino liberos eſſe Clericos, & eorum bona à poteſtate Principum ſeculariũ; alijs negantibus id ipſis competere iure diuino; alijs demum diſtinguentibus, & aſſerentibus iure quidem diuino liberos eſſe in cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus; in cæteris autem iure duntaxat humano; nos breuiter, quid in hac re certius, & communius à Doctoribus Catholicis docetur, ſequentibus dictis explicabimus.

Primò igitur dicimus, non eſſe contra ius diuinum, quod plures Principes Chriſtiani conceſſerint Clericis priuilegium non ſubiacendi ipſorum foro. Eſt de fide contra Petrum Martyrem; ſufficitque ad huius probationem traditio Eccleſiæ, perpetuuſque eius vſus, quo, ex Summorum Pontificum, Conciliorum tùm generalium, tùm particularium decretis, per ſingula ferè ſæcula citatis ab Andrea Sauſſaio lib. 6. Panopliæ Clericalis, Clerici ſemper gauiſi ſunt priuilegio fori, à proprio Epiſcopo iudicandi, nec potuerunt etiã de crimine coram ſeculari iudice conueniri. Cui iuri ſacro concordat quoque ciuile, cuius idem Andreas Sauſſaius teſtimonia ad amuſſim refert loco citato, nec non ex Regum Chriſtianiſſimorum ſanctionibus, quibus omnimoda Clericis immunitas conceditur, tùm in ſoluendis tributis, tùm in iudicijs, & cauſis. Quis enim prudens ſibi perſuadeat, tot pios, ac Sanctos Principes, voluiſſe, maximè in propria cauſa, contra ius diuinum agere, ſi illi vel minimum obeſſet, conceſſa toties ab illis immunitas ſtatui Clericali.

Quod obijcit Petrus Martyr ex epiſt. ad Romanos cap. 13. omnem animam ſubiici debere ſublimioribus poteſtatibus, nullius eſt momenti; *Primò* enim dici poteſt, ſi ibi per omnem animam ſignificentur tam Clerici, quàm Laici, id debere intelligi ſecundum diſtributionem accommodam vnicuique ſtatui, ita vt laici ſubiiciantur tam directiuè, quàm coactiuè ciuilibus Principum legibus, Clerici autem directiuè

ſolum

ſolum, vt mox dicemus. *Secundò* reſponderi poteſt, ibi omnem animam non ſumi pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum, nimirum non pro omnibus abſolutè; ſed pro illis tantum, qui verè ſunt ſubiecti ſublimioribus poteſtatibus; vndè præfato hæretico prius probandum eſſet Clericos verè eſſe illis ſubiectos, aut ex natura ſua; ad quod tamen nullum ipſi ſuppetit argumentum, ſed multa potius ſunt in contrarium, vt patebit ex dicendis.

Secundò aſſero, Clericos non eſſe exemptos ab obligatione legum ciuilium, quæ non repugnant ſacris canonibus, vel ſtatui clericali. Iſtud dictum eſt omnium Doctorum Catholicorum, loquendo potiſſimum de legibus politicis, quæ dirigunt actiones humanas in commercijs temporalibus, vt cum Princeps, vel Magiſtratus conſtituit precia rebus venalibus, vel iubet noctu neminem incedere cum armis, vel non aſportari frumentum extra Prouinciam, aliaque ſimilia. Cuius ratio eſt, quia Clerici, ſunt etiam ciues, & partes quædam Reipublicæ politicæ; igitur vt tales viuere debent ciuilibus legibus, vbi non repugnant ſacris canonibus, vel ſtatui clericali, deficitque interdum lex Eccleſiaſtica; magna alioquin eſſet perturbatio, & confuſio in Republica.

At cum duplex ſit legum obligatio, coactiua vna, directiua altera, hac ſecunda tenentur tantum Clerici, non autem prima; vndè non poſſunt à iudice ſeculari iudicari, vbi leges ciuiles non ſeruant. Ita expreſsè lege canonica eos eximente à ſeculari iudicio in omnibus cauſis tum ciuilibus, tum criminalibus; nec non etiam ciuili, vt patet ex teſtimonijs à ſuperius citato Andrea Sauſſaio fideliter adductis. Ratio autem eſt, quoniam omnino abſurdum eſt, vt ouis Paſtorem ſuum quocumque modo iudicare præſumat. Vnde non ſine magna laude refert Ruffinus lib. 10. hiſt. cap. 2. & poſt eum S. Gregorius lib. 4. epiſt. 75. vocem illam Conſtantini Magni ad Epiſcopos: *Vos dij eſt[is] a Summo Deo conſtituti, æquum non eſt vt homo iudicet deos.*

Quando igitur Caluinus lib. 4. inſti[t.] cap. 11. §. 15. ait: Conſtantinum Im[peratorem] epiſt. ad Nicomedienſes re[l]lata à Theodoreto lib. 1. hiſt. cap. 2[0] dixiſſe, ſe Euſebium Epiſcopum eoru[m] eieciſſe, ac ſubiunxiſſe, *ſi quis Epiſc[o]porum inconſulte tumultuatus ſit, mini[]ſtri Dei, hoc eſt, mea executione illius au[]dacia coercebitur:* merum eſt præfati hæ[]retici figmentum; Conſtantinus eni[m] ibi ſcribit, ſe quidem eieciſſe in exil[ium] Euſebium Epiſcopum, ſed addit, eu[m] ante fuiſſe à Nyceno Concilio depoſ[i]tum ab Epiſcopatu propter hæreſim quod reticet Caluinus. Catholici au[tem] non negant, quin poſſit, & debeat M[a]giſtratus ſecularis punire Clericos quando ab Eccleſia damnantur, & d[e]gradantur, iudicibuſque ſecularibu[s] traduntur, vt ſatis patet ex dictis ſup[ra] cap. 24. Similiter verba, quæ à Conſta[n]tino ſubiuncta fuiſſe, ait idem hære[ti]cus, ab ipſo deprauata fuere; non eni[m] minatur eo loco pœnam Conſtantin[us] Epiſcopis, ſed laicis, dicens, ſe grauit[er] animaduerſurum in plebem Nicom[e]dienſem, ſi iterum redire velit ad Ep[i]ſcopos hæreticos à Concilio Genera[li] damnatos, & non acquieſcat ſuſcipe[re] probum, & Catholicum Antiſtitem. Verba eius hæc ſunt: *Sin autem qui[s]quam*, non dicit, Epiſcoporum, vt Ca[l]uinus mendaciter addidit, *temeritate & audacia accenſus, eas Eccleſiæ peſtes,* [hoc] *eſt, Epiſcopos Arianos, vel memoria,* [vel] *laudibus celebrare aggreditur, confeſti[m] opera, ac diligentia miniſtri Dei, hoc e[ſt] mea, pœnas ſuæ inſcitiæ dabit.*

Tertiò dico, in cauſis Eccleſiaſtic[is] liberos eſſe Clericos iure diuino à [ſe]cularium Principum poteſtate. Iſt[ud] dictum eſt certiſſimum inter Docto[res] Catholicos, per cauſas Eccleſiaſtic[as] intelligentes illas, quarum cognitio [non] pendet à legibus ciuilibus, ſed ab Eu[an]gelio, vel à ſacris Summorum Ponti[fi]cum, & Conciliorum canonibus, qua[e] ſunt

rſiæ de rebus fidei,de Sa-
liæque ſimiles.
us probatio deſumitur ab
orum exemplo, qui Eccle-
, quo tempore nulli erant
riſtiani, proindeque nun-
cauſas Eccleſiaſticas defi-
erunt. Et certè ſi Diuus
rinth. 6. iubet lites etiam
ianorum non deferri ad
nicorum, quomodo Ec-
illud deferri permiſiſſet,
fuit in Eccleſia vſus, vt
æ nonniſi à Prælatis eius
Conciliaque, & Patres
endunt, grauiterque pu-
ricos, qui cauſas Eccle-
dicibus dirimendas ex-
[illegible]
probatur, quia vt ſatis
tom. 3. nec non ſupra
thoritas gubernandi Ec-
iſto commiſſa fuit eius
autem Principibus ſæcu-
Eccleſia ſunt oues, &
, non autem paſtores;
re diuino, quo à Chriſto
Eccleſiæ Prælati, illiſque
oritas eam regendi, de-
cauſas Eccleſiaſticas iu-

na Clericorum, non ſo-
ica, ſed & ſæcularia, li-
ritò eſſe debent à tribu-
Secularium. Hoc quo-
tum eſt inter Doctores
ſtrahendo à iure, quo
facta eſt, humanove ſo-
iuino, de quo ſtatim;
pars, quod nimirum prę-
a ſint de facto, perſpi-
e, tum Canonico, tum
uertendum eſt, ante Iu-
a legibus priorum Prin-
s fuiſſe Clericos à tri-
bus, vt etiam indicat
mus in comment. ad
non tamen fuiſſe libe-
uæ pendi ſolent ratione
habetur ex S.Ambro-

ſio in orat. de tradendis Baſilicis, vbi ait: *Agri Eccleſiæ ſoluunt tributum*; & ex Theodoreto lib.4. Hiſt.cap.7. vbi refert, Valentinianum Seniorem in epiſtola ad Epiſcopos Aſiæ illa verba ſcripſiſſe: *Boni Epiſcopi tributa penſitant regibus*.

Præfata autem bona meritò eſſe libera ab huiuſmodi tributis, quæ eſt altera pars noſtri dicti cōtra Marſilium de Padua, & Ioannem de Iamdumo docentes apud Ioannem de Turrecremata lib.4. Summæ de Eccleſia par.2.cap.37 ipſum etiam Chriſtum non fuiſſe liberum à ſoluendis tributis, & quod fecit Matth.17. cum tributum ſoluit, id feciſſe non voluntate, ſed neceſſitate, patet, quia ita decet dignitatem Clericorum, & pietatem Principum Chriſtianorum; & ad exemplum Chriſti Domini, qui tributum ſoluit, reſpondetur eum illud ſoluiſſe, quia voluit, non quia debuit; vt aliàs diximus, & ſatis patet ex textu.

Quintò, exemptio Clericorum in rebus politicis, tàm quo ad perſonas, quam quoad bona, nedum iure humano Canonico, & ciuili introducta eſt, verum & diuino. Ita communiter aſſerunt Theologi, per ius diuinum non intelligentes præceptum Dei propriè dictum, quod extet expreſsè in ſacris litteris: ſed quod ab exemplis, vel teſtimonijs Teſtamenti veteris, vel noui per quamdam ſimilitudinem deduci poſsit. Vt quod Geneſ.47. Ioſeph Patriarcha exemerit Sacerdotes Aegyptiorum; Numer.cap.3. Deus non ſemel, ſed ſæpius repetat, Leuitas propriè ſuos eſſe, iubeat eos dari Aaroni, & filijs eius, id eſt Summo Sacerdoti, & ſucceſſoribus eius. Conſtat autem id eſſe nunc in Eccleſia Clericos, quod erant Leuitæ in Teſtamento veteri; & Summum Chriſtianorum Pontificē non minoris eſſe authoritatis, ſed longè maioris in Eccleſia Chriſti, quam fuerit Aaron in Synagoga Iudæorum. *Nunc*, (inquit S.Leo ſer.8. de paſsione Domini) *& ordo clarior Leuitarum, & dignitas amplior ſeniorum, & ſacratior vnctio*

Sacerdotum; quemadmodum ergo in Lege veteri liberi erant Leuitæ iure diuino à poteſtate Principum ſecularium, ſequitur quoque, vt in noua, ſeu Euangelica liberi quoque ſint ab ea Clerici, tàm quo ad perſonas, quàm quo ad bona ſua. Alter locus, vndè Concilia, & Patres hoc deducunt, habetur Matth. 17. *Ergo liberi ſunt filij*.

Sextò, & vltimo dico, exemptionem Clericorum, non ſolùm eſſe de iure diuino poſitiuo, ſed etiam de iure diuino naturali. Ad quod explicandum ſolent Theologi diſtinguere tres gradus iuris naturalis, ſeu preceptorum naturalium; primus eſt eorum, quæ ita clarè ſignata ſunt in cordibus hominum, vt ſolo lumine rationis, abſque vlla diſciplina, vel arte, imo ſine nouo diſcurſu rationis iudicentur ab omnibus iuſta, vt Deū eſſe colendum, non eſſe faciendum alteri, quod tibi non vis fieri; bonum eſſe appetendum, malum autem fugiendum. Secundus gradus eſt eorum præceptorum, quæ deducuntur ex illis primis principijs, tanquam concluſiones proximæ, & quaſi naturaliter fluentes, per tam facilem, euidentem, ac neceſſariam conſequentiam, vt non ſit opus arte, vel diſciplina, ſed ſimplici diſcurſu, qualem omnes homines, niſi ſint amentes, habere poſſunt: huiuſmodi ſunt omnia præcepta Decalogi, ex illo enim principio in corde omnium impreſſo, Deum eſſe colendum, manifeſtè ſequitur, nec eſſe colenda idola, neque peierandum, ex altero verò, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, continuò ſequitur, non eſſe occidendum, non furandum, non mechandum &c. & quamuis aliqua huius generis præcepta aliquando ob nimiam hominum excæcationem deleta videātur de cordibus nonnullorum, quatenus referuntur multa vitia contra naturam, quę à populis quibuſdam, & etiam à legislatoribus eorum tanquam licita approbabantur; de quibus legi poteſt Theodoretus lib. 9. ad Græcos; non propterea deſunt eſſe iuris naturalis diuini, vt docet S. Thomas 1. 2. quæſt. 94. art. 5. & q. 100. art. 8. vbi docet, in præceptis Decalogi, quia ſunt propriè iuris naturalis, nullam cadere poſſe diſpenſationem. Tertius demum gradus præceptorum naturalium eſt eorum, quæ deducuntur quidem ex principijs iuris naturæ, ſed per conſequentiam non abſolutè neceſſariam, nec omnino euidentem, & ideò egent humana conſtitutione, & hæc ſunt, quæ Theologi propriè referunt ad ius gentium; quod propterea idem D. Thomas 1. 2. quæſt. 59. art. 4. ad 1. ait eſſe aliquo modo naturale, & aliquo modo poſitiuum, ac per hoc eſſe medium inter ius naturale purum, & ius ciuile. Ius enim naturale purū eſt illud, quod nullo modo pendet ex humana conſtitutione; ius ciuile autem, quod ex ſola hominum conſtitutione pendet, & ideò purè poſitiuum vocari ſolet: ius verò gentium partim eſt naturale, partim poſitiuum, quia pendet quidem ab humana conſtitutione, id eſt, à conſenſu omnium gentium, ſed non ab authoritate Principis, vel Magiſtratus particularis. Vndè ſequitur, quod ea quæ ſunt de iure gentium, quoniam aliquo modo ſunt naturalia, ideo prohibeantur, quia ſunt mala; contra autem, quæ ſunt de iure ciuili, quoniam ſunt merè poſitiua, ideo ſint mala, quia prohibentur. Rurſus ſequitur, ea quæ ſunt de iure gentium, quia ſunt aliquo modo naturalia, minimè poſſe à Principibus, vel Magiſtratus abrogari, vel immutari; ſecus autem quæ ſunt de iure ciuili, quæ ſunt purè poſitiua.

Igitur dum cum vnanimi Theologorum, & Canoniſtarum conſenſu dicimus exemptionem Clericorum eſſe de iure diuino naturali, loquimur de illo in tertio gradu; quatenus lumen naturale dictat, paſtores, & patres populi, nec non miniſtros Dei, cuiuſmodi ſunt Clerici, debere eſſe à tributis exempto[s]. Quod ſatis oſtendit conſuetudo omnium gentium, Hebræorum cap. 30. Exod. & 1. num. Aegyptiorum cap. 47. Gene[s].

ipſorum Gentilium, qua
imus ſupra cap. 30. eorum
uere ſemper ab omnibus
. Quare S. Thomas ita
, 13. epiſtolæ ad Roma-
os priuilegio Principum id
men addat, id factum eſſe
æquitatem. Quam ſecu-
Conſtantinus, ſtatim ac
uit, Eccleſiaſticos immu-
nibus Reip. oneribus de-
patet ex eius epiſtola ad
ud Euſebium lib. 10. hiſt.
dem multi alij poſt ipſum
præſtiterunt. Notanda-
ertim verba Iuſtiniani l.
. de Sacroſanct. Eccleſ.
miſſet Eccleſias ait: *Cur
us diſcrimen inter res di-
anas, & cur non compe-
a cæleſti fauori conſerue-*
ans verbis exemptionem
e arbitrariam, ſed debi-
riam. Et hęc ſufficiant
ipuis Clericorum priui-
n de varijs ipſorum gra-
iam Eccleſiaſticam com-
erſus omnes huius tem-
qua cum ipſi careant,
illam confundere, ac
tur.
c agere de fœminis an
ierarchiam Eccleſiaſti-
aphrygæ olim mulieres
iaconos. Pepuſiani ve-
rdotes, & Epiſcopos,
m, & Auguſtinum. Po-
ingentos, & quinqua-
ephali fœminas conſe-
ſſas. Verum cum hæc
s ad Hierarchiam or-
dictionis, de his age-
e Sacramento ordinis,
nullum gradum veri
ici, qui ſacer ſit, & in
d Sacramentum, vel
inas vnquam habuiſſe;
dici à Patribus ordi-
atas lato modo, quia
& certa quædam mu-

nia in Eccleſijs obibant; de quibus, & eorum diuerſitate conſuli poteſt Cardinalis Baronius ad annum 34.

Maior difficultas eſſe poſſet, an fœminæ eſſe poſſint de Hierarchia Eccleſiaſtica, quo ad veram in ea iuriſdictionem, viriſque in rebus Eccleſiaſticis præfici. Anglicani enim proteſtantes id tenentur concedere, dum tam Reginas, quam Reges ſuos ſuprema Eccleſiæ Anglicanæ capita proximè ſecundum Chriſtum in omnibus Eccleſiaſticis rebus, & cauſis conſtituunt; quod quia piè, doctè, & eruditè refutat Nicolaus Sanderus lib. 7. Monarchiæ, nec non 6. de Claue Dauid, ſeu Regno Chriſti, poteſt ibi videri, ſufficitque nobis ad complementum doctrinæ, hæc breuiter inſinuaſſe.

CAPVT XLV.

Statuitur aduerſus Lutherum, & Caluinum, omneſque huius temporis Sectarios, Monaſtica, ſeu Religioſa vita excellentia, votorumque in ea neceſſitas.

NOn agimus in præſenti de vita, ſeu ſtatu religioſo, aut monachatu veteris Teſtamenti, vtrum nimirum verè in eo talis fuerit ſtatus; id enim ſalua fide inter Doctores Catholicos diſputatur, ſique à pluribus grauibus authoribus negatur, ab alijs nec inferioris notæ, nec inferioris numeri affirmatur, cum hac tamen reſtrictione, quod talis non fuerit, niſi per reſpectum, ac imitationem ad Chriſtum, Beatiſſimamque Virginem Mariam, tanquam ad cauſam principalem, & exemplarem; ſicque intelligunt, quod canit Eccleſia; *Tu ſola ſine exemplo placuiſti*; id eſt, tu fuiſti exemplar aliorum tam præcedentium, quam ſubſequentium, quorum nullus fuit exemplar reſpectu tui.

Secundò notandum eſt, varia apud veteres tam Græcos, quam Latinos reperiri Monaſtices nomina. Quinque apud Græcos habentur quibus eius profeſſores nuncupantur, *Terapeutes*, id eſt, *Cultor*, quo vtitur Dioniſius cap. 5. Eccleſ. Hierarch. & Philo initio libri de vita contemplatiua; *Aſcetes*, id eſt, *Pugil*, ſiue Exercitator, quo paſſim vtitur Baſilius, qui etiam ſermones ſuos de rebus monaſticis vocat Aſceticos: *Ichetes*, id eſt, *Supplex*, quo vtitur Philo, qui librum de vita Monachorum ſui temporis, inſcripſit de vita contemplatiua ſupplicum: *Philoſophus*, quo paſſim vtitur Diuus Chryſoſtomus in lib. contra vituperatores vitæ monaſticæ, & Nilus, qui librum ſuũ de monaſtice inſcripſit de Chriſtiana Philoſophia, quod, vt ipſe indicat, vitæ Monaſticæ profeſſores, eũ apud Chriſtianos teneant locum, quem Philoſophi, apud Ethnicos, Philoſophi enim dicebãtur apud illos, homines quidam Seueri, contẽptores rerum temporalium, totiq; ſapientiæ ſtudio dediti: ac demum *Monachus*; quod nomen frequentiſſimum eſt apud omnes Patres, licet non eodem ab illis modo explicetur. Quidam enim, vt Hieronymus in epiſt. ad Heliodorum videtur velle illud conuenire proprijſſime Eremitis, qui ſoli habitabant, alij vero cum Auguſtino Cænobitis tantùm; qui in Pſalm. 132. explicans illud: *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum*, ait: hoc dulciſſimum canticum excitaſſe homines, & de Secularibus Monachos effeciſſe, nihilque aliud ſignificare Monachum, quam hominem in tali vnitate, & communitate cum alijs eiuſdem inſtituti viuentem, vt cum illis omnibus cor vnum habeat, & vnum, ac ſolum hominem faciat. At Dionyſius cap. 6. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, & Caſſianus collat. 18. Abbatis Pyamonis cap. 5. inde Monachos dictos affirmant, quod à coniugijs abſtinerent, & à parentum ſe conſortio, ac mundi huius conuerſatione ſecernerent, vt nimirum Soli Deo per contemplationem vacarent. Quod cum tam Eremitis, quam Cænobitis ſit commune, videaturque eſſe verior huius nominis explicatio dubium eſſe non poteſt, quin illud vtriſque proprie conueniat; proprieque Monachos non eſſe, niſi eos religioſos, qui ſoli vita contemplatiuę operam nauant.

Quamobrem Diuus Thomas, S Diuus Bonauentura alijque Doctore poſteriores non vocant Monachos eos qui non ſoli contemplationi inſiſtunt ſed inſuper in actione verſantur, iuuãte proximum in concionibus, & Sacramentorum adminiſtratione; ſed Regulares, vel Religioſos appellant. Regulares quidem, quod certæ regulæ v uendi addicti ſint; Religioſos autem quod ſe totos Dei obſequio mancipa uerint, vt recte explicat Diuus Thoma 2.2. quæſt. 186. art. 2. & quamuis h nomen videatur nouum, tamen re ve eſt antiquiſſimũ, reſpondet enim propr illi Gręco Terapeutes, quo S. Dionyſi & Philo locis ſuperius citatis vſi ſun

Vnde tertiò obſeruandũ, hic nõ ſu iſtud nomen præciſe à Religione, quę virtus, qua Deo debitũ cultum exhib mus, & conſequenter omnes pro Chriſtiani dici poſſunt religioſi, ſi D ſeruiant, vt eorum vocatio requirit, ſ à ſtatu, in quo eius profeſſores nulli ſeruiunt, niſi Deo, indeque per exc lentiam vocantur Religioſi: religio ſic ſumpta ſolet definiri ſtatus homin ad perfectionem Chriſtianam, per Ob dientiæ, Caſtitatis, & paupertatis v tendentium, cum in hoc ſecundo, autem in primo ſenſu hæretici, con quos agimus, & religionis nomen, rem impugnent.

Primi, quos ſtatus religioſus hab inimicos, fuere Donatiſtæ apud Au ſtinum lib. 3. contra Petilianum cap. vbi de illo ſic ait: *Deindè perrexit o maledico in vituperationem Monaſte rum, & Monachorum, arguens etiam quod hoc genus vitæ a me fuerit inſtitut* Tum Ariani, qui non deteſtati ſol ſed & perſecuti ſunt Monachos, vt

ſtatu

anaſius in Apologia de ſua
ue Diuus Hieronymus in
Valentem Imperatorem
em tuliſſe, vt Monachi
ma ſumerent, militeſque
uſtibus cæderentur, ac ma-
larrat quoque Ruffinus lib.
3. de Lucio Arianorum
opo, eum vehementer Mo-
tum fuiſſe.
m 700. Conſtantinus Co-
us in hoc erat occupatus,
Monaſticum deleret, te-
to orat. funebri in S.Nice-
hilus vero Imperator circa
ſuis cōſtitutionibus edixit,
vllā vrbem intrare liceret:
fecit mundana hoſpitia.
circa annum 1200.ſpecia-
Religiones mendicantium
n dæmonum inuentū,apud
Caſtro;Ioānes autē wiclefus
90. profundius in errorem
1. in Concilio Conſtan-
inter alios damnato, non
erere; quod illi, qui in-
eligiones, eo ipſo ſe red-
s, & inhabiliores ad ob-
ndata Dei; Articulo verò
guſtinus, Benedictus, Ber-
ati ſunt, niſi pænitentiam
c, quod Monachi, & Mo-
tres fuerunt.
abuere progenitores Se-
emporis, eorumque fau-
Monaſticen, ſtatumque
medio tollant, tot cum
iunt, portentoſaque men-
e de Monachis, & reli-
, & quacumque oblata
illos inuehuntur: quibus
erſedeo, cum facile vide-
d Cardinalem Bellarmi-
b.2. de Monachis, & alios
em citatos; vnde breuiter
tem Catholicam ſequen-
ius concluſionibus, quæ
s multorum etiam libro-
eſſe poſſent.
Concluſio. In ſtatu legis
Euangelicæ vltra præcepta, dantur in-
ſuper conſilia; iſta concluſio eſt de fide,
contra Lutherum in Epithalamio ſuo,
pluſquam credi poſſit obſcæno, & in lib.
de Votis Monaſticis; contra Caluinum
lib.4. Inſtitut. cap.13. §.12. cæteroſque
huius temporis Sectarios, eo potiſſi-
mum nomine ſtatum religioſum dete-
ſtantes, quod eius profeſſores, præter
communem præceptorum diuinorum
obſeruationem, aliquid aliud præſtent
ad Dei obſequium, quod non ſit præ-
ceptum, ſed opus, vt nominari ſolet,
conſilij, & ſupererogationis. Putant
enim Sectarij à Deo nobis imperatum
eſſe, quicquid poſſumus bene facere,
& plus etiam multò quam valemus,
atque adeo nullum opus noſtrum cen-
ſeri poſſe opus ſupererogationis. Veri-
tas iſtius concluſionis patebit ex ſequen-
ti, in qua enumerabuntur tria illa, quæ
per antonomaſiam vocantur à Patribus
Conſilia Euangelica.

Secunda concluſio. Tria ſunt po-
tiſſimum conſilia Euangelica, nimirum
obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis.
Iſta concluſio eſt de fide, & explicatiua
Superioris. Eius veritas primò patet
authoritate Sacræ Scripturæ noui Te-
ſtamenti, in qua paſſim à Chriſto com-
mendantur tanquam ſibi grata, ſpecia-
lique laude, & præmio digna, non ta-
men neceſſaria, dicta conſilia. Præcipua
pro conſilio obedientiæ loca habentur,
Matth. 16. 24. *Si quis vult venire poſt
me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem
ſuam, & ſequatur me*; quid eſt enim
ſequi Chriſtum, niſi ipſum imitari? de
quo Lucæ 20. verſ. 51. dicitur: *Deſcendit
cum eis* (Maria ſcilicet, & Ioſeph) *&
venit in Nazareth, & erat ſubditus illis.*
Ioannis 4. v. 4. quod ipſemet dixerit:
*Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem
eius, qui miſit me*; Philipp. 2. v. 8. quod
factus eſt obediens vſque ad mortem. Et
ſi enim non dubitemus præfato Matthæi
loco, Chriſtum primariò locutum fuiſ-
ſe de obedientia à Deo præcepta, nimi-
rum, quemcumque fidelem debere eſ-
ſe animo paratum, ſeipſum & omnia
potius

potius abnegare, quam vel minimum Dei preceptum tranſgredi, vel fidem Chriſti negare; nihilominus Sancti Patres ſtatim citandi, docent ibi quoque fuiſſe à Chriſto comprehenſum conſilium, extra caſum neceſſitatis, ſuam ob ipſius amorem abnegandi voluntatem, tanquam perfectiorem obedientiæ gradum. Et certè quod in neceſſitate concedunt aduerſarij bonum, & ſanctum eſſe, non eſt, cur extra neceſſitatem dicant, bonum & ſanctum non eſſe.

Item Matth. 19. v. 21. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in Cælo: & veni, & ſequere me.* Vbi ſimul conſulitur tùm abrenuntiatio bonorū temporalium, tùm ſequela Chriſti, quæ potiſſimum in eo imitando conſiſtit, qui fuit etiam obediens hominibus. Quam enim ibi Chriſtus perſuadet adoleſcenti, qui omnia ſe ſeruaſſe præcepta dicebat, actualem ſui ſequelam, quamque iam amplexi fuerant Apoſtoli, ibidem dicentes: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis;* manifeſtè patet ex ipſomet textu, eam non fuiſſe in præcepto, ſed tantum in conſilio, ſi nimirum quis vellet eſſe perfectus; atque adeo perfectionem Chriſtianam non conſiſtere ſolùm in præceptorum obſeruatione, ſed etiam in alijs pijs exercitationibus non præceptis, quibus peculiari vitæ ratione Deum colere poſſumus.

Secundò hoc ipſum probatur traditione vnanimi Patrum aſſenſu conteſtata, qui obedientiam voluntariam, ſeu religioſam miris paſſim efferunt laudibus, cuius etiam mira ab eiſdem referuntur exempla. Hi ſunt ex Græcis, Ephrem de virtutibus, & vitijs, cap. de obedientia; de virtute cap. 2. Baſilius in conſtitutionibus Monaſticis cap. 20. & ſequent. & in lib. Regularum fuſius diſputatarum interrogat. 41. Gregorius Nazianzenus orat. 9. de ſuis ſermonibus. Palladius hiſt. Sanct. Patrum cap. 87. & cap. 28. de vita Pauli Simplicis: *Tunc*, inquit, *dicit ei Antonius: Potes eſſe ſaluus; ſi habeas obedientiam, & quod à me audieris, hoc feceris Paulus dixit: faciam quæcumque iuſſeris &c.*

Ioannes Caſſianus lib. 4. de inſtitutis cænobiorum cap. 10. collat. 2. cap. 11 & collat. 4. cap. 20. Sozomenus lib. 6 hiſt. cap. 29. Dorotheus Abbas doctrina 1. & S. Ioannes Climacus gradu 4. de obedientia; Euagrius lib. 1 hiſt. cap. 13. cæterique deinceps. Ex Latinis Ambroſius ſerm. 65. Hieronymus epiſt. 4. ad Ruſticum Monachum cap. 6. & 7. mirabiliter; in epiſt. ad Euſtochium, & ad Demetriadem. Auguſtinus epiſt. 109. ad Monachas, quæ volebant mutare præpoſitam; lib. de opere Monachorum cap. 17. agens de Monachis, qui Superioribus obedire nolunt, ſed ad ſuum placitum vacare; item lib. 1. de moribus Eccleſiæ cap. 31. Seuerus Sulpitius dialogo 1. de virtutibus Monachorum Orientalium cap. 12. *Præcipua*, inquit, *ibi virtus, & prima eſt obedientia; neque aliter aduenienſ ad Monaſterium Abbatis ſuſcipitur, quam qui tentatus prius fuerit, & probatus, nullum vnquam recuſaturus quamlibet arduum, ac difficile, indignumque tóleratu Abbatis imperium.* Tum cap. 13 duo refert incredibilis obedientiæ admodum magna miracula. Eucherius Lugdunenſis homil. 3. ad Monachos Fauſtus Regienſis in ſerm. ad eoſdem. Concilij Aurelianenſis I. Patres cap. 21 Benedictus Regulæ cap. 5. Gregorius Magnus pluribus in locis, præſertim lib. 53. in cap. 42. Iob. in 1. Reg. cap 3. 10. & 15. libro autem 2. dialogi de vita S. Benedicti Abbatis refert inſigne miraculum obedientię Diui Mauri. Vt omittam plures alios, qui deinceps de hac virtute ſcripſerunt; nec non eorum authoritates, qui obedientiam, quam inferiores ſuperioribus exhibent, commendantes tanquam Deo gratam, & acceptam, ſatis etiam docent Monachos, ac Religioſos poſt profeſſionem iuxta regulam ſuis Prælatis obedire debere, eorumque obedientiam Deo

quoque

mopere placere .
ndem id probat lumen ra-
ptura etiam fundatũ;ex-
n teſte conſtat, quod poſt
is, & omnium in eo lapsũ,
non mediocriter obtene-
& amor proprius inordi-
uas inclinationes hominẽ
i diſtrahat, vt facilius in
batur, cum vnuſquiſque
dum quod eſt affectus,
ctus Auguſtinus lib. 14. de
ap. 28. dicat. *Fecerunt ci-
mores duo; terrenam ſcili-
vſque ad contemptum Dei;
amor Dei vſque ad contem-*
fit, quod in proprijs ho-
cutiat, quam alienis, &
conſultius ſit alienum
n, quam proprium, iuxta
. 3. V. 5. *Ne innitaris ſa-*
V. 7. *ne ſis ſapiens, apud*
quantum autem ad hoc
dientia Superioribus ex-
eligioſis ſpecialiter pro-
quoque docet experien-

ro caſtitatis, ſeu conti-
æ conſilio, noui Teſta-
ia habentur Matthęi 19.
tus Phariſæis reſpondiſ-
imittere vxorem quacum-
ſtea diſcipulis dicẽtibus
hominis cum vxore, non
, reſpondit; *Non omnes
iſtud, ſed quibus datum
nuchi, qui de matris vte-
& ſunt eunuchi, qui facti
us; et ſunt eunuchi, qui
unt propter regnum cælo-
apere capiat:* huiuſmodi
ne, vt ad continentiam,
us melius, Deoque gra-
, tria inducit eunucho-
orum duo priora cum
ec laude digna, tertium
lit, ſubiungens, *qui po-*
; ac ſi diceret, non prę-
volunt ipſi acceptent;
n ibi Chriſtus conſiliũ

caſtitatis promulgauit, ſed etiam hominem illam ſeruare poſſe, ſi à Deo petat, clare oſtendit.

Item 1. Corinth. 1. v. 25. *De Virginibus autem præceptum Domini non habeo conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino vt ſim fidelis,* &c. *Igitur & qui matrimonio iungit Virginem ſuam benefacit: & qui non iungit melius facit.* Apocalip. 14. v. 4. *Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnũ quocumque ierit.*

Quamuis autem Sectarijs plura non deſint figmenta, quibus tàm clara ſcripturæ loca obſcurare, & ad ſuum falſum ſenſum trahere conantur, dicentes continentiam quidem eſſe bonam, & laudabilem, ſi non vt cultus Dei ſeruetur, aut meritoria dicatur, ſed tantum vſurpetur, vt expeditius munera Euangelica, vel Eccleſiæ adminiſtrentur; & ſi tentatio ingruat, ad matrimonium confugiatur; cum illis tamen pugnare manifeſtè patet ex ipſomet contextu, nec non ex Patrum, Sectarijs dubio procul præferendorum, authoritate, qui præfata loca vnanimiter ad ſenſum noſtrum intelligunt, expreſſeque docent, continentiam perpetuam, à Chriſto non præceptam, ſed conſultam, propter Deum ſuſceptam, nedum eſſe ipſi gratam, ſed etiam meritoriam ſpecialis præmij in cælis.

Ex Græcis Clemens Romanus lib. 4. Conſtitut. Apoſtol. cap. 13. Ignatius epiſt. ad Tharſenſes, Philippenſes, Philadelphios, & ad Heronem: *Virgines,* inquit, *Serua, vt pretioſa Chriſti monilia.* Iuſtinus apolog. 2. ad Antoninũ Pium: Theophilus Antiochènus lib. 2. Allegoriarum in Marcum. Athenagoras orat. pro Chriſtianis: Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromaton, & 4. Ammonius Alexandrinus in Harmonia quatuor Euangeliorum cap. 9. Origenes lib. 7. contra Celſum: tract. 7. in Matth. explicans illud, *Non omnes capiunt verbum hoc:* ad caput 2. epiſt. ad Rom. & lib. 10. in cap. 16. eiuſdẽ epiſtolæ.

ſtolę. Euſebius Cæſareenſis lib. 4. vitæ Conſtantini cap. 26. & 28. item lib. 2. hiſt. cap. 16. Patres Synodi Gangrenſis cap. 21. Athanaſius in apologia ad Imperat. Conſtantium, & lib. de Virginitate, ſeu meditatione, omnino videndus. Baſilius lib. de vera Virginitate, & epiſt. 185. ad Virginem lapſam. Gregorius Nazianzenus Carmin. de Virginitate, & pudicitia; nec non orat. 15. quæ eſt in laudem Sororis Gorgoniæ; 31. in illud: Cum conſumaſſet Ieſus hos ſermones; & 40. in Sanctum baptiſma. Cyrillus Hieroſolymit. Cathecheſi 4. 12. & 15. videndus. Ephrem ſerm. de caſtitate: Amphilochius homil. in Purificationem. Epiphanius hæreſi 58. *Et ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum: Qui nam igitur hi fuerint, quam generoſi Apoſtoli, ac monaſticam vitam degentes, & deinceps virgines?* Item hæreſi 61. & in compendiaria doctrina fidei Catholicæ: *Eccleſiaſtici ordinis*, inquit, *veluti fundamẽtum eſt Sancta Virginitas*: Gregorius Nyſſenus lib. de vera, & incorrupta Virginitate. Chriſoſtomus libr. de Virginitate, maximè cap. 10. 11. 12. 34. & 36. Ioannes Caſſianus collat. 12. cap. 4. Cyrillus Alexandrinus lib. 9. in Geneſim: Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 133. lib. 3. epiſt. 176. & 351. Socrates lib. 4. hiſt. cap. 18. præclarũ referens caſtitatis exemplum; item Sozomenus lib. 9. cap. 1. & Theodoretus lib. 4. cap. 12. in epitome autem diuinorum Decretorum cap. de Virginitate ait: *Dominus Deus non tulit quidem leges de Virginitate: intellexit enim eſſe rem ſupra naturam: eam autem laudibus proſequendo, eos qui vellent, ad certamen adhortatus eſt*. Hactenus Patres Græci, qui ſex primis Eccleſiæ ſeculis potiſsimum floruere, quos alij deinceps ſecuti ſunt, ſimul docentes caſtitatem eſſe Conſilij Euangelici, Deoq; magis gratam, quam coniugium; nec non monachos, ac moniales poſt præſtitum eius votum, teneri ex illo continenter viuere.

In qua eadem veritate tradenda, &
docenda concordant veteres quoque
Patres Latini. Tertullianus paſſim,
ſed præcipuè lib. de velandis virgini-
bus cap. 3. 15. & 16. libr. 1. ad vxo-
rem cap. 3. 4. 6. & 8. libr. 1. contra
Marcionem cap. 29. *Sanctitatem*, inqui
ſine nuptiarum damnatione nouimus, &
ſectamur, & præferimus, non vt malo be-
num: ſed vt bono melius: non enim proj-
cimus, ſed deponimus nuptias; nec præſcri-
bimus, ſed ſuademus Sanctitatem ſeruan-
tes, & bonum, & melius, pro viribu
cuiuſque ſectando; & libr. 5. contra
eundem cap. 15. *continentiam, & vir-*
ginitatem nuptijs antepono: ſed non pro-
hibitis. Deſtructores enim Dei nuptiarum
non Sectatores caſtitatis retundo. Cypria-
nus de diſciplina, & habitu virginum
nec non de diſciplina, & bono pudici-
tiæ, & ſerm. de Natiuitate Chriſti
Etſi bona ſunt, inquit, *coniugia, melio*
tamen eſt continentia, & virginitas ex-
cellentior, quam non cogit neceſſitas, a
mandatum, ſed perfectionis ſuadet conſ-
lium. Zeno Veronenſis ſerm. de con-
tinentia: Ambroſius epiſt. 81. 82.
lib. 2. de virginibus, vbi omnino vi-
dendus. Optatus Mileuitanus libr.
contra Parmen. Hieronymus lib. 1. ad-
uerſus Iouinianum cap. 7. in epiſt. a
Philemonem, item ad Euſtochium d
cuſtodia Virginitatis cap. 8. & in apo-
logia pro libris aduerſus Iouinianum
cap. 1. Ruffinus lib. 1. hiſtoriæ cap.
narrans exemplum Helenæ Sacris vir-
ginibus in menſa ſeruientis. Gauden-
tius de lectione Euangelij tract. 1. qu
eſt ordine octauus: *Benedixit ergo, &*
Auguſtinus lib. de Sancta Virginitate
cap. 13. & 21. alibique paſſim. Patre
Concilij Carthaginenſis IV. cap. 11.
104. Seuerus Sulpitius dialogo 2. de
virtutibus S. Martini cap. 7. Maximu
Taurinenſis homil. de S. Agnete. Si-
tus III. lib. de caſtitate: Conſtanti
Presbyter vitæ S. Germani cap.
Gennadius Maſſilien. lib. de Eccleſi-
ſticis dogmatibus cap. 66. Saluianu
lib. 2. ad Catholicam Eccleſiam. Fu

gen-

ſide ad Petrum Diaconum
iſt.3.ad Probam cap.9.Al-
ıs carmine de conſolatoria
ude,ad Fuſcinam Sororem.
b.4. in Apocal. ac cæteri

arij pro ſuæ libidinis ardo-
ſtitatem,religioſamque cõ-
oijcere ſolent, iam fuerunt
oluta ſuperius cap. 38. vbi
elibatu Sacrorum Eccleſię
, nec non attulimus ratio-
ræſtantiam virtutis com-

io loco adducenda ſunt,
teſtamento habemus te-
o conſilio voluntariæ pau-
elinquendi facultates ſuas
ſtum. Huiuſmodi ſunt pri-
is referuntur paupertatis
hriſti exempla, vt quod
in præſepio, quod Mat.6.
o dixerit; *Vulpes foueas*
lucres cæli nidos, filius au-
m habet, vbi caput ſuum
d de externa paupertate
patet ex textu Euangeli-
lnatoris;ideoque eiuſdem
5. dicitur, ſecutas eum
s à Galilæa miniſtrantes
em Paulus 2. Corinth. 8.
gratiam Domini noſtri Ie-
niam propter vos egenus
eſſet diues.
em paupertatem,qua vo-
xit Chriſtianis ſuo exẽ-
am verbo, non quidem
ndo, ſed conſulendo, vel
uam rem altioris perfe-
5. v. 3. *Beati pauperes*
ipſorum eſt regnum cælo-
nonnulli Patres hoc in-
milibus, non excludunt
que verbis Chriſtum cõ-
ſſe voluntariam pauper-
Dei ſeruitium ſuſceptã,
milicas ſequitur, & co-
nmunius docent Patres
,videturque conformius
rum ſignificationi; nec

non Diui Lucæ textui cap. 6. v. 20. vbi cum Chriſtus præfata verba, *Beati pauperes ſpiritu, &c.* dixiſſet, mox, quaſi opponens illos diuitibus, ſubiunxit v.24. *Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram.*

Item Matth. 19. v. 21. vbi Chriſtus adoleſcenti dixit: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo*; his enim verbis, vt ponderant Patres, Sacrique Interpretes ad illa, Chriſtus Dominus expreſsit conſilium paupertatis voluntariæ, perfectionemque illius, ac ſpeciale eiuſdem præmium. Cum enim dupliciter omnia poſsint relinqui, primò in caſu neceſsitatis,quando vel bona eſſent deſerenda, vel aliquod Dei præceptum violandum,aut fides neganda; in quo omnes fatentur, non eſse conſilium, ſed rigidum præceptum, de omnibus potius relinquendis, quia hoc pertinet ad præceptum diligendi Deum ſuper omnia appretiatiuè; & ideo etiam omnis homo tenetur habitualiter, ſiue in animi præparatione, diſpoſitus eſſe omnia potius abnegare, quam vel minimum Deum offendere; quo modo intelligitur illud Chriſti Lucæ 14.v.33. *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat, omnibus, quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Secundò, quando talis neceſſitas non vrget, nec illa etiam attenditur, ſed ſolum vt Deo facilius, meliuſque ſeruiatur, & pauperibus ex pio affectu ſuccurratur; hoc modo relinquere omnia, docet Eccleſia Catholica, ex verbis Chriſti, conſilium eſſe ipſius, locutumque fuiſſe adoleſcenti, & in ipſo omnibus fidelibus, qui vellent ad maiorem aſpirare perfectionem, vt patet ex textu, tùm quia priora verba Chriſti dicta iuueni, nimirum, *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*, ſicut non ad ſolum iuuenem pertinebant, ſed & ad omnes fideles; ita nec illi ſoli, ſed & omnibus fidelibus dicta quoque ſunt illa poſteriora, *Si vis perfectus eſse.* Tum quia Apoſtoli, auditis his verbis, nec nõ difficultate diuitum ingrediendi Regnũ

Cœlorum, ſpecialique promiſſo pauperibus voluntarijs, habendi theſaurum in cælo, dixerunt, vel nomine ipſorum Petrus, *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis*; quibus etiam Chriſtus, præter communem omnibus beatitudinem, ſpeciale promiſit præmium, his verbis; *Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim*, ob excellentiorem ſcilicet eorum perfectionem; licet non deſint Patres, qui illud quoque extendant ſuo modo ad omnes voluntariè pauperes Apoſtolorum exemplo.

Authoritati Scripturæ accedit quoque traditio, Sanctis ac veteribus Patribus vnanimiter docentibus præfata eius loca intelligenda eſſe de voluntariæ paupertatis conſilio, perfectione, & præmio, idque quo ad omnes fideles vtriuſque ſexus. Ex Græcis Athenagoras apolog. pro Chriſtianis; *Corporibus*, inquit, *& vitis noſtris, poſtquam renuntiatum à nobis eſt opibus, inſidiantur, & criminum aceruos aduerſus nos deblaterant*. Origenes homil. 16. in Geneſim. Athanaſius in vita S. Antonij, vbi de vocatione ipſius ad illa verba ab eo audita Eccleſiam intrante: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia tua, quæcumque habes, &c.* Macarius Aegyptius homil. 11. Baſilius in Regulis fuſius diſputatis interrogat. 9. & Conſtitut. Monaſtic. cap. 19. & 35. item ſerm. 1. de inſtitut. Monachorum. Gregorius Nazianzenus orat. 16. quę eſt de pauperum amore; *Pulchra res*, inquit, *inopia, & pecuniarum contemptio, teſtis eſt Zacchæus, atque etiam Chriſtus. Ille dum domum ſuam Chriſto ingredienti omnes propemodum opes ſuas dono obtulit: hic, dum diuiti illi perfectam vitam hac re definiuit.* Chriſoſtomus in locum Pauli ad Romanos: *Salutate Priſcam, & Aquilam*; & homil. 11. in epiſt. ad Hebr. in Moral. Caſsianus collat. 24. cap. 26. & lib. 7. de inſtitutis cænobiorum cap. 14. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 212. & lib. 3. epiſt. 205. Sozomenus lib. 2. hiſt. cap. 8. *Quorum*, inquit, *calumnijs perſuaſus Sa-*

por Rex Perſarum, primò omnium trib
tis immoderatis eò affligit Chriſtianos
quod ipſorum quàmplurimos voluntaria
egeſtatem excolere norat. Theodoretu
epiſt. ad Leonem Papam. Victor A
tiochenus in Marci cap. 10. *Vade qu*
cumque habes vende, & da pauperibus,
habes theſaurum in cælo. En quanta pr
mia, en quales coronæ ijs hic proponantu
qui in hoc ſpontaneæ paupertatis ſtad
impigrè currunt. Quod ſi adoleſcens te
tator acceſsiſſet, Dominus ſanè hæc illi pr
mia nequaquam propoſuiſſet: nunc aut
hæc illi tanta ob oculos ponit, tantamq
remunerationem promittit, quo eum pr
miorum amore ad ſe pelliciat. Anti
chus hom. 89. de inopia; & alij deince
poſt ſex prima ſæcula, quibus vixere
ſcripſere præfati Patres Græci.

Eodem ore locuti ſunt Patres Lati
Tertullianus lib. 4. aduerſus Marcio
cap. 14. Vrbanus I. in epiſt. ad om
Chriſtianos. *Quicumque veſtrum,*
quit, *communem vitam ſuſceptam hab*
& vouit ſe nihil proprium habere, vid
ne pollicitationem ſuam irritam faci
ſed hoc, quod Domino pollicitus eſt, fide
ter cuſtodiat, ne damnationem, ſed pr
mium ſibi acquirat. Quoniam ſatius
non vouere, quam votum, pro vt mel
poteſt, non perficere. Minutius Felix
Octauio; *Quod plerique pauperes dicim*
non eſt infamia noſtra, ſed gloria: a
mus enim vt luxu ſoluitur, ita frugali
te firmatur; & tamen quis poteſt pau
eſſe, qui non eget; qui non inhiat alie
qui Deo diues eſt? Magis pauper ille
qui cum multa habeat, plura deſider
Dicam tandem quemadmodum ſent
Nemo tam pauper poteſt eſſe, quam n
eſt, &c. Cyprianus lib. de lapſis; A
broſius in cap. 6. Lucæ, & epiſt. 36.
Sabinum Epiſcopum; Hieronym. ep
ad Heliodor. cap. 6; epiſt. 8. ad De
triadem cap. 7. epiſt. 26. ad Pamm
chium ſuper obitu Paulinæ vxoris c.
& 4. epiſt. 150. ad Hedibiam quæſt.
& ad cap. 19. Matth. ſuper illa verb
Si vis perfectus eſſe, &c. Chromatius
cap. 5. Matth. Auguſtinus epiſt. 89.

Hila-

99. ad Monachas; ſerm.49.
ap. 1. 2. & 4. vbi etiam
ipſe omnia reliquerit, &
iſcopo locum ædificandi
obtinuerit : in quo cum
antequam Epiſcopus fie-
dem habet citata ad Hila-
in fine : *Ego , inquit , qui*
fectionem, de qua Dominus
ndo ait diuiti adoleſcenti;
de omnia quæ habes , & da
habebis theſaurum in Cæ-
uere me : vehementer ada-
meis viribus , ſed gratia
e ſic feci . Pauloque poſt.
m in hac perfectionis via
agis quidem noui ego,quam
s homo: ſed magis Deus;
ad hoc propoſitum, quantis
, alios exhortor, & in no-
habeo conſortes, quibus hoc
iſterium perſuaſum eſt : ſic
ipuè ſana doctrina tenea-
ui iſta non faciunt, vana
licemus .
nus tam claris veterum ,
Patrum teſtimonijs, ni-
id, quod reſpondeat lib.
. 13. §. 13. niſi eos er-
ata Scripturæ loca male in-
e hinc natam eſſe volunta-
affectationem, quis hanc
tatis, & arrogantiæ ple-
at,aut præferat ſuaui om-
concentui in laudanda,
pluribus eorum ample-
Deum voluntaria pau-
nullus niſi eodem, quo
tu ductus, & in præceps

em , rationes huius con-
em, & excellentiam ſua-
mò , quia diuitiæ peri-
experientia conſtat, do-
Scripturæ, & Patres ex
n Matth. 13. v. 7. *Alia*
ſpinas , & ſpinæ creuerũt,
ea ; & cap. 19. verſ. 24.
ntrabit in Regnum Cælo-
. verſ. 18. *Villam emi ;*
. 9. *Qui volunt diuites*

fieri, incidunt in tentationem ; Certum eſt autem longè melius omnia ſubmoueri pericula, quæ ex diuitiarum poſſeſſione oriri poſſunt ; eas omnino abnegando, hoc eſt,tam quo ad affectum, quam quoad effectum , quod eſt in conſilio ſolum , quam quo ad affectum duntaxat , quod eſt in præcepto , retinendo ſcilicet diuitias , ſine prauo, aut auaro animo;voluntaria igitur paupertas , ſeu actualis diuitiarum propter Deum abnegatio, pręcellit earum poſſeſſioni , quantumuis ſine vllo prauo affectu . Quod certe intelligentes primi fideles, ita docentibus eos tũ verbo, tum exemplo Apoſtolis, leguntur , ſtudio maioris ſine dubio perfectionis, Act. 4. *quotquot poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes obtuliſſe pretia eorum , quæ vendebant , & poſuiſſe ante pedes Apoſtolorum .*

Altera ratio eſt,quia voluntaria paupertas,ſicut & alia duo conſilia , nedum ſuã habent ſpecialem perfectionem,ſed inſuper, per ſe loquendo , ſunt inſtrumenta maioris conſequendæ charitatis, quæ perfectio ſimpliciter eſt ; inde enim ſatis apparet eorum præſtantia ; quodque renuntiatio omnium bonorũ ex imperio charitatis propter Deum facta, ſit eximium perfectionis opus, & actus excellens charitatis; atque adeo voluntariam paupertatem ex amore Chriſti præponendam eſſe diuiti,etiam Chriſtum amanti , vt docent citati Patres . At quia hoc potiſſimum adhuc negant Sectarij , pro eius explicatione ſit .

Tertia concluſio . Conſilia Euangelica ad charitatis perfectionem plurimũ conducunt . Cum duabus præcedentibus concluſionibus ſufficienter oſtenſũ fuerit , dari quædam conſilia Euangelica vera, non præcepta , eaque ſpecialis in ſe virtutis perfectionem habere , & ſpeciale præmium in cœlis, vbi ex charitate , aut cum charitate fiunt , quod negant ſectarij, nunc contra eoſdem explicandum eſt , quomodo etiam ad perfectionem charitatis conducunt . Pro cuius intelligentia .

Notandum eſt primò, veram perfectionem in charitate conſiſtere: perfectio enim cuiuſque rei in eo ſita eſt, vt fini ſuo vltimo quam arctiſſime vniatur. Finis autem hominis Deus eſt, charitas verò maximè coniungit hominem Deo, iuxta illud 1. Ioann. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*; & Coloſſ. 3. *Charitas eſt vinculum perfectionis*; in ea ergo poſita eſt vera perfectio. Quod cum aduerſarij non negent, non eſt in eo probando diutius immorandum:

Secundò obſeruandum eſt, quatuor eſſe gradus charitatis, proindeque etiã quatuor gradus perfectionis; & cum perfectum aliud ſit abſolutè tale, cui nimirum nihil prorſus deeſt; aliud autem ſecundum quid, cui nihil deeſt in ordine ad aliquem finem; hinc fit aliquid dici poſſe perfectum, & imperfectum, ſi comparetur ad diuerſos gradus, ſeu etiam fines.

Primus gradus perfectæ charitatis eſt diligere Deum, quantum eſt diligibilis, id eſt, infinito amore: qui gradus ſoli Deo competit, & ideo ipſe ſolus in ordine ad iſtum gradum perfectus eſt. Angeli, & Sancti Homines, quicunque illi ſint, imperfecti ſunt. Quæ tamen imperfectio non eſt propriè vocanda priuatio, aut vitium, cum non ſit in ſubiecto apto, ſed ſimplex potius negatio.

Secundus gradus eſt, amare Deum, non quantum eſt amabilis, ſed quantũ creatura poteſt amare, ita vt ſemper actu de Deo cogitet, & ſine vlla prorſus interruptione in eum per affectum feratur, ne primos quidem motus cupiditatis ſentiens contra Deum. In hoc gradu verſantur Beati, quorum comparatione omnes homines viatores ſunt imperfecti.

Tertius gradus eſt, diligere Deum, non quantum eſt diligibilis, nec quantum poteſt creatura quælibet abſolutè diligere; ſed quantum poteſt creatura in hac vita mortali, quæ à ſe remouit omnia diuinę dilectionis impedimenta, & totam ſe diuino mãcipauit obſequio. Qui in hoc gradu verſantur, imperfect[...] quidem ſunt reſpectu beatorum, ſe[...] perfecti reſpectu aliorum hominum[...] etiam iuſtorum, & piorum. Et hæc e[...] perfectio, de qua loquuntur Theolog[...] cum dicunt, ſtatum Epiſcoporum eſ[...] ſtatum perfectionis acquiſitæ, & ſtatu[...] Religioſorum eſſe ſtatum perfectioni[...] acquirendæ, vt dicetur infra.

Quartus demum gradus eſt, dilige[...]re Deum, non quantum eſt diligibilis[...] nec quantum poteſt creatura, vel ab[...]ſolutè, vel in hac vita diligere; ſed ta[...]tùm ita, vt nihil æque, aut magis a[...] pretiatiuè, quem Deum diligat, hic e[...] nihil admittat contrarium diuino am[...]ri. Et hic gradus præceptus eſt omn[...]bus, & quandam habet perfectionem[...] licet, reſpectu ſuperiorum ſit imperf[...]ctus. Vnde 1. Ioann. 2. vbi dicitur: *Q[...] ſeruat verbum eius, verè in hoc charit[...] Dei perfecta eſt*: loquitur de iſto qua[...]to gradu: Dominus autem de terti[...] quando ei, qui dicebat ſe omnia pr[...]cepta ſeruaſſe, Matth. 19. ait: *Si v[...] perfectus eſſe; vade vende omnia, q[...] poſſides &c.*

In præſenti igitur dum aſſerim[...] contra Sectarios, conſilia Euangelic[...] ad perfectionem charitatis plurimum[...] conducere, nedum hoc intelligendu[...] eſt de perfectione charitatis quo [...] iſtum quartum gradum, ſed de [...] potiſſimum, quoad tertium. Cuius r[...]tio à priori eſt, quoniam vt quis pe[...]fectè Deum diligat, debet, & ſe totu[...] Deo tradere, & omnia impediment[...] tollere, quæ eum ab hoc retardare po[...] ſunt; ſed per obſeruantiam trium con[...]ſiliorum Euangelicorum, paupertati[...] continentiæ, & obedientiæ hoc præſt[...]tur; rationabiliter ergo dubitari no[...] poteſt, quin ad perfectionem charita[...] plurimum conducat: Maior huius a[...]gumenti cum ſit certa, probatur min[...] quo ad primam partem, ſi quidem tr[...]dimus Deo nos totos, quando trad[...]mus animum, corpus, & res externa[...] nihil enim habemus aliud. Tradim[...] autem animum per obedientiam, co[...]pus per continentiam, res externas p[...]

pauper-

m; per ea igitur tradimus
Deo.
iam per eaſdem virtutes re-
omnia diuini amoris obſta-
ſt altera pars minoris pro-
t,quia mala cupiditas, quæ
nnium malorum, diuinæque
perfectioni inſidiatur,reuo-
uriam, auaritiam, & ſuper-
illud 1. Ioannis 2. V.15. *Si*
nundum, non eſt charitas Pa-
oniam omne quod eſt in mun-
entia carnis eſt, & concupi-
um, & ſuperbia vitæ. Con-
autem remouet cotinen-
entiam oculorū paupertas,
tæ obedientia; per has er-
bſtruuntur tres fontes im-
m diuinæ dilectionis.
is omnes fideles in omni
hæc capitalia vitia militare
a vt illis non conſentiant,
on obligantur omnes ex vi
itandas plures occaſiones,
ad vitia pertrahunt, ſicut
ſeruant conſilia; hinc eſt
æ alijs ad perfectionem
ndere dicuntur. Manife-
ectariorum inſania negare,
ſeipſos caſtrauerunt pro-
cælorum, id eſt, qui abſo-
Deum renunciarunt om-
bus affectibus, & actibus,
rimonio licitis, ſecurius
reſiſtere concupiſcentijs
illi, qui actibus carnali-
tis vtuntur; vbi natura
ur, nec ita facile cohibe-
limites maneat, & à per-
os ſæpius non retrahat,
oc mundo tanquam non
t qui, propter Deum,
e bona reliquerunt, &
s huius mundi occupari,
tolo 1. Timoth. 6. *haben-*
r quibus tegantur his con-
ius non poſſint effugere
as noxias, quibus diuites
ntur, quam ijdem diui-
s idem Apoſtolus ibidem

ait: *Nam qui volunt diuites fieri inci-dunt in tentationem, & in laqueum dia-boli, & deſideria multa inutilia, & noci-ua, quæ mergunt in perditionem.* Quocirca Chriſtus Dominus Lucæ 14. referens impedimenta, quibus homines à cæna charitatis plerumque retrahuntur ait: quod vnus dixerit, *Villā emi*, alter, *iuga boum emi quinque*, & tertius *vxorem duxi, non poſſum venire*; quod ad minus intelligendum eſt, vt tales difficulter in charitate Dei proficere poſſint, cum ſemper ſint in occaſione, & in his quæ licite agunt, facile excedere queant: idem indicat, & explicat Matth. 13. vbi adducta de ſeminibus parabola ait: *Alia ceciderunt in ſpinas, & ſpinæ creuerunt, & ſuffocauerunt ea*; poſtea autem exponens, quænam ſint illæ ſpinæ, ait: *Sollicitudo ſeculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum*: & Lucæ 8. *Quod autem in ſpinas cecidit: hi ſunt, qui audiunt, & a ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur.* ac demum Matth. 19. *Diues difficile intrabit in Regnum Cælorum.* Igitur non niſi inſanus, aut infrunitus, poſt tam claram Chriſti doctrinam aſſerere poteſt conſilia Euangelica non remouere omnia diuinæ dilectionis impedimenta, & eorum conſequenter obſeruantiā nihil prorſus iuuare ad maiorem eius perfectionem comparandam.

At obijciunt aduerſarij illud Matth. 22. V. 37. & Lucæ 10. V. 26. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &c. nec non 1. Corinth. 13. V. 1. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt*; quaſi his, & alijs ſimilibus locis ſignificetur, omnia opera hominem facere debere ex præcepto dilectionis, atque adeò nullum eſſe opus bonum liberum, & ſub conſilio, multoque minus, quod conducat ad perfectionem charitatis.

Reſpondetur ad hoc argumentum, præfatis Scripturæ locis, quæ ſupra explicuimus, nihil minus ſignificari, quàm quod inferunt ex illis aduerſarij;

ſed

ſed tantùm haberi diligendum eſſe Deum ex præcepto ſuper omnia appretiatiuè in hac vita, quod non impedit, quin tamen in dilectione poſſit vnus eſſe altero perfectior, quinque ad talem perfectionem acquirendam mirum in modum conferant conſilia Euangelica tanquam inſtrumenta, vel remouentia prohibentia, vt patet ex dictis; nec non ex reſponſione a Chriſto data adoleſcenti. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, &c.* cum enim lex Charitatis non obliget ad omnia actualiter relinquenda, vt libenter concedunt aduerſarij, ſed obliget ſolùm ad prauum, & auarum animum deponendum; manifeſtum eſt ibi Chriſtum, dum dixit adoleſcenti, vt actualiter omnia relinqueret ſi perfectus eſſe vellet, ſuaſiſſe, aliquid, quod non erat in præcepto, iam enim omnia adimpleuerat præcepta, ſed tantùm in conſilio, poteratque conducere ad maiorem charitatis perfectionem, & inſuper eſſe, ex eadem charitate, ſeu eius imperio excellentiſſimum quoque opus perfectionis, quo potiſſimum ſenſu docent Patres locutum fuiſſe Chriſtum, dùm ſubiunxit, *& ſequere me*, non enim ſufficit ad perfectionem, vt quis bona vendat, & diſtribuat, ſed requiritur, vt ſequatur Chriſtum, ſiue ex eius amore id præſtet; ideoque Hieronymus ad cap. 19. Matth. vbi ait diſcipulis: *Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me*, &c. notat cum non dixiſſe ſolum, qui reliquiſtis omnia, hoc enim & Crates fecit Philoſophus, & multi alij diuitias contempſerunt: ſed qui ſecuti eſtis me: quod proprie Apoſtolorum eſt, atque credentium, ad maiorem, propoſiti ſibi Chriſti, & Apoſtolorum exemplo, ſuper ceteros perfectionem aſpirantium.

Vnde quando aſſerimus perfectionẽ Chriſtianã cõſiſtere in imitatione Chriſti, & Apoſtolorũ, per conſiliorũ Euangelicorum obſeruantiam, ideoq; ſtatum religioſorum vocari, ſtatum perfectionis, vt dicetur infra, quia talia vouent conſilia, non ſolum non excludimus

charitatem, vt Catholicis mendaciter
imponunt Sectarij, ad decipiendos
ignorantes, & incautos, verùm conſtan-
ter dicimus, primariò omnem ex illa
perfectionem, perfectioniſque rationẽ
deſumendam eſſe, conſiliaque Euange-
lica tantum eſſe inſtrumenta, & admi-
nicula, per quæ fideles iuuantur, vt me-
lius præcepta Dei, in Charitate obſer
uent, & in illa proficiant. Propterea
que omnes Doctores Catholici affir
mant præfata conſilia Euangelica du
pliciter conſiderari poſſe; primò ſecun
dum ſe, ſeu ſecundum propriam dunta
xat rationem; ſecundò prout coniun
guntur charitati, & ab ea imperantur
priorique modo non eſſe abſolute per
fectionem, ſed inſtrumenta ad eius cõ
ſecutionem; adeo vt ſi à charitate ſepa
rentur nihil proſint, iuxta illud Apoſto
li 1. Corinthiorum ſuperius adductum
Si diſtribuero, &c. poſteriori autem mo
do, cum illam includant, eiuſque per
fectionem ſupponant, quatenus vltra
præcepta, etiam talia imperat conſilia
docent omnes charitatem illa imperan
do, & exercendo magis intendi, ac perfi
fici. Nullo igitur modo comparatio fa
cienda eſt inter charitatem, & conſili
quaſi hæc eſſent perfectiora, quod fa
ſiſſimum eſt, negantque Catholici, cu
nec perfecta ſint abſque charitate: ſe
comparatio fit inter conſilia cum char
tate coniuncta, & inter ſtatus coniugũ
ac diuitum charitate quoque prædito
rum; comparationeque ſic facta docen
omnes Patres, hunc ſtatum coniugale
eſſe quidem perfectum, ſed perfectio
rem ſtatum Conſiliorum. Licet co
tingere poſſit, multotieſque continga
quod aliquis in ſtatu coniugali, vel i
ter diuitias exiſtens, per ſpecialem D
gratiã, qui in vno quoque ſtatu volu
habere Sanctos, atq; adeo heroicè pe
fectos, minus adhæreat terrenis, fr
uentiuſque Deo ſeruiat, quam qui ſe
uant conſilia: hoc enim perſonale, no
autem ſtatus vitium eſt, qui ſancta m
dia, magiſque ad perfectionem charit
tis adipiſcendam proportionata pr
ſcri-

Chriſti conſilia.
nclusio. Conſilia Euange-
ſanctè voueri poſſunt. Iſta
t de fide. Sicut, & præce-
ra Sectarios, quorum ali-
us Martyr libro de cæliba-
Monaſticis, aſſerunt, vota
eteri Teſtamento fieri po-
m Sacrificia,& cæteras ce-
n nouo autem fieri non
ſint abrogata cum reliquis
monijs; alij verò,vt Luthe-
nus, primus libro de votis
lter lib.4.inſtitut. cap.13.
, vota ad colendum Deũ
ri, niſi de rebus præceptis,
vnum eſſe commune vo-
, ſcilicet, promiſſionem,
s in Baptiſmo, quam ta-
Martyr loco citato negat
Secundò, vota de rebus à
ceptis, ſiue de conſilijs
mmodo non fiant, ad co-
n, aut ſatisfaciendum pro
ad negotia huius vitæ ex-
genda, aut ad vitanda
ſue ſimiles bonos fines,
ſtimant, Apoſtolorum
as quaſdam vouiſſe con-
t expeditius fungerentur
niſſarum; aut qui ſæpe in
tis laberetur, poſſet vo-
aquam bibiturum, ſi ite-
in ebrietatem. Indeque
nomine tertiò deteſtan-
gioſum, impiumque ap-
l eius profeſſores vota
nſilijs Euangelicis, ea-
d ſpecialem Dei cultum.
riuſquam noſtram pro-
ionem ſciendum eſt pri-
um, tam quid nominis,
Nomen enim voti apud
uiuocum, interdumque
iſſionem, interdum vero
eſiderium; apud Græcos
vſurpetur idem nomen
tione ſignificandis, ſunt
ia nomina; nam *euchi* ſi-
, *proſeuchi* verò oratio-

nem. Sed apud Hebræos, voti, & orationis nomina nullum prorſus habent conuenientiam: votum enim dicitur *neder*, oratio *thephilah*: cuius rationem adducere ſolent Doctores, ex Diuo Gregorio Nazianzeno orat. 2. in orationẽ Dominicam, quod apud Græcos, & Latinos, cum hæc nomina inuenta ſunt nulla erat vera pietas, ideoque nihil homines, Deo, vel dijs vouebant, niſi ad id quod deſiderabãt obtinendum, & propterea ſemper votis annectebant preces; Latini vero eodem nomine promiſſionem Deo factam, & preces ad illum fuſas nuncupabant. At Hebræi, quoniam Deum pie colebant, & abſoluta etiam vota emittere ſolebant, ſine vlla relatione ad preces, vt nos quoque Chriſtiani facimus, inde proprijs diuerſiſque nominibus hęc duo appellabant.

Quod ſpectat ad rem nominis, votũ, ſicut in præſenti à nobis ſumitur, & de illo agitur, ſolet definiri in communi, *religioſa promiſſio facta Deo de meliori bono*, dicitur *religioſa*, ad denotandum, quod votum ſit actus virtutis religionis; *promiſſio*, quia eſt veluti inter Deũ, & hominem. Nec enim ſatis eſt ad votum propoſuiſſe, ac ſtatuiſſe aliquid facere, niſi etiam promittatur; ſi quidem votum non ſolum obligat, ratione veritatis, nimirum, quia tenetur, qui vouit, verum facere, quod dixit, ſed etiam ratione fidelitatis, quia tenetur alteri fidem datam ſeruare: quæ obligatio, cum oriri non poſſit ex ſolo propoſito, quod quis apud ſe concipit, neceſſario ad illam requiritur vera promiſſio, quæ, vt cęteri quoque contractus, debet eſſe deliberata & ſpontanea, vt obliget. Dicitur *facta Deo*, immediatè, vel mediate per Sanctos; *de meliori bono*, hoc eſt tali, quod ſit melius quàm oppoſitum, & quod preſcindendo à voto, Deo gratius eſt ab homine promitti, & fieri, quam non fieri.

Secundò notandum eſt, duas in voto eſſe actiones, vnam materialem, alteram formalem, prior eſt, de qua fit votum, vt ieiunare, eleemoſynam facere, &c.

re,&c. poſterior verò eſt ipſa promiſsio ieiunandi, eleemoſynam elargiendi, & promiſſionis adimpletio. Quare formalis actio ſemper eſt actus religionis: materialis autem interdum eſt religionis, vt ſi quis voueat quotidie per vnam horam orare, oratio enim eſt actus religionis; interdum alterius virtutis, vt ſi quis voueat dare ſingulis diebus aliquam eleemoſynam.

Tertio obſeruandum eſt, ex hoc, quod materia voti debeat eſſe meliùs bonum, vel abſolutè, vel reſpectiuè, quinque rerum genera ab ea excludi; primò peccata; ſecundò opera merè indifferentia, tertiò impoſſibilia, quartò neceſſaria, vt ſi quis voueat ſe moriturum, quando placuerit Deo; quintò, opera bona, quæ tamen maiora impediunt bona, vt ſi quis voueat ducturum vxorem; & ſi enim hoc ipſum certo tẽpore, certæque perſonæ poſſit eſſe melius facere, quam omittere, atque adeo tunc eſſe legitima voti materia, vnde diximus, melius illud bonum, quod eſt materia voti, debere eſſe, vel abſolutè, vel reſpectiuè tale, attamen ducere vxorem, non eſt abſolutè melius bonum. Sicut etiam quod eſt indifferens, vt ire vel non ire ad forum, licet ex ſe non poſſit eſſe materia voti, poteſt tamen per accidens aut ex aliqua circumſtantia eſſe talis, vt ſi voueret quis non ire ad forum ad vitandam aliquam occaſionem proximam Deum offendendi.

Ex quibus apparet primò, quã ineptè Lutherus, & Caluinus aſſerant, quod promiſſio, quæ fit in Baptiſmo ſeruandi legem Dei, atque ex eo tempore abrenuntiandi diabolo, & pompis eius, votum dici debeat, ſi loquantur de illo propriè dicto, ſiue de noua promiſſione nouam obligationem includente, vt requiritur ad votum proprie dictum, non autem de illo impropriè, & largo modo ſumpto, quatenus nimirum illa promiſſio eſt quędam teſtificatio, & acceptatio obligationis, quam lex Dei ſecum affert. Si quidem res præceptæ non cadunt propriè ſub votum, vt eſt communis ſententia Theologorum, ſi accipiantur vt præceptæ, id eſt, ſi quis dum eas recipit ſe facturum, nihil noui promittit, ſed ſolum agnoſcit, & recipit obligationem, quam lex ipſa imponit; nam ſi qui inter illos docent poſſe fieri votum de rebus præceptis, loquuntur de voto, cum intentione nouæ obligationis ad illas, etiam ſi præceptæ non eſſent; non autem de illo cum ſola intentione acceptandi, & teſtificãdi obligationem quæ antea erat, priori, inquã, modo loquuntur, & docent res etiam à Deo imperatas, proprie poſſe voueri, ſi concipiantur vt liberæ, & qui vouet, intendat ad eas ſe obligare noua obligatione; qui enim cælibatum Deo vouit, non minus propriè cenſetur ſacrilegus ſi fornicetur, qúam ſi nubat: ex quo ſequitur, non fornicari, eſſe etiam materiam voti propriè dicti, licet alioqui præceptum ſit: ſimiliter qui poſt votum paupertatis furatur, non minus ſacrilegus eſt, quam ſi res ſuas iam dimiſſas, repetat: ex quo patet, non furari, quod præceptum eſt, poſſe ſub votum cadere, vt res ſuas dimittere, quod non eſt præceptum, ſed conſilium. Qua de cauſa S. Thomas 22. quæſt. 186. art. 10. expreſſe docet, religioſos bis peccare ſi furrentur, aut fornicentur, quod & contra legem communem, & contra votum proprium delinquant. Ratio autem, cur res præceptæ, qua præciſe præceptæ, non ſunt materia voti, eſt, quia vota, vt in ſcripturis ſumuntur, ſpontanea ac voluntaria, non neceſſaria eſſe debent: ſic de illis dicitur Deuteronomii 23. *Si votum voueris, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus, & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, ſi nolueris polliceri, abſque peccato eris*. Igitur cum promiſsio quæ fit in Baptiſmo neceſsaria ſit, neque de illa poſsit dici, *Si nolueris polliceri, abſq; peccato eris*, omnes enim ad Baptiſmum ſuſcipiendum diuina lege tenentur, neque Baptiſmus, abſque illa promiſſione ſeruandi legem Dei ab Eccleſia confertur; manifeſte patet illam promiſſionem,

tum eſſe, nec rem promiſ-
ræciſe conſideratam, illius
ſe.
communis quoque ſenten-
a paruulorum à parentibus
non eſſe, nec vera vota ex
orum, niſi ab ipſis, poſtmo-
ta ætate ratihabeantur. vo-
m eſt lex particularis, quã
mponit, ſi vult, atque adeo
propriam neceſſariò requi-
iſſio, quæ fit in Baptiſmo,
bligat, vt velint, nolint,
ſtea eam habere ratam.
x voto, ſed aliunde vim
io, quæ ſuſcipitur in Bap-
rum ex præcepto diuino,
omnes, ſi ſalui fieri ve-
Baptiſmum, legemque
plere; quam ſi non ſer-
ntur ab Eccleſia; ad quod
quiritur, quod dicta pro-
um proprie dictum, vt in-
duerſarij; Chriſtiani enim
uius peccant, non ſeruan-
inam, quam Ethnici, vel
niuntur illi ab Eccleſia,
i, quia promiſſio à Chri-
iſmo facta, ſit votum pro-
quod ab Ethnicis, & In-
emiſſum; ſed dicuntur
uius peccare, quia magis
agiſque nouerunt volun-
i ſui; ſique eorum promiſ-
prièque dictum eſſet vo-
nc grauius peccarent, ſed
carent, quod eſt abſurdũ,
us, nec forſan admittitur
. Ab Eccleſia autem pu-
tam ex vi ſuæ promiſſio-
um eſſet votum, ſicut
iuntur religioſi apoſtatę,
otorum tranſgreſſores,
r Baptiſmum facti ſunt
Eccleſiæ, cuius legibus,
embrum ſuo capiti, &
renti iure naturæ, cum
edire teneantur, vbi illas
, iuſtæ Eccleſiæ punitio-
r, non autem infideles

Baptiſmatis expertes.

Si inſtetur, & dicatur Eccleſiam potuiſſe ſtatuere, quod illa promiſſio, quæ fit in Baptiſmo, verum eſſet votum. Reſpondetur primò, eam ſaltem ex natura ſua non eſſe talem, ſed tantum eſſe poſſe ex Eccleſiæ voluntate. Secundò reſpondetur, quidquid ſit an Eccleſia poſſit huiuſmodi legem ſtatuere, attenta veri voti natura; illam de facto non ſtatuiſſe. Primò quia nullo modo neceſſarium eſt, imo nec valde vtile, de ijs rebus quæ ſunt in præcepto vota facere, niſi forte ea vota coincidant cũ votis de rebus non præceptis, de iſtis ſiquidem ideo laudabiliter fiunt, præter alias cauſas, vt eo modo firmius perſeueret in bono opere iam concepto, nam qui ſe liberos vident, facilè mutant propoſitum bonum. Quod cum locum non habeat in rebus pręceptis, iã enim ad eas ex ipſa lege ligati ſumus, nec opus ſit noua vincula quærere, ne occaſionẽ grauius peccandi nobis ipſi ſine magna vtilitate procuremus; credibile non eſt Eccleſiam voluiſſe, vt omnes fideles ad eiuſmodi rerum vota facienda in Baptiſmo obligarentur.

Secundo id ipſum patet ex eius praxi, & vſu, quo omnia Chriſtianorum peccata nunquam exiſtimata ſunt duplicia, quia contra legem, & contra votum, nec etiam omnia ſacrilegia; at ſi dicta promiſſio votum eſſet proprie acceptum, hoc ſequeretur; etenim eſſent contra voti religionem: nec minus peccaret ſecularis fornicando, aut furando quam religioſus: votum igitur proprie non eſt. Sique aliquis Confeſſarius, vt accidit magnæ cuidem Principiſſæ, à pęnitente requireret, quod de huiuſmodi promiſſionis, tanquam veri voti trãſgreſſione ſe accuſaret, minimè audiendus eſſet.

Alterum quod ſequitur ex dictis cõtra Lutherum, & Caluinum, eſt, omne quod fit ex voto, eſſe cultum Dei, quod quia probabitur inferius, ſufficit illud inſinuaſſe, præfatoſque hæreticos ſibi aperte contradicere, dum aſſerunt, vo-

ta etiam de rebus à Deo non præceptis fieri poſſe,dummodo non ad colendum Deum fiant, cum aliqua non poſſint eſſe vera vota, quæ non ſint cultus Dei; & certè, ſemel admiſſo ab aduerſarijs, quod vota de rebus à Deo non pręceptis fieri poſſint ob alios bonos fines, nō video, quomodo etiam fieri non poſſint ad colendum Deum. Si enim dicatur non poſſe fieri in hunc finem niſi de rebus à Deo præceptis,præter quam eſt manifeſta principij petitio, reddereque pro ratione,quod eſt in quæſtione poſitum, gratis inſuper dicitur, & abſque vllo prorſus fundamento in ſcriptura, in Patribus, & in ipſa ratione naturali, imo contra ipſam, cum vouere ſit actus religionis,ſiue fiat de re pręcepta, ſiue non præcepta, ſeu in conſilio tantum poſita, atque adeo nullum prorſus ſit votum, quod non ſit cultus Dei.

His neceſſariò prænotatis pro intelligentia, & explicatione noſtræ concluſionis; iam probatur eius veritas vnico argumento omnia comprehendente. Si conſilia Euangelica vouere illicitum eſſet, vel hoc proueniret ex eo, quod votum facere ſua ſit ex natura illicitum; vel olim fuerit ceremonia Iudæorum propria, nunc autem per Chriſtum, in lege Euangelica, ſublata, ac prohibita, ſicut aliæ ceremoniæ legales, vt ait Petrus Martyr loco citato; vel quia non dantur conſilia Euangelica; vel ſi dantur, non ſunt de meliori bono,vt materia voti eſſe poſſint, vel tandem quia, vt aiunt Lutherus, & Caluinus vota de illis fieri non poſſunt ad colendum Deum: Sed nullo ex his capitibus illicitum eſt, imo ex omnibus pium, ac Sanctum vouere conſilia Euangelica; ſtat ergo veritas noſtræ concluſionis aduerſus omnia Sectariorum obiecta. Maior huius argumenti cum ſit certa ab enumeratione eorum, vnde poteſt aſſeri, vota conſiliorum Euangeliorum eſſe illicita, probatur minor quo ad ſingulas partes.

Prima, quia vouere eſt actus virtutis religionis, vel vt fatetur Caluinu lib. 4. inſtitut. cap. 13. §. 2. officium eius:deinde in veteri Teſtamento mu toties, imo paſſim fit mentio votorun tanquam rei Deo acceptæ, nec non ip propterea reddendorum, vbi ſem emiſſa fuere; vouere ergò non eſt ex illicitum.

Secunda, quia votum non eſt cer monia Iudaica,vt ait Martyr; ſi quide in primis vouendi actus ſola ment perfici poteſt; tametſi ore quoque fi ceremoniæ autem Iudaicæ legales, erant purè exteriores, & ſenſibiles,n igitur vota ad ceremonias Iudaicas p tinebunt, ſed ad cultum internum virtute religionis prouenientem, ta Iudæis, quam Chriſtianis commune Cuius euidens eſt argumentum, qu vota non cęperunt à Moſe, nam Ge ſeos 28. refert Iacob Patriarcham, lo gè ante ipſum natum, votum vouiſ Nec etiam cum illo,aut lege ab eo p mulgata ceſſarunt. Licet enim in tu legis Euangelicę, poſt plenam e promulgationem ceſſauerit circum ſio, ſacrificia ouium, ac boum, & al id genus, tamen vota nunquam ce runt; vt clare patet ex verbis Apoſ 1. ad Timoth. cap. 5. vbi de viduis q buſdam ait: *Cum luxuriatæ fuerin Chriſto, nubere volunt, habentes dam tionem, quia primam fidem irritam f runt.* Per primam enim fidem om prorſus interpretes tàm Græci, quà Latini, intelligunt votum continent *Quid eſt*, inquit Diuus Auguſtinus Pſal. 75. *primam fidem irritam fecer vouerunt, & non reddiderunt.* Vn licet in nouo Teſtamento nomen non habeatur, res tamen habetur; etiam ſi non haberetur, cum in eo n ſit contrarium, ſufficeret ad proban quod vouere non ſit ceremonia leg Iudæorum duntaxat propria, ſed ac religionis non minus Chriſtianis,qu illis communis, perpetua Eccleſiæ ditio, perpetuuſque vſus, quo, vt ſtantur Patres inferius citandi, fue ſemper in ea plures perſonæ vtriuſ

ſexus

nctiſſimis,& doctiſſimis ha-
miſerunt vota, in ſtatu prę-
gioſo . Quod cum Petrus
are non poſſet, reſpondit
ndum, quod homines etiã
& ſine controuerſia Deo
int, quia non illorum vi-
um Dei eſt regula noſtræ
hæc reſponſio nullius eſt
æter quam enim ſolum
criptum non eſt adæqua-
regula,ſed diuina reuela-
am in ſcripto, quam in
on ſcripto contenta, gra-
iſſo, quod in hac contro-
ptura Sacra deberet eſſe
magis fauet nobis Sacra
m aduerſario, quia dum
a laudabiliter in veteri
ota fieri potuiſſe, ſecus
nullum prorſus adducit
o formaliter, & expreſſe
hibitum fuerit, aut pro
ali habitum fuerit; quod
ntum haberet, debebat
ræſtare principia. Inſu-
non poteſt adduci locus
er, vel virtualiter pro-
ota in nouo teſtamento;
eo fuere approbata ab
am ſuperius citato, vbi
m Sanctorum Patrum,
xplicationem verba,
dam viduas *primam fi-*
ie, debent intelligi de
æ, vnde,vt ſupra nota-
ouo teſtamento nomen
ur, res tamen habetur,
ius ſcriptura pro nobis
ro aduerſario ſtare di-
æquo rerum arbitro.
hominum etiam ſi in-
Deo gratorum vitam
noſtræ fidei, omnino
n eo ſibi contradicit;
od homines ſint in
audeq; digni,& quod
gula noſtræ fidei, vel
ter ſecundum illam
ur concedit Martyr,

quod fuerint ſemper homines etiam inculpati, & Deo grati, qui vota frequentarunt in Eccleſia Chriſti;neceſſario quoque fateri debet, aut vota in ea non eſſe illicita, ac proinde non pertinere ad ceremonias Iudaicas; aut qui ea ſeruarunt non fuiſſe Deo gratos, ſi ſunt illicita. Quemadmodum enim, ſi qui hoc tempore, vel circumciſionem, vel Sabbatum ſeruarent,cruentaque ſacrificia offerrent, nullo modo inculpati, & grati Deo eſſe poſſent; ita, ſi vota ceremoniæ eſſent purè Iudaicæ,ſimiles circumciſioni, & ſacrificijs cruentis, vt Martyr aſſerit, qui illa fecerunt, & alijs facienda,tum verbo, tum exemplo ſuaſerunt, nequaquam inculpati, & Deo grati dici poſſent.

Accedit quod conſuetudo eſt optima legum interpres,ergo etiamſi nullus in nouo teſtamento extaret locus,qualis eſt adductus ex Diuo Paulo, vnde probari poſſet licita in eo eſſe vota, ad hoc ſufficeret perpetuus Eccleſiæ vſus, in qua omiſſis omnibus alijs ceremonijs legalibus veteris teſtamenti, pius ſemper viguit, laudatuſque fuit mos emittendi vota; inde enim manifeſtè colligitur, nec ea eſſe ceremonias Iudæorum proprias, nec abrogata in lege Euangelica, ſed potius excellentiſſimũ religionis actum Eccleſiæ, in omni ſuo ſtatu legis naturæ, ſcriptæ, & Euangelicæ, communem.

Tertia, & quarta pars minoris patet ex dictis in ſuperioribus concluſionibus, ſcilicet præter præcepta, adhuc extare conſilia Euangelica, eaque eſſe de meliori bono; Nec enim dicuntur indifferentia, aut quia nec conſilia, nec præcepta ſunt, aut nec bona, nec mala; ſed ita appellantur à libertate, qua vnuſquiſque fidelis poteſt illa vouere, vel non,ad diſtinctionem pręceptorum, quæ velimus, nolimus, neceſſariò ad ſalutem ſeruari debent. Conſilia enim Euangelica, ſeu maioris perfectionis, quæ ſuperius oſtendimus à Chriſto nobis non imperata, ſed demonſtrata; non mandata, ſed commendata fuiſſe diffe-

runt à pręceptis ex parte materiæ, ſeu obiecti, ex parte ſubiecti, ex parte formæ, & ex parte finis. Ex parte materiæ dupliciter. Primò, quia materia præcepti eſt facilior, conſilij difficilior, ſeu magis ardua. Illa enim deſumitur ex principijs naturæ, hæc ſuperat quodãmodo vires eius: nam v.g. ad ſeruandã coniugi fidem, natura inclinat; ſed non ita ad abſtinendum à coniugio. Vndè rectè Ambroſius lib. 1. de Virginibus ait de Virginitate: *Quis humano eam poſſit ingenio comprehendere, quam nec natura ſuis incluſit legibus? aut quis naturali voce complecti, quod ſupra vſum naturæ ſit? è Cęlo accerſiuit, quod imitaretur in terris.* Secundò, quia materia præcepti bona eſt, conſilij melior, & perfectior, loquendo de pręceptis, quæ circa eamdem materiam verſantur, circa quam verſantur conſilia: conſiliũ enim includit præceptum, & aliquid ſupra præceptum addit, vt docet Sanctus Auguſtinus ſerm. 18. de verbis Domini: *Illæ autem*, inquit, *amantes, quibus terrenæ nuptiæ viluerunt, quæ terrenos amplexus non deſiderauerunt, vſque adeo acceptarunt præceptum, vt non recuſarent conſilium: vt plus placerent, plus ſe ornauerunt.*

Ex parte ſubiecti differunt præcepta, & conſilia, quod præcepta communia ſunt omnibus, conſilia non item; ex eodem Auguſtino ſerm. 61. de tempore; *De Virginitate*, inquit, *dicitur; qui poteſt capere capiat: de iuſtitia non dicitur; qui poteſt facere faciat, ſed omnis arbor, quæ non facit fructum bonum exſcindetur, & in ignem mittetur.*

Ex parte formæ, quod præcepta vi ſua obligent, conſilia verò in arbitrio hominis poſita ſint, illa nimirũ vouere, vel nõ vouere; iuxta illud D. Hieronymi in epiſtola ad Euſtochium: *Vbi conſilium, ibi offerentis arbitrium; vbi præceptum datur, ibi neceſſitas eſt ſeruientis.* Quod idem habet Auguſtinus lib. de Sancta Virginitate cap. 30. *Neque enim*, inquit, *ſicut non mæchaberis, non occides, ita dici poteſt, non nubes: illa exiguntur, iſta offeruntur: ſi fiant iſta, laudantur: niſi fiant illa, damnantur.*

Ac demum ex parte finis, ſeu effectus, quoniam pręcepta obſeruata habent præmium; non obſeruata habent pœnam: Conſilia autem, ſi non ſeruentur, nullam habent pænam, & ſi ſeruentur, maius habent præmium: vt ait idem Auguſtinus libro ſtatim citato c. 14. *Præcepto quiſquis non obtemperat, reus eſt, & debitor pęnæ.* Et infra: *Sed quoniam deuitatis remiſſiuè peccatis, adeũda eſt vita æterna, in qua eſt quædam egregia gloria, non omnibus in æternum victuris, ſed quibuſdam ibi tribuenda: cui conſequendæ, parum eſt, liberatum eſſe à peccatis, niſi aliquid ipſi liberatori voueatur, quod non ſit criminis, non vouiſſe, ſed vouiſſe, ac reddidiſſe ſit laudis: Conſilium, inquit Apoſtolus, do.*

Quinta tandem, & vltima ſupradictæ minoris pars probatur, contra Caluinum, & Lutherum, omne videlicet, quod fit ex voto, etiam ſi alioqui non ſit à Deõ præceptum, verè, & propriè eſſe cultum Dei. Primò, authoritate Scripturę Leuit. 27. Num. 6. & 30. Deut. 12. & 23. vbi, quæ leguntur vota, erant de rebus à Deo non præceptis, & tamen ipſi placebant, quia ſeueriſſimè illorum ſolutionem exigebat, vbi liberè ſemel facta erant: Quod fit igitur ex voto, quantumuis non ſit de re præcepta, ſed tantum conſulta, verè, & propriè pertinet ad cultum Dei. Secundò item patet nonnullis eiuſdem Scripturæ exemplis Geneſ. 28. vbi: *Votum vouit Iacob, ſi fuerit Dominus mecum* &c. huiuſmodi enim votum non fuiſſe de re præcepta, manifeſtum eſt, quia alioqui peccaſſet Iacob faciendo votũ conditionatum de re præcepta; conſtat quoque, factum fuiſſe ad colendum Deum, nam habere lapidem pro domo Dei, id eſt, pro ara, & offerre decimas, vt ibi promittit ſunt actus religionis, cuius proprium eſt exhibere Deo cultum debitum. Aliud votum fuit Dauidis de extruendo templo, de quo Pſal. 131. *Votum vouit Deo Iacob* &c. quod

etiam

n fuiſſe de re nõ præcepta ,
ia , habetur ex lib. 2. Reg.
Deus , audito hoc Dauidis
taque eius voluntate, dicit,
epiſſe , vt ſibi fieret hoc
cumque Deo templum ex-
ctus religionis, apertè ſequi-
n hoc voto intendiſſe cole-

mum probatur noſtra con-
one deſumpta ex ipſamet
ſi quidem excellentiſſimus
igionis , cuius , vt mox di-
rium eſt exhibere Deo cul-
m, adeoque, vt rem alioqui
am ad Dei cultum, ordinet
xta illud Deuter. 12. *Quid-*
caris, & voueris &c. redde-
ne implere votum eſt quoq;
nis,ſiue fiat de re pręcepta,
ecepta, nam promittere , &
implere , ad eamdem ſpe-
m; at per id , quod fit ex
ſi non præceptum , adim-
igitur per id colitur Deus.
, ſi ex diuinis Scripturis ,
Patribus paſſim , omni actu
n non præcepto , nec ex
ſed facto tamen propter
ſupererogatoria eleemoſy-
nio, colitur Deus , multo
ctus fiat ex voto, fatendum
Deum. Denique ſi votum
ęcepta, non eſt cultus Dei;
quoque vouere abſolutè
Dei: ſi quidem ipſum voue-
reperitur præceptum ; ſed
ra Caluinum docentem,
e ſit actus, vel officium re-
Quando igitur ait , omnem
ntarium, id eſt, quē Deus
it , Deo placere non poſſe ,
non debere fieri votum de
epta, ad colendum Deum ,
ſt petitio principij , addu-
atione,quod eſt in quæſtio-
ſtinguenda eſt illa particula
m , ſique per illam intelliga-
, quæ nec à Deo probatæ ,

vel commendatæ ſunt , nec re vera ex natura ſua ſunt materia cultus diuini , ſed ſunt res inanes, & tamen ab aliquibus vſurpantur , quaſi eſſent cultus ; quales ſunt qui dicuntur ſuperſtitioſi cultus , vt cum aliqui ponunt religionem in numero lotionum , vt Iudæi olim faciebant, & Turcæ hoc tempore faciunt, putantes valde ſe colere Deũ , ſi corpore ſæpius loto ad orandum accedant ; libenter admittimus cultum hoc modo voluntarium , nec placere Deo, nec materiam voti eſſe poſſe ; ſecus autem ſi per cultum voluntarium intelligatur ille , qui à Deo præceptus non eſt , ſed conſultus tantum , atque adeo vouentibus liber, ac voluntarius , vt ſatis patet ex huc vſque dictis ; Sectarioſque conſequenter male reprehendere ſtatum religioſum , atque pro impio habere illum , quod in eo conſilia Euangelica voueantur ad ſpecialem Dei cultum .

Quinta concluſio . Ad ſtatum religioſum requiruntur, & ſufficiunt dicta Conſiliorum Euangelicorum vota, hoc eſt, obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis. Iſta concluſio eſt omnium Catholicorum, pro cuius intelligentia notandũ eſt, in ſtatu religioſo, ſeu in omni Religione duo inueniri, eſſentiam nimirũ ipſam religionis, quæ vt dicetur ſtatim in tribus pręfatis votis ſita eſt, & determinationem illius eſſentiæ ad certum viuendi modum . Hoc breuiter animaduerſo probatur prima pars concluſionis, quia per ſtatum religioſum , nihil aliud intelligitur , quam ille , cuius profeſſores tendere debent ad charitatis perfectionem , ſed ad huiuſmodi perfectionem comparandam maximè iuuant præfata conſilia , vt ſatis oſtendimus ſupra , eorum ergo obſeruantia requiritur ad ſtatum religioſum , non qualiſcunque tamen, ſed ex voto ; cum religioſi ſint in *ſtatu*, quo ad perfectionem tendunt, per obſeruationem dictorum conſiliorum. Sed ad ſtatum requiritur immobilitas , quæ in iis , quæ alio-

alioquin non ſunt præcepta, ſed tantum conſulta, additur, & perficitur per obligationem voti.

Deindè, vt cōſtat ex ſententia Chriſti, Lucæ c. ad perfectionem, requiritur vt aliquis non facilè retrocedat, *nemo*, inquit, *mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei*; hoc autem maximè fit per votum; quo quis obligatur ad perſeuerandum; ad religionem igitur, cum ſit ſtatus quidam perfectionis; ſtatus verò ſignificet rem immobilem, & perpetuam, requiritur, vt ad hęc tria, ſcilicet obedientiam, caſtitatem, & paupertatem obliget ſe religioſus per votum.

Quantùm ad alteram partem, tria nimirum præfata vota ſufficere ad ſtatum religioſum ſi conſideretur eſſentialiter, ſatis patet, quia per illa homo dedicatur totus diuino cultui, cum quadam immobilitate, & ceremonia exteriori, atque adeò conſtituitur in religionis ſtatu eſſentialiter conſiderato. Qui ſtatus hoc modo conſideratus, cum in Euangelio, vt vidimus fundamentū habeat, quantum ad illum, non indiget approbatione, vel confirmatione Pontificum; ſecus autem ſi conſideretur determinatio huius eſſentiæ, ad certum viuendi modum, vel ritum. Cum enim varij illi modi, quibus tria vota eſſentialia ſuſcipi poſſunt, non ita perſpicuè in Euangelio appareant, atque adeo nō parum ex prudentia, & directione humana pendeant, vbi multiplicari cœperunt, Pontificia inſuper approbatione, & confirmatione religiones illos profitentes indigere cœperunt, & nunc reipſa, propter ius poſitiuum nouas religiones prohibens, omninò indigent. Ideoque veteres, vt Antonius, Baſilius, Auguſtinus, Benedictus, Religionum authores, nullam leguntur à Sede Apoſtolica approbationem quæſiuiſſe, quia nondum exſtabat ius Eccleſiaſticum id præcipiens; poſt quod cœpit eſſe neceſſarium, quod antea erat liberum.

Condendi autem noui iuris hæc potiſſimum fuit occaſio, quia circa annum Domini 1170. pauperes quidam de Lugduno nuncupati ordinem quendā religioſum inſtituerunt, ſed multis ſuperſtitionibus, & hæreſibus contaminatum; propter hoc enim, cum à Lucio III. Alexandri III. ſucceſſore hæreſeos damnati fuiſſent, reprobataque eorum ſecta; nec poſtea ab Innocentio III. vt reconciliarentur, & religio ipſorum approbaretur, impetrare potuiſſent; Inde factum eſt, vt cæteri deinceps nouorum ordinum inſtitutores, timentes, ne, ſi proprio confiderēt iudicio, quid ſimile ipſis contingeret, eorum confirmationem à Sede Apoſtolica petierint. Et in Concilio Lateranenſis Innocentius III. conſiderans periculum Eccleſiæ imminens, ſi vnicuique liceret nouam adinuenire religionem, prohibuit, ne impoſterum vllus nouus ordo inſtitueretur, nimirum ſine approbatione Sedis Apoſtolicæ; vt habetur cap. fin. de Religioſ. dom. quod decretum renouauit Gregorius X. in Concilio Lugdunenſi; vt habetur cap. Vnico de Religioſ. dom. in ſexto. Quāta autem ſit Summi Pontificis infallibilitas in approbandis religionibus, iam diximus tom. 3. lib. 3. ſect. 4. cap. 19.

Sexta concluſio. Status Religioſus, ſeu Monachiſmus iam inde ab Apoſtolorum tempore cæpit vigere; Iſta concluſio eſt contra Magdeburgenſes cent. 4. cap. 6. alibique ſæpius docentes, primum cœpiſſe Monaſticen ſeculo quarto. Probatur noſtra concluſio. Ad ſtatum religioſum requiruntur, & ſufficiunt vota trium Conſiliorum Euangelicorum, ſed tam ipſi Apoſtoli, quàm alij tunc eorum exemplo vouerunt cōſilia Euangelica, vt teſtatum reliquerunt nobis Patres: iam ergo ab illo tēpore, non autem ſeculo quarto, vt mētiuntur Magdeburgenſes, primum vigere cæpit ſtatus religioſus; Maior huius argumenti patet ex dictis, nihilque aliud Catholici intelligunt nomine ſtatus

i. Minor autem probatur erbis ipſorummet Apoſto-th. 19. *Ecce nos reliquimus cuti ſumus te*; tum ex cap.4. bi Chriſtianis, qui volebant uere, dicuntur omnia fuiſ-a, quaſi iam vitam cœno-ntibus; vnde Caſſianus col-5. ait: *Itaque Cęnobitarum tempore prædicationis Apo- exordium*. Quod ad eam fectionem voto ſe obliga-i, docet Diuus Auguſtinus uitate Dei cap. 4. *Hoc vo- potentiſſimi vouerant*; eo-mplo cæpiſse religiones antur ex Patribus Euſebius p. 16. Hieronymus de us in Philone; Auguſtinus ta communi Clericorum, ita Auguſtini, Caſſianus to,nec non Chryſoſtomus vituperat. vitæ Monaſticæ, fine, vbi aſſerit, ea ab pleta, quæ à Monachis homil. 11. in acta, Mo-ere, vt olim initio Eccle-deles in Hieruſalem; & Matth. eos etiam habitu los. Vnde quando Ho-. ad Hebræos ait,vt obij-ij; *Neque veſtigium mo- ſed omnia ad ſeculares lo-lus*; loquitur ſolùm de thiorum. Exponit enim orinth.5. *Si quis frater obis* &c. & dicit Paulum non intelligere ſolos quoslibet fideles, quia m quidē erat Monachi s; propterea autem non non fuiſſe, vt ipſemet locis iam citatis clarè n inſuper homil 17. ad le monaſtice loquens, t, *Philoſophia à Chriſto* nim ex ipſo Chriſtus in-ſticen, iam certè ex ip-e Pauli Apoſtoli.

batur eadem minor au-thoritate Patrum, cumque aduerſarij vltro admittant,iam quarto ſeculo monaſticen cæpiſſe,eos potiſſimum adducam, qui vel ante illud vixere, vel expreſſam exiſtentiæ ſtatus monaſtici,vel religioſi, ante illud mentionem faciūt. Hi ſunt ex Gręcis, Dionyſius Areopagita Eccleſiaſt. Hierarch.cap.6. *Initiandorum omnium*, inquit, *excellentior, ac ſublimior ordo Monachorum eſt ſancta diſtinctio, expiatione omni tota virtute, atque exactiſſima ſuarum operationum caſtitate mundata: omnis item ſacræ operationis ſpiritualiter ſpeculatrix, & particeps facta, Pontificumque conſummantibus virtutibus tradita* &c. *Vnde Sancti Pręceptores noſtri diuinis eos appellationibus ſunt proſecuti, partim Terapeutas, id eſt, cultores à ſincero Dei famulatu,atque cultu: partim Monachos, ab indiuidua, & ſingulari vita appellantes,vt quæ illos Sanctis diuiſibilium complicationibus in diuinam, & Deo gratam monadem, perfectionemque promoueat*.

Vbi cum aduerſarij negare non poſſint haberi ſermonem de Monachis,negant huius libri authorem eſſe Dionyſium Areopagitam Pauli Apoſtoli Diſcipulum; At præterquam longe probabilius eſt oppoſitum, adhuc gratis admiſſo aliquo dubio circa opera, quæ Dionyſij Areopagitæ nomine citantur, ſint ne illius, nec ne; aduerſarij non ſuum propterea habent intentum,Laurētius enim Valla vnus ex illis teſtatur, eſſe authoris ferè æque antiqui, nimirū Apollinaris Hierapolitæ, vel vt alij volunt,Dionyſij Corinthij,quorum vterq; floruit circa annum Domin.174.ex Euſebio in Chronico. Quod ſufficit nobis ad aſſerendam antiquitatem Monaſtices, & arguendum mendacij Magdeburgenſes volentes, eam cępiſſe quarto duntaxat ſæculo.

Item Euſebius Cæſarienſis, qui vixit circa annum Domini 320, referens lib. 2. hiſt. cap. 16. quę Philo Hebræus libro de vita contemplatiua, ſiue de ſupplicibus inſcripto habet, ait, *ipſum accuratè percenſere eorum viuēdi rationem,*

qui

qui apud nos Aſcetæ,id eſt, Monachi, religioſique, virtutis ſtudio, & exercitationi maximè dediti appellati ſunt: Iam ergo tempore Euſebii erant, qui in Eccleſia Aſcetæ,& Monachi vocarentur. Quod reſpondent Magdeburgenſes,talia quidem Philonem ſcripſiſſe, at non de Chriſtianis, ſed de Eſſenis, non eſt ad rem. Præterquam enim falſum eſt eum non fuiſse locutum de Chriſtianis, ex Diuo Hieronymo in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum in Philone; vbi ait: *eum ideo à ſe inter Scriptores Eccleſiaſticos poni; quia librū de prima Marci Euangeliſta apud Alexandriam ſcribens Eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt; non ſolum eos ibi, ſed in multis quoque Prouincijs eſſe memorans, & habitacula eorum dicens Monaſteria: Ex quo apparet talem primam Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe nituntur, & cupiunt*; gratis adhuc conceſso, quod Philo Iudæus ibi de primis Chriſtianis ſermonē haud habuiſſet; manet in ſua vi pro nobis teſtimonium Euſebij dicentis, *Philonem accuratè percenſere eorum viuendi rationem, qui apud nos Aſcetæ, id eſt, Monachi, religioſique* &c. *appellati ſunt*: Id enim dicere non potuiſſet, nec Monachorum, ac Religioſorum mentionem facere,niſi tunc, & conſequenter ante quartum ſeculum floruiſſet ſtatus religioſus.

Sanctus Athanaſius in vita S. Antonij docet,Monachos fuiſſe,qui in agris, ciuitatibus vicinis, Monaſteria ſua ædificabant: Et Antonium, cum is Monachus fieri vellet,ad ſenem quemdam acceſſiſſe, qui ab ineunte ætate Monaſticen exercuerat:Igitur Sanctus Antonius non fuit primus Monachus,& ante annum Domini 300. fuere iam Monachi; cum Antonius floruerit initio IV. ſeculi, anno enim 300. erat annorum 40.vt colligitur ex Chronico Hieronymi; & tamen ipſo adhuc adoleſcente, inuenirentur multi Monachi ſenes.

Magdeburgenſes nihil aliud habent, quod huic argumento reſpondeant,niſi ſe ſubdubitare,an hæc vita ſit ab Athanaſio ſcripta; ſed cum ad hoc probandum ſuum duntaxat afferant iudicium, ſtultumque ſit abſque vlla ratione, vel coniectura, vel authoritate id in controuerſiam vocare, de quo nemo dubitat; nihili faciendum eſt, contra vnanimem veterum etiā Patrum, nullo prorſus contradicente, authoritatem, qui teſtantur Athanaſium ſcripſiſſe vitam Antonij; hanc autem ipſam,quam iam habemus, eſſe illam ipſam Athanaſij, patet ex identitate rerum ab ijſdem Patribus ex illa citatarum, & relatarum, quæ etiam in noſtra continentur.

Ex Latinis Tertullianus ſcripſit librum de velandis Virginibus, & Cyprianus Tertullianum imitatus ſcripſit librum eiuſdem argumenti, quem de habitu Virginum inſcripſit. Vtrumque autem locutum fuiſſe de Virginibus religioſis,ſiue per religioſam profeſſionē Deo conſecratis,patet ex eo quod Tertullianus ibi expreſsè diſtinguit inter Virgines Mundi, id eſt, ſeculares, & Virgines Dei, id eſt, Sanctimoniales,de quibus ait: *O ſacrilegæ manus; quæ dicatum Deo habitum detrahere potuerunt, quid peius aliquis perſecutor feciſſet, ſi hoc à Virgine electum cognouiſſet?* Et infra eas alloquens: *Nupſiſti*, inquit,*Chriſto, illi tradidiſti carnem tuā*; ſimilia quoque habet Cyprianus.

Soter epiſt. 2. earumdem meminit, dum ait, ſacratas Deo Fœminas, vel Monachas ſacra vaſa contingere,reprehenſione plenum eſſe:

Teleſphorus natione Græcus ex Anachoreta ſedit annos 11. *menſes tres*, apud Damaſum in vitis Pontificum, in vita Teleſphori: & in vita Dionyſij; *Dionyſius*, inquit, *ex Monacho, cuius generationem reperire non potuimus, ſedit annos ſex, menſes duos*; qui ambo fuere ante quartum ſeculum: primus enim vixit anno 117. ſecundus autem circa annum 260. Non ergo Monachi cœperunt quarto ſeculo; ſed longe ante illud.

Hieronymus, licet quarto vixerit,ſeculo,

ıs tamen in locis vitæ reli-
onaſticæ mentionem facit,
iam ſuo tempore antiquę,
s effert laudibus, præſer-
ad Heliodorum cap. 9. 17.
n cap. 6. 22. ad Euſto-
5. 25. ad Paulam cap. 2.
ium; lib. aduerſus Vigi-
5. lib. 2. comment. in cap.
eremiæ, & in Pſalm. 115.
uoque Auguſtinus cùm
ct. 97. in Ioannem, & in
circa illa verba: *Ecce quam*
m iucundum habitare fra-
& nominis Monachorum,
riginis à primitiua Eccle-
eddit, vbi conſuli poteſt.
nedum conſtat, Magde-
rpiter erraſſe circa tem-
is Monaſtices, verùm
odum eius, dum cent. 4.
ſponte ſua ad ſolitudinē
imos eremitas, ſed caſu
irum vt fugerent perſe-
l quod ſcribit de Paulo
a B. Hieronymus in eius
5. cap. 6. cæpiſſe Mona-
n obſcuratione doctrinæ
e, & veri cultus Dei,
ua æmulatione Eſſeno-
s, inquam, patet falſum
e perſecutionis, & caſu
tam Monaſticam, quam
ſupra citatus, cæterique
à Chriſto fuiſſe intro-
oſtolis amplexam, & ad
n; deindè vita Monaſti-
it occaſione perſecutio-
nes perſecutiones exti-
, ſed ita eſt; & quidem
u Monachis in commu-
on eſt dubium; de ere-
eu anachoritis, qui, vt
s epiſt. 22. ad Euſto-
ſoli habitabant per de-
: quia licet Paulus pri-
ccaſione perſecutionis
dinem colere cæperit,
s non tali occaſione cę-
idio vitæ purioris, ac

perfectioris, vt ex Athanaſio in eius vita conſtat: vita autem Eremitica non à Paulo, ſed ab Antonio introducta eſt, quia etſi Paulus prior in eremo vixerit, tamen non habuit ipſe diſcipulos, ſicut Antonius; quem propterea Hieronymus in vita Pauli dicit merito vocari authorem vitæ Eremiticæ, quatenus eam nec ab alio didicit, & ipſe docuit omnes, iam enim cum ſuis talem ducere vitam cæperat, antequam Paulum in eremo reperiſſet. Quocirca communiter dicitur, vtrumque poſſe vocari primum Eremitam, Paulum ſcilicet tempore, Antonium vero magiſterio.

Cauſam quoque, vel occaſionem inſtituendæ vitæ religioſæ non fuiſſe obſcurationem doctrinæ de iuſtificatione, aut prauam Eſſenorum imitationem; clarè oſtendunt, quæ adduximus Patrū teſtimonia vnanimiter docentium, eam iam ab Apoſtolorum tempore incepiſſe, mirifque laudibus eam efferentium; & quod deinceps Antonius, Baſilius, Auguſtinus, alijque Sancti viri fuerunt authores quorumdam ordinum Monaſticorum, ita de Baſilio teſtatur Nazianzenus in eius vita: & de ſeipſo Auguſtinus lib. 3. contra litteras Petiliani cap. 40. quis enim ignorantiæ & prauæ æmulationis tantos viros audeat accuſare, niſi inſolens quis hæreticus.

Septima concluſio. Qui nunc floret in Eccleſia Catholica Monachiſmus, ſeu ſtatus religioſus, idem eſt eſſentialiter cum antiquo. Iſta concluſio eſt contra Caluinum, & eius ſequaces, qui, oppreſſi veritate, non potentes negare, fuiſſe olim Monachos, aſſerunt eos, qui nunc ſunt, nihil cum illis habere commune, & propterea vere dici poſſe, Monachatum, ſeu ſtatum religioſum, qualis nunc exiſtit, rem nouam, ac recentem eſſe. Ita Caluinus lib. 4. inſtitut. cap. 13. §. 8.

At veritas noſtræ concluſionis, falſitas autem oppoſitæ ſententiæ, cum maniſeſtius conſtare non poſſit, quam conferendo, quæ antiqui Patres aſſe-

ruerunt olim de ſtatu religioſo, cum ijs, quæ nunc in eodem reperiuntur, ſic diſcurro. Idem prorſus eſt primitiuæ, & pręſentis Eccleſiæ Monachiſmus, ſeu ſtatus religioſus, ſi quæ de priori docuere Patres, vetereſque Scriptores eadem reperiantur in poſteriori; ſed ita eſt; qui ergo nunc floret in Eccleſia Catholica ſtatus religioſus, idem prorſus eſt, ſaltem quo ad eſſentiam cum antiquo. Maior huius argumenti eſt certa; minor ergo probatur. Quia ex Patribus ſuperius citatis ad ſtatum religioſum eſſentialiter conſideratum, requiritur, & ſufficit, quod eius profeſſores per conſiliorum Euangelicorum obedientiæ, caſtitatis, ac paupertatis vota ad perfectionem charitatis tendant; ſed hæc eadem vota, quæ veteres olim Monachi, ac religioſi emittebant, à modernis quoque emittuntur, vt patet ex omnium Ordinum regulis, quibus etiam nihil magis commendatur, quam perfectio charitatis erga Deum, & proximum; idem eſt ergo eſſentialiter modernus ſtatus religioſus cum veteri.

Inſuper olim in Eccleſia ſub generali Monachorum ſtatu, diuerſi quoque & particulares modi viuendi erāt, ſicut & moderno tempore; nam qui prius in ſolitudine à vulgari vita remotiſſimi degebant, ſoli contemplationi vacantes, poſtea intra vrbes introducti ſunt, vt non tantum vitæ contemplatiuæ, ſed etiam actiuæ ad bonum proximi intenderent, ſic teſtatur Gregorius Nazianzenus orat. 20. in laudem Baſilij Magni, & in vita ipſius, inde illum commendans, quod, *Monaſterijs extructis ita Monachorum inſtitutum temperaſſet, vt ſolitariæ, atque actuoſæ vitæ vtilitates præclare ſimul coniunxiſſet*; item Ambroſius epiſt. 82. ad Eccleſiam Vercellenſem loquens de Euſebio eiuſdem Epiſcopo; & Auguſtinus lib. 1 de moribus Eccleſiæ, vbi, cum locutus fuiſſet de Monachis in ſolitudine cap. 31. & 32. poſtea ſic ait cap. 33. *Nec ideo laudabile Chriſtianorum genus contempſerim, eorum ſci-*

licet, qui in ciuitatibus degunt à vulg vita remotiſſimi: vidi ego diuerſoria Sa ctorum Mediolani non paucorum homi quibus vnus Presbyter præerat &c. *Ro etiam plura cognoui, in quibus ſinguli g uitate, atque prudentia, & diuina ſcien præpollentes, cæteris ſecum habitanti præſunt.*

Veteres tandem Monachos tam ſolitudine, quam in vrbibus degen particulares adhuc viuendi modos buiſſe, ſiue illis cucullas, & reliqu habitum monaſticum fuiſſe, nec n pſalmodiam, ciborum delectum, i nium, aliaque id genus inſtituta m feſte conſtat ex Ephiphanio lib. 3. c tra hæreſes in fine, & Ioanne Caſſ in libris de inſtitut. cænobiorum conſulendis.

Igitur nedum in eſſentialibus, ſe in varietate diuerſorum ordinum, inſtitutorum ſub generali Monach ſtatu, eadem fuit illius in primitiu præſenti Eccleſia conditio, quod nobis contra Sectarios probandu tantumque abeſt, vt hæc Monacho ſeu religioſorum varietas diſſoluat aiunt, quod potius vniat, & exc Eccleſiam iuxta illud Pſalm. 44. *A regina à dexteris tuis in veſtitu dea circumdata varietate.* Eccleſia nim Chriſti vniuerſalis veſte aurea cha tis omnibus ſtatibus communi dec ta; ita tamen, vt ad ſuum vlterius c mentum circumdata ſit varietate d ſorum fidelium ſtatuum, matrimo lis, Clericalis, ac Monaſtici, diuerſo que huius ordinum, ſeu inſtitutor

Octaua concluſio. Status relig rectè vocatur à Patribus ſtatus p ctionis acquirendæ. Iſta concluſ omnium Catholicorum; patetqu iam dictis. Quoniam ad hoc, vt ſ religioſus dicatur ſtatus perfect acquirendæ, nihil aliud deſideratu quod, ex vi ipſius, profeſſores eiu mobiliter tendāt ad perfectionem ritatis in hac vita, ſed ita ſe habe ſtatu religioſo; rectè ergo voca Patribus ſtatus perfectionis. hu

menti eſt certa, nihil enim igimus per ſtatũ perfectio- ndæ; minor quoque conſtat ò ſiquidem ipſo, quod reli- it conſiliorum Euangelico- iantiam, ratione voti immo- itur ad illam, & conſequen- ad perfectionem, cuius ac- erfecta ſunt inſtrumenta, uent Obedientiæ, Caſtita- rtatis conſilia. Ad quæ ob- fideles ſecundum vocatio- on obligantur.

et, & refellitur calumnia 4. inſtit. cap. 13. §. 10. & nit Doctoribus Catholicis, las vocat, quaſi titulum omnibus alijs Dei voca- iant, & ſoli Monachorum iant, idque ob iſta conſilia ., vt ait, *in charitate omni- ommuni perfectio conſiſtat*; aſſerunt Catholici, nec olos religioſos eſſe perfe- ùm charitatem, eiuſque ita eſſe omnibus prorſus nmunem, vt tamen reli- tus, in quo vouentur con- ur proficere in charitate um quo ad obſeruantiam ius ad quam omnes obli- iam per aliarum virtutum hriſtus non præcepit, ſed uæ, vt oſtendimus ſupra, charitatis profectum de- are fieri poterit, vt aliquis & tamen non ſit in ſtatu quemadmodum è contra- ccidit, vt multi tam Epiſ- ligioſi ſint in ſtatu perfe- ſint perfecti, imo imper- d eorum, non autem ſta-

vſque dictis ſufficienter, at probata contra Secta- lquitas, ac perfectio, ſeu s religioſi, ſupereſſet iam : ipſi contra illum obij- en libenter ſuperſedeo, s principalia iam ex di-

ctis manent ſoluta, tùm quia alia pro maiori parte fundantur in puris men- dacijs, & calumnijs, aut nonnullis reli- gioſorum defectibus, quos in præſen- ti non defendimus, ſed Sanctitatem ſta- tus, reſpectu cuius per accidens ſe ha- bent, illumque minime contaminant, ſicut nec religionem Chriſtianam, tot, ac tanta malorum Chriſtianorum ſcele- ra. Obſcęna taceo, vt quod ait Luthe- rus in Epithalamio illis referto, mulie- res nonniſi ad matrimonium creatas fuiſſe, idemque eſſe conſultare ſit ne ducenda vxor, & ſit ne comedendum, aut bibendum; aliaque id genus. Tan- tùm ergo ſit de præſenti controuerſia contra Sectarios, nec non contra eo- rumdem alios errores circa materias 2. 2. Diui Thomę verſantes; nunc ad ter- tiam partem tranſeamus.

CAPVT XLVI.

Statuitur contra Lutheranos Vbiquiſtas, non ita Verbum vniri Sacroſancta Chriſti Domini humanitati, vt per huiuſmodi vnionem ipſa formaliter fiat Deus, illique conſequenter omnia com- petant attributa diuina, aut vice verſa.

Circa Chriſtum Dominum, de quo tertia parte primo agit loco Diuus Thomas, tanquam de termino Incarna- tionis, ſi quidem Chriſti nomine nihil aliud intelligitur, quàm *Verbum*, quod erat Deus, *carnem factum eſſe* Ioann. 1. ſiue hypoſtaſim Verbi diuini, ſic in duabus naturis, diuina, & humana ſub- ſiſtere, vt vnica perſona diuina cum ſit, verus tamen Deus, & verus homo exi- ſtat non confuſione aliqua vtriuſque naturæ, neque conuerſione diuinitatis in carnem, aut contra; ſed aſſumptione humanitatis in Deum; plures habent errores Sectarij noſtri temporis, pri- mum circa modum vnionis duarum na- turarum in Chriſto, quam ita factam eſ- ſe volunt in vnica perſona Verbi, vt propoſitiones illæ, Chriſtus homo eſt

Deus,immenſus,omnipotens,&c. identicè, ſint veræ, ſecundum ſignificatas formas, tam per ſubiectum, quam per prædicatum; ita Lutherani Vbiquiſtæ dicti, inde potiſſimè alterum trahentes errorem, quod Chriſtus ſecundum humanitatem ſit vbique, ſit omnipotens, vt dicetur infra.

Cęteri errores ſunt Caluini,& ſequacium aſſerentium primò, Chriſtum ab initio multa ignoraſſe, quæ paulatim didicerit; Secundò, eum ſua morte, ac paſſione nihil ſibi meruiſſe, nec pro omnibus, ſed pro ſolis prædeſtinatis mortuum eſſe; Tertiò, eſſe mediatorem ſecundum vtramque naturam diuinam, & humanam. Quartò, in cruce deſperaſſe. Quintò, non verè, ac propriè, ſed tantum metaphoricè deſcendiſſe ad inferos; quos omnes errores breuiter in hoc, & ſequentibus capitibus refellemus.

Igitur, quod ſpectat ad primum de modo vnionis duarum naturarum in Chriſto, pro intelligentia, & explicatione controuerſiæ, notandum eſt, tanquam certum, quod ex myſterio Incarnationis inter Deum, & hominem,ſiue ex hoc, quod in Chriſto eius termino duæ reperiantur naturæ,diuina ſcilicet, & humana vnica perſona Verbi hypoſtaticè ſubſiſtentes, neceſſario ſequitur vera, & propria communicatio idiomatum, ſeu proprietatum; ita vt ea, quæ ſunt diuinæ naturæ, poſſint dici de homine tanquam de hypoſtaſi diuinæ naturæ, & ea quæ ſunt humanæ naturæ, poſſint dici de Deo,tanquam de hypoſtaſi humanæ naturæ; vnde iſtæ propoſitiones, loquendo de Chriſto, ſunt veræ, homo eſt Deus, & Deus eſt homo, nam nomen homo in prima ſignificat perſonam Chriſti, quæ eſt diuina, & nomen Deus in concreto ſignificat naturam diuinam, quæ reperitur in Chriſto; & in ſecunda ſimiliter nomen Deus perſonam Chriſti ſignificat, quæ eſt Deus; & nomen homo in concreto ſignificat humanam naturam ab eo aſſumptam.

Tota ergò difficultas eſt, vt aliqu ſit inter nos, & aduerſarios controu ſia, vtrum huiuſmodi communica idiomatum conſiſtat in eo, quod pr ter vnionem hypoſtaticam verè,& p priè prædicata diuina, & humana concreto ſumpta prædicantur de e ſuppoſito;, & mutuò inter ſe ſe, vt Catholici aſſerimus; an verò conſi in reali communicatione attributor diuinorum facta humanitati, aut in r li communicatione prædicatorum manitatis facta ipſi diuinitati, ſeu vnione naturarum, & proprietatum ter ſe, vt affirmant aduerſarij docen omnia attributa diuina, & humana uenire toti Chriſto non modo ſecu totalitatem diuini, ac æterni ſui ſup ſiti, de quo non eſt dubium, veru etiam ſecundum quamlibet eius n ram, ita vt ſecundum humanam e naturam fuerit creator, v. g. & ſec dum diuinam paſſus; quod nos tan hæreticum omnino reijcimus, para xumque abſurdiſſimum.

Sciendum inſuper eſt, quid ſit quid vniri in natura, quid in perſon vel hypoſtaſi:intelligitur enim *vnir natura*, id quod intrat quidditaten ſeu definitionem alicuius cum aliq vel tãquam pars phyſica,aut metap ſica, vel tanquam prædicatum perti ad conſtitutionem rei : *vniri auten perſona*, & non in natura,eſt vniri in bente naturam,tanquam non pertin ad conſtitutionem naturæ; ſed ex cam, & conſequenter vniri Deo no natura, erit vniri in ſubſiſtentia De

His præmiſſis probatur veritas tholica primò, omnibus illis argun tis, quibus ſuperiori tomo libr. 4. 10. cap. 6. oſtendimus contra Euryc nos, vnionem hypoſtaticam nullate fuiſſe factam in natura; ſed iuxta confeſſionem editã in Concilio C cedonenſi, credendum eſſe, *Ieſum C ſtum Dominum in duabus naturis in fuſibiliter, inconuertibiliter, indiuiſi ter, inſeparabiliter ſubſiſtere: Nulla n rarum differentia ſublata propter v*

ne

l ſalua magis vtriuſque naturæ
æ. Siquidem Sectarij Vbiqui-
n talem aſſerunt in Chriſto
hypoſtaticam, vt etiam ſecun-
anitatem ſit Deus, omnipræ-
iipotens, &c. licet verbis non
oſt eam vnionem manſiſſe in-
differentiam proprietatum
naturæ, ac proinde vnionem
am non in natura, ſed in per-
m fuiſſe, iſta enim in præſen-
r ad conuertentiam; re vera
iegant, & niſi differentia pro-
naturæ vtriuſque tollatur,
liuina in omni loco, quæ eſt
inæ proprietas, aliæque ſimi-
tere non poſſunt humanitati
x vi vnionis hypoſtaticæ, vt
dunt, fierique arcano, & inef-
o aſſerunt; Quam ergo po-
riſto vnionem hypoſtaticã,
vi illius ſit etiam Deus, &
ſens, ſecundum humanita-
gmate hæretico omnino ha-
. Maior huius argumenti
a, & ab ipſis aduerſarijs ad-
e Schmidelinus eorum præ-
epetit. Vuitemberg. recita-
ilij ſententia, anathema di-
contra ſentiunt; probatur

nſiſſe in Chriſto inconfuſam
ıræ proprietatem, vt definit
, nihil aliud eſt, quam de
ura ſolùm affirmari poſſe,
mana; & de diuina, quæ
ergo, ſi, vt volunt aduer-
vnionis hypoſtaticæ factũ
diuinæ naturæ prius erant
lerentur poſtea cum natu-
communia, debuerunt ne-
ræ inter ſe confundi, & ex
vna, ſiue per conuerſio-
tatis in diuinitatem, aut è
onuerſionem diuinitatis in
, ſiue per quamdam earum
ſiue denique per earumdẽ
em, diuina natura ſe haben-
n formæ reſpectu humanæ
itis rationem materiæ, vel

ſubiecti; vt nunc vno, nunc altero modo Eutyches, & eius ſequaces ſuam explicuere hæreſim, qua per ſummam amentiam dicebant, fuiſſe quidem in Chriſto ante vnionem duas naturas, poſt vnionem vero earum naturarum, vnam tantùm ex vtraque veluti conflatam. Quæ omnia quia ſufficienter iam refutauimus loco citato, ideo relictis prioribus modis, quos vix aduerſarij vellent admittere, ſuntque prorſus inutiles ad ſuam ſententiam tuendam, vt ex ſe patet, breuiter ſolùm hic oſtendemus impoſſibile eſſe, quod natura diuina poſſit vniri humanę per modum formæ; cum hoc duntaxat modo aliqualẽ poſſit habere apparentiam eorum deliramentum, quia etiam natura diuina eſt forma intelligibilis vnita intellectui beatorum.

Etſi enim Deus poſſit vniri cum intellectu creato in ratione formę, vel ſpeciei intelligibilis, ſicque intellectus per quamdam transformationem dici intelligibiliter Deus; implicat tamen quod poſſit vniri entitatiuè alteri naturæ per modum formæ conſtituentis; vt rectè ait Diuus Thomas 3. contra Gentes cap. 51. *Species intelligibilis*, inquit, *vnita intellectui non conſtituit aliquam naturam, ſed perficit ipſum ad intelligendũ, quod perfectioni diuinæ eſſentiæ non repugnat.* Ratio igitur iſtius differentiæ eſt, quia ſpecies, quæ dicitur forma in eſſe intentionali, & habet aliquid materialiter tantùm ad ipſam pertinens, ſicut quod ſit ſubſtantia, vel qualitas; & ſic vel inhæret intellectui ſi ſit qualitas, & recipitur in illo, vt in ſubiecto materialiter recipiente; vel intellectus inhæret illi, ſi ſit ſubſtantia, vt Angelus reſpectu ſuæ propriæ cognitionis. Aliud verò eſt, quod formaliter ſe habet in illa, nimirum quod ſit ipſummet obiectum repræſentatum, non entitatiuè, ſed intentionaliter; & ſic informat intellectũ modo obiectiuo, ſeu intelligibili; non quia in eo recipitur, vt in materia, ſed quia eius immaterialitatem terminat, quæ eſt informatio quaſi terminatiua,

non

non conſtitutiua. Neque enim ſpecies hoc modo vnitur intellectui, vt ex intellectu, & obiecto fiat, ſeu conſtituatur, aut componatur vna tertia natura, ſeu aliquid tertium operans, & intelligens. Nec vt ipſum obiectum influat etiam intellectionem partialem cum intellectu; ſi quidem obiectum partialem influentiam habere non poteſt in actum vitalem; ſed potius vt ipſe intellectus fiat ipſummet obiectum in eſſe intelligibili; vndè huiuſmodi informatio non eſt conſtitutiua, quæ eſt imperfecta, ſed quaſi terminatiua, quæ ex ſe nullam dicit imperfectionem; quatenus intellectus non ſolum eſt ſuamet entitas, ſed inſuper potentia immaterialis actuabilis, ſeu terminabilis per obiecta, non quia illa recipiat, ſic enim potius eſſet materialitas ad recipiendum, ſed vt fiat aliud à ſe, ſitque intentionaliter, mediante ſpecie, ipſummet obiectum, quod intelligit. Hincque fit, quod, cum huiuſmodi vnio obiectiua ſit pure perfectiua, ſiquidem non reſpicit ſubiectum vt materiam, in qua recipiatur, ſed vt immaterialitatem, quæ ipſo obiecto perficiatur, & terminetur; nec importat rationem partis, nec ordinatur ad totum, vt ad perfectius, non repugnet diuinæ eſſentiæ, quod vniatur cum intellectu creato per modum ſpeciei intelligibilis, qui fiat intelligibiliter Deus ſecus autem quod vniatur entitatiuè cum aliqua natura creata, ſiue informatione conſtitutiua, dicente ex ſe imperfectionem; quatenus omnis informatio, quæ fit ad conſtituendum, cum ordinetur ad aliquod totum conſtituendum, ſeu vt tertia fiat natura, non poteſt non importare rationem veræ, & rigoroſæ partis in extremis vnitis, quæ cum repugnet naturæ diuinæ, ipſi quoque repugnat informatio conſtitutiua, ſiue quod idem eſt vnio, qua natura humana in Chriſto dicatur formaliter Deus, vt volunt aduerſarij, talis enim vnio aliter fieri non poteſt, quàm dicta informatione conſtitutiua. Illam igitur aut debent admittere, quod eſt abſurdum, aut vero negare realem illam quam ponunt in Chriſto, diuinorum attributorum immediatam communicationem cum humanitate aſſumpta

Vel potius dicendum, aut eos inſi gniter verbis ludere, ac nugari; au turpiſſimè hallucinari putantes, pleni tudinem diuinitatis communicari reali ter aſſumptæ naturæ non poſſe, niſi a ſumpta natura per eam communicatio nem acceperit, vt ſit, & affirmetur eſ illa plenitudo diuinitatis. Quod erro eſt maximus, contra omnia Concilia & Patres vnanimiter docentes, comm nicari etiam plenitudinem diuinitati ac energiam verbi naturæ aſſumptæ, ei attribuitur, atque datur, non vt ſit i la, ſed tantum ſubſiſtat per illam; im communicatio idiomatum, ſiue quo in Chriſto duæ naturæ, earumque pr prietates ad inuicē prędicentur incōſ ſibiliter; fundatur in ſola vnione ſecu dum ſubſiſtentiam, vel, quod idem e in vnione hypoſtatica; natura enim h mana hocipſo eſt proprie diuino Ver hypoſtaticè vnita, quod eſt per illi ſubſiſtentiam, tanquam per terminu quemdam ſubſtantialem, à quo tanq à ſui quodam complemento depende reddita incommunicabilis, atque ad velut ſubſtantialiter completa. A q ſubſiſtentia cum re non differant nat ra diuina, & perfectiones eius; ex præ ta vnione rectè conſequitur, abſqu vlla alia, quam fingunt aduerſarij, illu eumdem hominem, & Deum, nem Chriſtum eſſe, & dici poſſe tum di na, tum humana, id eſt, Deum, & h minem, immortalem, & mortalem, i menſum, & non immenſum, &c. ſed tamen, vt non ſecundum eamdem n turam, vel diuinam, vel humanā, vtri que generis attributa de ipſo affirme tur; ſed ſecundum vnam, & eamde perſonam, & cui diuina quidem rat ne diuinitatis, & humana ratione h manitatis, ſimul conueniunt. Quæ regula à Sanctis Patribus perpetuo t dita, & neceſſario ab omnibus recip da. Nam cum idiomatum, ſiue loc

tio-

uſque generis communica-
n, ex reipſa, & ratione my-
ationis conſecuta ſit: ad il-
rem referre, atque accom-
rtet idiomata vtriuſque na-
re communicant ipſe duæ
æc res non eſt vna aliqua,
tura tertia ex illis duabus
d vna duntaxat, & eadem
hypoſtaſis Verbi: diuerſa
ata vtriuſque naturæ, non
atura, verùm vna duntaxat
hypoſtaſi Verbi, tanquam
riuſque termino commu-
at: cui proinde termino,
nmuni ſubiecto communi-
& indifferenter attribuun-
, & diuina; ſed nonniſi ſe-
n tamen, & aliam naturam,
fiat cum reduplicatione.
igitur eſſentialiter com-
omne attributum, quod
r, & quidquid perſonali-
ır de filio Dei, prædicatur
abſolutè in concreto, de
Chriſto, dummodo ſit ſi-
ione humanitatis; nam de
ur, quod eſt Deus, quod
uod eſt immenſus, & vbi-
nec non, quod pertinet
perſonalia, genitus à Pa-
m ſunt omnes huiuſmodi
, ſi ponatur reduplicatio
omo; quia non communi-
s naturæ aſſumptæ, vt ſit,
ſſe illa, ſed vt habeat illã
iſtẽtia vel hypoſtaſi Ver-
quam termino communi
ıræ. Pari quoque modo
filio Dei prædicatur ho-
uid eſſentialiter conuenit
modo ſit ſine reduplica-
ntum Deus, aut ratione
omnibus duo ſunt perſpi-
Doctores Catholicos non
e, vt falſo illis imponunt
in diuini Verbi energia,
liuinitatis realiter ſit aſ-
ræ communicata. Immo
vero affirmant id ipſum, cum vnanimiter docent, infinitum beneficium, ac munus in humanam naturam eſſe collatum, quod ad eam ſit euecta dignitatem, vt ſubſiſtat in perſona diuina. Et propterea hoc donum appellant gratiã vnionis, quia ſcilicet gratis eſt aſſumptæ naturę donatum ipſum eſſe diuinum, licet non vt ſit illud, quod ſemper præ oculis habendum eſt, ſed vt per illud ſubſiſtat; ſiue, vt compleatur à ſubſiſtentia Verbi, tanquam à quodam ſui complemento, & vltimo termino in genere ſubſtantiæ, quo redditur incommunicabilis, atque adeò conſtituitur in eſſe perſonæ, eatenuſque ab eiuſmodi Verbi ſubſiſtentia dependet, quod nulli alteri naturæ creatæ contigit. In præſenti enim materia, nomine ſubſiſtentiæ, ſecundum quam Concilia, & Patres docent vnionem humanitatis factam fuiſſe cum Verbo, & conſequenter cum eiuſdem diuinitate, ita vt vna, & eadem ſit perſona Chriſti, quatenus eſt filius Dei, & quatenus eſt filius hominis; nihil aliud intelligitur, niſi quidam modus ſubſtantialis, quem perſona, ſeu hypoſtaſis includit vltra naturam, dictus per excellentiam ſubſiſtentia, quoniam illo maximè per ſe exiſtit natura, & ſit omnino incommunicabilis alteri, vt habet definitio perſonæ. Ex qua ſubſiſtentia, & natura ita componitur illa ſubſtantia, quæ completè, & abſolutè eſt perſona, vt in ea quidẽ compoſitione non natura, ſed ſubſiſtentia ſit quiddam vltimum, quod nimirum eſt quaſi baſis, & fundamentum ipſius naturæ, omniumque ad illam conſequentium. Vnde fit, vt, quod deeſt in ratione naturæ, quo minus ipſa incommunicabiliter, & per ſe omnino exiſtat, id illi præbeat ſubſiſtentia, tanquã quoddam complementum, & vltimus terminus eius in toto ipſo genere, & complexu ſubſtantiæ nominaliter, hoc eſt abſque exiſtentia, conſideratæ.

Alterum quod ſequitur eſt, ſubſiſtẽtiam Verbi non eſſe partem naturæ humanæ, ſicuti eſſet natura diuina, ſi illi vnire-

vniretur per modum formæ; cum humana natura non pendeat à præfata ſubſiſtentia, iuxta explicata, niſi, vt à complemento ſuo quodam,& termino, cum quo vnam conſtituit perſonam, & non tertiam naturam; terminus autem & complementum rei præciſè non illico eſt ipſius rei pars. Habetur exemplum in puncto, qui eſt quidam terminus, & complementum lineæ, à quo eatenus linea pendet, vt completa, & terminata ſit; non tamen eſt lineę pars. Eodem pacto, ſubſiſtentia quidam terminus eſt, & complementum naturæ, non autem pars. Latius enim patet cõplexus totius generis ſubſtantiæ, quam illa ſubſtantia, quæ eſt natura, vt à ſuppoſito, ſeu perſona differt: vnde poteſt aliquid, in toto ipſo genere ſubſtantiæ, complementum ſubſtantiale, ſeu ſubſtantialis terminus eſſe naturæ, quod non ſit tamen ipſius naturæ pars, ſed conſtituat vna cum natura ſubſtantiam illam completam, & incommunicabilem, quæ perſona definitur.

Secundò poſſet probari veritas noſtræ concluſionis, falſitas autem oppoſitę Vbiquiſtarum ſententiæ,ex contradictione, alijſque abſurdis, quæ ſequuntur ex ipſa, verum illis deducendis ſuperſedeo, nec non afferendis eorumdem obiectionibus; cum ad veritatem noſtrę concluſionis pluſquam ſatis valeat ratio iam allata, maneantque ex illa ſoluta omnia aduerſariorum obiecta, ex hoc deſumpta, quod de Chriſto diuina ſimul, & humana prędicantur, ad hoc enim, vt ſatis oſtendimus, non requiritur, imo deſtruit myſterium Incarnationis, quod vna natura non ſolum identicè, ſed formaliter etiam fiat alia, v. g. diuina fiat humana, vt etiam aliqui ex aduerſarijs libenter fatentur, aut humana reddatur diuina ex ipſis omnibus, cum tali pacto ſaluari non poſſit in Chriſto vtriuſque naturæ inconfuſibilitas, ſed ſufficit, quod ambę per vnam, & eamdem ſubſiſtentiam verbi ſubſiſtant, vt de Chriſto diuina ſimul & humana prędicentur, nec non de ſe inuicem in concreto, vt diximus.

Breuiter ſolùm hic adnotabo, prędicata eſſe aliqua, quæ ſtante adhuc huiuſmodi ſubſtantiali, vel perſonali vnione dici de Deo non poſſunt per communicationem idiomatum; quæque, claritatis gratia, ſolent reduci à Theologis ad quatuor genera,vel claſſes, nimirum, vel quia ſunt repugnantia ad ſubiectum; vel quia ſunt ambigua, & conueniunt cum modo loquendi hæreticorum: aut indifferentia, quæ ſcilicet, naturæ, & ſuppoſito conuenire poſſunt indifferenter, & cum hoc ſuppoſito nimirum diuino ſtare non poſſunt; vel quia important appellationem propter quam ſuppoſito non conueniunt; aut tollunt eam, ratione cuius conueniunt: vel denique quia extrahũt ſubiectum à ratione vnionis,media qua ſolum poteſt communicatio interuenire, & hoc, aut ratione modi prædicandi, vt quando abſtractum de abſtracto, &c. aut ratione prædicati, quod non conuenit ſuppoſito diuino, ſed naturæ vt ab illo diſtinguitur.

CAPVT XLVII.

Statuitur contra Lutheranos Vbiquiſtas, Chriſtum Dominum non eſſe ſecundum ſuam humanitatem vbique.

ETſi reſolutio huius controuerſiæ ſatis habeatur ex præcedenti capite, vbi præcipuum euertimus huius erroris fundamentum, quod Vbiquiſtæ poſuerunt in commentitio modo vnionis hypoſtaticæ duarum in Chriſto naturarum; ratione cuius volunt naturam aſſumptam formaliter reddi diuinam, atque adeo competere illi attributum immenſitatis, vel omnipræſentiæ, cæteraque alia; nihilominus quia ex huius erroris confutatione plura pendent alia placuit de illo præſentem controuerſiam inſtituere, pro cuius intelligentia, & explicatione.

Primò

otandum eſt, vndè hic error
m traxerit originem . Erat
theranos , & Sacramenta-
luiniſtas de præſentia reali
riſti in Euchariſtia , quam
aluiniſtæ,aſſerebant Luthe-
ant illos Caluiniſtę hoc ar-
num idemque corpus non
eſſe realiter in diuerſis lo-
rpus Chriſti poſt aſcenſio-
eſt in cælo : ergo non po-
e in altari, ſeu in Euchari-
Cui argumento Luthera-
e non poſſe ſatisfacere,niſi
inctione,omnipræſentiam,
em in humanitate,vel cor-
finxerunt; & ita conceſſe-
idemque corpus non poſſe
ealiter in diuerſis locis ,
eſt vbique , ſeu omnipræ-
runt autem non poſſe ſi-
liter in pluribus locis,quã-
e, vel omnipræſens. Sic er-
nt realem præſentiam cor-
in cælo, & in altari , fece-
corpus ab aliis corporibus
od ſit vbique non minus ,
i diuinitas , cum aliud
us vno tempore non ſit ni-
. Dixerunt tamen ita eſ-
diuerſo modo ſit in cælo,
liter, & viſibiliter; in Eu-
Sacramentaliter ; vbique
liter & inuiſibiliter.
ciendum eſt illos , vt vbi-
n ſtatuãt, tripliciter Chri-
nſiderare. *Primò* phyſicè,
um conditionem, quam
ra ſua. Quo pacto negant
que. *Secundò* , quatenus
ibus præditum. Et neque
d vbique adeſſe volunt .
ndum Maieſtatem vt in-
n adeptum ſit ex vnione
erbo hypoſtatica; atque
t illi competere eſſe vbi-
tamen explicando inter
; aliqui enim aſſerunt
nſtanti conceptionis ſuæ
& certè ſuppoſito errore

quod talis vbiquitas competat ipſi ex vi vnionis hypoſtaticæ , cum talis vnio cæperit ab inſtanti conceptionis,magis conſequenter ad ſuum errorem loquuntur. Alij verò dicunt,à momento quidẽ cõceptionis,potuiſſe eſſe vbiq; ſed fuiſſe tantùm poſt reſurrectionem, alij, poſt aſcenſionẽ, alij, quando cæpit ſedere ad dexterã Dei Patris; putantes vno, vel altero ex dictis temporibus Chriſtum Dominum vſurpare cępiſſe attributa diuina , ex quibus vnum eſt vbiquitas , vel omnipræſentia . Rurſum , aliqui exiſtimant , illum neceſſario eſſe vbique : alij pro ſuo arbitrio , & quando vult . Quæ eſt altera diſſenſio ex præcedenti ſubſequens. Qui enim dicunt, illũ ab inſtãti conceptionis fuiſſe vbiq; vi vnionis hypoſtaticæ fateri tenentur , neceſſario eſſe vbique, durante vnione hypoſtatica . Qui verò affirmant , non fuiſſe vbique tempore mortalitatis, ſed poſt illud cępiſſe eſſe vbiq; conſequenter dicere debent, in illius eſſe arbitrio, vt ſit vbique, quando vult; non ſit, quãdo non vult : voluiſſe autem poſt tempus mortalitatis ſuæ, non voluiſſe illa durante .

Tertiò obſeruandum eſt, corpus aliquod, atque adeò corpus Chriſti poſſe eſſe in omnibus , aut in pluribus locis per ipſammet omnipręſentiam diuinã , vel per alterius modi præſentiam , ſcilicet creatam , & pendentem ex aliena Dei virtute . Qua ratione multi Doctores Catholici putant, quod , ſicut non repugnat vnum corpus eſse in pluribus locis , ita nec repugnet eſse in omnibus per Dei potentiam abſolutam . In præſenti controuerſia difficultas non procedit de hoc ſecundo modo , de quo agetur infra , vbi de reali pręſentia corporis Chriſti in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento ; ſed de primo modo , quo Vbiquiſtæ volunt corpus Chriſti eſſe vbique. Quod cum adhuc fieri poſſe dupliciter intelligi queat , vel per potentiam Dei abſolutam , qua quis crederet fieri poſſe , vt alicui naturæ creatæ ſecundum ſe for-

maliter communicari poſſent attributa diuina; vel per potentiā ordinariam, de hac quæſtio procedit, qua aduerſarij volunt de facto, & ſecundum id, quod reuelatur nobis in diuinis ſcripturis cōmunicatum fuiſſe corpori Chriſti eſſe vbique, per ipſammet omnipræſentiam diuinam, quod negant omnes Catholici.

Probatur primò veritas ſententiæ Catholicæ, clariſſimis Euangelij teſtimonijs Matth. 28. *Accedens Ieſus dixit eis: Pax vobis* Marci 16. *Ieſum quæritis Nazarenum; ſurrexit non eſt hic*. Et ibidem, *præcedet vos in Galilæam*. Lucæ 24. *Intrauit cum eis*. Et ibidem, *cum benediceret eis, receſſit ab illis* Ioann. 6. *Cum vidiſſet turba, quod Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius, aſcenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Ieſum*. Et cap. 14. *Vado parare vobis locum*; item, *ſi abiero, iterum veniam*; & cap. 20. *Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio*. Act. 1. *Ferebatur in Cælum, videntibus illis eleuatus eſt*. His enim omnibus terminis, *non eſſe hic, non eſſe ibi, præcedere, recedere, accedere, ire, venire, intrare, abire, eleuari, ferri, aſcendere*, pluſquam ſatis propriè ſignificatur, vel abſentia ab aliquo loco, vel aliquid, quod cum abſentia ab aliquo loco neceſſario coniunctum eſt, videlicet motus localis. Qui termini cum applicētur Chriſto Domino ſecundum humanitatem conſiderato præfatis ſcripturæ locis, manifeſtè conſtat eum ſecundum illam non fuiſſe vbique.

Quod reſpondent aduerſarij, abfuiſſe Chriſtum ab aliquibus locis non omninò, ſed ſecundum conditionem phyſicam, & glorioſam ſui corporis; ſecundum maieſtatem autem, quam fingunt, hypoſtaticæ vnionis fuiſſe ante, vel eſſe poſt reſurrectionem, ſubſtantia ſua, incircumſcripto, & arcano modo re vera vbique præſentem, omnino friuolum eſt; præterquam enim recedunt à ſenſu vero, proprio, & plano teſtimoniorum allatorum, quibus aſſeritur, Chriſtum tam in ſtatu mortalitatis, quā immortalitatis, poſt reſurrectionem, abfuiſſe ſimpliciter ab aliquibus locis, vt hominem; non minus certè, quam abeſt quiſpiam alius homo à loco vndè diſcedit, in quo nullo modo manet ſecundum ſubſtantiam ſuam præſens; vt vbiquitatem à ſeculo inauditam inducant, multa inſuper abſurda indè conſequuntur, eidem ſcripturæ contraria, ex quibus refutatur, & probatur ſecundo veritas noſtræ concluſionis.

Nam ſi Chriſtus, vt aiunt, nec eſſet, nec fuiſſet vbique localiter, & viſibiliter, nihilque aliud citatis teſtimonijs ſignificaretur: eſſet tamen, & fuiſſet vbique illocaliter, & inuiſibiliter, ſequeretur, corpus, & ſanguinem Chriſti, in inſtanti conceptionis ſuæ, fuiſſe localiter in vtero materno, & illocaliter in toto mundo: ac proindè Chriſtū in vtero conceptum eſſe localiter, in toto mundo illocaliter, & inuiſibiliter. Item in cruce paſſum eſſe localiter, & viſibiliter, in toto mundo illocaliter, & inuiſibiliter: quæ, & ſimilia, cum ſint pluſquam abſurda, reijci omnino debet ficta ab aduerſarijs corporis Chriſti vbiquitas; firmaque manere catholica veritas de abſentia ſubſtantiali corporis Chriſti ab aliquibus locis, ſicut teſtimonia ſcripturæ ſonant, non minus, quàm abeſt quiſpiam alius homo à loco vnde diſcedit; in quo nullo modo manet ſecundum ſuam ſubſtantiam præſens, vt iam diximus.

Deindè præfata aduerſariorum diſtinctio accommodari non poteſt citatis ſcripturæ locis, quibus Chriſto Domino tribuitur motus localis, omniſque Eccleſia ſemper credidit eum ex monte Oliueti veriſſimè ad cælum vſque aſcendiſse. Si enim humanitas Chriſti ſecundum ſuam ſubſtantiam eſt vbique, certum eſt quod ſecundum ſubſtantiam ſuam moueri non poteſt, aut migrare de loco in locum. Nam ſubſtantia, quæ vbique eſt, ſeu omnipræſens locum mutare non poteſt. Nec ſatisfacit, ſi dicatur non poſſe quidem mutare

um; quatenus vbique eſt
& illocaliter; poſſe tamen
icubi eſt viſibiliter, & lo-
uidquid enim fit de mo-
accidentibus humanitatis
ſmodi ſunt eſſe viſibile,
e, eſſe locale, vel illoca-
ſermo de ipſa ſubſtantia,
a eſt vbique, vt volunt ad-
n poteſt reipſa moueri de
n,contra proprium ac per-
rę Scripturæ loquendi mo-
l clarè conſtat in ſubſtantia
m reipſa ſit immenſa; &
ens, nullo modo nec viſi-
inuiſibiliter poteſt de loco
cum motu propriè dicto,
oricè de illo intelligitur,
18. V. 10. habetur: *Dixit*
us: Deſcendam, & videbo,
a loca; Igitur humanitas
propriè, & non tantum
poſſit moueri de loco in
igente corporea eius con-
inæque ſcripturæ talem ei
uant, non propriè eſt vbi-

batur veritas catholica,
cui innititur fundamento
illam Vbiquitas humani-
ſcilicet ex vnione hypo-
uſa eſſe in aſſumptam hu-
mnia Dei attributa; vel
rſona diuina realiter vni-
municata eſt humanitati
etiam attributa diuina,
m eſt vbiquitas, ſeu om-
At hoc falſum eſt eo,
ſenſu. Cum enim tribus
lligi poſſit; primò, quod
a ſint humanitati, non in
oſito, ſeu perſona Verbi;
od communicata ſint ei-
ati non ſolùm in perſona
etiam in ipſa humanitate:
oxime, immediate, & for-
tantùm mediate, conſe-
entice; Tertiò, quod cō-
ipſi humanitati in ſe pro-
iate, ſicut ſubſiſtentia illi

communicata eſt: ac proinde ſicut rectè dicimus humanitatem Chriſti ſubſiſtere ſubſiſtentia diuina; ſic etiam rectè dici, humanitatem Chriſti omnipotentem eſſe omnipotentia diuina; & vbique præſentem immenſitate diuina: cum, inquam his tribus modis res intelligi poſſit, ita nos Catholici duobus prioribus modis illam admittimus, & ad fidem pertinere credimus, vt illi ſit contrarius tertius, quem docent aduerſarij, & in quo falsò putant communicationem idiomatum conſiſtere, vt ſuperiori capite ſatis oſtendimus.

Quartò demum inconcuſſa remanebit veritas Catholica ex ſolutione obiectionum contra illam. Quarum prima deſumitur ex quibuſdam ſcripturæ locis ineptiſſimè ab aduerſarijs ad ſuam opinionem detortis, Matth. 18. *Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio illorum*; & cap. 28. *Ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi*. Epheſ. 4. *Aſcendit ſuper omnes cęlos, vt impleret omnia*.

Reſpondetur enim ad primum locū, neminem eſſe, præter ipſos, qui non fateatur illum ſecundum gratiam, vel prouidentiam, aut ſpirituale Chriſti regnum, atque virtutem, quæ ad omnia ſe extendit, explicari debere. Et eos certè illum per quam abſurde, & ridicule ad inſtitutum ſuum accommodare ſatis conſtat. Quid enim de loco dicent, vbi nullus, aut vnus tantùm fuerit congregatus in nomine Chriſti? an non etiam ibi vbiquitatem illam, pro qua pugnant, habebit? nullum ergo dubium eſt, quin eo loci ſermo ſit de alio quodam præſentiæ modo, ſcilicet ſecundum protectionem, vel gratiam, quę tum maximè promeretur, cum duo, vel tres in nomine Chriſti congregati, hoc eſt plures illam orando humiliter petunt. Deinde vbiquitas ex aduerſarijs competit humanitati Chriſti ex vi vnionis hypoſtaticæ, atque adeò neceſſario, quique ex ipſis id negant, inconſequenter loquuntur, impoſſibile enim eſt, alicui realiter commu-

nicari omnipræſentiam ; & non eſſe actu omnipręſentem ; ſicuti impoſſibile eſt, alicui realiter communicari albedinem, & non eſſe actu album. Dum igitur promittit Chriſtus, & quaſi promiſſum reſtringendo ait; ſe potiſſimum in medio illorum futurum, qui fuerint congregati in nomine eius, non de pręſentia per fictam aduerſariorum vbiquitatem loquitur, ſed modo dicto, nimirum ſecundum protectionem, & gratiam, quem vt libere petunt congregati in nomine eius, ita & libere illis conceditur.

Ad alterum locum reſpondetur ex Diuo Auguſtino tract. 50. in Ioannem; vbi expreſſe docet, impleri promiſſionem illam ſecundum maieſtatem diuinitatis Chriſti, item ſecundum prouidentiam, ſecundum ineffabilem, & inuiſibilem gratiam. Secundum carnem autem atque humanitatem Chriſti ait, impleri illud alterum Matth. 26. *Me autem non ſemper habebitis*.

Ad tertium reſpondetur, quod Apoſtolus dixit, Chriſtum aſcendiſſe *Super omnes cælos vt impleret omnia*, id referri debere ad virtutem Chriſti, qui aſcendens in altum omnis generis donis Eccleſiam compleuit; vt enim præclare ait Diuus Cyrillus lib. 9. in Ioann. cap. 21. *Credere oportet fidentes, quamuis à nobis Chriſtus corpore abſit, virtute tamen ſua omnia, & nos gubernare, &c. Nam quemadmodum, quando homo in terris conuerſabatur, tunc etiam cælos implebat: ita modo cum ſit in cælis cum carne, terram tamen replet, & cum eis eſt, qui eum diligunt.* Dici etiam poteſt, ex D. Thoma, ibi lect. 4. Apoſtolum dixiſſe Chriſtum aſcendiſſe *ſuper omnes cęlos vt impleret omnia*, ad ſignificandum eum peregiſſe, atque adeo impleuiſſe omnia myſteria, quæ de ipſo fuerant ante pręſcripta, e quibus vnum fuit illa aſcenſio in cælum. Eo ſenſu, & phraſi quibus ipſemet Chriſtus Dominus ait Lucæ 24. *Oportet impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege, & Prophetis, & Pſalmis de me.* Porro præfatum locum nihil fauere aduerſarijs patet; qui enim eſt o[...]nipræſens, vt aiunt eſſe Chriſtum e[...] vnionis hypoſtaticę, neceſſe non eſ[...] moueatur, aut alio migret, vt illud [...]cundum ſuam ſubſtantiam impleat.

Secunda obiectio petitur ex vnio[...] hypoſtatica: Chriſti humanitas, [...]quiunt, eſt, & ſubſiſtit in perſona V[...]bi diuini: ergo vbicumque eſt perſ[...] Verbi diuini, ibi eſt humanitas. R[...]pondetur conſequentiam eſſe falſam[...] vt enim humanitas intelligatur ſub[...]ſtere per Verbum diuinum, ſatis ei [...] ſi illud ſit, vbi eſt illa humanitas; no[...] autem è contra debet eſſe humanita[...] vbicumque eſt Verbum diuinum. H[...]manitati ſi quidem ſufficit vnus locu[...] vt à præſente ſibi verbo diuino ſub[...]ſtentiam habeat. Quemadmodum [...]manus ſubſiſtat ſuo modo per anima[...] ſatis illi eſt, vt vbi ipſa eſt, ibi etia[...] ſit anima; neque requiritur, vt ibi [...]manus, vbicunque eſt anima, v. g. i[...] capite, & in pede. Sic & nos vt noſ[...] quodam alio modo ſuſtentemur, & c[...]ſeruemur per diuinam virtutem, ſu[...]cit, vt vbi nos ſumus, ibi ſit Deus, n[...]que oportet, vt ipſi ſimus, vbicumq[...] eſt Deus.

Quo vltimo exemplo ad hanc ipſa[...] rem declarandam aptiſſimo vſus [...] Diuus Auguſtinus epiſtola 57. ad Da[...]danum; vbi non modo fictiſſimam i[...] vbiquitatem apertiſſimè negat, ſed p[...]rindè prorſus ac ſi contra huius te[...]poris Sectarios diſputationem habu[...]ſet, oſtendit, ex Incarnationis myſte[...] minime ſequi, quod Chriſti huma[...]tas præſens adſit vbicumque eſt De[...] aut Verbum diuinũ, præfatoque exe[...]plo ſoluit argumentum, quod inde p[...]tunt. *Non eſt*, inquit, *conſequens, [...] quod in Deo eſt, ita ſit vbique, vt De[...] Nam & de nobis veraciſſima Scriptu[...] dicit, Actuum 17. quod illo viuimus, m[...]uemur, & ſumus: neque tamen, ſicut il[...] vbique ſumus. Sed aliter homo ille in D[...] quoniam aliter Deus in illo homine, p[...]prio quodam, & ſingulari modo. Vna e[...] perſona Deus, & homo eſt, & vtrumq[...] eſt*

*riſtus, & vbique per id, quod in cęlo autem per id, quod ho-*a Auguſtinus loco citato, s patet, ipſum non tantum quod humanitas Chriſti ſit raliter, ſicut ipſe Deus, vt duerſarij eludere vim huius s; ſed vult prorſus illam hu- quantumuis ſupernaturali- Verbo vnitam, nullo modo æſentem, propterea quod ſit cundum ſubſiſtentiam. Sicut vt ibi ait Auguſtinus, ſumus præſentes, vbicumque eſt in illo, quodam alio modo ſimus. Superſedeo alijs Sophiſticis argumentis, eo- diluendis, nec non ex dictis do, quo ſit in Chriſto com- diomatum vtriuſq; naturæ. ſufficiat de pręſenti contro- ſus Lutheranos Vbiquiſtas.

P V T XLVIII.

tra Lutherum, & Caluinum, Sequaces, Chriſtum, vt m, nulla vnquam labo- uiſſe ignorantia priuatiua.

veritatis intelligentia no- eſt, triplicem diſtingui ine ignorantiam. Prima diſpoſitionis, quæ nimi- culpabilis, vel habet ad- em intellectus errorem. atiua: quando nimirum rei, quæ non ſolum po- omine, ſed etiam ita de- nit; adeo vt, ſi neſciat, im- hoc ipſum (moraliter rem uidam defectui, vel im- minis, attenta eius con- in particulari, vt ſcilicet li vel tali fungitur mune- , vel ſaltem in genere, præciſe ipſam dignita- itatem animæ rationalis. ignorantia purę negatio-nis. Et eſt ignorantia, ſeu potius ne- ſcientia rei, quæ etſi abſolutè quidem poteſt ſciri, tamen non ita, vt ſi neſcia- tur, propterea tribui debeat cuidam im- perfectioni, aut imbecillati humanæ.

Hac diſtinctione præmiſſa, certum apud omnes eſt, Chriſtum Dominum nullam vnquam habuiſſe ignorantiam prauę diſpoſitionis dictam; cùm enim fuerit ab initio beatus, atque adeo ſci- uerit certò, & ineffabiliter omnia, quæ ad ipſum ſpectabant, poterat per ea omnem prorſus vitare in ſe errorem.

Extra controuerſiam quoque eſt, fuiſſe in Chriſto vt homine ignorantiã purę negationis, ſeu potius neſcientiã, hoc enim ipſo, quod vt homo non com- prehendit diuinam eſſentiam, cuicun- que intellectui creato incomprehenſi- bilem; non omnia ea ſciuit, quę ſunt in Deo eminenter; Eoquę ſenſu, ſiue de hac ignorantia poteſt intelligi S. Augu- ſtinus expoſit. 2. in Pſalm. 21. vbi ex- plicans de Chriſto illa verba: *Deus Deus meus, quare me dereliquiſti?* ita ait: *Loquitur cauſſam ignorans, quare illum dereliquerit Deus*. Cum enim Chriſtus vt homo, non comprehenderit omnia conſilia Dei; fortę voluit Auguſtinus indicare, illum non omnem ſciuiſſe cauſam, ob quam illum Pater æternus in paſſione dereliquerit. Vel etiam in- telligi poteſt de Chriſto homine, ſpe- ctata nudè illius humana natura, vt mox dicemus.

Tota igitur controuerſia eſt, an Chri- ſtus vt homo, habuerit vnquam ali- cuius rei ignorantiam priuatiuam; po- tuiſſe enim illam habere, nullam vide- tur inuoluere contradictionem, ſicut etiam certum eſt, eum per facultatem mere naturalem ſuam, ſecluſis donis diuinitus ei communicatis, multa neſciuiſſe, v. g. cauſam conſilij diuini, quando eum in paſſione dereliquit; ſi- cut etiam Diuus Thomas 3. part. quęſt. 15. art. 3. ad 1. explicat, quod dixit Damaſcenus libr. 3. cap. 21. Chriſtum aſſumpſiſſe *naturam ignorantem, & ſer- uilem*, ſcilicet ex ſe, vel ea nudè conſi-

dera-

derata. Ac eodem ſenſu dixit Athanaſius ſerm. 4. contra Arrianos poſt medium, *Verbum induiſſe carnem ignorationi obnoxiam*.

His prænotatis, circa præſentem controuerſiam Lutherus in conc. de Natali Domini, & in conc. de Dominica I. poſt Epiphaniam: Caluinus in cap. 24. Matth. V. 36. alijque plures, Agnoitas ſecuti, apud Liberatum in Breuiario, & Gregorium Magnum lib. 8. epiſt. 42. Sophronium epiſt. ad Honorium, & Nicephorum libr. 18. cap. 50. affirmatiuam partem tenent docentes, Chriſtum neſciuiſſe planè diem iudicij extremi, quantumuis ipſe Iudex hominum conſtitutus, & alia, quæ inſtar aliorum hominum procedente ętate didicerit, cum antea nullo modo, vt homo ſciuerit.

At certiſſima, & conſtantiſſima eſt, ſemperque fuit omnium Orthodoxorum ſententia, Chriſtum Dominum nulla vnquam laboraſſe eiuſmodi ignorantia priuatiua, ſed per aliquam etiam ſcientiam creatam, & non ſolum per diuinam, de quo non eſt dubium, ſciuiſſe ipſum ſemper omnia ea, quorum ignorantia, vt notauimus ſupra, aliquam imperfectionem hominis denotat. Dicitur, ſciuiſſe ipſum hæc omnia per aliquam ſcientiam creatam: nam quod determinatè hæc nouerit per creatam ſcientiam beatam, & infuſam, licet veriſſimum ſit, vt docent Theologi 3. p. quæſt. 10. & 11. quia tamen non eſt ita certum, quam id quod modo aduerſus hæreticos aſſerimus, ideo, præſcindendo à qualitate ſcientiæ, dicimus, Chriſtum omnia pręfata ſemper ſciuiſſe per aliquam demũ ſcientiam creatam, quæcumque illa fuerit.

Probatur primo authoritate diuinarum ſcripturarum, in quibus Chriſto homini, vt homini, ſicut de illo in illis eſt ſermo, propter adiunctam diuinitatem tribuitur abſoluta, & perfecta omnium futurorum ſcientia. Vnde colligitur eum, ex quo per myſterium Incarnationis ſimul fuit Deus, & homo, hoc eſt, ab inſtanti ſuæ conceptioni[s] nulla vnquam laboraſſe ignorantia p[ri]uatiua, quæ ſcilicet cum abſoluta, [&] perfecta ſcientia conſiſtere non pote[st].

Huiuſmodi ſcripturæ teſtimonia [in] veteri Teſtamento ſunt, Pſal. 44. V. [8.] *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitiæ p[ræ] conſortibus tuis.* Et Iſaiæ 11. V. 1. *Eg[re]dietur Virga de radice Ieſſe, & flos de r[a]dice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper e[um] Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ, [&] intellectus, Spiritus conſilij, & fortitu[di]nis, Spiritus ſcientię, & pietatis.* Ex n[o]uo autem Teſtamento; Matt. 12. *Ie[ſus] ſciens cogitationes eorum dixit eis*, [&] Lucæ 2. *Confortabatur Spiritu, plen[us] gratia*; Ioannis 1. V. 14. *Et verbum [ca]ro factum eſt, & habitauit in nobis,* [&] *plenum gratiæ & veritatis*; & V. 16. [De] *plenitudine eius nos omnes accepimu[s]*. Cap. 6. V. 64. *Sciebat ab initio Ieſus [qui] eſſent, non credentes, & quis traditu[rus] eſſet eum*: cap. 6. V. 30. *Nunc ſcim[us] quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi,* [vt] *quis te interroget*: cap. 18. *Ieſus ſci[ens] omnia quæ ventura erant ſuper ſe*; & ca[p.] 21. *Domine tu omnia ſcis*: Coloſſ. 1. [V.] 19. *quia in ipſo complacuit omnem ple[ni]tudinem inhabitare*, & cap. 2. V. 3. [In] *quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſc[ien]tiæ abſconditi*; his enim, & alijs ſim[i]libus loquendi modis pluſquam ſa[tis] conſtare videtur talem in Chriſto fui[ſſe] ſcientiam creatam, increata enim vt h[o]mo vti non poterat, quæ omnem pr[or]ſus expelleret ignorantiam priuatiua[m].

Et ita, quæ eſt ſecunda ſenten[tiæ] Catholicæ probatio, præfata ſcriptu[ræ] loca intellexerunt vnanimiter Patre[s,] ſpecialiterque docuerunt, quod ma[xi]mè negant aduerſarij, Chriſtum Do[mi]num non ſolum vt Deum, ſed vt hom[i]nem ſciuiſſe diem iudicij, quem ad [ip]ſum pertinebat ſcire. Ex Græcis, E[u]ſebius Cæſarienſis libr. 10. de dem[on]ſtrat. Euangel. lib. 10. cap. 8. Atha[na]ſius diſput. in Concilio Nicæno con[tra] Arium, omnino conſulendus; vbi p[lu]multa; *Atqui ipſe ſeries lectionis oſt[en]di[t]*

ei illam diem, & horam pro-
am ſi Ariani ſua inſcitia in-
nt. Vbi enim dicit, ne filius
i diſcipulis recenſet ea, quæ
ntecedunt, dum, inquit,
tura ſunt, ac tum denique fi-
i ea, quæ diem illum antece-
tur, omnino in cognitione ſua
quæ poſt res prænuntiatas ſub-
. Si enim diem neſciret, nun-
diem anteueniunt, deſignaſ-
narus, quando ea hora futu-
ſilius in epiſtola ad Amphi-
& apologia ad Cæſarianos
lis diſceſſione, & de fide:
quit, *& horam & diem in-*
. Epiphanius in Ancorato.
Nazianzenus orat. 20. quæ
n Baſilij: *Proficiebat,*inquit,
ætate, ita etiam ſapientia:
in illo incrementum caperet,
quod à principio perfectum
s eſſe poteſt, ſed quod hæc pau-
ntur, & elucerent. Item
eſt 4. de Theologia; Gre-
nus orat. 3. de feſto Paſ-
s Chriſoſtomus ſerm. de
yrillus Alexandrinus ana-
4. aduerſus Theodoretum,
oannem, cap. 17. Iſidorus
1. epiſt. 117. Victor An-
cap. 13. Marci; Titus Bo-
p. 2. Lucæ. Sophronius
anus epiſt. ad Honorium
habetur in VI. Synodo
probatur act. 13. in qua
Agnoitarum author dam-
annes Damaſcenus lib. 3.
idei cap. 21. & 22. Qui
Græci ſeptem priorum
ſi locis citatis potiſſimum
pugnare contra Arianos
diuinitatem, atque adeò
c Patrem diem vltimum
, quod negabant Ariani
24. & Marci 13. *De die*
o ſcit, neque filius, non di-
Chriſto duplicem natu-
& humanam; eamdem ta-
tionem attribuunt etiam

vt homini, ſeu quantum ad humanitatem, non quidem ſecundum ſe, ſed ex diuina reuelatione, conſequenter ad vnionem hypoſtaticã; vt recte ait Gregorius Nazianzenus orat. 36. citata: *Ecqui igitur dubium eſſe poteſt, quin horam quidem, vt Deus, cognitam habeat, ignoret autem vt homo, ſi quis partem aſpectabilem ab ea diſiungat, quæ mente ſola perſpici poteſt?* Nec non ex eodem Ioannes Damaſcenus libr. 3. cap. 21. *Scire,* inquit, *operæ pretium eſt, Chriſtum ignoratione quidem laborantem, ac ſeruam naturam aſſumpſiſſe. Hominis enim Dei conditoris ſui ſerua eſt, atque in futurarum rerum ignoratione verſatur. Quare ſi de Theologi Gregorij ſententia, id quod in oculorum aſpectum cadit, ab eo quod mente, atque intelligentia percipitur, diſtinxerit, ſerua, & ignorans, caro Chriſti dicitur. Verum ob perſonæ identitatem, atq; indiuulſam coniunctionem, Domini anima rerum futurarum cognitione, quemadmodũ, & reliquis miraculis locupletata eſt, &c*

Præfatos autem Patres nedum Chriſto, vt Deo, Patrique conſubſtantiali, attribuiſſe notitiam diei vltimæ, ſed etiam vt homini, dependenter tamen à Deo, reuelationeque ab eo acccepta, præterquam ex eorum verbis ſatis colligitur, ſequentia inſuper demonſtrant argumenta. *Primò* quod obijcientibus Arianis prefata Matt. & Marci loca, nunquam reſponderunt illis, Chriſtum vt hominem diem vltimum ignoraſſe, qua tamen ratione facile ſe expediuiſſent ab eorum obiectione, quod enim ſecundum hominem id neſciuiſſet, id nihilo magis diuinæ eius naturæ derogaſſet, quam quod mortalis fuerit. Id igitur cum nunquam reſponderint, ſicut, vbi ait Chriſtus, Pater maior me eſt, id interpretati ſunt de Chriſto ſecundum humanitatem, manifeſtum eſt argumentum, eos in Chriſto etiam vt homine agnouiſſe notitiam diei iudicij. *Secundò*, quia vbi eadem Matt. & Marci exponunt loca, non ſolùm non reſpondent Chriſtum vt hominem ignoraſſe diem iudicij, ſed ad varios recurrunt

runt modos, quibus verificari poſſet, quod Pater ſolus,& non Chriſtus illum nouerit. Clarè enim indè videtur conſtare Patres in Chriſto abſolutè talem notitiam admiſiſſe, alias non debuiſſent recurrere ad varios modos explicandi talia loca, ſed abſolutè dicere, vel concedere illa eſſe vera. *Tertiò*, quoniam pro ratione talis non ignorantiæ in Chriſto abſolutè, afferunt, vt Athanaſius, & Gregorius Nazianzenus, locis citatis, quod ea ſciuerit, & elocutus fuerit exactiſſimè,quæ illam horam antecedunt, ac quæ velut in ipſo finis articulo ſunt; quæ omnia cum Chriſtus vt homo ſuis diſcipulis reuelarit, ea quoque prius vt homo cognoſcere debuit; nec non ipſammet horam, diuina reuelatione ipſi facta. *Quartò* demum, quia Patres, maximè qui poſt Agnoitas circa annum Domini 540. floruere, illam Chriſto notitiam diei iudicij conceſſerunt, quam pręfati hęretici ipſi adimebant, ſed non adimebant vt Deo,ſed vt homini, vt patet ex Sophronio loco citato,& refert Nicephorus lib. 10. cap. 50. his verbis: *Agnoitæ dicunt,Deum quidem verbum omnia noſſe, humanitatem verò ſecundum ſubſiſtentiam ei vnitam per multa ignorare. Neſcire ſane horam & diē mundi totius conſummationis, vt pote Patre minorem.* Patres igitur nedum Chriſto vt Deo per ſcientiam increatam, ſed eidem vt homini, per aliquam ſcientiam creatam, quæcunque illa fuerit attribuerunt ſcientiam diei iudicij, nec non omnium aliorum rerū futurarum præſertim, quarum ignoratio aliquam imperfectionem eius denotaret; attenta ſumma eius dignitate.

Eidem veritati cum Patribus Gręcis adſtipulantur concorditer Latini, Hilarius lib. 9. de Trinitate. Ambroſius lib. 5. de fide cap. 8. Hieronymus ad cap. 11. Iſaiæ, & 31. Ieremię; ad cap. 24. Matth. Auguſtinus libr. 2. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 29. Fulgentius reſpoſitione 3.adFerrandum Diaconum. Caſſiodorus ad Pſalm. 9. ac demum Gregorius Magnus libr. 3. epiſt. 42. ad Eulogium Patriarcham Alexandrinu qui ſcripſit contra Agnoitas:*Ita*,inq *doctrina veſtra per omnia Latinis Pa bus concordauit, vt mirum mihi non eſ quod in diuerſis linguis Spiritus non f rit diuerſus, &c. De eo vero quod ſcri eſt: Quia diem & horam, neque fili neque Angeli ſciunt: omnino rectè veſ Sanctitas ſenſit, quoniam non ad eumd filium, iuxta hoc quod caput eſt, ſed iu corpus eius,quod ſumus nos, eſt certiſſ referendum.* Quod ex doctrina Diui A guſtini confirmat multis in locis; tū loquens de Chriſto homine ait: *V & hoc intelligi ſubtilius poteſt:quia Inc natus Vnigenitus, factuſque pro nobis mo perfectus, in natura quidem huma tatis nouit diem, & horam iudicij, ſed men non ex natura humanitatis no Quod ergo in ipſa nouit, non ex ipſa uit, qua Deus eſt homo factus;diem & ram iudicij non niſi per deitatis ſuę pot tiam nouit*, &c.

Tertio probatur ſequentibus rat nibus, vel congruentijs; prima eſt,q indecentiſſimum fuiſſet,vt anima rat nalis Chriſti vnita hypoſtatice Ve diuino, quod infinita ſapientia eſt, boraſſet vnquam vlla labe ignoran priuatiuæ; maximè cum, vt ait Di Thomas 3. p. quęſt. 15. art. 3. vbi ctat hanc materiam, ad eum finem nerit,vt depelleret ignorantiæ tene humano generi per peccatum offuſ Secunda,quia ex eodem Sancto Doc re, habuit plenitudinem ſcientiæ, ipſe & Theologi cum illo proban parte quæſt. 10. & 11. plenitudo au ſcientiæ excludit omnem ignoranti priuatiuam; ſicut plenitudo gratiæ cludit fomitem peccati; in Chriſto tur nulla prorſus fuit ignorantia pri tiua, ſecundum humanitatem conſi rato. Supereſt vt breuiter obiectis tisfaciamus.

Primo igitur aduerſarij opponun lud Matth. 24. & Marci 13. *De die tem illam nemo ſcit, neque filius*; at intelligi non poteſt de filio ſecundu diuinitatem,ergo de illo ſecundum mānitatem. Reſpon

detur,hanc eſſe eorum con-
, quam Sancti Patres nun-
erunt, ſed explicantes præ-
mper, & vbique Chriſto in
ura illam notitiam attribue-
hac tamen differentia, quod
am habuit à ſe, ſiue per eſ-
b alio autem, vt homo, hoc
virtute. Vnde ſemper, vt
bam,ſuppoſuerunt tanquàm
indubitatum, Chriſtum ſe-
manitatem ſpectatum, ſci-
te diem, & horam iudicij,
erſati ſunt in explicando,
cum id abſolutè ſciret, po-
dicere ſe neſcire; vnuſque
tus, nimirum ſe neſcire ex
ſa humanitate; alter ſe ne-
clarct, alijque ſimiles, qui
nt luculenter explicati in
ribus locis citatis.

obijciunt illud Lucę 2. *Pro-
tia, & gratia apud Deum*,
Qui enim proficit ſapientia
id prius ignorare, igitur ſi
a proficiebat debuit aliqua
re, quorum notitiam de-
ris compararet.

etur Sanctos quoque Pa-
n talem ex illo loco dedu-
ientiam, ſed illum intelle-
ntia acquiſita, & experi-
qua quidem proficiebat in
ddiſcendo per propriam
, ſed quod idem alioqui
t per ſcientiam beatam, &
ſecundò, de profectu gra-
uiuſcumque ſcientiæ, non
ſed ſecundum effectus
nt citati Patres, præſertim
azianzenus, & Cyrillus
.

ciunt Chriſtum Matt. 26.
r ſi poſſibile eſt, tranſeat à
idetur enim Chriſtus hoc
ſciuiſſe, an hoc eſſet poſ-
ſi ſciuiſſet eſſe poſſibile,
i poſſibile eſt; ſi autem
mpoſſibile, non id petijſ-

Reſpondetur hãc authoritatem nihil fauere aduerſarijs, qui cum non negent Chriſtum ſuam cognouiſſe paſſionem futuram, tenentur quoque illam explicare, nec poſſunt ex illa aliquam in Chriſto ignorantiam ponere. Dicendum eſt ergo Chriſtum, & poſſibile, & impoſſibile id eſſe ſciuiſſe diuerſa ratione: poſſibile nimirum abſolutè, & ſecundum ſe; impoſſibile autem ex ſuppoſitione æterni, & immutabilis decreti diuini: ideoque, tali attenta impoſſibilitate, id abſolutè non petiuit, ſed conditionate tantum, ſi eſſet poſſibile, idque non vt id obtineret, quod ſciebat ſe non obtenturum; ſed vt per eam inclinationem naturalem conditionalem voluntatis ſuæ in vitam, oſtenderet ſe verum eſſe hominem, qui naturaliter perhorreret imminentem mortem.

Obijciunt quartò, quod ait Apoſtolus ad Heb. 2. *Debuit per omnia fratribus ſimilari*; & cap. 4. *Tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato*; quaſi indè ſequatur Chriſtum habuiſſe ignorantiam vt nos, tametſi abſque peccato. Ita Caluinus ad cap. 2. Lucæ V. 40. *Quæritur*, inquit, *an non ſtatim, ex quo conceptus fuit in vtero matris, excelluerit omni donorum ſpiritualium plenitudine. Reſponſio facilis eſt: Si nihil derogat eius gloriæ, quod prorſus exinanitus fuit; neque hoc ab eo eſt alienum, quod ſicut adoleſcere corpore, ita & ſecundum animam noſtræ cauſa proficere voluerit. Et certè cum docet Apoſtolus per omnia fuiſſe nobis ſimilem, excepto peccato, proculdubio hoc quoque comprehendit, quod eius anima ſubiecta fuerit ignorantiæ.*

At longe aliam fuiſſe Apoſtoli mentem præfatis locis ſatis patet ex eo, quod ait de Chriſto Coloſſ. 1. 19. *Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare*; & cap. 3. *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi.* Dicimus ergo non ſecundum omnia omnino Chriſtum ex Apoſtolo debuiſſe eſſe nobis ſimilem, excepto peccato; ſed ſecundum ea omnia quidem, quæ & homini naturalia ſunt, & ad fi-

nem redemptionis conducebant, neque dedecebant naturam hypoſtaticè vnitam Verbo diuino. Ignorantia autem priuatiua nec decuit talem naturam, neque ad finem redemptionis conducebat, imo potius ei repugnabat, qui fuit, homines potius docere, & ab ignorantiæ vulnere ſanare. Itaque minimè illam Chriſtus ſuſtinuit, ſicut neque morbos, item corporales, etſi neque ipſi ſint peccatum. Vndè non valet conſequentia Caluini, imo ineptiſſima eſt, quod ſi Chriſtus exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, & alios corporis defectus, debuerit quoque noſtram ſuſcipere ignorantiam; nā paſſionem, & mortem ideo ſubiuit, vt patienter hęc ſuſtinendo nobis promereretur ſalutem: ignorantia vero, non per ignorantiam, ſed per ſcientiam, qualem habuit Chriſtus perfectiſſimam, vinci, ac ſuperari debuit.

Quinto & vltimò ait Caluinus ad cap. 24. Matth. V. 36. *Quod ſecundum hominem Chriſtus diem vltimum neſciuit id nihilo magis diuinæ eius naturæ derogat, quam quod mortalis fuit*; igitur ſicut mortalis fuit, ita & ignarus diei vltimę.

Reſpondetur ineptiſsimam quoque eſſe huiuſmodi conſequentiam; non enim ponimus in Chriſto ſcientiam illius diei, & cęterorum ſecundum humanitatem, quia ſi illa, aut alia careret, propterea Deus non eſſet, aut naturæ diuinę quidquam detraheret; cum abſolutè, ſiq; Deus voluiſſet, talem ſcientiam ſecundum humanitatem potuerit nō habere, & ſimul tamen verum Deum eſſe; ſed propter rationes dictas, in authoritate ſcripturæ, & Patrum fundatas, quæ non currunt in hoc, quod mortalis fuit, & ideo talis, nequaquā autem ignorans de facto fuit. Tantum de præſenti controuerſia contra hæreſim ſectariorum, quam, Nicephoro loco citato iam ſuo tempore circa annum 1300. euanuiſſe, profundoque ignorantiæ immerſam fuiſſe teſtante, inde iterum ſuſcitarunt, eoque impudentiæ aliqui eorum deuenerunt, vt dixerint, Chriſtum, etiam ſi modo in

cælis ſit, tamen nec præſentia, nec [...]tura noſſe, niſi ei à Patre reuelentur; [...] in iſtis miſeris hominibus abyſſo ab[...] ſum inuocante.

CAPVT XLIX.

Oſtenditur contra Caluinum, aliquid [...] ipſi Chriſtum meruiſſe.

CVm multa fuerint præclara Ch[...] ſti hominis, tàm in vita mort[...] quàm poſt illam priuilegia, variæ q[...] que ſunt Doctorum Catholicorum [...] ua fide inter ſe controuerſiæ, circa [...] quæ meruit, nec ne, item circa mod[...] & tempus ea merendi, de quibus in [...] ſenti non agimus, ſed tantùm de [...] quod pertinet ad fidem contra hær[...] cos, Caluinum præſertim audaciter [...] centem libr. 2. inſtitut. cap. 17. Ch[...] ſtum Dominum nihil ſibi prorſus [...] ruiſſe, benè tamen nobis.

Certum igitur eſt apud omnes [...] thodoxos, Chriſtum Dominum ſibi [...] rè meruiſſe gloriam ſui corporis per [...] ſurrectionem, & aſcenſionem in cæl[...] nec non exaltationem, ſeu celebrita[...] nominis ſui; Hæc propoſitio eſt quo[...] vtramque partem de fide; & quide[...] de ſecunda nullus vnquam Catholi[...] dubitauit; cōſtat enim apertiſſimis ſc[...] turæ teſtimonijs; potiſſimum ad Phi[...] penſes 2. *Humiliauit ſemetipſum fa[...] obediens vſque ad mortem, mortem au[...] crucis. Propter quod & Deus exaltau[...] lum, & donauit illi nomen, quod eſt ſ[...] omne nomen, vt in nomine Ieſu omne [...] nu flectatur*: Et ad Hebræos 2. *Vide[...] Ieſum, propter paſſionem mortis, glor[...] & honore coronatum*.

Quod reſpondet Caluinus, hu[...] modi locis tàm clarè probantibus [...] quid ſibi Chriſtum meruiſſe, ſignifi[...] ri tantùm ſimplicem aſſecutionem, [...] autem cauſam meritoriam, mera [...] euaſio contra apertam ſcripturæ v[...] tatem. Quis enim non videat, quod [...] particula *propter* in vtroque teſtimo[...] adducto cauſalitatem veram deno[...] quæ non poteſt eſſe alia niſi meriti [...]

D

na autem parte propoſitionis, Theologi putarint non eſſe ꝗ tamen cenſent etiam eſſe de urque ad id ſentiendum ſuffi- ia omittam, illud Lucæ capi- *Nonne hac oportuit pati Chri- a intrare in gloriam ſuam*; vbi de gloria corporis Chriſti, ium Patrum interpretationẽ, quam potiſſimum obtinuit ctionem, & ſuam denique cenſionem, vt ſatis per ſe pa- e Auguſtinus tract. 104. in ræfatum explicans locum ait: *Vt mediator Dei, & ho- no Chriſtus Ieſus reſurrectione r, vel glorificaretur, prius hu- paſſione: non enim à mortuis t, ſi mortuus non fuiſſet. Hu- itatis eſt meritum. Claritas, eſt præmium. Sed hoc factum Serui.*

it primo Caluinus nonnul- e loca tùm veteris, Iſaię cap. riæ item cap. 9. tum noui , quibus habetur Chriſtum eniſſe, Ioannis 3. Roman. 8. pe, inde enim colligit, Chri- nobis meruiſſe, ſibi vero

etur in præfatis locis, alijſ- is Sacræ Scripturæ exprimi quod fuit veluti primariæ Dei, nimirum ſalutem no- num noſtrum: neutiquam s negari poteſt, aliquid ſibi eruiſſe; pręterquam enim ntum ab authoritate ne- ntur alia inſuper loca, vbi expreſſe aſſeritur.

cundò, quę data ſunt Chri- a, vel ornamenta, alio titu- lebita: v. g. exaltatio ſui pter vnionem hypoſtaticã; rporis propter viſionem nimæ ſuæ: nihil ergo ex il- ous ſibi meruit.

tur nullum eſſe inconue- liquid alias debitum, non tęr, ſed titulo tantum con-

naturalitatis, ſi illud non habeatur principio, poſtea etiam per meritum acquiratur: & ita contigit in Chriſto reſpectu dictorum priuilegiorum, vt probatum fuit; nec res tam aperta maiori indiget examine.

CAPVT L.

Statuitur contra Caluinum, & ſequaces, Chriſti mortem ac meritum omnibus profuiſſe.

PRo intelligentia huius controuerſiæ, primo notandum eſt, hęc duo inter ſe coincidere, 1. Chriſtum eſſe omnium redemptorem. 2. Chriſti mortem omnibus profuiſſe, ſiue pro omnibus mortuum eſſe. Cum enim Chriſtus redemptionem humanam, quam ſingulis operationibus, quas in vita geſſit, humanis, & aliqua ratione liberis ſufficientiſſime perficere poterat, de facto nonniſi omnibus ſimul, & maxime quidem oblatione illa ſui perfecerit, orta ex perfectiſſima charitate, & obedientia, ad mortem in cruce: neceſſario ſequitur, quod ſi Chriſtus eſt omnium redemptor, pro omnibus quoque mortem ſubierit, & tam illa, quam cęteris dictis operationibus homines redemerit duplici titulo, nimirum ſatisfactionis, & meriti. Satisfecit enim pro iniuria Deo facta, quatenus dignitate ſuarum operationum obtinuit, vt Deus, qui iure infenſus erat generi humano, placaretur illi, reconciliareturque, modo ſtatim explicando, cum de effectu proprio redemptionis dicemus. Meruit autem, quatenus eædem illius operationes debuerunt diuinitus compenſari, tanquam mercede quadam, ijs donis gratiæ, quibus continetur ſalus noſtra, & reconciliatio cum Deo. Quæ cum certa ſint ſecundum fidem, quod ea ſalua apud Doctores Catholicos controuerſiam habet, eſt, an iſtiuſmodi ſatisfactio Chriſti, & meritum fuerit ſecundum iuſtitię rigorem, ita videlicet, vt citra diuinam aliquam promiſſionem

liter Chriſto factam, ob ſolam dignitatem, & valorem operum eius, debuerit acceptari à Deo tanquam æqualis offenſæ; vel etiam tanquam abundans. Affirmant enim aliqui, negant verò alij.

Secundò cum nullus Chriſtianus dubitet Chriſtum eſſe verum generis humani redemptorem, breuiter explicandum eſt, quæ ſit ratio huius muneris. Illam communiter Doctores petunt ex ipſa communi ratione redemptionis, qua redimi res aliqua dicitur, cū oblata compenſatione, ſeu pretio, vendicatur à poteſtate vnius in poteſtatem alterius, cuius antea erat. Quòd igitur Sacræ paſſim Scripturæ doceant Chriſtum à poteſtate diaboli redemiſſe nos Deo, inde redemptoris officio functus eſt, nomenque obtinuit. Quia tamen homines, ita ex ſcriptura, per peccatū, & extra ſeruitutem Dei, & in ſeruitute diaboli ſunt; vt hoc non aliquo iure ipſius diaboli fiat, ſed duntaxat iure Dei, qui æquè ipſorum dæmonum, atque hominum eſt abſolutus Dominus, iuſtiſſimè permittentis illos eſſe in eiuſmodi ſtatu peccati: idcirco vt ab ea ſeruitute redimerentur, non diabolo; ſed Deo, vt eædem loquuntur ſcripturæ, facienda à Chriſto compenſatio fuit. Id eſt non diabolo, ſed ipſi Deo pretium fuit offerendum pro ijs gratiæ donis, in quibus libertas ab ea diabolica ſeruitute conſiſtit. At quia videri alicui poſſet ex his ſequi, aut Chriſtum non eſſe redemptorem, aut peracta iam ſemel redemptione per ipſum, nullos homines eſſe, aut fuiſſe, aut futuros vnquam eſſe, qui peccatis obſtringantur, ſintque proinde captiui ac ſerui diaboli; vt ratio huius muneris, vel officij plenè capiatur; quoque modo ſint homines per Chriſtum redempti, conſiderandus eſt breuiter eius effectus.

Tertiò igitur, quod pertinet ad effectum Chriſti redemptoris, ſciendum eſt, offenſam, atque indignationem Dei, quam iuſtiſſime per peccatum incurrit humanum genus, indeque ſeruitutem diaboli, duobus veluti gradibus c[…] tentam fuiſſe. Primùm enim grati[…] nos ille, beneuolentiaque ſua gratui[…] & ſupernaturali priuauit, æternæqu[…] damnationi addixit, quantùm in pec[…] tis noſtris ſitum erat. Quæ ſententi[…] damnationis erat in illo *chirografo*, […] quo ad Coloſſ. 2. & in maledicto leg[…] de quo ad Galatas 3. Secundò, li[…] fieri aliter potuiſſet, firmiter tamen […] tuit, nobis, quidquid per nos ad co[…] penſandam iniuriam ipſi illatam fa[…] remus, nunquam reconciliari; vt cl[…] patet ex omnibus illis Sacræ Scriptu[…] locis, quibus habetur neceſſario debu[…] ſe Chriſtum venire in mundum, & p[…] ſecundum conſilium Dei, vt salute[…] per eum conſequeremur.

Vnde etiam fit, quod abſoluta pe[…] catorum remiſſio, & liberatio à miſe[…] bili ſeruitute peccati, ac diaboli, du[…] bus quoque veluti gradibus conſte[…] Primus eſt, vt Deus, quantum in ip[…] eſt, hominibus reconciliari velit, ade[…] que ſuppeditare ipſis media, quib[…] indigent, vt in ipſius gratiam redean[…] & pœnam peccatis debitam euadant[…] aditum habeant ad vitam æternam. A[…] ter gradus eſt, vt eos tandem in grat[…] ſuam recipiat, reatuque pænæ ſolua[…] iuſque ipſis, & aditum ad gloriam […] ciat.

Cum autem certum ſit, Chriſtu[…] Dominum vtrumque hunc gradum […] miſſionis peccatorum, liberationiſqu[…] à miſeria ſeruitutis diabolicæ, redem[…] tionis opere cumulatiſſime nobis o[…] tinuiſſe; alio tamen, atque alio mo[…] Sacræ nos docent Scripturæ id præſ[…] tum fuiſſe. Priorem ſi quidem effect[…] ita meruit, vt ſine vllo alio prorſus a[…] miniculo cooperationis noſtræ, aut v[…] aliorum mediorum, omnes homine[…] hoc ipſo tantum, quod Chriſtus ſem[…] paſſus eſt, eum conſequerentur. H[…] enim eſt, deleuiſſe ipſum, vt ait Ap[…] ſtolus loco citato ad Coloſſ. ac ſuſt[…] liſſe de medio *Chyrographum decreti c[…] trarium nobis: & affixiſſe illud cruci*: ſ[…] xiſſe nimirum à ſeueritate peccatis h[…]

minum

ita, ad miſericordiam æter-
m , vt quantum in ipſo eſt ,
omnibus propter Chriſtum
, opemque ferre , vt in eius
leant, reatuque pęnæ æternę
abeantque ius , & aditum
gloriam . Poſteriorem au-
, videlicet, vt homines in
dem Deus recipiat , reatu-
ternæ ſoluat , iuſque illis
beatitudinem, ita Chriſtus
nonniſi certa ratione & me-
paſſionem ſuam ad id ne-
per tamen ab ea dependen-
ue efficaciam habentibus ,
quirentur. Cuiuſmodi me-
s, Baptiſmus, pœnitentia,
lia .
cis huius reconciliationis
e item diuerſi huius modi,
s gradum vtrumque nobis
larè habetur mentio in di-
ris, primumque ſignificant
ca , vt 2. Corinth. 5. vbi
ur,quod *Deus erat in Chri*
econcilians ſibi ; genuinus
verborum ſenſus videtur
homines , quantum eſt ex
xta primum illum remiſ-
orum gradum reconcilia-
Deo; ſecundum verò indi-
, quibus ſignificatur , no-
peram , adiuuante tamen
a adhuc promerēte Chri-
m eſſe , & valere , vt ex
emum,id eſt , iuxta poſte-
etiam gradum ſanctificę-
deo reconciliemur cum
od patet ad rationem du-
us allatam,quomodo ſci-
dicendus eſt omnium re-
m efficaciter quo ad pri-
ionis effectum ; non au-
undum,vt omnes prorſus
beri à peccato; non qui-
ui,aut redemptionis eius
mnes vſurpant requiſita
voluit Chriſtus obtineri
ionem peccatorum . In
t omnes Theologi , li-

cet diſcrepent in modo illius explicandi . Atque hoc ipſum eſt, quod ſignificare voluit Diuus Thomas 3.par.queſt. 49. art. 1. ad 3. cum docuit:*quod Chriſtus ſua paſſione nos à peccatis liberauit cauſaliter, id eſt, inſtituens cauſam noſtræ liberationis , ex qua poſſent quæcumque peccata quandocunque remitti , vel præterita, vel pręſentia, vel futura: ſicut ſi medicus faciat medicinam,ex qua poſſint quicumque morbi ſanari, etiam in futurum .* Quæ tamen Paſſio Chriſti, quia vt ibidem ad 4. ait: *præceſſit vt cauſa quædam vniuerſalis remiſſionis peccatorum* , ſicut dixerat quæſt. 46. art. 4. & alijs, *neceſſe eſt, quod ſingulis adhibeatur ad deletionem propriorum peccatorum . Hoc autem fit per baptiſmum, & pęnitentiam, & alia Sacramenta, quæ habent virtutem ex paſſione Chriſti .*

Cui conſonat & alius eiuſdem Sancti Doctoris loquendi modus in citata queſtione,nec non aliorum Theologorum dicentium, Chriſti paſſionem operatam eſſe peccatorum omnium remiſſionem, quo ad ſufficientiam, non quo ad applicationem, ſeu efficaciam. Quibus ſane loquendi modis minime , vt Sectarij calumniantur , negatur Chriſti paſſionem efficacem fuiſſe , vt,hominibus peccata remitterentur ; ſed explicatur tantum , quatenus Chriſti paſſio id effecerit . Nimirum ita, vt, quo in gratiam demum homines recipiantur , ipſiſque remittantur omni ex parte peccata , appliceturque proindè virtus paſſionis Chriſti,quędam inſuper media diuinitus inſtituta, & in Sacris Scripturis reuelata , deſiderentur , ſine quibus integra ſalus non acquiritur. Quæque ſi non acquiritur, nil propterea deperit efficaciæ paſſionis Chriſti , vt rectè ait idem Sanctus Thomas cit. quæſt. 49. art.2. ad 3. *Dicendum,*inquit,*quod Deus permittit diabolo poſſe decipere homines in certis perſonis, temporibus,& locis,ſecundum occultam rationem iudiciorum ſuorū. Semper tamen per paſſionem Chriſti , eſt paratum hominibus remedium ſe tuendi contra nequitias dæmonum , etiam tem-*

pore

pore Antichriſti: ſed ſi aliqui hoc remedio vti negligant, nil deperit efficaciæ paſsionis Chriſti.

Dum ergò inquiritur, vtrum Chriſtus ſit omnium prorſus hominum redemptor, proque illis mortuus fuerit, ad quæſtionis ſolutionem, præ oculis ſemper habendus eſt, duplex ille gradus effectus redemptionis,ſeu reconciliationis hominum cum Deo, atque item diuerſus ille modus, quo Chriſtus priorem gradum nobis ſine nobis, poſteriorem vero non ſine nobis obtinuit; adeò vt ſi vnus ex illis ad omnes prorſus ſe extendat homines, propoſitio illa affirmatiua, *Chriſtus eſt omnium prorſus hominum redemptor*,aut alię æquiualentes, ſint abſolutè verę, ſufficit enim ad veritatem huiuſmodi propoſitionū affirmatiuarum,quod illę ſint in aliquo ſenſu veræ; falſæ autem omnes negatiuæ, nimirum, *Chriſtus non eſt omnium prorſus hominum redemptor, aut non eſt mortuus pro omnibus hominibus*,cū enim negatio ſit malignantis naturæ,deſtruēs omnes prorſus ſenſus affirmatiuos, ſufficit ad falſitatem abſolutè propoſitionum negatiuarum,etſi in alio ſenſu ſint veræ, vt negatio deſtruat aliquem ſenſum,in quo ſunt veræ propoſitiones affirmatiuę ipſis oppoſitæ.

His prænotatis, Caluinus lib. 3. inſtitut. cap. 22. §. 13. docet, Chriſtum pro ſolis prædeſtinatis, non autem pro reprobis mortuum eſſe; meritum Chriſti ſolis prædeſtinatis prodeſſe, non reprobis,atque adeo ipſum dici non poſſe omnium redemptorem. Contra quā Caluini, & ſequacium hæreſim ſententia Catholica ſequentibus explicabitur concluſionibus.

Prima concluſio. Chriſtus abſolutè dicendus eſt omnium prorſus hominum redemptor, vel pro illis mortem obijſſe. Iſta concluſio eſt de fide, nouiſſimè à Sūmis Pontificibus Innocentio X. & Alexandro VII. definita, & ab omnibus Catholicis recepta.

Probatur primò authoritate Sacræ Scripturę id clarè docentis 2. Corinth. 15. *Pro omnibus mortuus eſt Chriſt*[…] 1. Thimoth. 2. 6. *Qui dedit redempt*[…] *nem ſemetipſum pro omnibus*. & 1. Io[…] 2. V. 2. *Ipſe eſt propitiatio pro pecca*[…] *noſtris; non autem pro noſtris tantùm,* […] *etiam pro totius mundi*.

Etſi enim iſta,ſimiliaq; loca,ſiue p[…] poſitiones in illis contentæ, ſi deter[…] nentur ad aliquem effectum redemp[…] nis Chriſti, vel gradum eius; v.g.q[…] Chriſtus ita efficaciter omnes rede[…] rit, vel pro omnibus mortuus fueri[…] ſicut explicuimus ſupra,omnes tan[…] homines Deus in gratiam recipiat,[…] tuque pęnæ ęternæ ſoluat, iuſque[…] conferat ad æternam beatitudine[…] etſi, inquam, in iſto ſenſu, aut ſi[…] bus, huiuſmodi teſtimonia non vniuerſaliter vera, ſiue, quod idem non poſſint intelligi de ſingulis gen[…] ſed de generibus, vt dicunt, ſing[…] rum; nihilominus abſolutè, & p[…] ſonant verba, ſunt vera, propoſitio[…] que illis oppoſitæ ſunt falſæ, & hæ[…] cæ, vt mox dicemus. Secundo et[…] id ipſum docent Patres, & in eod[…] ſenſu, aut ęquiualenti, interpreta[…] præfata ſcripturæ loca.

Tertiò probatur ratione, quia hoc, vt hæ propoſitiones, *Chriſ*[…] *omnium prorſus hominum redemptor*[…] *Chriſtus pro omnibus mortuus eſt*, ſint […]ſolutè veræ, nihil aliud requiritur, ſi quód in aliquo ſenſu ōnibus, ac […]gulis hominibus communi ſint ve[…] licet non in omnibus alijs ſenſibus […] modis ſint tales; & conſequent[…] negatiuæ ſint falſæ, quod in eis neg[…] ille ſenſus verus omnibus commu[…] Si quidem, vt iam notauimus, & […] ta regulas bonæ Dialecticæ, ad ve[…]tem propoſitionis affirmatiuæ ſuffi[…] quod in aliquo ſenſu ſit vniuerſa[…] vera, ad falſitatem autem negatiua[…] cet in alijs ſenſibus ſit vera, quod […]get vnum, qui in affirmatiua eſt ve[…] quemque ob malignitatem ſuæ nat[…] omnia poſt ſe deſtruentis, negare poteſt, vbi fit abſolute, hoc eſt ab[…] limitatione ad aliquem modum, […] omn[…]

communem, ſed aliquorum
proprium: At prædictæ pro-
ſunt veræ in aliquo ſenſu vel
demptionis, aut mortis Chri-
bus, ac ſingulis hominibus
; ſcilicet, Chriſtum virtute
ac mortis ſuæ obtinuiſſe, vt
antum in ipſo eſt, hominibus
i velit; vel vt ait diuus Tho.
citato, *nos à peccatis libera-*
liter id eſt, inſtituendo cauſam
rationis, ex qua poſſent quæ-
cata, quandocunque remitti:
Chriſti redemptionem, ac
eratam eſſe peccatorum om.
ſionem, quo ad ſufficientiã;
ipſimet aduerſarij negant,
hriſti meritum fuiſſe ſuffici-
m genus humanum redi-
& ſaluandum. Huiuſmodi
ſitiones ſunt abſolutè veræ,
omnium prorſus hominum
vel, *Chriſtus pro omnibus*
negatiuæ autem ſunt abſo-
Chriſtus non eſt omnium pror-
s redemptor, vel, *Chriſtus*
mnibus mortuus, licet in ali-
t veræ, ſcilicet, quod non
ibus mortuus quoad ap-
, ſeu efficaciam, nec pro
o ad vitam æternam, licet
ona gratiæ in hac vita, vt
s; non quidem ex defectu
Chriſti, aut Dei illam ac-
nde etiam cuique adhibet
ræſidia gratiæ ad ſalutem
l ex defectu noſtræ volun-
on volumus ijs præſidijs
Deo ad noſtram ſalutem,
redemptionem coopera-
difficile ſit explicare, quę
huiuſmodi gratiæ dona
omnibus, & ſingulis ho-
que diuerſas propterea a-
eologi, vt id præſtent;
em ita ſe habere, tum de-
ducta iam ſcripturæ loca;
Deus ait per Prophetam
V. 4. *Quid eſt quod debui*
neę meæ, & non feci ei?

quaſi dicat, nihil omiſi eorum, quæ facere debui, non dicit, quæ facere potui, multa enim alia potuit, & poteſt, ſed non debet. Cur ergo non tulit fructũ? quia noluit Prouerb. 1. 24. *Vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & non erat qui aſpiceret.* & Matth. 25. 37: *Hieruſalem, Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti.*

Secunda concluſio. Chriſti redemtio, vel meritum, nedum reſpectu prædeſtinatorum, verum etiam & reproborum, eſt reipſa efficax, quo ad omnia dona gratię illis in via collata. Iſta concluſio eſt de fide contra Caluinum locis ſuperius citatis aſſerentem, Chriſtũ pro ſolis prędeſtinatis, non autem pro reprobis mortuum eſſe; illiſque ſolis, & non iſtis largiri fidem, & gratiam ex meritis Chriſti; quia, vt ait, Deus ab æterno voluit ſolos prædeſtinatos admittere ad vitam ęternam: reliquos omnes ad iram, & contumeliam deſtinauit.

At nos Catholici concedimus quidem, Chriſti meritum, aut redemtionem reipſa non eſſe efficacem reſpectu reproborum, quo ad vitam æternam; ſi quidem reprobi re ipſa non perueniunt ad illam; ſi enim venirent, iam non reprobi, ſed prædeſtinati eſſent. Hæreticum autem aſſerimus, quod ait, Chriſti meritum nihil prorſus ad reprobos pertinere; ſeu ex illo non eſſe dona gratiæ, quę in hac vita illis conferuntur, facileque probatur, ſupponendo ex ſcriptura duplicia eſſe dona gratiæ Chriſti, alia ſpectantia ad vocationem, alia ad iuſificationem; & oſtendendo vtraque competere etiam reprobis. Vnde ſit primum argumentum; quicũque à Deo excitantur ad fidem, aut pęnitentiam, per gratiam præuenientem, ſine dubio percipiunt à Deo aliquod donum gratiæ Chriſti: at reprobi ſæpe excitantur hoc modo, imo, vt dicemus in argumento ſequenti, eò perueniunt vſque vt iuſtificentur: ergò ſæpè percipiunt à Deo aliquod donum gratiæ Chriſti. Maior eſt certa, ſi qui-
dem

dem vere à Deo excitari ad fidem, aut pœnitentiam per gratiã prœuenientem, nõ poteſt non numerari inter dona gratiæ Chriſti. Minor autẽ conſtat ex innumeris ſcripturæ locis, vbi Chriſtus promiſcue omnes vocat, & inuitat, conqueriturq; de non ad ſe venientibus: Matt. 11. V. 25. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*; Matt. 20. 16. *Multi vocati, pauci verò electi*; cap. 25. 37. *Hieruſalem, Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti*. Item Apocalip. 3. V. 5. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cænabo cum illo*.

Quod reſpondent aduerſarij, reprobos vocari externa tantum voce, non autem per internam gratiam præuenientem; aut ſi ita vocentur, non tamen ſerio, nec animo iuuandi, ſed ſimulate, & animo nocendi. *Vocem*, inquit Caluinus lib. 3. inſtitut. cap. 24. §. 13. *ad eos dirigit, ſed vt magis obſtupeſcant; remedium adhibet, ſed ne ſanentur*. Hac, inquam, & ſimilia quæ reſpondent aduerſarij, quibusq; conantur eludere loca ſcripturę, vbi Chriſtus Dominus per viſcera miſericordiæ, in quibus viſitauit nos oriens ex alto, ſincere omnes promiſcue vocat, inuitat ad fidem, & pænitentiam, tàm ſunt abſurda tamque Deo blaſphema, vt retuliſſe, ſit illa refutaſſe; patebitque amplius ex ſequenti argumento.

Multi præſciti non ſolum excitantur à Deo ad fidem, & pænitentiam, per internam ſuggeſtionem, ſed etiam reipſa fidem, & iuſtitiam conſequuntur, licet in ea finaliter ſua culpa non perſeuerent; ſed fides, & iuſtitia ſunt dona gratiæ ex meritis Chriſti, vt omnes clamant ſcripturæ; ergo multi reprobi reipſa percipiunt dona gratiæ ex meritis Chriſti. Maior huis argumenti, in qua eſt tota difficultas, probatur primò ex illis ſcripturæ locis, quibus habetur, quoſdam prius vere fideles, ac iuſtos, poſtea hæreticos eſſe factos, & iuſtitiam amiſiſſe. 1. Thimoth. 1.

quidam circa fidem naufragauerunt;
cap. 9. 1. *In nouiſſimis temporibus di*
dent quidam à fide. 2. Timoth. 2. V.
Sermo eorum, vt cancer ſerpit; ex qu
eſt Hymeneus, & Philetus, qui à veri
exciderunt: & cap. 3. V. 8. *Homi*
corrupti mente, reprobi circa fidem.
enim veram fidem non habuiſſent,
recte diceret Apoſtolus, eos cir
fidem naufragaſſe, à fide diſceſſiſſe
veritate excidiſſe, circa fidẽ repro
factos eſſe. Quo etiam ſpectat illuc
Petri 2. V. 22. *Melius enim erat illis,*
cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt ag
tionem, retrorſum conuerti ab eo, quo
lis traditum eſt Sancto mandato. Ibi en
loqui Apoſtolum de ijs, qui aliqu
do fuerunt fideles, & iuſti: & poſt
vtrumque amiſerunt, docet Auguſti
lib. de fide, & operibus cap. 24. &

At quia reſpondere poſſent adue
rij iuxta aliam falſam doctrinam; n
quam in reprobis veram fidem, ver
que iuſtitiam fuiſſe, ſed apparente
ſolum; falſitas huius doctrinæ cum
tis pateat ex ipſomet contextu, nec
ex dictis ſupra de iuſtificatione co
ipſos; manet vndequaque certum
Chriſti mortem, ac merita, non ad
los prædeſtinatos in hac vita, ſed et
ad reprobos peruenire, diuerſo l
modo. Nam illi, tanquam fideles
laborioſi ad extremum in bene ope
do perſeuerant: iſti autem velut in
ti, & otioſi ſerui, diuinæ gratiæ n
cooperantur vſque ad finem. De
bus ait D. Auguſtinus libr. de cor
& gratia: *Credendum eſt quoſdam d*
lijs perditionis, non accepto dono perſ
rantiæ vſque in finem, in fide, qu
dilectionem operatur, incipere viuere
aliquandiu fideliter, ac iuſtè viuere,
poſtea cadere. Quibus nihil clarius
in hac parte efficacius, cum ad
nequeat contra Caluinum, & eius
quaces, tantùm ſit de præſenti con
uerſia.

CAPVT LI.

contra Caluinum, & eius ſe- ,Chriſtum ſecundum vtram- naturam non exercere of- ium Mediatoris inter nos, & Deum.

ius controuerſiæ intelligen- rimo notandum eſt, Media- à medio. Nam vt extrema tur in medio, ſic officium s eſt, partes diſſidentes com- & reconciliare, vt docent um diuo Thoma 3.p.q. 26. circa Apoſtolus ad Galat. 3. *tor non vnius eſt*, id eſt, ne- t ſit plurium, ac diuerſo- modo Chriſtum inter De- mines mediatorem fuiſſe, Apoſtolus 1. Timoth. cap. , inquit, *Mediator Dei, & omo Chriſtus Ieſus, qui de- m redemptionem pro omni-* ria aſſerit. *Primò*, fuiſſe riſtum inter Deum, & ho- liatorem. Idque contra teres hæreticos hoc offici- gelis tribuentes; vt ibi no- erpretes. *Secundò*, obiuiſ- hoc munus redimendo , fuiſſe ea quidem ratione ngularem Mediatorem. andum eſt ſecundo neque e effectum officij Media- ſto fuiſſe reipſa diuerſum fectu officij Redemptoris; ione. Ijſdem namque ope. t vim habuerunt liberan- oli ſeruitute, redemit nos t autem habuerunt etiam reconciliandi nos Deo, unere Mediatoris. Item hominum, effectus eſt & ptoris, quatenus eſt liber- boli ſeruitute, & officij quatenus eſt reconcilia- .

ita omnibus ſimul Chri- ibus redempti fuerimus, vt id tamen maximè tribuatur eius paſſioni, ac morti; ita quoque magis propriè per orationem munere Mediatoris eſt functus. cuius proprium eſt, interpellare, petere pro his, pro quibus intercedit; vt docet diuus Auguſtinus lib. 2. contra epiſt. Parmen. cap. 8.

Sectarijs igitur noſtri temporis haud dubitantibus, quin Chriſtus ſit verus Mediator, difficultas inter nos & illos eſt, ſecundum quam naturam hoc munus, & officium ipſi competit. Caluinus enim in duabus epiſtolis ad Polonos docet, Chriſtū ſecundum vtramq; naturam exercere officium mediatoris inter nos & Deum, neque verò ſolum dicit, per idiomatum communicationem nomen Mediatoris de Deo prædicari, ſed ipſum munus, & officium Mediatoris illi ſuppoſito ratione vtriuſque naturæ, tanquam principij elicientis conuenire. Caluinum ſecuti ſunt miniſtri Tigurini, Bullingerus, Petrus Martyr in alijs duabus epiſtolis ad Polonos, Philippus Melancthon in loco de Chriſto, alijque plures, quos refert Spencęus in opuſculo de Chriſto Mediatore, cap. 5. Per oppoſitum quidam Franciſcus Stancarius, & eius ſequaces, apud Caniſium lib. 1. de corruptelis verbi Dei §. *Ad Stancarianos*; Lindanum dialogo 2. ſui dubitantij cap 4. Bellarminum tom. 1. Controuerſiarum lib. 1. de Chriſto, cap. 3. ita tribuunt Chriſto officium Mediatoris, vt non videantur diuinum ſuppoſitum ad id vllo modo requirere, neque vt principium quod operationis. Catholica veritas ac doctrina ſequentibus concluſionibus vel dictis ſtatuetur contra hos hęreticos.

Primumque dico, quod ſpectat ad huius muneris vniuerſalitatem reſpectu hominum, eodem modo diſcurrendum eſſe, ac præcedenti capite diſcurrimus de munere Redemptoris, cum ſola ratione ſint diuerſa. Cumque maximè proprie per orationem hoc Mediatoris officio functus fuerit; & de Chri-

ſti oratione doceant Theologi cum diuo Thoma 3. p. q. 21. art. 3. eam ſemper fuiſſe exauditam, quando proceſſit quidem ex voluntate Chriſti abſoluta, & deliberata, omnibus ſpecta. tis. Quod & ex Apoſtolo ad Hebr.5. colligitur, vbi ait, *exauditum fuiſſe pro ſua reuerentia*: Inde fit, vt ad effectum, quem orationes Chriſti habuerunt, vel non habuerũt, attendendũ ſit, vt intelligamus, quatenus Chriſtus, & quomodo pro aliqua re orauerit; nec non pro omnibus hominibus, aut aliquibus tantum.

Secundò dico, Chriſtum ſecundum ſolam naturam humanam eſſe Mediatorem, particula illa, *ſecundum*, accepta, vt aiunt, ſpecificatiuè, hoc eſt, determinante naturam, à qua elicitur operatio Mediatoris, & ratione cuius toti ſuppoſito conuenit; nec non ſumpto nomine Mediatoris in ſenſu ſupra notato. Ita contra errorem Caluini ſentiunt omnes Catholici.

Probatur primò authoritate ſcripturæ 1. ad Timoth. 2. *Vnus Deus, vnus & mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus*. Vbi non ob aliud Paulus addit vocem illam *homo*, niſi vt denotaret naturam, ſecundum quam fuit mediator, vt optimè aduertit Auguſtinus lib. 2. de peccato originali, cap. 28. deindè cum Apoſtolus expreſsè diſtinguat mediatorem à Deo, clarè patet eum ſenſiſſe, Chriſtum non eſſe mediatorem ſecundum naturam diuinam, ſed ſecundum humanam. falſumque eſt, quod dicunt aduerſarij, hic aſſignari diſtinctionem inter perſonas, & ita per vnum Deũ intelligi Patrem, per vnum vero mediatorem intelligi filium. Deus enim hoc loco pro tota Trinitate accipitur, hoc eſt pro Deo indiuiduo communi toti Trinitati, quo etiam nomine vbique accipitur in hoc ſenſu, niſi ei addatur aliquid notionale determinans illud pro aliqua perſona, vt cum dicitur *Deus generat*, aut aliquod nomen proprium naturæ humanæ, determinans ipſum, vt pro Deo Verbo ſupponatur, vt cu[m] dicitur, *Deus paſſus eſt*. Ratio autem cur hoc loco in particulari, denotet illis verbis, *Vnus Deus*, tota Trinit[as] atque adeo etiam filius ſecundu[m] Deitatem, vt interpretantur omnes [Pa]tres tum Græci, tum Latini, præſert[im] Chriſoſtomus homil. 16. in illud Hebr.9. *Mediator noui Teſtamẽti*; & [Au]guſtinus ſerm.1. in Pſal.29. & in ca[p] epiſt. ad Galatas, propter eaque di[ctis] verbis excludi quidem numerum D[eo]rum, non autem perſonarum in D[eo] ratio, inquam, eſt, quia omnes p[er]ſonæ ratione communis naturæ peccatum offenſæ ſunt, dum ergo d[ici]tur *vnus Deus*, apud quem pro n[obis] intercedit, vel Mediator eſt Chri[ſtus] ſignificari neceſſe eſt, aliquid com[mu]ne toti Trinitati, & in illis cõſequen[ter] verbis includi etiam ipſum filiu[m] apud quem etiam ipſemet interc[edit] ſecundum humanitatem. Null[um] enim prorſus eſt inconueniens, q[uod] vnus, & idem ſecundum diuerſa i[...] & à fortiori ſecundum diuerſas n[atu]ras, quas fides nos docet ſubſiſte[re in] Chriſto vna & eadem perſonalit[ate] Verbi, ſimul intercedatur, & ſit in[ter]ceſſor, ſiue mediator, abſque m[ulti]plicatione perſonarum, vt docent [om]nes Theologi 3. p. agentes de ſati[sfa]ctione Chriſti.

Probatur ſecundò veritas Catho[lica] ſequentibus rationibus. Prima [est] quia mediator differre debet ab [eo] apud quem eſt mediator, vel inte[rceſ]ſor, & à re, pro qua mediatoris o[fficio] fungitur, idem enim ſecundum [ean]dem rationem, vel naturam, non [po]teſt apud ſe, aut pro ſeipſo medi[ato]ris officium præſtare, atqui Chr[iſtus] ſecundum naturam diuinam eſt, [apud] quem mediatoris munus exerce[tur] ratione enim communis naturæ c[um] alijs perſonis, æque fuit, ac illę [of]fenſus: ipſe ergo ſecundum natur[am] diuinam tali munere, vel officio f[ungi] nequaquam poteſt.

Altera ratio eſt, quia nullatenu[s] ... plica[...]

ſt, quæ ſit actio elicita à
riſti, per quam munus, aut
ediatoris exercuerit: tùm ob
m allatam; tum quia hu-
io elicita à Chriſto ſecun-
em, non poſſet non eſſe
alijs duabus perſonis, quæ
eus, vnaque Deitas cum
amen operatio, in qua
maliter munus & officium
, debeat eſſe ſolius Chriſti
ui ſolus dicitur mediator,
dum ſunt aliæ omnes, quas
ſubſiſtens in natura huma-
ur eſſe vnam operationem
diuina, & humana ſolius
riam, ſatis patet, hoc eſſe
, & manifeſte incidere in
ræreſim; Patres enim, vt
ſolutionibus argumento-
lia ratione operationes
ndricas appellant, hoc eſt
aut Dei virique operatio-
procedũt à natura huma-
à perſonalitate Verbi di-
quia procedunt ab vtra-
tura, diuina, & humana.
um ratio eſt, quia offici.
is in Chriſto, importat
rioritatem, nimirum in-
indeque Ariani duplicem
n non diſtinguentes, in-
minorem eſſe Patre ſe-
itatem; ſed aduerſarij in
quam Deo, nullam talem
ferioritatem, niſi pro
ri, velint, Chriſtus igitur
n vtramque naturam, ſed
manam tantùm, Media-
& hominum.

t quidem Simlerus con-
n, naturam diuinam Chri.
ptam eſſe quidem domi-
dem cum Patre, tamen
nitionis non eſſe domi-
ratione, nempe exinani-
iſſe munus Mediatoris.
i reſponſum eſt omnino
m quod Deus dicatur per
n exinanitus, formamq;

ſerui accepiſſe, ratione communicatio.
nis idiomatum, non ideo eſt, quia ip-
ſa natura Deitatis in ſe mutata, aut ex-
inanita ſit, vt oſtendimus ſupra cap.
46. ſi igitur ante incarnationem ipſa
erat domina, eodem modo poſt incar-
nationem fuit.

Quamuis ergo, ſi vtamur nomine
aliquo complectente ſub ſignificatione
ſua vtramque in Chriſto naturam, tunc
recte poſſit addi particula, *in quantum*,
& *ſecundum quod*, ſub ratione perſeita-
tis, & reduplicationis hoc modo,
Chriſtus in quantum Chriſtus, vel *ſecun-
dum quod Chriſtus, eſt mediator*: ad hoc
enim ſufficit, vt vnà, cum diuina, ſit
in Chriſto natura etiam humana, ratio.
ne cuius ſit Deo inferior, & reſpectu
illius pro nobis interpellando Media-
tor: Item, non ſolum ſine errore, ſed
etiam neceſſario ſecundum fidem Ca-
tholicam, ratione communicationis
idiomatum, de vtraque natura con-
cretè ſignificata, prædicari nomen
Mediatoris: nam ſicut dicitur Deus
homo, & homo Deus, eadem ratione
quæ ſunt hominis, de Deo prædican-
tur, & contra iuxta regulas ſuperius
cap. 46. aſſignatas; quibus non repu-
gnat, quominus hoc prædicatum me-
diatoris, & ſimilia, quæ ſunt naturæ
humanæ, Deo tribuantur. Nihilomi-
nus non licet, hæreticumque eſt adde-
re naturæ diuinæ, aut concreto illius
præfatas particulas hoc modo, *Chriſtus
in quantum Deus*, aut *ſecundum quod
Deus*, aut *ſecundum Deitatem eſt media-
tor*; ſic enim, cum non addantur toti
ſubiecto propoſitionis, habent ſolum
munus ſpecificandi, & determinandi
partem, aut naturam, ratione cuius
illud officium conuenit Chriſto; fal-
ſum eſt autem dicere, Chriſto compe-
tere officium Mediatoris formaliter,
& vt quo, ratione naturæ diuinæ, vt
ſatis huc vſque oſtendimus contra
Caluinum, & eius ſequaces in hoc ſen-
ſu loquentes, pro vt patet ex eorum
argumentis.

Primum eſt ex nonnullis ſcripturæ

locis, in quibus dicitur Deus pro nobis mortuus, & Deus nos ſibi reconciliaſſe, ibi enim cum Deo tribuantur actiones Mediatoris, ſequitur Chriſtum, etiam vt talem fuiſſe Mediatorem.

Sed facile reſpondetur, teſtimonia omnia ſcripturæ, & Patrum, quæ Deo tribuunt munus Mediatoris, & Conciliatoris, intelligenda eſſe per communicationem idiomatum, quia hæc eſt proprietas, & prædicatum naturæ humanæ ſubſiſtentis ſubſiſtentia Verbi Dei, & ideo tribuitur etiam illi, non tamen reduplicatiuè ſic enim Deo, ſiue Chriſto ſecundum Deitatem conſiderato repugnat, vt diximus.

Secundũ eſt ex authoritate Patrum; quia, vt ait Auguſtinus in Enchiridio, cap. 33. renouare corda, & dare Spiritum ſanctum ſunt opera mediatoris; hæc autem conueniunt Chriſto, vt Deo, igitur ſecundum vtramque naturam dicendus eſt Mediator. Item aſſerunt Patres, de ratione mediatoris eſſe, vt participet aliquid vtriuſq; extremi, & ideo Chriſtum conſtare debuiſſe duabus naturis, vt ſecundum vtramque haberet rationem Mediatoris, participans aliquid vtriuſque extremi. Demum S. Dionyſius epiſt. 4. ad Caium operationem Chriſti vocat theandricam, ſeu Dei virilem energiam; at Dei virilis operatio non eſt vna tantùm, ſed duæ ſimul duarum naturarum in Chriſto, nimirum diuinæ, & humanæ, vt fuit definitum in Concilio Lateranenſi ſub Martino I. conſultat. 5. can. 15. officium ergo mediatoris ab vtra que ſimul natura fuit.

Reſpondetur ad authoritatem diui Auguſtini, concedendo, renouare corda, & dare Spiritum ſanctum, non meritorie, ſed propria virtute eſſe opus ſolius Dei, ſecundum diuinam naturam, negando autem hoc eſſe opus, vel officium mediatoris; hic enim ſolùm meritorie illa duo, vel ſimilia operatur, quod cum Chriſto conuenire non potuerit, niſi ratione naturæ humanæ, dicendum eſt ſe[...] dum iſtam tantum formaliter, [...] quo fuiſſe mediatorem, non a[...] ſecundum naturam diuinam ſimu[...]

Ad alteram Patrum rationem [...] pondetur, eos idcirco dixiſſe, de r[...] ne mediatoris eſſe, vt participe[...] quid vtriuſque extremi, non q[...] ſecundum vtramque naturam, q[...] ab vtroque extremo participat C[...] ſtus, ſit mediator, de diuina [...] oſtendimus repugnare ſcripturæ, [...] ſe impoſſibile, ſed quia vt ſecun[...] humanam eſſet mediator non [...] modocunque, ſed infiniti valori[...] dignitatis, requirebatur quod [...] diuinam haberet naturam ſubſiſte[...] & operando, vt quod per ſubſi[...] tiam Verbi diuini, cum enim acti[...] ſint ſuppoſitorum, non poterant [...] inde infiniti valoris eſſe omnes a[...] nes Chriſti meritoriæ, & Satisf[...] riæ.

Ad tertium dicitur, Theandr[...] ſeu Dei viriles vocari actiones Ch[...] non quia duæ ſint in ipſo operatio[...] vna diuina, altera humana, quibu[...] cundum vtramque naturam forma[...] functus ſit officio Mediatoris; ſed [...] vt ſtatim diximus, cum operati[...] Chriſti ita eſſent vt quo à natura [...] mana, vt ſimul eſſent vt quod à [...] poſito Verbi diuini quo illa ſubſ[...] bat, ſicut propterea non poterant [...] eſſe infiniti valoris, itaquoque nec [...] terant non appellari Theandricæ, [...] Dei viriles. In Concilio igitur L[...] ranenſi dum definitur, Theandri[...] operationem in Chriſto non e[...] vnam tantum, ſed duas operation[...] alteram diuinam, & alteram hu[...] nam, non in eo ſenſu intelligend[...] eſt, quaſi ibi Patres exiſtimarint [...] intendunt aduerſarij, Chriſtum [...] vtramque operationem pro nobis [...] ficium Mediatoris exercuiſſe, ſed [...] Monothelitæ peruerſè intellige[...] doctrinam Dionyſij de Theand[...] operatione aſſerebant, eſſe vnam t[...] tùm, nempe vnum ſolum affectu[...]

volun[...]

s diuinæ,cuius nutu membra humanitatis regerentur , & eſſe motum ipſum membro- n autem affectum voluntatis

is facile colligitur, quid de Stancari ſentiendum ſit,cum nihil prorſus erraſſe, ſi mu- atoris formaliter tantùm tri- uræ humanæ, ſiue vt quo, ſi- uod, hoc enim pertinet ad quendi, circa quem nihil reperitur, ſuntque nonnul- s Catholici, vt Vaſques 3. 21. cap. 3. autumantes Hu- in Chriſto eſſe principium andi: Secus autem, ſi,ad- a Neſtorium cum Catholi- perſonali duarum natura- riſto,omnem prorſus exclu- urſum ſuppoſiti diuini ad ediatoris, aut communica- ius prædicationis Verbo; d fidem pertinet prædicata anæ tribui ſuppoſito diui- urę diuinæ concretè ſigni- n in Chriſto eſſe duas na- in vna perſona, eamque illas.

APVT LII.

contra Lutherum, & m, eorumque Sequaces, um Dominum in cru- non deſperaſſe.

hemiæ deuenit Lutherus, ruerit Chriſtum in cruce & apud inferos damnato- exſoluiſſe: quem Philip- hon ſecutus eſt, & Iaco- nus locis à Coccio relatis 2. art. 4. nec non etiam ui hanc blaſphemiam ita ilatauit, & argumentis it, vt primus aut prima- lius à multis habeatur: ſtæ tanti eam faciunt, n ſtatim inſtillent; vt uo eorum Catechiſmo interrogat. 37. & 44. quorum te- ſtimonia apud eumdem Coccium vi- deri poſſunt & apud Nicolaum Ro- męum in effigie Caluini Spect. 2. blaſ- phemia 4.

At quàm blaſphemè, & impiè talia effutiunt ſectarij, tam religioſe, & pie illa reijcit Eccleſia Catholica. Primò ex omnibus ſcripturæ locis, quibus vnanimiter Patres probant, Chriſtum neque vllum vnquam peccatũ admi- ſiſſe, neque potuiſſe admittere ſecun- dum legem Dei ordinariam; Ioannis 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato*. & 14. *Venit princeps huius mundi, & in me non habet quidquam*. 2. Corinth. 5. *Eum, qui peccatum non nouerat*, He- breor. 4. *Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus no- ſtris, tentatum autem per omnia pro ſi- militudine abſque peccato*. & cap. 7. *Ta- lis enim decebat, vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus* 1. Petri cap. 1. *Quaſi agni immaculati, & incontaminati Chriſti*; & cap. 2. *Qui peccatum non fecit*. Nam ſi Chriſtus in cruce deſperaſſet, cum dixit: *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* ad- eoque damnatus fuiſſet; quomodo abſque peccato, quomodo ſanctus, Innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus dici potuiſſet.

Si obijciant aduerſarij illud 2. Co- rinth. 5. vbi de Deo ait Paulus: *Eum*, ſcilicet Chriſtum, *qui non nouerat pec- catum, pro nobis peccatum feciſſe*; tan- tum abeſt, vt illis faueat, quod inde potius catholica veritas deducitur, ſenſus enim eſt, quod Chriſtum, qui peccare neſciuit, fecerit Deus hoſtiam pro peccato, quem ſenſum, vt opti- mum ſequuntur ferè omnes interpre- tes Pauli, nec non diuus Thomas 3. p. q. 15. art. 1. ad 4. iuxta illud Oſeæ 4. vbi de ſacerdotibus dicitur, *peccata populi comedent*, hoc eſt ſacrificia obla- ta pro peccatis.

Deinde quod pertinet ad modum loquendi, cum aliud ſit, peccata no- ſtra

ſtra eſſe, vel dici peccata Chriſti, & aliud Chriſtum peccare, & ſi nonnulli doctores Catholici, vt Ianſenius in argumento Pſalmi 39. vbi dicitur: *Comprehenderunt me iniquitates meæ*; primum admittant, eo quod noſtra peccata in ſe delenda ſuſceperit Chriſtus, ſecundum tamen dici non poteſt, Chriſtum nimirum peccaſſe, ſi quidem tali modo loquendi Chriſtus, vt author peccati ſignificatur, quod eſt falſum, & hæreticum, non autem primo, qui adhuc vſurpari non debet, niſi cum præfata explicatione.

Secundo refellitur ſectariorum blaſphemia, quia falſum eſt Chriſtum in cruce deſperaſſe, quando præfata verba dixit, *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me*? ſi quidem eodem tempore dixit hæc alia, *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*; quæ profecto non dixiſſet ſi deſperaſſet. Imò, cum, vt ſtatim dicemus, Chriſtus quo ad animam eſſet in ſtatu beatitudinis ſciretque ſtatum illum fore perpetuum, ſiue non poſſe ſe ab illa excidere, ita exigente natura beatitudinis, non poterat deſperare. Illa ergo verba *Deus, Deus meus* &c. non fuere deſperantis, ſed admirantis Chriſti, cur in tanto corporis cruciatu derelictus à Patre fuiſſet. Quam admirationem tollunt illa alia verba 21. *Quare me dereliquiſti, longe à ſalute mea verba delictorum meorum*; quæ communiter Patres tum Græci tùm Latini tribuunt Chriſto, vel intelligunt de Chriſto, cum hac tamen differentia, quod aliqui ea exponunt de ipſo non in propria perſona, & natura, ſed pro vt noſtram, hoc eſt omnium hominum perſonam induit, eo quod etiam, vt homo nunquam à Deo derelictus eſt; alij vero de ipſo ſecundum propriam eius naturam humanam, iuxta quam interpretationem, quæ videtur magis vera, nam cum Chriſtus de ſeipſo ſecundum humanam naturam dixerit illud Matth. 27. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* non eſt cur dicatur illa verba Pſalmi 22. in alio ſenſu Pro-phetam de Chriſto pronuntiaſſe, cu[m] eadem Chriſtus in cruce vſurpaueri[t]; iuxta hanc, inquam, interpretatione[m] ſenſus eorum eſt: non eſt mirum, De[us] pater, quod relinquas me in his dol[o]ribus, quia delicta totius mundi, q[uæ] in me luenda ſuſcepi, vel vt ait diu[us] Thomas 3. p. q. 15. art. 1. ad 1. q[uæ] ego mea eſſe feci, vt pro eis ſatisfac[e]rem, non poſſum aliter expiare, qu[am] ſuſtinendo hanc penam. *Verba*, i[n]quit, *delictorum meorum*, id eſt, pe[c]cata humani generis, quæ mea ſun[t] quatenus ea in me luenda ſuſcep[i]; *longe ſunt à ſalute mea*, id eſt, no[n] poſſunt coniungi cum ſalute corpo[ris] mei. Debeo pati in corpore, vt i[lla] poſſim expiare. Quo ſpectat illud Petri 2. 24. *Peccata noſtra ipſe porta[uit] in corpore ſuo ſuper lignum*.

Tertiò reijcitur, quia, quod aiu[nt] Chriſtum ſuſtinuiſſe perſonam o[m]nium noſtrum, qui propter peccat[a] æternæ damnationi eramus obnox[ij], atque adeo debuiſſe perſoluere om[nes] pænas, quæ homini damnato de[be]bantur, inter quas eſt deſperatio, nedum corporis, ſed etiam & ani[mæ] mors; hæc, inquam, & ſimilia, q[uæ] paſſim Caluinus docet in harmon[ia] Euangel. ad cap. 27. lib. 2. inſti[t.] cap. 16. §. 8. 10. & 11. quibuſque ſu[am] conatur blaſphemiam propugnar[e], ſunt innumeris plena falſitatibus, [&] abſurdis. Primo enim generatim [lo]quendo falſum eſt, Chriſtum om[nes] pænas damnatorum ſuſtinuiſſe, at[que] adeo deſperationem; nam precip[ua] pæna damnatorum, eſt pæna dam[ni], id eſt, carentia ſeu priuatio æte[rnæ] beatitudinis, ſeu viſionis beatifi[cæ]. Quemadmodum enim beati in c[œlo] clare vident diuinam eſſentiam, [in] qua viſione conſiſtit æterna beatitu[do], ita damnati in inferno priuantur i[lla] viſione, & in hac priuatione conſ[iſtit] pæna, quam Theologi vocant dam[ni]. Eſt enim ingens damnum priuari æ[ter]na beatitudine. At Chriſtus, nec

mor

c poſt mortem, priuatus fuit
viſione, ſi quidẽ ſtatus bea-
quo per illam, quo ad ani-
debat, eſt immutabilis, &
unque deſperatione incom-
, non igitur pænam damni
ſt, non deſperationem in-
conſequenter nec omnes
um pænas.
, ſi ex Caluino, nihil ad
demptionem actum erat, *ſi*
ſtùm morte defunctus fuiſſet
nec, *aliud maius & excel-*
ium fuiſſet, quod diros in
atus damnati ac perditi ho-
lerit, verba ſunt Caluini,
equitur, per actum pecca-
redemptos. Nam ſecun-
ipia Caluiniſtica timere
nagis deſperare de ſalute
Dei erga ſe beneuolentia
llum apprehendere vt ira-
feſtum, maximè pugnat
conſtituit hominem vere
vt Caluinus fuſiſſime pro-
ır lib. 3. inſtit. cap. 2. §.
paſſim; ſi igitur ex ipſo
di quem in Chriſto po-
, & trepidationem re-
us, per actum grauiſſimi
empti ſumus. Sequitur
i redemptori opus eſſe
tore. Nam ſi per actum
redemit, quo lauacro illa
ndabitur? & confirmatur;
lle, & horror Chriſti de
alute, vel placuit Deo,
; ſi placuit, cur in nobis
damnatur lib. 3. inſtitut.
19. vt vidimus ſupra c. 15.
, vt, niſi ſecum manifeſte
ere debet, iam per pec-
od ſolum Deo diſplicet,
s redemit; alioque conſe-
lemptore opus habuit?
m redijt in gratiam Patris?
actauit omnia, ſicut de
tionis emiſſa idem Calui.
mat in Harmonia ad ca-
th. ſed qui retractare po-

tuit, per quod ipſum nos redemiſſe Caluinus aſſerit, non contentus ſanguinis effuſione, nec morte corporis, de quibus tamẽ ait Apoſtol. Hæbræorum 9. 13. *Si ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emendationem carnis: quanto magis Chriſti* &c. *emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti?* ſed potiſſimum quærens mortem animæ, hoc eſt deſcenſum ad damnatorum pænas ſuſtinendas, metum de ſalute animæ, deſperationem, & ſimilia, quæ locis citatis ait maius & excellentius pretium fuiſſe noſtræ redemptionis; adeo in præceps ruunt, qui ſemel à vera fide recedunt.

Demum ſequitur, abſolutè nondum nos eſſe redemptos. Non enim temporalem duntaxat mortem eramus promeriti, ſed etiam æternam; quare ſi Chriſtus *in locum Sceleratorum, Sponſor, vades, adeòque inſtar rei ſubmiſſus*, vt ait Caluinus, *debuit dependere, & perſoluere omnes, quæ ab illis expetendæ erant, pænas*; debuit in æternum eas ſubire, quod tamen non fecit. Ergo eripitur nobis redemptor, & ſpes ſalutis prorſus adimitur.

Si reſpondeat Caluinus hoc vnum excipi, *quod doloribus mortis nõ poterat detineri*; vel vt ait in paruo catechiſmo, *non in damnatione fuiſſe, vt in ea permaneret*; hoc argumentum non ſoluit, & auertit rationem iuſtitiæ, quam Apoſtolus in noſtra redemptione commendat, Rom. 3. 25. *ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ*. Quæ enim iuſtitia, aut æqualitas, aut proportio, inter tempus præſertim exiguum, & æternitatem.

Similiter non ſatisfacit, quod reſpondet Gaſpar Oleuianus in magno Catechiſmo circa 5. Symb. art., videlicet perſonæ dignitatem, proportionis defectum ſuppleuiſſe; nam ſi illa dignitas ex ipſo æternitatem ad triduum, aut paucos annos contrahere

potuit,

potuit, cur non poterat morti corporeæ, & ſanguinis effuſioni ita ſe ſe communicare, vt omnia humani generis peccata deleant, & offenſam ex iuſtitia compenſent? Quod eſt, quod Catholici vnanimiter credunt, ita docente ſcriptura, in qua, licet corporis, & mortis mentio non rarò fiat, ſæpiſſime tamen ſanguis nominatur, tanquam ſalutis noſtræ peculiare inſtrumentum, ex tanta charitate, humilitate, obedientia, & patientia in Cruce effuſus. Incomparabiliter enim gratior fuit Deo Chriſti ſanguis hypoſtatice Verbo vnitus, indeque infinitę dignitatis, ex obedientia pro redemptione hominum effuſus, quam diſplicuerit Adæ, & ſtirpis eius inobedientia: vnde hanc propter illam facile remiſit, pleniſſimè ſibi ſatisfactum profeſſus Iſaiæ 53. 12. *Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam.* Nec corporis dolor, aut animæ triſtitia quidquam in hoc negotio potuerunt, niſi quia à tali filio Deo ſimul & homine libenter acceptata, & Patri liberaliter in odorem ſuauitatis oblata.

Vnde alterius quoque argumenti futilitas apparet, quod Caluinus adfert lib. 2. inſtitut. cap. 16. §. 12. *Et ſane*, inquit, *niſi pœnæ fuiſſet particeps anima, corporibus tantum fuiſſet redemptor*; quaſi aut corpus ſine anima pœnas ſentire potuerit, aut Catholici doceât animam Chriſti nihil eſſe paſſam. Paſſus eſt enim Chriſtus in omnibus ſenſibus exterioribus, & maximè in tactu, qui eſt doloris ſenſus: paſſus etiam in ſenſibus interioribus, ſenſu communi, imaginatione, æſtimatiua, memoria. Sed hæc paſſio neq; eſt corporis ſolius, nec ſolius animæ, ſed ipſius hominis ex vtroque conſtantis. Paſſus eſt etiam in ſuprema animæ portione triſtitiam grauiſſiam, tùm propter hominum peccata, quibus pater offendebatur, tùm quia valde pauci paſſionis ſuæ fructum eſſent perce-
pturi. Sicut autem citato Iſaiæ lo
Oblatus fuit, quia voluit, ita quoqu
dolorem, & triſtitiam, cæteraſ
afflictiones ſubiuit, quia voluit;
partem inferiorem ita hæc redunc
paſſus eſt, vt ſudorem ſanguineum
to corpore expreſſerit, & Angeli c
ſolationem non recuſarit.

Abſit autem vt Chriſtus de ani
ſalute timuerit, aut Deum Patren
iratum apprehenderit; in quo dan
torum pœnas conſtituit Caluinus
ſit etiam vt hæc Chriſti vſque ad
ſperationem afflictio, potiſſimum f
pretium redemptionis noſtræ:
enim horrenda Caluini in Chriſt
blaſphemia inde videtur orta, q
redemptionis noſtræ modum pe
ignorauit: putauit enim pœnis p
opponendas, vt eaſdem Chriſtu
penderet, & perſolueret, quas
promeriti fueramus; pythagorica
retaliationem in redemptionis n
opere conſtituendam eſſe, corpu
mirum pro corpore, animam pro
ma, infernum pro inferno, deſper
nem pro deſperatione. Verum
etiam in humanis negotijs merit
fellit Philoſophus lib. 5. Ethic. c
& ex eo diuus Thomas 2. 2. quæſt
art. 4. Hincque etiam ſequeretur
ſupra diximus, nos re vera nond
eſſe redemptos, cum æternam an
mortem omnes commeruiſſent
mines.

Aliud ergo in redemptione n
ſpectandum eſt, nempe pretium
guinis infinitum, ex infinita per
offerentis dignitate procedens:
enim erat, qui eum effundendo
redemit, & pro nobis ſatisfecit;
ptereaque æternas pœnas pœnis
porarijs, animæ noſtræ mortem
te corporis, omnia omnium homi
ſcelera & flagitia vnica obedie
compenſauit. Vt docent omnes
tres, nec non Theologi cum
Thoma 3. parte.

CA

APVT LIII.

r contra Caluinum, & ſe-
s verus Chriſti ad infe-
ros Deſcenſus.

olici ſymboli quintus arti-
s, Chriſti ad inferos deſcen.
redendum proponit; quem
tẽporis hæretici verbo qui-
ri videantur, reipſa tamen
ltiſque erroribus implicãt;
Caluinus eiuſque ſequa-
er incredibilem blaſphe-
ndiſſe Chriſtum ad infe-
liud eſſe volunt, quam
as, & cruciatus damnato-
na perpeſſum fuiſſe, inter
riſtum nihil diſcriminis ſit,
li perpetuo, Chriſtus au-
us paſſus ſit. Hoc ſigni-
aluini verba lib. 2. cap. 16.
iori capite citata, *qui de-*
perſolueret omnes, quæ à
etendæ erant, pænas; item
Ergo ſi ad inferos deſcen-
nihil mirum eſt, cum eam
lerit, quæ ſceleratis ab ira-
itur. Vbi per mortem
ligit mortem corporis,
nima cruciatus damnato.
ditorum hominum, vt
ntextu. Inſuper docet
piſſe deſcendere ad infe-
æpiſſe pati damnatorum
do in horto dixit, *Pater,*
transeat à mè calix iste;
ndius deſcendiſſe, quan-
it in cruce, *Deus, Deus*
dereliquiſti me? profun-
quando poſt mortem,
Dei tribunali, tanquam
mortis comparuit; ſic
. 12. *Si nunc roget quis-*
c deſcenderit Chriſtus ad
ortem deprecatus eſt: res-
ſe exordium. Vnde colli-
diros, & horribiles cru-
fuerit, cum ſe ad tribu-
ſtare cognoſceret noſtra

cauſa. Nempe poſt mortem, vſque ad reſurrectionem.

Alij mitius quidem, ſed non verius loquentes dicunt, Chriſtum deſcendiſſe ad inferos nihil aliud fuiſſe, quam mori, cum putent nullum eſſe locum ſubterraneum, qui nomine inferni ſignificetur, ſed potius per illud in ſcriptura ſepulchrum denotari; iuxta illud Iob. 17. *ſi ſuſtinuero infernus domus mea eſt*: & Pſ. 87. *Vita mea inferno appropinquauit*; alibique ſæpe. Quare etiam iuxta hanc interpretationem, Chriſtus potius ſecundum corpus, quam ſecundum animam ad inferos deſcendiſſe dicendus eſſet.

Inter Doctores Catholicos Durandus in 3. diſt. 22. quæſt. admiſſo proprio loco ſubterraneo qui infernus, dicitur, quodque ad illum Chriſtus deſcenderit, qua in re differt ab hęreticis, in verbo deſcendendi ponit metaphoram. Quia non exiſtimat Chriſtum propriè ſecundum ſubſtantiam, & præſentiam animæ ſuæ deſcendiſſe; ſed tantùm ſecundum virtutem, & efficaciam.

Pro huius controuerſiæ intelligentia, & reſolutione recolenda ſunt tanquam certa, quæ ſuperiori tomo lib. 4. ſect. 10. cap. 26. diximus, & explicuimus, nimirum in inferis, pro viſceribus terræ ſumptis, diuerſa fuiſſe, ante mortem Chriſti, animarum poſt hanc vitam receptacula. Primum pro damnatis; ſecundum pro infantibus in peccato originali morientibus, quod dicitur limbus puerorum; tertium pro animabus, Deo quidem gratis, ſed nondum perfectè in hac vita purgatis; quod appellatur purgatorium; quartum denique pro animabus ſanctis, quæ decedebant ante Chriſti aduentum, eiuſque in cælum aſcenſionem; quod vocabatur ſinus Abrahæ, nec non interdum limbus ſanctorum Patrum. Quæ omnia receptacula licet quandoque in ſcripturis, & Patribus confuſa reperiantur, & omnia communi inferorum nomine

ne nuncupentur, ea tamen eſſe diuerſa ibi oſtendimus ex diuerſis pænarum generibus vnicuique proprijs. Vndè ſit.

Prima concluſio. Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, non eſt animam eius, neque in corpore, neque à corpore ſeparatam paſſam eſſe internos cruciatus, & afflictiones, quas damnati patiuntur, ex eo quod apprehendunt Deum ſibi iratum, & quia de ſua ſalute deſperant. Iſta concluſio eſt de fide contra Caluinum, & ſequaces, manetque ſufficienter probata tum ex dictis ſuperiori capite; quibus nihil addendum, niſi quod ait diuus Hilarius lib. 10. de Trinit. eos veluti alloquens, & illa explicans verba Chriſti ad latronem, *Hodie mecum eris in paradiſo*, Luc. 23. *Anne tibi*, inquit, *metuere infernum credendus eſt: dicens latroni hodie mecum eris in paradiſo? Dominus communionem ei paradiſi mox pollicetur, tu Chriſtum ſub pænali terrore conſtituis*. Tum ex dicendis in ſequenti concluſione, vbi oſtendemus deſcenſum Chriſti ad inferos proprie interpretandum eſſe de deſcenſu illius ad loca ſubterranea, vbi animæ veterum Patrum detinebantur.

Quod autem ait Caluinus Chriſtum cæpiſſe deſcendere ad inferos, quando in horto mortem deprecatus eſt, ex eo ſolo ſatis refelli poteſt, quod in ſymbolo habemus, eum deſcendiſſe ad inferos poſt mortem & ſepulturam; articulus igitur fidei, qui in eo proponitur, minime intelligendus, eſt, de deſcenſu, modo, quo à Caluino dicitur, ſuumq; exordium habuiſſe, à mortis in horto deprecatione; aut etiã antè, v t ineptè habetur in paruo Caluiniſtarum Cathechiſmo inter. 37.

Secunda concluſio. Chriſtus Dominus ad infernum ſecundum animam deſcendit in triduo mortis; iſta concluſio eſt tam contra Caluinum, quam contra alios putantes Chriſtum deſcendiſſe in infernum, nihil aliud eſſe, quam cum mortem ſubij[...] pertinetque ad fidem intellig[...] nomine inferni locum aliquem [...] tum ſubterraneum; nec non ab[...] hendo iam à modo talis deſcen[...] an nimirum fuerit ſecundum ſub[...] tiam animæ Chriſti, realemque [...] præſentiam, an verò ſecundum v[...] tem, & efficaciam tantum, de [...] concluſione ſequenti.

Concluſio ſic explicata prob[...] primò nonnullis veteris Teſtamẽ[...] cis, quibus myſterium hoc aduml[...] fuiſſe Patres docent; Pſal. 23. *Att[...] portas principes veſtras, & eleua[...] portæ æternales*. Pſal. 29. *Eduxi[...] inferno animam meam*. 48. *Deus [...] met animam meam de manu in[...]* 106. *Quia contriuit portas ærea[...] vectes ferreos confregit*, ac dem[...] 138. *Domine probaſti me, & cogn[...] me, tu cognouiſti ſeſſionem meam [...] reſurrectionem meam*. de quibus p[...] ſimum videri poſſunt Hilarius, [...] lius, Hieronymus & Auguſtinus [...] Pſal. Citari etiam ſolet pro eode[...] lud Eccl. 24. 45. *Penetrabo omne[...] feriores partes terræ, & inſpiciam o[...] dormientes, & illuminabo omnes ſp[...] tes in Domino*.

Secundò ex nouo Teſtamen[...] Matth. 12. *Erit filius hominis in co[...] terræ tribus diebus, & tribus noct[...]* & ſi enim nonnulli Patres vt Ch[...] ſtomus, & Eutymius exponant [...] locum de Sepulchro, quia ſepul[...] Iudæorum erant inciſa in cauern[...] ſpeluncis, & ita erant quodamm[...] intra cor terræ: nihilominus non [...] pterea excludunt alium ſenſum de [...] mæ Chriſti ad inferos deſcenſu, q[...] ibi Chriſtum ſignificaſſe, ac præd[...] ſe docent alij Patres Hierony[...] Theophilactus; indeque Tertulli[...] lib. de anima cap. 55. probat inf[...] eſſe in profundo terræ; & ante i[...] Irenæus lib. 5. contra hæreſes cap[...] ſed omniũ optime Hieronymus lo[...]

Act. 2. vbi Petrus ad proband[...] Chriſti reſurrectionem adducit [...]

Pſ[...]

Quoniam non derelinques ani- ... m in inferno, nec dabis ſan- ... m videre corruptionem, & ſub- ... *ide loquutus eſt de reſurrectio- ... i, quia neque derelictus eſt in ... neque caro eius vidit corruptio-* ... enim anima Chriſti, in triduo ... ius, ſeu poſt ſeparationem à ... non fuit derelicta in inferno, ... reuocata, vt Chriſtus mor- ... rgeret, neceſſe eſt, quod il- ... deſcenderit. Vt interpretan- ... locum Baſilius, Theodore- ... onymus, ac reliqui expoſi- ... Pſal. 15. Beda cum alijs Act. ... oſius ſerm. 74. & Auguſtinus ... & 99. Neque hic poteſt ac- ... ari interpretatio inferni pro ... , cum ſermo ſit de anima, ... orpore, quin potius à corpo- ... arne euidenter diſtinguitur, ... n iaceret in ſepulchro, ani- ... ndit ad inferos, vnde, poſt ... tempus, quo ibi volebat de- ... dijt ad ſepulchrum, in quo ... at poſitum, omnes Sanctos ... ondito vita functos ſecum ... iuxta Zachariæ prophetiam ... *quoque in ſanguine teſtamenti ... i vinctos de lacu in quo eſt* ... dicetur infra.

... 10. *Quis aſcendit in cęlum, ... deducere? aut quis deſcendit in ... d eſt Chriſtum à mortuis reuo.* ... i dum ſupponitur Chriſtum ... byſſo, indeque reductum, vt ... , ſupponitur quoque illuc ... ad animam ipſum deſcen- ... mine autem abyſſi ſignificari ... patet ex Luc. 10. vbi legio ... rum rogabat Chriſtum, nè ... illis, vt in abyſſum irent, ... lo opponitur, tanquam ex- ... ans ab illo, & vt res homi- ... ma proponitur, illuc de- ... ſicut in cælum aſcendere. ... rpretationem, Theodoreti, ... cti, & Anſelmi ibi.

... 4. *Quod autem aſcendit, quid ... & deſcendit primum in in- feriores partes terræ?* ibi enim Paulum aperte loqui de loco inferni docent Chriſoſtomus, Hieronymus, & alij: tum quia non loquitur de deſcenſu ad terram, qui fuit per Incarnationem; ſed de deſcenſu ad inferiores partes terræ; tum etiam quia loquitur de illo deſcenſu, quo iuxta Zachariæ vaticinium, vt mox dicebam, eduxit vinctos de lacu.

Demum 1. Petri 3. *Viuificatus autem Spiritu, in quo ijs, qui in carcere erant Spiritibus, veniens prædicauit.*

Authoritati ſcripturæ accedit & traditio pro eadem veritate, vt patet ex ſymbolo Apoſtolorum prout nunc ab Eccleſia recipitur, & recitatur, Diui Athanaſij, quod Eccleſia recepit; nec non ex vnanimi in illam conſenſu veterum Patrum tum Græcorum, tum Latinorum quorum iam plura notauimus loca, aliaque plura videri poſſunt apud Coccium tom. 1. lib. 2. Caniſium in Catechiſmo, & alios. Vndè merito definita eſt in Concilio Lateranenſi, vt habetur in cap. firmiter de S. Trinitate, & fide Cathol.

Præfatis autem tum Scripturæ, tum Patrum locis, non poſſe accommodari, quam illis dant interpretationem, Chriſtum videlicet ad inferos deſcendiſſe, fuiſſe ipſum pænas inferni ſuſtinuiſſe, aut tantum mortuum fuiſſe, vel eius corpus in ſepulchro iacuiſſe, ſatis patet ex dictis; nec non ex eo, quod dum Sancti Patres docent ex ſcripturis, Chriſtum ad inferna deſcendiſſe; ſimul tamen docent, non vt reum, aut pænis ſubiectum, ſed vt victorem, ac triumphatorem deſcendiſſe, eique, vt Paulus ait Philipp. 2. omne genu etiā in ipſis infernis fuiſſe curuatum; quam rem elegantiſſimè præ cæteris deſcribit S. Auguſtinus ſerm. 137. de temp. ad hoc ipſum inducens illud Oſeæ 13. *Morſus tuus ero inferne.* Deinde, quod præcipuum eſt, cum in cruce pleniſſime ſoluiſſe pro nobis noſtramq; conſummaſſe redemptionem ad Hebr. 9. & 10. & pretium

quod ſoluit, non fuiſſe pænas inferni, ſed ſanguinem ab eo pro nobis effuſum, vt ſuperiori capite diximus; Chriſti ergo ad inferos deſcenſus, non poteſt intelligi, de pænis inferni ab eo toleratis, vt impie aſſeruit Caluinus; nec etiam de ſola eius morte, vt alij aſſerunt, tùm propter dicta; tum quia ſacra Symbola, & omnes Patres loquuntur de deſcenſu Chriſti ad inferos, quo ad animam, tanquam de aliquo myſterio fidei, ad eius mortem, & ſepulturam ſubſecuto, quatenus dum Chriſti corpus in illo triduo iacuit in ſepulchro, eiuſdem anima glorioſa, nullique paſſioni amplius obnoxia deſcendit ad inferos, intelligendo nomine inferni locum aliquem certum ſubterraneum.

Quæ in cõtrarium obijciunt aduerſarij, nullius ſunt momenti, ex Pſal. 17. *Dolores inferni circumdederunt mè*; & 87. *poſuerunt me in lacu inferiori*; item Act. 2. *Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni*. Duobus enim primis locis iuxta interpretationem Patrum, nihil aliud ſignificatur, quàm acerba tormenta, quibus Iudæi Chriſtum affecerunt, vt eum morti traderent. In his enim & ſimilibus locis conſiderandum eſt, Dauidem ita loqui prophetice de Chriſto, vt etiam de ſeipſo loquatur, propriamque afflictionem deſcribat, quando à Saule, vel ab Abſalone quærebatur, vt interficeretur. Vndè cum Mors maximum malorum ſit, & eo tempore cenſeretur, vt via ducens ad infernum, nondum autem ad gloriam, ideo illis metaphoris, & loquendi modis, & ſuas, & Chriſti calamitates deſcripſit.

Alter quoque locus act. 2. cuius ſuperiori tomo ſect. 10. cap. 26. plures adduximus interpretationes, quarum tamen nulla fauet aduerſarijs, facilem etiam habet expoſitionem, ſcilicet Chriſtum Dominum reſurrexiſſe ſolutis doloribus, quos in morte paſſus eſt, vel reſurrexiſſe ſoluta, & deuicta

morte, quam tot doloribus ſuſtin-
rat pro noſtra redemptione.

Quod demum ait Caluinus lib
inſtit. cap. 16. §. 9. *Chriſti animam*
luc deſcendere quid opus fuit? ſolue
infra, oſtendendo, quid in animal
ibi exiſtentibus operata ſit.

Tertia concluſio Chriſti anima
ſcendit ad inferos ſecundum ſubſt
tiam ſuam, & realem præſentiam.
concluſio eſt omnium Theologoru
contra Durandum, qui admitt
proprium locum ſubterraneum,
infernus dicitur, tamen exiſtin
Chriſtum illuc propriè non deſcend
ſecundum ſubſtantiam, & reale
præſentiam animæ ſuæ: ſed tantù
ſecundum virtutem, & efficacia
Cuius ſententia non ſolum non
probabilis, vt putauit Picus Mira
in apolog. q. 1. verum potius pro
ronea, & plane hæretica habetur
omnibus Theologis.

Primò quia loquitur contra p
prietatem verborum ſcripturæ, ſin
vlla neceſſitate metaphorici ſenſ
cum animæ Chriſti ſubſtantialite
atque præſentialiter deſcendiſſe ad
feros, non ſolum non indecens fuer
ſed perhonorificum, ſi quidem d
ſcenſus hic non fuit ad dolorẽ, & p
nam, ſed ad gloriam, & triumphun
item ſine authoritate, omnibus Pat
bus manifeſte docentibus huiuſmo
deſcenſum fuiſſe ſecundum anima
illumque Eccleſia vt talem propon
te, cum hanc veritatem credend
definiuit, & non in ſenſu metapho
co, alias enim, cum ſimul dicatur
ſurrexiſſe, & aſcendiſſe in cęlum, po
ſent omnia ad metaphoras traduci.

Secundò, quia nonnulla ſunt ſc
pturæ loca, quæ nullo modo admitt
re poſſunt illum ſenſum metapho
cum, ſiue de exiſtentia per ſolam
operationem, & efficaciam; vt eſt
lud à Diuo Petro adductum Act.
Non derelinques animã meam in infe
no: quia ſi nunquam ibi ſubſtantial
ter, & præſentialiter fuit, etiam ſi i
opera-

r, non potuit ibi derelinqui.
a Christi ſi tantùm per ope-
uit in inferno, quid quæſo
non derelinqui? profecto
, eam deſinere operari in
Derelinqui verò in inferno
r operari ibi; quæ inter-
ſunt abſurdiſſimæ; preſer-
rus loco citato addat; *Iux-*
ſſibile erat teneri illũ ab eo;
um ab inferno; non erat
ibile eum ſemper ibi ope-
hoc fuiſſet teneri ab infer.
o modo neceſſarium fuiſ.
mam ab inferno educi, vt
etur, & Christus reſurge-
men aperte Petrus inten-
ita exponit verba Regij
Non ergo Durandi inter-
eſcenſu per ſolam opera-
ciens eſt, vt ipſe ait, ad
cripturas, nec valet ra-
ucta, nimirum ex illis
i deſcendiſſe ad inferos,
ctorum Patrum ibi de-
caret, eaſque indè eripe.
non eſt neceſſaria præ-
ialis, ſed ſufficit virtus,
per ſe conſtare videtur.
, ratio non vrget, quę
non fuiſſe Chriſto ſim-
ſarium ſecundum ani-
ere ad infernum, vt
s bearet; nos autem id
s propter neceſſitatem
ut ſimilium, ſed quia
irmant, iuxta commu-
n Patrum interpreta-
uentes autem rationes
anc rem ita ſe habere
m in ijsdem ſcripturis
m adducentur.
ſcripturæ ſpecialiter
m Chriſti fuiſſe in in-
e fuiſſe eductam, vt
eret, profecto ſignifi-
o modo fuiſſe, quàm
is vbi operaretur, &
in illis; alias eodem
t, nunc Chriſtum de.

ſcendere in terram, quia in ea multa operatur per virtutem animæ ſuæ, imo & in infernum deſcendere, quia interdum aliquid ibi operatur ſaltem in animabus purgatorij, quod forſan Durandus non negaret; ſcripturæ ergo, dum aiunt, Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, quo ad animam, indeque fuiſſe illam eductam, propriè loquuntur, hoc eſt, de aliquo ſubſtantiali eius deſcenſu, & eductione, non autem metaphorico per operationem, aut ab ea ceſſationem; qui eodem modo de Chriſto iam in cælo verifica, ri poſſet.

Congruentes autem rationes, cur reali præſentia in infernum Chriſtus deſcenderit, plures ſunt. Quarum prima, & ſumma eſt, quam adducit Diuus Thomas 3.p. quæſt.52. art. 1. & 2. nimirum quod Chriſtus ſumma benignitate voluit eos, quos per gratiam intus ſecundum diuinitatem illuminabat, etiam ſecundum animam loco viſitare; vt ſicut ijs, qui in terra verſabantur, iuſtitiæ ſol ortus erat, ita etiam ijs qui infra terram in tenebris & vmbra ſedebant, illuſceſceret, vt ait Damaſcenus lib. 3. de fide cap. 29. vbi alias adhuc rationes adducit. Deindè, quia licet abſque reali præſentia animæ ſuæ potuiſſet omnes ibi præſtitos effectus perficere, vt diximus ſupra; conuenientiori tamen modo, & ad ſuum finem magis accommodato eos præſtitit, illuc in propria perſona, atque animæ ſubſtantia deſcendens. Tum denique, quia anima Chriſti, donec ſuum corpus reſumeret, nullibi conuenientius ſecundum ſuam ſubſtantiam eſſe poterat, quam vbi erant omnes ſancti ab initio mundi tanto cum animi deſiderio eius aduentum expectantes.

Quod ſpectat ad effectus ibi à Chriſto per animam præſtitos, cum certum ſit ſecundum fidem, eam non eduxiſſe de locis inferni animas ad æterna ſupplicia damnatas; neque illis beatitudinem contuliſſe, vt oſtendimus

dimus ſuperiori tomo ſect. 10. cap. 26. contra Armenos; licet dubitetur inter Theologos vtrum ad illam partem Chriſtus ſubſtantialiter deſcenderit, vel tantum virtualiter, ſeu ſecundum operationem, vt docet diuus Thomas; tanquam quid etiam de fide certum eſt, Chriſtum animabus ſanctis, quæ in ſinu Abrahæ erant, eſſentialem beatitudinem, ac cætera animæ dona, quæ illam conſequuntur contuliſſe, atque adeo carcerem illum in paradiſum conuertiſſe, iuxta illud Chriſti ad latronem Lucæ 23: 43. *Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiſo*. Vt enim rectè ait Origenes homil. 15. in Geneſim; *Quod Chriſtus dixit latroni, hodie mecum eris in paradiſo, non illi ſoli dictum: ſed omnibus Sanctis dictum intellige, pro quibus in infernum deſcendit*.

Si quis dicat, eſſe quidem de fide, quod præfatæ animæ ſtatim viderint Deum, anima Chriſti illuc deſcendente, non autem eſſe de fide, animam Chriſti operatam eſſe in illis talem viſionem. Reſpondetur, & ſi multi Theologi probabiliter exiſtiment Chriſti animam per veram, ac phyſicam efficientiam operatam eſſe in his animabus lumen gloriæ per quod Deum clarè videre poſſent, non tamen in hoc ſenſu dicimus eſſe de fide, quod anima Chriſti in illis operata ſit viſionem beatificam, ſed abſtrahendo ab illo, & loquendo ſolum de operatione per modum meriti, vel quacumque alia ratione, ita vt ſenſus ſit, Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, vt propter ſua merita ſtatim Sancti Patres, ibi cum ſummo ardore præſtolantes, viſionem beatam acciperent, atque de illo loco ſimul cum Chriſti anima educerentur.

Cum omnes Theologi ſic conueniant in hac veritate deſcenſus Chriſti ad inferos, ſalua tamen inter eos fide diſputatur de modo illius, dependetque ex illa quęſtione, quam tractant Theologi 1. p. in materia de Angelis, & vbi de anima ſeparata, quomodo nimirum ſubſtantiæ ſpirituales dicantur loco moueri, eſſeque in loco.

Similiter, omnibus Theologis vnanimiter ſentientibus, deſcenſum Chriſti ad inferos pertinere ad fidem; controuertitur quoque inter illos, num articulus fidei ſit; aliqui enim affirmant, alij negant; alij melius, ne ſit de nomine quæſtio, diſtinctione vtuntur; ſique per articulum fidei intelligatur veritas fidei ſpecialem difficultatem habens, vt diuus Thomas illum definiuit 2.2.q.1.art.6. ſic concedunt, proprie dicendum eſſe articulum fidei à cæteris diſtinctum, vt idē diuus Thomas ibi tradidit art. 8. ſecus autem, ſi nomine articuli intelligatur veritas, quam omnes fideles explicitè ſcire, ac credere teneantur; ſic enim non videtur neceſſarium hunc computare inter articulos fidei. Quia non eſt res admodum neceſſaria ſingulis hominibus.

Demùm, cum aliud ſit, an hæc veritas annumeranda ſit articulis fidei, an vero poſita ſit ab Apoſtolis expreſsè in ſymbolo, pro vt nunc habetur; primum admittunt omnes Catholici, multæ ſi quidem ſunt veritates fidei, quæ in ſymbolo Apoſtolico nō continentur; ſecundum autē non eſt ita certum apud eos; primò, quia in ſymbolo Niceno hic articulus non habetur; ſecundò, quia licet nunc habeatur in Apoſtolico, tamen aliqui antiqui Patres illud exponentes, dictum articulum omittunt, Irenæus lib. 1. cap. 2. Tertullianus lib. de velandis virginib. in principio, de præſcript. cap. 13. & lib. contra Praxeam in principio; Origenes initio libr. Periarchon; Auguſtinus in lib. de fide, & ſymbolo, & lib. de ſymbolo ad Catachumenos.

Quamuis autem non ſit omnino certum, Apoſtolos illum articulum addidiſſe propter adducta teſtimonia; quia eſt tamen longè probabilius; quia præfati Patres non negant, Apoſtolos

addidiſſe, ſed tantum omit. vero illum referunt,& expo- rum teſtimonium affirmans , quam authoritas negatiua Exponunt autem Cyrillus mitanus Catecheſi 4. Chri. homil. 2. de Symbolo; Ruf. poſitione Symboli, quidum Eccleſiæ Romanæ Symbolo, ntis Eccleſijs non haberi il- ulam, veriſimilius eſt cum ymbolo Niceno, non de . Auguſtinus denique ſer. 1. de tempore, qui eſt de e Symboli, illam particu- , & exponit in cap. 8. quin 1. 115. qui etiam eſt de tra- mboli, ſingulis Apoſtolis tribuens particulas fidei, poſtolo tribuit hanc parti- *ndit ad inferna :* Euſebius s præuixit lib. 1. hiſt. cap. addæum diſcipulū Chri- am quandam, quaſi in redigentem Chriſtianam c articulum cum alijs po- le, quamuis non ſit omni. vt dicebam, Apoſtolos ulam addidiſſe, eximia aret ſectariorum impu- ntium illam fuiſſe à Scho. ntam. Tantumque ſuffi- llos de præſenti contro- s ad Chriſtum Dominum .

PVT LIV.

rſus Lutherum, & Calui- nque Sequaces, vera no- definitio Sacramen- um nouæ legis.

ateriam de ſacramentis, iuus Thomas tractat 3. p. deinceps, ibique Theo- , licet hæretici huius ſcum ſentiant, aliqua uangelica ſacramenta, à no inſtituta, multis ta- men erroribus illa tam in communi, quam in particulari deprauant; *primò* male definiendo; *ſecundò*, circa eo- rum materiam docendo, licere im- mutare materiam à Chriſto Domino determinatam; *tertiò* circa formam, aſſerendo verbum eius non eſſe con- ſecratorium, ſed promiſſorium, vel concionale; *quartò* negando cauſalita- tem gratiæ per ſacramenta, modum- que illius, nec non characteris ſacra- mentalis; *quintò*, circa intentionem miniſtri requiſitam ad valorem ſacra- menti; *ſextò* circa ſeptenarium Sacra- mentorum numerum; *ſeptimò* circa nonnulla eorum in particulari plures inſuper habent errores, quos omnes ſuo ordine breuiter refellemus, & quantum ſufficiet ad veritatis Catho- licæ hac in re explicationem, quam innumeri alij pluribus iam volumini- bus tractauere.

Primum igitur, quod pertinet ad definitionem ſacramentorum nouæ legis; Lutherani in ſua confeſſione Auguſtana dicunt, *eſſe ritum, qui ha- bet mandatum Dei, & cui eſt addita promiſſio gratiæ*; Caluinus autem con- ſequenter ad ſuam hæreſim in Cate- cheſi Geneuenſi titulo de ſacramen- tis, & lib. 4. inſtitut. cap. 16. §. 1. vbi docet rem ſignificatam per ſa- cramentum, & ex conſequenti pro- priam differentiam eius eſſe obliga- tionem promiſſionum Dei factarum hominibus, quo earum veritas melius confirmetur in eis, & quo illi viciſſim ſuam erga Deum pietatem teſtantur; definit. cap. 14. ſacramentum, quod *ſit diuinæ gratiæ in nos teſtimonium ex- terno ſigno confirmatum, cum mutua noſtræ erga ipſum pietatis teſtificatione*; adeo vt hæc obſignatio promiſſionum Dei ſit Caluino communis cum Lu- theranis, vt videre eſt apud Hunnium Lutheranum opuſc. de Sacram. in ge- nere cap. 1. vbi ſupradictam eorum definitionem paulo accuratius expli- cat. Zuinglius vero exiſtimans rem ſignificatam per ſacramentum eſſe oppi-

oppignorationem, & publicam conſignationem qua homo ſe ſe adſtringit, & oppignorat Chriſto Domino, dans eius militiæ ſuum nomen, & ſimul etiam teſtificationem, definit ſacramentum lib. de Baptiſmo, & lib. de vera, & falſa religione, tit. de ſacramentis, *eſſe Symbolum externum, quo quales ſimus, & quodnam ſit noſtrum officium teſtamur Deo, & Eccleſiæ.* ita vt per illud reddatur tota Eccleſia potius certior de fide ſuſcipientis, quam ipſe ſuſcipiens.

At Eccleſia Catholica has omnes reijcit definitiones, tanquam alienas à natura ſacramentorum nouæ legis; vtque incipiam à Zuingliana, patet primò; quia formalis ratio, & eſſentia huiuſmodi ſacramentorum in eo conſiſtere debet, in quo Sacræ ſcripturæ, & Patres illam collocant; ſi quidem doctrina de ſacramentis innititur diuina reuelatione adæquatè contenta in ſacris ſcripturis, & traditionibus, quarum teſtes, vt alias diximus, & explicuimus, ſunt Sancti, ac veteres Patres. Sed ſacræ ſcripturæ, & Patres explicant nobis eſſentiam ſacramentorum, & ex conſequenti eorumdem differentiam, quæ eſt præcipua pars, per ordinem ad ſuſcipientem, ita vt ipſe habeat ſe paſſiuè, Chriſtus autem Dominus primarius miniſter ſacramenti ſe ſe habeat actiuè, vt conſtat inductione facta per ſacramenta Baptiſmi, & Euchariſtiæ; quæ Zuinglius loco citato agnoſcit ſola vera ſacramenta, de primo enim dicitur ad Epheſ. 5. *Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ*; quem locum omnes Patres intelligunt de Baptiſmo, vt emundante ſuſcipientem ab omni peccatorum macula; quod etiam declarat Apoſtolus verbis ſequentibus; de ſecundo autem, ſiue de Euchariſtia agens Chriſtus Dominus Ioann. 6. eamdem explicat, per proprium effectum, quem præbet ſuſcipienti, nimirum per ſpiritalem nutritionem, ſeu per ſpeciale augmentum gratiæ ſanctificant[...] *Caro mea*, inquit, *vere eſt cibus* [...] *ſanguis meus verè eſt potus, & qui* [...] *ducat me, & ipſe viuet propter me*; [...] igitur formalis ratio, & eſſentia ſa[...] mentorum nouæ legis ſumpta pr[...] ſe, conſiſti t in hac oppignoratio[...] & publica conſignatione ficta à Z[...] glio, cum ſit in ordine ad Chriſtu[...] recipientem, & prædicta teſtificat[...] ordine ad Eccleſiam; adeo vt qui ſ[...] pit ſacramentum Baptiſmi, & Eu[...] riſtiæ habeat ſe actiuè, Chriſtus [...] & Eccleſia paſſiuè; contra naturam [...] iuſmodi ſacramentorum, pro vt [...] pturæ locis citatis, & ad illa Patres [...] non ad alia, inferius citandi nos [...] cent. Quamobrem præfata Zui[...] definitio nedum reijcitur à Cat[...] cis, ſed etiam à Lutheranis, vt Ph[...] po Melanctone in locis ſuis co[...] nibus, *titulo de ſacramentis.*

Falſitas quoque illius ſecundo [...] di poſſet ex abſurdis, quæ ad il[...] ſequuntur, nimirum ſi ſacramen[...] quo ad intrinſecam rationem ſu[...] ſit Symbolum duntaxat externu[...] quo quales ſimus, & quodnam ſi[...] ſtrum officium teſtamur Deo [...] Eccleſiæ; iam nullum ſacrament[...] poſſe valide conferri priuatim, & [...] ſque frequenti congregatione [...] lium, quibus totam Eccleſiam r[...] ſentantibus tale Symbolum e[...] num exhibeatur, quod eſt abſur[...] Item plura alia eſſe ſacramenta, [...] talia non ſunt, nec ipſe admitti[...] inglius, v.g. quamlibet profeſſio[...] fidei exteriorem factam extra ſ[...] mentum, aut etiam orationem [...] calem factam publicè cum alijs [...] libus, & ſic de ſimilibus; nam [...] omne eſt propriè ſacramentum [...] propria, & conſtitutiua differe[...] ſacramenti competit; cuiuſmod[...] ex Zuinglio, oppignorare ſe De[...] aliquod ſignum exterius, idque [...] ficari toti Eccleſiæ.

Quam Lutherani & Caluiniſt[...] eorumdem ſacramentorum defi[...]

ne[...]

hoc conuenientes , quod
natio promiſſionum Dei,non
ſa , & abſurda eſt quam prę-
Probaturque primo eodem ,
a Zuinglianam argumento,
nirum obſignatione promiſ-
ei,ſcripturas , & Patres non
e eſſentialem ſacramenti ra-
cut nec in Zuingliana oppi-
e , & publica eius conſi-
vel facta Eccleſiæ teſtifica-
cundò , quia dum aiunt ſa-
n eſſe quoddam ſigillum ,
nobis obſignat & confirmat
es factas de bonis , ſeu gra-
alibus , conſiderant eiuſ-
ias duobus modis ; primò
à Deo oblatas , ſecundò vt
acto & reipſa exhibitas &
aſſeruntque ſolam obſigna-
omiſſionis eiuſmodi gratia-
io modo ſpectatarum eſſe
& eſſentialem differentiam
ti; ſecundo vero minime, vt
lib. 4. inſtitut. cap. 14. ſect.
e ſeipſum explicat . Sed de
cramenti propriè dicti eſt ,
ractica ſignificatio alicuius
tæ , ſed faciendæ , non ex.
d exhibendæ in ipſo vſu ſa.
de quo infra : Igitur cum
inum, & eius ſequaces hæc
promiſſionis Dei gratia-
ã hominibus; imo & actua-
oblatio longè præceſſerit
ollationem ſacramenti, quia
ententia ſacramenta nullo
erunt primam gratiam, nec
ſcipientem à peccatis ſed
purgatum , & iuſtificatum
dictæ promiſſionis ; ſacra-
eſſentialiter recte definiri
per huiusmodi obſignatio.
lla haberi pro differentia
iali. Tertiò tandem proba-
entia huius definitionis ex
nfantium , qui eſt verum
m , & tamen in eo nulla
io promiſſionum Dei ; cum
atio ex aduerſarijs nihil

ſit aliud , quam efficacior applicatio ſpiritalium bonorum nobis à Deo promiſſorum , facta per fidem ſuſcipientis , vel per incrementum eius fidei ; quæ applicatio nullo modo in infantes cadit , quia , vt plures etiam ex aduerſarijs concedunt, nullus actus fidei poteſt, iuxta legem Dei ordinariã, in illis reperiri; ſique earum aliqui id aſſerunt , hæreſim aſſerunt , vt dicetur infra agendo de Baptiſmo ; in dicta ergo obſignatione ſita non eſt eſſentialis ratio aut differentia ſacramenti generice ſumpti , quæ debet conuenire omnibus , & ſingulis ſacramentis propriè dictis , dę quorum numero eſt baptiſmus .

At quia vnius , & eiuſdem rei practicæ plures fines dari poſſunt : vnus principalis , & primarius: plures itemque alij minus principales , & ſecundarij , inter quos iſtud eſt diſcriminis , quod cum in practicis primarius finis , & primarium obiectum coincidant , propria quoque , & eſſentialis , ſeu conſtitutiua differentia rei practicæ, ſit per ordinem ad finem eius principalem , ac primarium , non autem ad alios minus principales , & ſecundarios , qui etiam poſſunt competere alijs rebus ; In hoc conſiſtit ſectariorum error, eoque ſenſu illum reijcit Eccleſia Catholica , & falſum eſſe oſtendimus ; quo volunt prædictam obſignationem , oppignorationem , ac teſtificationem , eſſe primarium finem ſacramenti , ſiue eſſe id , quod primo per ſe , & formaliter importatur nomine rei ſacræ in ſacramento ; vbi nos Catholici credimus nomine rei ſacræ in illo ſignificari Dei gratiam , quæ nos formaliter facit ſanctos ; cum quo nullum eſt inconueniens affirmare , quod inter alias cauſas , vel motiua ſecundaria, propter quæ Chriſtus Dominus inſtituit ſacramenta , vnum ſit, vt *illum quaſi pignoribus obligatum haberemus , atque ita fidelem in promiſſis futurum dubitare nunquam poſſemus* : item , vt fidem noſtram in nomine

profiteri, & notam facere videremur, vt ait Catechiſmus Concilij Triden. 2. p. cap. 1. num. 14. cum prius numero 1. præmiſiſſet verbis explicitis, nomine rei ſacræ, vt dicebam, in ſacramento ſignificari Dei gratiam, quę nos ſanctos efficit. Sique ſectarij rem ita intelligerent, nulla in ea, nos inter & ipſos, eſſet controuerſia.

Sacramentum igitur propriè ſumptum, non pro re arcana, vt habetur ſapient. 6. *Non abſcondam à vobis ſacramenta Dei*, & alibi Tobiæ 12. Danielis 2. ſed pro ſigno rei arcanæ, vt habetur Epheſ. 5. *Sacramentum hoc magnum eſt ego autem dico, in Chriſto, & Eccleſia*. Id eſt matrimonium eſt excellens ſignum arcanæ, & ſacræ coniunctionis Chriſti cum Eccleſia. Sacramentum, inquam, hoc modo acceptum, generaliterque conſideratum, vt comprehendens illa, quæ fuere in lege naturæ, Moſaica, & ſunt in Euangelica, paſſim ſic definitur à Catholicis: *Sacramentum eſt ſignum rei Sacræ*. Vocatur Sacramentum, quia ſacrat, & practicè ſanctificat ſuſcipientem, dedicando, & conſecrando illum cultui diuino. *Signum* diuinitus inſtitutum, & practicum. *Rei ſacræ*, ſanctitatis moralis, legalis, & formalis.

Cum qua generali definitione ſacramenti coincidunt plures eius deſcriptiones, quas licet diuerſis terminis, eodem tamen ſenſu tradunt Doctores Catholici; nimirum, *Sacramentum eſſe inuiſibilis gratiæ ſignum viſibile, & practicum ad iuſtificationem noſtram diuinitus inſtitutum*. Vel quod ſit *res ſacra, rituſue ſacer, ſenſibilis, diuinitus ſtabiliter inſtitutus; vſu ſuo conferens congruam ſanctitatem, veramque ſignificans*. Res ſacra, rituſue ſacer: vt comprehendatur ſacramentum conſiſtens tam in re permanente, vti agnus paſcalis, & Euchariſtia; quàm in ceremonia religioſa, actioneque ſacra, vti alia ſacramenta. Senſibilis externo ſen-

ſu perceptibilis; alias foret [...]
ſacramentum Angelicum, qua[...]
manum. Diuinitus, quia ſol[...]
competit inſtituere ceremoni[...]
cultus, & ſacramenta, quibus ſ[...]
ſibi conſecrentur. Stabiliter, q[...]
diu ſcilicet permanet eamdem [...]
idemque Eccleſiæ ſtatus. Ide[...]
à definitione ſacramenti exclud[...]
ea, quibus ad ſanctificandum [...]
eſt Chriſtus, ſed non ſtabilite[...]
permanenter, vti lotio pedum [...]
ſtolorum, inſufflatio in eos, v[...]
remiſſiua peccatorum Magdale[...]
paralitici. Vſu ſuo, vt pote ſig[...]
practicum, ſui applicatione ſa[...]
cans ſuſcipientē. Quare à defini[...]
ſacramenti excluditur tranſitus [...]
rubri, eſus mannę, aliaque ſimili[...]
ſignificabant ſanctitatem, nulla[...]
men conferebant vſu ſuo. Exclu[...]
etiam ſacrificium, quà tale, qu[...]
ſuo non ſanctificat, ſed teſtat[...]
premum dominium diuinum. [...]
ferens ex opere operato congrua [...]
conuenientem tempori ſanctita[...]
ſcilicet ſanctitatem *moralem* co[...]
nientem tempori legis naturæ, i[...]
que conſiſtentem, vt eſſet conſec[...]
hominis ad cultum diuinum, iu[...]
præſcriptum rectæ rationis; *leg*[...]
Moſaicæ, quæ erat conſecratio h[...]
nis ad cultum diuinum, iuxtà [...]
ſcriptum Moſaicæ legis; veram E[...]
gelicæ, in qua *gratia & veritas p*[...]
ſum Chriſtum facta eſt, conſiſten[...]
in gratia habituali, qua homo fit [...]
formaliter iuſtus & ſanctus. In[...]
autem, & egena ſacramenta con[...]
bant legi naturæ, & Moſaicæ i[...]
Galat. 3. & 4. Heb. 7. & 10. int[...]
quando legis vtriuſque fideles, [...]
fide in Meſſiam venturum, cont[...]
ne, charitate, & ſpiritu legis no[...]
vtebantur ſacramentis; illa ſuſcip[...]
tibus conferebant gratiam ex op[...]
operantis. Demum dicitur, ve[...]
que ſanctitatem ſignificans, im[...]
diate practicè, vel mediate the[...]
ce.

Qu

ſacramenti in genere defini-
l deſcriptiones facile accom-
oſſunt vniuſcuiuſque tempo-
ientis , addita ſcilicet diffe-
um propria , quod ſcilicet
ratiæ , taliquc modo ſigna
Vnde *Sacramentum legis*
iniri poteſt ; *eſſe ſignum pra.*
pere operato ſanctitatis mora.
latiuum formalis, vel vt alij
racticum ex opere operantis.
uia de ratione eſſentiali ſa-
t,quod ſit ſignum practicũ
,legi ſuæ conuenientis:ſan-
n moralis congruebat legi
ſpeculatiuum ſignũ forma-
is;nam immediata,vel me-
icatio gratiæ ſanctificantis
ramento omni eſſe eſſen-
ſacramenta legis naturæ,
non fuerint preciſè ſacra-
eo , quod fuerint ſigna
a ſanctitatis moralis , hęc
quia ſimul erant ſpecu-
gratiæ per Chriſtum ſan-
Vtraque enim *lex habebat*
turorum bonorum . Heb.
Concilium Florentinum,
menta , gratiam per paſ.
iſti dandam figurabant .
Theologi communiter
d ſacramentum ſit genus
ſpectu ſacramentorum
Moſaicæ , & Euangeli-
enim ſunt affectiua verę,
anctitatis , licet diuerſi-
opere operantis in fide
hæc ex opere operato, &
minans tanquam forma
, vt abſtractum ab illis ,
itas pro vt abſtrahit à
, & formali , ſiue inte-
im dicitur tantùm ana-
inferioribus; ſed eſt in,
s , ad quam ſacramenta
ordinantur ,& inſtitu-
im dici poſſit , ſecun-
xecutionis , ſacramen.
, & Moſaicæ fuiſſe
ſe ordinata ad confe-

rendam moralem , & legalem ſanctitatem; tamen ſi ſpectetur ordo intentionis dicendum eſt ea fuiſſe primo & per ſe, ordinata ad faciendam formalem , vel interiorem ſanctitatem in ſuſcipientibus , quia eo fine Deus ea inſtituit vt hominibus per ea excitatis conferret gratiam ſanctificantem ex opere operantis .

Vnde etiam ſacramentum legis Moſaicæ definiri poteſt , *quod ſit ſignum practicum ex opere operato ſanctitatis legalis, & ſpeculatiuum formalis*, vel vt alij volunt , *practicum ex opere operantis*; quod pertinet ad quæſtionem de nomine , quod enim aliqui Theologi vocant practicum ex opere operantis , alij ſpeculatiuum appellant ſignum .

Demum ſacramentum legis Euangelicæ , eſt ſignum practicum ex opere operato gratiæ ſanctificantis ; omnia ſi quidem ſacramenta nouæ legis conferunt diſpoſitis , ſeu obicem non ponentibus gratiam ex opere operato, vt dicetur infra ; opus autem operatum eſt actio ſacramentalis, per miniſtrum facta ex inſtituto diuino . Ipſa ſcilicet legitima prolatio formæ ſuper materia : & ad ſuſcipientem applicatio vtriuſque ; aut ſacramenti conſiſtentis in re permanente cuiuſmodi eſt ſacramentum Euchariſtiæ . Opus vero operantis eſt actio meritoria de condigno , vel congruo . Vnde conferre gratiam ex opere operato , eſt illam cauſare vi operis , ex inſtitutione diuina exerciti, in adminiſtratione ſacramenti ; conferre autem gratiam ex opere operantis , eſt illam cauſare vi operis ſecundum entitatem ſuam ſpectati, non quatenus virtuoſum, & meritorium eſt , ſed abſtrahendo ab omni merito miniſtri , & ſuſcipientis.

CAPVT LV.

Statuitur contra Theodorum Bezam materias Sacramentorum nouæ legis ita eſſe à Chriſto Domino determinatas, vt nemini liceat illas immutare.

OMnibus Theologis Catholicis vnanimiter docentibus, in noua Lege Sacramenta eſſe determinata quoad materiam, vel in ſpecie infima, vt in Baptiſmo aqua elementaris; vel ſecundum genus, vt in Euchariſtia panis triticeus, & vinum de vite; cumque noſtra ſacramenta conſiderata, quo ad ſuam materiam, ſint in duplici differentia, alia quæ habent pro ſua materia rem aliquam phyſicam, & naturalem, vt Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Extrema vnctio, quæ habent aquam, ſacrum Chriſma, panem triticeum, vinum, oleum; alia verò, quæ in ſua materia includunt eſſentialiter aliquid morale, dependens ab hominum inſtitutione, in quibus morale illud eſt fundamentum, & ratio, propter quam ſunt materia eiuſmodi ſacramentorũ, proptereaque, quæ ſunt primi generis, fuiſſe magis determinata à Deo, vel in genere, vel in ſpecie, minus autem quæ ſunt ſecundi, vt Pænitentia, Ordo, & Matrimonium; nam Chriſtus tantùm inſtituit pro materia pænitentiæ ſufficientem declarationem peccatorum, quæ fieret ſacerdoti habenti iuriſdictionem: ſimiliter pro materia Ordinis, inſtrumenta quæ denotarent ex inſtitutione Chriſti poteſtatem, quæ per illa traderetur: tandem pro materia matrimonij, id quod ex inſtitutione Eccleſiæ exprimeret legitimum conſenſum contrahētium, ita vt ſolum ipſe determinauerit legitimum conſenſum contrahentium pro materia Matrimonij, quiſquis ille ſit: at facere quod hic, & iſte conſenſus hoc vel illo modo exhibitus, ſit legitimus, reliquit Eccleſiæ determinandum. Cunctis, inquam, Theologis hoc modo diſcurrentibus de materia ſacramentorum, quo ad eius de-minationem, & pro ratione addu-tibus, non, vt hæretici volunt, c- aliquis cultus Deo diſpliceat, ſi ſit ab eo immediate inſtitutus, & ceremoniæ, aliaque plura, Eccleſia inſtituit, placent Deo ſatis probauimus ſupra, agendo c- lis; ſed quia, vt aiunt ex Diuo T- ma 3. p. q. 60. vt aliquid vim ha- ſignificandi gratiam practicè, non habeat ex ſe, & ſua natura, terminari debet ad talem ſignific- nem ab eo, in cuius poteſtate eſ- latio talis gratiæ; igitur cum re- cramentorum debeant habere vi- gnificandi practice gratiam, & non ſignificent ex ſe, debent det- nari à Deo, qui ſolus eſt autho- tiæ iuxta, illud Pſalmiſtæ, *gra- & gloriam dabit Dominus*: Theo- Beza epiſt. 2. ad Tillium affirm- cere materias ſacramentorum legis à Chriſto determinatas im- re, ita vt vbi vel panis, vel vin- lus eſt vſus, vel certo tempore copia, tunc rectè celebretur mentum Euchariſtiæ, ſi quod ſu- vicem panis, aut vini, vel c- communi, vel pro temporis rati- adhibeatur loco panis, & vini. ſi deſit aqua, & Baptiſmus al- differri non poſſit, tunc Baptiſ- non minus ritè, aut valide cel- alio quouis liquore, quam aqua. profecto dicturus, ſi quæ alia p- iſta duo agnouiſſet ſacramenta fatus hæreticus.

Verum id non licere in omni- cramentis habetur in Concili- dentino, ſeſſ. 21. cap. 2. vb- *Eccleſiam habere quidem poteſta- diſpenſatione ſacramentorum ea n- vel ſtatuere, quæ ſuſcipientium vt- ſeu ſacramentorum venerationi expedire iudicauerit, ſalua tam- per eorum ſubſtantia*. Sed ò aduerſariorum cæcitas, qui pe- contradicendi animo, denega- cleſiæ, quod poteſt, aliquas n-

re ſacras ceremonias in diſpen. ſacramentorum, concedunt , quod ipſa non poteſt, nec pſit vnquam, ſcilicet mutare m ſacramentorum; hoc enim ntùm ſpectat ad eum, qui ha- ſtatem excellentiæ, qua poſ- uere ſacramenta, & ordinare, igna ſint ſignificatiua & pra- tię interioris, quam poteſta- Chriſtus Dominus habuit ſibi n, vt nulli de facto eam com- erit.

ùm ſpectat ad aquam pro ſa o Baptiſmi, definitum quo- n eodem Concilio ſeſſ. 7. can. aquam elementarem eſſe ſufficientem Baptiſmi, vt infra, nec non ſolum vinum pro conſecrando ſanguine & pro corpore ſolum panem .

mentum autem Bezæ in con. uinoſum eſt, ſcilicet men- iſti Domini inſtituentis ſa- m Euchariſtiæ fuiſſe, vt pro. gnis earum rerum, quibus corpus alitur, repræſentaret oculos, veram alimoniam m; atque adeò vbi, & quan. æ ſubſtituuntur loco panis, nilem habent alimoniæ ana- rectè poſſe loco panis, & itui; & ſic materiam ſa- Euchariſtiæ, à Chriſto de- m, in illam immutari; quod fferi poteſt de Baptiſmo, in io aquæ repræſentans inte- oteſt etiam poni, quaſi ob r ablutionem alterius liquo- m aquæ elementaris; hoc, fundamentum omnino rui- , præterquam enim militat opriam Lutheranorum, & rum doctrinam aſſeren- atum quidem vnguem eſſe m à verbo Dei ſcripto, & e Chriſti Domini: verbum ptum, item inſtitutio Chri- aquam duntaxat naturalē elementarē poſtulant pro baptiſmo. Item, pro conficienda Euchariſtia ſolummodo panem & vinum. Re vera mens Chriſti in inſtituendo Euchariſtiæ ſacramento, fuit illud inſtituere in eo ſolo pane, quo homines communius & vt plurimum veſcuntur, qualis eſt ſolus panis triticeus; non autem in eo, quo homines vtuntur tantum per accidens, ratione caritatis, ſterilitatis, aut paupertatis; nam huiuſmodi panes ſunt potius belluini, quam humani: ſimiliter voluit calicem ſuum confici in eo ſolo potu, qui communiter cenſetur anima conuiuij, quia inſtituit hoc ſacramentum in conuiuium; at potus qui communiter appellatur anima conuiuij, eſt verum vinum vitis, non aqua, aut alius quilibet liquor. Sicut etiam ex hoc, quod ſola aqua naturalis retinens ſpeciem elementarem, v. g. marina, fluuialis, fontana, putealis, pluuialis, eſt apta ex communi vſu ad abluendum, voluit illam ſolam eſſe materiam baptiſmi animam abluentis, & emundantis, non autem aliquem alium liquorem, aut aquam diſtillatam è plantis, herbis, roſis, eliquatam è vite aliaſque ſimiles.

Verum, vt iam notauimus, cum ea ſacramenta, quæ habent pro ſua materia rem aliquam phyſicam, & naturalem, qualia ſunt duo prædicta, fuerint magis in ſpecie à Chriſto determinata, noluit ita ſe habere in ſacramentis, quæ includunt in ſua materia eſſentialiter aliquid morale; Quamuis enim in his Eccleſia, ſicut nec in alijs materiam phyſicam habentibus, res ſeu materias, quo ad ſuum eſſe formale, nullomodo mutare poſſit, poteſt tamen quo ad eorum eſſe materiale: quomodo Concilium Tridentinum immutauit materiam ſacramenti Matrimonij, vt explicant communiter Theologi, qui etiam rectè notant, dici non poſſe, præfatum Concilium, loquendo propriè, immutaſſe materiam ſacramenti matrimonij;

trimonij; cum Chriſtus Dominus determinarit res, ſeu materias ſacramentorum nouæ legis, eorum præſertim, quæ pro ſua materia habent eſſentialiter aliquid morale, pendens à voluntate, & inſtitutione hominum, quo ad ſuum eſſe formale tantum, quod quidem formale nullo modo Cõcilium immutauit, quando matrimoniũ clandeſtinum nullũ eſſe voluit; ſi quidem materia huius ſacramenti, quo ad ſuum formale, à Chriſto Domino determinata, & inſtituta, ſolum fuit legitimus contrahentium conſenſus, qui nullatenus à Concilio fuit mutatus; at facere quod hic, & iſte cõſenſus hoc vel illo modo exhibitus ſit legitimus, reliquit Eccleſiæ determinandum; ita exigente ſuauitate diuinæ prouidentiæ in regendis hominibus, vbi agitur de rebus ab eorum voluntate, & libertate pendentibus.

CAPVT LVI.

Oſtenditur aduerſus Lutherum, & Caluinum eorumque, ſequaces, Verbum formæ ſacramentorum nouæ legis, nec eſſe verbum promiſſorium, nec concionale, ſed conſecratorium.

QVamuis ſectarij libenter admittant formas ſacramentorum, eaſque eſſe verba proprie dicta in ſacramẽtis Baptiſmi, & Euchariſtiæ, turpiter nihilominus errant circa qualitatem, & conditionem eorum. Cum enim triplex ſit verbum, vnum conſecratorium, quo ſcilicet aliquid fit ſacrum, & ſanctum, quod aliter vocatur rituale. Secundum, verbum promiſſorium ſeu promiſſionis, quo res promiſſa continetur, & exprimitur. Tertium concionis, ſeu concionale, quo per modum inſtructionis edocemus alios: Lutherani cum ſuo magiſtro lib. de captiuitate Babylonica cap. de Baptiſmo contendunt verbum Sacramentale, ſeu formam ſacramentorum eſſe verbum promiſſionis: quod etiam Caluiniſtæ volunt cum Caluino lib. 4. inſtitut. cap. 14. §. 3. requirentes inſuper verbum concionis ex eodem Caluino ibidem §. 4. nonnulli tamen eorum docent, non requiri tanquam partem eſſentialem ſacramenti, ſed ſolùm per modum conditionis, vt fructus ſacramenti percipiatur. Contra quos errores ſit.

Prima Concluſio. Verbum eſſentiale, & intrinſecum ſacramentis legis Euangelicæ non eſt verbum promiſſorium. Iſta concluſio eſt de fide, definita in Concilio Tridentino ſeſſ. 7. can. 6. *Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam nõ ponentibus obicem non conferre; quaſi ſigna tantum externa ſint acceptæ per fidem gratiæ, vel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit.*

Probatur primò ijſdem argumentis, quibus oſtenſum eſt cap. 54. obſignationem promiſſionum Dei, non eſſe differentiam eſſentialem, aut conſtitutiuam ſacramentorum nouæ legis.

Secundò, quia verbum eſſentiale ſacramento nouæ legis, quatenus eſt tale, debet reperiri in omnibus ſacramentis nouæ legis; ſed in Baptiſmo, & Euchariſtia, quæ iuxta aduerſarios ſunt ſacramenta nouæ legis, verè & proprie dicta, verba illis perficiendis eſſentialia non ſunt verba promiſſionis; tale igitur verbum, eſſentiale, & intrinſecum non eſt ſacramento nouæ legis. Maior huius argumenti cum ſit certa lumine naturali; probatur minor, in ſacramento Baptiſmi, vbi verbum *Baptizo*, quod eſt formæ illius eſſentiale, non eſt idem ac *ſignifico*, vel *denoto*, ſed importat ipſammet actionem abluendi, quæ eſt materia proxima Baptiſmi; ſicut etiam in Euchariſtia, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt calix ſanguinis mei*; quæ ſunt verba, quibus ſacramentum Euchariſtiæ perficitur, non important promiſſionem, ſed rem quæ fit, ſeu ipſammet actualem conſecrationem,

vt ait Apoſtolus 1. Corinth. *benedictionis, cui benedicimus,* dubio benedictio refertur ad materiam;
probabitur concluſione ter- ſtendemus verbum eſſentiale ramentorum nouæ legis de- conſecratorium; non igitur erbum promiſſionis.
ffragatur aduerſarijs, quod lus, vt aiunt act. 19. loquens no ſancti Ioannis meminerit miſſionis; ita enim habetur; *m Paulus, Ioannes baptizauit enitentia populum, dicēs, in eum us eſſet poſt ipſum, vt crederent, Ieſum*; ibi enim tantùm ſi- Ioannem exhortatum fuiſſe vt crederet in Chriſtum, ſus mentione facta, quod omiſſionis ſit eſſentiale ſa- nouæ legis, quæ nondum uta; vnde licet daremus pręorum formulam fuiſſe ex- & applicatiuam promiſſio. non propterea ſequitur ta- eſſe formam ſacramento- egis; certum eſt enim Ba- Ioannis fuiſſe eſſentialiter noſtro, vt dicetur infra. um eſt, verbum promiſſio- uid eſſentiale Baptiſmo S. quo Matth. cap. 3. legitur ominum fuiſſe baptizatum; m non poteſt, quin Ioan- hiberet omnia illi eſſentia- llum adhibere potuit ver- ionis, quo aliqua promiſ- etur, & obſignaretur Chri- ; quia, quod ſanctus Ioan- bat ſuo baptiſmo, erat do- m ipſe annuntiabat, vt ſci- nt in Chriſtum, & agerent , quod non eſt propriè pro- uamuis eſſet, adhuc illa obſignari in Chriſto Do- bum eſſentiale ſacramen- iuxta aduerſarios talis ob- d fulciendam fidem ſuſci- Chriſto non fuit, quique

etiam dubitare non potuit de fidelitate Dei in exhibendis rebus, quas promiſit; tum quia promiſſiones illæ, quæ iuxta eoſdem, obſignantur verbo ſacramenti ſunt de reconciliatione cum Deo, & de accepta remiſſione peccatorum; at nullum peccatum fuit, nec potuit eſſe in Chriſto; ergo etiam gratis admiſſo, quod Baptiſmus Ioannis verum fuerit ſacramentum, falſum eſt, verbum promiſſionis fuiſſe quid illi eſſentiale: & cum ex ipſis quoque aduerſarijs noſter baptiſmus ſit idem ſacramentum cum baptiſmo ſancti Ioānis, manifeſte ſequitur ad hominem, quod ſi ſemel nullum verbum promiſſionis fuit iſti eſſentiale, nec obſignatiuum promiſſionum Dei, ita nec in noſtro vllum eſt verbum promiſſionis ei eſſentiale, & intrinſecum.

Secundò nil magis fauet aduerſarijs contra nos, quod nonnunquam Patres ſacramenta nouæ legis appellant ſignacula, & ſigilla, id enim Catholici abſolute non negant, ſed ad ſenſum duntaxat hæreticorum. Cum enim ſigillū duplici ex cauſa ſoleat apponi litteris, etiam humanis, nimirum vel ad faciendam fidem veritatis contentæ in ipſis litteris, vel ad occultandum ſecreta contenta in illis, ne poſſint diuulgari. Patres ſacramenta vocarunt ſigilla, non à priori cauſa, vt hæretici intendunt, ſed à poſteriori tantùm, quatenus res ſacras, & myſticas, cuiuſmodi ſunt omnia dona gratiæ per illa collata, & ſignificata in ſe claudunt: Ita S. Auguſtinus lib. de catechizandis rudibus cap. 26. vbi loquens circa baptizatum inſtruendum ait. *De ſacramento ſanè quod accepit, cum ei bene commendatum fuerit, ſignacula quidem rerum diuinarum eſſe viſibilia, ſed res ipſas inuiſibiles in eis honorari* &c.

Vel etiam ſacramenta ſubinde vocantur ſignacula, quia obſignant fideles, tanquam certæ notæ, & ſigna, per quæ ab infidelibus diſtinguntur. Ita idem Auguſtinus lib. 19. contra Fauſtum cap. 9. dicit; *In nullum nomen religionis*

ligionis ſiue verum, ſiue falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliqua ſignaculorum vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur. Vbi ſacramentum valde late ſumi ab Auguſtino patet, etiam pro Sacramentis religionis falſæ.

Vel tandem dicuntur ſignacula non ratione alicuius promiſſionis diuinæ, cuius ſint aliquod teſtimonium, ita vt in hoc eſſentialiter conſiſtat forma ſacramentorum, ſed ratione characteris, quem eorum aliqua præter gratiam imprimunt: ſic Baptiſmus vocatur obſignatio, & ſigillum fidei à Tertulliano lib. de pænitentia, & à S. Baſilio lib. 3. contra Eunomium.

Secunda concluſio. Verbum concionale, non eſt abſolutè neceſſarium, vt fructus ſacramenti percipiatur. Iſta concluſio eſt de fide, omniumque Doctorum Catholicorum contra Caluiniſtas. Patet primò ex Baptiſmo paruulorum, qui rite baptizantur, etſi verbi concionatorum ſint omnino incapaces; ad ſacramenti igitur valorem, vel fructum eius percipiendum non requiritur verbum concionatorium, quo exponatur virtus, & myſterium eiuſdem tanquam quid abſolute neceſſarium; Vnde ſi aliquando in adultis, vbi baptizãtur, talis inſtructio præmitti debeat, non fit, quia, aut verbum concionatorium ſit forma ſacramenti baptiſmi, aut quid eſſentialiter ad eius valorem deſideratum, vt patet in Baptiſmo paruulorum, cuiuſque inſtructionis incapacium, qui tamen validus eſt; ſed aliundè, vt dicetur in ſolutione argumentorum.

Secundo probatur ex vſu Eccleſiæ, quo nunquam ab ea fuit inquiſitum, an illi, qui ab hæreticis baptizati fuerant, eſſent de veritate doctrinæ Chriſtianæ, aut virtute, & myſterio baptiſmi bene inſtructi, ſed tãtum an vera in illis baptizandis adhibita fuiſſet forma, ſeu verba à Chriſto Domino inſtituta, *Ego te baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti*; ideoque Concilium Nicenum can. 19. permittit Arianos, & alios hæreticos baptizatos ſine nouo Baptiſmo recipi, at verò Paulianiſtas ad Eccleſiam venientes iubebat rebaptizari, vt etiam teſtatur Hieronymus in dialogo extremo contra Luciferianos dicens: *Synodus quoque Nicena omnes hæreticos ſuſcepit* &c. *exceptis Pauli Samozateni diſcipulis* &c. id ipſum etiam ſtatuit Concilium Laodicenum can. 8. de Cataprygibus, quod rebaptizari deberent. Similiter Concilium Arelatenſe 1. Arianos prohibuit rebaptizari, cuius diuerſitatis hæc erat cauſa, quod, etſi Ariani, & Eunomiani negarent conſubſtantialitatem diuinarum perſonarum, tamen in baptiſmo vtebantur conſueta forma, & verbis Chriſti, *In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti* Pauli verò diſcipuli, & Cataphryges his verbis non vtebantur; Verbum igitur concionale nec eſt forma ſacramentorum, nec quid eſſentialiter requiſitum ad eorum valorem; Sed Eccleſia ex diuina traditione ſemper ſuppoſuit iſta verba, aut æquiualentia, *Ego te Baptizo* &c. eſſe tantùm in baptiſmo neceſſario adhibenda, quæ proculdubio non ſunt concionalia, ſed ſignificatiua rei quæ fit, ſeu ipſius actualis ablutionis. Patet iſta conſequentia, nam ſi per verbum ſacramentale, vel ad baptiſmum neceſſarium Eccleſia intellexiſſet verbum verum, vt par eſt, concionatorum, vtique omnes præfati hæretici falsò de veritate doctrinæ Chriſtianæ, ſcilicet de myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis inſtructi rebaptizari debuiſſent; quod Concilia, & Sancti Patres negant; ſi modo verbis Chriſti Euangelicis in Baptiſmo vſi fuiſſent, licet malè ab ipſis intellectis.

Tertiò patet veritas noſtræ concluſionis ex hoc, quod vndecim Apoſtoli receperunt etiam Euchariſtiam cum fructu à Chriſto Domino in vltima cæna, nullo tamen tunc adhibito verbo concionali; cum enim iuxta aduerſarios verbum iſtud ſit illud, quod prædicatum facit ſuſcipientem intelligere quid ſignum viſibile ſibi velit, vt Caluinus expreſſe docet lib. 4. inſtitut. cap. 14. ſect. 4.

ı quo ſignificatio ſigni ſacra-
explicatur ſuſcipienti; nullum
m tunc adhibuit Chriſtus, vt
s locis, quibus hæc inſtitutio,
ſtratio Euchariſtiæ facta Apo-
tur. Nec pro tali poteſt ha.
l ibi dixerit: *Hoc facite in*
memorationem: & *quotieſcun-*
is in mei memoriam facietis.
ſmodi verbis ſignificatur tã-
nemoria Paſſionis, & mortis
mini, vel ipſum pro nobis
rum in cruce, non autem ali-
talis, quã tamen ipſimet hæ-
ıt eſſe ſacramentalem ſigni-
Euchariſtiæ; eamque proin-
debere.

unt primò aduerſarij verba
nini Matth. cap. vlt. *Docete*
baptizantes eos &c. quibus
ſtructionem ablutioni: in-
ſtoli in actibus leguntur
ſe, & inſtruxiſſe, quam

tur Chriſtum Dominum
iſſe inſtructionem ablutio.
i, quaſi voluerit verbum
s ſacramenti, & aliorum
le, aut quid ad eorum va.
tè neceſſarium, ſed tantùm
ngruum pro baptizandis
ue maximè, qui nihil vn-
runt de Chriſto & Eccle-
n iuſtificatio prærequirat
autem concipiatur per au.
ditus ſit per verbum Dei,
ſtus Dominus iubet, vt
s doceant gentes legem
eas baptizent; quod ipſi
eorum ſucceſſores dein-
nt, & nouiſſimè Conci-
um præcipit diligenter
em verò inſtructionem
tè neceſſariam ad valo-
rgumento eſt baptiſmus
qui ſine illa eſt validus,
r etiam adultorum, cum
it amborum baptiſmus,
iſmi forma; & Chriſtus
meminerit inſtructionis

circa fidem, & ablutionis ſacramentalis, vt licet velit vnam alteri præmitti in adultis, non tamen dicat eas debere ſimul fieri, etiam iuxta moralem æſtimationem hominum, vt deberet fieri, ſi eſſet abſolutè neceſſaria ad valorem ſacramenti, eo quod ſubſtantia vtriuſque ſaluetur integra, ſi inſtructione rerum fidei poſita, ablutio ſimul cum forma alia etiam longo poſt tempore adhibeatur.

Secundò obijciunt illud Apoſtoli Epheſ. 5. *Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ*; vbi per verbum vitæ S. Hieronymus intelligit *doctrinam*.

Reſpondetur diuum Hieronymum tantùm explicaſſe locum hunc Apoſtoli in ſenſu myſtico, & nõ litterali. Nec dicit verbũ vitæ à ſe pro doctrina ibi explicatum, eſſe formã ſacramenti baptiſmi, aut quid eſſentialiter ad eius valorem requiſitum, vt volunt aduerſarij; ſed alibi expreſsè docet, veram Baptiſmi eſſentiam in hoc conſiſtere, nullo alio requiſito, quod *in Patre & filio, & Spiritu Sancto baptizatus homo templum Domini fiat*; lib. 3. contra Luciferianos cap. 3. indeque infert; ſine aduentu Spiritus ſancti peccata non poſſe dimitti.

Tertiò obijcitur authoritas diui Ambroſij lib. de initiandis cap. 3. vbi verbum illud, quo perficitur baptiſmus, appellat *prædicationem Dominicæ crucis*, & ait totam vim aquæ baptiſmalis prouenire ab ipſa prædicatione.

Reſpondetur, diuum quidem Ambroſium ibi per *prædicationem crucis* intellexiſſe verbum illud, quo adminiſtratur, & perficitur baptiſmus; ſed negatur per *prædicationem crucis*, intellexiſſe verbum concionale, ſeu inſtructionis; cuius euidens eſt argumentum, quod ibi ait, ſacerdotem mittere verbum iſtud, quod vocat prædicationem crucis, *in ipſum fontem*; at verbum concionale, ſeu inſtructionis non mittitur in rem inſenſibilẽ, cuiuſmodi eſt aqua; per prædicationem igitur crucis non intellexit verbum concionale, vel in-

 Kkkk ſtructionis,

ſtructionis,ſed verbum conſecratorium, quod eodem modo dicit, *mitti à Sacerdote in fontem* , quo poſtea S. Auguſtinus dixit,*verbum accedere ad elementum*, vt mox videbimus. Et hæc explicatio patet ex eodem diuo Ambroſio lib. 2. de ſacramentis cap. 5. vbi pro eo quod loco citato dixit, ſacerdotem mittere prædicationem crucis in fontem aquæ, hic ait, *Sacerdotem dicere precem ad fontem*, & explicat iſtam precem fieri his verbis cæleſtibus , *Ego te baptizo* &c. Ideo autem S. Ambroſius appellat verbum hoc conſecratorium , prædicationem crucis Dominicæ, quia verba illa, vt applicantur in Baptiſmo aquæ , & vſurpantur in illo , tanquam forma à Chriſto inſtituta , prædicant reipſa, & de facto vim , & efficaciam paſſionis Chriſti Domini , quatenus per ſui applicationem cauſant in nobis illius effectum , & repræſentant nobis paſſionem Chriſti Domini , vt ait Apoſtolus ad Romanos 6.

Quarta, & vltima obiectio deſumitur ex loco diui Auguſtini , quo Caluinus totum ſuum errorem de verbo concionatorio probatum putat, ſcilicet tract. 80. in Ioannem, vbi cum Auguſt. dixiſſet ; *Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum* ; ſubdit : *vndè iſta* , *vel tanta*, iuxta diuerſas lectiones , *virtus aquæ, vt corpus tangat,& cor abluat,niſi faciente verbo ,non quia dicitur, ſed quia creditur. Nam & in ipſo verbo,aliud eſt ſonus tranſiens , aliud virtus manens: hoc eſt verbum fidei quod prædicamus. Vnde in actis Apoſtolorum legimus : fide mundans corda eorum ; & in epiſtola ſua B. Petrus : ſic & vos Baptiſma ſaluos facit , non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonę interrogatio, hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus ; quo ſine dubio,vt mundare poſſit , conſecratur & Baptiſmus*. Hæc Auguſtinus , ex quibus Caluinus vult, quod vbicunque de verbo Sacramentali fit mentio, intelligi debeat promiſſio diuinæ beneuolentiæ, quæ clara voce à miniſtro prædicatur, & explicatur : ſiue verbum ſacramentale eſſe ſo-

lùm concionatorium ſpeciale, q
ptizatus certus reddatur de bene
tia Dei , ipſi ab ęterno promiſſa

At quidquid ſit de vero præfa
Auguſtini verborum ſenſu, de q
tim agemus, reſpondetur ea nihi
ſuis Caluini errori fauori ; primò
Auguſtinus non dicit expreſſe ,
verbum concionatorium , præſe
certitudine diuinæ beneuolentia
ceſſario requiratur ad valorem ba
& quod non ſit aliud verbum ſac
tale , quo baptiſmus perficiatur
ne quo inualidus ſit ; imo contr
docet lib. 6. de baptiſmo contra
tiſtas cap. 25. vbi dicit , quod
ptizās ex errore ſuo vitioſas pre
hibeat , vel etiam Arianus, vel N
niſta aliter ſacramentum explic
falſum verbum de Sanctiſſima T
te prædicet, ſi tamen verba eua
Chriſti in Baptiſmo vſurpet, ſac
tum perficiatur , ſuamque virtu
beat ; quod Caluinus negat ? Ve
guſtini ſunt : *Plerumque precis v*
ſuperat precantis affectus , *& q*
illa Euangelica verba ſine quibus
teſt baptiſmus conſecrari , tantum
vt per illa ſic euacuentur quæcum
prece vitioſa contra regulam fide
tur , quemadmodum dæmonium
nomine excluditur . Et infra : S
ipſe malus eſt , atque peruerſus
cem integram dicat , & nulla ex
dei Catholicæ aduerſam, non ideo
ctus eſt , quia illa recta eſt ; & ſi
bus peruerſam precem adferat , I
eſt verbis Euangelicis ſuis ſine qu
ptiſmus Chriſti conſecrari non p
ipſe ſanctificat ſacramentum ſu
per verba Euangelica intelligit
tet ex ijs , quæ habet lib. 3. de
mo cap. 3. *Ego te baptizo* &c. S
expreſsè docet diuus Auguſtin
verbum ſacramentale conſecrar
mum , vt mundare poſſit , quo
Caluinus volens, cum ſolum e
lum , quo certus efficiatur ba
de munditie per fidem iam a
quiſita, quid ergo commune ei

præfato loco.
verus, ac genuinus ſenſus re-
t ex ipſamet Auguſtini mente
ntis cur Chriſtus cap. 15. S.
on dixerit, *Mundi eſtis propter*
, quo loti eſtis, ſed dixerit,
rbum, quod locutus ſum vobis.
ſtioni reſpondet his verbis:
& in aqua verbum mundat;
s illa particula, *&*, omnem
ionem fieri per verbum. Cum
ndatio duobus fiat modis ſci.
a ſacramentum per fidem,
in ſacramento per realem
ptionem; & verbum etiam
x, correſpondens duplici
oni, vnum *concionale* cor-
ns emundationi, quæ fit
amentum per fidem initiati-
non eſt niſi ex auditu, cuiuſ-
auditus eſt per verbum Dei
le, vt habetur Roman. 1. Al-
em *rituale*, & *conſecratorium*,
dens emundationi quæ fit in
o; hinc diuus Auguſtinus, vt
m propoſitionem in vtraque
one, modo citat, quæ tan-
nent ad verbum concionale,
poſtoli Rom. 10. *Hoc eſt ver-*
quod prædicamus; aliaque ſi-
monia Act. 15. & 1. Petri 3.
em, quæ tantùm ſpectant ad
uale, & conſecratorium vt
: *Vnde tanta virtus aquæ, vt*
at, & cor abluat, niſi faciente
quia dicitur, ſed quia credi-
enim illa particula, *niſi fa-*
, ſignificetur verbum ritua-
verbis paulò ante præmiſſis,
bum ad elementum, & fit ſa-
; ſi quidem verbum concio.
cedit ad aquam, cuius effu-
aſperſionem præcedit, lon-
tempore præcedere poteſt,
ſupra, Deinde quia addit,
aptiſmum mundari, & conſe-
ptiſmalis ablutio non conſe-
o concionis, cum illud diri-
ditores, ſed verbo rituali,
torio, cuiuſmodi eſt formu.

la huius ſacramenti: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti*. Ideo autem poſt particulam, *niſi faciente verbo* addidit alias, *non quia dicitur, ſed quia creditur*, vt explicaret vim emundandi non ineſſe verbo, quia dicitur, id eſt, quatenus ore profertur, ſeu ex ipſis ſyllabis, & earum ſono, ſed ex virtute diuina, quam illi ineſſe, nos fides docet, ſeu quatenus eſt verbum Chriſti, tùm ab ipſo prædicatum, tùm ab ipſo inſtitutum, vt ſignificat myſteria Spiritualia ſola fide perceptibilia de Sanctiſſima Trinitate, & ex ipſius voluntate confert gratiam, qua homo baptizatus ſaluus fiat. proptereaque ſubiungit, *nam & in ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens*, per virtutem manentem intelligens ſignificationem quæ diuinitus ineſt verbis, & ratione cuius ſacramentum ſortitur ſuum effectum. Vndè etiam verbum iſtud rituale, & conſecratorium vocat paulo poſt *verbum fidei*, *quod prædicamus*, quia forma illa conſecratoria baptiſmi continet breuiter, & ſummatim totam fidei doctrinam, quę reducitur ad myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, expreſsè in hac formula inuocatæ.

Tertiò concluſio. Verbum eſſentiale ſacramentis nouæ legis conficiendis, eſt conſecratorium, ſeu rituale. Iſta cõcluſio eſt de fide, & omnium Catholicorum contra huius temporis ſectarios. Probatur primò authoritate ſcripturæ, quæ enim verba Matth. cap. vlt. ait Chriſtus Dominus diſcipulis ſuis, *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti* continent duo; primum eſt mandatum de prædicando Euangelio his verbis contentum, *Euntes docete omnes gentes*, ſpectans ad inſtructionem; alterum de miniſterio baptizandi, quando ait, *baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & Spiritus S.* particula enim *baptizantes* non debet ibi coniungi cum præcedenti *docete*, ſed cum ſubſequenti *in nomine* &c. quæ

duo etiam diſtingui debere ſatis conſtat, ex eo, quod ait Apoſtolus 1. Corinth. 1. *Nunquid in nomine Pauli baptizati eſtis?* alludens ad formulam baptiſmi; & diſtinguit officium prædicatoris, ab officio baptizantis, quando ait, ſe miſſum fuiſſe non ad baptizandum, ſed ad prædicandum; At verbũ quo gentes baptizari voluit, eſt verbum conſecratorium, ſeu quo ablutio baptiſmalis ſignificatur fieri in virtute, & inuocatione explicita ſanctiſſimæ Trinitatis, vt expreſsè tradunt Patres: Tertullianus lib. de Baptiſmo cap. 4. *Omnes aquæ*, inquit, *de priſtina originis prærogatiua ſacramentum Sanctificationis conſequuntur inuocato Deo*. Cyprianus ſerm. de Baptiſmo; Gregorius Nyſſenus lib. de Baptiſmo; Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 3. *Aqua ſimplex per Sancti Spiritus, Chriſti & Patris inuocationem accepta virtute ſanctitatem conſequitur*; Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 15. *Tribus igitur demerſionibus, ac totidem inuocationibus magnum baptiſmatis myſterium peragitur*. Ambroſius lib. 2. de ſacrament. cap. 5. Hieronymus lib. contra Luciferianos cap. 3. & omnium clariſſime Auguſtinus lib. 6. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 25. vbi expreſsè ait; *Baptiſmum conſecrari verbis Euangelicis*, quæ ſi deſint iam baptiſmus non eſt: hæc ſunt eius verba: *Deus adeſt verbis Euangelicis ſuis, ſine quibus baptiſmus Chriſti conſecrari non poteſt, & ipſe ſanctificat ſacramentum ſuum*. Et ibidem paulo poſt hæc alia ſubiungit: *Cæterum quis neſciat non eſſe baptiſmum Chriſti, ſi verba Euangelica, quibus ſymbolum conſtat illic defuerint*; ait autem ſymbolum conſtare verbis Euangelicis, quia tres perſonæ diuinæ, ſub quarum expreſſa nominatione, & profeſſione, vt vnam tantùm numero eſſentiam habentium, baptiſmus tanquam ſub ſua forma celebratur, principaliter componunt fidei Catholicæ Symbolum; vnde quæ hoc loco vocat verba Euangelica, lib. 3. contra Donatiſtas cap. 14. vocat

verba Symboli; & cap. 15. ait iſta [...]ba eſſe: *Ego te baptizo in nomine P[...] & filij, & Spiritus ſancti*: & ſubiu[...] *Baptiſmum conſecrari iſtis verbis*; [...] etiam repetit lib. 7. cap. 53. Ver[...] igitur eſſentiale ſacramentis nouæ [...] conficiendis, eſt conſecratorium [...] rituale:

Idem patet ſecundo in verbis, [...]bus Chriſtus Dominus inſtituit ipſ[...] confecit Euchariſtię ſacramentu[...] *Hoc eſt corpus meum*; *Hic eſt calix* [...]*guinis mei*: & pręcepit vt Apoſtol[...]rumque in ſacerdotio ſucceſſores [...]rent quod tunc faciebat, dicendo [...] *facite*. Quę ſane verba, cum applic[...] muto elemento, ſeu pani & vino [...]ſecrandis, quod non negant ac[...]ſarij, ſed modum tantum, de [...] infra, quæ non ſunt capacia inſtru[...]nis, vel promiſſionis, propriè dic[...] ſunt ritualia, & conſecratoria, pro[...] diuina traditione veteres quoqu[...]cent Patres; Cyprianus ſerm. de [...] Domini, vbi loquens de Sacram[...] Euchariſtiæ ait: *Panis iſte ſubſtan*[...] *& calix benedictione ſolemni Sacr*[...] Ambroſius libr. 4. de Sacrament[...] 4. dicens, Sacramentum Eucha[...] fieri conſecratione, cõſecrationem [...]tem verbis duntaxat Chriſti Do[...] ſcilicet, *Hoc eſt corpus meum*, & [...] *calix ſanguinis mei*, &c. reliqua au[...] omnia, quæ dicuntur, non eſſe eſſ[...]lia huic Sacramento peragendo: [...] ibidem ait, præfata verba eſſe ope[...]ria, quatenus quę erant, per illa in [...] commutantur; vt dicetur infra ag[...] de Sacramento Euchariſtiæ.

Ratio autem à priori huius ve[...] eſt ſola voluntas, & inſtitutio C[...] Domini, qui cum aliter de hac r[...]ponere potuiſſet, de facto tamen [...] ſic ſe habere voluit, vt diximus, [...]lauitque nobis tàm ſcripto quam [...]dito verbo ſuo. Ratio vero cong[...]tiæ poteſt eſſe, quia per Sacram[...] conſtituimur aliquid ipſius De[...] Chriſti Domini, vi & efficacia c[...] recipientes gratiã, quæ eſt partici[...] natu[...]

iuinę, ſimiliter id,ſeu materia
icatur formula Sacramenti,
a baptiſmalis dicitur ſanctifi-
ſecrari, quia virtute diuinitus
ios ſanctificat, ac Deo conſe-
per verbum rituale, & conſe-
n conſtituimur reipſa, & de
ciali titulo aliquid Dei, &
ſecus autem per verbum con-
u explicatiuũ promiſſionis fa-
s à Deo,quo tantũ excitamur,
camur vt per receptionem ſa-
rum conſtituamus nos mem-
vel vt maneamus in eo.Verbũ
ntiale ſacramentorum nouæ
uit eſſe rituale,& cõſecratoriũ
promiſſorium, vel cõcionale.
bijciunt aduerſarij, proferre
ſecratoria ſuper elementum,
magicũ eſt omnino ridiculũ,
cramentis hoc totum fiat ex
e Chriſti Domini, non autẽ
pacto expreſſo, vel tacito
one; quemadmodum etſi
aqua Zelotypiæ fieret per
verba determinata, non ta-
ropterea quid magicum.
tiam in Eccleſia latina eo-
zetur idiomate, non idcirco
ur baptiſmus, vt falſo obij-
verba ſunt in duplici diffe-
, vt aperiamus alteri noſtrã
& illę proferuntur idiomate
quem alloquimur: alia au-
antũ inſtituta ad aliquid di-
te efficiendum, & in profe-
non eſt opus, vt id circa
eruntur, ea intelligat, ſicut
ſue conuertit ſuam vocem
t ſtaret contra Gabaonitas,
s ſolem habere ſenſum au-
illo percipere vocem Ioſue
& huius poſterioris gene-
rba formæ ſacramentorum,
aliquid doctrinæ ſubtrahi-
ſiquidem Concilium Tridẽ-
24. cap 17. pręcipit Epi-
arochis omnibus,vt non ſo-
cramenta erunt populo ad-
a,illorum vim, & vſum pro

ſuſcipientium captu explicent,ſed etiã optat id fieri à ſingulis Parochis lingua vernacula; Catholici igitur non negant verbum concionale, etiam vernaculum, deſeruiens inſtructioni, ſed contra Sectarios aſſerunt,nec illud eſſe formam ſacramentorum nouæ legis, nec quid eſſentialiter, aut abſolutè neceſſarium ad valorem ipſorum.

CAPVT LVII.

Statuitur aduerſus Lutherum, & Caluinum, eorumque ſequaces, cauſalitas gratiæ per ſacramenta nouę Legis.

CVm duplicem effectum Sacramentorum nouæ legis diſtinguant, & aſſerant Catholici; vnum principalem,& communem omnibus illis,ſcilicet gratiã ſanctificantẽ: alterum minus principalem, & conuenientem aliquibus tantùm ſacramentis, nimirum characterem; de priori agimus in preſenti capite,acturi de poſteriori in ſequenti. Circa quem eſt error omnium hæreticorum noſtri temporis, qui etſi multum videantur tribuere ſacramentis dignitatis, efficacię, & virtutis, in re tamen omnino illis derogant,conueniũtque in eo, vt negent ea eſſe cauſas gratiæ. Eſt etiam fundamentalis ipſorum opinio, quod in iuſtificatione, duo potiſſimum concurrant, ſcilicet Deus, & homo;vt Deus ſit quaſi offerens,& porrigens homini gratiam, per verbum promiſſionis, vel per ſacramenta; homo autem per hæc excitetur ad fidem, per quam tanquam per manum, verbo Dei, & ſacramentis confirmatam, apprehendat Dei beneuolentiam, & fauorem, quo certò, et infallibiliter credat ſe eſſe in Dei gratia, vel iuſtificatum, vt vidimus ſupra agentes de iuſtificatione.

Ita Lutherus lib. de capt. Babylonica cap. de Baptiſmo; *Baptiſmus*,inquit, *neminẽ iuſtificat, nec ulli prodeſt, ſed fides in verbum promiſſionis, cui additur baptiſmus, hæc enim iuſtificat*. Et in aſ-

ſert.

ſert. 1. art. *Nos dicimus, nec noui, nec veteris teſtamenti ſacramenta, ſed ſolam fidem iuſtificaſſe*; imo ibidem in aſſertione articulorum à Leone X. damnatorum auſus eſt dicere; *Heretica, ſed vſita ta eſt ſe ntentia, ſacramenta nouæ legis da re gratiam non ponentibus obicem.*

Luthero occinit Caluinus in antid. Concil. Trident. ſeſſ. 6. can. 5. 6. & 8. vbi poſtquam dixit, ſacramenta cauſare inſtrumentaliter gratiã, qui eſt modus loquendi Catholicorum, id explicat, per hoc, quod *ſacramenta ſolùm obiectiue moueant ſuſcipientem ad excitandam fidem, quæ ſola iuſtificat, ſicut & verbũ predicatum illã excitat*, in re totaliter à Catholicis, & à veritate diſcrepans. Idẽ habet lib. 4. inſtitut. c. 14. §. 6. dicens: *Sacramẽta igitur exercitia ſunt, quę certiorem verbi Dei fidem faciunt* &c. & infra, *Hac ratione Auguſtinus ſacramentum verbum viſibile nuncupat, quod Dei promiſſiones velut in tabula depictas repræſentet*: & clarius §. 17: *Quamobrẽ fixum maneat, non eſſe alias ſacramentorum, quam verbi Dei partes, quæ ſunt offerre nobis, ac proponere Chriſtum, & in eo cæleſtis gratiæ theſauros.* Et infra, *ſacramenta enim, vt ſupra attigimus id ſunt nobis à Deo, quod ab hominibus rerum latarum nuntij, vel arrhæ in pactis ſanciendis*; vbi fatetur ſe à Sanctorum Patrum ſententia diſcedere, quos erroris, vt ſuum excuſet, more ſolito non veretur incuſare dicens: *Cauendum prætere a, ne in errorem huius affinem nos abducant, quæ ad amplificandam ſacramentorum dignitatem, paulo magnificentius à veteribus ſcripta ſunt.* Et infra: *cum hoc tantum illis diuinitus iniunctum ſit munus teſtificari nobis, ac ſancire Dei in nos beneuolentiam.* Et hoc vnicum munus à veteribus prætermiſſum ait: *interim illud tollitur figmentum, quo iuſtificationis cauſa, virtuſq; Spiritus Sancti elemẽtis ſeu vaſculis ac plauſtris includitur, & præcipua illa vis, quæ ab alijs prætermiſſa fuit, diſerte explicatur*; Quaſi vero veteres Patres plerumque de ſacramentorum energia, & natura dogmatice ſcri-

bentes, id omiſerint, quod Calu[...] ait, ſpectare ad illorum eſſentiam[...] vero tradiderint, quæ illis ex ipſo[...] pugnant, quis ſanæ mentis hoc [...] dat.

Vbi etiam notandum eſt, ab eo[...] falſum quæſtionis inter Catholi[...] Eccleſiam, & ſuos ſtatum calumn[...] formari, quaſi Catholici aſſererent[...] cramenta à Deo talem accipere v[...] tem, vt tanquam cauſa principalis[...] co Dei, gratiam operentur. V[...] eius ſunt: *Tantùm hic quæritur, pro[...] ne, & intrinſeca, vt loquuntur, v[...] operetur Deus, an externis ſymbolis [...] gnet vices ſuas*; quæ ſatis indicant [...] loqui de cauſa principali, cum ſoli [...] ſit proprium eſſe primam gratiæ [...] ſam, nec aliquis cenſetur vices ſua[...] ſignare alicui, dum eo ſolum v[...] tanquam inſtrumento; & hanc aliq[...] do fuiſſe eorum mentem, ſi non [...] nium, ſaltem Caluini, & aliquo[...] eius ſequaciũ patet ex Scripturæ t[...] monijs; quibus eam cofirmant, [...] illo Pſalm. *Gratiam, & gloriam [...] Dominus*, & alia id genus, quæ int[...] guntur tantum de cauſa primaria: [...] re alij, inter quos Danæus ad ca[...] controuerſ. 1. Bellarmini, imm[...] conqueruntur de noſtris, quod [...] rum aliqui ita hæreticorum me[...] explicent.

Sed contra hos omnes ſit noſt[...] Concluſio. Sacramenta nouæ legi[...] tantùm ſunt ſigna, quę fidem exci[...] promiſſiones Dei in ſuſcipientibus [...] ſignent, eiſdem gratiam offerant, & [...] pulum Chriſtianum, à non Chriſt[...] diſtinguant; ſed præterea efficiunt [...] tiam, quam ſignificant. Tota con[...] ſio eſt de fide, definita in decreto [...] genij pro Armenis §. 5. in Cõcilio [...] rentino, vbi ſic de ſacramentis ve[...] & noui Teſtamẽti dicitur: *Illa non ca[...] bant gratiam, ſed eam ſolum per pa[...] nem Chriſti dandam eſſe figurabant: [...] vero noſtra & continent gratiam, & [...] ſam dignè ſuſcipientibus conferũt.* Q[...] aliqui Doctores exponunt de ſa[...] ment[...]

eteris legis per Moyſen inſti-
deoque circumciſionem exci-
ucti authoritate diui Auguſti-
varijs in locis, præcipue lib.4.
ſmo c. 24. efficaciam baptiſmi
ex circumciſione, videtur ſen.
am quoque tunc cauſaſſe gra-
j tamen id negant; de quo ni-
e certum, aut in Concilijs
determinatum quidquam ha-
cut de ſacramentis nouæ legis
to decreto.
n Concilio Tridentino ſeſſ. 6.
i quis dixerit, hæc ſacramenta
lam fidem nutriendam inſtitu-
athema ſit. Can.6. *Si quis di.*
cramenta nouæ legis non conti-
am, quam ſignificant, aut gra-
n non ponentibus obicem non
quaſi ſigna tantum externa ſint
r fidẽ gratiæ vel iuſtitiæ, & no-
Chriſtianæ profeſſionis, quibus
nes diſcernuntur fideles, ab in.
nathema ſit: & can. 8. *Si quis*
r ipſa nouæ legis Sacramenta
rato non conferri gratiam, ſed
n diuinæ promiſſionis ad gra-
uendam ſufficere, anathema
duo præfata Concilia, quæ
dicant ſacramenta eſſe effe-
æ terminis tamen æquiualẽ-
primunt, ſcilicet per *conti-*
m, quæ continentia cum ſit
uſæ inſtrumentalis reſpectu
s, vt Sanctus Thomas expli-
60. art. 3. & ibi Theologi
ad eum ſenſum, quo Philo-
nt dicere, cauſas continere
um, quia virtutem habent
ucendi, ideo tam decretum
Concilio Florentino, quam
ridentini ſic expreſſerunt
n ſacramentorum nouæ le-
oducendum gratiam in illa
us.
em noſtra concluſio cum ſit
dubitata etiã apud aduerſa-
d priores eius partes reſtat
o tertia probanda. Pro cuius
e, & intelligentia notandũ

eſt primo, in ſacramentis quoque contingere, quod in alijs pluribus fidei myſterijs, vel articulis, eos nimirum eſſe certò quoad ſubſtantiam credẽdos, licet modi aliqui, qualiter exiſtant, de fide certi non ſint, vt ſatis patet in myſterijs Sanctiſſimæ Incarnationis, prædeſtinationis, & alijs, vbi ſalua fide eorum, inter Doctores plerumque diſputari ſolet de varijs modis illorum.

Vndè ſecundò notandum eſt, circa effiicaciam, vel cauſalitatem Sacramẽtorum nouæ legis, aliqua eſſe de fide inter Catholicos certa, alia vero in dubium reuocari. *Primò* enim vnanimiter credunt, ſacramenta nouæ legis, ſeu ſymbola externa, nullã prorſus habere ex ſe virtutem conferendi gratiam diuinam, vel phyſicè, vel moraliter. *Secundò*, quam habent ex inſtitutione diuina virtutem, non eſſe principalem, ſicut habent aliæ cauſæ ſecundæ, v. g. ignis reſpectu caloris producendi, nec phyſice, nec moraliter, ſed tantum inſtrumentalem; nã cauſa effectrix præcipua gratia eſt ſolus Deus; moralis autem Chriſtus Dominus, qui illam nobis promeruit; vt docet Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap.7. loquẽs de iuſtificationis cauſis: *Huius*, inquit, *iuſtificationis cauſæ ſunt*, *finalis quidem, gloria Dei, & Chriſti: ac vita æterna: efficiẽs vero miſericors Deus* &c. *meritoria autem dilectiſſimus vnigenitus ſuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus* &c. *inſtrumentalis item ſacramentum baptiſmi* &c. *Tertiò*, cum cauſa efficiens præcipua, ſumpto nomine efficientis in ampliſſima ſignificatione, ſit duplex, vna phyſica, quæ reali actione egrediẽte ab agente attingit effectum, vt ignis dum comburit; alia vero moralis, quæ non attingit effectum aliqua reali actione, ſed tantum mouet, & inducit agens ad agendum, conſulendo, orando, merendo, alliciendo, vel præcipiendo, vt qui alteri conſulit, vel præcipit furtum, dicitur moralis cauſa illius; cum, inquam cauſa principalis ſit duplex, ita quoque & inſtrumenta-

lis

lis, ſcilicet vna phyſica, quæ non habet in ſe virtutem producēdi effectum, niſi quatenus aſſumitur, & eleuatur à principali agente, vt ſatis patet in inſtrumentis artificialibus; altera moralis, quæ nimirum ſine reali actione, & influxu applicat cauſam principalem ad agendum, excitando, vel mouendo; ſic omnes Theologi tanquam quid ad fidem pertinens docent, ſacramenta eſſe inſtrumenta moralia, ſeu cauſas morales inſtrumentarias gratię; ea ſiquidem cenſetur eſſe cauſa moralis inſtrumentaria, quę cauſat effectum virtute & efficacia cauſæ moralis primariæ; ſed ſacramenta nouæ legis cauſant gratiam in digne ſuſcipientibus vi & efficacia meritorum, & paſſionis Chriſti, indeque dicuntur communiter à S. Patribus fluxiſſe de latere eius dormientis in cruce: igitur ſacramenta nouæ legis ſunt morales cauſæ inſtrumentariæ gratiæ in illa digne recipientibus; quod & probabūt loca ſcripturę inferius adducenda pro veritate noſtrę concluſionis; qua enim certitudine certum eſt ſacramenta eſſe cauſas inſtrumentales gratiæ, certum quoque debet eſſe, illis competere vel minimam earum cauſalitatem, qualis eſt moralis: ita, inquam, hoc certum eſt inter omnes Theologos, vt tamen ſalua fide diſputetur inter illos, an præter efficientiam illam moralem inſtrumentariam, quam habent ex Chriſti Domini merito ad producendam gratiam, & qua mouent Deum ad eam in ſuſcipientibus phyſicè ponendam, habeant inſuper diuinitus aliquem influxum phyſicum, & realem, ad producendā gratiam, tanquam inſtrumenta phyſica.

Igitur dum in concluſione aſſerimus, ſacramenta nouę legis efficere inſtrumentaliter gratiam, quam ſignificant, & concluſione ſequenti dicemus ea illam conferre ex opere operato, abſtrahimus ab hoc, an id fiat phyſica, an morali duntaxat efficientia. Concluſio ſic explicata probatur ex Sacramē-to Baptiſmi, cum enim eadem ſit
omnium ſacramentorum nouæ leg
ſemel verum eſt ſacramentum Ba
mi efficere inſtrumentaliter grati
quā ſignificat, proculdubio idem
que de cæteris aſſerendum eſt.
baptiſmo autem dicitur Marci v
16. *Qui crediderit, & baptizatus*
ſaluus erit: vbi ſalus tam bapti
quam fidei tribuitur: ergo ſi fide
xta hæreticos iuſtificat, cur id ba
mo negant: dicique non poteſt,
ſaluare excitando fidem, per quam
mo ſaluetur: ſiquidem Chriſtus pr
ſit fidem ante baptiſmum; ba
mus igitur inſtitutus non eſt, ad
tandam fidem, ſed vt illa prę ſupp
in adultis, de quibus ibi eſt ſe
illos ſaluos faciat: ideoque Ch
præfatis verbis addidit; *Qui ver*
crediderit, condemnabitur; id e
dicitur propter adultos, qui aliqu
ſaluari poſſunt per votum Baptiſ
in quibus ad fructuoſam recepti
baptiſmi in re fides requiritur. E
ergo loco diui Marci conſtat,
ſtum ſalutem hominibus per ba
mum, tanquam per inſtrumen
dandam promiſiſſe, atque adeo
tem baptiſmo contuliſſe, hoc
do efficiendi ſalutem vel gratiar

Item Ioannis 3. v. 5. dixit Dom
Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &
ritu S. non poteſt intrare in regnum
vbi particula *ex* indicat aliquam c
litatem; quæ nulla alia poteſt aſſi
ri, quam effectiua; quatenus in reg
ratione ſpiritali, quæ fit per grat
Spiritus ſāctus principaliter illam
ſat, aqua autem baptiſmalis, ſeu ba
mus inſtrumentaliter; ſi enim ita
eſſet, ſed aqua nudum eſſet ſig
gratiæ, Chriſtus Dominus impro
locutus fuiſſet, ſicut qui ita diceret
quis bibat ex hædera non explebit ſi
quemadmodum enim iuxta hæret
aqua eſt ſignum nudum gratiæ,
hædera eſt nudum ſignum vini ve
bilis, potentis explere ſitim.

Caluinus eiuſque ſequaces, vi h
lo

uræ oppreſſi negant , in eo baptiſmi mentionem feciſſe ; inquit Caluinus lib. 4. inſti. 6. §. 25. *in eo falluntur, quod entionem fieri hoc loco putant, nomen audiunt.* ipſe autem ſtum idem per aquam ſigni- iſſe , quod per Spiritum , vt ua naturali , ſed ex Spiritu mo regeneretur, vnde dicit: *Spiritum ſimpliciter accipio pro i aqua eſt &c. & inſtar aquæ ndat.* At huiuſmodi reſ- alſitas patet primò , quia eſt omnibus SS. Patribus tùm m Latinis , qui ab initio æfatum locum vnanimiter nt de Baptiſmo aquę; quod uinus nouit , ſed ſuum ſen- ttulit: *Scio,* inquit ibid. *alios retari , ſed hunc eſſe genui- non dubito.* Secundò ; quam ibi , contra propri- tionem, liceat interpretari nctum , eodem modo alia Scripturę , quibus aqua de citur , licebit interpretari, naturali , ſed de Spiritu ue adeo tolleretur baptiſ- quod Caluiniſtæ nolunt . a ipſimet Lutherani eorũ licus tuentur eo loci agi , & nomine aquæ veram, m aquam debere intelli- Hunnius lib. de Baptiſ- bi interpretationem Cal- *rofligatam temeritatem, & contortam.*

tor. 2. legitur de multis, n crediddiſſent ; dixerit s : *Pœnitentiam agite , & ſquiſq; veſtrûm in remiſ- um;* quod enim illi,cum nt , poſtea neceſſario ba- debuerint in remiſſionẽ cum particula , *in* , i caſu , denotat in quem nẽ fructum eiuſmodi ba- & prætereа denotet, cum antecedens ad remiſſio- nem peccatorum , ſeu iuſtificationem; manifeſto eſt argumento , omnes per baptiſmum à peccatis , tanquam per inſtrumentum mundari: & ibi non poni tanquam ſigillum. Hoc idem probat , quod Act. 22. Ananias miſſus à Chriſto Domino ad Paulum , iam credentem in Chriſtũ,& triduo in ieiunio, & oratione perſeuerantem, dixerit ei: *Exurge & baptizare , & ablue peccata tua* ; Deinde huiuſmodi verbis , quibus etiam Caluinus fatetur , exprimi vim , & fructum baptiſmi , ac ſi Ananias dixiſſet, *ablue peccata tua baptiſmo,* ſignificatur quoque baptiſmũ eſſe aliquam cauſam remiſſionis peccatorum; propptereaque non dixit : *Baptizare ,& confirma fidem tuã* , Sed,*& ablue peccata tua* , non , *Baptizare, vt cognoſcas peccata tua tibi eſſe remiſſa,*ſed,*et ablue peccata tua,*vbi particula *&*,idem ſonat, ac,*vt,* & explicat effectum & cauſam finalem Baptiſmi , adeo vt ſenſus ſit , *Baptizare vt accipias ablutionem , ſeu remiſſionem peccatorum tuorum.*

Quartò , Epheſ. 5. 26. ait Apoſtolus , *Vt illam* (ſcilicet Eccleſiam) *ſanctificaret , mundans lauacro aquæ in verbo vitæ* : vbi ſanctificatio tribuitur ablutioni , tanquam cauſæ , cuius interuentu, & applicatione , Chriſtus Dominus , eo modo , quo artifex per inſtrumentum operans dicitur , ſanctificauit Eccleſiam ; vt idem Apoſtolus magis explicat epiſt. ad Titum cap. 3. *Secundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit per lauacrũ regenerationis,& renouationis Spiritus ſancti* ; illa enim particula , *per* , indicat aliquam cauſalitatem , quæ nulla alia eſſe poteſt, quam effectiua inſtrumentalis ; illique non obſtat , quod primo loco addatur particula , *in verbo vitæ* : Nam Patres Græci , vt Chriſoſtomus, & alij per illud verbum vitæ intelligunt formulam verborum , qua baptiſmus perficitur , quæ vocatur verbum vitæ , quatenus iuncta ablutioni exteriori confert gratiam ſanctificantem , in qua vita animæ conſiſtit ; ſeu accedente verbo ad elemen-

elementum, vt ex Auguſtino ſupra diximus, fit Sacramentum regenerationis ad vitam ſpiritualem gratiæ, cuiuſmodi eſt baptiſmus. Quod ſi per illud verbum vitæ, intelligatur verbum doctrinę vel concionale, quatenus percipitur fide, ſicut nonnulli ex Patribus Latinis explicant, vt Hieronymus ſuperiori capite citatus, & Primaſius, non eo tamen ſenſu, quod verbum Concionale ſit forma, aut de eſſentia formæ ſacramentorum, vt ibidem diximus, ſed quia baptiſmus poſtulat in adultis fidem; adhuc huiuſmodi ſenſus non tollit ab eo cauſalitatem gratiæ; cùm eo tantum habeatur, Chriſtum Dominum feciſſe Eccleſiam ſanctam & mundã *in verbo vitæ*, id eſt in doctrina Euãgelica ſuſcepta, & credita, quatenus baptiſmus requirit in adultis aliquam fidem, tanquam præuiam diſpoſitionem, ad conferendam illis gratiam.

Verbo ſcripto pro eadem veritate adſtipulatur traditum definitionibus Cõciliorum, vnanimique Patrum conſenſu vbique conteſtatum. Ex Concilijs Græcis, Conſtantinopolitanum I. in ſymbolo ait: *confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum*. Quomodo enim hoc, niſi per baptiſmum tanquã per cauſam inſtrumentalem talis fieret remiſſio. Ex Latinis, Mileuitanum c.2. *Paruuli*, inquit, *qui nihil peccatorum adhuc in ſemetipſis cõmittere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, vt in eius regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt*; qui ſane modus loquendi, & explicandi vim baptiſmi in paruulis aperte ſonat eius cauſalitatem, abſque vlla mentione excitationis fidei, cuius paruuli ſunt incapaces; directeque pugnat cum eo, quod ait Caluinus, lib. 4. inſtitut. cap. 16. §. 14. ſcilicet fideliũ infantes ideò ſolum baptizari, vt accipiant tantum exterius ſignum fęderis, iam ab vtero matris ſanctificati. Conciliũ quoque Arauſicanum II. can. 25. ait expreſſè per baptiſmum gratiam accipi: verba
Ho. etiam ſecundum fidem Cath
credimus, quod accepta per bapt
gratia omnes baptizati, Chriſto
ante & cooperante, quæ ad noſtr
lutem pertinent, poſſint, & deb
fideliter laborare voluerint, adim

Eamdem baptiſmi, ſacram
rumque nouæ legis cauſalitaten
gratiæ per illa tanquam per inſtr
diuinitus inſtituta, & aſſumpta
tionem vnanimiter docent omn
res Patres Græci, & Latini o
obuiam in illis authoribus, qui
cramentis ſcripſere, ſpecialiter
tati, & relati à Iodoco Coccio
Theſ. Cath. lib. 5. art. 4. Nec
gant aduerſarij, ſed aut eorum
ritatem paruipendunt, aut reſp
illos eſſe locutos vel hyperboli
per locutionem metonymicam
illud, quod eſt proprium opu
gnificatæ, tribuitur eius ſigno,
inde cum res ſignificata per ſac
ſit Spiritus ſanctus, aut Chriſt
ſanctificant, dum ſacramenta ſu
tur, effectus iſti tribuuntur ſac
tis, eorum ſignis.

At quam aliena ſit à mente S
rum Patrum, modoque loquen
rum prima reſponſio patet *prim*
quod in tradendis fidei dogm
non eſt hyperbolica locutio vſ
quia alia eſt conditio Doctoris
oratoris, hæc enim poteſt ali
figuras eiuſmodi admittere, il
minimè, ſed exigit ſimplicem, &
nam illius rei quæ docetur ver
& explicationem, alias prop
docebit; ſed multi ex Patribus
tribuunt vim conferẽdi gratia
mentis nouæ legis ſcribunt *dog*
vt S. Auguſtinus contra Don
item cõtra Fauſtum, non igitur
bolicè, ſed ad amuſſim ſimpl
ctionis locuti ſunt, dum præſ
cramentis vim conferendi gra
buunt. *Secundò*, quis credat
prorſus Patres in hac re hype
locutos fuiſſe. Tertiò multi e

Cyp

us epiſt. ad Donatum, S. Am- lib. 2. de penitent. cap. 2. Au- tract. 80. in Ioannem, dum : Baptiſmo non poſſunt non ere mirari eius virtutem, di- expreſſe, quod nobis impoſ- letur, Deo eſſe poſſibile; at ſi t tantùm merum, & nudum nec aliquo modo eſſet cauſa nulla fuiſſet eis ratio, ob quã : mirarentur virtutem aquæ lis, *quæ eſt* inquit Auguſtinus o, *tanta virtus aquæ, vt cor- t, & cor abluat*; aut dicerent, oſius, *Quod impoſſibile impe- etur, Deo donare poſſibile eſt* ſiquidem, etiam valde impe- ri poteſt impoſſibile, vt Deus quam baptiſmalem in ſignũ peculatiuum, ad cuius ſolam m vel ſuas promiſſiones ob- el dona ſua conferat, cum & humanis id non mirentur, dũ, aut alij paſſim ſigillo con- uas pollicitationes; Baptiſ- , aliaque conſequenter nouæ amenta, non ſunt ſigna nuda, elementa, ſed veræ inſtru- cauſæ gratiæ, non quidem virtute diuinitus accepta, vt t Diuus Auguſtinus lib. 3. onatiſtas c. 10. & 13. nec non Alexandrinus lib. 2. in Ioan- 24. his verbis: *Quemadmo- us ignis intenſius aquã calefa- liter quam ignis vrit, ſic Spi- i operatione, ad diuinam aquæ r virtutem, quæ baptizati ergunt*.

inus abſurda eſt altera ad- m reſponſio, prefatos ſcili- & alios metonymicè locu- *Primò*, quia clarè & apertè m illam, & efficaciam ſan- ineſſe non tantùm Spiritui el Chriſto, tanquam rebus , ſed etiam propriè, inſtru- tamen, ſignis ſacramenta- ſacramentis, & vim iſtam non eſſe tantum ad ſignificandum, vel obſignandum, vel excitandum fidem, ſed ad operandum gratiam. *Secundò*, quia quando illud, quod eſt propriũ opus rei ſignificatæ, tribuitur metonymicè ſigno ipſius rei, tunc non diſtinguitur duplex modus operandi, vnus, quo opus eſt ab ipſa re ſignificata; alter, quo etiam proprie in aliquo genere veræ cauſæ, ſit ab ipſo ſigno, quia tunc ſignum nullam habet veram, proprieque dictam cauſalitatem; ſed Patres ex diuinis ſcripturis ita tribuunt productionem gratiæ ſanctificantis ſacramẽtis, & Spiritui ſancto, vel Chriſto, vt alium modum eam cauſandi agnoſcant in Spiritu ſancto, & Chriſto, & alium in ſacramento; in Spiritu Sancto principalem efficientem, in Chriſto principalem meritoriam, in ſacramento verò inſtrumentalem tantum; ſancti igitur Patres non metonymicè, ſed propriè locuti ſunt. Tertiò, quoniam ſecundum regulam generalem ab ipſiſmet aduerſarijs admiſſam, teſtimonia ſcripturæ, & Patrum, aliaque eis ſimilia non ſunt per tropos peruertenda à ſimplici, & genuina ſignificatione, quã propria vocabulorum ſignificatio præbet, niſi in ea ſit, aut ex ea ſequatur aliquod abſurdum, ſed quod ſacramenta dicantur, non quidem ex ſe, ſed virtute diuina gratiæ inſtrumenta nullum prorſus habet abſurdum, imo pertinet ad dignitatem, & maiorem ſacramentorum nouæ legis perfectionem; talia igitur, quibus id aſſeritur, Patrum dicta, nequaquam tropicè ſunt explicanda.

Ratio autem à priori huius veritatis eſt voluntas Dei, qua ſtatuit, ſecundum quod nobis reuelauit, vt noſtra ſacramenta eſſent cauſæ inſtrumẽtales gratię in ea ſuſcipientibus. A poſteriori autem deſumitur ex hoc, quod Baptiſmus collatus etiam ab hæreticis valet paruulis ad ſalutem, vt docet S. Auguſtinus lib. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cæterique Pa-

tres, ſed hunc non habet effectum in eiuſmodi paruulis, ratione alicuius actus fidei per illos eliciti, vel excitati in illis per ſignum externum, quia nondum pollent vſu rationis, nec itẽ habet effectum ratione deuotionis, & Sanctitatis miniſtri, cum ſupponatur eſſe hæreticus, proindeque carens vera fide, & vera deuotione; Ergo baptiſmus debet illis valere ad ſalutẽ, ſeu in illis cauſare gratiam, per virtutem acceptam à Chriſto Domino, dum illum inſtituit.

Rationes verò, quæ dicuntur congruentiæ deſumi poſſunt primò ex doctrina D.Pauli ad Hebręos c.7.9.& 10. vbi lex eſt perfectior, ibi modus iuſtificandi in ſacramentis debet eſſe perfectior, nam lex, ſacerdotium, ſacrificiũ, & ſacramenta debent habere aliquam proportionem inter ſe, & finem ſuum, vt ſignificat Apoſtolus loco citato, arguens ex dignitate nouæ legis, maiorique perfectione ſacerdotij Chriſti, ſacrificium quoque in noſtra debuiſſe eſſe perfectius, quam in lege Moſaica: ſed duo tantum dantur modi conferendi gratiam per ſacramenta: prior tantùm mediate, quando nimirum ſigna ſacramentalia ratione ſuę ſignificationis excitant eum, cui applicantur, ad exercendos actus ſupernaturales fidei, ſpei, & contritionis, quibus legitimè, & vltimo diſpoſitus recipiat à Deo gratiam iuſtificantem, vel augmentum eius; poſterior autem immediatè, quando ſcilicet ſigna ſacramentalia, vi ſuæ duntaxat applicationis, etiam non præſuppoſita cõtritione perfecta de peccatis in ſuſcipiẽte, alias non habẽte obicem, cauſant gratiam ſanctificantẽ, qui modus eſt perfectior alio, vtpote efficacior, cum minorẽ, vel aliquando nullam diſpoſitionem pręrequirat, ſed ſolam carentiam obicis; iſte vero abſolutè, & ſimpliciter requirat perfectam diſpoſitionem. Stante igitur maiori nouæ legis perfectione, quæ propterea vocatur ab Apoſtolo lex gratiæ; congruum fuit,

quod ſicut ſacramenta vetera pro
tionatè ad perfectionẽ legis Mo
ſolummodo conferebant mediat
tiam ſanctificãtem, ſic etiam noua
portionatè ad perfectionem legi
tiæ conferrent illam immediatè
vi ſuæ applicationis ad ſubiectum
rens obice, & impedimento, vt
tur concluſione ſequenti.

Secunda ratio eſt, quia nedu
vetus imperfectior fuit, noua aute
perfectior, ſed illa inſuper vmbr
iſtius ratione ſuorum ceremonial
ad quę ipſa eius ſacramenta pe
bant, vt ait Apoſtolus ad Heb
vnde lex noua vocatur veritas. I
c. 1. Eo igitur modo, quo ſacra
ta veteris legis conferebant ſuſc
tibus munditiẽ legalem ſibi corre
dentem, quæ adumbrabat interi
quæ vere, & formaliter eſt per gr
ſanctificantẽ, ſacramenta nouę leg
bent iſtam conferre, quia veritas
correſpondere vmbræ, & ad mi
perfectè operari ſuum effectum,
vmbra ſuum. At ſacramenta v
legis vi ſuæ applicationis confer
ſuſcipientibus legalem munditie
propriam, vt intelligitur ex Ap
ad Hebræos 9. debent ergo ſacra
ta nouæ legis conferre donum ill
pernaturale gratiæ, quod legalis
ditia ſacramentorum veteris legis
rabat, eodem modo, atque ade
poſito illi, quo reſpectu gratiæ c
tur ab Apoſtolo ad Galat. 4. &
elementa infirma, & egena, non ada
ad perfectum, quod nimirum etſ
diatę, & interuentu actuum ſup
turalium fidei, ſpei, & charitatis
ferrẽt gratiam ſanctificantem, ve
mentum eius, eam tamen imme
& vi ſolius ſuæ applicationis, no
cerent in ſuſcipiente etiam non pe
obicem, ſicut efficiunt ſacramen
uæ legis, eo ipſo quod modo vete
oppoſito vocantur paſſim à Pa
perfecta, & ad eorum diſtinction
ducere ad perfectum.

Quæ contra ſententiam Catho
ſol

ijcere aduerſarij , facile di-
ex dictis. Dum enim primo
ſcripturis collationem gratiæ
Deo. Reſpondetur hoc in-
m eſſe de cauſa principali eſ-
um ipſimet Chriſto Domino
uant tanquam cauſæ merito-
r quemadmodum Caluinus
itut. cap. 17. §. 1. ex regula
quā dicuntur *ſubalterna non*
colligit nihil obſtare , quo
tuita hominum iuſtificatio ſit
ei miſericor ia, & ſimul me-
iſti Domini interueniat. Ita
quia ſacramenta in confe-
ia ſuſcipienti ſubalternantur
quam inſtrumentum cauſæ
, id non impedit, quin gra-
cans collata à Deo , tan-
nte principali , ſit etiam à
inſtrumentariè , & ſoli
tribuatur tanquam primo
ius principio.
obijciunt illud S. Ioannis
ſt, qui baptizat, ex quo S.
libris contra Donatiſtas,
Ioannem, & lib. 3. quæſtio-
s Teſtamenti cap. 84. pro-
Deum præſtare intus gratiam,
nes viſibili ſigno teſtantur.
etur ex eodem Auguſtino
Ioannem, præfatis verbis
ificari eos, qui baptizātur
hriſti Domini, baptizari ab
iſto , quatenus quicunque
baptiſmum , baptizat per
acceptam à Chriſto Domi-
ſt tunc tantùm miniſter;
ipſe Auguſtinus lib. con-
as, quam alij Patres rectè
Baptiſmum non accipere
em à miniſtro , imo ab
llatum non deſinere ſan-
ipientem , modo adſint
um rite ſuſcipiendum re-
æ certè non ſolum , non
cauſalitate baptiſmi , &
amentorum, ſed illi potius
antur. Et Auguſtinus lo-
æſt. vet. Teſtamenti, tan-
tùm vult Deum eſſe cauſam principa-
lem ſanctificationis , ſacerdotem mi-
niſterialem , & ſacramentum inſtru-
mentalem, vt patet ex contextu.

Tertiò obiciunt, plures habuiſſe fi-
dem, & gratiam Dei ante omnem vſum
ſacramentorum, vt patet in Eunucho,
Paulo, Cornelio, ex actibus Apoſto-
lis: ergo ſequens vſus eorum, non eis
contulit re ipſa gratiam, ſed illam iam
perceptam tantum obſignauit.

Reſpondetur, hoc argumentum non
eſſe ad rem, Catholici enim non con-
tendunt neminem iuſtificari, aut ſalua-
ri poſſe ſine baptiſmo in re , cum ex-
preſsè dicant dari baptiſmum flaminis,
& ſanguinis , quibus adultos ſaluari
poſſe ſine baptiſmo in re, ſatis oſtendi-
mus ſuperiori tomo lib. 4. ſect. 10. cap.
12. ſed aſſerunt , vbi ita ſuſcipitur,
eum cauſare gratiam, vt patet in paruu-
lis, ſique in adultis illam iam habenti-
bus, eam non cauſat, eſſe per accidens.
Secundo dicitur verum eſſe nonnullos
accepiſſe gratiam ſanctificantem ante
realem ſuſceptionem ſacramenti , vt
S. Auguſtinus expreſsè docet de Cor-
nelio Centurione loco citato quæſt.
veteris Teſtamenti. inde tamen non
ſequitur eos nō habuiſſe hanc gratiam
à ſacramentis: cum enim duobus mo-
dis conſiderari poſſint ; primò vt tan-
tum habentur in voto, deinde vt de
facto, vel in re ſuſcipiuntur, licet ali-
qui ante baptiſmum in re ſuſceptum
iuſtificati ſunt , non tamen ſine voto
illius, ſi non explicito, ſaltem impli-
cito , quatenus habuerunt efficacem
voluntatem adimplendi quidquid ad
ſalutem erat neceſſarium, intra quod
comprehenditur baptiſmus, & ſic per
illum, tanquam cauſam aliquam mo-
ralem, quæ vt agat non petit exiſtere
in re, ſunt iuſtificati, cum onere ta-
men ſuſcipiendi illum, vbi occaſio ſe
ſe offerat. Quod totum S. Auguſtinus
explicat præfato loco, dicens eum, qui
extra ſacramentum hoc modo iuſti-
ficatus fuit, non debere contemnere
ſacramentum viſibile, alias non poſ-
ſe

ſe inuiſibiliter ſanctificari; ideoq; Cornelium, & eius ſocios fuiſſe baptizatos: *Nec tamen*, inquit, *ſuperflua iudicata eſt viſibilis ſanctificatio, quam inuiſibilis precesſerat*: non alia certe ratione niſi quia baptiſmus ex ſe eſt gratiæ operatiuus, nec eſt cauſa illius in voto, niſi poſtmodum in re ſuſcipiatur, occaſione ſe ſe offerrente.

Quarto obtendunt alia ſcripturæ loca, quibus dicitur neminem adultum eſſe admittendum ad vſum ſacramentorum, quin iam factus fuerit particeps fidei, & gratiæ: Marci 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit; ſaluus erit*; & Act. 2. *Pænitentiam agite & baptizetur vnuſquiſque veſtrum*. Gratia igitur debet præcedere baptiſmum, cum pænitentia, ad quam gratia eſt neceſſaria, prærequiratur, atque adeo baptiſmus non eſt cauſa illius.

Reſpondetur ad primum locum, ſi nomine fidei, & gratiæ ibi intelligatur ab aduerſarijs, fides habitualis, & habitualis item gratia, ſeu ſanctificans, quæ informet fidem, falſum prærequiri talem fidem, & gratiam in adultis, vt baptiſmum fructuoſe recipiant, ſed ſufficit actus fidei elicitæ, non ex habitu, ſed ex ſpeciali auxilio Dei, item contritio vel etiam attritio cum ſpe remiſſionis peccatorum accipiendæ, vt Concilium Tridentinum explicat ſeſſ. 6. cap. 6. & 7. Vnde prædictus Marci locus, non eſt intelligendus de fide habituali, minuſque de illa per charitatem formata, atque adeo iuſtificante, tanquam diſpoſitione ad ſuſceptionem baptiſmi; ſed de effectu baptiſmi, ſcilicet eſſe talem, vt qui baptiſmum receperit fructuoſe, ſit conſecuturus gratiam, eoque mediante vitam æternam. Vndè, quandò adultus ante ablutionem baptiſmalem interrogatus an credat, reſpondet *credo*; illud quoque non intelligitur de fide iuſtificante, vt patet ex eo quod rurſus interrogatus, quid petat, reſpondet, *fidem vitam æternam preſtantem*; ſed de quodam aſſenſu, vel motu fidei elicito circa res fidei

non ex habitu fidei charitate for
procedēte, ſed ex quodā ſpeciali
lio Dei, cuius vel ipſi peccatores ſ
paces, adeoq; cōpoſſibili cum pe

Ad alterum locum Act. 2. r
detur ibi fieri mentionem pænite
& doloris de peccatis in adulti
quam diſpoſitionis prærequiſitæ
lis, aſſiſtente Spiritu ſancto per g
excitantem, ad ſuſcipiendū ab ip
baptiſmum tāquam per cauſam
mentalem, gratiam ſanctificante
autem quæ ſtatim immediatè p
ante receptionem baptiſmi: id
non ſimpliciter dicitur, *Pæni*
agite, & baptizetur vnuſquiſque
additur, *in remiſſionem peccator*
ſtrorum; & accipietis donum Spiri
cti; his enim verbis clare de
remiſſionem peccatorum, ſeu i
nem gratiæ, per quam fit talis
ſio, tribui baptiſmo, ſicut effec
buitur ſuæ cauſæ.

Quare, vbi aduerſarij dicunt
tum ſanctum ſua benignitate ad
ſacramētum, ac proindè gratiam eſ
& præſentē antequam ſacramentu
ratur; reſpondetur, id quidem
eſſe de Spiritu ſancto, vt iam di
aſſiſtente per gratiam excitante
adiuuantem, non autem de
ſancto inhabitante per gratiar
ctificantem, quæ eſt cauſa form
ſtræ iuſtificationis. Quando
Catholici dicunt ſacramenta
gratiam inſtrumentaliter, id
gunt de gratia ſanctificante: v
conſequentia, ergo gratia eſt fa
preſens, antequam ſacramentu
ratur, neganda eſt, vt procedit
tia ſanctificante, & formaliter iu
te, quæcunque ſit illa; de qu
rius egimus c. 9. & ſequentibus

Quinta, & vltima obiectio d
tur ex illo toties decantato pri
quod ſi ſacramenta ſunt cauſa
ſanguis Chriſti Domini eſt inſu
perit ius, & efficacia meritorum

At quam friuolè id obijciat
oſtendimus, diximuſque loco
c

inde potius Chriſti Domini commendari,quod ſacramen-cant gratiam , adultique ad uio auxilio ſe diſponant ; ſi xcellentia, & perfectio cauſæ r in eo , quod ipſa non ſolum rari , ſed quod etiam poſſit iere virtutem operandi ; vt otentia Dei illam tribuente undis. Igitur cum ſacramen-beant vim iuſtificandi , niſi uinitus accepta , & à Chriſto promerita , ſintque inſuper ita libera , quę Chriſtus po-n potuit in hunc finem inſti-nifeſte conſtat ea non ſolum iere , ſed potius mirum in cômendare vim, & efficaciam n Chriſti Domini.

a concluſio. Sacramenta no-conferunt gratiam ex opere Eſt de fide ex Concilio Tri-co ſuperiori concluſione ci-inetque ad modum , quo acramenta conferunt , vel gratiam , abſtrahendo ta-a producant reali , an mora-fficientia.

s intelligentia , ſeu huius *peris operati* , declaratione, eſt , opus humanum eſſe ium internum , alterum ex-ta ſe habentia ad inuicem , ernum imperet externum , nter ſe habeat actiuè reſpe. iſtud vero paſſiuè,quatenus erficitur ex imperio actus in. qua cōparatione,cum opus eu actus interior, recte opus poſsit, opus verò externū, terior, opus operatum: inde iſtingunt duplicem mo-ndi vnum ex opere ope-m ex opere operato ; tunc-d dicitur agere ex opere iando producit effectum fficacia operis interioris , id x energia fidei , deuotionis , diſpoſitionis , quæ eſt in vel miniſtro ſacramenti : nam eiuſmodi diſpoſitiones conſiſtunt maximè in actibus interioribus , exempli gratia , quando aliquis extra ſacramentum, elicit cum auxilio Dei actum perfectæ contritionis , ex cuius vi , & efficacia obtinet remiſſionem ſuorum peccatorum , & conſequitur gratiam , dicitur habere illam ex opere operantis , quia collatio talis gratiæ fundatur in opere pænitentis , tanquam in diſpoſitione ad illam.

Illud verò dicitur agere ex opere operato , quod ita producit effectum, vt licet aliquandò præſupponat in ſubiecto aliquam diſpoſitionem , non tamen vi , & efficacia illius producit effectum , ſed ex vi , & efficacia operis externi ſubiecto applicati , ita vt præuia diſpoſitio tantùm requiratur ad tollendum obicem , nec ſit abſolutè cauſa ipſius effectus;quod Theologi nonnullis ſolent declarare exemplis à rebus naturalibus ſumptis ; nam vt ignis introducat formam in aliquod ſubiectum , prærequirit in eo aliquas diſpoſitiones , à quibus tamen diſpoſitionibus forma non introducitur , ſed ab igne agente , & ex vi & efficacia actionis eius applicatę ad tale ſubiectum . Similiter ſol illuminat , ſed medio recte diſpoſito . Igitur quemadmodum in naturalibus tribuitur tota efficientia cauſis , & non diſpoſitionibus , licet illæ prærequirantur ; ita quoque licet ſacramenta prærequirant in adultis aliquos bonos motus , vt ſuum gratiæ effectum in illis producant , quia tamen vis iſta inſtrumentalis producendi gratiam in ſuſcipiente non ineſt eius dipoſitioni , ſed ſacramento , vt probauimus ſuperiori concluſione, & legitima diſpoſitio ſe ſe tantum habeat tanquam remouens prohibens taliſque ſit vt ad illam extra ſacramentum minimè ſequeretur gratia , ſecus autem cum illo, indè fit, vt ſemper probe dicantur noſtra ſacramenta ex opere operato , ſeu ipſa ſui applicatione debite facta conferre gratiam ſuſcipientibus.

Quare opus operatum in ſacramẽtis nouæ legis eſt ipſemet exterior, & ſenſibilis actio ſacramenti, non quidem nudè, ſeu quatenus eſt aliquid mere naturale, ſed quatenus à Chriſto Domino inſtituta applicatur ſuſcipienti; exempli gratia, in baptiſmo ablutio exterior, & verborum prolatio, vt inſtituta à Chriſto Domino, & applicata baptizando non ponenti obicẽ dicitur conferre ei gratiam ex opere operato, ſicq; opus operatum debet ſumi paſſiuè pro opere externo, quod peragitur, & fit à miniſtro ex inſtitutione Chriſti Domini in hoc vel illo ſacramento.

Secundò obſeruandum eſt, quod licet hoc vocabulum, *operatum*, non ſit neceſſarium ad explicandum modum cauſalitatis ſacramentorum nouæ legis, quia ſumitur paſſiuè contra regulas Grãmaticæ, loeoque ipſius formulæ, *ex opere operato*, forſan magis latinè poſſet dici, *per ſe, vi, & ratione operis*, vt Patres inferius citandi loquuntur; nihilominus quia aliquod præfatæ formulæ fundamentum in ſacris litteris habetur, Hebr. 13. vbi verbum, *promeretur*, ſumitur paſſiuè, talibus hoſtijs promeretur Deus; deinde vſus ipſe, penes quem & arbitrium eſt vis, & norma loquendi, iam à quadringentis annis, ſcilicet à tempore Innocentij III. qui vſus eſt iſta formula lib. 3. Myſter. Miſſæ cap. 5. & poſt eum cæteri Theologi, inualuit, conſequenterque effecit, vt ſi quam talis oratio barbariem redoleret, amplius illam non redoleat; ac tandem in tradendis dogmatibus præſtat vti verbis minus elegantibus, ſed ſignificantiſſimis, præſertim contra hæreticos ea idcirco odio habentes, quam elegantioribus, & ad rei naturam exprimendam minus idoneis, vt Sanctus Auguſtinus docet in Pſalm. 138. propterea Concilium Tridentinum dictum loquendi modum retinuit ſectarijs noſtri temporis odioſum, ad explicandum contra illos ſenſum, & mentem Eccle-

ſiæ, de efficacia noſtrorum ſacra
torum: ea ratione qua in Concilic
ceno Patres, vbi viderunt hoc n
omouſios rectè exprimere conſub
tialitatem filij in diuinis, & diſp
Arianis; quamuis parum adhuc
in vſu, nec reperiretur in ſcriptur
res tantùm ſignificata, rectè, etia
conſenſu hæreticorum noſtri te
ris, illud retinuerunt, ac dei
vſurpandum eſſe decreuerunt, vt
ſuo loco fusè diximus.

Vnde notandum eſt tertiò, qu
hoc, vt aliquod vocabulum m
que loquendi ſit de fide, non re
tur, eum haberi expreſsè in ſcrip
ſed ſufficit, ſi res talibus verbis in
cta in illis, & Patribus reperiatur
voces, & dictiones ex inſtituto h
num ſignificant, unde vbi impon
ab habente authoritatem, quale
bet Eccleſia infallibilem in rebus
ad ſignificandum aliquid ſpecta
eas, non poſſunt non etiam ſpecta
eamdem fidem, vt ſatis patet in n
ne omouſios impoſito ad ſigni
dam conſubſtantialitatem filij in
nis; rem autem ſignificatam pe
voces nimirum *ſacramenta noua*
conferre gratiam ex opere operato,
riri in ſacris litteris, & Patribus
ſuperiori concluſione oſtendimu
ſtatim adhuc probabimus; Noua
ergo noſtri temporis, non alio ſp
quam Ariani nomen omouſios
quoque dictum loquendi modum
quam ridiculum, barbarum, pe
num, hereticum, monſtrumque v
rum reijciunt, quod nimirum e
contra cauſalitatem ſacrament
errorem, ſi non eleganter, ſignif
tiſſimè tamen interimit, quod in
dogmaticis potiſſimum attende
eſt.

Quarto animaduertendum eſt
hoc vt aliquid agat ex opere ope
non eſſe neceſſe, quod agat phy
nam, vt ſuperius diximus, e
fide Sacramenta nouæ legis cau
gratiam, nec tamen eſt de

ea produc

cere illam phyſicè : modus
endi, ſeu illam cauſandi ex
rato, abſtrahit à reali, & mo-
entia, ſatiſque eſt ad illum,
tia cauſetur ex vi talis operis
plicati ſubiecto, ſiue illud ſi-
hyſicam efficientiam, ſiue per
ſolùm, vnde quando in hu-
plicatione vtimur nomine ef-
vſurpamus illud in ea ampliſ-
ficatione, qua etiam exten-
auſas morales; quibus etiam
re effectus ſatis patet, etiam
ra lib. 2. Reg. cap. 12. v. g.
ad Dauid: *Vriam Hethaum
gladio &c. & interfeciſti eum
rum Ammon &c.* ſcilicet,
mandato Ioab Vriam expo.
erfectioni. Sic generaliter
andans, vel conſentiens in
l alliciens, aut mouens ad
ur cauſa moralis illius; vn-
Auguſtinus in Pſalm. 63. de
: *Non dicant Iudæi, non occi-
ſtum*. Et infra; *Vos à Iudæi
unde occidiſtis? gladio linguæ,
percuſſiſtis, niſi quando cla-
ifige, crucifige*.
ionis ſic explicatæ ratio à
ſtitutio Dei, & Chriſti; vn-
rmari poteſt argumentum;
is nouæ legis eum debemus
uſalitatis modum, ad con-
ratiam, quem Deus ea vo-
, & non alium; ſed, vt no.
it in ſcripturis, & ex illis,
ſimul traditione docuerunt
veteres Patres, voluit vt
nouæ legis producerent
opere operato; talem igi-
alium agendi modum ea
ndum eſt. Maior huius ar-
m ſit certiſſima; probatur
ia licet huiuſmodi termini
erato, quibus Eccleſia Ca-
licat modū cauſandi ſacra-
non reperiantur expreſſe,
r in ſcripturis, reperiun-
nplicitè, & quo ad rem ſi-
quia tunc aliquid cenſe-

tur agere ex opere operato, quando ita producit effectum, vt eum non producat vi, & efficacia diſpoſitionis, quę eſt in ſubiecto, ſed vi & efficacia operis externi applicati ſubiecto, nihil enim aliud nos Catholici intelligimus per opus operatum; ſed ſacramenta nouæ legis, v. g. Baptiſmus, ita producit in ſuſcipiente gratiam ſanctificantem, tanquam ſuum effectum, vt eam non producat vi, & efficacia fidei, vel doloris, qui eſt in ſuſcipiente, ſed tantum vi, & efficacia ablutionis exterioris, vt inſtitutæ à Chriſto Domino, & applicatæ ſuſcipienti; vt ſuperiori cōcluſione ex diuinis ſcripturis demonſtratum eſt; in illis igitur res ſignificata, per hos terminos ex opere operato, habetur; nec non in Patribus; ſic enim Auguſtinus lib. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 19. & 33. ait, *paruulos vi ſacramenti baptiſmi fieri fideles, ſanari à peccato*; item lib. 5. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 24. *Baptiſmum per ſeipſum paruulis plurimum valere*; quibus locis particulę illæ, *vi ſacramenti*, aut *per ipſum*, æquiualent iſti, *ex opere operato*. item lib. 3. contra Creſconium cap. 8. comparat Sacramentum baptiſmi ſeminibus, quæ habent diuinitus fœcunditatem, independentem à bonitate, & malitia coloni, & Agricolæ: Et ſanctus Ioannes Chriſoſtomus Probaticę piſcinæ, homil. 24. & 35. in Ioannem: *Quemadmodum*, inquit, *materia iſtius aqua per ſe*, id eſt naturaliter, *non ſanabat, ſed duntaxat, quando ab Angelo mouebatur: ita & in nobis, non ſimplex aqua operatur in baptiſmo, ſed cum ſpiritus gratiam accipit, omnia abluit peccata*; quibus pro noſtra concluſione nihil clarius cōtra omnia nouatorum figmēta dici poteſt; ſcilicet non ex diſpoſitione ſuſcipientis, ſed ex eleuatione aquæ inſtituta à Chriſto Domino, atque adeo ex opere operato baptiſmum habuiſſe, vt conferret gratiam iuſtificantem. Et quod ſicut hæc probatica piſcina mota ab Angelo, ita ſui applicatione ſanabat immerſos, vt hunc

effectum, quatenus mouebatur ab Angelo, & non ex deuotione, aut diſpoſitione ægroti, ei immerſi conferret, ita etiam & ſacramentum baptiſmi, virtute ſibi data à Chriſto Domino in ſui inſtitutione, abluit omnia peccata.

Eadem veritas probatur à poſteriori primò in infantibus, in quibus nullus eſt motus fidei, nulla actualis deuotio, dum baptizantur, vt etiam Caluinus fatetur lib. 4. inſtitut. cap. 16. §. 19. & tamen recipiunt gratiam, ſcilicet vi, & efficacia ablutionis exterioris, vt inſtitutæ à Chriſto Domino, ſiue ex opere operato: ſecundo in adultis, qui apud Catholicos licet haberent tantũ attritionem de peccatis, accedentes tamen cũ ea ad baptiſmum, vel ad ſacramentum pœnitentiæ, non deſinunt accipere effectum ſacramenti, dicunturque per illud ex attritis fieri contriti.

Congruentia autem huius inſtitutionis Chriſti Domini eſt, quia noſtra ſacramenta ſunt medicamenta ex eiuſdem intentione ad ſanandum morbos ſpiritales, hoc eſt peccata, at medicamentum habet à ſe, & à ſui inſtitutione, ſeu compoſitione, quod vbi applicatur debite ſubiecto, ſanet vulnus, & curet morbum, non autem à bonitate, vel malitia ægroti aut Medici: igitur ſacramenta noſtra, quatenus ſunt inſtituta à Chriſto Domino, ſanabunt animam à ſuis morbis, virtute ab illo accepta, ſeu ex opere operato, non autem vi & efficacia diſpoſitionis, quę eſt in ſuſcipiente, vel in miniſtrante, ſeu non ex opere operantis.

Quæ obijciunt contra hoc hæretici, quia coincidunt cum iam ſupra allatis, vel facile ex illis ſolui poſſunt, ideo breuitatis cauſa, eis adducendis ſuperſedeo; ſolumque noto malè ab aduerſarij explicari ſacramentum producere gratiam, *ex opere operato*, nihil eſſe aliud, quã illud etiam adulto applicatũ, producere gratiam in illo, ſine præuio motu interiori fidei, vel alio ſuſcipientis; hoc enim nos Catholici non aſſerimus, nec etiã dici poteſt abſolute, ſiuè intelligi de omni, & qualibet excluſio
ræ fidei, omni, & quolibet modo,
te Apoſtolo, *ſine fide impoſſib*
placere Deo; Sed cum in iuſtific
ſeu vnione animæ ad Chriſtum
poſſit duobus modis interuenire
mò in ratione puræ tantum diſp
nis, aut alicuius præſuppoſiti;
dò in ratione cauſæ vel formalis
efficientis etiam inſtrumentariæ
vt cauſa efficiens diſtinguitur a
quod purè, & ſimpliciter diſpo
biectum ad formam; nos Catholi
ſata loquendi formula non exclu
in adultis fidem primo modo, n
tanquam præuiam quamdam
tionem ad infuſionem gratiæ,
formalis cauſæ iuſtificationis ill
ſed tantum aſſerimus falſum eſ
ſectarij docent, nimirum homin
ſacramento tanquam cauſa eff
inſtrumentali, optimè, vt vi
conſiſtente cum cauſalitate form
gratiam habitualem, ſed fide ſac
ti formaliter iuſtificari, contra
ſam ſcripturæ authoritatem, &
tribuentium Baptiſmo iuſtificat
paruulorum, dum dicunt eos,
cari vi, & virtute baptiſmi,
item à peccato originali, non aut
ipſius ſacramenti; vt aiunt Luth
Caluiniſtæ: hæc enim duo ſunt
diſtincta, ſi quidem vnum eſt
ſecum ſacramentali ſigno quate
tale, & ſe ſe tantum tenet ex p
ſcipientis; alterum vero ei i
cum, quatenus eſt ſignum à D
Chriſto eleuatum, & inſtitutu
tanquam inſtrumento ſuam ho
conferrent gratiam, licet alij
illam præbere potuiſſent.

P V T LVIII.

duerſus Lutherum, & Calui-
rumque ſequaces alter mi-
racipuus aliquorum ſa-
mentorum nouæ legis
ffectus, qui eſt cha-
racteris im-
preſſio.

ertum ſit de fide, ſuperiori-
apite ſatis probatum fuerit,
& ſingula ſacramenta nouę
riſti promiſſione, & inſtitu-
am ſanctificantem ad pro-
ue ſacramenti fines à Spiri-
nfundi; eadem fides nos
m aliqua duntaxat habere
am quemdam effectum ſe-
, qui vocatur character &
irituale, quod præter gra-
cantem, in tribus ſacramen.
n Baptiſmo, Confirma-
dine à Deo per illa infun-
næ imprimitur: quod ſem-
iam ſi ille, qui ſacramen-
per peccata ſuam gratiam
n amittat, ideoque illa tria
unt initerabilia. Ita ex-
um fuit in Concilio Tri-
7. can. 9. *Si quis dixerit,*
mentis, Baptiſmo, ſcilicet,
, & Ordine, non imprimi
n anima, hoc eſt ſignum
uale, & indelebile, vnde
oſſint, anathema ſit.
s lib. de captiuitate Ba-
de ordine, Caluinus in
ilij Tridentini ad cita-
lib. 4. inſtitut. cap. 19.
e diſcipuli negant eiuſ-
rem dari, nedum in
, & Ordine, quæ ſacra-
ant, verum etiam in ba-
ſacramento ab illis ad-

rſiæ intelligentia & re-
dum eſt, ita ſalua fide
circa naturam Chara-

cteris ſacramentalis inter Theologos, vt tamen omnes doceant, tanquam quid pertinens ad fidem, illum dari; nomineque illius nihil aliud intelligāt, quam ſignum aliquod ſpiritale impreſſum animæ, per certa quædam ſacramenta, dictum Character, metaphora deſumpta à figura illa, quæ candenti ferro ſolet imprimi pecoribus, vt gerant notam ſui domini, & dignoſcantur ab alijs. Vndè character vox Græca, latine idem ſignificat quod forma, vel figura; & à Sanctis Patribus pro ſigno, aut ſignaculo vſurpatur. Sic *character baptiſmalis* eſt, quo homo aptus eſt, vel deputatur ad alia Eccleſiæ ſacramenta ſuſcipienda, & quo Chriſto & Eccleſiæ conſignatur: *Character confirmationis*, quo anima conſignatur, vt Deus aſſiſtat ad profitendam conſtanter fidem. *Character autem Ordinis*, quo homo Chriſto ſpecialiter conſecratur, & capax redditur vt valide ſacramenta adminiſtret.

Tota igitur inter nos & Sectarios controuerſia eſt, an in tribus præfatis ſacramentis, iuxta definitionem Concilij Tridentini, imprimatur character in anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale, indelebile; ſectarij negant, nos Catholici, vt rem fide certam affirmamus.

Aliqui illam primò probāt authoritate Sacræ Scripturæ 2. Corinth. 1. v. 22. *Et qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos Deus*; ibi enim Apoſtolus loquens de ſacramento baptiſmi, duos diſtinguit eius effectus, gratiam ſcilicet his verbis *qui vnxit nos*, nam iſta vnctio fit per infuſionem gratiæ, deinde Characterem iſtis, *qui & ſignauit nos*, quaſi dicat certo quodam veluti charactere inſigniuit nos Deus, quo ipſi, & Chriſto conſecraremur, vt probatur ex alio loco Epheſ. 1. *In quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto*. & cap. 4. *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis*; vbi, cum Apoſtolus alloquatur omnes fideles, tam malos,

quam bonos, voluit ſignificare eos accepiſſe ſigillum, & Characterem ſacramenti Confirmationis, vndè S. Hieronymus ad illum locum ait; *Deum imprimere animæ ſignaculum Spiritus Sancti*.

Verum, quia hæc teſtimonia, aliaque ſimilia à nonnullis Patribus explicantur de gratia ſacramentali, nec omnia, quæ fide creduntur in Eccleſia, neceſſe eſt ea formaliter & expreſſe contineri in ſcriptura, ſed multa etiam ex illis habeantur ex traditione, his enim duobus diuinam reuelationem adæquatè contineri ſatis oſtendimus tom. 2. lib. 3. ſect. 2. Ideò ad iſtam potiſſimum recurrendum eſt, apud Sanctos Patres Græcos & Latinos vnanimiter hanc veritatem docentes. Quorum teſtimonia referunt noſter Thomas Valdenſis tom. 2. de ſacramentis cap. 109. Alphonſus à Caſtro contra hæreſes verbo character, Coccius tom. 2. Theſauri Catholici lib. 5. art. 3. Græci potiſſimum Characterem vocant diuinum, & cæleſte ſignaculum; ex Latinis Ambroſius appellat ſpirituale ſignaculum lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 6. primus diuus Auguſtinus vſus eſt nomine characteris; lib. 6. de Baptiſmo cap. 1. *Satis*, inquit, *eluxit paſtoribus Eccleſiæ Catholicæ toto orbe diffuſæ, per quos poſtea plenarij Concilij authoritate originalis conſuetudo firmata eſt, & ouem, quæ foris errabat, & dominicum Characterem à fallacibus deprædatoribus ſuis foris acceperat, venientem ad Chriſtianæ vnitatis ſalutem ab errore corrigi* &c. *à vulnere ſanari, Characterem tamen Dominicum in ea agnoſci potius, quam improbari;* idem habet lib. 1. contra Creſconium cap. 30. tract. 6. in Ioannem; & lib. 2. contra epiſt. Parm. cap. 13. vbi adducta ſimilitudine de charactere militari in corpore militis impreſſo ait: *An fortè minus habent ſacramenta Chriſtiana, quam corporalis hæc nota, cum videamus nec apoſtatas carere baptiſmate, quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus non reſtituitur, & ideo amitti non poſſe iudicatur*.

Sic Innocentius III. cap. *Ma*
tra, *de Baptiſmo* & eius effect
Characterem, qui verè imprima
mæ per certa quædam ſacrame
vt nouam aliquam doctrinam
veterem, & apud omnes ex tr
receptam docet: & quamuis
quæſtiones ibi mouerentur de b
collato paruulis, item adultis
& coactis, item fictis, item d
tibus, & amentibus, nunquam
tum fuit, an Character Baptiſ
tur nec ne, ſed tantum, an ille
& tali caſu imprimatur. vnde
thoritas non poteſt explicari,
mentum Baptiſmi intelligatur
Characteris, cum in illis quæ
ſummus Pontifex duo expreſ
guat ſubſtantiam ſacramenti
effectum, inter quos recenſet c
rem. Sicut nec veteres Patres,
ſant Sectarij, voluerunt, Bap
dici imprimere Characterem c
lum, quod exterius ſciatur,
quis ſit aliquando baptizatus;
modo etiã Euchariſtia characte
primere dicenda eſſet; ſed qui
ma à Spiritu Sancto, tanquam
& cæleſte ſignaculum imprimi
lebiliter, ideoque baptiſmus
dicemus repeti non poteſt,
chariſtia repeti poſſit.

Eamdem traditionem mani
bat perpetuus Eccleſiæ vſus,
culdubio ex illa tria præfatæ
ta fuere ſemper initerabilia
enim ab illis charactere, nihil
poteſt, propter quod non it
ſicut cætera ſacramenta; igitur
ex confeſſione aduerſariorum
fide baptiſmum non eſſe ite
nec alia huius ratio poſſit add
quod imprimat Characterem
ligimus à poſteriori, per di
menta ſpiritalem characterem
nam impreſſio eius, ſuppoſit
tione facta à Deo, eſt cauſa
à priori, cur eius ſacramentu
retur, negatio autem iteratio
mentorum, quæ imprimunt

ſt aliquis effectus eorum chara-
; vnde ſicut quando dicimus, ho-
riſibilis, quia eſt rationalis, &
ſt rationalis, quia eſt riſibilis,
mmittimus circulum vitioſum,
on ſit in eodem genere cauſæ,
enim demonſtratio eſt à priori,
a verò à poſteriori duntaxat, &
ectum; ita cum dicimus ſacra-
m non iteratur quia imprimit
erem, & item imprimit chara-
, quia non iteratur non eſt pro-
ircularis vitioſa, & in eodem
cauſę, ſed prima eſt à priori, al-
oſteriori.
reſsionis autem ipſius Chara-
per dicta ſacramenta, nulla alia
dari ratio à priori, quam volun-
ſtitutio diuina; nam loquendo
è homo poterat conſecrari Deo,
tari ad certa quædam officia
m deputationem, & denomi-
m extrinſecam Dei; ſtante autē
one, & dignitate legis Euange-
oluit Deus, vt eiuſmodi conſe-
eret per aliquā formam intrin-
& animæ inhærentem, cum in
nines ordinentur ad conferen-
ctus Spiritales, ad quos in lege
, quæ erat carnalis, miniſtri
ordinabantur; quare probabi-
ius ſacramenta non impreſsiſſe
ſpiritalem Characterem, vt
agiſtrum in 4. diſt. 6. docent
i cū D.Tho. 3. p. 62. art. 1. ad 3.
diuina inſtitutio licet non ſit ita
aperta in ſcriptura, vt notaui-
quaquam tamen eſt illi contra-
, vt vidimus, fundamentum
illa; cui accedente Traditione,
ritate Eccleſiæ, vt vidimus,
em inſtituentis Characterem,
cantis, & definientis veterem
aditionem, quod eſt commu-
cteri cum alijs multis verita-
i, quarum teſtimonia non ſunt
in ſacris litteris, quin indi-
o ad nos declaratione, & de-
Eccleſiæ, ſufficit vt Characte-
mentalis inſtitutio ad fidem

ſpectare dicatur.

Nec refert, quod in nullis ante Tridentinum Concilijs fiat mentio huius characteris, præterquam enim eſt argumentum negatiuum, ratio talis ſilentij fuit, quia in illis nulla fuit de ſacramen. tali Charactere quæſtio; qua poſtea his temporibus exorta, Concilium Tridentinum, Spiritu Sancto non minus poſterioribus, quam primis Concilijs aſſiſtēte, illam definiuit, & vt credendam de fide propoſuit; ſicut diuus Hieronymus in epiſt. ad Pammachium, & Oceanum, reſpondet fautoribus Originiſtarum ſe ſe excuſantibus à cōdemnando Origene negante diuinitatem Spiritus Sancti, eo quod Nicena Synodus id non tetigiſſet, & nihil ſuper hoc definitum fuiſſet; *Scilicet*, inquit, *vno medicamine omnes ſimul morbos debuere curari, & idcirco Spiritui Sancto neganda eſt maieſtas? de Ario tunc, non de Origene, quæſtio erat de filio, non de Spiritu Sancto, confeſſi ſunt, quod negabatur, tacuerunt id de quo nemo quærebat* talemque fuiſſe vſum in definiendis rebus fidei ſatis oſtendimus tom. 3. lib. 3. ſect. 4. cap. 16. in fine.

Vltimo notandum eſt, vbi character ſacramentalis interdum vocatur Character Chriſti, id non debere intelligi, quaſi ab illo ſolo effectiuè producatur, cum ſit quidam effectus ad extra, & proindè pendens à tota Trinitate, quo ad ſuam efficientiam; aut ſubiectiuè quaſi ſit participatio cuiuſdam characteris in Chriſto exiſtentis, hoc enim eſt falſum, quia ipſe eſt dux, & paſtor noſter & recipere Characterem eſt proprium militis, & ouis, non autem ducis, & paſtoris; ſed dicitur Character Chriſti, quia vi illius habemus ius, & priuilegium participandi aliquo modo poteſtati, & excellentiæ Chriſti Domini; qui conceſsit omnibus Characterem habentibus, ius recipiendi, & miniſtrandi ſacramenta pro ratione Characteris, quem acceperunt per ſacramenta; ſicut miles, per notam militarem acceptam à Rege, habet

bet ius gaudendi multis priuilegijs, & commodis, obeundique multas functiones, quod alij non habent.

CAPVT LIX.

Statuitur aduerſus Lutherum, & Calninũ, eorumque ſequaces, quæ intentio miniſtri requiratur, in conficiendo, ſeu adminiſtrando ſacramento.

PRo intelligentia, & reſolutione huius controuerſiæ ſciendum eſt, tria poſſe intendi in adminiſtratione alicuius ſacramenti. Primum eſt actus exterior nudè, & ſecundum ſe conſideratus, v. g. in baptiſmo, ablutio exterior, & prolatio formæ baptiſmalis, *Ego te baptizo* &c. ſecundum eſt effectus ſacramenti, v. g. in eodem baptiſmo, gratia, & Character, tertium eſt facere, quod Chriſtus Dominus inſtituit, vel, quod facit vera Eccleſia exercendo talem actionem. Prima autem illa intentio in hoc diſtinguitur à tertià, quod illa dicat ſolùm volitionem miniſtri ſe ſe terminare ad exteriorem actionem nudè ſpectatam, præſcindendo ab eo, quod inſuper fiat, cum aliquo reſpectu ad Chriſtum Dominum, ſcilicet, quatenus, & pro vt eſt huiusmodi actio inſtituta ab eo, vel pro vt, & quatenus exercetur à vera Eccleſia, ſicut multoties inter legendum, aut docẽdum ſolemus pronuntiare verba formę baptiſmi, aut alia, cum nulla tamen intentione tunc faciendi, aut exequendi, quod illa ſignificant, ex inſtitutione Chriſti Domini; tertia vero intentio hoc vtrumque comprehendat.

Secundò obſeruandum eſt, hanc particulam, & ſimiles pro vt eſt inſtituta à Chriſto Domino, tantum ſignificare ſubſtantiam actionis, vt tamen inſtitutæ à Chriſto Domino, non autem gratiam, vel Characterem: hæc enim ſunt ſolum effectus ſacramenti, qui ſemper diſtinguntur à ſubſtantiã operis, ſequunturque neceſſario ad veram, & ſinceram ſacramenti poſitionem, m non ſit obex in ſuſcipiente, ſiue m ſter velit, ſiue nolit, vt recte d diuus Auguſtinus epiſt. 23. ad Bon cium, libenterque admittunt aduc rij, vndè nulla eſt inter nos, & quæſtio de ſecunda intentione, ſe tertia, ſeu an illa prima intentio ſ rius explicata ſit ſufficiẽs ad verita & valorem ſacramenti, an verò re ratur tertia, pro vt coaleſcit etian prima. Lutherus enim lib. de c Babylon. cap. de Baptiſmo, & Ca nus in antidoto Concilij Tridentin can. 2. ſeſſ. 7. affirmant ſolam prin ſufficere; negant autem Catholici, dè ſit.

Hæc noſtra concluſio. Ad pe ctionem eſſentialem Sacramenti, ſufficit in miniſtro ſola intentio pra di nudum actum exteriorem ſacrame ſed etiam in eo requiritur intentio ciendi quod facit vera Eccleſia, q cumque illa ſit, ſeu quod Chriſtus minus inſtituit. Iſta concluſio eſt fide, ita definita in Decreto Eugen Concilio Florentino, in Concilio C ſtantienſi ſeſſ. 45. & Tridentino l ſtatim adducendis; Vndè quod ol in votis fuit Auguſtino de hac re d tanti lib. 7. de Baptiſmo contra D tiſtas, cap. 35. & dicenti de libe auditurum ſolutionem illius in ali generali Concilio, cum iam accide dicendum eſt, mentem & ſententia S. Auguſtini fuiſſe quo ad hoc e dem, quæ eſt præfatorum Conci rum; quare dùm loco citato ait, *ſe quaquam dubitare, eos habere Baptiſm qui vbicumque, & à quibuscumque il verbis euangelicis conſecratum, ſine ſimulatione, & cum aliqua fide, accipi* expoſuit tantum, quid tunc, ante finitionem Eccleſiæ, videretur ſibi p babile, ſubmiſſa prius illi ſua ſenten oſtendens hac ratione hæreticis n temporis, qui vtinam in hoc Augu ni modeſtiam imitarentur, ſicut n nulla eius verba interdum ſubobſcu ad ſuos errores temere detorquere nantu

quid ſit ſentiendum circa du- nondum per Eccleſiam defini- leclarata, ſcilicet ante eius de- m poſſe quidem cum debita ne dici, quid videatur proba- ſt illam vero, ſententiam, quam tradit, eſſe omnino ſequen- a ratione ſæpè excuſat S. Cy- , quòd ſcilicet quidquid dixit mo hæreticorum reiterando, erit ante definitionem plenarij , ſequuturus eius ſententiam, fuiſſet, aut ſuperuixiſſet.

lium igitur Tridentinum, ſi uam fuit plenarium ex multis , ſic habet ſeſſ. 7. can. 11. *Si it, in miniſtris dum ſacramenta , & conferunt, non requiri in- ſaltem faciendi, quod facit Ec- thema ſit.* Et ſeſſ. 14. cap. 9. de pænitentiæ ſacramento: *erit, abſolutionem ſacramenta- tis non eſſe actum iudicialem, miniſterium pronuntiandi, & , remiſſa eſſe peccata confitenti, n credat, ſe eſſe abſolutum, aut n ſerio, ſed ioco abſoluat, aut on requiri confeſſionem pæni- acerdos eum abſoluere poſſit; it.*

eritatis, ſicut & præceden- iumque aliarum, quæ à ſo- libertate Dei, & Chriſti, ri eſt ſola inſtitutio Chriſti m potuiſſet ordinare cōtra- tem eum inſtituiſſe, aut vo- es ſe haberet in adminiſtra- entorum, reuelauit nobis , Matth. cap. 26. quando acramentum Euchariſtiæ, *c quotieſcunque feceritis, in m facietis;* & 1. Corinth. 2. *meam commemorationem.* . cap. 20. vbi inſtituens ſa- pænitentiæ, quod infra contra Sectarios eſſe ve- entum, ait diſcipulis, co- eſſoribus, *quorum remiſe- remittuntur eis, & quorum etenta ſunt;* inde enim, ac- cedenteque etiam traditione, Eccleſia, ad quam pertinet iudicare de vero ſenſu diuinam ſcripturam, definiuit veritatem in noſtra concluſione contentam.

Et certè accommodatè ad præfata verba, Quotieſcunque enim applicatio poteſtatis ad actum ſibi correſpondentē exigit, quod operans ex tali poteſtate, faciat actum illius in memoriam alicuius alterius, tunc vt actus reſpondeat tali poteſtati, fiatque ex vi illius, neceſſe eſt quod operans exerceat illum eo fine, eaque intentione; ſicut etiam vbi quis liberam habet poteſtatem remittendi, & retinendi peccata, opus eſt intentione, qua ſe ſe determinet ad remittendum, & non retinendum illa, vel è contra. Igitur cum ex prædictis ſcripturæ locis, applicatio poteſtatis pro conficienda Euchariſtia, petat, vt qui ex illa operatur, ſeu vt miniſter eius faciat in commemorationem Chriſti Domini, actum correſpondentem ſuæ poteſtati; imo vt proferat practicè, & in perſona Chriſti conſecrantis, verba conſecratoria, per quæ res practicè ſignificata, ſunt Chriſti Domini corpus, & ſanguis; item miniſter ſacramenti pænitentiæ, poſſit pro ſua libertate remittere pænitenti ſua peccata, vel ea retinere; requiritur, vt miniſter Euchariſtiæ, intendat illam conficere in commemorationem Chriſti Domini, nec non proferre verba formæ conſecrandi in perſona eiuſdem, item in ſacramento pænitentiæ, vt intendat abſoluere; iſta autem intendere in conficiendis eiuſmodi ſacramentis, eſt prorſus idem intendere, quod Chriſtus Dominus fecit, vel inſtituit, & vera Eccleſia intendit facere in illis; ad perfectionem ergo eſſentialem ſacramenti non ſufficit in miniſtro ſola intentio faciendi nudum actum exteriorem ſacramenti, ſed etiam in eo requiritur intētio faciendi, quod facit vera Eccleſia, quæcumque illa ſit, ſeu quod Chriſtus Dominus inſtituit.

Deindè cum homo in conficiendis

ſacra-

ſacramentis ſit inſtrumentum Dei animatum vita rationali, proindeque agens modo vita ſuæ proprio, hoc eſt humano, & morali, tenetur habere hanc intentionem; ſi quidem huiuſmodi inſtrumentum debet agere ex intentione, & agendo intendere ſaltem quo ad ſubſtantiam, quod agens eius principale vult vt fiat; maximè ſi teneatur diſpenſare fideliter & prudenter id cuius eſt inſtrumentum, vt ex Apoſtolo debent eſſe diſpenſatores myſteriorum Dei; fidelis namque, & prudens diſpenſatio attenditur maximè, quando res diſpenſanda, fit & confertur pro vt ipſe dominus conſtituit, & ordinauit.

Demum ad hominem contra hæreticos, cum ipſi aſſerant Verbum formæ ſacramentalis eſſe promiſſionis, & concionis, ſibi contradicunt negantes prędictæ intentionis neceſſitatem. Quis enim dicat formam ſacramẽtorum eſſe talem, qua miniſter inſtruat ſuſcipientem, de authore ſacramentorum, eorũ vi & efficaciã, ſeque illa profiteatur conficere, & miniſtrare *ex mandato Chriſti, & ſecundum regulam ab eo datam, rituque legitimo*, vt ait Caluinus loco citato; quis, inquam, hæc aſſerat, & ſine contradictione, aut irrationabiliter non neget? in miniſtro requiri intentionem faciendi quod Chriſtus inſtituit, aut vera facit Eccleſia, vbi confert ſacramenta.

Itaque licet ex veteribus Patribus aliqui in hoc fuerint toti, vt probarent malitiam morum in miniſtris nihil præiudicare Chriſtianis, dum ab illis ſacramenta ſuſcipiunt, nullus tamen abſolutè aſſeruit validè illa conferri poſſe, ſine intentione à nobis explicata, multique illam requiri expreſſe docuerunt, quique de hac re potiſſimum dubitauit Auguſtinus, vt diximus ſupra, dixit ſe libenter auditurum ſolutionem huius quæſtionis in aliquo generali Concilio, qualem ſcilicet poſtea habuimus in Florentino, Conſtantienſi, & Tridentino.

Ratio autem cur Chriſtus Dom
ex cuius voluntate prouenit, a
det veritas & eſſentialis perfectio
menti, voluerit ad eam potius r
dictam intentionem, quam probi
miniſtri, omnium optima eſt; qu
quendo moraliter, nunquam c
gat miniſtrum eſſe tam peruerſu
in conficiendo ſacramento nolit
dere facere quod Chriſtus Do
inſtituit, ſeu quod vera Eccleſia
dit, quare valdè pauci à tanto te
fuerunt reperti, qui caruerint
tentione, vt experientia compert
at ſatis communiter & ordinari
dit miniſtros Eccleſiæ eſſe, vel
cultis peccatis mortalibus, v
ſint in publicis tolerari ab Eccle
dè cum legiſlator in condenda l
in aliqua re de nouo inſtituenda
maioré rationem boni commu
particularis, nec quatenus legiſ
neatur prouidere omnibus, &
caſibus, qui valdè raro poſſunt o
re, leges enim reſpiciunt, quod
munius, non autem quod nunqu
valdè raro contingit, factum
Chriſtus Dominus inſtituend
menta nouæ legis, requiſierit
rum valorem rectam intention
autem probam vitam miniſtri.

Quæ contra hanc veritatem o
hæretici duo ſunt præcipua, p
fundatur in nonnullis factis, qu
cramenta collata fuerunt æſtim
da, quamuis eorum miniſtri
intentione ſuperius explicata
illud S. Athanaſij, qui, teſte
lib. 1. hiſt. cap. 14. & Sozom
2. cap. 16. adhuc puer inter lu
adminiſtrauit Baptiſmum, que
xander Epiſcopus Alexandrin
cauit validum. Item illud S.
qui dum coram Diocletiano ag
nimum, fuit valide baptizatus

Reſpondetur ad hanc obiecti
admittendo facta in illa conten
gamus autem, ſi valida fuerin
modi ſacramenta, talia fuiſſe
tentione ſuperius explicata
pro

t, nec probare poſſunt aduerſa-
o potius ex circumſtantijs facti
naſij oppoſitum colligitur; re-
nim Alexandrum, qui in aliquo
iori loco conſtitutus ipſis ſuis
otam illam exteriorem actio-
tiſmi optime viderat, diligenti,
ato iudicio adhuc interrogaſſe
& ſingulos eiuſmodi pueros ſic
tes, nõ alia certe ratione, niſi vt
us dijudicaret, num baptizans
t intentionẽ faciendi, quod vi-
ri ab Epiſcopo baptizãte in Ec-
ideque, vt ſtatuit, baptiſmum
n eſſe iterandum; iam enim vi-
tam illam actionem exterio-
er illam igitur intentionem
i nudum actum exteriorem ſa-
, requiritur alia faciendi quod
Eccleſia; cuius Sanctũ Atha-
uiſſe capacem ſatis patet, ex
od tunc iuxta ſupputationem
d annum Domini 311. iã atti.
decimum ſuæ ætatis annum,
pariter qui fuerant ab eo ba-
nnos diſcretionis, cum iam eſ.
ecumeni, vt præfati obſeruant
vnde ſimul etiam habere po-
tentionem recipiendi baptiſ-
nimo, quo recipitur ab his
accipiunt ab Epiſcopo ordi-
ccleſia; aut ſecũdum quod
ultoties illum ab Epiſcopo

um S. Genaſij reſpondetur
do non fuiſſe validum, ni-
oſita debita, quam diximus,
, quamque interueniſſe col-
ui ex eo, quod Martyrolo-
anum ad 25. diem Auguſti
tat eum, cum in Theatro,
Diocletiano, miſterijs Chri-
illuderet, *à Deo inſpiratum,*
ſſe ad fidem, & poſtea ex
eumdem diem *baptizatum,*
ero ac legitimo Sacerdote
. At quia ſacerdos ille, at-
ibus circumſtantijs, loci,
& perſonarum, videtur
uiſſe verè ſacerdos, ſed tan-

tum Mimicus, id eſt quidam Ethnicus, referens perſonam veri ſacerdotis, qui per ludum, & iocum baptizauit Geneſium; non propterea ſequitur eum id feciſſe ſine intentione ſufficienti, ſeu faciendi, & exercendi circa baptizandum, ritum, & ceremonias Chriſtianorum, eo modo quo perficiuntur à miniſtris Eccleſiæ. Cum enim aliquid duobus modis poſſit fieri per ludum, & iocum: primo cum intentione illud verè perficiendi, etiam ſi referatur ad ludum, & iocum, iuxta illud poetę, *ridendo dicere verum, quid vetat?* ſecundò cum mera ſimulatione, & fictione, quando nimirum aliquis fingit ſe facere, quod re vera nec facit, nec intendit facere; etſi poſterior hic modus excludat veram, & ſinceram intentionem faciendi verè, & ſincere rem aliquam, ſecundum quod eſſentia, & ſubſtantia talis rei exigit, non tamen prior, ſed cum illo conſiſtere poteſt vera ipſius rei exhibitio, hinc ſacerdos ille Mimicus cum intentione ludendi, ſeu etiam theatrice referendi ritum legitimi ſacramenti baptiſmi, potuit habere intentionem adminiſtrandi illud ſincere, & ex animo, faciendique quod in vera fit Eccleſia iuxta Chriſti inſtitutionem. Quemadmodũ & ſi quis turpis lucri gratia, aut alio ſimili motiuo conferret baptiſmum, vel aliud ſacramentum, poteſt adhuc intendere facere ſacramentum ſecundum quod inſtitutum eſt à Chriſto Domino, & ea intentione, qua adminiſtratur in Eccleſia, quia auaritia miniſtri habet ſe tantũ extrinſecè ad valorem, & ſubſtantiam ſacramenti, ideoque praua hæc eius intentio non opponitur alteri rectè adminiſtrandi, ſed eſt cum illa compoſſibilis, ſicut finis operantis, cum ipſo fine operis.

Altera obiectio, quam aduerſarij vocant irrefragabilem, deſumitur ex hoc, quod ſi talis intentio, qualem ex dictis Eccleſia Catholica requirit, eſſet neceſſaria in miniſtro, ſemper eſſemus anxij, & incerti, vtrum ſimus bapti-

zati, nec ne; ſemper enim poſſemus dubitare de intentione miniſtri; cui moleſtiſſimæ anxietati veriſimile non eſt Deum, qui attingit à fine vſque ad finē fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, voluiſſe omnes fideles obnoxios eſſe.

Reſpondent primo aliqui, non ſequi ex neceſſitate præfatæ intentionis in miniſtro, vllam fidelium anxietatē, quia in caſu, quo miniſter ex malitia noluiſſet adhibere intentionem requiſitam pro ſubſtantia ſacramenti putant Deum ſupplere eiuſmodi defectum intentionis miniſtri, conferendo effectum ſacramenti ſine ſacramento. Verum quia iſta ſententia eſt omnino improbabilis, adeo vt Doctores communiter dicant illam eſſe temerariam, vel erroneam in fide.

Reſpondetur ſecundò ex ſententia Catholica minimè ſequi illam, quam fingunt anxietatem, quietis fidelium, aut conſcientiæ perturbatiuam; cum enim duplex ſit certitudo, mathematica vna, moralis altera, prima non requiritur ad pacandam conſcientiam, vt enim oſtendimus ſupra cap. 15, nec Deus voluit, vt talem haberemus certitudinem, quod ſimus in gratia eius, ſed ſufficit moralis; quemadmodum enim nec ipſi aduerſarij ſciūt certitudine mathematica, vel fidei, ſe eſſe legitimos filios ſuorum parentum, nec tamen de ea re ſunt valde anxij, ſi quidem ad tollendam anxietatem, quam poſſent concipere de iſta re, ſufficit quod nulla ratio, vel occaſio dubitandi de hac re illis appareat; ita quoque ad auferendam iſtam anxietatem, quæ naſci poſſet in hominibus oblatis baptiſmo, ex parte intentionis miniſtri, ſatis eſt quod nulla ſufficiens ratio dubitandi de ea re appareat; ſed eo ipſo quo cernimus miniſtrum ita ſe gerere in conficiendo ſacramento, vt ſi interrogaretur quidnam intendat facere tali actione, eſſet dicturus, ſe facere id quod Eccleſia facit, vel quod Chriſtus Dominus præcipit, vel quod alij Chriſtiani ſolent facere, vel

aliquid ſimile, ſatis intelligitur
habere ſufficientem intentionem
ficiendi ſacramentum; iudicare
aliter eſſet peſſimè iudicare de p
mo in re grauiſſima, ſine aliqua
babili ratione, quod nunquam

Quod adeò verum eſt, vt qu
qui miniſtrauit ſacramentum, du
ſet catholicus, diceret poſtea fact
reticus, ſe inter adminiſtrandum
menta Eccleſiæ nullam habuiſſe
tionem faciendi tunc quod vera
Eccleſia, credi non deberet, imo r
tionabiliter dubitari de valore ſa
ti ex parte intentionis ipſius; tun
ſi ante relictam fidem Cathol
fuiſſet interrogatus, quo animo
ue intentione illud contuliſſet, ſi
bio reſpondiſſet, ritu catholic
ea intentione, qua confertur in
Eccleſia; quæ intentio cum
præſens, dum ſacramentum fa
nec dependeat à ratihabitione d
ro ipſius miniſtri, & ſacrament
omnino perfectum, nulla ration
li caſu eſſet dubitandum de vali
talis ſacramenti; tum etiam q
ferendo iudicio de voluntate &
tione hominum circa eorum act
& verba ab eis dicta, debent n
attendi, ſtatus, conditio, ite
ctus, & tempus, quo illas ex
aut verba proferunt; vnde cum
ſter ille transfuga, tunc primùm
ret, ſe non adhibuiſſe in ſacra
conficiendis intentionem ab Ec
requiſitam, poſt ſuum ad parte
ticorum tranſitum, minime cre
eſſet; qui tunc id mendaciter a
vel ad captandam eorum bene
tiam, vel ad perturbandas Cath
rum conſcientias.

Cum autem præfata intentio
di quod vera facit Eccleſia, qu
que ſit illa in conficiendis ſacra
lis triplex ſit. *Prima* habituali
nihil eſt aliud, quam procliu
conficiendum ſacramentum a
ex frequenti collatione ſacra
rum. *Secunda* virtualis ſeu int

iqui dicūt,qua aliquis actu qui. facto non cogitat de re, ſed ta- & applicat ſe ad agendū,virtu- intētionis;vel ita ſe gerit, vt ſi retur quidnā agat,reſponſurus oc & illud facere,in quo impli- netur,annectitur,aut ſubſequi- in eo prius intentum; ſic qui a intentione vt celebret miſ- oſtea vbi ventum eſt ad con- em, diſtrahitur ab actuali in- onſecrandi, nec tamen deſi- ui, & profert verba conſe- ſine vlla reuocatione prioris s, dicitur habere virtualem, retatiuam intentionem. *Ter.* ualis, qua aliquis actu, & de ndit. Cum, inquam, triplex i intentio diſtingui poſsit, ter Doctores aſſerunt, ſolam n non ſufficere ad confectio- menti,loquendo de habituali ntradiſtinguitur à virtuali,in- nim habitualis ſumitur pro ctualem autem intentionem entem ad confectionem ſa- & laudabilem, non tamen n, ſed ſolam virtualem. Vt od opus dicatur humanum, ſit ab actuali intentione,non uidem ſecundum ſe, ſed ſe- irtutem, quatenus actualis on cenſetur reuocata actu igitur cum ſacramenti con- eat fieri humano modo, vir- ntio & ſufficiet, & ad minus erit in miniſtro; ſi quidem ualem, quæ non ſufficit, & lem, quæ licet ſufficiat,non neceſſaria, non datur alia ntio, quam virtualis.

um intentio, ſiue virtualis, atiua, ſiue actualis, alia ſit lia conditionata; item ab- ſit determinata tantum ad & ſubiectum præſens,quod- d ſit, alia verò ſit etiam de- ad hoc,& illud ſubiectum in & in particulari; commu- que doctores affirmant ad

confectionem ſacramenti intentionem debere eſſe abſolutam, vel talem, quę æquiualeat abſolutæ. Intentio enim debet eſſe talis, vt de facto, & in præ- ſenti influat in ſacramentum, dum fit: at hoc conuenit ſoli abſolutę, quia ſo- la illa eſt efficax; non autem conditio- nali, quia in actibus humanis conditio contingens ſuſpendit actum, & reddit illum inefficacem, donec illa ſit adim- pleta; ad confectionem igitur ſacra- menti intentio debet eſſe abſoluta, vel talis,quæ æquiualeat abſolutæ;poſſunt enim dari quædam conditionatæ intē- tiones, quæ quia æquiualent abſolu- tis, ſunt etiam ſufficientes ad ſacra- mentum valide conficiendum; cuiuſ- modi eſt intentio modificata ſub con- ditione de præterito, vel præſenti, V.g. *Si tu non es baptizatus, ego te bapti- zo, ſi viuis, ego te abſoluo.* Nam ſi eiuſmodi conditio ſubſit, intentio re- ſoluitur in abſolutam:ſi non ſubſit intē- tio tollitur.Excipitur tamen ſacramen- tum matrimonij: quod quia retinet ra- tionem contractus,poteſt iniri ſub cō- ditione ſuſpenſiua,etiam de futuro con- tingenti:à qua in eſſe ſuo pendeat;qua- que completa, tranſeat in contractum abſolutum. Secus eſt de reliquis ſa- cramentis: quibus addita conditio de futuro contingenti, vt diximus, ſuſ- pendit miniſtri intentionem, quando applicat materiæ formam: & licet po- ſtea impleatur conditio, non conficie- tur equidem ſacramentum; quia tunc deerit materia, & forma eſſentialis.

Secundo ex communi doctorum ſen- tentia; intentio ſufficiens debet durare toto tempore, quo ſacramentum con- ficitur. Quia tota confectio ſacramen- ti debet fieri modo humano, & per actum humanum ſecundum quamlibet ſui partem; tali autem modo non fit, niſi & intentio, ratione cuius dicitur fieri humano modo,duret etiam ſecun- dum totam latitudinem durationis dictæ confectionis.

Tertio demum. Intentio determi- nata quo ad præſentem materiam, vel

ſubiectum, quodcunque illud ſit, eſt ſufficiens in confectione ſacramentorum, præterquam in ſacramento matrinij, in quo eſt ad hanc perſonam determinatam in indiuiduo, V g. ad Mariam, & non ad aliam; Prior pars huius propoſitionis patet ex formis ſacramentorum, quæ conſtant quibuſdam particulis id ſignificantibus, vt in Baptiſmo, Confirmatione, Pœnitentia particula *te*, in Euchariſtia vero particula *hoc*. vndè ſi quis baptizet filium Petri, exiſtimans eſſe filium Pauli, non deſinit valide baptizare, niſi reſtringeret ſuam intentionem baptizandi ad ſolum filiũ Pauli; quo in caſu grauiter peccaturum fore aſſerunt Doctores, proptereaque cauendum eſſe ab eiuſmodi intentione. Et hæc ſufficiant pro præſenti controuerſia de intentione miniſtri in conficiendo, & adminiſtrando ſacramento.

CAPVT LX.

Statuitur aduerſus Lutherum, & Caluinum, eorumque ſequaces Septenarius numerus ſacramentorum nouę Legis.

IN nulla re magis, quam in iſta de numero ſacramentorum perplexi ſunt, ſibique contrarij noſtri temporis ſectarij. Lutherus enim cum lib. de capt. Babylon. primum dixiſſet, *vnicum eſſe ſacramentum*, ſi ſecundum ſcripturæ vſum ſit loquendum, poſtea admiſit tria, ſcilicet Baptiſmum, Euchariſtiam, & pænitentiam; de iſta enim ait in Aſſertionibus contra Louanienſes art. 35. *Pænitentiam cum virtute clauiũ abſoluentium, ſacramētum libenter confitemur, habet enim promiſſionem, & fidem remiſſionis peccatorum propter Chriſtum*; at demum pænitentia reiecta, voluit in rigore loquendo tantum duo eſſe ſacramenta, Baptiſmum, & panem, ſeu Euchariſtiam. Eius quoque ſectatores diuiſi ſunt, Philippus enim Melanchton in locis communibus, & Illyricus in confeſſione Antuerpien
tantùm agnoſcunt ſacramenta,
mum, & Euchariſtiam; alij autē t
ptiſmum, Euchariſtiam, & pænit
ita confeſſio Auguſtana art. 13.
muniter Lutherani in ſuis C
mis. At Lutherani dicti Moll
ptem agnouerunt ſacramenta,
decreuerunt in ſynodo ſua Lip
cui cum Melanchtone adfueru
res Theologi Lipſienſes, & Vit
genſes, vt refert Sleidanus lib.
circa annum 1548. quos in hoc
Illyricus in libro inſcripto, Ad
tio Illyrici ad conſtantiam in Au
na confeſſione.

Non minor eſt Caluini, & C
ſtarum in hac eadem re perple
Nam Caluinus lib. 4. inſtitut. c
§. 18. duo tantum ſacramenta
tit Baptiſmum, & Euchariſtiam
dè numerat etiam inter illa ord
nem, monens, ſe, cum duo ta
eſſe dicit, loqui de ſacramenti
narijs, totique Eccleſiæ commu
Zuinglius lib. de vera, & falſa
ne loco ordinationis ponit Ma
nium.

Contra quos omnes errores
tentia omnium Catholicorum,
eſſe ſacramenta nouæ legis, Bap
Confirmationem, Euchariſtian
nitentiam, Ordinem, Extrem.
ctionem, Matrimonium. Ita h
in Decreto Eugenij in fine Cōcil
rentini, fuitque nouiſſimè defi
in Tridentino ſeſſ. 7. can. 1. Si c
xerit, ſacramenta nouæ legis n
ſe omnia à Ieſu Chriſto Domi
ſtro inſtituta, aut eſſe plura, v
ciora, quam ſeptem, videlicet
mum, Confirmationem, Euchari
Pænitentiam, Extremam vnctio
Ordinem, & Matrimonium, aut
aliquod horum ſeptem non eſſe
& propriè ſacramentum; anathe

Huius veritatis fidei ratio à
eſt ſola Chriſti Domini voluntas
nec plura, nec pauciora ſacram
voluit eſſe in ſua Eccleſia; vt eni

r.

gratia per eum facta eſt. Ioann.
ciam fuit eius voluntatis, deter.
certum numerum ſignorum,
gratia illa per legem Moyſis
rata communicaretur homini-
er Chriſtum noui Teſtamenti
m, & gloriæ conſummatorem
ndis in vitam æternam. Quæ
voluntas, cum aliundè nobis
non poſſit, quam ex eius reue-
adæquatè contenta in verbo
pto, & tradito; ex vtroque
nus infra, agendo de ſingulis
ntis in particulari, ea omnia
legis Euangelicæ ſacramenta.
n noto primò, quod ſicut ad-
nequaquam dubitant Baptiſ-
Euchariſtiam eſſe vera nouæ
ramenta, etiam ſi ſcriptura
dicat, eſſe duo tantum ſacra.
imo nuſquam vel Baptiſmo,
ariſtiæ ſacramenti nomen at-
non alia de cauſa, niſi quia vt
is appellentur, ſufficit quod
cramentum ſignificata, dictis
onueniat; generaliter enim ad
fidei, non requiritur ſemper,
eius in ſacra Scriptura expri.
odo res ipſa in illa, vel tra-
uæ eſt altera cum ſcriptura
æ reuelationis, comprehen-
clare patet de nomine con-
litatis, Incarnationis, tran-
tionis, aut ſimilibus. Ita ſi
certo credatur ſeptem enu-
ramenta eſſe talia, non eſt
m, quod alicubi ſcriptura di-
rium eſſe ſacramentorum
numerum, aut dictis ſeptẽ
omen ſacramenti, ſed ſuffi-
es per illud in ſcriptura ſi-
ipſis competat; vt infra
que oſtendemus, afferendo
ræ, vbi de illis eſt ſermo.
nc probo ſolum id in com-
uina traditione, qua ſemper
creditum eſt, ſeptem eſſe
ſacramenta. Huius autem
primum argumentum eſt
anctorum, ac veterum Pa-
trum conſenſus in hac veritate; quia licet interdum aliqui Sancti Patres enumerent pauciora ſacramenta, quam ſeptem, eo quod, ad id, quod tunc intendebant, non eſſet opus omnia, & ſingula recenſere, ſed aliqua duntaxat; nullus tamen ex ipſis negat alijs à nobis enumeratis rationem ſacramenti conuenire; multique inſuper illis attribuunt, ſeptemque enumerant ſacramenta, vt Auguſtinus; libro enim de doctrina Chriſtiana cap. 9. ſic ſcribit de Baptiſmo, & Euchariſtia: *Pauca pro multis, eademque factu facillima, & intellectu auguſtiſſima, & conſeruatione caſtiſſima, ipſe Dominus & Apoſtolica tradit diſciplina, ſicuti eſt baptiſmi ſacramentum, & celebratio corporis, & ſanguinis Domini*. Et conc. 1. ſuper Pſal. 103. *Reſpice ad munera ipſius Eccleſiæ. Munus ſacramentorum in Baptiſmo, in Euchariſtia, in cæteris ſacramentis, quale munus eſt?*

De confirmatione, lib. 2. contra Litteras Petiliani c. 104. *In hoc vnguento ſacramentum Chriſmatis vult interpretari, quod quidem in genere viſibilium ſignaculorum ſacroſanctum eſt; ſicut ipſe baptiſmus*. Et tract. 3. in epiſt. Ioannis: *Vnctio ſpiritualis ipſe Spiritus Sanctus eſt, cuius ſacramentum eſt in vnctione viſibili*.

De pænitentia lib. 1. de adulterinis coniugijs cap. 26. & 28. *Eadem eſt cauſa baptiſmi, & reconciliationis, ſine quibus ſacramentis homines credunt ſe non debere exire de corpore*. Et epiſt. 108. ad Honoratum: *An non cogitamus, cum ad iſtorum periculorum peruenitur extrema, nec eſt poteſtas vlla fugiendi; quantus in Eccleſia fieri ſolet ab vtroque ſexu, atque ab omni ætate concurſus, alijs baptiſmum flagitantibus, alijs reconciliationem*. Et infra, *ſi Miniſtri adſint alij baptizantur, alij reconciliantur, nulli Dominici corporis communione fraudantur*.

De Ordine lib. 2. contra epiſt. Parmeniani cap. 13. *Vtrumque ſacramentum eſt, & quadam conſecratione homini datur: illud, cum baptizatur; iſtud*

cum

eum ordinatur: ideoque in Eccleſia Catholica vtrumque non licet iterare. Similia habet lib. 1. de bapt. contra Donatiſtas cap. 1.

De extrema vnctione ſerm. 215. de tempore: *Quoties aliqua infirmitas ſuperuenerit, corpus, & ſanguinem Chriſti, ille qui ægrotat, accipiat; ac deinde corpuſculum ſuum vngat, vt illud quod ſcriptum eſt, impleatur in eo: Infirmatur aliquis? inducat presbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo*. Similia quoque habet lib. 2. de viſitatione infirmorum cap. 4.

ET ſi omnes huius temporis ſectarij nobiſcum admittant, Baptiſmum eſſe verum, propriéque dictum ſacramentum nouæ legis, plures tamen circa illum habent errores, quorum tres ſunt præcipui; Primus communis Luthero, & Caluino, eorumque ſequacibus negantibus baptiſmum eſſe de neceſſitate medij neceſſarium hominibus ad ſalutem; Secundus Lutheri, & diſcipulorum eius proprius aſſerentium, infantes, dum baptizantur, habere fidem; qua actu credant in Chriſtum; Tertius Anabaptiſtarum negantium infantes eſſe baptizandos. Quartò demum omnes irrident ſacras Baptiſmi ceremonias; eumdemque volunt fuiſſe Ioannis, & Chriſti baptiſmum.

Quia primum errorem, quem ſecuti ſunt nonulli etiam Orientales, iam refutauimus ſuperiori tom. ſect. 10. cap. 12. cæteros tantùm in præſenti, & ſequentibus capitibus refellemus. Igitur Lutherus docet, infantes habere fidem actualem, qua credant in Chriſtum, & per illam ipſos iuſtificari. Hanc autem fidem gigni in infantibus ante baptiſmum, partim vi exorciſmi, partim orationibus Eccleſiæ; ita in lib. contra Cochlæum: *Non negamus* inquit, *paruulos eſſe baptizandos, nec aſſerimus eos baptiſmum accipere ſine fide: ſed dicimus, ad baptiſmum eos credere per vim verbi, quo exorcizantur, & per fidem Eccleſiæ eos offerentis, & eis fidem ſuis orationibus implorantis.* Et lib. de capt. Babyl. cap. de Baptiſmo: *Per orationem Eccleſiæ offerentis, & credentis, cui omnia poſſibilia ſunt paruulus fide infuſa mutatur, mundatur, & renouatur.* Vbi cum loqui de fide actuali patet ex præcedenti teſtimonio, & eiuſdem principijs.

Lutherani tamen in hac re di[...] aliqui enim docent cum Luther[...] fantes in baptiſmo habere vera[...] qua credant in Chriſtum. Alij [...] pios quoſdam motus, ſeu incl[...] nes in Deum; ſicut habuit [...] Baptiſta, quando exultauit i[...] matris. Alij habere vtrumque [...] ram fidem, & præfatos pios mo[...] Kemnitius in 2. part. examinis [...] lij Trident. ſeſſ. 7. can. 13. fate[...] doctrinam nec intelligi, nec e[...] poſſe, credendam tamen eſſe.

Verum ſententia Catholica [...] fantes in baptiſmo propria, ſeu [...] fide carere; Primò, quia ſcrip[...] ui Teſtamenti quandocunque [...] de actu credendi, ſeu de fide [...] potiſſimum Marci 16. v. 15. & [...] 10v. 14. ſemper loquitur de fi[...] torum, quæ oritur ex auditu [...] na, & prædicatione Euangeli[...] igitur Lutherus, & ſequaces [...] de actuali paruulorum fide i[...] ſtum, aut alijs pijs motibus, [...] ptizantur, non ſolum non habe[...] damentum in ſcriptura, ſed po[...] repugnant.

Repugnant quoque traditio[...] nimi Patrum conſenſu ſemper [...] que conteſtatæ, expreſsè nega[...] infantes habere actum fidei; [...] baptizantur. Tales ſunt ex [...] Dionyſius cap. 7. Eccleſiaſt. h[...] Gregorius Nazianzen. Orat. 40 [...] in ſanctum baptiſma: Chriſo[...] in Pſalm. 14. Ex Latinis, H[...] mus epiſt. ad Lætam cap. 4. A[...] nus epiſt. 23. ad Bonifacium [...] pum circa finem vbi ſic ait: *Itaq[...] uulum, & ſi nondum fides illa, [...] credentium voluntate conſiſtat, [...] men ipſius fidei ſacramentum, id [...] ptiſmus, fidelem facit.* Et epiſt[...] Dardanum quæſt. 2. affirmat, e[...] putant infantes credere, quan[...] ptizantur, iniuriam facere huma[...] ſibus; cum videamus illos, par[...] cis eiulatu, partim motu corpor[...]

quando baptizantur; quod ſa-
facerent, ſi, vt aiunt aduerſarij,
nt ſe per baptiſmum regenera-
os Dei fieri. Item lib.4. contra
as c.24. ait: *Infantes baptizari,*
uſtitia ex impia voluntate, ſed ex
digẽtia; nec corde credere poſſunt,
nfiteri ad ſalutem. Fulgenius
natione & gratia Chriſti cap.
go, vt ad ſaluandos homines, ſi-
olunt, non excitat, neque mu-
expectat hominum voluntates,
infantibus, qui baptizantur, &
infantia moriuntur, donat æter-
em, quorum bonam nec expe-
inuenit voluntatem. Venera-
a ad cap. 7. Marci. Alcuinus
officijs cap. 22. *Paruuli autẽ*
ente fidem illorum idcirco bapti.
ia adhuc loqui, vel credere ne-
Hæc cum expreſsè, & expli-
ti doceant Patres, de non
fantium fide in Chriſtum,
aptizantur, cæteri implicite
ſerunt, tum quia docentes,
ſe baptizandos, vt videbi-
quenti capite contra Anaba-
nquam tamen præfatæ fidei
nt; quod certe non feciſſent,
em Dei ordinariam, vt vo-
arij, infantes illam habe-
do baptizantur; tùm quia
lem actũ fidei ſupernatura-
o requirunt, vt fructuosè
ſatis oſtendunt in hoc di-
ntes ab adultis, quod illi
dem habere non debent,
tizantur, vt iſti. Tum de-
nonnulli, vt Cyprianus
tant, tanto magis prohi-
ere infantem à baptiſmo;
ſſam peccatorum accipien.
o facilius accedit, *quod,*
ianus, *illi remittuntur non*
liena peccata.
ppoſita huius veritatis re-
ratio ſatis efficax deſu-
cur Chriſtus in adultis
s baptiſmum voluerit qui.
iquam fidem, ſeu ali-

quem actum fidei ſupernaturalis, nec
non dolorem de ſuis peccatis mortali-
bus, qui ſine tali fide eſſe non poteſt;
iuxta illud Marci vlt. *Qui crediderit,*
& baptizatus fuerit, ſaluus erit: Act. 8.
vbi S. Philippus Eunucho poſtulanti
baptiſmum his verbis, *Ecce aqua quis*
prohibet me baptizari? ait, *ſi credis ex*
toto corde licet, huiuſmodi verbis ſine
dubio prærequirens in eo aliquem ac-
tum fidei, vndè reſpondit, *credo*: He-
bræor. 9. *Sine fide impoſſibile eſt placere*
Deo; Act. 2. vbi S. Petrus plures bapti-
zaturus exigit vt eos pæniteat ſuorum
peccatorum; *Pænitentiam*, inquit, *agi-*
te, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum;
& cap. 9. S. Paulus prius agit pæniten-
tiam, quam recipiat baptiſmum. Se-
cus autem in infantibus, quando bapti-
zantur, id enim Deum potuiſſe in illis
facere non negamus, ſed tantum de fa-
cto noluiſſe dicimus, & ſuppoſita hu-
ius reuelatione, rationem reddimus;
quia infantes non propria ſed aliena
voluntate peccauerunt, contrahentes
peccatum originale, vnde nõ eſt opus,
quod aliquem pium motum fidei, aut
doloris habeant, quo auferant obicem
gratiæ per baptiſmũ, & in baptiſmo re-
cipiendæ, ex ſolis peccatis proprijs pro-
uenientẽ, ſicut contingit in adultis; qui,
vbi habent peccatũ mortale debent il-
lius pænitere, vt recipiant fructuoſe ba-
ptiſmũ; ad hoc enim vt ſacramentũ pro-
ducat gratiã in ſuſcipiente, nullũ debet
in eo reperire obicem: ſi autem adultus
haberet peccatum mortale, cuius illum
non pæniteret, poneret obicẽ gratiæ ba-
ptiſmi, ad quem accedit; quia tunc eſ-
ſet aliqua complacentia, ſaltẽ virtualis,
& tacita in tali peccato mortali, quæ
complacentia opponitur gratiæ ipſius
baptiſmi: vt igitur adultus tunc reci-
piat baptiſmum cum fructu debet ha-
bere aliquem dolorem de ſuis peccatis
mortalibus: Dixi cum fructu, quia
ſemper valide peccator adultus illum
recipit, ſi nihil aliud deſit ex requiſi-
tis ad valorem ipſius, quo ad formam,
materiam, & intentionem, ita vt poſtea

accedente dolore, qui non debet eſſe neceſſario contritio, ſed ſufficit quod ſit attritio, vt de ſacramento pænitentię docet Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 4. reuiuiſcat ad fructum gratiæ iuſtificantis.

Deindè ſicut non ſunt multiplicanda entia, ita nec miracula ſine neceſſitate; at ſi Deus in infantibus, quando ſuſcipiunt baptiſmũ, accelararet vſum rationis, ad eliciendum actum fidei in Chriſtum, aut alios pios motus, vt accidit in S. Ioanne præcurſore Domini, innumera eſſent miracula, quorum nullam prorſus eſſe neceſſitatem, nullam conuenientiam ſatis perſuadet ratio allata, non exiſtentiæ propriarum peccatorum in illis, ſed tantum originalis aliena voluntate formaliter contracti.

Figmentum denique oppoſitæ ſententiæ conſtat, tum ex abſurdis ad illam ſequentibus, tùm ex falſis quibus innititur principijs. Nam ex eo, quod aſſerit Lutherus, infantibus dari fidem in exorciſmo ante baptiſmum; ſequitur primò illos, ſi moriantur ante baptiſmum, ſaluari poſſe per fidem in exorciſmo acceptam, ac proindè baptiſmum non eſſe neceſſarium, ſecundò, exorciſmum magis eſſe neceſſarium ad ſalutem, quam baptiſmum; illo conferente infantibus fidem iuſtificantem, quam baptiſmus non confert; quorum prius nedum abſurdum, ſed hæreticũ eſſe iam oſtendimus loco citato ſuperioris tomi; abſurditas autem poſterioris ex eo ſatis patet, quod Lutherus plus tribuat ceremonię baptiſmi, qualis eſt exorciſmus, quam ipſimet baptiſmo, vero proprieque dicto ſacramento, etiam ſecundum ipſum.

Falſis quoque principijs inniti eius ſententiam, probatur primo quia ſi fides infantium gigneretur per vim verbi, quo exorcizantur, vel talem haberet vim, verbum exorciſmi, quatenus auditur, & intelligitur ab infantibus; ſicut illam habet verbum Euangelij, quando prædicatur; iuxta illud Apoſtoli Rom. 10. *fides ex auditu, audi[…] tem per verbum Christi*; vel per m[…] inſtrumenti, ſicut diximus ſupr[…] bum baptiſmi, per modum inſtr[…] ti, habere vim conferendi grat[…] vtroque autem ſenſu falſum eſt; quidem, quia conſtat infantes […] telligere verbum exorciſmi; po[…] vero quia neque ex ſcriptura, […] ex traditione habetur verbum e[…] mi per modum inſtrumenti con[…] dem ex inſtitutione Chriſti; […] doctrina prouenit ex mero Lut[…] rebro, præpoſtere, ſi id admitta[…] ciſmo tribuentis, quod negat […] mento Baptiſmi, contradicenti[…] bi in hoc, quod neget dari ali[…] ſtrumenta gratiæ, cuiuſmodi n[…] dimus ſupra, eſſe ſacramenta n[…] gis.

Secundò non minus falſum […] dem infantium impetrari per […] & orationem Eccleſiæ, & ſi e[…] damus Eccleſiam multa poſſe i[…] re à Deo per ſuas orationes; […] tamen aut ex ſcriptura, aut ex t[…] ne oſtendi poſſe, Deum infall[…] & quaſi certa lege velle infant[…] re fidem propter orationem E[…] quando baptizantur, imo con[…] ex vtraque oſtendimus. Dein[…] tradicit ſibi in hoc Lutherus; cu[…] ex ipſo iam infantes credant p[…] verbi, quo exorcizantur, pr[…] orationes Eccleſiæ, non eſt […] lis.

At quia omnes fere Luthera[…] tiunt à ſuo magiſtro, dicent[…] modi fidem vel motus pios, n[…] in infantibus per vim verbi ex[…] in baptiſmo, ſed per Spiritus ſ[…] tutem, & operationem; re[…] primò, quia tam fides, quam […] cunque motus, aut actus pij a[…] infantibus, quando batizant[…] nullum, vt vidimus, habent in[…] ris, fundamentum, repugn[…] Patribus. Secundo, quia ſ[…] huiuſmodi motus diſtingui […] quod veriſimilius eſt, minus […]

co[…]

es, quam Lutherus; ſi quidem
ni conſenſu docent, hominem
iuſtificari ; hic autem docent
iuſtificari per nouos motus, &
ones vt ipſi explicant, quæ iu-
oſitionem à fidè diſtinguuntur.
inter ſe non cohærere mani-
ſtat.

imò obijciunt omnia loca ſu-
lducta, quibus dicitur fides
a ad ſalutem; & ſine illa im-
eſſe placere Deo; igitur cum
, quando baptizantur, pla-
o, & iuſtificentur, debent ha-
m.

ndetur omnia ſupradicta ſcri-
ta, aliaque ſimilia, debere in-
ſermo ſit in illis de fide actua-
e infantibus, ſed de adultis;
atet ex hoc, quod Apoſtolus
o Roman. 10. non aliorum fi-
iam adultorum commendat;
illis enumeratis, cum dixiſſet,
utem impoſſibile eſt placere Deo,
dit; *credere enim oportet acce-*
Deum, quia eſt, & inquiren-
nunerator ſit. Quod de infan.
lligi non poſſe clarum eſt; qui
no non credunt hæc duo.
, ſi præfata loca intelligantur
ter de quauis fide, ſiue habi-
actuali, ſiue propria, ſiue
um aiunt, neminem poſſe iu-
e fide; concedendum eſt nec
ne illa iuſtificari, modo ipſis
tum quia in baptiſmo ſimul
ia infunditur illis fides habi-
eræque virtutes infuſæ; tùm
baptiſmus ſit ſacramentum
entur illam profiteri; quan-
unt baptiſmum., vt docet
is locis ſuperius citatis; tum
quia credunt fide aliena, hoc
Alcuinus, alio fidem pro
tente, ſicut in Adamo pecca-
tate aliena. Vndè qui in
pro paruulo reſpondent *cre-*
gnificant illum credere actu
t ineptè arguit Lutherus, ſed
ondentis; alias deberet ipſe-

mee paruulis interrogati; minuſque miraculum eſſet, quod interrogatus reſponderet *credo*, quàm quod interiorem fidei actum haberet; vndè cum Deus externam fidei confeſſionem infantibus in baptiſmo nō conceſſerit, ſignum eſt à poſteriori, nec illis conceſſiſſe verum eiuſdem actum interiorem.

Quia autem in hoc caſu duplex eſt fides aliena; vna parentum, vel amicorum, paruulorum, vt baptizetur, offerentium; altera matris Eccleſiæ, cuius gremio inſeritur paruulus per baptiſmum; aliqua etiam diſtinctio eſt adhibenda. Prior enim fides prodeſt paruulo, vt baptizetur: nam ſi parentes, vel amici non crederent, prodeſſe ei baptiſmum, ad illum fortaſſe non offerrent; qua tamen ſi carerent, cæteraque ad valorem baptiſmi adeſſent, non deſineret validè conferri; vnde fides parentum poteſt quidem eſſe vtilis, non tamen neceſſaria ad valorem baptiſmi. Poſterior autem Eccleſiæ fides prodeſt illi, vt fiat verum Eccleſiæ membrum; Quando enim per baptiſmum inſeritur Eccleſiæ, & reliquis Eccleſiæ membris vnitur, & coniungitur: tunc fides Eccleſiæ cenſetur illi communicari, vnde illa eſt ſimpliciter neceſſaria.

Obijciunt ſecundò pro fide actuali infantium, exemplum S. Ioannis Baptiſtæ, qui in vtero matris habuit fidē in Chriſtum: tum illud Chriſti Domini Matth. 18. dicentis; *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt.*

Reſpondetur, hæc nihil prorſus fauere aduerſariorum errori; ſi quidem ſcriptura non dicit Ioannem credidiſſe, ſed exultaſſe, vt bene aduertit diuus Auguſtinus epiſt. 57. ad Dardanum, cum ait: *Nam neque, cum hoc ante in Euangelio narraretur, dictum eſt, credidit infans in vtero eius, ſed exultauit. Neque ipſa Elizabeth dixit: Exultauit in fide infans in vtero meo, ſed exultauit in gaudio. Videmus autem exultationem non ſolum paruulorum, ſed etiam pecorū:*

non vtique de aliqua fide vel religione, vel quacunque rationali cognitione prouenientem. Sed eſto Ioannes in vtero matris habuiſſet fidem, non propterea eius exemplũ, quod habetur pro ſingulari, facit regulã generalem, vt ait idẽ Auguſtinus loco citato; alias non eſſet quid ipſi ſingulare, vel ſpeciale priuilegium. Deinde, quod eſt abſurdum, dici deberet ex eodem exemplo, fidem quoque ineſſe, infantibus in vtero materno exiſtentibus.

Ad dictum Chriſti Domini, certum eſt, per puſillos non intellexiſſe infantes vſu rationis carentes, ſed grandiores pueros iam illo præditos, vt ſatis patet ex contextu, narrante eumdem Chriſtum dixiſſe: *Qui ſcandalizauerit vnum de puzillis iſtis*; ſi quidem pueri infantes ſcandali non ſunt capaces. En ergo quam vanis falſisque fundamentis, & principijs innitatur ſectariorum error de actuali infantium fide, quando baptizantur.

CAPVT LXII.

Statuitur aduerſus Bezam, & Anabaptiſtas, omnes prorſus infantes eſſe capaces Baptiſmi ſuſcipiendi.

DE adultis, vtrum ſint capaces ſacramenti baptiſmi, nullam hæretici mouerunt controuerſiam, ſed illi nobiſcum admittunt eos omnes eſſe capaces huius ſacramenti, & probat illud Chriſti Domini apud S. Matth. cap. 28. *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filij*, & *Spiritus ſancti*. Quare ſolum reſtat difficultas de infantibus, qui cum ſint in duplici differentia, alij nimirum Gentilium, ſeu infidelium, alij Chriſtianorum; circa priores Theodorus Beza libello quæſt. & reſponſ. de ſacramentis quæſt. 121. negat eos eſſe capaces ſacramenti baptiſmi, quamdiu ſunt in infantia; quod Anabaptiſtæ extendunt etiam ad infantes Chriſtianorum; ideoque ſic appellati ſunt, quod eos, quos

habent in infantia baptizatos, e
adepta iam ætate adulta rebaptiz
inualide baptizatos in infantia,
ſuæ hæreſis occaſione ſumpta e
thero; qui cum ſcriberet ad Vald
& inter alios illorum articulos
henderet & hunc, *quod baptizare*
uulos ad fidem futuram, quam adul
te conſecuturi erant diceretque
dem iam actu habere, alioqui
re Baptiſmum omnino omittere in
lis, quam illos ſine fide baptizare,
dentes falſum eſſe, *paruulos iam*
actu fidem, & iudicio ipſius Lu
melius eſſe prorſus illos non ba
re, quam abſque actuali eorum
cenſuerunt infantes nullo mod
baptizandos; quam hæreſim an
defenderunt Petrobuſſiani, &
ciani tempore S. Bernardi, vt pa
eius ſerm. 66. in Cant. & epiſt
ad Hidelphonſum comitem San
gidij. Nos ſententiam Cathol
ſequentibus concluſionibus exp
mus:

Prima concluſio, nedum in
Iudæorum, Mahumetanorum,
rumcunque infidelium, ſed & C
norum, contrahunt peccatum o
le: Iſta concluſio eſt de fide,
ſuperiori tomo ſect. 10. cap. 4
nobis probata, & hic neceſſar
ponenda: Anabaptiſtis puta
paruulos Chriſtianorum naſci ſa
& proinde carere peccato origi
tione cuius indigeant baptiſmo
morientes in infantia, æternam
obtinere, vt & Caluiniſtæ conte
debentque concedere omnes ill
aſſerunt Baptiſmum non eſſe n
rium ad ſalutem neceſſitate me
hoc Pelagianis peiores, qui do
eos baptizandos eſſe, non quid
expiandum originale, quod nu
eſt, ex eorum ſententia; ſed ad
quendum regnum cælorum; v
Auguſtinus lib. de hæreſib. cap.
hoc ſenſu citant illud: *Niſi quis*
fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto
poteſt introire in regnum Dei. C

preſsè docente Caluino lib. 4.
cap. 16.§. 26.& defenſione 2.
Weſphalum ; item Beza con-
em de cæna Domini, & lib. 2.

ida concluſio. Omnes pror-
quot ſunt infantes fidelium,
ium ſunt capaces gratiæ iuſti-
Iſta quoque concluſio eſt de
nque probabunt omnia argu-
o ſequenti concluſione addu-
quibus oſtendemus, infantes
umque infidelium, ita eſſe
cramenti baptiſmi; & fru-
, vt hæc eorum vel ætatis, vel
conditio, præciſè ſpectata,
do reddat illos incapaces;
fructus baptiſmi ſit gratia
ns, qua certitudine fidei te-
ſt, illos eſſe capaces baptiſ-
ctus eius, eadem quoque te-
, eoſdem eſſe capaces gratiæ
is. Deindè quicumque in-
ſa participant peccatum A-
ndo naſcuntur in peccato ori.
tur poſſunt etiam participa-
Chriſti, per quam liberen-
peccato; & de facto partici-
ndo baptizantur; non enim
riſti minus efficax eſt, quam
Adæ, vt arguit Apoſtolus
o.

concluſio. Infantes Iudæo-
umetanorum, & quorumcũ-
lium, ſunt capaces ſacramen.
i, & fructus eius, quamdiu
antia. Iſta concluſio eſt etiã
ntra Bezam Caluiniſtam, &
Lutheranum opuſculo de ſa.
cap. 9. Illamque probant r.
enti concluſione adducturi
tra Anabaptiſtas pro baptiſ-
ũ; ſi quidem Cõcilia, & Patres
us diſtinctione facta infantiũ
nis parẽtibus aut infidelibus
efiniunt, & docent abſolutè,
oſlibet infantes eſſe capaces
& fructus eius, ſic Patres
fricani, cui Sanctus Cypria.
uit, & cuius definitionem ſu-

per hac re ipſemet refert epiſt. 59. ad Fidum, nam cum ei ſcripſiſſet de infantium baptiſmo, dixiſſetque illos non eſſe baptizandos ante octauum diem, Sanctus Cyprianus ita prædicti Concilij definitionem refert: *In contrarium in hoc, quod tu putabas, eſſe faciendum, nemo conſenſit, ſed vniuerſi potius iudicauimus, nulli hominum nato, miſericordiam Dei, & gratiam denegandam.* Vbi obſeruãdæ ſunt hæ particulę, *nulli hominum nato*, nam hęc prior *nulli hominum*, neminem excipit, imo affirmat, quemlibet hominem eſſe baptiſmi capacem, & hæc poſterior particula, *nato*, declarat ex parte ipſius infantis ſatis eſſe ad hanc capacitatem, quod ſit natus, eſt enim baptiſmus quędam regeneratio ſpiritualis hominis, quæ ſupponit eius natiuitatem non ſolum in vtero, ſed etiam extra vterum; & ſi enim infantes incluſi matrum vtero ſint capaces baptiſmi, quantum requiritur ex parte ſubiecti, ſi quidem ad talem capacitatem deſideratur tantùm, quod illud ſubiectum ſit verus homo nondum baptizatus; nihilominus ex parte modi, quo baptiſmus fit, non ſunt pro illo ſtatu capaces illius, vnde omnes Theologi ad validitatem baptiſmi infantium requirunt aliqualem eorum natiuitatem extra vterum matris, exerendo ſaltem aliquam corporis partem, aut quod per cæſionem vteri materni deprehendantur viuentes, licet indè non extrahantur; & ratio eſt, quia baptiſmus, vel regeneratio ſpiritualis per ipſum perficitur reali, ſeu phyſica, & non tantum morali ablutione corporis eius, qui baptizatur; hanc autem realem ablutionem fieri non poſſe, niſi corpus infantium aliqualiter ſit extra corpus maternum modo dicto, ſatis ex ſe conſtat. Cum ergo infantes quorumcumque infidelium, de quibus hic eſt ſermo, habeant hanc vtramque conditionem, non obſtante eorum origine ex patribus infidelibus, iuxta definitionem præfati Concilij, & doctrinam S. Cypriani ſunt capaces ſacramenti

menti baptiſmi, & eius fructus.

Secundò eadem Concilia & Patres, tam late extendentia capacitatem baptiſmi, quam latè patet peccatum originale, volunt ſine dubio, eos omnes, & ſingulos, qui contraxerunt originale peccatum, eſſe capaces baptiſmi, quo purgentur à tali peccato; at non ſoli filij fidelium, ſed omnes etiam, ſinguli quorumcumque infidelium filij contrahunt originale peccatum, vt fides nos docet; ergo etiam ſunt capaces baptiſmi, & fructus eius.

Ratio autem congruentiæ, cur Christus Dominus rē ita ſe habere ſtatuerit, fundatur in bonitate, & ineffabili eius prouidentia, cui manifeſte repugnat; vt ſequitur ex oppoſita ſententia, quod tam magnam hominum multitudinem abſque vllo remedio ſalutis relinquere voluerit, cum per ſolum baptiſma, vel martyrium infantes poſſint fieri de fædere Chriſti Domini: ipſum igitur præfatorum infantium, ſicut & adultorum habuiſſe prouidentiam, & de medio ad ſalutem neceſſario illis prouidiſſe, fatendum eſt, probatque S. Cyprianus epiſtola citata ad Fidum. Quod mediū eſt ſolus Baptiſmus vel fluminis, vel ſanguinis, vt ſuperiori tomo ſect. 10. cap. 4. fuſe oſtendimus.

Quod obijciunt primò in contrariū ex Apoſtolo 1. Corinth. 5. *Quid mihi de ijs, qui foris ſunt iudicare*; quaſi ſignificare voluerit infantes infidelium non eſſe baptizandos, vt pote natos foris, non domi, id eſt extra Eccleſiā, & non in gremio eius; nullius eſt momenti; præterquam enim talis explicatio aduerſariorum non minus militaret pro non baptizandis infidelibus adultis, quam pro non baptizandis eorum filijs, quia vtrique ſunt nati foris, ſeu extra Eccleſiam; reſpondetur præfata Apoſtoli verba debere intelligi de iudicio per poteſtatem: cum enim duplex ſit iudicium, vnum per poteſtatem iuriſdictionis in ſibi ſubditum, alterum per diſcretionem tantùm, & prudentiam, quo æſtimamus hoc, & illud eſſe agendum, vel omittendum; Apoſtolus loquitur ſolum de priori iu[...] ibi enim agit de ſententia exco[...]nicationis à ſe lata in Corinthi[...] ceſtuoſum, quem iubet aliós fu[...] deinde ſubiungit hanc ipſam ſua[...]tentiam de fugiendo eiuſmodi [...]thio, Se ſe tantùm extendere ad [...]ſtianos, & non ad Etnicos, vt p[...] foris ſunt, atque adeo in quos [...] habet iuriſdictionem; At vt Ec[...] poſſit aliquem valide baptizare, [...] eſt opus poteſtate iuriſdictionis [...] alias Apoſtoli nullum vnquam [...]ſent baptizare, nec modo Eccle[...]ſet infideles adultos baptizare, [...] ipſa habeat illam poteſtatem tan[...] baptizatos; ſed ſufficit ei iudiciu[...]cretionis, quo prudenter iudica[...] & illos eſſe admittendos in Ec[...] iuxta poteſtatem quam habet co[...]di illis in hunc finem ſacrament[...]ptiſmi.

Secundò obijciunt, eos ſolo[...] capaces Baptiſmi, qui ſunt de f[...] Dei; de quo infantes Iudæoru[...]humetanorum, & aliorum id ge[...]fidelium non ſunt; atque adeo [...]ptiſmi capaces.

Reſpondetur primo hoc argu[...] non minus procedere contra i[...] adultos, quam contra infantes [...] ſi quidem nec adulti reipſa, au[...]cto ſunt de iſto fœdere, ſed ta[...] potentia, quatenus poſſunt in[...]ri Chriſto, quo etiam modo [...] infantes quoque de eodem eſſe [...] reſpondetur ſecundò negando a[...] præfatos infantes non eſſe de f[...] Dei, ſunt enim de illo in poten[...] & cęteri homines, ea ratione [...] Deus vult omnes ſaluos fieri [...] omnibus ad cæleſtis gloriæ con[...]nem exhibet Patrem, abſque v[...]ſonarum, ætatis, aut gentis ac[...]ne: & conſequenter, nō minus ip[...]delibus adultis, eorum infante[...] di ſunt eſſe baptiſmi ſuſcipiend[...]ces.

Quarta concluſio. Infante[...] ſtian[...]

n in eo etiam ſtatu, quo adhuc
nfantia, ſunt capaces ſacramen.
mi, legitimeque baptizari poſ.
ta concluſio eſt de fide contra
iſtas; definita iam pridem in
Africano circa annum Domi-
ap. 77. Mileuitano tempore
guſtini can. 2. & nouiſſimè in
no ſeſſ. 7. can. 12. & 14.
tur primò authoritate ſcriptu-
enim nullus expreſſus extet
eſtamento locus; quo mande.
ulos eſſe baptizandos, vel etiã
m referatur; tamen ex quibus-
s ſatis vtrumque concludi po-
laque ſunt ſcripturæ loca, qui.
ninimùm oppoſitum ſignifice.

s locus pro præcepto, habe-
is 3. *Niſi quis renatus fuerit ex
pirtu Sancto non poteſt introi-
um Dei*; inde enim Sancti Pa-
imiter docuerunt, infantes
izatos damnari, atque adeo
m eſſe cunctis neceſſarium ad
eceſſitate medij, vt loco ſę-
to oſtendimus; Quod etſi
ſtæ videantur admittere, atta.
tes nolunt baptizare, quia
illos capaces non eſſe Baptiſ-
iendi; ſed quam hoc ſit ab-
epugnansque diuinæ bonita-
ectioni legis Euangelicæ, ſa-
x analogia baptiſmi in ea ad
ionem in veteri teſtamento,
oſtolus Coloſſ. 2. facit di-
no (Chriſto) *& circumciſi eſtis,
one non manufacta in expolia-
oris carnis, ſed in circumciſione
ſepulti ei in baptiſmo*: & poſt
olcunt Sancti Patres Auguſti.
de Baptiſmo contra Dona-
24. item lib. de nuptijs; &
entia c. 9. Gregorius lib. 4.
p. 2. & 3. alijque plures. Nã
s in veteri teſtamento ſacra-
cumciſionis erant capaces,
peccato originali liberaren.
vt hac ratione inter Iſraelitas
entur; multo magis in nouo
id de Chriſtianorum infantibus aſſe-
rendum eſt reſpectu baptiſmi ſuſcipiẽ-
di, vt hoc quoque Chriſtianis fideli-
bus annumerentur, & à peccato origi-
nali mundentur; quod & ſi poſterius
falſo negent aduerſarij, primum tamẽ
negare non poſſunt, eoque ſaltem ti-
tulo Chriſtianorum infantes legitimè
baptizari poſſe.

Loca autẽ noui teſtamenti vbi exem-
plum habemus de baptiſmo infantium
ſunt illa, quibus dicuntur baptizatæ in-
tegræ familiæ; Act. 16. V. 15. de Lidia,
*cum autem baptizata eſſet, & domus eius,
deprecata eſt dicens*; item V. 35. de cu-
ſtode carceris: *Et baptizatus eſt ipſe, &
domus eius continuo*. 1. Corinth. 1. V. 16.
ait Apoſtolus: *Baptizaui autem & Ste-
phanæ domum*. In quibus familijs, &
ſi non abſolutè, moraliter tamen eſt
certum, fuiſſe aliquos infantes; cum
ergo dicatur fuiſſe integræ familiæ ba.
ptizatæ, moraliter quoque certum eſt,
aliquos fuiſſe infantes baptizatos.

Id ipſum probant alia noui teſtamẽ-
ti loca, quibus habetur, quod extra
verã Chriſti Eccleſiam non eſt ſalus, &
quod nullus ſaluetur, niſi ſit membrũ
myſtici corporis Chriſti, quod eſt Ec-
cleſia, vt tom. 3. lib. 3. ſec. 3. c. 6. diximus.
Inde enim patet, quod paruuli, quos
ſaluari poſſe certum eſt, vt ſtatim di-
ximus, non poſſint ſaluari niſi fiant
membra Eccleſiæ; quod per baptiſmũ
ſolùm conſequi poſſunt: nullum ſiqui.
dem aliud medium ex S. ſcriptura, aut
traditione adduci poteſt, per quod id
fiat. Nam iuxta veritatem, & pro vt
ipſimet Anabaptiſtæ contra Lutherum
admittunt, non poſſunt actualem ha-
bere fidem, quæ per charitatem ope-
ratur; ſupereſt igitur, vt ſi ſalui fieri
poſſint, & propterea Eccleſiæ incorpo.
rari debeant, id per baptiſmum fiat.
Homines autem per baptiſmum Eccle-
ſiæ incorporari, vel apponi conſtat ex
illo Act. 2. V. 41. vbi dicitur, *Qui er-
gò receperunt ſermonem eius baptizati
ſunt, & appoſitæ ſunt in die illa animæ
circiter tria millia*, ſcilicet Eccleſiæ.

Sed

Sed eſto non haberentur tam clara ſcripturæ teſtimonia pro baptiſmo infantium, ſufficeret ad huc traditio, perpetuo Eccleſię vſu firmata, Conciliorum definitionibus declarata, & vnanimi Patrum authoritate conteſtata.

Quod enim ſpectat ad Eccleſiæ vſum: qui nunc eſt baptizandi Chriſtianorum infantes, eumdem in primitiua Eccleſia ex traditione Apoſtolica fuiſſe, adeo certum eſt, vt ex illo Cõcilia, & Patres oſtenderint paruulos peccatum originale contrahere, à quo per baptiſmum liberantur: eumq; clare teſtatur diuus Auguſtinus lib. 10. de Geneſi ad litteram, cap. 28. dicens; *Conſuetudo matris Eccleſiæ in baptizandis paruulis nequaquam ſpernenda eſt; neque vllo modo ſuperflua deputanda, nec omnino credenda; niſi Apoſtolica eſſet traditio. Habet enim & parua illa ætas magnum teſtimonij pondus, quæ prima pro Chriſto meruit ſanguinem fundere.* Vbi etiam clare docet ab exemplo Innocentium ab Herode acciſorum, quod illa ætas capax ſit ſalutis, & per conſequens etiam baptiſmi, qui in ſalutis remedium à Chriſto ordinatus eſt Ioãnis 3. *Niſi quis renatus fuerit* &c. & Marci vlt. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, Saluus erit.* Idem habet lib. 4. contra Donat, cap. 24. *Et ſi quiſquam*, inquit, *in hac re authoritatem diuinam quærat, quanquam quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi authoritate Apoſtolica traditum rectiſſimè dicatur; tamen veraciter conijcere poſſumus, quid valeat in paruulis baptiſmi ſacramentum ex circumciſione carnis, quam prior populus accipit*; Vnde ſatis patet, etiam paruulos comprehendi inter illos, de quibus Chriſtus loco citato ait; *Quicumque baptizatus fuerit, Saluus erit.*

Hoc quoque teſtantur, & docent cęteri Patres, tam qui in primitiua Eccleſia tempore Apoſtolorum, quam qui deinceps floruere; quorum loca, & teſtimonia, quia iam citauimus ſuperiori tomo ſect. 10. cap. 12. de neceſſitate baptiſmi, ibi con[...] ſunt.

Demum probatur veritas [...] concluſionis, ex falſitate fun[...] torum, quibus oppoſita innitit[...] tentia; Chriſtianorum videlice[...] tes non contrahere peccatum [...] le; quodque ad baptiſmum fr[...] recipiendum requiratur in ſu[...] te per modum diſpoſitionis p[...] doctrinæ Chriſti, actuſq; fidei i[...] cuius cum infantes ſint incapa[...] quoque incapaces baptiſmi. [...] primi iam fusè oſtendimus ſ[...] tomo ſect. 10. cap. 4. Falſitas [...] ſecundi patebit ex ſolutione ar[...] torum, quibus illud fulcire ad[...] conantur.

Primum deſumunt ex loco [...] th. cap. 28. vbi ait Chriſtus: *E[...] cete omnes gentes, baptizantes e[...] mine Patris, & filij, & Spiritu[...] docentes eos ſeruare omnia, qu[...] mandaui vobis.* Et altero Marc[...] idẽ Chriſtus ait; *Qui crediderit,[...] zatus fuerit, ſaluus erit.* Inde [...] arguunt: ij ſoli ſunt capaces ſa[...] ti baptiſmi, qui ſunt capaces d[...] Chriſti Domini percipiendæ, o[...] di eius mandata, aliciendique [...] dei; talia ſi quidem videntur [...] in baptizandis ex adductis ſ[...] locis; ſed infantes Chriſtianor[...] dum ſunt capaces horum om[...] propter vſum rationis nondu[...] ptum; illi igitur nondum ſunt [...] baptiſmi.

Reſpondetur ad hoc argum[...] negando maiorem, quæ ſimpli[...] abſolutè ſumpta, eſt falſa; nec [...] probant ſcripturæ loca, in qu[...] aduerſarijs fundatur; cum ibi C[...] Dominus præſcribat ordinem [...] dum in initiandis hominibus C[...] na religioni, iuxta captum vni[...] que, ita vt qui aptus eſt inſtrui d[...] fidei, elicere actus eius, & ob[...] mandata, cuiuſmodi ſunt adult[...] beat illa omnia præſtare; ſecus

defectum ætatis non eſt aptus, di ſunt infantes; quibus pro- ufficit ſolus baptiſmus, & fides is per illum vna cum gratia di- ecepta. Ideo autem locis ci- pecialis mentio adultorum, a Euangelium primum erat dicandum, ab illis creden- & obſeruandum, aliiſque m. Tum quia Chriſtus Do- nando præcepit Apoſtolis, vt ent, & ex conſequenti adultis, zarentur; ſimul etiam præcepit is, vt curarent ſuos infantes, pro vt ab eorumdem Apo- temporibus, traditione ab pta, in vſu fuiſſe, docent ex. igenes lib. 5. in cap. 6. ad riſoſtomus homil. ad Neo- & Auguſtinus locis ſuperius Nam quo præcepto adulti te- ſcipere baptiſmum; eodem roprijs infantibus procurare um in iſtis infantibus idem piritalis, ſcilicet peccatum, & eadem conſequenter ne- ptiſmi, tanquam medij, re- Dicere autem eos eſſe capa- non autem remedij omnino m eſt. Indeque doctores, & videatur adeſſe præceptum, ntur parentes, vel curam in- abentes, eos ſtatim ad baptiſ. re, quando nullum apparet decedendi ſine illo, com- ocent ex receptiſſima, gra- leſiæ conſuetudine, ſub mor- ri non differre ad longum iſſentiuntque ſolum, quan- eſſe illud tempus. Aliqui nt dilationem trium, vel vel plurium dierum non eſſe mmo abſolute Baptiſmum ſſe, dum rationabilis cauſa c imminet mortis periculũ, per ſupponitur; nec forte ceſi peculiari adeſt præce- ij differri poſſe dicunt; ad prudentis, cum non ſit de- Eccleſia, quo die ſit confe-

rendus; cauendum tamen eſſe, ne ni- mirum ſine cauſa retardetur. Alij ma- gis in particulari taxantes tempus di- cunt, poſſe differri in diem octauum, imo vſque ad decimum, vel duodeci- mum; quindecim autem, vel viginti dies differre eſſe nimis, atque adeo mortale, ſine vrgenti cauſa. Ex quibus ſententijs eligi poteſt, quod probabi- lius ex circunſtantijs, in quibus caſus occurrerit, apparebit.

Secundum argumentum deducunt ab exemplo Chriſti, qui vt habetur Lu- cæ cap. 3. baptizari primum voluit an- no ætatis ſuæ trigeſimo.

Sed reſpondetur hoc exemplum nihil prorſus aduerſariorum errori pa- trocinari; primò quia nimis probat, diciquc poſſet adultos nonniſi eadem ætate baptizandos eſſe ad exemplum Chriſti. Secundò, quia non ideo Chriſtus ea ſuſcepit ætate baptiſmum Ioannis, vt doceret homines non de- bere baptizari, niſi in ætate iam adul- ta, quæcunque ſit illa, vt fallaciter arguunt aduerſarij, afferentes non cau- ſam pro cauſa; ſed vera cauſa fuit, quod cum illo ætatis ſuæ anno ſolemnem ſuę doctrinæ prædicationem inchoaret, voluit Baptiſmum ſui precurſoris pro- bare; omnemque adimplere iuſtitiam in eo ſuſcipiendo, ne Iudæi aliquid ab eo omiſſum audientes arriperent occa- ſionem calumniandi eius doctrinam; Quas ob cauſas, aut alias ſimiles, cum Sacramentum baptiſmi à Chriſto po- ſtea inſtitutum, eſſentialiterque ab il- lo Ioãnis diſtinctum, vt omnes docent Patres, non ſuſcipiatur à Chriſtianis, ſed vt à peccato originali potiſſimum liberentur, quod tam paruulis, quam adultis neceſſarium eſt; inde Chriſtus, vt ſatis probatum eſt, nullum tempus præfixit, ſed omni tempore pro neceſ- ſitate baptiſmum ſuſcipi poſſe ordina- uit; Ipſimetque Circumciſioni, cui noſter ſucceſſit baptiſmus, in infantia, licet non indigeret, ſubijci voluit; ſi- cut ergo circumciſio infantibus appli- cabatur, & illam Chriſtus infans ſu-

ſcepit, ita quoque baptiſmus in lege Euangelica infantibus conferri poteſt. Pro hac ſolutione videri poteſt Gregorius Nazianzenus orat. 40. in Sanctum Baptiſma vbi agens contra dilationem eius, obijcit ſibi iſtud factum Chriſti Domini, & fusè oſtendit, longe diſparem fuiſſe conditionem, & rationem Chriſti Domini, à conditione omnium aliorum hominum, etiam penes iſtud.

Tertiùm argumentum ducunt ex authoritate nonnullorum Patrum, Tertulliani lib. de Baptiſmo cap. 18. dicentis, *cunctationem Baptiſmi eſſe vtiliorem paruulis*; & Gregorij Nazianzeni orat. 40. citata, cenſentis in infantibus triēnium eſſe expectandũ, vt baptizentur.

Reſpondetur ad authoritatem Tertulliani, ibi eum non agere de infantibus fidelium, ſed infidelium, vt ſatis patet ex textu, & tantum velle eſſe vtilius differre illorum baptiſmum in tempus illud, quo adoleuerint, quàm tam cito illis conferre; quod etiam S. Thomas docet ex profeſſo 3. p. q. 68. art. 10. quando illi ſunt ex parentibus infidelibus, qui nunquam dederunt nomen ſuum Chriſto Domino, & remanent ſub cura ſua; ob periculum peruerſionis. Quod adhuc Tertullianus dixit cum iſta cautione, *ſi non habent neceſſe*, id eſt, ſi ſint extra neceſſitatem; ſatis ſignificans omnes paruulos in caſu neceſſitatis eſſe baptizādos, quod negant Anabaptiſtæ. Sed eſto Tertullianus ibi locutus fuiſſet etiam de infantibus fidelium, nihil ipſis propterea fauet, cum tantùm dicat cunctationem illam baptiſmi eſſe in paruulis vtiliorem, ſecundum propriam ſententiam, quod non negat capacitatem baptiſmi in illis, de qua hic potiſſimũ agitur.

Ad aliam Gregorij Nazianzeni authoritatem, qua cenſet, in infantibus triennium eſſe expectandum; vt baptizentur, reſpondetur, eſſe tantum cōſilium ab eo datum, non tamen aſſertionem, quia ibi expreſſe ait: illos eſ-

ſe capaces baptiſmi, & ſi neceſ
currat, eſſe quam primum bap
dos: quod adhuc Gregorij Co
de dilatione baptiſmi infantium
tium ætatis annum, eſt ipſi ſin
ab alijs Sanctis Patribus reprob
vt ipſa etiam praxis Eccleſiæ
quia paruuli ſubito mori poſſen
illa ætate ſufficienter de fide reſ
re, quod tamen Anabaptiſtæ re
vndè mirum eſt eos in ſui fauo
ducere præfatos Patres; mul
magis, quod audeant dicere, ba
infantium eſſe aliquod inuent
manum à Siricio Papa introduc
habetur de conſecratione diſt.
9. aut ab Igino, qui inſtituit pa
cum enim, inquiunt, requiran
tum pro infantibus baptizandi
tur eorum baptiſmum, & vſu
norum in eo ſimul cepiſſe; ſa
oſtendimus ſupra authoritate
baptiſmum infantium eſſe v
traditionibus Apoſtolicis, qu
ter ſcripturam neceſſario adm
eſſe, etiam in rebus ad fidem p
tibus, ſatis quoque probauim
2. ſect. 2.

Nec illi duo ſummi Pontifi
trarium vllo modo ſignificant
Iginus, qui dicens patrinum re
baptiſmo, & confirmatione iu
ſuetudinem Eccleſiæ Romanæ
feſte ſignificat, iſtud non eſſe
ſtitutum; imo inſtitutionem p
nō fundari in baptiſmo infanti
praxis primitiuæ Eccleſiæ, ſe
quā patrini adhibebantur etiam
tiſmo adultorum, vt obſeruan
logi ad 3. partem de ſacrament
mi; & fusè tradit ex profeſſo
mes lib. 2. de antiquis baptiſm
cap. 30. & ſequenti, quando
munere patrinorum: non etiam
affirmat baptiſmum infantium
Eccleſia introductum, qui ne
co citato agit de illo, ſed de
dũtaxat baptiſmo tantum extr
ſitatem tradendo in Paſchate,
tecoſte; vt patet ex ipſa eius l

CAPVT LXIII.

...eruntur antiqui, & ſacri ritus Baptiſmi.

Vos Sectarij irrident ſacros Ec-
cleſiæ Catholicæ ritus, ac ce-
...ias, cum ſupra cap. 32. in com-
propugnauerimus, ſimulque
...erimus ineſſe Eccleſiæ authori-
aliquas ſtatuendi, breuiter hic
...nus eas tantum, quæ ex rituali
...o pertinent ad ſacramentum
...ni, quarumque fit mentio in ve.
Patribus.

...a eſt, vt aqua baptiſmalis, quę
aqua naturalis, prius benedi-
...on quaſi aqua non benedicta
...ficiat, ſed vt maiore cum reue-
...ptiſma adminiſtretur. Cuius ce-
...æ meminerunt ex Græcis, Cle-
...omanus lib. 7. Conſtitut. A-
...p. 44. Dionyſius Eccleſ. Hie-
...ap. 2. par. 2. Baſilius in Pſalm.
...ib. de Spiritu Sancto cap. 27.
...s Hieroſolym. Catech. 3. Ex
, Cyprianus lib. 1. epiſt. 12.
...t. 70. Ambroſius lib. 1. de ſa-
...t. cap. 5. & lib. de his, qui my-
...itiantur c. 3. Auguſtinus libro
...iliarum, homil. 27. & lib. 6.
...Donatiſtas cap. 25.

...nda ceremonia eſt, adhibitio
per patrinum autem mares, &
...rinas fœminæ intelligũtur, qui
regenerationi per baptiſmum
...dę baptizando ſunt quodãmo-
...ores, vnde à S. Auguſtino ſerm.
...antur *compatres*, ab alij *ſuſcepto-*
...è ſacro fõte baptiſmatis ſuſci-
...ptizandos, vt à S. Gregorio
...ialog. cap. 32. ab alijs *Sponſo-*
Tertulliano lib. de bapt. cap.
...*ndendo*, quia ſpondebant pro
...s ſuſcipiebant de ſacro fonte
...atis. Idem *fidei ductores*, & *fide*
, à S. Auguſtino epiſt. 32. ſic
munere, quod tenentur exer-
...a eos quos leuant de fonte,
nimirum illos docendi rudimẽta fidei, & quæ ſunt ad animæ ſalutem neceſſaria. Huius autem ceremoniæ adhibendi patrinum in Baptiſmo præter citatos Patres mentionem faciunt ex Gręcis Dionyſius Eccleſ. Hierarch. cap. 2. par. 2. & cap. 7. p. 3. vbi deſcribit formulam ſponſionis, quam ſuſceptores faciebant coram Pontifice in Baptiſmo. Vnde refelluntur ij, qui primam huius ceremoniæ inſtitutionem tribuunt Teleſphoro Papæ. S. Chriſoſtomus in Pſalm. 14.

Tertia ceremonia eſt petitio, vel impoſitio nominis, cuius meminit Concilium Nicænum can. 33. dum prohibet, ne nomina Gentilium imponantur.

Quarta, abrenuntiatio ſathanæ, fideique profeſſio, ſeu publica recitatio Symboli Apoſtolici; cuius meminit ex Græcis Dionyſius Eccleſ. Hierarch. cap. 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. pædagogi; Origenes homil. 12. in Nũ. Cyrillus Hieroſolym. Cathech. 1. Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 27. Chriſoſt. in Pſal. 14. & homil. 21. ad populum Antiochenum. Ex Latinis Tertullianus lib. de corona militis cap. 3. Ambroſius lib. 1. Examer. cap. 4. de ſacram. cap. 2. Hieronymus ad Pſal. 118. & ad cap. 6. Amos. Auguſtinus lib. 2. de Symbolo cap. 1. lib. 3. cap. 2. & lib. 4. c. 1. Qui hanc renuntiationem etiam in baptiſmo paruulorum fieri ſolitam ſupponit lib. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 19.

Quinta, impreſſio ſigni crucis in fronte, & pectore baptizandi, cuius meminit S. Auguſtinus lib. de catechizandis rudibus cap. 20.

Sexta, exorciſmus, ſeu adiuratio dęmonis, ne impediat effectum baptiſmi in baptizando, eique adiuncta trina exſufflatio, quæ ſignificat expulſionem dæmonis; & quidem quando Epiſcopus, vel Sacerdos adiurat vtitur his verbis: *Exorcizo te immunde Spiritus, in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti, vt exeas, & recedas ab hoc famulo* Dei

Dei N. Quando autem exſufflat, vtitur iſtis: *Exi ab eo immūde Spiritus, & da locum aduenienti Spiritui ſancto, da honorē Deo viuo, & vero*. Quam ceremoniā etſi Caluinus lib. 4. inſtitut. c. 15. §. 19. & eius diſcipuli cum antiquis Pelagianis potiſſimum negent, illam tamē Lutherani hactenus admiſerunt. Niſi quod ante aliquot annos quidam Aegidius Hunnius cæperit illam reſpuere, & oppugnare. At quis iſtam ſemper in Eccleſia Catholica vſurpatam, omniumque veterum Patrum authoritate firmatam, laudibuſque commendatam ceremoniam, vt etiam fatetur Caluinus, non præferat maledictis, & contumelijs, quibus ipſe, & ſequaces eam lacerare, & oppugnare conantur. Ex Patribus Grecis eius potiſſimum meminere Dioniſius Eccleſ. Hierarchiæ cap. 2. Gregorius Nazianzenus orat. 44. in Sanctum baptiſma; Concilium Conſtantinopolitanum I. can. 7. Ioannes Chriſoſtomus homil. de Adam, & Eua; & homil. ad baptizandos; Concilium Conſtantinopolitanum II. act. 1. Iacobus Diaconus in vita S. Pelagiæ. Ex Latinis Tertullianus in Apologetico cap. 23. Optatus Mileuitanus lib. 4. contra Donatiſtas; vbi habet hæc egregia verba: *Neminem fugit, quod omnis homo, qui naſcitur, quamuis de Chriſtianis parentibus naſcatur, quod ſine ſpiritu immundo eſſe non poſſit, quem neceſſe ſit ante ſalutare lauacrum ab homine excludi, & ſeparari. Hoc exorciſmus operatur, per quem ſpiritus immundus depellitur, & in loca deſerta fugatur.* Ambroſius lib. 1. de ſacram. cap. 5. Siricius ad Himerium cap. 2. & omnium fuſiſſimè Diuus Auguſtinus lib. 2. contra Iulianum cap. 4. & 5. lib. de Nuptijs, & Concupiſcentia cap. 20. lib. 2. cap. 17. 18. & 29. lib. 2. de gratia Chriſti cap. 40. lib. 1. de peccatorum merit. & remiſſ. cap. 34. *Quid paruulo*, inquit, *agit Exorciſmus, ſi in familia Diaboli non tenetur? Quomodo dicturus erat*, aduerſarius meus Pelagianus, *cum renuntiare diabolo, cuius nihil in eo*

Sed obijciunt primò aduerſarij, ſtum quidem dediſſe Apoſtolis ſtatem eijciendi dæmones ab ho bus corporaliter obſeſſis, qua ra cum obſeſſi non ſint infantes qui tantur ad baptiſmum, videtur ha remonia eos exorcizandi inutilis

Reſpondetur ad hoc argumen dupliciter intelligi poſſe infantes poraliter obſideri à dæmone. P quod dæmon habeat poteſtatem rum corpora, qua valeat ea torq & vexare. Secundò quod actu tali poteſtate, eorum corpora vex & torquendo. Quo poſteriori certum eſt, non omnes infantes portantur ad baptiſmum, corpor obſeſſos eſſe; ſecus autem prior propterea adhibetur exorciſmu poteſtas dæmonis cohibeatur. autem Chriſtus dedit Apoſtolis, rum in Eccleſia ſucceſſoribus po tem eijciendi Dæmonia, Marci non reſtrinxit ad ſolos corporalit ſeſſos poſteriori ſenſu, ſed abſolu tendit illam ad quoſcunque, & qu docunque obſeſſos; vndè ſatis hanc exorcizandi ceremoniam n hiberi inutiliter infantibus bap dis, priori modo corporaliter ſis.

Quod inſuper dicunt, nec Ch inſtituiſſe exorciſmum, nec Apo vſurpaſſe, falſum eſt. Etſi enim nomen non reperiatur in ſcriptu tamen per illum ſignificata hab Duo ſi quidem ſpectari poſſu Exorciſmo. Vnum eſt poteſtas di dæmonem, quam propriè lo do Exorciſmus non accepit à Cl immediatè, ſed Apoſtoli & coru ceſſores, vt patet ex illo Mar. 3. *illis poteſtatem eijciendi dæmonia* rum eſt, externa ceremonia, qu hibetur ad eijciendum dæmon quam Eccleſia, præſuppoſita di teſtate ipſi à Chriſto conceſſa in partim exemplo eiuſdem Chriſt tim ſuo iure, & authoritate, Ex mum

e nominauit. Cum enim illa
ceremonia conſiſtat in duobus
flatione, vel exſufflatione 2. in
iatione horũ verborum; *Exi ab*
ıde ſpiritus; Itẽ, *Exorcizo te im-*
iritus, vt exeas ab eo. Vtroq; v-
hriſtus Dominus Priori Ioan.
Hoc cum dixiſſet, inſufflauit, &
ccipite Spiritum ſanctum; Quẽ.
n enim Chriſtus per illam in-
em ſignificabat, Spiritus San.
ſum ad Apoſtolos; ita Eccle.
ſufflationem ſignificat, Spi-
lum exire ab infantibus. Po.
ero Matt. 17. *Et increpauit il-*
& exijt ab eo dæmoniũ. Et Mar.
Et comminatus eſt ei Ieſus, di-
uteſce, & exi de homine. Ex
is patet, & Chriſtum Eccle-
iſſe poteſtatem eijciendi dę.
n qua fundatur ceremonia
di, & ab ea inſtitutam fuiſſe
m, & exemplum Chriſti Do.

bijciunt, adhuc admiſſa prę.
cleſiã poteſtate, male ab ea
xorciſmum in baptiſmo in-
um ab eis non per Exorciſ.
per baptiſmum dæmon ex-

letur per vtrumque expelli,
modo. Per Baptiſmum
litur ab anima: per exor-
corpore, & ſenſibus. Si
mon habet poteſtatem in
on baptizatos ratione pec-
lis, vt docet diuus Thomas
art. 2. ad. 1. Hanc autem
habet tribus modis. Pri-
a, quatenus ipſa per pec-
o auerſa eſt, & diabolo ſu.
cundò in corpore, quatenus
teſt illud agitare. Tertiò in
ijsque ſenſibus internis, &
uatenus poteſt eos afficere
es, deceptiones, falſas opi-
nes, aliaque ſimilia. Vndè
us quoque modis diabolũ
e ab homine, nec non ab
ntibus. Primò quia per
baptiſmum liberatur anima à peccato originali, & conſequenter à ſeruitute diaboli. Secundo, per exorciſmum expellitur à corpore ne vexet illud, & interdum ne illud ſtrangulet ante, aut in ipſa baptiſmi ſuſceptione. Tertiò per eumdem exorciſmum expellitur à ſenſibus, ne poſtea, cum infantes adoleuerint, per illuſiones, falſaſque opiniones impediat illos in vita ſpirituali, quam in baptiſmo acceperant. Nam licet infans per baptiſmum ſit purgatus à peccato originali; poteſt tamen poſtea infeſtari à diabolo niſi per exorciſmum muniatur; proptereaque etiam, non fruſtra ſuppletur, ſi antea fuiſſet omiſſus. Quam autem hæc ceremonia, exorciſmus dicta, vim habeat expellendi dæmones, phyſicam, an moralem tantùm, ſcholaſtica controuerſia eſt, pręſenti inſtituto parum neceſſaria.

Septima igitur ceremonia eſt, appoſitio ſalis exorcizati in ore baptizandi, ad ſignificandum ſapientiam doctrinæ Chriſtianæ, quæ recipitur in baptiſmo; cuius meminit Origenes homil. 6. in Ezechielem; Ambroſius ad cap. 22. Lucæ; Concilium Carthaginenſe III. c. 5. Deuſdedit Papa epiſt. ad Gordianum Hiſpalen. Epiſcopum; Iſidorus Hiſpalenſ. lib. 2. de diuinis officijs cap. 20. Gregorius Magnus lib. 1. de ſacram. alijque deinceps tum Patres, tùm Theologi ſcholaſtici.

Octaua, terna tinctio aurium, & narium baptizandi cum ſaliua, cuius fundamentum extat cap. 7. S. Marci, & dicitur *Ephteta*, ſignificatque receptionem fidei, & gratiæ per ſacramentum, cuius meminit, & in antiqua Eccleſia vſitatam fuiſſe teſtatur Sanctus Ambroſius lib. 1. de ſacram. cap. 1. & lib. de his, qui myſterijs initiantur cap. 1.

Nona, impoſitio manus Sacerdotis ſuper caput baptizandi, & benedictio eius, cuius meminit diuus Auguſtinus lib. 2. de peccat. remiſſ. cap. 26. & habet fundamentum cap. 18. S. Marci.

Decima, vnctio ex oleo benedicto

in pectore, & ſcapulis, ad ſignificandum baptizandos præparari ad pugnã; cuius meminit Sanctus Auguſtinus ſerm. 206. de tempore.

Vndecima, immerſio aquæ, quæ licet, pro vt ſonat ablutionem, ſit de eſſentia baptiſmi, non autem ceremonia, pro vt nomen hoc, ceremonia, ſignificat tantùm aliquod accidens ipſius ſubſtantiæ baptiſmi; quia tamen ſic ſe habet reſpectu illius, quod ablutio, quæ eſt materia eius proxima, fiat vel per immerſionem, vel per effuſionem aquæ in corpus, vel per notabilẽ eius aſperſionem; inde fit, quod immerſio reponitur inter ceremonias baptiſmi. Hæc autem immerſio, cum ab initio Eccleſiæ eſſet trina, ob rationes, & congruentias à Patribus, qui illius meminerunt, adductas, Dionyſio Eccleſ. Hierarch. cap. 2. Athanaſio quęſt. 124. Baſilio lib. de Spiritu S. cap. 15. Tertulliano lib. de corona Mil. cap. 3. Hieronymo in cap. 4. ad Epheſ. Auguſtino ſerm. 91. de tempore; poſtea Arianis illa abutentibus, dicentibusque, illas tres immerſiones ideo fieri, vt ſignificarentur non tantum tres diuinitatis perſonæ, ſed etiam tres naturæ, vbi illa hæreſis vigebat, vna tantùm à Catholicis merſio ſeruabatur; vt indicat diuus Gregorius lib. 1. epiſt. 41. ad Leandrum? Alia etiam cauſa fuit propter Donatiſtas, qui rebaptizabant, allegantes in ſui erroris patrocinium, quod etiam Eccleſia Catholica rebaptizaret, dum trina merſione vtitur: proptereaque in deteſtationem illius erroris decretum fuit in Concilio Toletano IV. can. 5. vt vnica fieret merſio; & ſic pro diuerſarum Eccleſiarum more, vel vna, vel trina olim immerſio adhibita eſt. Vbi autem baptiſmus confertur per trinam immerſionẽ, in prima ex tribus completur, prolata iam tunc forma; quod ſi baptizans expreſſe nolit, niſi per tertiam, tunc, non quidem ex defectu ablutionis, ſed ex defectu intentionis, completur in tertia.

Duodecima ceremonia, ſed poſ
mum iam collatum, prima eſt c
pacis, cuius meminit S. Cy
epiſt. 59. ad Fidum, quo ſig
baptizatum eſſe fratrem noſtru

Decima tertia, vnctio ex c
ab Epiſcopo conſecrato in ve
ſignificandum baptizatum ab
coniungi Chriſto Domino, t
ſuo capiti; cuius meminere e
Dionyſius Eccleſ. Hierarch.
Baſilius lib. de Spiritu Sancto
Tertullianus lib. de baptiſmo
Cyprianus lib. 1. epiſt. 12. A
lib. 3. de ſacram. cap. 1.

Decima quarta, coopertio
ticis iam vncti cum veſte cand
ſignificandum candorem anin
conſequimur per baptiſmum
broſio lib. de his, qui myſte
tur cap. 7.

Decima quinta porrectio
cenſi ipſi iam vncto, & coop
ſignificandum baptizatum ia
ſe fidem, debereque prælu
exemplo bonorum operum,
gorio Nazianzeno orat. in ſa
na, & aliis.

Quas omnes baptiſmi ce
& alias, quæ inter baptizand
liariter ſeruabantur in nonnu
ſias, Pamelius fusè explicat
tationibus ad librum Tertu
baptiſmo; tũ qui de diuinis
ritibus Eccleſię ex profeſſo ſc
ſuperius à nobis citati, vbi
illis in cõmuni; Ioſephus Vic
lo ſuo opere, quo quinque l
de antiquis baptiſmi ritibus,
moniis, & Caſtropalaus de
Quod autem à Sectariis no
ris, Caluino præſertim lib.
cap. 15. §. 19. licet fatente
in praxi, & vſu primitiuæ
reſpuantur, & irrideantur,
xtu, quod non habeantur in
& ex Chriſti inſtitutione, om
culum eſt, cũ ipſemet Caluin
lo de formula adminiſtrãdi
baptiſmi & cænæ Domini

, quæ nec in ſcriptura, nec in
: reperiuntur, ſed in proprio
ebro cuſa fuere. Vnde ſatis
, hæc, & alia ſimilia non alio
eo dicta animo, vel genio,
omnibus per fas & nefas con.
di Eccleſiæ Romanæ, pallian-
am turpem, & iniuſtam ab il-
ationem.

C A P V T LXIV.

*contra Lutheranos, & Caluinū,
que ſequaces Baptiſmum Chri-
Domini non eſſe eumdem
cum Baptiſmo ſancti
Ioannis.*

nes fere huius temporis ſecta.
i ex communi ipſorum errore
a fides iuſtificat impium, ſa-
vero eam ſolum excitent fi-
quam mera, & pura ſigna,
aptiſmum Chriſti eumdem
baptiſmo Ioannis, quia vter.
excitauit in Chriſtum. Etſi
therus in principio ſuæ ſepa-
diſputatione de baptiſmo
oſitum tenuiſſet, eius tamen
poſtea non placuit, vt pote
n prædicto eorum errori, ip-
et Lutheri. Sic Philippus
n lib. contra Anabapt. de ba.
annis, & Chriſti ait: *Externus
quem adminiſtrat Ioannes ni-
ab externo baptiſmo, quem
dminiſtat, ſiue Apoſtoli.* Et in
. tit. de Baptiſmo: *Etſi diffe-
in hoc articulo, Ioannes de
riſto, Apoſtoli de paſſo, & re-
adicant; tamen miniſterium
& effectus eoſdem habuit in cre-*
Idem aſſerunt Centuriatores
40. de Baptiſmo: Martinus
2. par. examinis Concil.
d 1. canonem de Baptiſmo;
non audeat certo illud defi-
at tamen eſſe valde probabi-
e rationes, quantum poteſt
rguens Patres Tridentinos,
quod oppoſitum ſub anathemate defi-
nierint, vt mox videbimus.

Caluinus quoque lib. 4. inſtitut. cap. 15. §. 7. & 8. aſſerit, baptiſmum Ioannis & Chriſti eſſe eundem, ſubſcribunt Zuinglius lib. de vera, & falſa religione cap. 7. Theodorus Beza lib. quæſt. & reſponſ. de ſacram. quæſt. 155. & alij.

Eumdem errorem tempore diui Auguſtini, quo primum inuenitur mota hæc quæſtio, tenuit quidam Donatiſta nomine Petilianus, vt oſtenderet, quod ipſi Donatiſtæ ſoli verum conferrent baptiſmum, qui à bonitate perſonæ baptizantis penderet, non autem Catholici, ſed ab ipſis collatus repeti deberet, cum aliquis ad illorum ſectā tranſiret; nec id mirum, aiebat, quia & à Ioanne baptizati poſtea ab Apoſtolis rebaptizati ſunt, idque inductione volebat probare, vt refert diuus Auguſtinus lib. 2. contra literas Petiliani cap. 32. vbi Petilianus ait: Licet enim vnum ſit baptiſma, tribus tamen gradibus eſt conſecratum: dedit aquā Ioannes ſine nomine Trinitatis &c. dicens, ego vos baptizo in aqua pænitentiæ, alius veniet, qui fortior me eſt &c. ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne, dedit Spiritum Sanctum Chriſtus, dùm inſufflaret in faciem eorum, & dixit, Accipite Spiritum Sanctum: ipſeque ignis ardeſcens paraclitus crepitantibus flammis in Apoſtolos ſuperuenit &c. hæc ibi Petilianus, qui per ſingulos gradus conatur oſtendere, Catholicos ſecundum nullum eorum habere baptiſmum; ſed clariſſimè ab Auguſtino refutatur.

Quamuis ergo moderni hæretici conueniant cum Donatiſtis in hoc, quod eumdem aſſerant eſſe baptiſmū Chriſti, cum baptiſmo Ioannis, quia tamen ex alio principio, etenim negant, à Ioanne baptizatos iterum fuiſſe baptizatos ſecundum quemcunque gradum à Petiliano aſſignatum, vt expreſſe habet Caluinus loco citato §. 18. ideo

ideo in præſenti controuerſia diuerſimodè ſunt à nobis refutandi.

Pro cuius intelligentia primò ſupponendum eſt ex dictis ſupra, Baptiſmum Chriſti, & alia ſacramenta ab ipſo in noua lege, non propter ſolam fidem nutriendam fuiſſe inſtituta, ſed vt inſuper ex promiſſione, & meritis ipſius ſignificarent, & conferrent gratiam omnibus, obicem peccati mortalis non ponentibus; licet enim aliquæ diſpoſitiones, vt fides, ſpes, & dolor de peccatis in adultis prærequirantur, non tales tamen, quæ ex ſe gratiam cauſent, ſed ſolum remoueant obſtacula, quæ efficaciam ſacramentorum impedire poſſent iuxta Dei ordinationem; & ideo nullæ in infantibus diſpoſitiones requiruntur, in adultis autem tales, quæ licet ſine ſacramento non ſufficerent ad iuſtificationem, ſufficiunt tamen cum illo, vt ſupra explicatum eſt.

Secundò ſupponendum eſt ex ibidē dictis, hanc gratiæ efficientiam, ſeu cauſalitatem, quam habent ſacramenta, non competere ipſis ex ſe, ſed ex mera Dei miſericordia, eiuſque promiſſione, propter merita paſſionis Chriſti; proptereaque miſericordem Deum, vt cauſam efficientem principalem phyſicam vti baptiſmo tanquã inſtrumento ad productionem gratiæ, ex opere operato ipſius actionis ſacramentalis à Deo ad hoc inſtitutæ; adeo vt hæc efficacia nequaquam pendeat ex merito vel conferentis, vel ſuſcipiētis baptiſmum, ſed ex ſolo merito paſſionis Chriſti; propter quod Deus voluit, & promiſit gratiam illis, qui tale ſacramentum ſuſcipiunt; pro vt patet in Baptiſmo paruulorum, in quibus nulla eſt dignitas, nullumq; opus, quod gratiam mereri dici poſſit.

Tertio notandum eſt extra controuerſiam eſſe; quod illi, qui baptiſmum Ioannis ſuſceperunt, & ad prædicationem eius commoti, & ex corde contriti de peccatis ſuis doluerunt, in miſericordiam Dei ſperantes, eam con-

ſecuti ſint, ſuorumque peccato
miſſionem, quod dicitur ex ope
rantis; ſed in re quæſtio eſt an
mus Ioannis eodem modo, ho
opere operato contulerit gratis
remiſſionem peccatorum, ſicu
menta nouæ legis, atque adeo
mum Chriſti eam conferre ſupr
dimus; vel magis vniuerſalite
determinato modo cauſalitatis
re operato, an eamdem prorſu
& efficaciam habuerit Baptiſn
annis, ac modo habet Baptiſmu
ſti, quæcumque ſit illa, in pro
da gratia, adeo vt ſaltem, qu
ad hoc vnus & idem Baptiſmu
lari poſſit. Quod affirmant ſec
gat autem Eccleſia Catholica
ſit.

Noſtra concluſio. Baptiſmu
nis non habuit eamdem vim c
ptiſmo Chriſti. Iſta concluſio
fide, ſub ijſdem terminis defi
Concilio Tridentino ſeſſ. 7. ca
quis, inquit, *dixerit baptiſmum*
habuiſſe eamdem vim cum baptiſ
ſti anathema ſit.

Primus, ac præcipuus ſcrip
cus pro hac veritate habetur M
V. 11. vbi loquens S. Ioannes d
Chriſti Domini baptiſmo ait:
dem baptizo vos in aqua in peni
qui autem poſt me venturus e
me eſt, ipſe uos baptizabit in Spi
cto & igne. Similiter Marci
Ego baptizaui vos aqua, ille ve
zabit vos Spiritu ſancto. Et Lu
16. *Ego quidem aqua baptizo*
ipſe vos baptizabit in Spiritu ſan
igne; de quo Ioannis 3. V. 3.
dicit: *Niſi quis renatus fuerit,*
& Spiritu ſancto.

Præfato enim loquendi mo
nem ſignificare voluiſſe, ſuum
ma eſſe inferioris longè virtut
tiſmate Chriſti, atque adeo
eo, non ſolum patet ex ipſome
di modo, verum etiam ex re
ne, quam in eo idem S. Ioann
ſuis diſcipulis conquerentibu

s baptizaret Ioann. 3. *Ecce hic,* t loquentes de Chriſto Domi- *ţizat, & omnes veniunt ad eũ.* Baptiſmus Chriſti fuiſſet idem , huic ſuorum querimoniȩ fa. feciſſet, ita reſpondendo, ac illis potius eſſe hac de re glo- , quam conquerendum, cum ſtus quaſi diſcipulus, illum di. Ioanne, velut à magiſtro; nen non fecit, ſed omnino cõ. , ex inferioritate nimirum, ſuȩ ad perſonam Chriſti Domini uum etiã baptiſma eſſe aliud, ris longè virtutis à baptiſma. , atque adeo mirum non eſſe, venirent ad baptiſmum Chri- ni, quam ad ſuum. Atque ſe S. Ioannis mentem expreſ. S. Cyrillus Alexandrinus lib. nem cap. 57.

criptura locus vndè colligi- adem Baptiſmi Chriſti à Ba- Ioannis diſtinctio, habetur oi Epheſij iam baptizati ba- Ioannis ab Apoſtolis id pro- ous baptizantur: interrogãte Paulo, Si Spiritum ſanctum t credentes; *dixerunt ad eũ, ſi Spiritus ſanctus eſt, audiui. vero ait, in quo ergo baptizati dixerunt in Ioannis baptiſma- ntem Paulus, Ioannes baptiza. o pænitentiæ populum dicens in enturus eſſet poſt ipſum, vt cre- eſt, in Ieſum. His auditis, ſunt in nomine Domini Ieſu.* ſic efformari poteſt argu- ro veritate noſtræ concluſio. ſmus ab Apoſtolis collatus probè nouerant iam fuiſſe baptiſmo Sancti Ioannis, eſſe idem, nec eiuſdem vir- icaciæ cum baptiſmo S. Io- ia alias Apoſtoli fuiſſent ſa- rando nimirum baptiſmum uod de illis aſſerere eſt im- ecte S. Auguſtinus obſeruat ra Literas Petiliani cap. 37. oli loco citato, interrogatis

Epheſiis, num fuiſſent baptizati, illiſque reſpondentibus, ſe baptizatos dũtaxat fuiſſe baptiſmo Sancti Ioannis, hoc non obſtante, illos baptizarunt, aut ſaltem ex eorum iuſſione aliqui alij, Baptiſmo Chriſti Domini, ſeu à Chriſto Domino inſtituto, & quo in Eccleſia Catholica baptizamur, hoc enim ſignificant illa verba, *Baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu*. Ergo Baptiſmus Chriſti Domini non eſt idem cum baptiſmo Ioannis, nec eiuſdem efficaciæ, & virtutis ſed longe maioris, & excellentioris. Ait enim Ioannes ſe baptizari tantùm in aqua, Chriſtum vero tanquam potentiorem, etiam in Spiritu Sancto, quatenus baptiſmus Chriſti eſt talis ablutio, non quæ ſit tantũ in pænitentiam, id eſt, quæ præparet ad pænitentiam, & inuitet, ſicut Baptiſmus S. Ioannis, ſed quæ gratiam ſanctificantem conferat.

Aduerſarij oppreſſi vi huius argumenti varias illi adhibent reſponſiones, nimirum eo loci act. 19. vbi Epheſij iã baptizati Baptiſmo Ioannis dicuntur iterum baptizati in nomine Ieſu, ibi baptiſmum ſumi pro doctrina, vt ſenſus ſit, eos fuiſſe ſincera doctrina inſtructos; vel ſecundò, tunc ideo fuiſſe rebaptizatos, quia Baptiſmus fuerat eis traditus ſine debita forma; vel tertio, illos baptizatos ibi in nomine Domini Ieſu, fuiſſe alios ab ipſis Epheſijs iam baptizatis baptiſmo S. Ioannis; vel demum ſermonem non eſſe de baptiſmo aquæ, ſed de baptiſmo Spiritus Sãcti, id eſt de collatione ſpecialium eius donorum, ſicut Apoſtoli dicuntur in die Pentecoſtes baptizati. Quarum omnium reſponſionum vanitas cum ſatis pateat ex ipſomet textu loquente de vero baptiſmo Chriſti Domini, ſufficit illas inſinuaſſe; manetq; probatum eum fuiſſe à baptiſmo Ioannis diſtinctum.

Secundò probatur hæc veritas traditione, quam Sancti Patres vnanimiter conteſtantur, etſi enim nec ab illis, nec ab Eccleſia determinatum reperiatur, an baptiſmus Ioannis aliquo modo ad remiſ-

remiſſionem peccatorum , concurrerit, idque ex Dei ordinatione, per merita Chriſti præuiſa, conſtanter tamen docuerunt , magnum fuiſſe diſcrimen inter baptiſmum Chriſti , & Ioannis , ita vt baptiſmus Ioannis non eādem vim , & efficaciam habuerit , quam baptiſmus Chriſti habet ; ideoque eos , qui à Ioanne baptizati erant, fuiſſe baptiſmo Chriſti iterum baptizatos ; non verò qui baptiſmo Chriſti ſemel ab hęreticis etiam baptizantur , iterum baptizari. Ex Græcis videri poſſunt Origenes homil. 8. in Ioannem ; Athanaſius quæſt. 134. Cyrillus Hieroſol. Catecheſi 3. Baſilius exhortatione ad baptiſmum, & homil. quomodo baptizetur aliquis baptiſmate, quod in Euāgelio. Gregorius Nazianzenus orat. 39. in ſancta lumina. Ioannes Chriſoſtomus, homil. 9. & 12. in Matth. & homil. 40. ad cap. 19. Act. Apoſt. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Ioannem cap. 26. & lib. 2. cap. 97. Titus Boſtrenſis ad cap. 3. Lucæ , *Baptiſma*, inquit , *Chriſti ex vi propria perfectam peccatorum remiſſionem habet: at verò Ioannis baptiſma , licet peccatorum remiſſionem adiunctam habebat, non eam tamen ex ſe habebat, ſed ex pænitentia*. Ioannes Damaſcenus lib. 4. Ortodoxæ fidei cap. 3. Matth. cęterique deinceps. Ex Latinis Tertullianus lib. de baptiſmo cap. 10. Cyprianus epiſt. 73. & lib. de Baptiſmo Chriſti , & manifeſtatione Trinitatis . Hilarius in Matth. can. 2. Ambroſius ad cap. 3. Lucæ. Optatus Mileuitanus lib. 5. contra Parmenianum . Hieronymus Dialogo contra Luciferianos , & epiſt. 150. ad Hedibiam quæſt. 9 Omnium fuſiſſimè Auguſtinus varijs in locis præſertim epiſt. 48. lib. 2. contra Literas Petiliani cap. 37. lib. de vnico baptiſmo cap. 7. in Enchiridione cap. 48. lib. 5. de baptiſmo contra Donatiſtas cap. 10. & 15. Tractatu 5. & 6. in Ioannem.

Cum Sectarij negare non poſſint communem hunc Patrum pro ſententia Catholica conſenſum , reſpondent

ſibi ex ſolo Dei verbo jn fidei c
tibus ſapiendum , ſed ò miſeru
gium , quaſi ipſi melius eſſent a
ſenſum ſacræ ſcripturæ , qu
Sancti ac docti Eccleſiæ Patres

Tertio probant aliqui noſtra
cluſionem , ſeu vtriuſque bapti
ſtinctionem ex eo , quod aliæ ſ
tes phyſicæ vnius ab alio, etſi e
ptiſmus S. Ioannis conuenire
baptiſmo Chriſti Domini in ab
differebat tamen penes forman
baptiſmus Chriſti poſtulet eſſe
expreſſam nominationem , &
tionem Sanctiſſimæ Trinitatis ,
met aduerſarij fatentur . Sed
tio non videtur efficax , ex om
te , etſi enim rectè probet præſ
ptiſmos fuiſſe ſpecie diſtinctos
tamen probat non fuiſſe eiuſd
tutis , & efficaciæ, quæ ſimul c
ſata diſtinctione ſubſiſtere pot
tis patet . Vnde ratio à prior
diuerſitatis , alia afferri non
quam diuina voluntas , ita no
ſcripto , tum tradito , vt vidim
bo reuelata ; Ratio autem co
tiæ eſt, quia baptiſmus Sancti
erat tantum præparatio ad bap
Chriſti tanquam ipſam perfect
venit enim S. Ioannes tantum
viam Chriſto Saluatori , no
dare ſalutem, Luc. c. 1: Vnde eti
ſuperius citati vocant baptiſn
S. Ioannis *præparatorium, & int*
riũ Baptiſmi Chriſti Domini, vt
& Damaſcenus: Et Tertullian
Baptiſmum S. Ioannis fuiſſe can
remiſſionis , & ſanctificationis i
ſubſecutura ; quin & ipſemet C
in Harmonia ad locum citatun
cæ , baptiſmum Ioannis collat
bi vocat *vtilem præparationem*
piendam Chriſti doctrinam , co
ergo non erat , vt tantæ virtu
tæque perfectionis eſſet, ac ba
Chriſti Domini ; proindeque
lum ratione formæ , aliarumq
ditionum , vt quod noſter bap
ſit interabilis , non autem bap

Ioannis ; quod iſte nunquam in præcepto, ſicut noſter, ſed in o tantum ; & adhuc non pro us Iudæis, ſed pro adultis tan- um baptiſmus Chriſti Domini omnibus, etiam infantibus ; lum, inquam, ex præfatis capi. aptiſmus Chriſti eſt ſimpliciter & diſtinctus à baptiſmo ſancti ; verum etiam, quod hic po- n controuertitur & in Concilio ino definitum habetur, ratione virtutis, & efficaciæ.

tò & vltimo adhuc magis pate. tas Catholica ex ſolutione num contra illam, quę ad duas les reduci poſſunt.

eſt, quia vbi eſt idem ſignum, e ſignificatio, ibi eſt idem ſa- m ſed in baptiſmo S. Ioannis iſmo Chriſti eſt idem ſignum, adem ſignificatio aquæ, ea- ſignificatio, ſcilicet remiſſio um Marci 1. & Matth. 3. ſunt vnum, & idem ſacramentum. detur concedendo maiorem, o minorem, quo ad ſecun- m, quia licet idem fuerit ſi- eriale, in vtroque baptiſmo, ablutio materialiter ſumpta n eadem fuit in ſenſu for- eadem ſignificatio forma- e ablutionis, nam remiſſio n facta immediate, & ex vi is ipſius ablutionis, nullo ſignificatio practica baptiſ- is, quæ tamen certo quo- ab omnibus alijs remedijs eſt ſpeciali quadam ratione practica baptiſmi à Chriſto ſtituti, vt docent Patres, ndimus ſupra agendo de acramentorum; colligitur- x diuerſo ſacræ ſcripturæ odo de baptiſmo S. Ioan- l remiſſionem peccatorum , quo eadem ſcriptura lo- aptiſmo Chriſti Domini, e peccatorum accipienda. baptiſmus Sancti Ioannis nunquam ſimpliciter, aut abſolutè dicitur eſſe, vel *remiſſionis peccatorum*, vel *in remiſſionem peccatorum*, ſed tantum dicitur eſſe, vel fuiſſe *in pœnitentiam* Matth. 3. *Ego quidem*, inquit ipſemet S. Ioannes, *baptizo vos aqua in pœnitentiam*. Vel *baptiſmus pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum*, Marci 1. & Lucæ 3. At baptiſmus Chriſti Domini act. 2. dicitur eſſe in remiſſionem peccatorum abſolute; *Baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum*; ſique ibi Petrus præmiſit, *pœnitentiam agite*, eſt quia alloquebatur adultos, in quibus ad baptiſmum accedentibus prærequiritur aliquis dolor de ſuis peccatis, vt diximus ſupra, ad tollendum obicem. Eſt autem hoc inter illum vtrumque loquendi modum diſcrimen, quod in poſteriori, remiſſio peccatorum connectitur cum particula baptiſmus, vel baptizo, & conſequenter illo denotatur eſſe proprius quidam effectus talis baptiſmi, quatenus ex vi ipſius, ſiue ex eius opere operato omnia peccata remittuntur: hæc enim particula *in* iuncta accuſatiuo ſignificat finem proximum, in quem res, de qua eſt ſermo, tendit: In priori verò loquēdi modo remiſſio peccatorū non connectitur cum hac particula baptiſmus, vel baptizo, ſed cum hac particula, pænitentiæ, vel in pænitentiam; cuius proinde germanus ſenſus eſt, talem baptiſmum habuiſſe pro ſuo fine proximo, & immediato, effectuque proprio, quem intendebat facere in ſuſcipientibus illum pænitentiam, ſeu excitare in illis dolorem de peccatis, qui dolor, ſi erat ſufficiens, tenderet in remiſſionem peccatorum à baptizatis ex opere operantis conſequendam, non verò quā talis baptiſmus Sancti Ioannis ſeipſo, & vi ſuæ applicationis faceret in ſuſcipientibus, vt explicant Patres ſuperius citati, præſertim Tertullianus lib. de Baptiſmo cap. 10. & Hilarius can. 2. in Matthæum.

Altera obiectio eſt, quia idem prorſus

ſus eſt Baptiſmus, quo Chriſtus Dominus, item quo Apoſtoli, & quo nos baptizamur, ſi quidem vnus tantùm eſt noui teſtamenti baptiſmus, cuius etiam S. Ioannes miniſter fuit: ſed Chriſtus Dominus, & Apoſtoli fuerunt tantùm baptizati Baptiſmo S. Ioannis: ille igitur eſt vnus, & idem prorſus cum noſtro.

Reſpondetur negando maiorem, quo ad primam partem, quæ aſſerit noſtrum baptiſmum eſſe eundem cum baptiſmo, quo Chriſtus fuit baptizatus, ſi quidem fuit ipſe baptizatus baptiſmo Ioannis, nos autem baptiſmo à Chriſto inſtituto, quos eſſe diſtinctos iam ſatis probauimus; & adhuc patet ex hoc argumento, quia baptiſmus, quo nos in noua lege baptizamur, à ſolo Chriſto Domino fuit immediatè inſtitutus, ſi quidē ex propria aduerſariorum confeſſione, omnia nouæ legis ſacramenta fuerunt ab eo immediate inſtituta; baptiſmus autē S. Ioannis non fuit à Chriſto D. inſtitutus nam S. Ioannes antequam viderit Chriſtū, baptizauit, vt patet ex Euangelio; hi ergo duo Baptiſmi, ſiue Baptiſmus quo Chriſtus Dominus fuit baptizatus & quo nos baptizamur, non ſunt vnus & idem; Nec baptiſmus S. Ioannis poteſt dici baptiſmus noui teſtamenti, aut ipſe miniſter eius, ita vt in illo duo fuerint baptiſmi, ſed tantùm fuit prænuntius eius, & præco Chriſti nouæ legis authoris, omnium in ea ſacramentorum inſtitutoris, & noui Teſtamenti mediatoris. Quod autem nonnulli Patres docent, Chriſtum Dominum ſuſcipiendo baptiſmū Ioannis voluiſſe contactu ſuæ carnis noſtrum ſanctificare, non debet intelligi quaſi eumdem Ioannis baptiſmum noſtrum quoque eſſe voluerit, aut reddiderit, ſed quia tunc deſignauit aquam tanquam propriam materiam ſui baptiſmi, quem diſcipulis commendaret, ſic enim ſufficienter dici poteſt ſuo contactu aquas ſanctificaſſe, nam hæc ſanctificatio collata aquæ, de qua

loquuntur Patres, non ſonat a
qualitatem ei impreſſam, ſed c
tionē, & eleuationem eius ad
proximè eſſet inſtrumentum ex
operato Sanctificationis interio
tio autem cur Chriſtus Domi
ſtea nō debuit ſuſcipere baptiſ
inſtitutum, eſt quia ſuſceptio i
quædam receptio characteris
ab ipſo Imperatore militi ſuo,
lum ſibi vindicare poteſt, vt do
tres, & nos diximus ſupra; Chri
noſter eſt imperator, quemad
ergo non debuit habere aliqu
racterem animæ ſuæ impreſſu
nec debuit ſuſcipere baptiſmu
inſtitutum.

Ad alteram maioris partem
detur concedendo illam, n
eumdem fuiſſe baptiſmum, q
zati ſunt Apoſtoli cum noſtro
nus qui prius eorum erant
Ioannis, & ab illo baptizati
facti diſcipuli Chriſti eius bap
ptizati ſunt, cum, vt probat
pra, Baptiſmus Ioannis non
ret baptiſmum Chriſti, inde
inter ſe diſtinctos; Et hoc eſ
tum diuo Auguſtino epiſt. 1
cat, *metuendum eſſe ne grauite*
ſi de ea re dubitemus, demuſq
caſionem contemnendi baptiſm
ſignificat ibi Chriſtum per ſe
ſe Apoſtolos; & S. Gregorius
zenus citata oratione in San
na affirmat, Chriſtum bapti
ſe S. Ioannem Baptiſtam. Q
obſtat, quod dicunt aduerſa
non reperiri in ſacra ſcriptu
vt rectè reſpondet diuus A
loco citato ex S. Ioanne cap
omnia facta, & dicta Chr
ſcripta; nec quod Ioann. 4.
dicitur baptizare, non quia p
baptizabat, ſed *quia eius diſ*
ptizabant, id enim eo ſenſu
dum eſt, quatenus Chriſtus
niter non per ſeipſum, ſed
diſcipulos baptizabat, eſt c
familiaris, & vſitatus loquen

ines dicantur id non facere valde rarò per ſeipſos , ſed tan- r alios cõmunius faciunt: Sicut aulus , quia non tam ſæpe ba- it , nec ad id , tanquam præci- uum munus , fuerat à Chriſto o miſſus , dicit ſe miſſum eſſe ngelizandum , & non ad bapti- n, cum tamen aliquando bapti- , vt ipſemet fatetur.

CAPVT LXV.

r aduerſus Lutherum , & Calui- , eorumque ſequaces , Confirma- m eſſe ſacramentum nouæ legis , ie dictum.

m plures olim Confirmatio ha- uiſſet hoſtes, dudum ſepultos, numero ſacramentorum expũ- ; cuiuſmodi fuere Nouatus , uſebium lib.6. hiſt. cap. 35. ex Cornelij Papæ ad Fabium ; ecuti ſunt eius diſcipuli , apud oretum lib.3. hæretic.fabul. tit. ato ; tum Donatiſtæ ; quos elioſos fuiſſe in ſacrum Chriſ- od eſt remota huius ſacramenti , ſcribit Optatus Mileuitanus ontra Parmen. his verbis : *Vt acroſancta veſtri Epiſcopi viola- ſerunt Euchariſtiam canibus in- pullam quoq; Chriſmatis per fe- , vt eam frangerent iactauerunt.* de circa annum Domini 1315. ntes apud Luzemburgum ; & num Domini Waldenſes apud Syluium hiſtor. Bohem. cap. c eamdem hæreſim ſectarij no- poris ab inferis ſuſcitarunt , us lib. de captiuitate Babyloni. *rum* inquit, *quod illis in mentem quod ſacramentum confirmatio- unt ex manuum impoſitione* ; & us lib.4. inſtitut. cap. 19. §. 5. *r atas re propemodum obliterata, neſcio quam confirmationem pro ramento poſuit.* Quos deinceps unt eorum diſcipuli. Quia au- tem negare non poſſunt antiquiſſimum eſſe , & ab Apoſtolis traditum fuiſſe vſum imponendi manus ſuper iam baptizatos, Act. 8. in qua manuum impoſitione , modo inferius explicando , affirmant Catholici , conſiſtere ſacramentum confirmationis , illi volunt , eam fuiſſe , meram tantùm ceremoniã baptiſmi in primitiua Eccleſia , vltimò loco vſurpatam , qua filij Chriſtianorum in infantia baptizati , vbi adoleuerant , ſiſtebantur Epiſcopo , ad reddendam fidei , in qua fuerant baptizati, rationem; Epiſcopus autem editam ab illis fidei profeſſionẽ , per manuum ſuarum impoſitionem , confirmabat, eiſque ſolemniter precabatur. Contra quos omnes errores ſit.

Prima Concluſio. Confirmatio eſt Sacramentum nouæ legis propriè dictum. Iſta Concluſio eſt de fide , primum definita in decreto Eugenij in Concil. Florent. vbi confirmatio ſecũdum , inter ſeptem ſacramenta numeratur , & dicitur , quod *per baptiſmum renaſcimur, per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide.* Et infra: *Secundum ſacramentum eſt confirmatio , cuius materia eſt Chriſma confictum ex oleo , & balzemo per Epiſcopum benedicto . forma autem eſt: Signo te ſigno crucis , & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris , & filij , & Spiritus ſancti* . Deinde in Concilio Tridentino ſeſſ. 7. de Confirmat.can. 1. *Si quis dixerit, confirmationem baptizatorum otioſam ceremoniam eſſe, & non potius verũ, & proprium ſacramentum; aut olim nihil aliud fuiſſe, quam catechesim quandam , qua adoleſcentiæ proximi fidei ſuæ rationẽ coram Eccleſia exponebant; anathema ſit.*

Probatur primò hæc veritas authoritate ſcripturæ , in qua licet hoc nomen confirmationis non habeatur , nec ſacramentum nominetur , ſicut baptiſmus nullibi etiam in ea ſacramentum vocatur , & tamen aduerſarij pro tali illud admittunt , ſufficit nobis quod res per nomen ſacramenti ſignificata in illa reperiatur. Vnde ſic diſ- curro,

curro, illud eſt verum, proprieque dictum nouæ legis ſacramentum, cui competit definitio, ſeu conueniunt omnes conditiones ad rationem talis ſacramenti eſſentialiter requiſitæ, ſed confirmationi, ſeu impoſitioni manuum, cuius fit mentio Actuum 8. quā Eccleſia Catholica habet pro ſacramento confirmationis, competunt omnia ad rationem ſacramenti eſſentialiter deſiderata; eſt ergo verum proprieque dictum ſacramentum. Maior cum ſit certa, probanda eſt minor, pro cuius intelligentia, notandum eſt, nos hic nō agere de manuum impoſitione, quæ dicitur ſanatiua, vel curatiua; de qua habetur Mar. vlt. *ſuper agros manus imponent, & bene habebunt*; ſed de illa, de qua dicitur Act. 8. V. 17. quod SS. Petrus & Ioannes *imponebant manus ſuper illos*; ſcilicet Samaritanos nuper baptizatos, *& accipiebant Spiritum Sanctum.* Et quod videns Simon, *quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date mihi, & hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, accipiat Spiritum Sanctum*; huicque impoſitioni manuum, de qua ibi fit mentio, aſſerimus competere omnes conditiones veri ſacramenti; nimirum quod ſit ſignum ſenſibile, ex ſola Chriſti Domini inſtitutione, practicum gratiæ, perpetuo in Eccleſiæ ſeruandum ex Chriſti Domini mandato; fuiſſeque proinde verum proprieque dictum ſacramentum, quod more maiorum appellamus.

In primis enim hanc manuum impoſitionem eſſe ſignum ſenſibile, per ſe conſtat; practicum gratiæ ſanctificantis, quia Samaritani iam baptizati dicuntur accepiſſe Spiritum Sanctum nō quomodocunque, ſed expreſsè per impoſitionem, manuum, tanquam cauſam inſtrumentalem tantæ gratiæ, nam dicit ſacer textus loco citato; *Cum vidiſſet autem Simon, qua per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus*; quæ particula *per* denotat aliquā

cauſal itatem. Nomine autem S
Sancti comprehendi etiam ibi
ſanctificantem, patet ex Apoſ
cente Roman. 5. Spiritum Sa
communicari non poſſe, qui
detur gratia ſanctificans *Chari*
quit, *Dei diffuſa eſt in cordibus*
per Spiritum Sanctum, qui datu
bis, Nec diffitetur Caluinus
ad citat. locum Act. 8. particu
ritus ſanctus, eodem modo ibi a
dam eſſe, quo S. Ioannis, 7.
ait, *nondum erat Spiritus datus*
eodem Caluino ad eum locum
nis, per nomen Spiritus, non
ſignificantur viſibiles quædam
aut eximia quædam dona grat
donum linguarum, prophetiæ
id genus, ſed etiam gratia ſanc
ergo etiam & Act. 8. Cùm gra
ſacramenta collata, ſeu ſacram
nihil ſit aliud, quam ipſa gratia
ficans, vel habitualis reſtricta
annexum ius ad actuales, nec
ad aſſequendum finem propriu
iuſque ſacramenti. Adeò vt, ſi
tia baptiſmalis, ſecundum ſe, &
ne ſui, eſt gratia habitualis reg
tiua: ratione actualis annexæ,
ſeruatiua regenerationis: & be
poſitiua ad ſanctam receptione
quorum ſacramentorum; ita
gratia confirmationis, ſeu imp
nis manuum per vnctionem ex
mate in fronte confirmandi, r
ſui eſt gratia habitualis roborat
dei: ratione actual is annexæ, e
diſpoſitiua ad fidem conſtante
tendum. Licet pro initio Eccle
pius cum hac gratia corroborāt
ſibili, quæ eſt proprius, & com
omnibus fidelibus confirmation
ctus, darentur adhuc dona illa
data, modo etiam viſibili, a
rum conuerſionem, quæ iam dil
Eccleſia amplius non dantur, v
dicemus.

Talem demum manuum impo
nem fuiſſe ex mandato Chriſti D
ſignum viſibile inuiſibilis gratiæ

-eſſe Caluinus, licet erret in
ruſalitatis eius; nec non in hoc,
ſerit, tempore quidem Apo-
n, hanc manuum impoſitionē
cramentum, non autem poſtea:
uam enim ipſe, & eius in hoc
;, vt arguamus ad hominem,
ſunt probare ex ſacris litteris
onem gratiæ per hoc ſacramē-
ferendæ, & mandatum de il-
ando in Eccleſia, ad ſolos A-
, & eorum tempus fuiſſe; San.
eres Patres mox citandi, quo.
ioritati pluſquam Caluini fig.
eferre debemus, contrarium
docent, clariſque verbis aiūt
ſtud impoſitionis manuum ab
s vſurpatum, adhuc ſuo tem-
ſe in vſu Eccleſiæ, & gratiam
e, ſolumque in hoc ponunt
n, quod cum Spiritus Sanctus
bus dari modis; primò inuiſi-
ntùm, vt nunc ordinariè datur
tibus Baptiſmum; ſecundo,
iliter, vt fuit datus Apoſtolis
ntecoſtes, & alijs eodem tem-
dilatanda Eccleſiæ primordia;
n tempore, & poſterioribus
tur ſolum modo inuiſibili;
cit, & requiritur ad rationem
ti.

lò igitur veritas noſtræ con-
probatur ex verbo Dei ab A-
Eccleſiæ tradito, quod teſta-
mus, & cognoſcimus per
n Sanctorum Patrum in ea
n.

æcis citari ſolent Clemens
b. 3. conſtit. Apoſt. cap. 17.
ap. 23. Dionyſius Eccleſ.
p. 2. p. 2. & 3. & cap. 4.
Alexandrinus lib. 6. ſtrom.
uſebium lib. 3. cap. 17. vo-
acramentum, *beatum ſignacu-*
illum Domini: Origenes ho-
Leuit. vbi ait; *Donum autem*
itus per olei imaginē deſigna-
l ad cap. 6. epiſt. ad Roman.
ſma viſibile. Euſebius lib. 6.
35. vbi refert de Nouato, *nec*

ſigillo ab Epiſcopo obſignatum fuiſſe, per tale ſigillum intelligens ſacramentum confirmationis. Patres ſynodi Nicenę can. 55. Arabico; & Laodicenſis can. 48. *Oportet eos, qui illuminantur, poſt baptiſma inungi ſupercæleſti Chriſmate, & eſſe regni cæleſtis participes*. Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 3. Epiphanius hæreſi 25. Chriſoſtomus ad cap. 8. act. Apoſt. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 450. Qui tres vltimi cum dicant, hoc fuiſſe in Apoſtolis ſingulare, vt per manuum impoſitionem darent Spiritum Sanctum, propterea que Philippum diaconum tantùm, hanc non habuiſſe poteſtatem, ſatis ſignificant, huiuſmodi manuum impoſitionem nec fuiſſe puram baptiſmi ceremoniam, nec idem cum illo ſacramentum, ſed omnino diſtinctum; vt ſuperiori tomo oſtendimus contra nonnullos hæreticos Orientales, ſect. 10. cap. 13. nec non 18. vbi etiam præfatos patres citauimus, vna cum Latinis, ad probandum contra eoſdem hæreticos Chriſmatis, ſeu confirmationis ſacramentum non conſiſtere in conſecratione, nec in ſubſtantia Chriſmatis, ſed in vſu illius, hoc eſt in obſignatione, vel inunctione frontis per illud cum debita forma. Vndè ibi conſuli poſſunt.

Quod aduerſarij reſpondent, Patres locis citatis non fuiſſe locutos de confirmatione, tanquam de vero proprieque dicto ſacramento, cum eam ita non appellent, merum eſt effugiū; etſi enim nonnulli eorum, ipſum nomen ſacramenti, ei non tribuant, rem tamen nomine ſacramenti ſignificatā, omnes concedunt, terminiſque æquiualentibus beati ſignaculi, vel ſigilli diuini illam explicant; & plures inſuper nomine ſacramenti vtuntur, vt Cyprianus epiſt. 72. Melchiades epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & Auguſtinus, à quo Caluinus vult, quod totū accipiamus, quod pia vetuſtas credidit; ipſe enim ait lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 104. *Sacramentum Chriſ-*

matis

matis in generè ſuorum viſibilium ſacroſanctum eſſe ſicut baptiſmus.

Quare Danæus ad cap.6. controuer. Bellarm. de Confirmatione, negare non valens, iam à primis Eccleſiæ ſeculis, confirmationem, tanquam ſacramentum propriè dictum fuiſſe habitam à tota Eccleſia, ex vnanimi Patrum conſenſu, magis quidem ingenue, ſed nimis inſolenter dicit, *Patres, qui poſt Melchiadem ſummum Pontificem vixerunt*, vixit autem circa annũ Chriſti 311. *dum de laudibus Chriſmatis locuti ſunt*, *fuiſſe* veneno infaſcinatos; S. Hieronymum dialogo contra Luciferianos corrupiſſe locum act.cap. 8. *S. Ambroſium lib.3. de ſacram. cap.2. & lib. de initiandis cap. 7. aſſerentem gratiam Spiritus Sancti dari per Confirmationem, nimium fauiſſe Romanis Epiſcopis, & quod ita ſcripſerit dandum eſſe ſuo errori, ſeu fauori in Romanum Pontificem, non veritati: S. Auguſtinũ agnoſcentem vnctionem è Chriſmate pro ſacramento, ſui ſeculi errore, ſeu naufragio fuiſſe abſorptum; cæteros poſteriores corrupta iam Eccleſiæ doctrina, confirmationem communi errore in ſacramentum recepiſſe*. Hactenus præfatus hæreticus, ad calumnias, deficiente ſibi veritate, confugiens, ac ſe conuertens.

Secunda concluſio. Sacramentum Cõfirmationis fuit à Chriſto Domino inſtitutum, Iſta concluſio eſt de fide, definita in Concilio Tridentino ſeſſ.7. de ſacram. can.1. dicente anathema aſſerentibus, *ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta*; At quia Chriſtũ ea inſtituiſſe dupliciter intelligi poteſt, vel immediate per ſeipſum, vel mediate per Eccleſiam concedendo illi authoritatem etiam determinandi in particulari materiam, & formam alicuius ſacramenti, hinc aliqui doctores putant noſtram concluſionem pertinere ſolum ad fidem abſtrahendo ab immediata, vel mediata inſtitutione, non autem ſub hac expreſſa limitatione, & ſpecificatione (*immediate*) cum ci
noni Tridentino non ſit inſerta
excuſant à nota hæreſis nonnul
ctores vt Alenſem, exiſtimante
mentum Confirmationis fuiſſe
cleſia immediate inſtitutum,
te autem à Chriſto.

Verùm quidquid ſit, an p
ad fidem omnia ſacramenta no
fuiſſe immediatè à Chriſto
inſtituta, cuius tamen pars; a
videtur nobis magis certa; cun
retici non negent, ſed ſolũ qu
firmatio ſit verum, proprieque
ſacramentum, vt probauimu
ſemel ſuppoſito, ſic ad homin
tra illos noſtram demonſtram
cluſionem. Solus Chriſtus D
eſt author, & immediatus i
omnium ſacramentorum noua
vt fatentur aduerſarij; ſed, v
ma concluſione oſtendimus,
matio eſt ſacramentum nou
proprie dictum; immediate
Chriſto Domino fuit inſtituta

Id autem contigiſſe die vltim
communiter admonent doct
antiquiſſima illa traditione, q
fert Fabianus Papa epiſt. 2. ca
habetur de conſecrat. diſt. 3.
litteris veſtris.

Nec obſtet quod huius ſac
inſtitutio ſacris litteris non h
expreſſa, nam vt habet S. Ioan
vlt. multa alia fecit Chriſtus,
ſunt ſcripta, ſed tradita vt tom.
2. oſtendimus; deinde cum ſ
ſtet ex citato loco Act. 8. C
tionem eſſe verum, proprieq
ſacramentum, implicite qu
ſignificata fuit diuina eius in
fatente ipſomet Caluino lib.
cap. 10. ſect. 18. *totam in hoc i*
ſe Apoſtolorum doctrinam, ne
ſeruationibus onerarentur conſ
cum ergo nihil contra ſuam do
fecerint, dicendum eſt hanc n
impoſitionem, in qua ſacram
confirmationis conſiſtit, ab ill
emanaſſe, ſed à Chriſto inſtitu

olis demandatam fuiſſe, aliàs
Caluini principium,illa nunquã
ſſent, totum in hoc ipſis incum-
us, ne nouis obſeruationibus
entur conſcientiæ. Demùm,
er accidens ſe habeat ad ra-
Sacramenti, quod eius inſti-
el mãdatum ſacris litteris con-
r, ſiquidem ante omnem Scri-
noui teſtamenti, Baptiſmus,
hariſtia verè, & propriè fue-
cramenta, ineptum eſt argu-
n contra veritatem Sacramen-
firmationis, Diuinæque eius
ionis, quod in Scriptura non
reſſa mentio talis inſtitutio-

a concluſio. Materia remota
enti Confirmationis, eſt Chriſ-
compoſitum ex oleo, & bal-
enedictum ab Epiſcopo con-
iſta concluſio eſt de fide de-
decreto Eugenij in Concilio
no; item in Concilio Triden-
7. can. 2. Ratio à priori, eſt
iſti Domini inſtitutio, quæ,
habeatur expreſsè in Scri-
rtò tamen nobis conſtat ex
e, vnanimi Patrum ſuperius
authoritate conteſtata, qui
neminerunt Chriſmatis, tan-
ateriæ huius Sacramenti. Cõ-
optima eſt, quia materia
ntorum debet aliquam habe-
giam cum proprio eorum ef-
patet in Baptiſmo, & Eucha-
tur, cum proprius Sacramen-
mationis effectus, ſit confer-
m roboris ad pugnandum, &
am fidem coram tyrannis;
us rectè deſignatur per ipsũ
& eius vnctionem; nam
nctione roborantur, conue-
hriſtus Dominus pro mate-
Sacramenti Sacrum inſti-
ſma confectum ex oleo ſi-
alſamo, benedictum ab Epi-
nſecrato.
citur ex *oleo*, debet intelligi
liuarum. Quare ſub pœna

nullitatis Sacramenti adhibebitur oleum ex nucibus, ex piſcibus, ex ſemine lini, & amygdalis, quia hæc & ſimilia non ſunt ſimpliciter olea; ſecus autem oleũ ex oleaſtris, hoc eſt oliuis ſylueſtribus; cum enim ſimpliciter, & in omnium vſu oleum ſit, ſufficienter, ac legitimè adhiberi poſſe communiter aſſerunt Doctores.

Dum dicitur ex balſamo, ſumitur pro ſucco pingui, & odorato arbuſculæ cubitalis, quæ propriè vocatur *balſamum*, dictus autem ſuccus *opobalſamum*; lignum eius *Xylobalſamum*, & fructus *Carpobalſamum*; cum autem balſamum aliud ſit Palæſtinum, ſiue Syriacum, aliud Indicum, cum æquè ſint vera balſama, quodcumque ex illis ſufficit ad materiam huius Sacramenti, & ita plures Summos Pontifices declaraſſe, conceſſiſſeque poteſtatem conficiendi Chriſma in India, ex ipſius balſamo teſtatur Bellarminus lib. de hoc Sacram. Sufficere autem parum balſami, quamuis in multo oleo, ita tamen, vt olei partes ſuſcipiant odorem balſami, communis eſt Doctorum ſententia. Diſsident tamen an admixtio talis balſami ſit de eſſentia præfatæ materiæ Sacramenti Confirmationis; aliqui enim Doctores, vt Caietanus 3. part. q. 72. art. 2. Gregorius de Valentia ibid. diſput. 5. q. 1. alijque plures ab eo relati, docent ſufficere ſolum oleum, balſamumque eſſe tantùm de neceſſitate præcepti; imo apud eumdem Gregorium, Melchior Canus docet ſufficere alterutrum, ſiue ſolum oleum, ſiue balſamum ſolum. Nihilominus oppoſita ſententia, vt magis communis, ita & magis certa eſt, cum qua exiſtimo, admixtionem balſami eſſe de eſſentia materiæ huius Sacramenti. Etſi enim id expreſsè non habeatur definitum in decreto Eugenij, modus tamen loquendi id ſatis ſignificare videtur, tùm quia abſolutè dicit, Chriſma eſſe huius Sacramenti materiam, tùm quia ibidem agens de

eius miniſtro, ait *Ordinarium eſſe Epiſcopum*, addit tamen, *proditum eſſe memoriæ ſimplicem Sacerdotem, tanquam miniſtrum extraordinarium Sacramentum hoc ex diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ adminiſtraſſe*: ſi autem intellexiſſet, illud quoque poſſe validè adminiſtrari in puro oleo, per Epiſcopum benedicto, non minus illud notaſſet, quam iſtud. Tum quia Patres locis ſuperius citatis; vt plurimum vocant materiam eſſentialem Confirmationis Chriſma, cuius nomine non intelligi purum oleum ab Epiſcopo benedictū, ſed mixtum ex illo, & balſamo, ſatis patet, docetque expreſsè Catechiſmus Tridentinus 2. p. cap. 3. Sique nonnunquam aliqui ex dictis Patribus materiam Confirmationis vocant oleum, id faciunt, non quod illud ſolùm putent, eſſe materiam ſufficientē Confirmationis, ſed quod plerumque res denominentur à maiore parte ſui; qualis eſt oleum in hoc mixto; cum in ea tantùm quantitate ſufficiat balſamum adhibere, qua omnes compoſiti partes recipiendo odorem, aliqualiter alterentur, quod exigua quātitate balſami poſſe perfici, quotidiana conſtat experientia.

Demum, quod dicitur Chriſma debere eſſe benedictum ab Epiſcopo conſecrato, id docent omnes Theologi, ſolùmque controuertitur inter illos primo, an ſit de eſſentia huius materiæ talis benedictio Epiſcopalis; ſecundò, an ſimplici Sacerdoti illa committi poſſit; non deſunt enim aliqui Doctores aſſerentes, eam eſſe tantùm de præcepto; aut verò aliquā benedictionem materiæ huius Sacramenti eſſe quidem de illius neceſſitate, non tamen abſolutè, vel ſimpliciter requiri, quod ſit Epiſcopalis, ſed Presbyteralem ſufficere, & Epiſcopalem requiri tantùm ex præcepto. Nihilominus oppoſita ſententia, quam communiter tenent Theologi cum Diuo Thoma 3. p. q. 72. art. 3. videtur longè verior, nimirum de eſſentia,

ſeu neceſſitate huius Sacram
quod Chriſma ſit conſecra
Epiſcopo; cuius ratio à pri
non eſt, cæteræ ſiquidē allatæ
logis ſolam congruentiam p
quam Chriſti Domini inſtitu
luntas, ex traditione nobis c
antiquiſſimo, & continuato
vſu, nec non vnanimi Patru
monio; Quare Eugenius in
expreſſis verbis ait: *Chriſm
ctū ab Epiſcopo eſſe Confirmat
teriam*. Dumque ibi notat fu
ceſſum presbyteris aliquand
ſpenſatione Sedis Apoſtolicæ
firmarent, ſed Chriſmate ta
Epiſcopum conſecrato, hac
obſeruatione indicare volui
eſſe Epiſcopi conſecrare Ch
nullo modo ſimplicis Sacer

Ad hanc autem benedi
Chriſtus Dominus non dete
certam aliquam formam, au
benedicendi, ſed tantùm
Chriſma eſſe benedicendum
verò, & ritum benedictioni
Eccleſiæ: vndè Theologi c
ter docent, quamlibet Chriſ
nedictionem factam per Epi
cum intentione, & inuocati
ritus Sancti, eſſe ſufficientem
ſtantiam Confirmationis, q
ex hac parte requiritur in
eius remota. Peccaret tame
uiter Epiſcopus, qui forma
benedictionis ab Eccleſia de
tam omitteret.

Porrò per hanc benedictio
hil reale Chriſmati imprim
tunc ſolùm imperium Dei, i
dictione contentum intimatu
tentia eius obedientialis ma
ti determinatur, vt ſit proxim
ad cauſandam gratiam Con
nis, vbi, & quando, debito n
non ſubiecto ritè diſpoſito
bitur.

Contra hanc tertiam con
primò obijci poteſt, tempo
ſtolorum, Confirmationem

ateria ſolam, & nudam manuũ
tionem, vt patet ex ijs Scriptu-
is, quibus probatum fuit illam
cramentum; aut igitur modò
Sacramentum, aut ſi eſt Sacra-
n, materia eius remota non
um balſamo mixtum, ſed ad
m præfata manuum impoſitio,
ratione Sacramenti nouæ le-
vt habeat certam, & fixam
ſibilem pro ſua materia à tem-
æ inſtitutionis per Chriſtum
ſque ad finem Eccleſiæ.
ondent aliqui tunc fuiſſe diſ-
m cum Apoſtolis, vt ſola ma-
npoſitione confirmarent; quo-
tentiæ fauet Concilium Mo-
m Prouinciale celebratum
49. cap. 18. dicens, Apoſto-
fuiſſe vſos externa vnctione
tis, ſed ſola manuum impo-
ſed hæc ſententia non eſt au-
nec Concilium illud, quod
culare, illam ſequens; negan-
antecedens argumenti, qua-
tendit ſolam manum impo-
fuiſſe materiam Confirma-
Apoſtolos adminiſtratæ, ſi-
nate; tùm quia ex Fabiano
l. citata, Apoſtoli obſerua-
uetudinẽ conficiendi Chriſ-
m huius Sacramenti: tum
ionyſius, qui vixit Apoſtolo-
ore, loquens de hoc Sacra-
neminit Chriſmatis, quod
, ac Deificum vnguentum
Patres antiquiſſimi, vt S.Cy-
S.Hieronymus, S. Auguſti-
ij ſupra citati, dicunt Ec-
cepiſſe *morem confirmandi*
s; vndè cum Patres illi do-
firmationem fuiſſe ſuo tẽ-
tam in Chriſmate, exiſti-
am, tanquam quid à maio-
ptum, in eadem materia
tam ab Apoſtolis; tùm de-
nulla videtur ſufficiens ra-
vſi non fuerint, non raritas
uia ad Chriſma conficien-
eſt balſamo in quantitate

parua, vt mox diximus, & in illa regione facilè haberi poterat: non item multitudo confirmandorum, quia quemadmodum potuerunt vno die baptizare tria hominum millia Act. 2, ita & confirmare, cum non multo plus laboris, aut temporis videatur requiri in ſignanda fronte baptizati ex Chriſmate per modum Crucis, quam in baptizando homine. Dicendum ergo, ſicut nunc, ita & tunc Chriſma fuiſſe materiam remotã huius Sacramenti, proximam verò impoſitionem manuum, illis inungendo Chriſmate frontem baptizati, vt dicetur concluſione ſequenti: hæc enim ſola vnctio eſt propriè Sacramentum; non verò alia, quæ ex inſtitutione Eccleſiæ, fit in vertice baptizati; cuius meminit S.Hieronymus dial. contra Luciferian. cum enim dixiſſet, *Sacracramentum Confirmationis per ſolos Epiſcopos adminiſtrari*, ſubiunxit, *non licere presbyteris ſine chriſmate baptizare*; quam ceremoniam à S. Syluestro fuiſſe inſtitutam, docet poſt Damaſum in vita eius, Rabanus Maurus lib. 1. de inſtitut. cleric. cap. 8. vel potius renouatam, aut de nouo præceptam; cum nonnulli Patres S. Syluestro antiquiores, vt vidimus ſupra, expreſſam illius mentionem faciant.

Obijcitur ſecundò, omnia legalia fuiſſe abrogata per Chriſtum; at vnctio ex oleo balſamato, eſt aliquod legale ſumptum ex veteri teſtamento; non poteſt ergo eſſe materia alicuius Sacramenti nouæ legis.

Reſpondetur, hoc argumentum nullius prorſus eſſe momenti, quod non minus pugnat contra baptiſmũ, & Euchariſtiam, quæ tamen aduerſarij admittunt eſſe vera nouæ legis Sacramenta; aliqua ſiquidem legalia veteris Teſtamenti conſiſtebant in lotione aquæ, vt patet Leuit. cap. 6, 11. 13. & 14. item & aliqua illorum in pane, vt patet de panibus propoſitionum, & azymis, & primitiarum. Quam ergo dabunt aduerſarij ſolu-

tionem huic rationi contra hæc duo Sacramenta æquè procedenti, adhibebitur propoſito argumento. Interim reſpondetur, quod alias ſæpius diximus, præſertim ſuperiori tomo ſect. 10. cap. 6. nimirum legalia fuiſſe per Chriſtum abrogata, quatenus propriè, & formaliter erant legalia, atque adeo erant peculiaria legi Moſaicæ: quo pacto vnctio ex chriſmate, in qua conficitur Sacramentum Confirmationis non adhibetur à nobis, ſed tanquam ſignum à Chriſto Domino inſtitutum, practicum gratiæ ſanctificantis; vndè ſolummodò ſecundum ſuum materiale eſt communis legi Chriſtianæ, & Moſaicæ; ſicut & illæ lotiones aquæ, & panes veteris Teſtamenti, baptiſmo, & Euchariſtiæ. Proptereaque ſicut hæc duo Sacramenta poſſunt dici deſumpta ex veteri Teſtamento, quia ibi fuerant adumbrata, vt patet ex illorum figuris; ita quoque nonnulli Patres rectè dicunt, vnctionem confirmatiuam fuiſſe deſumptam ex illo, non quo ad ſui inſtitutionem, hoc enim fuit reſeruatum nouo Teſtamento, ſed quoad deſignationem, & præfigurationem, quatenus præfigurata fuit in veteri Teſtamento per aliquas ipſius vnctiones.

Tertiò obijciunt, balſamum iam à longo tempore perijſſe, ita docente Plinio lib. 12. hiſt. c. 25. igitur Chriſma non eſt remota materia Sacramēti Confirmationis; nam talis materia cuiuslibet Sacramenti nouæ legis, tandiu debet durare, quandiu durat Eccleſia, Deindè etiamſi adhuc extaret verum balſamum, eſt tamen valdè rarum, & ſub magni Turcarum Imperatoris ditione poſitum; non eſt autem veriſimile, Chriſtum voluiſſe inſtituere vnum nouæ legis Sacramentum in materia tam rara, cuiuſque infideles eſſent domini. Hæc ſunt nugacia quorumdam ſectariorum argumenta.

Reſpondetur, falſum eſſe, quod verum balſamum perierit; ſique de

præterito tempore id retulit
vt ſignificat illa particula *q*
qua vtitur, forſanque falsò,
plura; ſuo nihilominus tempo
ſubdit balſamum impleſſe col
re vitium; nec tam hodie raru
quin pluſquam millies ſuffic
ad confectionem Chriſmatis
que poſſit indè vbi naſcitur
ras transferri mundi regione
alia plura non minus rara, n
pretioſa transferri ad delitias
laboribus in dies cernimus
regio vbi modo reperitur ſit
ne infidelium, per accidens
impedit, quin facilè inde, ſic
quando erat ſub ditione Ch
rum, aſportetur.

Quarta concluſio, vnctio
mate, id eſt ex oleo balſama
dicto, quæ ab Epiſcopo per
ſeu figuram Crucis, ipſo
dextero pollice fiat in front
mandi, eſt materia proxim
menti Confirmationis. Iſta
ſio quoad vnctionem ex Ch
eſt de fide; patetque primò
ratione materiæ proximæ c
in hoc, quod ſit actualis vſu
remoræ, quæ in Confirmati
ſit Chriſma, ſeu oleum bal
aliuſque actualis eius vſus
poſſit, quam vnctio ex eo fa
in Sacramento baptiſmi
aqua, neceſſariò fatendum,
in hac ablutione cōſiſtit ma
xima Baptiſmi, ita & in pr
ctione ex Chriſmate conſiſti
liter materia proxima Co
nis. Secundò probatur ex
Patres communiter vocent
cramentum vnctionem, no
tè ratione, niſi quia ſicut C
materia illius remota, ita &
proxima. Imo, cum inunct
pali manu facta in fronte c
di, ſit quædam manus impo
in illis Act. Apoſtol. locis ca
ex quibus probatur Sacra
Confirmationis, impoſition

us ab Apoſtolis factæ habeatur tio, credendum eſt illa eadem ſi- catam nobis fuiſſe, huiuſmodi ctionem; ſuppoſita ſiquidem tra- ne materiæ remotæ huius Sacra- ti, de alia manuum impoſitione us eſſentiam requiſita rationabi- intelligi non poſſunt, quam de- tiua in fronte confirmandi.

icitur confirmatiuam vnctionem, ianuum impoſitionem debere n fronte; quia Confirmatio da- d conſequendum robur gratiæ, n erubeſcamus confiteri Chriſtū ue fidem; igitur cum frons cen- eſſe pudoris, ac verecundiæ ſe- indè frons in confirmatione ſi- r, & vngitur; interdumque Pa- ocant hoc Sacramentum, *Signa- in fronte*; Cyrillus Hieroſoly- us catecheſi 3. & Auguſtinus in 41.

um autem vnctio huius partis c Sacramento eſſentialis, non em Doctorum ſententia, aliqui vt Ledeſma apud Suarem de n. diſp. 33. ſect. 3. exiſtimant nem factam in alia parte ſuffi- lij verò eſſentialiter requiri, vt fronte; quod tamen nonnulli tant eſſe temperandum, vt ſi onte careat, non propterea hoc iento priuari debeat; ſed quem- um in Sacraméto extremæ vn- vbi quis caret brachio, aut al- te, quæ ſolet inungi, tunc in- ſit in ea parte, quę ipſi brachio, qua caret eſt propinquior: ita n præſenti caſu fiet in ea parte quæ vel tenet locum frontis, eſt proxima. Vndè quando Pontifices, Concilia, & Patres unt vnctionem fieri debere e, loquuntur de eo, quod de- i ordinariè, & extra caſum ne- s; qui tamen caſus, quia eſt rus, alter verò pro Sacramen- onis frequentior, idcircò Ri- uius meminerunt, & non il- que inter nonnullos Orientis Chriſtianos in alijs præter frontem partibus fit inunctio, hoc non ad eſ- ſentiam, vel neceſſitatem Sacramenti, ſed tantùm ad ceremoniam pertinet, vt ſuperiori tomo notauimus ſect. 10.

Inunctionem autem iſtam debere fieri per modum crucis, docent com- muniter Theologi, quia, vt aiunt, il- lud eſt de neceſſitate alicuius Sacra- menti, quod per verba eſſentialia for- mæ exprimitur fieri à miniſtro; ſed in- vnctio facta per modum crucis expri- mitur hac particula formæ huius Sa- cramenti, *conſigno te ſigno Crucis*, quā concluſione ſequenti oſtendemus per- tinere ad eſſentiam formæ illius; talis ergo inunctio per modum crucis de- bet fieri ex neceſſitate Sacramenti.

Fieri tandem debere eamdem inun- ctionem manu, ſeu digito Epiſcopi conueniunt pariter Doctores, quia Sacramentum hoc eſt quędam manuū impoſitio etiam eſſentialiter, vt dixi- mus, nam Apoſtoli eodem ritu eſſen- tiali confirmabant, quo nunc Epi- ſcopi: at nulla præter hanc inunctiuā impoſitionem manuum poteſt aſſigna- ri in Confirmatione, ea igitur debet fieri immediatè manu, ſeu digito Epi- ſcopi. Dicitur, manu, ſeu digito, quia non eſt de neceſſitate huius Sa- cramenti, vt fiat pollice dextro, ſed ad ſummum ex neceſſitate præcepti, ad decentiam, & maiorem commo- ditatem, vt pręſcribitur in Pontificali. Quod tranſgredi, ſeu alia manu, quā dextera, aut alio eius digito, quam pollice inungere, licet aliqui putent eſſe illicitum mortaliter, nihilominus alij id negant, quia non videtur va- riatio eſſentialis, nec in re graui.

Maior eſt difficultas, ipſone digito immediatè debeat vnctio fieri, an poſ- ſit aliquo medio inſtrumento, v. g. modico goſſipio, vel argentea virgu- la tempore peſtis? conſentientibus enim omnibus, quod ad licitum vſum, immediatè debere fieri, ſecus eſſe pec- catum mortale, quia hæc res videtur grauior, quam quod modo dicebatur

de

de alia manu, & digito quàm dexteris; diuiſi ſunt quoad valorem, non pauci enim docent inualidum eſſe hoc Sacramentum, ſi mediante inſtrumẽto fiat vnctio, quia iam nulla eſſet manuum impoſitio, qua tamen à primis Eccleſiæ exordijs, ſemper collatum eſſe hoc Sacramentum, conſtat ex Apoſtolorum vſu. Alij autem aſſerunt eſſe validum, quia inquiunt, non videtur credibile, Chriſtum Dominum inſtituiſſe, vt eſſentia tanti Sacramẽti penderet, ab eiuſmodi immediatione. Quocirca ſicuti poteſt validè conferri Sacramentum Baptiſmi, & Extremæ Vnctionis medio inſtrumento, & quidem vrgente neceſſitate, v.g. tempore peſtis, etiam licitè, ita in Confirmatione. Neque obſtat, præfatus Apoſtolorum vſus, nam qui facit aliquid ſua manu tenente inſtrumentum, ſatis verè, ſatiſque propriè ſua manu, atque adeò ſuæ manus impoſitione facere dicitur. Stante tamen dubio, vbi quis in caſu neceſſitatis ſic confirmatus eſſet, crederem cum alijs, iterum eſſe ſub conditione confirmandum.

Quinta concluſio. Forma Sacramenti Confirmationis eſt hæc, vel alia ei æquiualens: *Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* In hac concluſione concordant omnes Theologi; quaque traditione Patres docent Apoſtolos fuiſſe vſos Chriſmate in conferenda Confirmatione, eadem etiam credendum eſt, eos vſos fuiſſe dicta forma, vel alia æquiualenti, cum vnum inferat aliud. Quare ſicut licet non habeatur in ſacris litteris, Apoſtolos baptizantes pronuntiaſse hanc formam, *Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*; nihilominus eo ipſo quo legimus eos baptizaſſe, ſatis intelligimus hanc etiam adhibuiſſe formam, quia eſt eſſentialis baptiſmo, vt ipſimet Sectarij fatentur: ita vbi dicuntur Apoſtoli con-

firmaſſe, aut impoſuiſſe manus
gendo frontẽ cõfirmandi Sacro
mate, ſimul etiam denotatur
præfata, vel ſimili forma vſos
Vnde quoque ſicut ipſa traditio
vllo expreſſo verbo Dei ſcripto
tale nullũ extat) nobis ſufficit,
damus, opus eſſe in baptiſmo
cta forma: ita & in hoc Sacra
ſufficit eadẽ traditio, pro form
borum huic Sacramento conf
adhibenda. Ad quam adhuc
tionem, non eſt abſolutè neceſſ
libro aliquo initio naſcentis E
compoſito, deſcripta reperiatur
tunc Sancti Patres, ne viderẽtu
gare myſteria noſtræ fidei, mu
illis de induſtria reticuerint,
ctus Thomas notat 3. p. q. 71.
ad 1. & S. Baſilius ante illum e
Amphilochium; ſed ſatis eſt,
pro tali agnoſcatur ab vniuerſa
ſia, & à primis Eccleſiæ temp
quaſi de manu ad manum viu
oraculo ſit per prædeceſſores p
tranſmiſſa. Si enim, ad hoc vt a
ſit de ſubſtantia alicuius Sacra
vel formæ illius, non requiritu
habeatur in Sacris litteris, ita
ninò per accidens, ad ratione
traditionis, quod alicubi h
ſcripta: cuius manifeſtum arg
tum, & exemplum tenemus in
quæ opponebatur S. Cypriano,
Africæ Epiſcopis contendenti
ptizatos ab hæreticis rebapti
eſſe, & per quam ſolam, tan
per argumentum irrefragabile
opinio fuit condemnata, vt e
S. Auguſtinum paſſim libris de
mo contra Donatiſtas; huiuſm
quidem traditio non oſtendeba
ſcripta in aliquo veteri libro
dentium ſæculorum, ſed tantù
ſeruata in hominum memoria
antiquis ad poſteros deriuata
fidem faciebat cõmunis Eccle
ſenſus, quæ eſt columna, &
mentum veritatis, in cuiuſqu
quam fideliſſimæ cuſtodis man

C

us depoſuerat; nam, vt rectè
uus Auguſtinus lib. 4. de Ba-
cap.4. *Quod vniuerſa tenet Ec-*
nec Concilijs inſtitutum, ſed ſem-
entum eſt, nonniſi authoritate
lica traditum rectiſſimè creditur.
terquam dici poteſt, nonnullos
antiquos Patres præfatæ formę
iſſe, vel alluſiſſe ad illam; vt
ſ. lib. de initiandis cap. 7. Pa-
oncilij Conſtantinopolitani I.
vbi dicunt ſe adminiſtrare hoc
entum baptizatis non confir-
edeuntibus ab hæreſi ad Ec-
ſignando eos Sancto Chriſ-
dicendo *Signaculum Spiritus*
quæ verba, vt refert Arcudius
e Sacram. cap. 6. & 7. ſunt for-
s Sacramenti apud Græcos,
ud ſufficere conatur idem au-
bare, reducendo eorum ſen-
formalem ſenſum formæ in
one aſſignatæ. Item D. Au-
ſerm. de diuerſis queſt. cap. 2.
ephanum habuiſſe in fronte ſua
atris, & Filij, & Spiritus Sã-
nimirum acceperat ab ali-
ſtolorum Sacramentum hoc,
fronte exhibetur, ſub forma
n exprimente actum conſi-
s, & explicitam Trinitatis in-
em. Indeque Eugenius in
ta definiuit.

autem eſt, quia ea eſt con-
forma alicuius Sacramenti,
imitur cauſa præcipua, mini-
ſuſcipiens, actus, & effectus
axime quando conſiſtit in
t patet ex forma Baptiſmi;
rmam Confirmationis in
ne aſſignatam explicantur
; cauſa nimirum præcipua,
ulam, *In nomine Patris, &c.*
lis, & actus etiam exercitus,
que effectu, charactere ſcili-
tia roborante per particulas
nfirmo Chriſmate ſalutis, ſu-
er particulam *te*; ergo hæc,
æquiualens eſt legitima, &
s forma huius Sacramenti.

Præfatas autem omnes huius formæ particulas, vel alias æquiualentes eſſe ei eſſentiales communis eſt Doctorum Catholicorum ſententia; probantque primò de his, *Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis*; quia tam ſubiectum, quam ipſe actus confirmantis debet per formã exprimi, ſicut & in forma baptiſmi; ſed vnum ex iſtis duobus non ſufficit; nam ſi tantum dicatur *confirmo*, non exprimitur conſignatio, quæ huic ſacramento eſt eſſentialis; ſi autem omittatur *confirmo*, non ſatis explicatur effectus principalis, nimirũ gratia roboris; vtrumque igitur requiritur ad eſſentiam formæ, ſeu ad valorem ſacramenti ex parte formæ. Et quia actus iſte non eſt quæcumque conſignatio, ſed quæ fiat eſſentialiter vnctione Chriſmatis, quæque non ſatis exprimitur verbo illo, *conſigno*, aut iſto, *confirmo*, ſicut in baptiſmo ablutio aquæ ſufficienter ſignificatur per verbum *baptizo*, ideò hæc quoque particula, *Chriſmate*, eſt huic formæ eſſentialis. Sicut & iſtæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, aut aliæ eis æquiualentes, eodem pacto, & ob eaſdem rationes, quibus ſunt eſſentiales formæ baptiſmi, quia exprimunt cauſam principalem huius ſacramenti, & homo per hoc ſacramentum deputatur ad fidei Chriſtianæ profeſſionem, cuius præcipuum myſterium eſt Sanctiſſima Trinitas.

Communiter etiam docent Theologi iſtam formam, vel quamcumque aliam habentem eundem ſenſum cum ipſa, ſemper fore ſufficientem, & validam, ſiue enuntietur per indicatiuum, ſiue per imperatiuum; ſicut dicitur de illa forma baptiſmi Græcorum; *Baptizetur ſeruus Chriſti &c.*

An autem Confirmatio licitè poſſit ſub tali modo adminiſtrari, etſi negãt communiter Doctores, diſſentiunt tamen circa grauitatem peccati, quod fore mortale putant aliqui, quia ſic
fieret

fieret contra vſum Eccleſiæ vniuerſalis tum Latinæ, vt certum eſt, tum Græcæ, cui conceſſum quidem fuit ſub modo imperatiuo baptiſmum conferre, nunquam verò confirmationem, ſed alij excuſant à mortali, quia, dum certa, & rata manet, quo ad valorem, forma, non admodum grauis eiuſmodi mutatio eſſe videtur. At fatentur omnes inualidam fore, & conſequenter mortaliter illicitam formam deprecatiuam; v. g. ſi dicatur, *dignetur Sanctiſſima Trinitas*, vel *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus cõſignare te, & confirmare te Chriſmate ſalutis*.

Neque fauet, quod S. Ambroſius lib. 2. de Sacram. cap. 7. videatur ponere formam huius Sacramenti deprecatiuam; ibi enim non agit de vnctione confirmatiua, ſeu quæ ſit Sacramentum; ſed de ceremoniali tãtum, quæ etiam adminiſtretur per ſimplicem Sacerdotem in baptiſmo; nam de vnctione, quæ eſt Sacramentum, agit libro ſequenti cap. 2. quando poſt baptiſmi explicationem ita caput iſtud inchoat, *ſequitur ſpiritale ſignaculum*, id eſt, Sacramentum Confirmationis.

Sexta concluſio. Sacramentum Confirmationis imprimit characterẽ. Iſta concluſio eſt de fide, definita ab Eugenio in decreto, & nouiſſimè in Concilio Tridentino ſeſſ. 7. de Sacramentis in genere can. 9. Cuius traditio primùm colligitur ex Patribus, præſertim ex Diuo Auguſtino lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 104. & 108. æquiparante Confirmationem, quam ibi vocat expreſsè *Sacramentũ Chriſmatis*, cum baptiſmo, quo ad nõ iterationem, vndè ſicut non iteratio baptiſmi fũdatur in impreſſione characteris, ita quoque, & non iteratio ſacramenti Confirmationis. Secundò ex vſu, & praxi vniuerſalis Eccleſiæ, qua ob eamdem rationem hoc ſacramentum, ſemel validè collatum, nunquam fuit iteratum, ſicut nec baptiſ-

mus. Nam quod can. 7.
Conſtantinopolitani II. iubet
ticos ibi recenſitos, redeunte
cleſiam, vngi chriſmate, ſe
mari, non intelligitur de ite
confirmationis, ſed de certis
dam hæreticis, qui validè
nunquam receperant hoc ſac
Confirmationis, vt expreſ
Theodoretus lib. 3. hæret. f
Nouato. Vndè qui ſciens, &
iterat hoc ſacramentum in
numero homine baptizato
mortaliter, ob illas eaſdem
propter quas peccat mortal
baptiſmum iterat, non tan
contrahit irregularitatem,
iterat baptiſmum, ex comi
ctorum ſententia. Quia ex
illud ſolum delictum induc
laritatem, quod expreſsè iu
nunt. At nullum ius com
uenitur, quod delicto iterat
mationis irregularitatem
per illud ergo non contrahit
laritas.

Ratio autem à priori no
cluſionis eſt diuina volunta
inſtitutum fuit hoc ſacrame
præter gratiam, imprimeret
characterem; congruenterq
turam ipſius; nam illud om
mentum, quo homo ſpecial
tatur ad cultum Dei, tanq
prium munus, imprimit ch
ſuſcipienti illud; ſed, vt d
tres, baptizatus recipiendo
tum Confirmationis depu
cialiter, vt ſit ex officio mil
fidem eius ex officio propu
& quando occaſio occurre
Tyrannis; illud ergo impri
cterem; ſiue per illud in b
tanquam in ſtrenuis Chriſti
recipitur character ſui Imp

Character autem Confi
ſpectatus iuxta legem Dei
ita ſupponit eſſentialiter ch
Baptiſmi, in eo cui ſacra
Confirmationis confertur;

ante baptiſmum eſſet nul- inualidum, nec ex conſequē- meret characterem. Si qui- us eſt hominem fieri ſimplex um Chriſti, & Eccleſiæ per ium, tanquam per regenera- ſpiritualem, quam fieri mili- s, atque ex ſpeciali officio i ad Chriſti, & eius Eccleſiæ ; Igitur cum per characterem ationis transferatur homo à riſtianæ infantiæ, vel ſimpli- bri Chriſti, & eius Eccleſiæ, n ætatis virilis, ac militis; , quod recipiat characterem, quam characterem Confir- .

amen character Sacramenti ationis non eſt tantùm ali- nſio characteris baptiſmalis, aliqua ſolùm partialis enti- erraddita, ſed eſt ſpecialis entitas realis à charactere realiter diſtincta; vt docent iter Theologi, ſatiſque pa- ex eo, quod Baptiſmus, & tio ſunt ſacramenta nouæ iter, & eſſentialiter diſtin- e adeò debent habere pro- ctus, quales ſunt characte- a impreſſi, eodem modo di- tùm ex eo, quod Patres, & quando loquuntur de cha- ſacramentorum nouæ le- t abſolutè illos eſſe tres; è dicerent, cum duo tan- loquendo propriè, baptiſ- m, & Ordinis, ſi character i Confirmationis non eſſet & eſſentialiter diſtinctus à baptiſmali, & vterque à Ordinis.

a concluſio. Sacramenta- quam vt proprium effectū, io in ratione ſacramenti us alijs diſtincti, confert rite diſpoſito illam ſuſci- gratia roboris; Sacramen- rmationis conferre gratiā, t ex dictis de omnibus ſa- cramentis nouæ legis, nec non de iſto in particulari; in hac concluſione explicatur, quænam ſit ſpecialis gra- tia per illud collata, dicimuſque cum omnibus Theologis poſt Diuum Thomam 3. p. quæſt. 72. art. 4. 5. & 7. eſſe *gratiam roboris*, per quam in- telligitur habitualis gratia ſanctifi- cans, quatenus per ſe, ſibique anne- xas gratias actuales, eſt animæ robo- ratiua in fide, & religione Chriſtiana; vel connotat pactum aliquod inter Deum, & ſuſcipientem de dandis, & accipiendis, tempore & loco cōgruis, quibuſdam ſpecialibus diuinæ gratiæ auxilijs, ad fidem Chriſti Domini fortiter profitendam coram tyranno. Cuius probatio habetur primùm ex Melchiade Papa, qui in ſua decretali epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ, ex- plicans proprium vtriuſque ſacramē- ti, Baptiſmi ſcilicet, & Confirmatio- nis effectum, ait: *In Baptiſmo regene- ramur ad vitam; poſt Baptiſmum, Con- firmamur ad pugnā; in Baptiſmo ablui- mur, poſt baptiſmum roboramur.* Item ex Tertulliano lib. de reſurrectione carnis cap. 8. vbi loquens de tribus Sacramentis, quæ in primitiua Ec- cleſia ſimul, ſeu vnum ſtatim poſt aliud conferebantur, nimirum baptiſ- mo, Confirmatione, & Euchariſtia; ſic de Confirmatione ſcribit; *Caro vngitur, vt anima conſecretur, caro vngitur, vt & anima muniatur*; quibus verbis explicantur duo ſpeciales hu- ius Sacramenti effectus, character ab illo impreſſus illis, *vt anima conſecre- tur*, eſt enim conſecratio rei alicuius ad ſpecialem Dei cultum deputatio; iſtis autem, *vt & anima muniatur*, gratia roboris; quæ verò ſubiungit, *Caro manus impoſitione adumbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur*, ſignificāt ſeptem dona Spiritus Sancti, quæ per hoc ſacramentum ſpeciali titulo con- feruntur iam baptizatis, vt ſtatim dicetur. Idem quoque docet Diuus Hieronymus dialogo aduerſus Luci- ferianos cap. 4. nimirum, *Epiſcopos* *per*

per impoſitionem manuum, quam faciunt ſupra baptizatos, id eſt, per Sacramentum Confirmationis, *dare illis Spiritum Sanctum*, id eſt, gratiam, quæ fuit collata Apoſtolis per deſcenſum Spiritus Sancti ſupra illos; quamque epiſt. 150. ad Hedibiam quæſt. 9. ait, fuiſſe gratiam roboris, ad Euangelizandum Chriſtum, & profitendam eius fidem coram Principibus, & tyrannis; vndè notat eos ante iſtud fuiſſe timidos, at accepta tali gratia fuiſſe admodum fortes. Eiuſdem denique gratiæ meminit Eucherius Lugdunenſis homil. in die Pentecoſtes; *Quia*, inquit, *in hoc mundo tota ætate victuris, inter viſibiles hoſtes, ad pericula gradiendum eſt, in Baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt Baptiſmum, Confirmamur ad pugnam, in Baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur*.

Hæc autem ſpecialis gratia roboris, quæ per Sacramentum Confirmationis datur, ſupponit quoque in ſuo ſubiecto, ſeu in ſuſcipiente, iuxta legem ordinariam, gratiam Sacramento Baptiſmi propriam. Vt docent omnes Theologi ex authoritate Sancti Hieronymi citato loco aduerſus Luciferianos; vbi docet Arianos, qui errabant circa formam Baptiſmi, & quorum Baptiſmus conſequenter nullus erat, non poſſe per Confirmationis Sacramentum accipere Spiritum Sanctum, ex eo quod non ſint conſecuti per Baptiſmum, vt pote nullum, remiſſionem peccatorum. *Quomodo*, inquit, *Spiritum Sanctum ab Eccleſia recipiet, qui nec dum remiſſionem peccatorum conſecutus eſt*. Tum ex alijs Patrum authoritatibus, quibus agendo de hoc Sacramento, dicunt, per eius gratiam perfici, & conſummari gratiam baptiſmi; quod enim perficitur, & conſummatur, ſupponitur iam habere ſuum eſſe, ſiue exiſtere in illo, in quo perficitur, & conſummatur.

Vndè ſi ſacramentalis gratia Confirmationis, & ſacramentalis gratia Baptiſmi comparentur inter ſe, penes

id quod illarum vtraque add
gratiam ſanctificantem, lice
baptiſmi ſit magis neceſſaria
ſpiritaliter regenerans, quam
Confirmationis, attamen gra
eſt maior, & perfectior grati
mi. Primò penes maiorem
mitatem ad Chriſtum Don
Cum enim eſſe Chriſtianum
ſit, ac eſſe Chriſti Domini in
vt communiter docent Patre
que in Chriſto diſtingui poſ
mum eſt eius ſanctitas; alter
ſit natus, & ad hoc in mundu
rit à Deo Patre ſupernatura
putatus, vt ex proprio offic
beret teſtimoniũ veritati, que
dum ipſemet ait Pilato Io
adeo vt pro illius defenſione
tuus, iuxta illud Apoſtoli 1.
6. *Qui*, nimirum Chriſtus
nium reddidit ſub Pontio Pila
confeſſionem; ibi ſiquidem
tes ſacri iuxta vſum primiti
ſiæ, nomine teſtimonij intell
qualecumque teſtimonium,
cellentiſſimum illud quod
ſius teſtantis conſummaba
Baptiſmum aquæ debitè rec
aſſimilamur quidem Chriſto
primum, nam vi illius a
gratiam ſanctificantem, qu
ſpiritaliter naſcimur, eius
ſimus, ſpeciale ius acquirim
piendi gratias actuales legi
quam nos tunc obligamus,
neceſſarias, ſicque primo
mur Chriſtiani, quo ad ſuf
æternæ ſalutis conſequenda
Sacramentum Confirmation
lamur Chriſto Domino qu
cundum, quatenus per illud
impreſſionem proprij chara
putamur, vt ex proprio mu
temus pro illo coram tyran
ad effuſionem ſanguinis, h
vitæ temporalis iacturam;
ſuper augmentum præcede
tiæ baptiſmalis recipimus,
nouo quodam titulo acqui

endi à Deo ſpecialia in hunc gratiæ auxilia. Quare, cum innia Christi Domini opera, n detur perfectius hac ſua veri- eſtificatione per propriam mor- & per confirmationis Sacramé- eddamur ei ſimiles, quoad hanc arem eius perfectionem, rectè ur per hoc idem Sacramentum cui plenè Chriſtiani; vel, vt ait Auguſtinus tract.51. in Ioann. ri Chriſti.

undò, maior hæc gratiæ confir- e perfectio præ baptiſmalis, cō- n hoc quod nedum per illam iani maiorem habeant confor- m ad Chriſtum Dominum, explicato, ſed inſuper, ex Pa- per eamdem dicatur dari ple- Spiritus Sancti; ſeptemque ona, ſicut data fuere Apoſtolis Pentecoſtes, vt ait Eugenius in citato decreto, dubitari enim teſt, quin gratia illa, quæ vltra n regeneratiuam, & virtutes il- ncomitantes, importat inſuper conceptu ſeptem dona Spiri- ncti, quæ dona ſunt quidam les habitus, quibus facultates is redduntur aptæ ad recipien- otionem Spiritus Sancti, pro ndis quibuſdam actibus ex- inarijs ſupernaturalibus; nec lhuc confert ius aliquod ſpe- d habendum tempore, & loco unis, ſpecialia quædam Dei proportionata iſtis actibus ndis, dubitari, inquam non, quin huiuſmodi gratia ſit per- illa, quæ tantum eſt regenera- gitur cum ex Patribus iſta dun- it propria Baptiſmi, illa autem mationis, vt loquuntur ijdem, ; fatendum eſt, gratiam Sacra- lem confirmatiuam, eſſe perfe- n ſola baptiſmali; licet baptiſ- ſit magis neceſſaria, imo totius emiſſiua, quam confirmatio nō it; perfectio enim gratiæ non itur penes hoc, ſed penes ma- iorem conformitatem ad Chriſtum Dominum, excellentiſſimumque eius opus in teſtificanda veritate, effundendo totum ſuum ſanguinem vſque ad ſubſecutam mortem; & penes maiorem vnionem ad Deum, ratione præfatorum donorum Spiritus Sancti, & iuris ad habendum ſpecialia quædam auxilia illis correſpondentia, ſeu ad profitendam etiam veritatem, aut fidem Chriſti coram tyrannis per propriam mortem.

Octaua concluſio. Loquendo de ſubiecto capaci Sacramenti Confirmationis; eſt omnis perſona baptizata cuiuſcumque conditionis, vel ætatis. Ita omnes Theologi; probaturque primò ex praxi primitiuæ Eccleſiæ, qua ſimul cum Baptiſmo, etiā ipſis infantibus conferebatur hoc Sacramentum. Secundò quoniam quælibet perſona baptizata cuiuſcumque ſit ætatis, ſiue puerilis, ſiue virilis, ſiue ſenilis, item cuiuſcumque ſit ſexus, & conditionis, eſt capax effectus huius Sacramenti, ſeu gratiæ roboris, & iuris per illud collati ad habendum ſpecialia auxilia ad pugnam loco, & tempore opportunis, eſtque per accidens quod puer, ſicut & ipſe amens non ſint vnquam illis vſuri, ſi moriātur ante vſum rationis adeptum, aut recuperatum.

Cum omnes Theologi doceant, cuicumque baptizato validè conferri poſſe hoc Sacramentum, diſſentiunt inter ſe, an etiam licitè; primò enim de infantibus, aliqui putant, conuenientius eſſe eos confirmari in infantia, alij autem cenſent, differendum eſſe vſque ad tempus, quo baptizati incipiunt vti ratione, exempli cauſa vſque ad ſeptennium, vt hodie praxis Eccleſiarum obſeruat, atque diſertè habetur in Catechiſmo Romano par. 2. cap. 3. num. 17. Sed in hac re, ſicut & in pluribus alijs, vnicuique obſeruandus eſt mos ſuæ Eccleſiæ; fatenturque multi, etiam contra illum, rationabili exiſtente cauſa,

cauſa, poſſe, & aliquando deberi infantes confirmari, vt, ſi timeatur longa Epiſcopi abſentia, vel breui infantem moriturum, quia eiuſmodi vſus confirmandi compotes rationis, non videtur eſſe rigoris magni.

Secundò de amentibus, iuxta ſententiam Diui Thomæ 3. par. quæſt. 72. art. 8. ad 8. communiter aſſerunt Theologi, ſi ſpes ſit, vt ad rationem redeant, expectari quidem debere, vt expectantur infantes; ſecus autem poſſe, & debere confirmari, etiam ſi ſint amentes perpetui, ne ſcilicet tanto bono, & huius Sacramenti effectu careant.

Tertiò de proximè morituris, tametſi ſint infantes, eos quoque poſſe, & debere confirmari eadem ratione docent communiter Theologi; qui ſimul aduertunt indè facilè excuſari, quia eiuſmodi infirmi ſuis in lectulis iacentes, vel erubeſcunt, vel timent, ad ſe Epiſcopum aduocare; *Si quis tamen*, inquit S. Carolus Borromæus in decreto 27. decretor. Mediolan. *cùm periculosè ægrotat, confirmationem ſibi miniſtrari petat, tunc Epiſcopus, ſi eo loci eſt, vbi ille ægrotat, ne ſine hoc Sacramento decedat, eum charitate paterna inuiſat, & confirmet.* Imo Epiſcopum ad hoc ſub mortali teneri ait ex multis Quintanaduenas de conſil. ſingul. 2. num. 5. *Si ſuſpendendus*, inquit, *vel quilibet moribundus Confirmationem petat à proprio Epiſcopo, illum ſub mortali teneri ad eam miniſtrandam, docent Angelus, Viualdus, Filliucius, Ochagauia, Suares, Reginaldus, Laymanus, quia priuaret petentem magno fructu.*

Quartò de adultis, concordant omnes, eos ſtatim à baptiſmo eſſe confirmandos, ſi opportunitas adſit; quã ſi negligant, putant aliqui eos peccare ſaltem venialiter, negant autem alij, ſi citra contemptum, vel quid ſimile negligatur, quia nullum de hoc apparet præceptum; ſicut neque de ſumenda Euchariſtia, niſi ſuſcepta

iam Cõfirmatione; vnde nec vl[...]do peccant ij fideles, qui no[...] confirmati accedunt ad ſacra[...] chariſtiam; multoq; minus, qu[...] dum confirmati, religioſam [...]ſionem emittunt, vel alia Sac[...]ta, præſcindendo ab ordine, [...]piunt, vel adminiſtrant. Dixi p[...]dendo ab Ordine, quia magis e[...]trouerſum, an peccent, qui n[...]ſumpta Confirmatione Ordin[...]ſcipiunt; aliqui enim affirma[...] peccare mortaliter, alij verò [...]ſant à mortali, imo etiam & à v[...] quia dum Tridentinum ait [...] cap. 4. *Prima tonſura non init[...] qui Sacramentum Confirmation[...] ſuſceperint*, monitum potius i[...]detur, quam præceptum, & e[...] parte non obligamur omnes [...] operationes Ordinibus ſuſci[...] præmittere.

Quia autem, ſicut receptio [...]rum Sacramentorum poteſt e[...]plex; vna valida tantum, alia [...] ſimul & fructuoſa; ita quoq; [...]tio ad recipiendum certa qu[...] Sacramenta, poteſt eſſe duple[...] ſufficiens, & requiſita ad ſuſci[...] illa tantum validè; poſterior [...]piendum illa etiam fructuosè, [...] quo ad ſpecialem effectum gr[...]lis correſpondentem; ſi ſermo [...] infantibus, communis eſt The[...]rum ſententia, ad Sacramentu[...]firmationis validè, & fructuoſ[...]piendum in illis, ſufficere, & [...] Baptiſmum aquę validè recep[...] illa enim parte, qua ſecundu[...] Dei ordinariam Baptiſmus eſt [...] omnia Sacramentorum, præ[...]tur ad validam Confirmationi[...]ractèriſque eius receptionem; [...] autem, quia in huiuſmodi infa[...] ſeu nondum vſum rationis h[...]bus; ſuppoſita ſemel gratia, & [...]ctere baptiſmali, nullum inue[...]cem Sacramentum Confirma[...] Sacramenta autem nouæ legi[...]ferant ex opere operato ſuu[...]

s, quibus applicantur, nec vl-
abent obicem, vt diximus

endo verò de adultis, vſum
habentibus, cõmuniter quo-
eologi docent, ad Sacramen-
nfirmationis validè recipien-
æter Baptiſmum aquæ de fa-
de receptum, requiri inſuper
olitionem, ſeu intentionem,
, ſaltem virtualem recipiendi
ramentum, eadem planè ra-
ua requiritur in adultis reci-
s baptiſmum. Caſu autem,
ltus iam baptizatus commi-
qua peccata mortalia, licet
putent, deſiderari ad fru-
huius Sacramenti receptio-
od præmittat confeſſionem
talem de illis, alij tamen ab-
gant; ſi quidem ijs tantum
tis recipiendis tenemur præ-
onfeſſionem ſacramentalem,
is recipiendis tale præceptũ
um alias ſola contritio de
mortalibus ſufficiat, eſt enim
imis diſpoſitionibus ad cu-
onem gratia ſanctificans ſta-
tur infallibiliter: ſed tale
n de præmittenda ſacramẽ-
ſione ſuſceptioni Confirma-
llibi extat, ſicut datur pro
Euchariſtiæ; non enim re-
ſacris litteris, nec in tradi-
um, aut in iure canonico,
conſtitutione Pontificia, vel
niuerſalis; ad Sacramentũ
irmationis vtiliter recipiẽ-
n requiritur abſolutè in
tizato, & conſentiente,
mittat confeſſionem ſacra-
de peccatis mortalibus. Id
illi conſulendum affirmãt
habetur cap. *vt ieiuni* de
diſt. 5. vbi confirmandi di-
ſionendi de præmittenda ſa-
confeſſione. Deinde quia
nunem regulam, ex duo-
, præſertim ſi aliundè ni-
tutius eſt conſulendum;

adulto autem, peccatis mortalibus infecto, volenti fructuosè ſuſcipere Sacramentum Confirmationis, duo ſuppetunt media, vnum eſt vera ſacramentalis confeſſio peccatorum ritè facta etiam cum ſola attritione, quia hęc iuncta Sacramento Pœnitẽtiæ eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiam vt dicetur infra; alterum eſt de illis contritio; ſed prius medium videtur eſſe longe tutius, nam dolenti de peccatis non ita facilè conſtat, eius dolorem de ſuis peccatis eſſe veram contritionem, ac ipſi conſtare poteſt de attritione; ſuppoſito igitur, quod hæc iuncta Sacramenta Pænitentiæ, ſit ſufficiens diſpoſitio ad iuſtificationem, vt ſignificat Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 4. adulto baptizato, volenti recipere cum fructu ſacramentum Confirmationis, conſulenda eſt, tanquam tutius medium, præmiſſio ſacramentalis confeſſionis de ſuis peccatis mortalibus.

Vt tamen adultus baptizatus peccatum habens mortale, recipiat hoc Sacramentum fructuosè, ſola attritio etiam ex ſupernaturali motiuo, non ſufficit ſine ſacramentali confeſſione; ſed requiritur perfecta contritio. Cuius ratio deſumitur ex differentia inter ſacramenta nouę legis, quæ dicuntur eſſe viuorum, & ea, quæ dicuntur eſſe mortuorum, quod quæ ſunt primi generis, ſupponant vitam ſpiritualem in ſuo ſubiecto, iam per gratiam ſanctificantem habitam, quia ordinantur primò, & per ſe ad augendam illam; quæ verò ſunt ſecundi generis minimè; igitur licet talis attritio iuncta in adulto, Baptiſmi, vel Pænitentiæ Sacramentis, ſit ſufficiens, vt proprium effectum conferant ſuis ſubiectis, hæc enim ordinantur primò per ſe ad dandam vitam ſpiritalem, vbi nullum inueniunt obicem, qui per attritionem ſufficienter in illis tollitur; non ſufficit tamen ad Sacramentum Confirmationis, quod ex ſua natura, & inſtitutione Chriſti Domini

mini eſt aliquod Sacramentum viuorum, atque adeo præſupponens iam gratiam ſanctificantem, ſeu vitam ſpiritalem per illam habitam, quam perficiat, & augeat; quamque ſola attritio, etiam ex motiuo ſupernaturali elicita, nec dat, nec infert infallibiliter, quia eſt tantum vna ex remotis diſpoſitionibus ad gratiam ſanctificantem, non autem ex proximis, vt contritio, per quam vltimo diſponimur ad gratiam; & quæ conſequenter requiritur, ſufficitque in adulto abſolutè, vt recipiat gratiam huius ſacramenti, quod eſt vnum ex ſacramentis viuorum.

Quia autem adultus poteſt habere ſolummodo talem attritionem, quam tamen bona fide putat eſſe veram cõtritionem, difficultas eſt inter Thologos, an talis attritio exiſtimata vera contritio, ſit ſufficiens diſpoſitio ad receptionem proprij effectus huius ſacramenti, ita vt Confirmatio in tali caſu conferat ei per accidens primam gratiam iuſtificantem, quam poſtea ex proprio munere auget, & perficit: aliqui enim affirmant, alij verò negant, dicentes tamen bonam illam fidem impedire, ne de nouo peccetur.

Nona concluſio. Solus Epiſcopus iure diuino eſt ordinarius miniſter Sacramenti Confirmationis. Iſta concluſio eſt de fide, quam quia iam ad copiam explicuimus, & probauimus ſuperiori tomo ſect. 10. cap. 18. ibi dicta conſuli poſſunt; vnde ſupereſt, vt quæ ad neceſſitatem huius ſacramenti pertinent breuiter declaremus, præſupponendo, neceſſitatem aliam eſſe medij, aliam tantùm præcepti: item neceſſitatem medij aliam eſſe abſolutam, aliam ſolùm conditionatam, ſeu ex aliqua tantùm hypotheſi: pręcepti verò aliam eſſe reſpectu omnium in particulari: aliam, quæ tantùm reſpicit cõmunitatem, vel etiam aliquos in particulari per accidens, ſit igitur.

Decima concluſio. Sacramentum Confirmationis non eſt neceſ[...] abſoluta neceſſitate medij; i[...] cluſio eſt omnium Theologo[...] centium, hanc abſolutam n[...] tem medij ſpiritalis attendi p[...] ſecutionem vitæ æternæ; qua[...] ex ijſdem, ſine Sacramento [...] mationis obtineri poſſit, ſi [...] nec confert primam gratiam [...] aliqua diſpoſitio neceſſaria a[...] quin potius ſupponit baptiſ[...] manifeſtè ſequitur hoc ſacra[...] non eſſe neceſſarium neceſſit[...] luta medij; fatendum tamen [...] ceſſarium eſſe neceſſitate co[...] ta, ſeu ex ſuppoſitione, ſ[...] obtinendum proprium, ſeu [...] talem eius affectum, hoc e[...] corroboratam, habentem [...] formali ratione, quod conſti[...] tizatum militem Chriſti D[...] explicatum eſt ſupra; quia li[...] modi gratia ſimpliciter poſ[...] alijs medijs obtineri, v. g[...] orationibus, afflictatione [...] digna ſumptione Sacramen[...] riſtiæ, & alijs ſimilibus b[...] bus, vndè tantum fundatu[...] operantis; attamen vt tali[...] detur ſcilicet ex tali obliga[...] ex opere operato, & cum [...] ctione, quod homo per ea[...] legem Dei ordinariam, p[...] ciatur in eſſe Chriſtiani; i[...] pria huius ſacramenti, vt [...] dem legem nonniſi per il[...] ratur; rectè igitur dici po[...] ſarium neceſsitate conditi[...] ex hypotheſi, nimirum a[...] dum proprium, ſeu ſacra[...] eius effectum.

Vndecima Concluſio. [...] tia illorum, qui putant [...] præcepti, Confirmationem [...] dam eſſe tonſuræ, & ordi[...] ptioni, vt notauimus in o[...] cluſione, Concilio Tridenti[...] cap. 4. prohibente tonſu[...] qui non ſuſceperunt Sacr[...] Confirmationis, non quo[...]

s, ad cuius ſuſceptionem quo-
odo baptizati deſtinantur per
onem tonſuræ Clericalis, ſup-
neceſſario characterem Con-
onis, ſed quod ſit valde inde-
dinatos Sacerdotes,& Epiſco-
i tanquam duces aliqui infe-
ub Chriſto Domino ſupremo
tore debent ducere ad mili-
teros Chriſtianos, non habere
j ſui Ducis, ac Imperatoris ſi-
ilitare, id eſt, Confirmationis
erem,& ſimplices milites,qua-
baptizati confirmati, habere
enter plus iuris ad accipien-
na ſpiritualia, ſeu ſpecialia
ad profitendam fidem coram
s, quam ipſi Sacerdotes, &
i eorum ſub Chriſto duces
; conformiter, inquam, ad
tentiam valdè probabilem,
m eſt Sacramentum Confir-
s eſſe in præcepto reſpectu cõ-
is; hoc ſenſu, quod aliqui, ij
qui ſacris in Eccleſia Ordi-
itiantur, debeant eſſe confir-
odemque facilè ſenſu intelli-
propoſitio, qua dicitur hoc
ntum eſſe neceſſarium, licet
ibus, & ſingulis, conformi-
cretum Concilij Tridentini
le Sacramentis in genere

tem in ijs potiſſimum locis,
viget perſecutio fidei, ſed
ur cultus publicus eius,adul-
zatus non videatur eſſe per
mmuniter obligatus aliquo
hoc Sacramentum recipere;
n nullibi extat huiuſmodi
m, quare vbi aliquis Chri-
t in periculo mortis, ſiue ille
us,ſiue adultus,videmus Ec-
on curare, vt accipiat hoc
tum, hoc vtique non factu-
ſet in præcepto, vt patet in
ia; tenetur tamen illud non
. Qui enim tenetur hono-
id, tenetur, & illud non ne-
eglectus enim propriè dictus

connotat in negligente contemptum aliquem eius rei, quam negligit, ſiniſtrè, v. g. de illa ſentiendo, puta quod ſit ſuperflua,& inutilis, aut quid ſimile: ſed quilibet fidelis, ſeu Chriſtianus tenetur honorare Sacramentũ Confirmationis,cum ſit de genere Sacrorum ſignorum, quæ eo ipſo quo ſunt talia, ſunt aliqua veneratione digna; & inſuper credere, illud eſſe vtile, & nullo modo ſuperfluum, Concilio Tridentino ſeſſ.7. de Sacramentis in genere can. 4. citato, percutiente anathemate eos, *qui dicunt Sacramenta nouæ legis eſſe ſuperflua*: Igitur licet quilibet Chriſtianus non teneatur recipere, tenetur tamen non negligere Sacramentum Confirmationis, ſi dicatur eum illud negligere, eo ipſo quod non recipit, tunc enim defectus debitæ ſolicitudinis ibi reperitur, in vſurpando medio aliquo ſibi admodum vtili, qui conſtituit negligentiam; Reſpondetur negligentiam propriè ſumptam, non eſſe omiſſionem, vel etiam defectum cuiuſcumque ſolicitudinis, ſed tantùm debitæ, id eſt, quam oporteat adhibere circa rem, vel eius circumſtantias ex aliquo debito in neceſſitate medij, vel præcepti fundato præſtandam; vndè licet adultus baptizatus multa bona poſſit cõſequi per dignam huius Sacramenti ſuſceptionem, quia tamen non eſt ei aliqua neceſſitate medij, vel præcepti neceſſarium, loquendo præcisè, & propriè, vt diximus, hinc eſt, quod illud non recipiendo, nullam incurrit negligentiam, nullumque eius facit contemptum, cum ſupponatur benè, & catholicè de eo ſentire, & illud nõ recipere, quia ad id non tenetur; vt contingit in omnibus, quæ ſunt pura conſilia.

Dictum fuit, adultum, vbi nulla viget fidei perſecutio, non teneri per ſe aliquo præcepto, recipere Sacramentum Confirmationis;quia vbi illa viget, & Epiſcopus facilè poteſt conuenire, imò etiam non ſine aliquo incommodo,

commodo, Theologi cõmuniter docent adultum baptizatum obligari ſuſcipere hoc Sacramentum; nec non qui experitur graues tentationes contra fidem, quas exiſtimat aliter ſe non poſſe vincere, quam per ſuſceptionem huius Sacramenti. Ratio primi eſt, quia vt ſtatim diximus, quilibet baptizatus adultus tenetur non contemnere hoc Sacramentum; ſed non accipere illud, vbi perſecutio viget, eſt illud contemnere, quatenus tunc non vult vti remedijs ſibi in hunc finem à Deo exhibitis, pro euitando periculo deſerendæ veræ fidei, quale eſt Sacramentum Confirmationis, tunc ergo tenetur illud recipere, maximè vbi facile fieri poteſt. Indeque Apoſtoli, quod in primitiua Eccleſia, quàm maximè vigeret perſecutio, omni adhibita diligentia procurabant illud fidelibus adminiſtrari, vt habetur act. Apoſtol. cap. 8. vbi, *Cum audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quod recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem; vt imponerent manus ſuper illos, & acciperent Spiritum Sanctum*. Eum quoque, qui graues contra fidem experitur tentationes, quas putat ſe poſſe tantùm ſuperare recipiendo hoc Sacramentum, ad id obligari, patet, quia conſcientia obligat vnumquemque facere, id quod hic, & nunc iudicat, eſſe ſibi neceſſariũ, pro vitandis peccatis, & ſalute conſequenda; ſuppoſito igitur, quod adultus baptizatus, præfatis impetitus tentationibus, iudicet, ſe non poſſe illas vincere, niſi per ſuſceptionem huius Sacramenti, tenetur illud ſuſcipere.

Plures porrò huius Sacramenti ceremoniæ, ſeu ſolemnitates ſunt, in Pontificali Romano recenſitæ; præcipuæ ſunt, quod Epiſcopus dum conficit Chriſma, primò ter exhalet in modum Crucis, ſuper os ampullæ Chriſmatis, & poſt illum, duodecim Sacerdotes; ad ſignificandum huiuſmodi inſufflatione tunc Chriſma per

conſecrationem Epiſcopi, a
virtutem à Deo, vt tanquam
ſtrumentum, vbi adhibebitur
rat ſuſcipientibus gratiam
Secundò, quod inclinato cap
tet ipſum Chriſma iam c
tum, dicendo ter, *Aue Sanctu*
ma.

In ipſa autem huius Sa
adminiſtratione, quæ poteſt
ſolùm in Templo, ſed in quo
etiam decenti loco, item in
die feſto, ſiue profeſto; in qua
hora, ſiue ante prandium,
illud, quia nec Epiſcopus co
nec fidelis, cui confertur C
tio, debent ex neceſſitate eſſ
quam tamen debet facere ſ
gatione peccati mortalis, ex
ni ſententia, veſtitus Pluuiali
Stola, & cum Baculo paſtora
requiritur præſentia Patrini
trinæ; qui, vt docent aliqui,
ſe idem, qui fuit in Baptiſmo
rò dicunt debere eſſe diuerſ
neceſsitas vrgeat, non eſſe
mortale, ſi idem admittatur,
videtur res ita grauis. *Secu*
ſcopus modo dicto veſtitus
Sacram Vnctionem, formam
proferens. *Tertiò*, dat pac
confirmato. *Quartò*, eidem
impingit alapam, vt ipſum m
forti animo in perferendis in
Chriſto, & eius fide, eam au
impingere, nullum eſſe pec
cluſo contemptu, notant com
Doctores. *Quintò*, confirma
vitta linea ligari curat, ne
defluat, iuxta locorum co
nem; alicubi enim, ſtatim p
ctam vnctionem, miniſtri
frontem confirmati abſterg
tamen vittæ vſus eſt, propt
matis contactum, ad propha
nunquam adhibenda eſt, ſe
uari ad ſimilem vſum, vel co
eius cineres in Sacrarium pro
tò, plures orationes ante, & p
citantur ab Epiſcopo. *Septim*
Epiſ

opus aliquando nomen Confir-
Octauò, alicubi conſuetudo eſt,
ndi in manus eius cereum ac-
n.

quæ de Sacramento Confirma-
vel certò, vel probabilius reſ-
è docentur in Eccleſia Catholi-
quibus facilè colligitur eius
io, tam metaphyſica, quam
a; ſecundum priorem enim:
natio eſt Sacramentum nouæ legis
iam roboris baptizato conferendã
to inſtitutum; ſecundum poſte-
verò; *Confirmatio eſt vnctio*
atis in fronte baptizati; facta
rucis, ſub præſcripta verborum
Ex quibus duabus definitio-
na adhuc poteſt conflari, &
od *Confirmatio eſt Sacramentũ*
o Domino inſtitutum ad gratiã
baptizato conferendam in vn-
Chriſmatis, facta in fronte ad
crucis, ſub explicita inuocatione
rſonarum Sanctiſſimæ Trinita-
arum omnium particularum
io, quia ſufficienter patet ex
tantùm ſufficiat de præſenti
erſia pro explicatione verita-
olicę contra hæreticos.

APVT LXVI.

aduerſus Lutherum, & Calui-
eorumque ſequaces, Sacramen-
uchariſtiæ non conſiſtere forma-
vſu, ſed in aliquo perma-
ſimulque breuiter declaratur,
eſſentialiter conſtituatur; tum
materia eius tam remota, quam
a, & forma.

rij noſtri temporis, etſi li-
ter admittant, Euchariſtiam
m, propriéque dictum nouæ
ramentum, attamen præter
es omnibus Sacramentis er-
erius refutatos, plures adhuc
habent, quorum præcipuos
ti ſuſcepimus refellendos.
communis tam Lutheranis,

quam Caluiniſtis, eſt, quod conſiſtat in vſu formaliter. Secundus Caluiniſtarum proprius, negantium, Chriſtum in ea realiter eſſe præſentem. Tertius Lutheranorum admittentium quidem realem corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia pręſentiam, non tamen per tranſubſtantiationem, id eſt, per conuerſionem ſubſtantiæ panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti. Quartus vtriſque communis de neceſſitate cõmunionis ſub vtraque ſpecie: & quintus, quod celebratio Euchariſtiæ non ſit ſacrificiũ propriè dictum.

Incipiendo à primo errore, quia tam ad illum, quam ad cæteros refellendos, nec non ad plenam veritatis catholicæ intelligentiam multũ conducit explicatio appellationis huius Sacramenti; primò notandum eſt, eam eſſe multiplicem. Cum enim in Euchariſtia, vt conficienda poſſint conſiderari ſubſtantiæ panis, & vini; & in iam confecta, 1. accidentia illarum. 2. corpus, & ſanguis Chriſti Domini ibi realiter præſentis. 3. virtus, & efficacia. 4. varij eius effectus. 5. eius ſignificatio. 6. tempus inſtitutionis. 7. locus in quo conficitur. 8. ſubiectum, cui adminiſtratur. 9. ritus illam adminiſtrandi; Hæc pro varia iſtorum omnium conſideratione, varias quoque, tam in Scripturis, quàm in Patribus appellationes habet.

Primò, magiſque communiter dicitur *Euchariſtia* à verbo Gręco Euchariſteo, quod eſt gratias ago; tùm quia Chriſtus eam inſtituendo gratias egit Matth. 26. & 1. Corinth. 11. vnde vocatur interdum à Sanctis Patribus, *Panis Eucharizatus*; item *panis in quo gratię actæ ſunt*, vt à S. Iuſtino apol. 2. pro Chriſtianis, & à S. Irenæo lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 34. Tum quia illam inſtituit, vt eſſet nobis ſingulare quoddam memoriale ſuorum erga nos beneficiorum, de quibus per eãdem gratias Deo ageremus; ex Diuo Chriſoſtomo homil. 26. in Matth. nec

non ex D. Auguſtino epiſt. 120. c. 19. Tum denique, quoniam ipſum fontem, & authorem gratiæ, id eſt Chriſtum Dominum realiter continet, vt explicat Diuus Bernardus in quodam ſermone de cœna Domini. Vnde factum eſt, vt hoc nomen (*gratia*) ſimpliciter, & abſolutè ſumptum, reperiatur apud aliquos Patres, ſignificare ipſam Euchariſtiam, ſeu ipſum Chriſti Domini corpus in ea realiter exiſtens. Ita vocatur à Cypriano ſer. de lapſis, *Gratia ſalutaris*, nec non ab Auguſtino tract. 27. in Ioann. vbi docens Chriſti corpus in hoc Sacramento non diuidi dentibus, in ipſa ſui comeſtione, prout imaginabantur Capharnaitæ, qui Ioann. 6. verba Chriſti, quibus hoc venerabile Sacramentum ſe inſtituturum promittebat, craſſo, & carnali modo intelligentes, abſolutè dicebant: *Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum*? ait: *Non eo modo quo putatis erogat corpus ſuum, certè vel tunc intelligetis, quia gratia eius*, id eſt ipſum Chriſti corpus, *non conſumitur morſibus*.

Secundò Euchariſtia appellatur *Panis*, & *fractio panis*; Ioann. 6. & 1. Corinth. 10. tum quia in ſui confectione habet panem pro termino à quo; tum ob accidentia, quę remanet, & ob exteriorem, & apparentem formam panis; ſicut Angeli, quando apparent vt homines, quandoque in ſacris litteris dicuntur homines Geneſ. 18. & 19. Vt autem, vbi Euchariſtia panis vocatur, intelligeremus non eſſe panem illum materialem, ſed ipſummet Chriſti Domini corpus, in quod conuertitur, quædam ſpeciales particulæ, quæ id ſignificent, habentur Ioan. 6. vbi vocatur *viuus*, & *ſuperſubſtantialis*, clarèque explicant Patres capite ſequenti citandi, præſertim Cyprianus ſerm. de cœna Domini, vbi ait; *hunc panem à nulla multitudine conſumi, nulla antiquitate veteraſcere, integrum erogari, diſtribui, non demem-*

brari, & alia id genus, quæ tet dici non poſſe de pane m vt etiam habente Sacrament lam ſignificationem, quam i gunt Caluiniſtæ, ſed de ſolo p rituali, ſiue corpore Chriſti modo ſpiritali exiſtente ſub ſ panis materialis. Dicitur au *ctio*, propter communionem, butionem, quia ſatis freque Scriptura, vt act. 2. frangere idem eſt, ac illum comeder ſtribuere, vel ad comedendu buere.

Tertiò vocatur, *communio nicatio*, *& participatio corpori* 1. Corinth. 10. non quod ad huius Sacramenti, plures del municare, vt dicunt hære quod omnes, qui accipiun cramentum, accipiant vnum omninò corpus Chriſti Dom vt dicetur capite ſequenti, p do hunc locum Apoſtoli, e numero ſub pluribus, & diſti ciebus, etiam in varijs Te Altaribus conſecratum. It vocatur, tum quia nos vnit iungit cum Chriſto Domino ait Ioann. 6. tum quia fidel ter ſe, ideoque Apoſtolus l dicit, nos omnes ita de v Chriſto participare, vt ſim vnus panis, & vnum corpus adhuc coadunationem mem Eccleſiæ inter ſe, dicitur *Sac charitatis, & pacis*; nec non quod conuentus, Gręcis Sy delium præcipuus fiat ad p dum huic Sacramento.

Quartò dicitur Euchariſt *mentum corporis, & ſanguin Domini*; vel *corpus & ſangu Domini*, à re quam in ſe Item *Sacramentum Domini*, rationem; & *Sacramentum torum*; quia nimirum Chri Sanctitatis, quæ per Sacram fertur, realiter & ſubſtantia tinetur in illo.

C

tò, à loco, in quo celebratur; nium altaris vocatur; item, Domini, dum enim 1. Corinth. Apoſtolus: Non poteſtis menſæ participes fieri, & menſæ dæ-m, ibi nomine menſæ intelli-tres altare, cum ibi agat de tis, & immolatio fiat in al-

ò, ſumpta denominatione à dicitur Sacramentum fidelium, lis detur baptizatis, & eius m in primitiua Eccleſia ijs lis explicaretur, aut coram ficeretur, catechumenis ante tionem ab Eccleſia eiectis; tres interdũ in concionibus, tiam catechumeni intererant, ebantur de hoc Sacramento, curè tantùm, & quaſi ænig-aciebant; proptereaque, ad candum ſatis frequenter im-t illud, norunt fideles, vt vi-apud Diuum Auguſtinum, in S. Ioannem.

nò, vocatur aliquando Cœna, à tempore, quo Sacramen-fuit, à Chriſto Domino in-; quo tamen nomine nunc detur vtendum eſſe, ad ſi-lam Euchariſtiam, propter s, qui illud renouarunt, exi-s indè aliquas ferri ſuppetias ribus; quatenus ex huiuſ-nnotatione temporis aliqui Euchariſtiam eſſe tantùm ve-ebrandam; alij verò nonniſi rum pręſentia, & accubitu in enſa, atque adeo miſſas pri-eſt, quibus ſolus Sacerdos icat, non eſſe admittendas. nt quoque Sacri Interpretes, eologi, ad illum locum 1. 11. Conuenientibus vobis in n non eſt Dominicam cęnam e, ibi nomine cœnæ non ab Apoſtolo Euchariſtiam, m Chriſtianorum, hoc eſt, conuiuium ad quod Chri-iebant, & fiebat in Eccle-ſia; vt hac ratione conſeruarent, & augerent inter ſe charitatem; agapi enim idem eſt, ac dilectio. Si quidem Apoſtolus ait in iſta cœna, alium eſu-rire, alium ebrium eſſe, quod de Eu-chariſtia nullatenus intelligi poteſt, quam nonniſi in quantitate exigua, & adhuc manu Sacerdotis, vel Diaconi tradi ſolitam fuiſſe docent Patres.

Pręter adducta iam nomina plura alia ſunt Euchariſtiæ adhuc tributa, quę vel ex dictis, vel ex ſe ſatis pa-tent, vt quod vocetur cibus, quia cibat, & nutrit animam; item conuiuium Do-minicum, ſacrum, ſanctum, ſpiritale, ob analogiam, quam habet cum conui-uio corporali. Item tranſmutatio, vel ob ſubſtantiam panis, & vini conuer-ſam in corpus, & ſanguinem Chriſti; vel quod hoc Sacramentum nos ali-quo modo tranſmutat in Chriſtum; iuxta illud Chriſti apud Diuum Au-guſtinum, non ego mutabor in te, ſed tu mutaberis in me. Item ex Damaſceno metalepſis, id eſt aſſumptio, vel quia per hoc Sacramentum aſſumimur ad vnionem cum Chriſto; vel etiam ſpe-cies panis, & vini aſſumuntur ad ha-bendam aliquam vnionem cum Chri-ſto, quatenus ſub illis loco ſubſtantiæ panis, & vini realiter collocatur. Tan-dem dicitur viaticum, quia ſcilicet eſt cibus itinerarius, non tantùm in via huius vitæ, ſed inſuper tempore in-ſtantis mortis, dum anima ab hoc ſęculo tranſit ad aliud.

Secundò obſeruandum eſt, quod in inſtitutione Euchariſtiæ, ſicut, & aliarum rerũ plura poſſunt diſtingui, alia nimirum, quæ illam anteceſſerunt & fuerunt veluti præparatoria, & in-uitatoria ad illam inſtituendam, vel ad eius vſum; alia, quæ ipſam inſti-tutionem concomitata ſunt, & alia denique, quæ ipſam conſecuta ſunt; Vnde etiam, quemadmodum alijs in rebus, eſſentia & natura earum, vbi inſtituuntur, non conſiſtit in aliquo prædictorum, nec in omnibus illis ſimul ſumptis, quia eſſentia cuiusli-bet

bet rei propriè, & præcisè vt talis conſiderata, ſemper diſtinguitur à ſuis circumſtantijs, cum hæ ad illam comparatæ ſint veluti accidentia; omne autem accidens vt ſic, nunquam ſit de eſſentia eius, cuius propriè eſt accidens; manifeſtè quoque ſequitur, quæ ſic ſe habuere reſpectu inſtitutionis Euchariſtiæ, illius eſſentiam præcisè conſtituere non poſſe; fateturq; ipſimet aduerſarij; vt quod exempli gratia Chriſtus Dominus prius lauerit pedes diſcipulorū; quod item Euchariſtia peracta fuerit, Chriſto Domino ſedente ſic, vel ſic in menſa, ad veſperam, in domo priuata, nulla muliere, quod legatur, præſente, aut aſſiſtente; quod demum Chriſtus hymno dicto cum diſcipulis exierit in montem Oliueti.

Tertiò animaduertendum eſt, in ipſis rebus aliud eſſe, habere ordinem intrinſecum, ſeu ex natura ſua, vel prima inſtitutione ordinari ad aliquē finem, vel vſum; & aliud, talem finem, vel vſum, prout ſpectantur ſecundum ſuam exiſtentiam, eſſe de earum eſſentia propriè; ex priori enim iſtorum malè colligitur, aut infertur poſterius; ſicut etiam ex hoc, quod vnum interdum neceſſariò coniungatur cū alio; vt patet in multis rebus, verbi gratia, in potentijs, quæ ita ſecundum legem ordinariam connectuntur cum ſuis eſſentijs, vt ab illis ſint inſeparabiles, & tamen non ſunt de eſſentia illarum: inſuper ita dicunt ordinem ad ſuos actus, & fines proprios, vt tamen ſine illis reipſa exiſtentibus, non deſinant eſſe propriè, & formaliter potentiæ.

His breuiter prænotatis, Lutherani, & Caluiniſtę docent Euchariſtiæ Sacramentum conſiſtere tantùm in vſu; diſcordant tamen in hoc, quod nomine vſus Caluiniſtæ ſolùm intelligunt actum manducationis, & bibitionis; propterea que Caluinus lib. 4. inſtit. c. 17. §. 37. ait ita dictum eſſe à Chriſto, *Hoc eſt corpus meum*, vt tamen ſimul dictum ſit, *Accipite, & manduca-*

te, & promiſsio primis verbi[...]
ta, ſit annexa præcepto ſecu[...]
plicato, adeò vt ab eo ſepar[...]
lum ſit Sacramentum. At L[...]
eorumque ſequaces nomin[...]
telligunt illas omnes actio[...]
Chriſtus ab Euangeliſtis, & [...]
1. Corinth. 11. refertur exer[...]
inſtituit hoc Sacramentum [...]
acceptionem panis in manus ſu[...]
dictionem, fractionem, diſtrib[...]
& manducationem.

Quod ſi quæratur ab illis[...]
nam incipiat eſſe Chriſtus i[...]
dent aliqui cum Kemnitio [...]
Conc. Trident. ad cap. 3. &[...]
4. ſeſſ. 13. Chriſtum Deum [...]
adeſſe cœnæ, quando panis [...]
benedicitur, & manducatu[...]
effugiant argumentum ex [...]
conſuetudine deſumptum [...]
vel ferendi Sacramentum E[...]
ad abſentes, & ægrotos, vo[...]
illo tempore, quo id fit, e[...]
mentum Euchariſtiæ, quia [...]
quiunt, manet in vſu; defer[...]
& mittitur, vt diſtribuatur, a[...]
& manducetur. Alij verò du[...]
eius, ſeu permanentiam ext[...]
triduum; & alij vt Antonius [...]
minis lib. 5. de Republica [...]
cap. 6. num. 257. *Ab vna pu[...]*
munione ad aliam vſque, pro[...]
ipſa publica communione n[...]
ciparunt, *quia*, inquit, *vnum[...]*
conuiuium eſſe dici poteſt. Co[...]
omnes errores ſit.

Prima Concluſio. Sacra[...]
Euchariſtiæ non conſiſtit fo[...]
aut eſſentialiter in vſu. Iſta[...]
ſio eſt de fide definita in Co[...]
dentino ſeſſ. 13. cap. 3. & can[...]
dixerit, peracta conſecratione i[...]
bili Euchariſtiæ Sacramento no[...]
pus, & ſanguinem Domini n[...]
Chriſti, ſed tantum in vſu, [...]
tur, non autem ante, vel poſt [...]
ſtijs, ſeu particulis conſecratis [...]
communionem reſeruantur, [...]
ſunt, non remanere verum Co[...]

; *anathema ſit*.
uibus argumentis in ſequenti
luſione poſitiuè probabitur hoc
mentum eſſe formaliter perma-
, iiſdem quoque remanebit pro-
n, non conſiſtere formaliter, aut
ialiter in vſu, aut in aliqua alia
ne. Vnde præſentem poſuimus
uſionem, vt diſcurrendo per om-
& ſingulas actiones, in quibus
ici volunt conſiſtere formaliter
ariſtiam, prius illas exclude-
.
num ergo loquendo de mandu-
e, & bibitione, probatur primò
riſtiam non conſiſtere formali-
llis; quia eſſentia rei ad aliquẽ
ordinatæ, ſpectata præciſè, nun-
conſiſtit in tali vſu, vt ſatis pa-
tertio notabili, nec non ſi fiat
io per quaslibet res ſic à Deo,
ura ordinatas ad vſum; panis
& vinum exempli cauſa, ſunt
aximè ordinatum ad vſum vi-
mani, extra quem tamen non
t eſſe propriè panis, & vinum:
nducatio, & bibitio, provt ſunt
amento Euchariſtiæ, ſunt verè,
aliter ipſemet vſus illius, vt
r ex illo Chriſti Domini Io. 6.
nducat meam carnem, & bibit
nguinem, habet vitam æternam;
n ex hoc, quod manducatio
s Chriſti, & bibitio eius ſan-
id ſunt in Sacramento Eucha-
quod ſunt comeſtio panis, &
vini in vulgari conuiuio cor-
vbi hæc duo formaliter conſi-
olummodo ſunt vſus, & con-
panis, & vini ordinatorum
ionem corporis; Eſſentia igi-
hariſtię ſumpta pręciſè, & for-
non conſiſtit in manducatio-
bitione.
ndò ad hominem id ipſum
r contra aduerſarios; Sacra-
Euchariſtiæ ſpectatum for-
& præciſè, non conſiſtit eſ-
er in manducatione, & bibi-
ante vtramque iam datur for-

maliter Sacramentum Euchariſtiæ; ſed iuxta principia aduerſariorum ita res ſe habet; Sacramentum igitur Euchariſtiæ ſpectatum formaliter; & præciſè, non conſiſtit eſſentialiter in manducatione, & bibitione illius. Maior cum ſit certa lumine naturali, primum ſi quidem quod eſt in aliqua re, eſt conſtitutiuum eius formale, extra quod, & ſine quo impoſſibile eſt, illam dari: probatur minor; quia iuxta Lutheranos, Euchariſtia tunc propriè eſt Sacramentum, quando Chriſtus Deus homo fit realiter præſens ſubſtantiæ panis, & vini, cum ipſi admittant, vt videbimus infra, conſubſtantiationem in hoc ſacramento; iuxta Caluiniſtas autem quando panis materialis acceptus per miniſtrũ fit ſacramentalis, nam panis ſacramentalis, & Euchariſtia ſunt vnum & idem Caluiniſtis; ſed Chriſtus Deus homo adeſt realiter præſens ſubſtantiæ panis, & vini, ſecundum principia Lutheranorum, ante manducationem, & bibitionem Euchariſtiæ, nam fatetur Kemnitius in exam. Concilij Trident. ad cap. 3. & can. 3. & 4. ſeſſ. 13. hanc præſentiam fieri, quando hæc vtraque ſubſtantia panis, & vini benedicitur; quam benedictionem præcedere manducationẽ, & bibitionem Euchariſtiæ certum eſt, cum huiuſmodi benedictio fiat, quando hæc verba pronuntiantur, *Hoc eſt corpus meum, & hic eſt calix ſanguinis mei &c.* Similiter Euchariſtia tunc fit, ſeu panis formaliter ſacramentalis, ſecundum Caluiniſtas, quando illa eadem benedictio fit per prædicta verba; hæc enim iuxta illos ſunt operatoria, ſeu effectiua, & faciunt tranſire ſubſtantiam panis à communi vſu, ad ſacramentalem vſum, quatenus illum ad id deputant; vt docet Caluinus lib. 4. inſtitut. cap. 17. §. 14. nec non Beza in quæſt. & reſponſ. de ſacram. quæſt. 189. Sed iſte etiam tranſitus ſubſtantiarum panis & vini ab vſu communi ad ſacramentalem, vt ſit

vt ſit per iſta verba, præcedit manducationem; & bibitionem Euchariſtiæ; igitur ſecundum principia præfatorum hæreticorum, Euchariſtia eſt formaliter, & præciſè ſacramentum, ante manducationem, & bibitionem illius; ſiue quod idem eſt eſſentia Euchariſtiæ ſumpta præciſè, & formaliter, non conſiſtit in manducatione, & bibitione, etiam ſi ad hæc duo ipſa ordinetur.

tis, ſeu in obliquo conſide-
madmodum obiecta perti-
ecificationem actus, et po-
ſignatum ad ſpeciem ſigni,
iebus conſecratis, vt conti-
et in recto ſumptis Sacra-
Euchariſtię perficitur. Vndè
totum,quod conſtat ex re-
iquo, ex continenti, et con-
t pertineat ad refectionem,
Sacramentalem, non tamen
odq; quia corpus Chriſti
res contenta, et ſignifica-
verò conſecratæ, vt ſignum
ur, ſubſtantiam cibi in re-
maliter pertinere ad ipſum
, & non ſolùm de conno-
liquo, atque adeò, cum in
riſtico tota eius ſubſtan-
ùs Chriſti, illud propterea
ertinere ad cōſtitutionem
ę in obliquo, et connotati-

uè, ſed directè, et formaliter. Reſpondetur concedendo antecedens, et negando conſequentiam ob diſparitatem fundatam in differentia vtriuſque cibi; ideò enim in cibo materiali ſubſtātia pertinet directè ad conſtitutionem cibi, quia pertinet directè ad materiam conuertendā in ſubſtantiam aliti,et in hoc cōſiſtit cibus materialis; in cibo autem ſacramentali,non ita ſe habet; quia ſubſtantia eius non conuertitur in nos, ſed nos conuertimur in ipſum; proptereaque iſte cibus, in quantum ſacramentalis debet conſtitui in recto, et intrinſecè per id, quod ſignificatiuum eſt; quia cibus ſacramentalis eſt idem ac ſignificatiuus; ideoque ſubſtantia huius Sacramenti debet ſolùm terminatiuè, et in obliquo pertinere ad hoc Sacramentum, id eſt, tanquam res contenta, et ſignata, et tanquam ſubſtantia, in quā ſpiritaliter conuertimur, non autem quæ in nos conuertatur; quia non conſiſtit in recto iſte cibus in aliqua materia, ſeu ſubſtantia conuertibili in comedentem. Hoc igitur Sacramentum cum ſit ſpiritualis animæ cibus per modum cibi Sacramentalis, et ſignificatiui, non rei ſignificatę, conſtat ſolùm corpore Chriſti,vt contento, et ſignificato,non vt ſignificante, et continente; ideoque pertinet quidem ad Euchariſtiam tanquam terminus ſignificationis ab ipſa connotatus, non autem vt ratio ſignificans, vel conſtitutiua ipſius ſigni.

Secundò obijcitur; illud directè ſpectat ad ſacramentum, & componit illud; quod directè cauſat eius effectum principalem, qui eſt gratia; ſed corpus Chriſti eſt id, quod in Sacramento Euchariſtiæ cauſat gratiam; directè igitur, imo magis principaliter, debet pertinere ad eius conſtitutionem, quia ſacramentum eſt effectiuum gratiæ.

Reſpondetur ad hoc argumentum diſtinguendo maiorem, & concedendo illud directè ſpectare ad ſacrāmētum,

tum, quod habet in eo efficientiam gratiæ per modum ſigni ſenſibilis, negando autem, ſi illam cauſet tanquã virtus inuiſibilis, vel etiam vt res ſignificata; vndè quia caro Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ habet efficientiam gratiæ, non tanquam ſignum viſibile, aut ſenſibile, ſed vt res ſignificata, & virtus inuiſibilis, propterea non conſtituit illud intrinſecè, & in recto, ſed ſolùm vt res contenta, & ſignificata.

Si inſtetur, vt quid in recto conſtituat ſacramentum, neceſſe non eſſe, vt ſemper ſit quid per ſe ſenſibile; aut non obſtare, quod ſit res, & ſacramentum ſimul, vt patet in ſacramento Pœnitentiæ; vbi contritio non eſt aliquid ſenſibile, ſed internum ſe habens, vt res, & ſacramentum ſimul: & tamen directè componit ſacramentum Pœnitentiæ, vt pars integralis illius; ſacramentum enim Pœnitentiæ conſtat confeſſione, & contritione, vt partibus; eodem igitur modo, etiam ſi corpus Chriſti in Euchariſtia cauſet tantum gratiam vt virtus inuiſibilis, ſitque res ſimul & ſacramentum, poterit vna cum ſpeciebus illam in recto componere.

Reſpondetur ad hoc argumentum negando antecedens, & ad probationem in eo contentam; & deſumptam ex contritione, quæ cum ſit interna, eſt tamen pars in recto ſacramenti Pœnitentiæ, dicitur contritionem, ſeu dolorem in eo dupliciter conſiderari poſſe; Vno modo, vt eſt actus, ſeu effectus virtutis pœnitentiæ, & cauſa confeſſionis doloroſæ, quia imperat illam, & eſt quaſi forma illius: Alio modo conſideratur dolor, & contritio, vt nimirum ſubſequitur ad ſacramentum Pœnitentiæ; eſtque effectus illius; & accipit ab ipſo virtutem ſacramentalem cauſandi effectus huius ſacramenti, gratiam ſcilicet ſanatiuam, ſecuritatem conſcientiæ, & ſi qui ſint alij; cuius argumentum manifeſtum eſt, quod quando aliquis

accedit ad ſacramentum P[...] cum ſola attritione, quæ [...] eſt ſufficiens diſpoſitio ad [...] ſanctificantem, virtute ſacr[...] la attritio ſufficit ad gratia[...] ſat illam. Priori igitur mo[...] tio, vel attritio non eſt res [...] mentum, ſed ſolùm diſpo[...] ex virtute pœnitentiæ ad i[...] nem, eoque libenter admi[...] ſe partem ſacramenti med[...] feſſione ſenſibili, quatenu[...] illam, & reddit doloroſam [...] nullum eſt inconueniens, [...] ſe, quod aliquid inuiſibil[...] ad compoſitionem ſacra[...] quod eſt in eo materia ſe[...] bet eſſe actus humanus, [...] ſacramento Pœnitentiæ, [...] Euchariſtiæ, cum tota ra[...] teria ſenſibilis, ſeu actus [...] actus humanus, prouenia[...] teriori, qui eſt per ſe inuiſ[...] exteriorem tantum redd[...] lis. Vnde quemadmodu[...] mento matrimonij, cont[...] rior, quia eſt actus huma[...] cedat à voluntate interio[...] debita eius materia; ita [...] mento Pœnitentiæ, confeſ[...] niſi ab interiori procedat [...] autem poſteriori modo [...] dolor interior, hoc eſt, [...] tur ſacramentalis, ſeu ex[...] habet vim ad cauſandos [...] cramẽtales in anima, ſic [...] res, & ſacramentum ſim[...] hoc modo non componi[...] Pœnitentiæ, neque eſt p[...] recto, ſed effectus iam ſ[...] lud; vnde nec in ipſo, n[...] cramento, id quod eſt r[...] mentum ſimul, poteſt e[...] malis, aut in recto ſacra[...] ſeu illius, pro vt conſtitu[...] re ſigni ſenſibilis.

Tertiò obijcitur, eade[...] ſe ratio Euchariſtiæ, vt [...] tum, ac vt eſt ſacrificiu[...] bus, & ſacrificium nihil[...]

ipſum ſacramentum,ſed in Euſtia corpus Chriſti pertinet dired conſtitutionem ſacrificij, quiaſa res oblata;ergo etiam ad cononem ſacramenti.

eſpondetur negando maiorem argumenti, ſi quidem ſacrifiEuchariſticum non conſiſtit in ſpeciebus conſecratis permanētinentibus, & ſignificantibus um, ſed in actione,qua defertur Deo, immutando aliquo moum in honorem Dei, vt quando eri lege mactabatur animal, vel nebatur in ſacrificio; quæ imio conſiſtit in ſacrificio Miſſæ mactatione myſtica, qua Chril conſecratur, vel ſumitur in i ſpecie, vt dicetur infra; vnde is ſub illis pertinet ad ſacrifianquam materia oblata, & ſaa, quæ directè pertinet ad ſam ex parte eius,quod offertur: ò ratio, & formalitas ſacrat præciſè,& ſtrictè talis, non res oblata, vel ſignificata, ſed illius; proptereaque ſpecies atæ, quæ ſunt ſignum corpoſti ſub eis contenti, pertinent ad ſacramentum; Chriſtus auminatiuè,& vt res contenta,& ita.

tò obijcitur, ad probandum onſecratoria effectiuè tantùm, em formaliter, vt ſupra diximus explicuimus, conſtituere hoc ntum; primò quia ex ſæpius Eugenij decreto in Concilio no, forma huius ſacramenti ba Saluatoris; ſed verba Salſunt cauſa efficiens, ergo non, quia repugnat, vnum, & ſſe eſſe cauſam efficientem, lem reſpectu eiuſdem. Deinia quæ ſubijcitur verbis tanrmæ, eſt panis, & vinum, vt licitur; ſed hoc ipſo, quod vinum eſt materia deſtruenerba conſecratoria, videtur ile quod reſpectu ipſius poſſint habere rationem formæ, forma ſiquidem informans non deſtruit id, quod informat: Summus ergo Pontifex Eugenius non aſſignat formam informantem huius ſacramenti, ſed tantum efficientem; ſic enim aſſignat formam, ſicut materiam; ſed non aſſignat materiam informandam, ſeu quæ componat ſacramentum, ſed quæ deſtruatur, ſcilicet panis, & vinum conuertenda in corpus, & ſanguinem Chriſti; ergo neque formam informantem, ſed efficientem ſacramenti, & deſtruentem ſubſtantiam panis. Et conſequenter dici non poteſt, vt nos aſſerimus, materiam proximam, quæ manet, ſpecies nimirum conſecratas, habere pro forma verba conſecratoria. Tandem, cum talia verba non ſignificent gratiam ſanctificantem, ſed tantum conuerſionem panis, & vini in corpus,& ſanguinem Chriſti,non poſſunt eſſe pars eſſentialis, & forma informatiua huius ſacramenti, quia hæc debet ſignificare gratiam immediatè.

Reſpondetur ad primā huius obiectionis probationem, malè inferri ex eo, quia in præfato decreto aſſignantur verba conſecratoria pro cauſa efficiente huius ſacramenti in fieri, ea eſſe non poſſe cauſam eius formalem in facto eſſe modo à nobis explicato; cum enim id,quod efficitur in Euchariſtia, dum per verba conſecratoria deſtruitur panis, ſit, vt fiat ſacramentum, de cuius ratione eſt, vt ſit aliquid artificiale, conſtans principaliter ex forma ſignificatiua, dicendum eſt, præfata verba à Sacerdote in perſona Chriſti prolata, ita eſſe cauſam, ſeu formam efficientem deſtructionis ſubſtantiæ panis, & vinī conuertendo illam in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti præcipui huius ſacramenti ſignificati,vt eadem ſint eius forma informans, quo ad ſuam ſignificationem, cum alia ibi non detur ſignificatio, ac iſta, qua ſpecies conſecratæ determinentur ad ſignificādum Chri-

Chriſtum ſub illis contentum. Vnde ſatis patet non eſſe idem prorſus cauſam efficientem, & formalem huius ſacramenti, ſed efficientem, eſſe Sacerdotem in perſona Chriſti loquentem, formalem verò verba prolata, non entitatiuè, aut phyſicè conſiderata, ſed quo ad ſuam ſignificationem.

Ad ſecundam probationem dicitur, ibidem à Summo Pontifice Eugenio aſſignari materiam remotam, ſeu in fieri huius ſacramenti, panem ſcilicet, & vinum; non tamen negari proximam, & in facto eſſe, quæ ſunt ſpecies conſecratæ: Verba autem expellentia ſubſtantiam panis, & vini conuertendo illam in corpus, & ſanguinem Chriſti, hoc quidem faciunt efficienter, formaliter verò dant ſpeciebus remanentibus ſignificationem ad placitum, & ſacramentalem corporis Chriſti, vt non amplius ſignificent ſubſtantiam panis, & vini: accidentia enim ex ſe, & naturaliter illam ſignificabant, ſacramentaliter autem, & ad placitum ex inſtitutione diuina ſignificant corpus Chriſti; proptereaque indigent verbis tanquã dantibus hanc impoſitionem, & ſignificationem ſacramentalem; quæ vtique non eſt forma efficiens, ſed informans ipſum ſacramentum, quia per illam formaliter conſtituitur in genere ſigni ſacramentalis. Vnde Præfatus Pontifex aſſignauit formam, ſicut & materiam; ſed reſpectu materiæ remotæ, quam ibi expreſsit, forma illa ſe habet effectiuè tantum, reſpiciendo illam tanquam materiam circa quam operetur, ſicut lignum dicitur materia combuſtionis; reſpectu autem materiæ proximæ, ſe habet vt informans, in quantùm, ex dictis, tribuit illi ſignificationem ſacramentalem.

Ad tertiam reſpondetur, verba conſecratoria ſufficienter ſignificare gratiam, hoc ipſo quod ſignificant corpus, & ſanguinem Chriſti, quia ſignificant ea per modum cibantis animam, quæ ſpiritualis anim[...] eſt effectus gratiæ ſacrament[...]

Cœtera, quæ poſſent, & ſol[...] ci ab authoribus contrariæ ſ[...] quomodo nimirum poſſint v[...] ceſſiua, & tranſeuntia inform[...] cies conſecratas permanente[...] ſolùm actionem conſecratiua[...] ſatis manent ſoluta, & exp[...] ſuperius dictis.

Porro cum dicitur, mate[...] motam, ſeu tranſeuntem hui[...] menti in fieri, debere eſſe p[...] ticeum, in Eccleſia Latina a[...] in Græca fermentatum, de c[...] riori tomo egimus; ita ho[...] gunt omnes Doctores Cath[...] ſolus panis ex vero tritico, [...] ſolutè frumentum appellatu[...] ctus ſit materia certa, & ſuf[...] lius; & inſufficiens conſequ[...] nituſque inepta, omnis pan[...] ſeminibus, vel terræ fructil[...] certum eſt, non eſſe verum [...] dubia autem, & incerta, a[...] non adhibenda, panis ex ali[...] bus, de quibus dubium eſt, [...] rum triticum; aut vbi pani, [...] admiſcetur notabilis quan[...] rũ, nec non aliorum, quæ c[...] non eſſe verum triticum, qu[...] quando eſt in quantitate [...] ſemper eſt dubium, an res [...] tè hæc vel illa ex mixtis; [...] notabilis huiuſmodi ſemin[...] titas adhibetur, nam ſi n[...] tunc, cum parum pro nihi[...] tur, non diſtrahitur res ad [...] ciem, communiter Theolo[...] huiuſmodi panem eſſe mat[...] ſecrabilem. Quod tamen d[...] tari, ni talis res in modica e[...] titate admixta panem extr[...] vſuali pane, vnde, licet ali[...] ment panem vſualem eſſe h[...] lore rubro cinnabari imbib[...] ſolemus vti ad litteras con[...] melius tamen alij negant.

Panis igitur triticeus no[...] que, ſed vſualis, hoc eſt c[...]

ommuni ſub denominatione pa-
quique fit ex farina triticea, &
naturali, ſolùm eſt aptus conſe-
oni; vnde ſi cum aqua roſacea
ro, melle, vel alio ſimili liquo-
notabili fieret quantitate, cum
ſſet amplius panis vſualis, nec
quoque materia conſecrabilis;
ſi in tam modica adhiberetur
itate, vt panem non remoueret
eſſe vſuali; quod tamen intelli-
bet de validitate conſecrationis,
erò de licito vſu, quia ſolus il-
ſeruandus, quem conſueuit Ec-
.

ic quoque panis debet eſſe co-
clibano, vel furno, vel alio ſi-
nodo, qui non extrahat eum à
ſuali; qualis eſt ille, clibano
alens, quo hoſtiæ ferreo inſtru-
aſſantur; nec non panis ſub ci-
s, vel in vaſis, ſiue aeneis, ſiue
us, nullo humore adhibito,
unc per illam aſſationem verè
is vſualis; cumque non deſinat
lis etiam ſi bis coquatur, com-
er Theologi docent panem
um eſſe materiam conſecratio-
m, licet aliqui illam inter du-
onnumerent.

autem omnino inepta maſſa
veri etiam frumenti, quam
vocamus, quia licet, vt aliqui
non diſtingueretur à pane co-
ia tamen non eſt vſu communi
ibilis, ideo nullo modo ex om-
Theologorum ſententia, apta
ſecrationi; ſicut nec ſi eadem
leo, vel butyro frixetur, vel
r in aqua, cum faciat lagana
& pultes, quam panem.

o quod pertinet ad panis con-
li formam, ſeu figuram, quam-
e ad conſecrationem ſufficere
eſt; variaſque in Eccleſia fuiſ-
conſtat ex monumentis Ec-
icis.

is enim Eccleſiæ ſæculis, qui-
a premebatur perſecutione,
ac ſolidi panes, quales vel
præ manibus erant, vel à fidelibus of-
ferebantur, cuiuſcumque formæ, ſeu
figuræ forent, in altari poni, & conſe-
crari, atque in partes comminui, &
communicaturis diſtribui ſolebant.
Poſtea verò reddita pace, ſeruatam
fuiſſe figuram rotundam ſiue orbicu-
larem, habetur ex Patribus tum Græ-
cis, tum Latinis. Cumque ab eo
etiam tempore, quo in Eccleſia Occi-
dentali cæperunt hoſtiæ ea forma cu-
di, quæ nunc viget, tantæ prius eſſent
magnitudinis, vt ex illis conſecratis
tot particulæ frangi poſſent, quot
erant neceſſariæ ad communicandum
populum, ad hanc demum minimam
formam redactę ſunt, quæ nunc eſt in
vſu, quò præter hoſtiam maiorem
pro Sacerdote, aliæ item minores pro
communione populi conſecrantur,
nomine tamen particularum ex anti-
qua conſuetudine retento, quamuis
ſint integræ, & ſingulis integræ por-
rigantur. De quibus omnibus fuſius
agere, cum ſit extra noſtrum inſtitu-
tum, quæ enim ad hiſtoriam huius
ſacramenti pertinent non intendimus
ſcribere, ſed quæ ad dogma, conſuli
poſſunt, qui de huiuſmodi ritibus
egere, præſertim Eminentiſſimus Car-
dinalis Bona in ſuo docto, erudito, &
ſolido opere de rebus Liturgicis,
quod, dum hæc ſcribo, prodijt in lu-
cem.

Quemadmodum ſolus panis triti-
ceus vſualis, eſt apta, & ſufficiens
materia cōſecrationis Sāctiſſimi Cor-
poris Chriſti, ita & ſanguinis, ſolum
vinum de vite, & quidem omne, ſiue
album, ſiue rubrum, ſiue ex vna re-
gione, ſiue ex alia, ſiue ex natura ſua
debile, ſiue generoſum. Muſtum item,
ideſt liquor ex vuis recenter expreſ-
ſus, & ſi illicitū propter conſuetudi-
nem Eccleſiæ, apta nihilominus eſt
materia conſecrandi calicem, quia
eſt in ſubſtantia vinum, & quidem
potabile, licet non ſit plene decoctum,
& purgatum. Excipiunt aliqui quo
ad illud de illicito vſu, neceſſitatem

dandi viaticum, vel quid ſimile; nec non vbi viget conſuetudo conſecrandi in muſto die Transfigurationis, aut alio. Multi etiam docent vinum congelatum non ſolum poſtquam eſt liquefactum, verum etiam dum eſt actu congelatum eſſe materiam conſecrationi idoneam, quia ex ſe, & natura ſua eſt potabile; vinum quoque acidum, ſeu in acetum abire incipiens, licet cum peccato, validè tamen conſecrari poſſe videtur aliquibus, ſi tamen eſt adhuc vinum, de quo ſi dubitaretur eſſet materia dubia, vt mox dicemus.

Quare omne illud vinum, quod non eſt ex vite, ſed ex pomis, pyris, aut alijs rebus eſt materia certo inepta ad conſecrationem calicis; ſicut & agreſta, quia nec vere vinum eſt, nec vſu potabile; Licet aliqui exiſtiment liquorem expreſſum ex vuis paſſis eſſe materiam aptam conſecrationi calicis, melius tamen alij negāt, aut ſaltem pro dubia habenda eſt; ſicut & vinum aromatibus, & huiuſmodi rebus conditum, quia vbi notabilis eorum fit immiſtio, ſemper timeri debet, ne adeo ſint valida, vt vinum extrahant, ſi non à ſubſtantia vini, ſaltem à denominatione abſoluta eius, vt non poſſit dici, hoc eſt vinum, ſed potius muſtum, aut quid ſimile. Pro dubia demum materia tenendum eſt vinum, quod iam in acetum abire deprehenditur, ſemper enim timeri poteſt, ne in acetum corruptum, iam penitus à ſubſtantia vini degenerarit.

Quæ huc vſque diximus de materia remota Euchariſtiæ quantum ad ſpeciem, ſolum nimirum verum panem triticeum, ſeu frumentaceum, & ſolum vinum vitis eſſe materiam illius ſufficientem, pertinet ad fidem; cuius ratio à priori eſt ſola inſtitutio Chriſti Domini; illud enim tantum aſſumi poteſt pro conficiendo hoc ſacramento, tanquam eius materia neceſſaria, pro vt à nobis perficitur,

quod Chriſtus Dominus ill
tuendo vſurpauit in vltima c
quidem cum ait *Hoc facite*, ſa
eum tali particula, *hoc*, reſtri
& determinaſſe actionem c
tis, vt faciat, quod ipſe ibi fe
quam ſubſtantiale huic ſacr
ſed Chriſtus Dominus, vt
Euangeliſtis, nec non ex Di
1. Corinth. 11. dum referun
tionem Euchariſtiæ, in vlti
panem tantum, & vinum,
materiam huic ſacramento
riam vſurpauit, nulla prorſ
tione facta alicuius alteriu
aliquādo loco illorum ſubſt
ſet: ſolus ergo verus panis
eſt triticeus, ſolumque vinu
quod eſt abſolutè vinum, po
ſumi tanquam materia ſuf
apta huic ſacramento confic

Vnde ridiculum eſt, quod
li Caluiniſtæ, vt Beſa epiſt.
lium, Polanus lib. 5. Synt
Theologicorum cap. 59. ai
nem, & vinum ita eſſe mate
chariſtiæ, vt tamen deficient
& vino, alia poſſint eorum l
mi in celebratione cœnæ;
gratia, aqua loco vini, & id
mines tunc veſcuntur, loc
Hoc enim eſt merum fi
abſque vllo prorſus fundam
in ſcriptura, aut in traditio
manifeſtè contra vtrumque
alij Caluiniſtæ minimè illis
cum Caluinus ipſe in conf
dei, comitijs Francfordienſ
renda anno 1562. agens de
ſtia expreſsè dicat: *Chriſtu*
thor ipſa ſacræ cœnæ ſit, hab
pro canone certiſſimo, & im
quod Chriſtus ipſemet inſtitu
diſceptatione obſeruetur; ipſe
gitur diſtribuiſſe panem, & v
bis verbis, accipite, edite, bibi
corpus meum, hic ſanguis meu

Quod de pane fermenta
Græci, ſolum eſſe materiam
tem, non autem azymum,

ecrandum corpus Chriſti, ſupe- tomo refutatum eſt ſect. 11. c. 19. non cap. 20. quod alij nonnulli ntales aſſerunt, ſolum vinum pu- eſſe materiam ſufficientem con- tionis calicis, non autem ſi vel ma admiſceatur aqua. Quæ ta- vt tranſubſtantietur in ſanguinẽ ſti vi verborum, longe probabi- ſt ſententia, eam debere prius onuerſam iu vinum; pro qua ſimè P. Raymundus Capiſuccus tè ſcripſit in controuerſ. Theo- electis. Tantùm igitur ſit de ia remota Euchariſtiæ quantum ciem.

nc loquendo de ea veluti nu- , & in indiuiduo, hoc eſt, pri- o ad quantitatem eius, ſiue n, ſiue magnam pro conſecran- chariſtia: Secundò, quo ad m eius præſentiam, in ordine ſecrantem; tertiò, quo ad eius inationem, & deſignationem ne materiæ, fiendam per in- em ipſius conſecrantis, pro Eu- a hic, & nunc conficienda. primum, nonnulli Doctores enſem 4. par. q. 10. memb. 4. . 6. exiſtimant ex inſtitutione Domini quantitatem mate- is ſacramenti eſſe determina- ndum vſum fidelium, ita vt uantitas materiæ conſecrari it, quam talis vſus exigat; aque, ſi conſecretur plus ma- onſecrationem tunc eſſe nul- lij tamen magis communiter o Thoma 3. par. q. 74. ar. 2. ſola quantitas materiæ con- ſpectetur præciſè, quamli- titatem, & quantumlibet validè poſſe conſecrari, di- ſola quantitas præciſè conſi- quia poteſt aliundè contin- ex defectu ſufficientis præ- t magna quædam quantitas on poſſit validè conſecrari, e habet mere per accidens am conſecrandam in ratio- ne quantitatis præciſè conſideratam. Omnes autem conſentiunt, Sacerdotem peccare mortaliter, & peccato ſacrilegij, ſi conſecret quantitatem materiæ longe maiorem, quam ipſe vſus fidelium poſtulet: vt, ſi quis celebrando in foro, conſecraret totum panem, quem videt in eo ſibi ſufficienter præſentem.

Quantùm verò ad paruitatem quãtitatis, ſeu an detur certa aliqua quãtitas materiæ, ſiue panis, ſiue vini, qua minor etiam conſecrari non poſſit; cum huiuſmodi quantitas poſſit duobus modis ſpectari, primò, vt eſt coniuncta ſuo toti, eique ineſt; ſecundò, vt eſt ſeparata, vel diuiſa ab eo, facitque ſeipſa conſequenter quoddã totum ſeorſim; omnes communiter aſſerunt, quamlibet, & quantumlibet paruam quantitatem materię cõſecrandæ, primo modo conſideratam poſſe validè conſecrari; imo addunt aliqui partem eiuſmodi, vt inexiſtentem ſuo toti, nedum eſſe materiam capacem conſecrationis; verum etiam ſi per cogitationem animi formula ſatis parua diuidatur in mille, vel bis mille partes, quia omne continuum eſt diuiſibile in infinitum, & conſecrans intendat ſolùm conſecrare milleſimam, ſiue illæ partes ſint æquales, ſiue inæquales, nullo autem modo intendat conſecrare reliquas partes, tunc illam milleſimam, vel bis milleſimam remanentem vnitam ſuo toti, poſſe validè conſecrari, alijs per diuiſionem mentis relictis etiam non conſecratis; quatenus talis pars, quãdo determinatur milleſima, vel bis milleſima, ſufficienter quoque determinari poteſt ab ipſo conſecrante per particulam, *hoc*, *hic*; nec abſolutè requiritur, vt materia conſecranda determinetur de facto per viſum, aut per aliquem alium ſenſum, ſed ſufficit ſi poſſit determinari per illum, quod huic milleſimæ, vel bis milleſimæ parti, vt inexiſtenti ſuo toti, competere aiunt. Item communiter Theologi

logi docent, quamlibet minimam partem panis vel vini ſeparatam à ſuo toto dummodo ſit aliquo ſenſu, exteriori perceptibilis ab ipſo conſecrante, eſſe materiam ſufficientem conſecrationis; ſi verò non ſit ei ſenſibilis eſſe inſufficientem materiam; licet nonnulli cum Scoto in 4.diſt.9. quo ad hoc ſecundum doceant oppoſitum.

Circa ſecundum de præſentia materiæ conſecrandæ in corpus, & ſanguinem Chriſti Domini, Theologi vnanimiter affirmant, eam debere eſſe pręſentem Sacerdoti conſecranti. Cum autem duplex diſtinguatur præſentia, vna phyſica, quæ conſiſtit in ſola indiſtantia vnius rei ad aliam, ex qua indiſtantia reſultat inter eas relatio propinquitatis; altera moralis, qua res aliqua ſic eſt indiſtans ab alia ſecundum phyſicam propinquitatem, vt tamen inſuper percipiatur aliquo ſenſu cognitionis ab illa re, cui dicitur eſſe præſens; vndè moralis præſentia ſupra phyſicam addit cognitionem ſenſitiuam de re præſenti, quando eſt ſermo de re ſenſibili: proptereaque, licet aliquis ſit à nobis indiſtans corpore, & loco, ſi tamen non aduertimus eum ibi eſſe, non dicitur nobis moraliter præſens; cum, inquam, huiuſmodi ſit duplex præſentia, docent quoque vnanimiter Theologi, materiam conſecrandam in corpus, & ſanguinem Chriſti Domini, debere eſſe præſentem Sacerdoti conſecranti, non tantùm phyſica præſentia, ſed etiam morali; alias conſecrationem fore nullam.

Circa tertium denique de materiæ conſecrandæ determinatione reſpectu conſecrantis, communis eſt etiam Doctorum ſententia, ſacerdotem conſecrantem debere, vltra intentionem faciendi, quod facit Eccleſia, habere intentionem conſecrandi hanc materiam panis, vel vini, ita vt per ſuam intentionem, ſiue virtualem, ſiue actualem determinet illam. Quę om-

nia ſufficit breuiter inſinuaſ
materiam tum remotam, tu
mam Sacramenti Euchariſ
ſpecificè, quàm numericè et
ſideratam.

Quod vltimò ſpectat ad
mam in verbis conſecratorij.
ximus, & explicuimus ſupra
ſtentem; primum, quod oc
quirendum eſt, vtrum Chri
minus aliquam formam Sa
Euchariſtiæ inſtituerit, ea
fuerit in vltima cœna in co
ne ſui corporis, & ſanguinis
ius intelligentia notandum
quidem eſſe, imò ad fidem
quod Chriſtus Dominus p
vinum Euchariſticum bene
conſecrarit, ita expreſsè t
Sacris Euangeliſtis; ſalua ta
diſputari, num benedictio,
cratio, pro vt dicuntur fact
ſto Domino in inſtitutione
ſtiæ, fuerint actiones diſtin
Chriſtus Dominus eiſdem
nem, ac vinum Euchariſtic
dixerit, & conſecrarit; pl
graues authores tùm veter
centiores affirmatiuam par
negatiuam autem alij. De
poteſt iam citatus Pater C
in Controuerſ. Theologici
controuerſia 2.

Item aduertendum eſt, a
quod Chriſtus Dominus al
borum formam, pro Sacra
chariſtiæ conficiendo inſti
verò quod eadem ipſa, aut
ſimili vſus fuerit; primun
teſt eſſe certum, & ad fi
pertinere, vt mox dicam, t
ſecundum, vndè circa illuc
ſententiæ. Prima eſt, Ch
minum nulla verborum f
vſum, ſed ſolum virtute d
per ſuam poteſtatem excel
ſecraſſe panem, & vinu
ſuum, & ſanguinem; cui
meminit, & probabilem
nocentius III. lib. 4. d

cap. 6. Ambroſius autem Ca-
nus opuſculo hac de re edito eã
veram, & tuetur. Secunda ſen-
eſt, Chriſtum Dominum fuiſſe
m vſum aliquibus verbis, nimi-
liqua oratione, & benedictione,
utem his verbis, quibus nunc
cramus; verba autem illa, quibus
crauit eſſe nobis ignota; ſic
nus cap. 14. S. Marci, & inter
tiores hæreticos Marcus Anto-
e Dominis lib. 5. de Republica
iaſtica cap. 6. num. 5. Tertia
m ſententia, quam refert Diuus
nas 3. par. q. 78. art. 1. docet,
um Dominum iiſdem conſe-
verbis, quibus & nos modo cõ-
nus, ſed bis ea protuliſſe, ſemel
ad conſecrationem quando
crauit, & iterum publicè ad in-
onem Apoſtolorum, quãdo po-
edit illis corpus ſuum, & ſangui-
gitur licet lõgè verius ſit, Chri-
Dominum conſecraſſe iiſdem
, ſemel tantùm prolatis, quibus
us conſecrare, ſcilicet, *Hoc eſt
meum*, & *Hic eſt calix ſanguinis*
c. id tamen abſolutè non eſt de
cut nec quod benedicere, & cõ-
e, pro vt dicuntur facta à Chri-
omino in inſtitutione Euchari-
uerint diſtincta nec ne; ſed tan-
d fidem pertinet, eum formam
nenti Euchariſtiæ inſtituiſſe;
nim eius certitudine indubitatũ
cramenta nouæ legis immedia-
hriſto Domino fuiſſe inſtituta,
dum diuinitatem, per poteſtatẽ
palem; ſecundum humanitatẽ
per miniſterialem poteſtatem
entiæ; eadem tenendum eſt, ip-
ormam Sacramenti Euchariſtiæ
ninaſſe; cum inſtituere ſacra-
m nihil ſit aliud, quam deter-
e illius materiam, & formam,
ue illis vim ſignificandi effecti-
tiam.

qua veritate abſolutè non diſſen-
hæretici, nullus enim eorum
aliquid requiri, quo in confi-
cienda Euchariſtia panis, & vinum
tranſeãt formaliter ab vſu communi
ad ſacramentalem vſum, & conuer-
tantur in corpus, & ſanguinem Chri-
ſti Domini, ſiue ſecundum rei verita-
tem, vt nos fides Catholica docet, ſi-
ue tantùm in ratione figuræ illius, vt
Caluiniſtæ contendunt; quare cum
tale principium, quodcumque ſit il-
lud, habeat rationem formæ, propte-
rea inter nos, & illos conuenit dari
aliquam formam huius ſacramenti,
tantumque eſt controuerſia, quænam,
& qualis ſit illa.

Nonnulli enim ex recentioribus
Græcis, vt Marcus Epheſinus lib. de
verbis conſecrat. Nicolaus Cabaſilas
in expoſitione Liturgiæ cap. 9. & 3.
Hieremias Patriarcha Conſtantinop.
in cenſura doctrinæ Lutheranæ, c. 10.
vim conſecrandi Euchariſtiam tri-
buunt cuidam inuocationi, & oratio-
ni, quam Liturgiæ Græcorum conſue-
uerunt ſubijcere poſt verba conſecra-
tionis à nobis vſurpari ſolita. Hæc eſt
autem eorum inuocatio, & oratio;
*Rogamus te, Sancte Pater, vt mittas
Spiritum Sanctum tuum ſuper nos, &
ſuper hæc appoſita munera, & fac pa-
nem iſtum pretioſum corpus filij tui, &
quod eſt in calice iſto, pretioſum ſan-
guine Chriſti tui*. Adeò vt ſecundum
præfatos hæreticos forma conſecra-
tionis Euchariſtiæ ſint etiam preces
Eccleſiæ, his, aut ſimilibus verbis ex-
preſsæ. Quam adhuc hæreſim ſequi-
tur M. Antonius de Dominis loco ſu-
perius citato, cum hac tamen diffe-
rentia, quod illi velint conſecrationẽ
perfici tantùm prædicta oratione pera-
cta; iſte verò ſimpliciter doceat, illam
fieri precibus Eccleſiæ, nec declaret
vtrum precibus antecedentibus hæc
verba, *Hoc eſt corpus meum*, an verò
tantum ſubſequentibus; quamuis ex
prima eius ratione fundata in illo S.
Matthæi verbo c. 26. referentis con-
ſecrationem factam à Chriſto Domi-
no, *benedixit*, ſatis colligatur, eum
putaſſe, illam fieri precibus Eccleſiæ

prædicta

prædicta verba antecedentibus.

In eodem quoque errore verſantur nonnulli Armeni, aſſerentes, conſecrationem, ſeu tranſubſtantiationem panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti, nec tunc etiam perfici quando Sacerdos Armenus pronuntiat illa Domini verba, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt calix ſanguinis mei*; ſed cum poſt illa, & alia, quibus mentionem facit Paſſionis Chriſti, ſequentes ſubijcit preces: *Adoramus, & rogamus te, benigniſſime Deus, vt mittas in nos, & in hæc propoſita munera Spiritum Sãctum tuum coæternum, & coeſſentialem; quo panem hunc benedictum, corpus verè facias Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: & calicem hunc benedictum, ſanguinem verè facias Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, tranſmutans Spiritu tuo Sancto* (hic rubrica ab iiſdem hæreticis deprauata ſic habet: *Ter hæc verba replicet: poſt quæ corpus, & ſanguis Chriſti perficitur. Deinde dicat*;) *vt fiat hoc nobis, & omnibus appropinquantibus, non in condemnationem, ſed in expiationem, & remiſſionem peccatorum*. (hic iterum monet rubrica; *Ne audeat deinceps oblata ſignare, ſed reſpicere illa, vt Deum.* Ita præter alios, docet Vartanus lib. de monitis, cap. 4. vbi Latinos etiam arguit, quod credant, Sacerdotem per illa præcedentia Domini verba hoc iam ſacramentum peregiſſe.

Demum Caluiniſtæ, & Lutherani cum Catholicis ſentientes, conſecrationem Euchariſtiæ non fieri precibus Eccleſiæ, ſed forma à Chriſto inſtituta, docent eius verba non eſſe conſecratoria, ſeu ritualia, ſed promiſſoria, vel concionalia, vt vidimus ſupra cap. 56. Contra quos omnes errores.

Dico primò, conſecrationem Euchariſtię non fieri precibus Eccleſiæ, ſed forma ab ipſomet Chriſto immediatè præſcripta. Iſta propoſitio videtur pertinere ad fidem, fuiſſeque ſatis declarata in Concilio Tridentino ſeſſ. 7. can. 1. anathematizante

dicentem, *Sacramentà noua*
fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto D
ſtro inſtituta; vt enim iam
inſtituere ſacramentum no
eſt determinare immediatè
teriam non ſecundum ind
ſed ſecundum ſpeciem inf
aquam in Baptiſmo: aut
ſpeciem ſubalternam, vt pa
num in Euchariſtia. Et for
quo ad ſonum, ſed ſenſu
quam certum eſt, etiam ex
rijs, Chriſtum Dominum
Sacramentum Euchariſtiæ,
que certum eſſe debet, eum
ad illud conficiendum verb
mam præſcripſiſſe.

Eadem inſuper eſt ratio
& Euchariſtiæ, ſed Baptiſ
pro ſua forma certa quæda
Euangelica ita determinata
illis non poſſit confici, que
S. Auguſtinus expreſsè doc
Baptiſmo contra Donatiſta
& lib. 6. cap. 25. non aut
ſiæ preces, ut ibidem ait:
iure Sacramentum Euchari
pro ſua forma quædam cert
terminata verba à Chriſto i
ſiue quod in illa facit ſacr
non ſunt humanæ preces, ſ
Domini. Si enim ipſimet
colligunt hæc verba, *Ego te*
nomine Patris, & Filij, & Spi
cti, eſſe per Chriſtum determ
forma Baptiſmi, quia Matth
xit, *Baptizantes eos in nom*
&c. cum inſtituendo ſacr
Euchariſtiæ, protulerit etia
quibus conſecramus, *Hoc e*
meum, *Hic eſt calix ſangui*
deindè ſubiunxerit, *hoc facite*
clarius patet, eum determin
fata verba pro forma legitim
ciendi ſacramentum Euch
quomodo enim poteſt intellig
ſtum præcepiſſe, vt facermu
ipſe fecit, ſi formam, qua c
tur hoc ſacramentum, non
nobis.

T

ò preces Eccleſiæ etiam in
tione huius ſacramenti ſunt
les pro voluntate Eccleſiæ, vt
ium Mileuitanum II. cui inter-
uus Auguſtinus, ſignificat can.
ex eodem Auguſtino lib. 20.
Fauſtum cap. 13. forma con-
ria Euchariſtiæ, certa, & de-
ta eſt; ea igitur non conſiſtit
llatis precibus Græcarum, &
carum Liturgiarum. Propte-
Cardinalis Beſſarion opuſcu-
ac controuerſia edito reſpon-
illas preces, non peti vt cor-
riſti Domini, quod iam eſt,
peti confirmationem, & ſta-
m rei factæ. Vel etiam dicen-
t ipſimet Græci in Concilio
no ſeſſione vltima interrogati
orum oratione reſponderunt,
eos firmiter credidiſſe, ſacra-
Euchariſtiæ confici verbis
Domini, *Hoc eſt corpus meum*,
alix ſanguinis mei, eaque con-
er oratione, ſicut & Armenos
petere à Deo, vt faciat ſacra
corpus, & ſanguinem Chri-
iciter, & abſolutè, ſed, vt fiat
bus communicantibus in ſa-
& remiſſionem peccatorum;
m vno ſimul tempore non
mnia dici; ideo quod omiſſũ
eti tempore conſecrationis,
, vt ſanctiſſimum Chriſti Cor-
ſanguis eius fiat communi-
in ſalutem, poſteà petitur,
itque ſacerdos cogitatione,
telligentia hanc poſteriorem
cum illa priore, ac replicat
l iam antea erat factum, quaſi
ogo te, Sancte Pater, vt quod
a per me feciſti, nunc confir-
cias etiam, vt ſit nobis com-
tibus non in iudicium, ſed in
. Quemadmodum Latini cõ-
ſacramento ſolent vti iſta
: *Iube hæc perferri per manus*
tui, in ſublime altare tuum.
in, quemadmodum ijdem
Latini Sacerdotes, quando ante con-
ſecrationem ſimiliter orant, vt ipſis,
hoc eſt, in ſui ipſorum vtilitatem ta-
lis conſecratio fiat, dicentes: *Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæſumus, benedictam, adſcriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, vt nobis corpus, & ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui, Domini noſtri Ieſu Chriſti*; non tunc propterea petunt, vt per ea verba conſecratio fiat, quam credunt mox per verba Domini efficiendam eſſe; ſed vt in ſuam, quod faciendum eſt, ſit ſalutem: ita quoque vbi Græcæ, & Armenæ Liturgiæ poſt conſecrationem hoc ferè idem dicunt, tunc non petunt, vt per ea verba conſecratio fiat; ſed iam antea per verba Domini eam factam eſſe, præſupponentes, petunt vt illa communicantibus vtilitatem afferat. Quæ autem rubrica in Liturgia Armenorum contra hunc verum eius ſenſum fuit ſuperaddita, nullius eſt momenti; cum id nouiſſimè factum fuerit ab hæreticis ad ſuum confirmandum errorem, ſicut & alia plura falſa illi fuiſſe ſuperaddita & legi, & à nonnullis ſacerdotibus Armenis audiui.

Quartò id ipſum probatur, nec non ſimul veritas noſtræ propoſitionis ex Eccleſiæ ipſius Orientalis teſtimonio, exiſtimantis Sacerdotem conſecrare non in perſona ſua, ſed in perſona Chriſti, ſiue, quod idem eſt, Chriſtum per os eius conſecrare, & ſacrificare, repetereque primam illam conſecrationem, quam fecerat coram Apoſtolis, vt patet ex varijs orationibus in eius Liturgijs contentis: at ſola illa verba, *Hoc eſt corpus meum*, *Hic eſt calix ſanguinis mei*, dicit Sacerdos in perſona Chriſti, ſeu dicuntur à Chriſto per os eius; p[illegible] ergo ſolum fit conſecratio; ſi quidem alia poſteriora, *rogamus te* &c. non pronuntiantur ab ipſo in perſona Chriſti, ſed in perſona propria.

Quintò

Quintò preces humanę non ſunt neceſſariò impetratorię, maximè ſi à malo fiant miniſtro niſi conſtet de promiſsione à Deo facta exaudiendi huiuſmodi preces, at confectio Sacramenti Euchariſtici eſt infallibilis, & certiſsima, à quocumque fiat miniſtro, dummodo ſit Sacerdos; à prę-fatis igitur humanis Eccleſię precibus, aut alijs ſimilibus pendere nequaquã poteſt; cum neque ex ſcriptura, neque ex traditione oſtendi poſſit eas, aut eſſe formam Sacramenti Euchariſtiæ, aut habere annexam diuinam promiſſionem, ſed potius oppoſitum, vt conſtabit ex ſequenti propoſitione. Interim nonnullis aduerſariorum obiectionibus contra iſtam ſatisfaciemus.

Prima deſumitur ex aliquibus Patrum authoritatibus, dicentium, Euchariſtiam eſſe effectum Sacramentũ per preces, per inuocationem Spiritus Sancti: item eſſe conſecratam prece myſtica. Sed reſpondetur huiuſmodi Patres, vt ſatis patet ex contextu, nec non ex alijs alibi ab ipſis dictis, nomine precum intellexiſſe noſtram cõſecrandi formam, ſeu verba Chriſti Domini, *Hoc eſt Corpus meum*, & *Hic eſt Calix Sanguinis mei*, quæ poſſunt dici inuocatio Dei, & tacitè illam continere in ſeipſis, quatenus conſecratio eſt in actu exercito tacita quę-dam oratio, & efficax inuocatio diuinæ virtutis infallibiliter impetratoria pro tranſubſtantiandis pane, & vino in corpus, & ſanguinem Chriſti. Quo etiam modo formæ aliorum Sacramentorum poſſunt vocari preces, & orationes pro obtinendis infallibiliter à Deo proprijs ſuis effectibus. Vel etiam, cum totus canon Miſſæ interdum appelletur à Patribus tàm Grę-cis, quàm Latinis, precatio, oratio, vt à S. Baſilio lib. de Spiritu Sancto cap. 27. S. Auguſtino epiſt. 59. ad Paulinum; S. Gregorio Magno lib. 7. epiſt. 63. verba autem illa Chriſti Domini,

quæ credimus eſſe conſec
chariſtiæ, ſint aliqua pars c
ius maior pars conſiſtit in
gratiarum actione Deo fa
ſumpta denominatione à r
te, quandoque vocantur
preces, & orationes.

Secundò obijcit Varta
poſſe panem, & vinum fier
ſanguinem Chriſti, niſi in
Spiritu Sancto, cum Pater
Spiritu Sancto nihil ad ex
hęc autem inuocatio Spir
continetur in præfatis pre
ſpondetur ad hoc argume
mam Sacramenti Euchari
inuocationem Trinitatis
non debere in conſecratio
uocari Spiritum Sanctum
tum fieri, quod Chriſtus f
ſtituit; vndè cum, vt ſtatim
pro huius Sacramenti forn
rit hęc verba, *Hoc eſt corpu*
eſt ſanguis meus, illa ſolùm
tur ad eſſentiam eius. Q
præfatus hęreticus ſubijci
non ſolùm illi non fauet,
aduerſatur. Nam ſi oper
ad extra ſunt indiuiſa, qu
vna perſona, neceſſariò fa
idem etiam aliæ; manifeſt
ad Euchariſtiam conficien
ſariam non eſſe explicitan
uinarum perſonarum inuc
dum enim Chriſtus filius
dotem vtentem forma ab
ſcripta hoc facere intellig
ſario quoque intelliguntu
Spiritus hoc idem cum
cere.

Si quis inquirat, an Sa
cus, vel Armenus, opinar
tionem non fieri tunc, cu
Chriſti Domini verba ab
nuntiantur, ſed poſtea, c
illa ipſorum oratio, verè
diſtinctione vtendum eſt,
dumque negatiuè ſi habea
intentionem, ac propoſitu

ndi tunc, cũ verba Domini pro- affirmatiuè autem, ſi cum tali opinione intendat facere in tota ſacrificij actione, quod Chriſtus & iuſſit; quia, vt communiter nt Theologi, vniuerſalis illa in- corrigit errorem mentis parti- em.

quoniam imperiti illius gentis dotes, tùm ex apparenti ſignifi- ne verborum huiuſcemodi eorũ nis, tum ex falſa prędictæ rubri- hæreticis ſuperadditione, faci- ipi poſſunt, & exiſtimare, per bſolutè peti; ac fieri conſecra- n, proptereaque, vt hanc certius nt, ter eiuſdem orationis verba re ſolent; qui eſt alius error imus, nam ſi talis oratio eſſet huius Sacramenti, vt falsò pu- ius certè repetitio non modo ſtratoria, ſed etiam peccami- uippè eſſentiales Sacramento- rmæ, ſi ſemel ritè proferantur, infallibiliter conſequuntur ef- , ac proindè repeti ſine pecca- poſſunt. Sin autem non ſunt rmæ, etiamſi millies repetan- il prorſus efficiunt. Satius eſ- tam orationem conſecrationi tere, vel omnino auferre, vel ſi eret relinqui loco, eam corri- ad ſenſum Catholicum redu-

ſecundò, quod forma huius enti provt conſideratur in u ſecundum ſui effectionem, a Chriſti Domini verba, pro atione panis, *Hoc eſt corpus* pro conſecratione calicis, *Hic ſanguinis mei*. Ita omnes Ca- pertinetque ad fidem; vt etiã eranis fatetur Kemnitius in Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 1. iniſtis autem Beza, in quæſt. nſ. de Sacramentis quæſt. 186. Polanus lib. 5. Syntagmat. vbi omnes illi volunt prędi- ſti Domini verba à conſecrã-

te debito modo vſurpata; eſſe *operatoria*, licet diſcedant à nobis, turpiterque errent in explicando effectu, quem operantur, & in modo operandi illum.

Prima huius propoſitionis probatio fundatur in authoritate ſcripturæ, Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. & 1. Corinth. 11. vbi Chriſtus Dominus inſtituens Euchariſtiam prędcripſit, vt in ea conficienda pręfatis vteremur formulis, dicens, *hoc facite*, quod quidem præceptum tam ſe extendit ad prolationem illarum, quam ad accipiendum panem, & vinum in materiam; nec fuit neceſſe, quod Chriſtus diceret, *dicite* hæc mea verba, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt calix ſanguinis mei*, ſed pluſquam ſatis fuit eum dicere *hoc facite*; huiuſmodi enim verbis totum eſſentiale, quod huic Sacramento efficiendo adhibendum erat, atque adeo, tam materiam, quàm formam, ſiue prolationem prædictæ formæ, comprehendi clarè patet.

Secundò authoritati Scripturæ ſuffragatur traditio, perpetua Eccleſiæ fide, & vſu comprobata, nec non vnanimi Sanctorum, ac veterum Patrum teſtimonio, qui nullas alias preces, nullamque aliam agnoſcunt Euchariſtiæ conficiendæ formam, quam has preces, vt interdum vocant, ſeu verba Chriſti Domini, *Hoc eſt corpus meũ*, & *Hic eſt calix ſanguinis mei*.

Ita ex Gręcis Iuſtinus apolog. 2. ad Antoninum Pium. Ireneus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 32. & lib. 5. cap. 2. Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 4. Gregorius Nyſſenus orat. Catechetica cap. 37. *Rectè ergo nunc quoque Dei verbo ſanctificatum panem in Dei verbi corpus credo tranſmutari.* Et paulò poſt, *Hic ſimiliter panis, ſicut dicit Apoſtolus, ſanctificatur per verbum Dei, & orationem, &c.* Sed quod verbum Dei, quę oratio, *nempè*, inquit, *Hoc eſt corpus meum.* Chriſoſtomus hom. 83. ex cap. 26. Matth. & homil. de proditione Iudæ

Iudæ tom. 3. *Non enim homo eſt, qui propoſita de conſecratione menſæ Domini corpus Chriſti facit, & ſanguinem: ſed ille qui crucifixus eſt pro nobis Chriſtus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute conſecrantur, & gratia.* Hoc *eſt, ait, corpus meum: hoc verbo propoſita conſecrantur. Et ſicut illa vox, quæ dixit, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, ſemel quidem dicta eſt, ſed omni tempore ſentit effectum, ad generationem operante natura: ita & vox illa ſemel quidem dicta eſt, ſed per omnes menſas Eccleſiæ vſque ad hodiernam diē, & vſque ad eius aduentum, præſtat ſacrificio firmitatem.* Euſebius Emyſſenus ſerm. 5. de Paſchate; *Inuiſibilis Sacerdos, viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis ſui, verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit, ita dicens: Accipite, & edite,* Hoc *eſt corpus meum: & ſanctificatione repetita, accipite, et bibite,* Hic *eſt ſanguis meus.*

Ex Patribus Latinis Tertullianus lib. de orat. cap. 6. & lib. 4. aduerſus Marcionem cap. 40. *Chriſtus acceptum panem, & diſtributum diſcipulis, corpus ſuum illum fecit,* Hoc *eſt corpus meum, dicendo, id eſt, figura corporis mei. Figura autem non fuiſſet, niſi veritatis eſſet corpus. Cæterum vacua res, quod eſt phantaſma, figuram capere non poſſet.* Cyprianus ſerm. de Cœna Domini; *Hoc eſt corpus meum: manducauerant, & biberant de eodem pane ſecūdum formam viſibilem: ſed ante verba illa, cibus ille communis tantùm nutriendo corpori commodus erat, et vitæ corporalis ſubſidium miniſtrabat: ſed ex quo à Domino dictum eſt, hoc facite in meam commemorationem, hæc eſt caro mea, et hic eſt ſanguis meus: quotieſcumque his verbis et hac fide actum eſt, panis iſte ſubſtantialis, et calix, benedictione ſolemni ſacratus ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit.* Ambroſius lib. 4. de Sacramentis cap. 4. *Quomodo poteſt, quod panis eſt, corpus eſſe Chriſti? conſecratione. Conſecratio igitur quibus verbis eſt, et cuius ſermonibus? Dom*

Nam reliqua cum dicuntur, lau

fertur, etc. vbi venitur, vt c

venerabile Sacramentum, iam

ſermonibus Sacerdos, ſed vtit

nibus Chriſti. Quos ſermo

verba Chriſti, clarè aſſerit li

qui myſterijs initiantur cap.

Hoc eſt corpus meum. Ipſe, in

mat Dominus Ieſus: Hoc eſt co

Ante benedictionem verborum

alia ſpecies nominatur, poſt co

nem corpus Chriſti ſignificat

dicit ſanguinem ſuum. Ante

tionem aliud dicitur, poſt conſ

ſanguis nuncupatur. Hieron

cap. 3. Sophoniæ, dum ait

ſtiam confici ad verba Sacerdo

cantis, cum iſtam oration

ſolemnem, debet intelligi c

forma conſecrādi, quæ prop

ſtum authorem ſuum, & pr

cticam ſuam ſignificationem

ſolemnis in Eccleſia; vndè

dem ait, *probam vitam Sac*

merita inſuper requiri, intel

lùm de oblatione facta dig

merito, vt ſatis conſtat ex t

guſtinus ad pſal. 33. conc. 1.

Chriſtus in manibus ſuis, q

mendans ipſum corpus ſuum,

corpus meum. Ferebat eni

manibus ſuis. Et ſerm. 28.

Domini: *Ante verba Chriſ*

fertur in altari, panis di

Chriſti verba deprompta fue

non panis dicitur, ſed corpus

Similiter docent reliqui Ec

cti Patres, & Scriptores, q

ſtimonia poſſunt videri apu

Sanctesium repetit. 7. de E

cap. 5. apud Feuardentium

ment. ad cap. 34. lib. 4. S.

apud Petrum Arcudium lib

& ſequentibus, in quibu

plura Patrum Græcorum t

quibus ſupracitati recenti

abutuntur.

Ex quibus ſatis patet, q

falsò Archiapoſtata Spalatenſis ... erit, nullum eorum Patrum, qui ... unt ante octauum ſæculum, ſi... caſſe expreſsè iſta verba, *Hoc eſt ... meum*, & *Hic eſt calix ſanguinis* ... provt pronuntiantur à Sacerdo... ſe conſecratoria huius Sacramē... ęterquam enim plures ex iam ci... expreſsè docent precationē, ſeu ... ulam illius conſecratoriam con... præfatis verbis, alij autem æ... alentibus verbis, dicentes in ge... talem formam eſſe ſola Chriſti ..., aut quia loquebantur fidelibus, ... us ea in ſpecie erant probè co..., aut quia loquebantur infideli..., vel Catechumenis, quibus illa ... arè explicare non licebat; inſu... duertendum eſt, nullum prorſus ... am veterum Patrum negaſſe, ... ta verba eſſe formam conſe... æ Euchariſtiæ, vel id precibus ... ſiæ attribuiſſe.

... are attenta, & ſuppoſita huiu... odi traditione in vltima ſeſſione ... ilij Florentini tam Latini, quam ... ipſi profeſſi ſunt ſe firmiter ... e Euchariſtiam confici prædi... rbis Chriſti Domini; & Euge... n decreto vnionis ait illa eſſe ... m formam; nouiſſimèque Con... Tridentinum eidem inhęrens ... ioni, cum ſeſſ. 13. cap 3. dixiſſet, ... fuiſſe ſemper Eccleſiæ fidem, ... ſtatim poſt conſecrationem, vt ... r capite ſequenti, verum Chri... pus, ſanguis, anima, & diuinitas ... aliter exiſteret ſub ſpeciebus ... & vinis, eaque diſtinxiſſet, quę ... orum ponuntur ſub vtraque ..., clarè tali diſtinctione ſuppo... nem conſecrari in corpus Chri... mini ijs verbis, quæ illud ſo... odo ſignificant: & item vinum ... ntaxat verbis, quæ præciſè ſi... nt Chriſti Domini ſanguinem: ... modi verba nulla ſunt alia, ... iſta, *Hoc eſt corpus meum*, *Hic eſt ... nguinis mei*, vt patet ex inſtitu-

tione, & celebratione huius Sacramenti facta per Chriſtum, locis Scripturæ ſuperius citatis: forma igitur Sacramenti conſiſtit in prędictis Chriſti Domini verbis. Quæque contra hanc veritatem aduerſarij objiciunt ſubobſcura aliquorum Patrum teſtimonia ſufficienter manent explicata ex ſuperius notatis; eos nimirum nunquam dixiſſe Euchariſtiam confici in Eccleſia per preces eius, ſed per preces verbi Dei, ſeu Chriſti, quas etiam preces aſſeruerunt nullas eſſe alias, quam iſta eius verba, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt ſanguis meus*. Quia dum explicant iſtud præceptum Chriſti Domini impoſitum Apoſtolis, & ſucceſſoribus, *hoc facite*, illud exponunt, per ſumptionem panis, & vini, ac prolationem prædictorum verborum ſuper illa.

Dico tertiò, Chriſtum Dominum nedum prædicta verba inſtituiſſe pro forma Sacramenti Euchariſtiæ conſecratoria, quod pertinet ad fidem, vt vidimus, ſed etiam longè probabilius eſſe, iiſdem verbis conſecraſſe. Probatur hæc ſecunda pars iiſdem argumentis, quibus prima, nimirum ex præcepto à Chriſto Domino impoſito, *hoc facite*; quæ verba idem ſonant, ac *facite, quod ego feci*, ſeu conſecrate eodem modo, quo ego conſecraui; Igitur cum Euangeliſtæ agētes de inſtitutione Euchariſtiæ, & prima conſecratione facta per Chriſtum, nullum alium ibi referant modum, quo conſecrauerit, quam dicendo, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt calix ſanguinis mei*, ſatis denotant ipſum eo vſum fuiſſe, ſiue ſe ſimul referre non ſolùm materiam, verum etiam formam, ſeu verba, quibus Chriſtus ipſe conſecrauit.

Deindè id ipſum aſſerunt ſuperius citati Patres, præſertim Tertullianus, & Cyprianus. Videturque apertè colligi ex Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 1. dum ait Chriſtum Domi-

num *tunc inſtituiſſe hoc Sacramentum*, *quando Apoſtolis teſtatus eſt diſertis verbis, ſe ſuum corpus, et ſanguinem illis præbere*; Nam illud habuit rationem formæ reſpectu Euchariſtiæ à Chriſto Domino primùm conſecratæ, quo formaliter inſtituit Sacramentũ Euchariſtiæ, alio ſiquidem modo illud non inſtituit, quam conficiendo illud, ſicut Euangeliſtæ, & Apoſtolus iam citatis referunt locis; ſed Chriſtus Dominus inſtituit formaliter Sacramentum Euchariſtiæ per hæc verba, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt calix ſanguinis mei*; quia iuxtà Tridentinum, loco ſtatim relato, inſtituit illud, quando teſtatus eſt Apoſtolis, ſe illis dare ſuum corpus,& ſanguinem; hoc autem præſtitit dictis verbis; hæc igitur habuerunt rationem formæ reſpectu Euchariſtiæ à Chriſto Domino primùm conſecratæ in vltima cœna.

Cum autem omnes Theologi conſentiant, hæc eadem verba requiri de neceſsitate Sacramenti pro conficienda Euchariſtia, ſalua tamen inter illos fide controuertitur, an ſint ſufficientia, ſeu an alia inſuper deſiderentur ex neceſſitate Sacramenti. Nam circa formam, qua panis in corpus Chriſti Domini conuertitur, tres ſunt ſententię: Prima tribuitur Scoto in 4. diſt. 8. q. 2. vbi videtur aſſerere, illa omnia, quæ in Canone Miſſæ incipiunt ab iſtis verbis, *Qui pridie quam pateretur*, ita eſſe neceſſariò præmittenda, vt quamuis non ſint de eſſentia formæ, forma tamen ſine illis vim ſuam non habeat; verum Tartaretus Scoti diſcipulus ad citatum locum ait, eum ſolummodo diſputandi gratia, & non ſtudio aſſerendi, id dixiſſe. Secunda ſententia eſt quorundam Latinorum exiſtimantium iſta verba Chriſti Domini, *Accipite, et manducate*, eſſe neceſſaria prædictæ formæ. Tertia ſententia eſt quorumdam Græcorum, qui contendunt illam parti-

culam, *quod vobis datur*, vel *t*
eſſe de eſſentia formæ.
At cum quarta ſententia in
ctores communi dico quartò
hæc quatuor verba, *Hoc*
meum, eſſe eſſentialiter, & p
quiſita ad conſecrationem p
corpus Chriſti Domini. Pri
ex decreto Eugenij in Concil
forma huius ſacramenti ſunt v
uatoris, quibus Sacerdos loque
ſona Chriſti conficit hoc Sacra
ſed ſacerdos nulla alia verb
perſona Chriſti quam iſta c
Hoc eſt corpus meum, ſola i
quatuor verba ſunt eſſentiali
ſe requiſita ad conſecrationẽ
corpus Chriſti Domini, cæ
ſiue antecedentia, vt *qui pr*
pateretur, ſiue & concomit
iuſmodi eſt particula *enim*,
tũ de neceſſitate præcepti Ec
quæ tamen, ſi nulla detur l
excuſatio, eſt graue peccat
tere, cum ſacramenti confe
magni momenti; dicitur, ſi
tur excuſatio legitima, qui
non per contemptum, ſed e
ſubreptione, vel negligenti
omitteret particulam enim,t
ſio eſſet tantum venialis ex
ſententia. Deindè, ſola i
ſunt eſſentialia formæ co
Euchariſtiã ſub ſpeciebus pa
rum ſignificatio practica im
mo, & per ſe complete &
Chriſti Domini corpus poni
ſubſtantiationem ſub speciel
tota ſiquidem ratio huius ſ
in eo ſita eſt, vt Chriſti Do
pus, quoad hanc partem,
ſtat per tranſubſtantiatione
ciebus panis conſecrati; ſe
ex terminis, ſola ſignificati
iſtorum quatuor verborum
primò, & per ſe perfectè, &
Chriſti Domini corpus poni
ſubſtantiationem ſub ſpeciel
nam directum ſignificatum

um eſt Chriſti Domini corpus, ius præſens, vt pronomen de-ratiuum *hoc* indicat; deinde per ſtantiationem, quoniam ver-lud ſubſtantiuum *eſt*, practicum it & reliquum eiuſdem formæ, eque ſignificat conuerſionem ſubſtantiæ panis in corpus Chri. nini, vt dicetur infra; ſola ergo tuor verba, *Hoc eſt corpus meũ*, ſentialia formæ conſecrandi pa- corpus Chriſti Domini.

or difficultas eſt de forma Ca-trum nimirum omnia, & ſin-rba, quæ inter illum conſecrã-feruntur ſint formæ illius con-riæ eſſentialia; multi enim exi-ola illa verba, *Hic eſt calix ſan-ei*, vel alia æquiualentia, eſſe lia formæ cõſecrandi calicem, autem omnia eſſe partes illius tales tantùm, non ex precepto ſed ex inſtituto Ecleſiæ profe-à Sacerdote inter conſecran-licem; At diuus Thomas, eiuſ-ipuli; & alij plures exiſtimant æc verba: *Hic eſt calix ſangui. noui & æterni teſtamenti, my-fidei; qui pro vobis, & pro mul. etur in remiſſionem peccatorum*; ubſtantia ſeu de eſſentia for-ecrationis vini Euchariſtici; nonnulli, inter quos Ioannes oma interpretantur diuum, quaſi ſolum voluerit verba ni, *& æterni teſtamenti* &c., illa, *remiſſionem peccatorum*, eſſe quidem de integritate n de eſſentia formæ conſe-Calicis; alij credunt huiuſ-rpretationem, & ſimiles eſſe lienas à mente ac ſenſu diui De quo videri poteſt Pater us Capiſuccus in controuerſ. Interim.

uinto, verba formæ conſe-acramenti Euchariſtiæ, non iſſoria ſolum, vel conciona. verè conſecratoria, & ritua-inet ad fidem, iamque ſupra oſtenſum eſt cap. 56. agendo de forma ſacramentorum in communi.

Quia autem aliqua dici poſſunt, vel *recitatiue*, ſeu *hiſtorice*, & *materialiter*, vt quandò referuntur, ſeu narrantur ſolum tanquam ab alio dicta, aut non animo ſignificandi quæ ipſa verba prę ſe ſonant, vel *ſignificatiuè*, ſeu *formaliter*, vt quando proferuntur cum intentione exercendi ipſam eorum ſignificationem, ſeu affirmandi, vel negãdi quod illa ſignificant. Salua fide inter Catholicos diſputatur, quomodo verba conſecrationis Euchariſticæ proferantur à Sacerdote, cõſecrante vtrum ſcilicet illa pronuntiet animo tantum referendi verba, quæ Chriſtus Dominus vſurpauit in vltima cęna, ad faciẽdam præſentiam corporis, & ſanguinis eius ſub ſpeciebus panis & vini, quæ habet prę manibus conſecranda; an vero illa proferat, ea etiã intentione vt velit, & intendat exercere ſignificationem ipſorum, ſeu vi illorum à ſe prolatorum conuertere panem, & vinum, quæ ipſe habet præ ſuis manibus, in corpus, & ſanguinem Chriſti Domini. Circa hoc enim tres ſunt Catholicorum ſententiæ. Prima eſt Innocentij III. lib. 4. de myſt. Miſſæ cap. 17. & Durandi in 4. diſt. 8. quæſt. 2. putãtium hæc verba *recitatiue* tantùm proferri à conſecrante, & non *ſignificatiue* nunc, ſeu de præſenti.

Secunda ſententia eſt Marſilij in 4. quæſt. 6. art. 10. Vaſqueſij 3. p. de Sacramentis diſput. 200. cap. 2. docẽtium verba conſecrationis ſolũmodo proferri ſignificatiuè ab ipſo conſecrante, & nullo modo recitatiuè, ſeu hiſtoricè. Tertia demum ſententia eſt præfata verba communiter proferri à conſecrante vtroque modo, id eſt & recitatiuè & ſignificatiuè ſimul; ita tamen, vt ad valide conſecrandum requiratur abſolutè, quod Sacerdos conſecrans proferat verba conſecratoria ſignificatiuè; cum enim loquatur in perſona Chriſti Domini dum ait, *Hoc eſt corpus meum*; &, *Hic eſt calix ſan-*

ſanguinis mei; vt docent Patres, debet eodem modo proferre iſta verba, ac ſi eſſet ipſemet Chriſtus Dominus; ſed Chriſtus Dñus conſecrando in vltima cæna protulit iſta verba ſignificatiue, proferendoque illa intendebat exercere eorum ſignificationem, ſeu facere, quod ipſa ſignificabant, id eſt ponere corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini per tranſubſtantiationem, vt fides nos docet; ad validè igitur conſecrandum, requiritur abſolutè, vt celebrans proferat verba conſecratoria ſignificatiuè. Et ſi autem illa proferat ſimul recitatiue, vt patet ex canone vbi dicitur, *Qui pridie &c. benedixit, fregit deditque diſcipulis ſuis dicens, accipite, manducate, Hoc eſt corpus meum*; primis enim verbis Sacerdos narrat, quid Chriſtus Dominus fecerit, in illo autem verbo *dicens* &c. refert etiam quid dixerit, ſicut igitur duo illa verba, *accipite, & manducate*, proferuntur recitatiue, ita & hæc alia, *Hoc eſt corpus meum*: ad validè tamen conſecrandum non requiritur talis modus ea proferendi; ad hoc enim ſufficit eo modo proferre verba conſecratoria ſupra materiã debitam, quo Chriſtus Dominus conſecrans protulit illa, quia ſic adimplet præceptum Chriſti Domini, *Hoc facite*; ſed Chriſtus Dominus conſecrãs non protulit verba conſecratoria recitatiuè, quia non referebat illa tanquã ab alio; vel etiam à ſeipſo dicta alio tempore; vt patet ex contextu Euangelico, ſed vt ſua propria pro eo tempore, quo pronuntiabat illa: igitur ad validè conſecrandum non eſt abſolutè neceſſe, quod Sacerdos celebrans proferat verba conſecratoria recitatiuè.

Quod demum attinet ad veritatem verborum huius formæ conſecratoriæ ſupponendo quod verus ac genuinus eorum ſenſus, ſit ſecundum proprietatem verborum, non autem ſecundũ aliquam duntaxat figuratam locutionem, vt oſtendetur capite ſequenti,

nunc ſolum difficultas eſt,
quomodo propoſitiones i
corpus meum; &, *Hic eſt ca*
nis mei, ſint veræ, quando
particula *eſt* profertur, res p
gnificata, nimirum corpus
Chriſti non exiſtit; ſecund
iſtis propoſitionibus duo
ſtingui, ſcilicet ſignificati
veritas, vtrùm iſtæ propo
ciant præſentiam corporis
Chriſti Domini ratione ſu
an autem ratione ſuæ ſigni
Circa primum enim nonnu
dictas propoſitiones nudè
dum vim verborum conſi
falſas; nihilominus con
intentione proferentis eſſe
tenus conſecrans illas prof
ſignificationem iſtius verb
lud inſtans, in quo eius
non eſt amplius. Alij aut
ideò prædictas propoſitio
ras propterea quod ſenſus
iſte, quia *Hoc eſt*, vel *prox*
eſt corpus meum, & quia,
proximè futurus eſt ſanguis
communis Doctorum ſe
Diuo Thoma 3. p. q. 78
iſtas propoſitiones eſſe ve
lum ex intentione profere
conficientis ſacramentum
ni rigore, & proprietate ſ
quatenus propoſitiones i
rantur ſecundum vim, &
nem verborum, quibus co
tio eſt, quia vt aliqua pr
ctica, ſeu effectiua ſuæ ve
ra in rigore, & proprietat
ſufficit, quod res per illa
ſit talis in vltimo termin
prolationem propoſitioni
illam exprimitur; igitur
hanc vtramque propoſiti
cè ſignificatæ, ſint tales i
mino abſoluente prolatio
quales per eaſdem expri
cendum eſt illas eſſe vera
& proprietate ſermonis.
Circa ſecundum comm

ſerunt Doctores cum Diuo Tho-
o citato, iſtas propoſitiones
ratorias efficere præſentiam
is, ſanguinis Chriſti Domini
eciebus panis & vini, ratione
gnificationis, & non ratione ſuę
tis.
io huius aſſerti, quo ad primam
, eſt, quia illæ propoſitiones
abent, vt efficiant preſentiam
is, & ſanguinis Chriſti Domi-
de habent, vt ſint eſſentiales
cramento, vel ſacramentales;
enta ſiquidem nouæ legis vt
e non eorum formæ, & mate-
uatenus ſunt ſacramentales, ha-
od producant ſuum effectum;
æ propoſitiones conſecratorię
& vini habent quod ſint ſacra-
s à ſua ſignificatione, tanquam
formali: à ſua igitur ſignifica-
abent, vt efficiant præſentiam
s, & ſanguinis Chriſti Domi-
peciebus; non autem ratione
itatis, quæ eſt altera pars aſ-
obanda; nam prius non depen-
oſteriori, nec poſterius eſt ra-
tendi priori; ſed præſentia
Domini ſub ſpeciebus eſt prior
iſtarum propoſitionum, cum
fundamentum; talis enim ve-
il eſt aliud, quam conformi-
mdem propoſitionum ad rem
s enuntiatam, quæ conformitas
, quando id, quod per propo-
affirmatur, ita eſt, vt exprimi-
llas, cuiuſmodi eſt in Eucha-
ęſentia corporis, & ſanguinis
Domini; illa igitur non depē,
ritate eiuſmodi propoſitionum
conſequenter propoſitiones,
æ conſecratorię ratione ſuæ
illam efficiunt. Quare ſimul-
ationis ita ſunt ſimul verę, &
tiuę, vt tamen ſi loquamur de
e naturę, vel independentiæ,
, prius ſint ſignificatiuę, quā
que adeo ordine naturę ſigni-
ręcedit earum veritatem, po-
talis ſignificatio per intelle-

ctum concipi, abſque eo quod veritas concipiatur, quatenus ſignificatio terminatur tantum ad eſſe rei, non autē ad conformitatem talis rei cum propoſitione, vt patet ex eo quod propoſitio idem ſignificans poteſt eſſe vera, & falſa ſucceſſiue; At aliquid prius dari non poteſt, in quo dictæ propoſitiones ſint ſignificatiuę, & non ſint verę, quia hæc prioritas dicit anteceſſionem aliquam durationis, quam prioritas à quo non dicit, ſed dependentiam tantùm vnius ab alio, quo ad ſui communicationem vel productionem, quam recte intelligimus ſine anteceſſione durationis, vt patet in ſole reſpectu lucis, & alijs ſimilibus.

Inſuper conſtat, quid in his propoſitionibus, vel formis conſecrationis ſignificent pronomina, *Hoc*, vel *Hic*, & quem conſequenter ſenſum faciant ipſę; contentum nimirum ſub ſpeciebus in cōfuſo: ita tamen vt in fine prolationis operatorię, propoſitio verificetur pro corpore, & sāguine Chriſti: eſtq; ſenſus, *Hoc ens*, contentum ſub ſpeciebus, *eſt corpus meum*; *Hic liquor*, contentus ſub ſpeciebus, *eſt ſanguis meus*. Vnde non eſt propoſitio identica, vti nec quando intendens digitum in aurum, vel Petrum, dicitur, *hoc eſt aurum*, *hic eſt Petrus*, non enim eſt ſenſus, aurum eſt aurum, Petrus eſt Petrus; ſed, hoc ens eſt aurum, hic homo eſt Petrus; nam propoſitio identica eſt enuntiatio eiuſdem de eodem, ſub eadem ratione.

Vel, quod in idem fere recidit, dicendum eſt, per pronomen *Hoc* non demonſtrari panem, neque ſola accidentia panis, quia ſic falſa eſſet propoſitio dicendo de illis, quod ſint corpus Chriſti; neque ipſum corpus Chriſti in ſe, quaſi ſit ſenſus, Hoc corpus eſt meum; ſic enim tantùm ſignificaret, quod eſſet in ſe, non quod eſſet ex pane; quare etiam non ſumitur ly *Hoc* adiectiue, quaſi diceretur, Hoc corpus eſt corpus meum; ſed ly *Hoc* demonſtrat ſubſtantiuè, hoc contentum

tum

tum ſub ſpeciebus panis eſſe corpus Chriſti. Et ſimiliter in conſecratione calicis, Hic calix demonſtrat contentũ ſub ſpeciebus vini quod eſt in calice. Vel ſi dicatur, *Hic eſt ſanguis meus*, ſenſus eſt, Hic liquor ſeu contentum ſub ſpeciebus huius liquoris eſt ſanguis meus; Proindeque complectuntur vtrumque terminum à quo & ad quem quaſi vagè & indefinitè; atque adeo ita demonſtrant rem vnicam, & ſingularem formaliter, ſcilicet ſub ratione contenti ſub ſpeciebus, vt tamen ſit materialiter multiplex, quia nimirum in principio eſt panis, vel vinum, in fine autem prolationis corpus Chriſti, vel ſanguis. Et ſic ſenſus eſt *Hoc contentum*, quod prius eſt panis, *eſt corpus Chriſti*; vel, *Hoc contentum*, quod prius eſt vinum *eſt ſanguis Chriſti*. Ideoque etiam iſtæ propoſitiones, ſeu formæ conſecratoriæ ſimpliciter quidem ſunt definitæ & ſingulares; quia demonſtrant hoc contentum ſub accidentibus, quod ſub ratione contenti eſt vnum formaliter; indefinitæ autem ſecundum quid, quia illud idem, vt diximus, materialiter, & ex parte connotati eſt multiplex, vageque, & indefinite ſignificatur per illas. Ratio autem omnium horum eſt, quia ſic rectè verificantur dictæ formæ; ſignificatur conuerſio in facto eſſe ſubſtantiæ panis, & vini in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti; nullumque ſequitur inconueniens, quod per iſta pronomina *Hoc*, & *Hic*, ſignificetur contẽtum ſub ſpeciebus indefinitè materialiter.

Probantur, ſiue explicantur ſingula. Primum, quia vt iſtæ propoſitiones ſint abſolutè veræ, ſiue hoc contentum ſub ſpeciebus panis, & vini eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti, ſufficit, quod, licet in principio prolationis ipſarum, nec panis, nec vinum ſint adhuc corpus, & ſanguis Chriſti, in fine tamen ſint talia, quia propoſitio non debet verificari niſi in vltimo ſuæ prolationis, ſiue quando vltima

pars abſoluens propoſition
tur; tunc enim eſt perfecta
ta, & non ante; ſi quidem,
ex Dialectica, ante vltima
termini prolationem comp
buti cum ſubiecto, quam
eſſentialiter poſtulat, vt ſi
ratione propoſitionis, non
ſed vbi abſoluuntur iſtæ pro
vel melius earum prolatio
tentum quod prius erat pa
num, fit corpus & ſangu
ergo ſunt abſolutè veræ,
rum eſt dicere, quod hoc
Chriſti, quia ita eſt in re.

Hoc quoque modo rect
conuerſionem in facto e
quoniam inprimis iſtæ pr
non ſunt ſpeculatiuę, ſed
ſignificatione practica, &
non præſupponit ſuum ob
facit. Etſi enim obiectum
& hac ratione preſupponat
ficationem ſpecificatam;
requiritur; niſi quod præ
in intentione, & obiectiue
tur autem in exercitio, &
ſicut finis in intentione e
cificat actum, licet in exe
ſequatur ad illum; ſatis e
iam diximus, ad veritat
tionis practicę in rigore &
ſermonis, quod in vltimo
lationis ipſius res ab ea ſig
ſtat; quia in ordine ad
propoſitio illa veritatem
quia practica eſt, & factiu
cati: ſicut quæcumque actio
& factiua reſpicit ſuum ob
ſe faciendum pro vltimo
verò factum ſupponit.
huiuſmodi propoſitiones
ſignificatur corpus, & ſa
ſti, non abſolute, aut in
pane, & ex vino, quia
contentum, quod prius er
vinum, & in fine prolatio
pus, & ſanguis Chriſti; qu
teſt ſtare abſque deſtructio
nis panis, & vini non per

quia aliquid fit,igitur per conuer.
n.
on eſſe tamdem abſurdum , aut
m quod pronomen *Hoc* poſſit de-
trare indiuiduum vago, & inde.
modo, ſaltem ex parte ſui mate-
& connotati,patet ex modo lo-
li, quo quis dicit, Hic Flos na-
in horto meo, non enim demõ-
iunc materialiter in indiuiduo,
nc ſpeciem Floris, connotando
ilem eius demonſtrationem per
entia ſenſibilia. Ita quoque per
,& *Hic* in pręfatis formis nõ de-
ur,aut ſignificatur ipſum indiui.
t cõtentum ſub pane,& vino,ſed
nitè & in communi contentum
ecіebus eorum, vt dictum eſt.
um autem iſtæ formæ, ſeu ver-
im præter moralem, phyſicam
e habeant cauſalitatem, in con-
ne ſubſtantiæ panis, & vini, in
ntiã corporis & ſanguinis Chri-
ua ſide inter DD. Catholicos
atur, aliqui enim negatiuam,
rmatiuam partem tenent, quæ
gis cõmunis in ſchola diui Tho.
cut & quod omnia ſacramenta
rumenta phyſica gratiæ. Dif-
tamen in explicando, quodnã
num inſtans, in quo præfatæ
habent hanc phyſicam efficien.
probabilior videtur eorum ſen-
qui dicunt tale inſtans vltimũ
idem inſtans extrinſecum mo-
prolationi verborum, vt motus
ciſe; intrinſecum autem voci
anti. Quia vox, non eſt ipſe
localis linguæ producentis vo-
ſed eſt aliquid productum per
notum; ſi quidem vox eſt ſonus
malis productus; ſonus autem
s eſt, & non motus localis for-
: Eſt enim id quod percipitur
itum, tanquam proprium ſen-
lius; & hoc non eſt motus lo-
ed qualitas. Sonum autem &
durare phyſice, etiam poſt mo.
uo producuntur, docet expe-
n percuſſione à longe viſa,

prius enim videmus quieſcere motum percuſſionis;& poſtea audimus ſonum quod euidenti argumento eſt, durare adhuc ſonum, ſeu vocem poſt motum eius productiuum. Vndè cum vox ſit quæ imponitur ad ſignificandum; & non motus localis, ſeu prolatio verborum; bene ſtat, quod motus localis, taliſque prolatio, vt eſt motus præciſe, deſinat per primum non eſſe, & tamen in illo inſtanti duret adhuc vox, in quantum ſonus in facto eſſe; atque adeò detur aliquid phyſice exiſtens in illo inſtanti extrinſeco motus vt videtur requiri ad cauſalitatem phyſicam,nempè vox cum ſua ſignificatione tunc in factoeſſe exiſtens.

Vltimo denique concludendum eſt, quamlibet ſpeciem panis & vini, conſecratam ita concurrere ad ſacramentum Euchariſtiæ, vt tamen ſit vnum tantùm vnitate ſpecifica, & atoma; quę tamen vnitas male deſumitur ab aliquibus ex vnitate rei cõtentę, ſcilicet corporis Chriſti;talis ẽim vnitas,ſi aliquid probaret, non ſolum vnitatem ſpecificam probaret, ſed etiam indiuidualem in omnibus ſacramentis, quæ in toto ſunt mundo, quia omnia idem numero corpus Chriſti continent; male quoque ab alijs fundatur in vnitate inſtitutionis, quia nimirum vnica Chriſti inſtitutione factum eſt: cum talis inſtitutio ſe habeat in genere cauſæ efficientis, cuius non eſt ſpecificare. Igitur dicendum eſt, hanc vnitatem ſpecificam atomam ſacramenti Euchariſtiæ repetendam eſſe ex vnitate ſpecifica finis proximi, ad quẽ inſtitutum eſt; eo quod vnitas eius, vt notat S. Thomas 3. p. q. 73. art. 3. non eſt vnitas abſoluta, & phyſica, ſed reſpectiua, & ſacramentalis, ſicut in alijs artefactis, & ſic debet vnitas illius ſumi relatiuè ad aliquem finem.Igitur cũ ſacramentũ Euchariſtiæ inſtitutũ ſit à Chriſto Dño ex pluribus ſpeciebus ad vnum finem, ſcilicet ad vnã, integramq; refectionem ſpiritualẽ quemadmodum integrum, adęquatũ-

que conuiuium componitur ex cibo, & potu; ita quoque ſpecies panis, & vini, licet alias diuerſæ, componunt in ratione conuiuij vnicam ſpeciem ſacramenti Euchariſtiæ; vt enim in genere conuiuij plures eſſent eius ſpecies adæquatæ, deberent eſſe plures refectiones conſtantes ex diuerſo cibo & potu; ſeorſum autem ſpecies panis, & vini non poſſunt id pręſtare, ſicut ſolus cibus, aut ſolus potus non ſunt integrum, adæquatumq; conuiuium, aut refectio: Igitur licet verum ſit, quod ex parte rei contentę, quidquid continet vna ſpecies, contineat alia; loquendo tamen de conuiuio vt ſacramentali, id eſt vt ſignificatiuo, & vt conſtituit adæquatum ſignum in genere ſignificandi adęquatam quoque & integram refectionem, ſeorsũ ſpecies pani, & vini, ſeu cibi & potus non poſſunt facere plures ſpecies adęquatas in genere conuiuij ſacramentalis.

Porro circa vnitatem numericam huius ſacramenti, varij quoque ſunt modi illam explicandi: qui enim, vt vidimus ſupra, exiſtimant corpus Chriſti ſpectare in recto, & intrinſece ad conſtitutionem Euchariſtiæ, ex dicti corporis vnitate repetunt vnitatem numericam huius ſacramenti, qui verò putant ſacramentum hoc in recto, & intrinſece ſolùm importare ſpecies conſecratas, terminatiue autem, & in obliquo corpus Chriſti, inter ſe diuiduntur, nonnulli enim ſumunt multiplicationem numericam ex multiplicatione phyſica, ita quod plures hoſtiæ, vel formulę conſecratę, ſint plura numero ſacramenta; alij verò ex multiplicatione morali, ſeu artificioſã; ſiue ex vnitate, vel pluralitate materiali ſacramentalis conuiuij, quatenus in aliqua materia ſeu ſubiecto indiuiduatur ipſum conuiuium, taleque ſubiectum materialiter multiplicatur; quod vnum ſubiectum coaleſcere dicunt ex ſumente, & ſacramento para-

to; de quo fuſius libro,
quenti, interim huc vſq
ficiant contra hęreticos,
tione ſacramenti Euchariſ
ne ſacramenti, de qua era
ſia.

CAPVT LX

Statuitur aduerſus Caluinu
quaces realis præſentia co
ſanguinis Chriſti in a
ſimo Euchariſtiæ ſa
mento.

INter primos, qui han
tatem negauerunt, r
ſolent illi antiqui hęretici,
gauerunt veram carnem e
ſto, ſed ſolum apparente
taſticam, vt Simon Mag
nander, & Manichęi, c
enim negare debuerunt in
eſſe veram Chriſti carnem
miſſa in Chriſto, negau
aſſumptam in perſonam v
ſtoriani, & alij, inde e
quoque debuerunt in Eu
carnem Chriſti filij Dei;
huiuſmodi hęretici, & ſi
ſolùm errabãt in miſterio
nis, eoque ſublato coge
errare circa miſterium
quam Chriſoſtomus ap
ſionẽ Incarnationis; ideò
admiſſo hoc miſterio, mag
perte negauit realẽ corpo
nis Chriſti pręsẽtiã ſub ſp
chariſticis panis, & vini,
garius Archidiaconus A
circa annum Domini 106
panem, & vinum in Euc
conſecrationem eſſe tantù
& ſacramentum, non au
corpus, & ſanguinem Ch
hęreſim damnauit Concili
num ſub Leone IX. & ad
lius Concilium Vercellen
re II. ipſeque Berengarius

it primò in Concilio Turonenſi ſub
em Pontifice, deinde iterum in
ncilio Romano ſub Nicolao II. cu-
abiurationis forma habetur in cap.
Berengarius de conſecrat. diſt. 2.
tamen cum Berengarij retracta-
e, & morte error extinctus; ſed in-
ius diuerſis ſæculis repullulauit
diuerſas hæreticorum ſectas. Sũt
qui illam tribuunt Albigenſibus
1200. Flagellantibus anno 1350.
*V*iclefo 1390. His autem vltimis
oribus, primum Carlſtadius, tùm
laricus Zuinglius Paſtor Tiguri-
ambo Lutheri diſcipuli, ac de-
Ioannes Caluinus, omneſque
equaces illam amplexi ſunt. Cō-
ios modo agimus.

mùm igitur pro intelligentia
ouerſiæ, & explicatione verita-
otandum eſt, poſſe aliquem
or modis eſſe pręſentem alicubi.
per ſignum, vel figuram, &
nem ſui; quo pacto Rex eſt prę.
effigie illum repræſentante. Se-
, per apprehenſionem; quo pa.
is alteri præſens eſt, quando de
u cogitat. Tertiò per effectum
rationem, quo pacto ſol eſt no-
ſens per lumen, & calorem
in terra producit. Quarto per
n, quo pacto ſol eſt præſens
, cui affixus eſt. Nunc, cum
os, & aduerſarios certum ſit,
m pręſentem eſſe tribus priori.
dis in legitimo vſu Euchariſtię;
quia per externas panis, & vi-
ies, tanquam per ſigna quædã
us inſtituta Chriſti caro, & sã-
præſentantur. Secundò quia
epræſentatione, Chriſtum fi-
ehendimus. Tertiò, quia per
a operatur in nobis effectum
& refectionis ſpiritualis; Cũ,
, certum ſit apud omnes, Chri-
ibus modis eſſe in Euchariſtia
em, repræſentatiuè, obiectiuè
iuè, ſeu virtualiter tota contro-
ſt de quarto modo, an nimi-
riſtus ſit inſuper per ſeipſum

realiter præſens, in Euchariſtia; omnes Catholici affirmant, Caluiniſtæ verò negant.

Secundò notandum eſt, ita Caluiniſtas, inter ſe conuenire in neganda reali preſentia Chriſti in Euchariſtia, vt tamen diſſideant, an doctrina de illa ſit fundamentalis; ita vt ſine ipſa fides vera, vel Eccleſia non ſubſiſtat; an verò non fundamentalis, ſed congrua tantum, vt alterutrum ſalua fide doceri poſſit: aliqui enim volunt eſſe fundamentalem, alij autem non, & ideo cum Lutheranis pacem haberi poſſe docent, non obſtante, quod admittant realem corporis Chriſti præſentia in Euchariſtia, & oralem illius manducationem.

At, cum cæteri ſacramentarij, citati videlicet, Andreas Carlſtadius Huldaricus Zuuinglius, tùm Oecolampadius, etiam, vt duo primi, Lutheri diſcipulus ſimpliciter aſſererent Corpus Chriſti ſolum eſſe in Euchariſtia tanquam in ſigno; Caluinus videns loca ſcripturæ, & Sanctorum Patrum huic errori ſic nudè propoſito plane contraria, vt pote quæ loquuntur de hoc ſacramento, tanquam de aliquo miſterio captu difficili, & vltimò veluti diuiuæ omnipotentiæ, quod certe verificari non poſſet, ſi corpus Chriſti in Euchariſtia non realiter, ſed tanquam in ſigno duntaxat eſſet, vt vim huius argumenti effugeret, ſubtilius de hac re egit; proindeque in lib. de conſenſu cum Tigurinis ſic docuit, *quod Symbola cœnæ ſint tantum in terra, & corpus Chriſti tantùm in cœlo, ita vt nuſquam ſit, niſi in cœlo, & determinato loco cœli*; vt tamen in cap. 26. Matth. concedat, quod *verè in cœna datur nobis corpus Chriſti, vt ſit animis noſtris in cibum ſalutarem: hoc eſt, ſubſtantia corporis Chriſti, paſcuntur animæ noſtræ vt verè vnum efficiamur cum eo*. Et infra: *Non ergo vacuum, & inane ſignũ nobis proponitur, ſed verè carnis & ſanguinis Domini fiunt participes, qui fide promiſſionem hanc recipiunt*. Item

lib. de cæna Domini cap. 2. ait: *Quod panis per metonymiam dicitur corpus Christi, quia certiſſimum eſt ſignum præſentiæ corporis Christi, quod nobis in cæna datur: ſicut columba deſcendens ſuper Chriſtum à Ioanne dicta eſt Spiritus Sanctus, quia erat ſignum præſentiæ Spiritus ſancti* &c.

Et lib. 4. inſtitut. c. 17. §. 5. & 10. dicit comedere Chriſti carnē non eſſe ſolum credere, ſed verè participem fieri carnis eius; *Summa ſit*, inquit, *non aliter animas noſtras carne, & ſanguine Chriſti paſci, quam panis, & vinum corporalem vitam tueatur, & ſuſtineat* & paulo poſt: *Quod fieri non poteſt niſi nobiſcum Chriſtus verè in vnum coaleſcat, noſque reficiat carnis ſuæ eſu, & ſanguinis potu. Et ſi autem incredibile videatur in tanta locorum diſtantia penetrare ad nos Chriſti carnem, vt nobis ſit in cibum, meminerimus, quantum ſupra ſenſus omnes noſtros emineat arcana Spiritus Sancti virtus, & quam ſtultum ſit eius immenſitatem modo noſtro metiri: quod ergo mens noſtra non comprehendit, concipiat fides, Spiritum vere vnire, quæ locis diſiuncta ſunt.* Hæc Caluinus, quibus ſane quis ſimplex crederet eum ſuam doctrinam retractaſſe, quod corpus Chriſti tantùm eſſet in cælo præſens, ſed reuera his loquendi modis intendit euadere argumenta ſacræ ſcripturæ, & Sanctorũ Patrum, fucumque lectoribus facere.

Tertio animaduertendum eſt hanc controuerſiam procedere tantùm de reali præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia contra Caluiniſtas abſtrahendo à modo talis præſentiæ, & ſi enim plura, quæ adducturi ſumus ſcripturæ, & Patrum teſtimonia ęque probent illam, ac modum eius, nimirum per conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti, quam tranſubſtantiationem appellamus, nihilominus non agimus de hoc in præſenti capite, ſed in ſequenti acturi ſumus contra Lutheranos, qui vt

videbimus admittentes reale
ris, & ſanguinis Chriſti in E
præſentiam, negant tame
eius modum.

Quartò ſciendum eſt, al
quod hęc veritas realis præſe
ſti in Euchariſtia ſit de fide
quod ſit articulus fidei; c
omnes Catholici fateantur
nonnulli negant ſecundum
quendo. Cum enim ad ar
dei, ita loquendo, tres r
conditiones inter credibilia
tur ex Sancto Thoma 22. q
& 8. ſcilicet dignitas, n
difficultas. Dignitas, quia
dei, ſunt prima obiecta c
fide, quæ propter ſe in fide
tur, & ad quæ alia reducu
ſunt myſteria Trinitatis, & I
nis. Neceſſitas, quia om
tur ſcire articulos de neceſſi
Difficultas, quia ideo diſti
ticuli, quoniam eſt ſpecial
difficultas in credendo, ſe
do vni, quam alteri. Et ſi
conditiones, ſcilicet neceſſ
te noſtri, & difficultas ex p
rij, reperiantur in iſta veri
præſentiæ Chriſti Domini
riſtia, quia tamen deeſt p
non eſt ex primis myſterijs
ſunt Trinitatis, & Incarna
ſteria, propterea loquendo
articulo fidei, per ſe non
tur inter illos, ſed vt quid
ad illos. Et aliqui reducun
lum de remiſſione peccator
ordinatur hoc ſacramentu
tenda peccata ſaltem venia
rius S. Thomas, eiuſque d
cunt hanc veritatem ad du
culum, ſcilicet ad omni
creatoris, quatenus in Euc
raculoſe continetur verum
pus; & ad articulum Salua
ficantis nos per gratiam
Euchariſtia continens in
verum Chriſti corpus, eſt
& præcipuum ſacramentu

ificandi, vtpotè continens totius
itatis fontem.
uintò cum multi ex aduerſarijs,
cilius ſe expediant contra verita-
Catholicam, negent poſſibile eſ-
ciam per abſolutam Dei poten-
, quod corpus Chriſti verè, &
er ſit in Sacramento Euchariſtiæ,
nonnulli etiam Catholici hanc
a ipſos ordiuntur controuerſiam
ibilitate eiuſdem veritatis. Ve-
quia non omne quod eſt poſſibile
a exiſtit, benè autem nedum exi-
ſed & poſſibile, quidquid vult
, omnia enim quæcumque vo-
ecit, & impoſſibilia velle non
, propterea tota huius contro-
definitio deſumenda eſt ex vo-
e, & inſtitutione Chriſti, ſic
primùm remanebit ſatis proba-
us myſterij poſſibilitas contra
negantes ſi Chriſtus illud vo-
im etiam exiſtentia, contra alios
dentes illud quidem eſſe poſſi-
egantes autem de facto Chriſtū
oluiſſe, vt Theologi Heidelber-
, & alij quamplurimi ex Cal-
b.4. inſtitut. cap 17. §. 24. vbi
*on quæritur quid Deus potuerit,
d voluerit.*
tò demum notandum eſt, con-
ſiam non procedere de præſen-
li Corporis Chriſti in Euchari-
cumſcriptiuè ad locum; præ-
m enim multi Theologi cum
Thoma negant poſſibilitatem
ræſentiæ ſimul!, & ſemel pluri-
locis, illa tamen adhuc admiſ-
alijs, ſatis patet Corpus Chri-
mini hoc modo præſentem nō
Cœlo ſimul, & in Euchariſtia;
intendunt, aut docent Catho-
clarè conſtat ex Concilio Tri-
o ſeſſ. 13. cap. 1. *Docet S.Syno-
apertè, ac ſimpliciter profitetur;
S. Euchariſtiæ Sacramento poſt
& vini conſecrationem Dominum
n Ieſum Chriſtum verum Deum,
ominem verè realiter, & ſub-
iter ſub ſpecie illarum rerum
ſenſibilium contineri; nec enim hæc inter ſe pugnant, vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dexteram Patris in cælis aſſideat, iuxta modum exiſtendi naturalem; & vt multis nihilominus alijs in locis ſacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adſit, ea exiſtendi ratione, quam etſi verbis exprimere vix poſſumus, poſſibilem tamen eſſe Deo, cogitatione per fidem illuſtrata aſſequi poſſumus, & conſtantiſſimè credere debemus.* Quibus præſuppoſitis ſic argumentum efformo.

Corpus Chriſti Domini, quod eſt in Cœlo circumſcriptiuè, ſeu iuxta modum exiſtendi naturalem, verè quoque in Euchariſtia ſacramentaliter eſt nobis præſens ſua ſubſtantia; ſi idem Chriſtus ita voluit, & inſtituit; ſed ſic eſt; de veritate igitur corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, ſeu ſub ſpeciebus panis, & vini poſt eorum conſecrationem ſubſtantialiter contenti minimè dubitandum eſt. Maior huius argumenti eſt certa, ſi conditio in ea poſita eſt vera, cum Chriſtus Dominus, vt ſtatim diximus, nec impoſſibilia velle potuerit, nec poſſibilia ſemel à ſe volita non facere. Minor igitur probatur verificando dictam conditionem. Quia autem, docente Diuo Thoma 1. par. q. 101. at. 1. *In his, quæ ſunt ſupra naturam ſoli authoritati creditur; & quæ ex ſola Dei voluntate proueniũt ſupra omnem debitum creaturæ, nobis innoteſcere non poſſunt, niſi quatenus diuinitus reuelata ſunt*; quæ diuina reuelatio adæquatè comprehenditur verbo Dei ſcripto, & tradito, inde primùm ex ſacra Scriptura minorem probabimus, tùm ex traditione.

Primus ſcripturæ locus eſt Ioannis 6. vbi Chriſtus Dominus promiſit hoc ſacramentum, traditque de illo doctrinam. Cum enim poſt patratum miraculum quinque panum, & duorum piſcium, vnde ſatiata fuere quaſi quinque virorum millia, Chriſtus ait illis ipſũ propterea altera die quærẽtibus,

bus, *Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quam filius hominis dabit vobis*, his clarè verbis promiſit cibum iam dato digniorem, & æternum; deindè verſ. 30. & 31. iiſdem petentibus ſignum à Chriſto, & dicentibus, *Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cælo dedit eis manducare*, dum reſpondet: *Amen Amen dico vobis, non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum &c.* Satis declarat, etiam manna, comparatione facta cum pane à Patre dando, non fuiſſe panem de cælo verum, ſed ipſum ſolum eſſe talem: *Ego*, inquit v. 35. *ſum panis vitæ*; quod idem, murmurantibus Iudæis, quia dixiſſet: *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*, iterum confirmat v. 48. dicens: *Ego ſum panis vitę. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum: et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita*. Ad quæ verba manifeſtè ſignificantia, hunc panem verum, & viuum ſuam fore carnem, ex qua ſi quis manducaſſet, viueret in æternum, vbi etiam explicatur eius vſus nimirum manducatio, nec non effectus, qui eſt dare vitam æternam, & prius conſequenter gratiam, ſine qua vita æterna obtineri non poteſt, litigantibus Iudæis ad inuicem, & dicentibus: *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Quod nimirum præfata Chriſti verba de vera, & reali manducatione carnis ipſius intellexiſſent; ſicut iiſdem prius murmurantibus, quia dixiſſet: *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi*, id ipſum iterum confirmauit, ita modo litigantibus; *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum*, nedum rurſus ait, *carnem ſuam, vere eſſe*

cibum: & ſanguinem ſuum
potum; Sed inſuper doce
tem illa ſumendi: *Amen*
vobis: niſi manducaueritis
hominis, et biberitis eius ſan
habebitis vitam in vobis.
cat meam carnem, et bibit m
nem habet vitam æternam:
ſcitabo eum in nouiſſimo die
mea, vere eſt cibus: et ſang
re eſt potus. Qui manducat
nem, et bibit meum ſanguin
manet, et ego in illo. Sicut m
uens Pater, et ego viuo prop
et qui manducat me, et ipſe v
me. Hic eſt panis, qui de c
Non ſicut manducauerunt p
manna, et mortui ſunt. Q
hunc panem viuet in æternu
tradidit Chriſtus Ioannis
nam de promiſſo ibi] Euc
cramento, cuius verba ſi
iuxta litteralem eorum
nem intelligenda ſint, non
pice, vt volunt aduerſarij,
lis habetur vera, & realis
eo præſentia.

Alia Scripturæ loca pro
tate ſunt illa, quibus ref
ſacramenti inſtitutio, Ma
27. *Cœnantibus autem eis,*
panem, et benedixit ac freg
diſcipulis, et ait, accipite, e
Hoc eſt corpus meum. Et a
cem, gratias egit, & dedit
Bibite ex hoc omnes, hic eſt
meus noui teſtamenti, qui p
fundetur in remiſſionem pec

Marci 14. V. 22. 23.
cantibus illis, accepit Ieſus
nedicens fregit, et dedit eis,
mite, Hoc eſt corpus meum
calice, gratias agens dedit eis
ex illo omnes. Et ait illis.
guis meus noui teſtamenti, q
tis effundetur.

Lucæ 22. v. 19. & 20.
pane gratias egit, & fregit,
dicens: Hoc eſt corpus meum
vobis datur: hoc facite in me

ationem. Similiter & calicem, poſt-
m cęnauit, dicens: Hic eſt calix
um teſtamentum in ſanguine meo,
pro vobis fundetur.
. Corinth. 11. v. 24. *Ego enim ac-*
à Domino, quod & tradidi vobis,
niam Dominus Ieſus in qua nocte
ebatur, accepit panem, & gratias
s fregit, & dixit: Accipite, & man-
te: Hoc eſt corpus meum, quod pro
s tradetur hoc facite in meam com-
orationem. Similiter et calicem,
uam cænauit, dicens: Hic calix
m teſtamentum eſt in meo ſanguine.
facite quotieſcumque bibetis in
commemorationem.
ertiò demum loco ſunt teſtimonia
gitur de eiuſdem ſacramēti vſu,
orinth. 10. verſ. 16. *Panis quem*
imus, nonne participatio Corporis
ni eſt? & cap. 11. verſ. 27. *Ita-*
quicumque manducauerit panem
vel biberit calicem Domini indi-
eus erit corporis, et ſanguinis Do-

ibus omnibus locis cum aduer-
libenter fateantur mentionem
acramenti Euchariſtiæ, quod-
intelligantur propriè, ſignificent
, realem, ac ſubſtantialem, in
orporis, ac ſanguinis Chriſti
tiam, aliàs non recurrerent ad
tropicum, nec proprium nega-
iam tota difficultas eſt, nùm
verba, quibus Chriſtus pro-
& inſtituit hoc Sacramentum,
itque eius vſum, vel ſumptio-
ropriè ſint intelligenda, aut fi-
ſolùm. Hæretici enim viden-
uod ex propria illorum ſignifi-
manifeſtè ſequitur corpus, &
nem Chriſti verè, realiter, ac
tialiter in Euchariſtia contine-
ntelligunt metaphoricè, & im-
, vel quia volunt eſſe ſignum
s, & ſanguinis Chriſti, ita vt,
Hoc eſt corpus meum, &c. ſi-
e tantùm voluerit panem, &
eſſe figuram corporis, aut ſan-
ui, vel quia volunt non fuiſ-
ſe ab eo dicta de illo pane, ſed de ſe-
ipſo. At Eccleſia Catholica, per quā nobis conſtat de vero Sacræ Scripturæ ſenſu, vbi controuertitur, vt aliàs fusè probauimus, oppoſitum docet, præfata nimirum verba debere intelligi propriè, & ſine metaphora. Verùm quia hæretici eius authoritati non acquieſcunt, id modo oſtendemus, nullumque metaphoræ, niſi fictitiæ locum relinqui, ex circumſtantijs, hoc eſt, attento modo loquendi, quo huiuſmodi verba dicta ſunt, eorum fine, nec non ſenſu, quo ab audientibus intellecta ſunt, alijſque ſimilibus.

Primum enim, cum certum ſit, non omnia Scripturæ verba intelligi debere metaphoricè, ſed multa dicta eſſe in proprio ſenſu, hoc maximè verum eſt de communibus fidei dogmatibus ad ſalutem neceſſarijs, quæ ab omnibus ſciri debent, vel de myſterijs, quę à Deo perpetuò celebranda publicè in Eccleſia inſtituta, & præcepta ſunt, vt ſatis per ſe patet, nec aduerſarij rationabiliter negare poſſunt, imo tenentur aſſerere iuxta ſua principia, quibus docent verba Scripturæ ad ſalutem neceſſaria, omnibus eſſe clara, & euidentia, proptereaque volunt in his potiſſimum nudo Dei verbo ſtandum eſſe: ſed Euchariſtiæ Sacramentum, eſt fidei dogma, & myſteriū, omnibus ſcitu neceſſarium, quia omnes tenentur ſumere Euchariſtiam, cū ad annos diſcretionis peruenerint, quodque in re, & de facto celebrandū Chriſtus præcepit Apoſtolis, & ſucceſſoribus, *Hoc facite*, inquit Lucæ 22. *in meam commemorationem*; in illo igitur promittendo, inſtituendo, vſumque pręcipiendo locis citatis Chriſtus Dn̄s vſus eſt verbis proprijs, proprioq; modo loquendi, non autem improprijs, & obſcuris, quibus ſi vſus fuiſſet, nihil horum poterat fieri de facto, quo vſque intelligeretur propriè id, quod in iſtis dixerat obſcurè, & ſub metaphora.

Imo, cum in condendis teſtamentis

tis oporteat verbis claris, & in proprio ſenſu vti, vt lites inter hęredes, & legatarios vitentur; quare ex iure ciuili L. *non aliter* ff. de leg. 3. verba teſtamenti ad litteram intelligi debent; quis enim non videat, quam abſurdum eſſet, ſi teſtatore in teſtamento ordinante, vt alicui darentur centum aurei, vel certa domus, hæres vel executor illi daret ſignum, v.g. chartam, vel picturam, quæ repreſentaret centum aureos, vel domum: certum autem ſit Chriſtum Dominum in hoc Sacramento ſuum condidiſſe teſtamentum, vt patet ex verbis ipſius locis citatis; *Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine*. Item, *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti*. Neceſſariò fatendum eſt eumdem, in inſtituendo hoc Sacramento, vſum non fuiſſe tropicis, & figuratiuis verbis, ſiue cum dixit, ſe dare corpus ſuum, vel carnem ſuam, non intellexiſſe ſe ſolum ſignum corporis dare, ſcilicet nudum panem, ſed verum corpus ſuũ ore etiam corporali manducandum.

Secundò, pro certa regula ſemper habitum eſt, illamque aduerſarij fortaſſe non negant; quod verba ſcripturæ propriè, & non figuratè ſint intelligenda, niſi alia clarior ſcriptura, vel aliqua fidei veritas tali ſenſui repugnet, vel ex tali ſenſu abſurditas ſequatur, ſed nihil horum contra proprium iſtorum Chriſti verborum, *Hoc eſt corpus meum*, occurrit, vt de ſecundo patebit in ſolutione argumentorũ, de primo autem nunc probabimus; falsò ergò recurrunt aduerſarij ad ſenſum tropicum, & improprium, vt Catholicam negent veritatem. Prima igitur minoris pars ſic oſtenditur, quia aduerſarij deberent aſſignare, vel proferre illa ſcripturæ loca, vbi Chriſtus Dominus clarioribus verbis expreſſerit ſe tantùm loqui de ſigno corporis ſui, & non de veritate; quod huc vſque præſtare non potuerunt, nullibi enim expreſsè legitur in ſcriptura, quod *in Euchariſtia non ſit verè*

realiter, et ſubſtantialitr cor
præſens, vel quod *Chriſtus*
diſcipulis ſuis corpus ſuum,
hoc ſit impoſſibile, aut quo
impropriè ſint interpretana
docent; multoque minus
ſtus dixit: *Hic panis eſt tan*
vel figura corporis mei, que
bitis credendo in me, et ita
eritis; Quare etiam contra
verbum Chriſti ſine clara
loquuntur, & credunt con
principia.

Deindè ſi quandoque S
quæ ad Deum pertinent
metaphora tradit, v.g. vo
ignem conſumentem, ideo e
locis apertè, & ſine meta
declarat; vt quia dicit, *D*
ritum, & ſummum creato
colligitur, quod nonniſi i
metaphoricè dici poteſt ig
ſimilibus: Igitur, cum de
Euchariſtiæ nullibi dicat
quod ſit tantum ſignũ co
ſti, vel quod illud realite
neat, præfatis autem loc
quod ſit corpus ſuum,
nullum eſt fundamentum
di, hoc eſſe dictum in ſen
rico, & improprio.

Tertiò, cum multi e
concedant Chriſtum quid
ſed de facto ſolùm noluiſſ
ſacramentum Euchariſtiæ
illo reali pręſentia; profe
ſet, nullis alijs clarioribu
tem magis proprijs verb
primere, aut nobis ſignifi
ſet, quam illis, quibus
eſt, inſtituens hoc Sacran
cendum eſt igitur, Chriſt
potuiſſe, verum etiam de
ſe realiter illi ineſſe, pręſ
ſequenter verbis in ſenſu
autem improprio vſum f

Quartò id ipſum euinc
vidimus, tres Euangeliſ
ſtolus in referenda inſtit
ſacramenti, eadem pro

a retulerint, ſcilicet: *Hoc eſt cor-eum*, id enim abſque ſpeciali Spi- Sancti directione non videtur fa- ; vtque inde magis pateret abſo- Chriſti intentio de vero ſuo cor- fidelibus tradendo, et ore ab il- uendo, cum ſit aliquid valdè ex- s omnem vim naturalem, ita vt liter appelletur *myſterium fidei*: in Euangeliſtæ, aliqui ſaltem ſent verba Chriſti ita referre, vt geretur Chriſtum figuratiuè n loqui voluiſſe, vt dicendo, *hic ſt*, vel *ſignificat corpus meum*; cum minimè fecerint, argumen- verba Chriſti non per figuram, proprio ſenſu eſſe ſumenda. n ſufficiat ad hoc probandum muni, nunc ſingula explicemus particulari.

rimùm, quod Ioannis 6. Chri- ominus propriè locutus ſit, non metaphoricè, aut de ſola man- ne ſpirituali per fidem, de illa giſſe, imo principaliter ab eo ndatam fuiſſe concedimus, cū oio requiratur ad fructum hu- amenti, negamuſque tantùm ola egiſſe, patet primò ex eo, i Chriſtus contraponit, & præ- em viuum, quem ibi promit- mque carnem fore aſſerit, quod in deſerto manducaue- res illorū, & erat figura huius ti, vt volunt ipſimet aduerſarij .1. Corint. c. 10. v. 3. vbi di- d Iudæi eamdem eſcam ſpiri- anducaſſent, & eumdem po- talem bibiſſent, poſtea v. 6. *autem in figura facta ſunt no-* leoque ſupponit, quod nos r manna figuratam mandu- nctam ſcilicet Euchariſtiam. n manifeſtè ſequi videtur, & de pane ſacramentali locu- e, nulla ſiquidem apparet ra- bi Chriſtus appellauerit car- n, panem, & ſanguinem ſuū, iſi per reſpectum ad hoc Sa- m, in quo continetur per modum cibi, & potus: nam ad habendam fidem Chriſti ſine ordine ad hoc Sacramentum, ſufficiebat conſiderare ipſum, & Deum, & hominem, non vt panem & potum, ſequitur, inquam, & Chriſtum de pane ſacramentali egiſſe, & dum ait, illum ſuam carnem fore, metaphoricè locutum non fuiſſe, quaſi panis ille foret ſolum figura eius, non autem vera caro, aliàs figura, ſcilicet manna, vtpotè excellentioris ſubſtantiæ, perfectior eſſet quam figuratum, nempè Euchariſtia, contra verba Chriſti promittentis ſe longè præſtantiorem panem, ſeu cibum ſuis fidelibus daturum ore manducādum, ſicut Iudæi ore manducauerunt manna, ſuam videlicet carnem in Euchariſtia realiter exiſtentem.

Secundò eorumdem Chriſti verborum ſenſus proprius colligitur ex ipſa intelligentia audientium. Iudæi enim ibi audientes Criſtum dicentem, quod caro eſſet cibus, & ſanguis potus, *litigabant ad inuicem, dicentes, quomodò poteſt hic dare nobis carnem ſuam ad manducandum*, & ne putarentur hoc dicere ex inuidia, vel inimicitia erga Chriſtum, aliqui etiam ex diſcipulis Chriſti dubitauerunt, dicentes, *Durus eſt hic ſermo*; ſed hæc difficultas, vel dubium oriri non poterat ex prædictis verbis, niſi ea protuliſſet in ſenſu proprio, non autem metaphorico; ergo malè aſſerunt contrarium aduerſarij. Minor probatur, quoniam tota illa difficultas, & dubitatio non poterat eſſe, ſi ſolùm ille panis fuiſſet ſignum corporis Chriſti, non autem verum corpus, aut ſolùm locutus fuiſſet de fide credendi in ipſum; nam illi diſcipuli iam ſequebantur eum tanquam Chriſtum; non poterat ergo illis eſſe durum, ſi ſolùm voluiſſet dicere, quod crederent in eum, multoque minus, quod ſumerent aliquod ſignum repræſentatiuum ſui, hoc enim facillimum eſt concipere; quod igitur difficultatem illis ingerebat, erat quod Chriſtus loquebatur, & intelligebatur

tur ab eis loqui in ſenſu proprio de reali ſumptione corporis, & ſanguinis ſui.

Si dicatur, illos non dubitaſſe, nec ſuſpicatos aliquid fuiſſe de inuiſibili, & Sacramentali continentia corporis Chriſti in hoc Sacramento, ſed de ſumptione corporis Chriſti in propria ſpecie, intelligentes Chriſtum daturũ carnem ſuam ad manducandum, ſicut comeduntur carnes animalium, vt ſuper hunc locũ ait Auguſtinus: atque adeò impertinenter ſe habere iſtam dubitationem ad intelligẽdum, quod Chriſtus loquebatur in ſenſu proprio, ſiue de reali ſua pręſentia in Sacramento Euchariſtiæ. Eoque magis quo Chriſtus Dominus reſpondens eorum dubitationi his verbis, *Hoc*, inquit, *vos ſcandalizat? ſi ergò videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius? ſpiritus eſt qui viuificat; caro non prodeſt quidquam*, videtur falſam eorum intelligentiam nèdum correxiſſe, ſed manifeſtè inſuper indicaſſe, ſe locutum fuiſſe metaphoricè, & eos non eſſe ſumpturos ipſum propriè, ſed per fidem, dicendo, quod caro nihil prodeſt, viſurique erant eum aſcendere in cælum, quaſi vnum corpus ſimul eſſe non poſſit in cælo, & in terra.

Hæc inſtantia nullius eſt momenti, vis enim à nobis in eo nõ fit, quod illi audientes ſermonem Chriſti, intellexerint, nec ne, ipſum loqui determinatè de tali modo ſumendi corpus, & ſanguinem ſuum, inuiſibiliter nimirũ, & ſacramentaliter; ſed in eo tantùm fit, quod ipſi intellexerint, Chriſtum non loqui figuratè, & metaphoricè, ſed de vera, & propria manducatione corporis ſui; & quia inuiſibilem modum continentiæ in Sacramento ſuſpicari non poterant, ſumptionem vero ipſius in propria ſpecie, vt horribilem exiſtimabant, ideò dubitauerunt, quomodo poſſet, carnem ſuam dare ad manducandum, quaſi pręſupponentes ipſum loqui de vera comeſtione illius in ſubſtantia, licet dubitarent de modo. Cum autem; vt ait Diuus Auguſtinus tract. 27. in Ioannem, diſcipuli exiſtimarent modum comedendi futurum in propria ſpecie, Chriſtus quidem eos ab iſta ſiniſtra correxit intelligentia, dicens, quia viſuri erant eum aſcendere in cælum; at minimè negauit ſe manſurum in Euchariſtia modo inuiſibili, & miraculoſo, quodque in ea caro, & ſanguis ſuus à fidelibus etiam per modũ cibi, & potus nedum fide, ſed ore inſuper eſſet ſumendus; imò clarè docuit, dum non obſtante murmure Capharnaitarum, & dubitatione multorum diſcipulorum, toties repetijt, *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus*, nec non ſub iuramento aſſeruit; *Amen Amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis*. Quia tamen, etiam ſi in propria ſpecie comederetur, non prodeſſet quidquam ad vitam ęternã, ſed ſolùm ad alimentum temporale, ſicut carnes aliorum animalium; multoque minus ſi in Euchariſtia modo inuiſibili contenta, corporali ſolùm ore, non autem ſpirituali ſimul fidei manducaretur, propterea Chriſtus Dominus ait: *Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quidquam*. Quod attendens Auguſtinus loco citato rectè ait: *Vt quid paras dentem, et ventrem? crede, et manducaſti*; quia licet Chriſti caro in Sacramento contenta corporali ore ſumatur, tamen quoad fructum, & effectum gratiæ, fide manducandus eſt, & non ſolum terendus dente.

Demum, ſi Chriſtus ibi ſolùm promiſiſſet, quod vel diſcipuli ſui in ipſum eſſent credituri, vel ſumpturi panem materialem duntaxat in ipſius memoriam; cur Apoſtolis dixiſſet v. 68. *Nunquid et vos vultis abire?* reſpondiſſet autem Petrus: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternę habes, et nos credidimus, et cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei*. Non alia certè ratio-

quia iam Apoſtolis cre-
arnem ſuam per fidem
s,promiſit ſe alio inſu-
rum eſſe carnem ſuam,
um in ſacramento,cum
ari miraculo, vt in vl-
ca præſtitit.
illa,quibus tunc Chri-
ıchariſtiæ ſacramentũ,
: panem dicendo, *Hoc*
etc. dicta quoque fuiſ-
rio, & non metaphori-
nò, quia non decuit
inum in re tam graui,
:larare proprium ſen-
uebatur, ſed ſub me-
nſequenter ſub dubio
:; cum in re, & de fa-
eri, & obſeruari, &
tè ſub metaphora, &
ò, quia Chriſtus non
oprijs,& expreſſis ver-
larandum proprium
iſtis, in proprio igitur
fuiſſe dicendum eſt.
d eſt in hoc Sacramẽ-
ıſtratur per hæc pro-
in vtraque forma, &
vtraque forma, ſigni-
omina, *corpus*, *ſanguis*;
nina demonſtratiua
ta important rem de
: pręſentem in fine ſuę
l per iſta pronomina,
a nomina, *corpus*, *ſan-*
eale corpus, verus &
ıriſti ſignificantur, vt
Chriſti Domini de-
& explicantibus in
onſecrandi prædicta
vobis tradetur, *quod*
r, *quod pro vobis da-*
alicis, *qui pro vobis*,
detur in remiſſionem
ſanè verba debent
ta effuſione ſangui-
ni in cruce, item de
oore eiuſdem in cru-
ito; verum igitur &
ſti Domini, veruſ-

que, & realis eius ſanguis continentur in hoc Sacramento. Idque ſpecialius probat modus loquendi, ſeu verba, quibus apud S.Lucam Chriſtus Dominus calicem conſecrat: *Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine, qui pro vobis funditur*. Vbi illud relatiuum, *qui*, refertur ad calicem; non autem ad particulam illam præcedentem *in ſanguine meo*; vt habet Græca editio, nec aduerſarij negant, *Hoc eſt*, inquit, *poculum*, *& nouum teſtamentum in meo ſanguine*, *quod pro vobis effunditur*; vnde ſic arguitur; in illo calice vel poculo, quod in cœna Euchariſtica Chriſtus tradidit Apoſtolis bibendum, vel erat propriè, & verè vinum, vel propriè, & verè ſanguis Chriſti; non potuit propriè, & verè eſſe vinum, quia illud non eſt effuſum pro ſalute noſtra, Chriſtus autem loquitur de liquore effuſo pro ſalute noſtra, ſeu in remiſſionem peccatorum noſtrorum, qui cum nihil ſit aliud quam verus, realis, ac ſubſtantialis ſanguis Chriſti Domini; neceſſe eſt fateri illum quoque fuiſſe contentum in calice per eum in vltima cœna conſecrato; & cum eadem ſit ratio calicis à nobis conſecrati, ac eius, quem tunc ipſe conſecrauit, iuxta illud verbum, *hoc facite*, quemadmodum verus, realis, ac ſubſtantialis Chriſti ſanguis continebatur in iſto calice per eum conſerato, ita quoque dicendum eſt contineri in calice à nobis conſecrato, pręfataque conſequenter verba cõſecratoria in proprio ſenſu eſſe intelligenda, ſeu in propria ſignificatione accipienda. Quartò demum id colligitur ex ceremonijs, & actionibus, quibus ante, & in inſtitutione huius Sacramenti Chriſtus refertur vſus fuiſſe; illis enim attentè conſideratis patebit eum intendiſſe, quid longè altius, & excellentius pręſtare, quam nudum panem in ſui memoriam duntaxat inſtituere.

Tandem quod Apoſtolus agens de huius ſacramenti vſu ait 1. Corinth.

cap. 11. verſ. 27. *Quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne reus erit corporis, et ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo; et ſic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim manducat, et bibit indigne, iudicium ſibi manducat, et bibit non dijudicans corpus Domini.* Debeat intelligi in ſenſu proprio, non autem metaphorico manifeſtum eſt primò, quia ſi panis ille, & vinum ſolum eſſent ſigna corporis, & ſanguinis Chriſti, nec ipſum realiter continerent, qui ſic comederet, non peccaret in eo, quod non diſcerneret corpus Domini: potius enim deberet judicare non eſſe ibi realiter corpus Domini: At dicit Apoſtolus, ex hoc judicium ſibi manducare, & bibere, quoniam non dijudicat corpus Domini, ibi igitur vere, realiter, & ſubſtantialiter continetur. Secundò, ſi hæc Apoſtoli verba eſſent intelligenda ſolùm metaphoricè de manducatione per fidem, ſeu corpus Chriſti in Euchariſtia non aliter ſumi, & manducari à nobis quã ſola fide, ſequeretur quod nullus vnquam illud indigne perciperet, ſi quidem manducatio eius per fidem, quam ibi ſignificari volunt aduerſarij, & præter quam aliam non agnoſcunt, nunquam poteſt fieri indigne, vt ſatis patet; igitur, dum ait Apoſtolus, quandoque Euchariſtiam indigne manducari, non dijudicato in ea corpore Domini, non alia ratione id dixit, niſi quia, vt declarat Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 8. quo ad vſum Patres noſtri tres rationes hoc ſacramentum accipiendi diſtinxerunt; primò quoſdam docendo ſacramentaliter duntaxat, atque adeo indigne ſumere, vt peccatores, ſcilicet in peccato mortali ſcienter exiſtentes, de quibus rectè ait Chriſtus Ioann. 6. quod *caro mea non prodeſt quidquam,* Apoſtolus autem *iudicium ſibi manducare*: quia, vt tradit Auguſtinus tract. 26. in Ioann. *Hoc eſt manducare illam eſcam, & illum bibere potum*, digne, ſcilicet, ac fructuosè, *in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere,* nimirum per fidem viuam ſeu charitate formatam, ſiue quæ per dilectionem operatur; *ac per hoc, qui non manet in Chriſto, et in quo non manet Chriſtus, procul dubio nec manducat ſpiritaliter carnem eius, nec bibit eius ſanguinem, licet carnaliter, et viſibiliter premat dentibus ſacramentum corporis, et ſanguinis Chriſti: ſed magis tantæ rei ſacramentum, ad iudicium ſibi manducat, et bibit, quia immundus præſumpſit ad Chriſti accedere Sacramenta.*

Secundò alios tantùm ſpiritaliter: illos nimirum, qui ore ſpiritali, ſeu voto propoſito illum cæleſtem panem edentes, fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem percipiunt, quamuis ipſum ſacramentum realiter non ſumant. Tertios porro ſacramentaliter ſimul, & ſpiritaliter: qui videlicet ita ſe prius probant, & inſtruunt, vt veſtem nuptialem induti ad diuinam menſam accedant.

Ex quibus omnibus, præſertim collectiuè ſumptis, & ita inter ſe conuenientibus ſatis ſuperque patet, præfata Scripturæ loca debere propriè intelligi, atque adeo ex illa veritas ſententiæ Catholicæ, de vera, reali, & ſubſtantiali præſentia Chriſti in Euchariſtia, quam intendimus probare modo contra aduerſarios.

Cui ſecundò ſuffragatur diuina traditio, qua ſemper in Eccleſia vniuerſali, ita traditum eſt, & intellecta fuere eadem Scripturæ loca; ſicut vnanimiter docent omnes Patres tùm Græci, tùm Latini, irrefragabiles traditionis teſtes. Quia autem aduerſarij minimè dubitant, quin vtrique Patres mille iam ab hinc, & amplius annis id tradiderint, ſufficiat annotare loca, quibus etiam quatuor, vel quinque priorum ſeculorum Patres idem aſſeruerunt, & cæteri deinceps ab illis acceperunt, acceptumque ad nos

ranſmiſerunt. Et primo
rientali Diuus Iacobus
ni in Liturgia Eccleſiæ
anæ hæc habet: *Roga-*
s Sanctus adueniens ſan-
orioſa ſua præſentia ſan-
ciat hunc panem corpus
ti tui: et calicem hunc
uinem Chriſti tui, vt ſit
ſumentibus in remiſſio-
. Cuius authoritatem
retici, eam tamen ge-
i fætum eſſe pluribus
o Allatius prolatis an-
monijs, ac nouiſſimè
s Cardinalis Bona lib.
rgic. cap. 8. num. 3.
pluribus alijs Litur-
ne quorundam Apo-
iptæ circumferuntur,
& Marci, an legitimæ
ene.

ndreas Apoſtolus in
udici Aegeæ hortan-
ens, dijs vellet immo-
Ego omnipotenti Deo,
s eſt, immolo quotidie,
rnes, nec hircorum ſan-
maculatum agnum in
nem poſteaquam omnis
m mãducauerit, Agnus,
ſt, integer perſeuerat
tantur acta Presbyte-
norum Achaiæ, quæ
aduerſarij, ſufficit no-
ibus approbata repe-

nanus in Liturgia lib.
. 27. & lib. 8. c. 14.
s agimus tibi Deus, &
ris noſtri, pro ſancto
in nobis habitare feci-
retioſum corpus, et pre-
Ieſu Chriſti participa-
tias, quia dignatus eſt
anctorum ſuorum my-

nulli Doctores Ca-
ementem Apoſtoli-
nium authorem eſ-

ſe, minus tamen probabiliter, quam qui affirmant, de quo videri poteſt Cardinalis Baronius ad annum 102. num. 23. omnibus tamen hodie perſuaſum eſſe tradit Petrus Marca lib. 3. concord. cap. 2. eius libri authorem ſaltem ſæculo tertio floruiſſe, ideoque hic eius ſum vſus authoritate.

Ignatius in epiſt. ad Romanos: *Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus huius vitæ: panem Dei volo, panem cæleſtem, quæ eſt caro Chriſti filij Dei, qui factus eſt poſterioribus temporibus ex ſemine Dauid, et Abrahæ, et potum volo ſanguinem illius, quæ eſt caritas incorruptibilis, et vita æterna.* Item in epiſt. ad Smyrnenſes, vbi de quibuſdam hæreticis, referente etiam Theodoreto dialogo 3. ſic ait. *Euchariſtias, et oblationes non admittunt, quod non confiteantur Euchariſtiam eſſe carnem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſua benignitate ſuſcitauit.*

Iuſtinus Martyr in apolog. 2. ad Antoninum Pium: *Porro alimentum hoc appellatur apud nos Euchariſtia: quod nulli alij participare licitum eſt, quam veram eſſe noſtram doctrinam credenti, et lauacro propter remiſſionem peccatorum, et regenerationem abluto, ita vt Chriſtus tradidit viuens. Non enim vt communem panem, neque communem potum iſta ſumimus, ſed quemadmodum per verbum Dei caro factus eſt Chriſtus Seruator noſter, et carnem, et ſanguinem ſalutis noſtræ cauſa habuit: ad eũdem modum etiam eam, in qua per preces verbi eius ab ipſo profecti, gratiæ actæ ſunt, alimoniam, vnde ſanguis, et caro noſtra per mutationem aluntur, incarnati illius Ieſu carnem, et ſanguinem eſſe edocti ſumus. Nam Apoſtoli in commentarijs à ſe ſcriptis, quæ Euangelia vocantur, ita tradiderunt ſibi præcipiſſe Ieſum. Eum enim pane accepto, cum gratias egiſſet, dixiſſe: Hoc facite in mei recordationem. Hoc eſt corpus meum: et poculo ſimiliter accepto, et gratijs actis*

dixiſ-

dixiſſe: Hic eſt ſanguis meus. Vbi dum Iuſtinus ait, Euchariſtiam non eſſe communem panem, vt aduerſarij illum appellant, licet ſanctificatum, primo clarè oſtendit, non intendiſſe illum eſſe ſignum tantum Corporis Chriſti; multoque magis dum comparat conſecrationem Euchariſtiæ cũ incarnatione Verbi; vt ſicut Dei omnipotentia, Verbum aſſumpſit veram carnem, ſic verbo Dei cibum illum eſſe carnem, & ſanguinem Chriſti. Deinde ſi tantum eſſet figura, vel ſignum corporis Chriſti, hoc Iuſtinus Ethnico Imperatori facilius ſcribere potuiſſet, ad declarandam, & perſuadendam fidem Chriſti, quam dicendo; quod Euchariſtia eſſet vera eius caro, quam fideles manducant; idque nonniſi poſt ſuſceptum iam Baptiſmum.

Irenæus lib. 4. cap. 34. agens contra hæreticos, qui negabant reſurrectionem carnis, ſumpto ex Sacramento Euchariſtiæ argumento hæc ait. *Quomodo autem conſtabit eis, eum panem, in quo gratię acta ſunt, corpus eſſe Domini ſui, et calicem ſanguinem eius; ſi non ipſum fabricatores Mundi filium dicant, id eſt, Verbum eius, per quod lignum fructificat, et defluunt fontes, & terra dat primum quidem fęnum, poſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica? Quomodo autem rurſus dicunt carnem in corruptionem deuenire, et non percipere vitam, quæ à corpore Domini, et ſanguine alitur &c. quemadmodum enim, qui eſt à terra panis percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans terrena, et cæleſti. Sic et corpora noſtra percipientia Euchariſtiã, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia.* Hactenus Irenæus, qui pariter dicens panem è terra poſt inuocationem Dei, hoc eſt poſt conſecrãtionem, non eſſe amplius panem communem abſolutè, ſatis ſignificauit, ex pane communi fieri carnem Chriſti, maximè cum indè probet Chriſtum eſſe omnipotentem, & mundi fabricatorem; quod male concluderet, ſi Chriſtus, vt aiunt aduerſarij, panem in ſuæ carnis dumtaxat ſignum inſtituiſſet. Sicut homines vtuntur aliquibus rebus in ſignum aliarum, etſi illas non creauerint. At quod magis vrget, eſt, quod ait, poſt inuocationem non eſſe panem communẽ, ſed Euchariſtiam conſtantem duabus rebus, terrena, & cæleſti, quæ eſt enim illa cæleſtis reddens corpora noſtra incorruptibilia, niſi caro Chriſti in Euchariſtia contenta, & realiter præſens? iuxta illud eiuſdem Chriſti Ioãnis 6. V. 54. *Amen Amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem fily hominis et biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: Qui manducat meam carnem, et bibit meum ſanguinem habet vitam æternam, et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Deinde ſi caro Chriſti in Euchariſtia non eſſet realiter præſens, ſed longè in Cælo abſens, quomodo ex illa conſtare diceretur?

Origenes varijs in locis, homil. 13. in Exodum, & 7. in Numeros; *Tunc,* inquit, *in ænigmate erat manna cibus, nunc autem in ſpecie caro Verbi Dei eſt verus cibus: ſicut ipſe dicit: quia caro mea vere eſt cibus, et ſanguis meus vere eſt potus.* Item homil. 5. in diuerſos, & lib. 8. contra Ethnicum.

Patres Concilij Nicæni I. lib. 3. cap. de diuina menſa: *Iterum etiam hic in diuina menſa, ne humiliter intenti ſimus ad propoſitum panem, et poculum; ſed attollentes mentem fide intelligamus ſitum in ſacra illa menſa Agnũ illum Dei, tollentem peccata mundi, incruente à Sacerdotibus immolatum, et pretioſum ipſius corpus, et ſanguinem nos verè ſumentes, credere hæc eſſe noſtra reſurrectionis ſymbola: propter hoc enim neque multum accipimus, ſed parum, vt ſciamus, quod non ſatietati, ſed ſanctimonia viuimus.* Quo ſane teſtimonio pro veritate Catholica nihil clarius adduci poteſt, ſolumque ſufficere etiã poſſet ad probandum, eamdem prorſus

ntis, ac veteris Eccleſiæ
li corporis Chriſti præ-
amento Euchariſtiæ, in-
uſdem à Sacerdotibus
in Sacrificio Miſſæ;
more Capharnaitarum
ginandum, vel ſatian-
grè, & indiuiſibiliter ad
imam.

ieroſolymitanus Cate-
m Chriſtus ipſe ſic affir-
ane dixerit, Hoc eſt cor-
audebit deinceps dubita-
oque confirmante, et di-
nguis meus, quis, inquam,
non eſſe illius ſanguinē?
do mutauit in vinum,
ſi propinquum in Cana
luntate, et non erit di-
us, quod vinum in ſan-
taſſet? &c. omnino ibi

a. ſeu lib. 2. de Baptiſ-
piſt. ad Cæſaream Pa-
ius Nazianzenus orat.
Paſcha; & orat. 3. quæ
ma aduerſus Iulianũ.
ſenus orat. Catecheti-
Euchariſtia; vbi quæ-
fieri queat, vt vnum
riſti, quod tam mul-
libus in vniuerſo or-
per diſtribuitur, totũ
in vnoquoque & ip-
maneat, multis mo-
diuina virtute fieri,
ſicut panis, quē Chri-
xiſtens manducabat,
rpus illius, ſic iam
, & benedictionem
r, natura eorum, quæ
et panis, & vini in
at ſi, vt volunt aduer-
fidem ſolum in ſigno
us Chriſti ad dexte-
certè non erat, cur
ſſet ad diuinam vir-
on ſit mirabile, quod
um ſumant ſingula
Chriſti figuram: dum

igitur, non ita ſe ab hac quæſtione expedit, vt facile potuiſſet, ſi res ita ſolum ſe haberet, dicendum eſt eum, quid altius in hoc myſterio agnouiſſe, realem nimirum Corporis Chriſti modo ſacramentali, & indiuiſibili comeſtionem. Eodem ſenſu, ſicut & eadem diuinæ virtutis admiratione loquitur S. Ephrem lib. de natura Dei minimè ſcrutanda cap. 5.

Chriſoſtomus varijs in locis; præcipua ſunt, homil. 51. in Matth. & 83. orat. de S. Philogonio: homil: 24. in prioris ad Corinthios caput 1. & homil. 3. ad cap. 1. ad Epheſios: homil. 2. 60. 61. & 83. ad pop. quorum 61. expreſsè oſtendit, quod in Sacramento Euchariſtiæ non ſolum per fidem, & charitatem Chriſto vniamur, & ſic corpus eius fiamus, ſed etiam reipſa corpus illius intra nos ſumamus, dando illud nobis, ſicut matres infantibus lac ſuum. Cum prius homil. 2. tollens dubium ab aduerſarijs motum, quod Chriſtus ſedeat in Cælo, & ideo in terra non ſit realiter Euchariſtiæ inexiſtens, hæc dixiſſet: *Helias meloten diſcipulo ſuo reliquit: filius autem Dei aſcendens ſuam nobis carnem dimiſit; ſed Helias quidem exutus, Chriſtus autem & nobis reliquit, & ipſam habens aſcendit*; Si enim Chriſtus realiter adhuc præſens in Euchariſtia nō eſſet, ſed in pane, vt in ſigno tantùm carnem reliquiſſet, quod ibi maius miraculum, quam in veſte Heliæ, quæ etiam ipſum referebat? Agnoſcit autem Chriſoſtomus maximum hic fieri miraculum, tum locis citatis, tùm lib. 3. de Sacerdotio: *O miraculum!* inquit, *ò Dei benignitatem, qui cum Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe ipſe tradit volentibus ipſum excipere, ac complecti.*

Cyrillus demum Alexandrinus, qui interfuit & præſedit pro Cæleſtino Concilio Epheſino, varijs quoque in locis eamdem veritatem tradit in epiſt. ad Neſtorium; item ad Caloſyrium:

rium: *Decebat ergo cum noſtris quodammodo uniri corporibus per ſacram eius carnem, & pretioſum ſanguinem, quæ accipimus in benedictione viuificatiua in pane, & vino. Ne enim horreremus carnem, & ſanguinem appoſita ſacris altaribus, condeſcendens Deus noſtris fragilitatibus, influit oblatis vim vitæ, conuertens ea in veritatem propriæ carnis, vt corpus vitæ, quaſi quoddam ſemen viuificatiuum inueniatur in nobis. Vnde ſubdit; Hoc facite in meam commemorationem.* Et lib. 10. in Ioann. cap. 13. cum multis Scripturæ exemplis oſtendiſſet Deo nihil eſſe impoſſibile, ac proinde potuiſſe etiam nobis dare ſuam carnem ad manducandum, cui proculdubio conſequentiæ probandæ, præterquam inutiliter fuiſſent adducta tot omnipotentiæ exempla, ſi de figuratiua ſolum corporis Chriſti in Euchariſtia præſentia, atque adeo de manducatione tantùm ſpirituali per fidem locutus fuiſſet, expreſsè ait, ad excludendum hunc errorem: *Non negamus recta nos fide charitateque ſincera Chriſto ſpiritualiter coniungi; ſed nullam nobis coniunctionis rationem ſecundum carnem cum illo eſſe, id profecto pernegamus; idque à diuinis ſcripturis alienum dicimus.* Quæ autem hæc ſit coniunctio paulo poſt exponit dicens: *An fortaſſis putat ignotam nobis myſticæ benedictionis virtutem eſſe? quæ, cum in nobis fiat, nonne corporaliter quoque facit communionem carnis Chriſti, Chriſtum in nobis habitare?* Hactenus Patres Græci.

Ex Latinis Alexander Papa epiſt. 1. cap. 4. *In Sacramentorũ quoque oblationibus, quę inter Miſſarum ſolemnia Domino offeruntur, Paſſio Domini miſcenda eſt, vt eius, cuius corpus, & ſanguis conficitur, paſſio celebretur.* Quæ etiam à Papa Pio impoſitæ fuerunt pœnæ, & cautelæ, ſi per negligentiam Sacerdotis aliquid de ſanguine Domini ſtillaret, ſatis oſtendunt panem, & vinum fieri verum Chriſti corpus, & ſanguinem in Euchariſtia, ſi enim nuda duntaxat eſſe ſigna, & extra vſum nihil; vt volunt aduerſarij, quæ cautela, quibus pęnis opus, quas nec ipſi adhibent.

Tertullianus eodem ſenſu inter priorum Chriſtianorum ritus enumerat, quod ſumma cautela ſanctum conſeruarent, ne in terram caderet: *Calicis*, inquit, *aut panis etiam noſtri aliquid decuti in terram anxie patimur.* Inſuper quod Apologiæ cap. 7. ait, dictos tunc fuiſſe Chriſtianos, *Sceleratiſſimos de Sacramento infanticidas*, quippe quod Ethnici eos arguerent ad carnes humanas vorandas concurrere, clarè oſtendit tunc fuiſſe fidem de reali corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ præſentia, & comeſtione, ſed ab Ethnicis male intellecta more Capharnaitarum. Item lib. de reſurrectione carnis cap. 8. *Caro abluitur, vt anima emaculetur; caro vngitur, vt anima conſecretur; caro ſignatur, vt anima muniatur; caro corpore, & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima Deo ſaginetur.* Si enim corpus, & ſanguis Chriſti ore corporali non ſumatur, atque adeo in Euchariſtia nõ ſint realiter præſentia, quomodo caro dicitur illis veſci. Et lib. 1. contra Marcionem cap. 14. *Sed ille quidem vſque nunc nec aquam reprobauit Creatoris, qua ſuos abluit; nec oleum, quo ſuos vngit; nec mellis & lactis ſocietatem, qua ſuos infantat, nec panem, quo ipſum corpus ſuum repræſentat.* Etſi enim aduerſarij abutantur hoc verbo *repræſentat*, illoque ſignificari velint, panem realiter corpus Chriſti non eſſe, ſed tantum per modum figurę illud repræſentare, ex eo tamen contrarium potius habetur, ibique verbum *repræſentat*, iuxta phraſim, ac ſtylum Tertulliani, idem ſonat, ac *præſens facit*; ſed eſto, quod verbũ repræſentare idem ibi non ſignificaret, ac præſens facere, ſed figuram eſſe, nihil inde colligitur, nec ex alijs ſimilibus Patrum locis contra veritatem ſententiæ Catholicæ, vt dicetur

us argumentorum, non
s ſpecies panis, & vini
gna eſſe corporis,& ſan-
, ſed eſſe tantum figu-
, ita vt realiter ſub illis
ntur; ſiue quod idem eſt,
s, eſſe ſigna Chriſti rea-
præſentis,non autem ab-

b. 4. contra eumdem
abet: *Chriſtus acceptum*
ributum diſcipulis, corpus
it, Hoc eſt corpus meum
figura corporis mei. Figu-
uiſſet, niſi veritatis eſſet
ia aduerſarij hoc etiam
ontra Catholicos, ger-
xplicationem reſerua-
endis eorum obiectio-
n ad alios Patres tran-

epiſt. 54. & 56. lib. de
li aris reuertentes &c.
è lib. de Cæna Domi-
ſita inter ſacramentales
nt ſibi inſtituta antiqua,
umpto agno, quem an-
roponebat, inconſumpti
giſter apponit diſcipu-
do inconſumptibilem
dedit, ſi nudum pa-
duntaxat corporis ſui
gnificationem ſui con-
figuratiuè ſolum, aut
dedit,non autem rea-
tiam Agnus Paſchalis
gnum corporis Domi-
icitur inconſumptibi-
ergo Cyprianus Eu-
nſumptibilem cibum
m in ea Chriſti conti-
acramentali, & indi-
re voluit: vt apertè
ibidem ab eo dictis:
e, quem Dominus di-
t, non effigie, ſed na-
ipotentia Verbi, factus.
n perſona Chriſti hu-
r, & latebat diuinitas:
ſibili ineffabiliter di-

uina ſe infudit gratia &c. Huiuſmodi enim verbis habetur, panem diſcipulis à Domino porrectum, quo ad ſpecies viſibiles manſiſſe, ſed quo ad naturam, & ſubſtantiam mutatum fuiſſe; idque omnipotentia Dei, & factum fuiſſe carnem Chriſti, latentem in Sacramento realiter ſubſtantialiter, ſicut in perſona Chriſti latebat diuinitas,etſi videretur ſolum humanitas.

Hilarius lib. 8. de Trinitate, *Si verè igitur carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & verè homo ille, quia ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt: noſque verè ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per hoc vnum erimus, quia pater in eo eſt, & ille in nobis, quomodo voluntatis vnitas aſſeritur, cum naturalis per Sacramentum proprietas perfectè Sacramentum ſit vnitatis? non eſt humano aut ſeculi ſenſu in Dei rebus loquendum, neque per violentam, atque impudentem prædicationem cæleſtiũ dictorum ſanitati, alienæ, atque impiæ intelligentiæ extorquenda peruerſitas eſt. Quæ ſcripta ſunt legamus; & quæ legerimus intelligamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur: de naturali enim in nobis Chriſti veritate quę dicimus, niſi ab eo diſcimus, ſtultè, atque impiè dicimus. Ipſe enim ait: Caro mea verè eſt eſca, et ſanguis meus vere eſt potus &c. de veritate carnis, et ſanguinis non eſt relictus ambigendi locus: nunc enim et ipſius Domini profeſſione, et fide noſtra vere caro eſt, et vere ſanguis eſt. Et hæc accepta et hauſta id efficiunt, vt et nos in Chriſto, et Chriſtus in nobis ſit. Anne hoc veritas non eſt? Eſt ergo in nobis ipſe per carnem, et ſumus in eo, dum ſecum hoc, quod ſumus in Deo eſt.*

Ambroſius varijs in locis, potiſſimum tamen lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 12. vbi explicans illa verba, *Adorate ſcabellum pedum eius.* Pſal. 98. ſic ait: *Itaque per ſcabellum terra intelligitur, per terram autem caro Chriſti, quam hodie quoque in myſterijs adora-*

mus; vbi per miſteria intelligit ſacramentum Euchariſtiæ, in qua ſi verè non eſſet pręſens caro Chriſti, ſed tantum in figura, ea adorari non poſſet, negantibus aduerſarijs imaginibus Chriſti, aut alicui alteri eius figuræ adorationem eſſe exhibendam. Item lib. dę ijs, qui myſterijs initiantur, cap.9. lib.4. de Sacramentis cap.4. & 5. quibus ita clarè realem corporis Chriſti in Euchariſtia pręſentiam, idque per tranſubſtantiationem, ſiue, vt ait, per operationem Dei, ſubſtantiā panis mutantem in corpus Chriſti, vt nihil addi poſſit: tum denique lib.6. cap.1. vbi hęc habet: *Sicut verus eſt Dei filius, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodum homines per gratiam, ſed quaſi filius ex ſubſtantia Patris; ita vera eius caro eſt, ſicut ipſe dixit, quam accipimus, & verus eius ſanguis eſt, quem potamus*; vbi ſanctus vir clariſſimè ait, quod ſicut Chriſtus non ſignificatiuè, non impropriè, aut adoptiuè, ſed verè naturalis eſt Dei filius, ſiue ex ſubſtantia Patris, ita quoque vera ſit eius caro, veruſque ſanguis, quæ in Euchariſtia accipimus. Et infra: *Si fortè dicis, quomodo vera caro, quomodo verus ſanguis? qui ſimilitudinem video, non video ſanguinis veritatem? primò omnium dixi tibi de ſermone Chriſti, qui operatur, operatur, vt poſſit mutare, & conuertere in aliud inſtituta natura.*

Hieronymus in pſalm.145. ad c.1. Malachiæ; ad cap. 26. Matth. 5. ad Galatas, et 1. ad Titum; epiſt. 1. ad Heliodorum cap. 7. epiſt. 85. ad Euagrium, & 150. ad Hedibiam quæſt.2. *Nos audiamus panem, quem fregit Dominus, deditque diſcipulis ſuis, eſſe corpus Domini Saluatoris.* Et infra, *Nec Moyſes dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus: ipſe conuiua, et conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur.* Vbi etiam ſatisfit aduerſariorū obiectioni dicentium, impoſſibile eſſe, quod Chriſtus in cœna ſuum proprium corpus ſumpſerit.

Auguſtinus, etſi propter infideles, & Cathecumenos obſcurè interdum loquatur, nihilominus veritatem ipsā pluribus in locis clarè expreſſit, præcipua ſunt lib. 9. Confeſſ. cap.13. vbi referens vltima matris ſuæ Monicæ verba, et Deum alloquens dicit: *Tantummodò memoriam ſui ad altare tuum fieri deſiderauit, etc. vndè ſciret diſpenſari victimam ſanctam, qua deletum eſt Chirographum, quod erat contrarium vobis.* Vbi ſupponens Auguſtinus in altari eſſe, & ex illo diſpenſari victimam ſanctam, qua deletus iniquitas, clarè ſignificauit, hanc non eſſe panē materialem, quantumuis Chriſtum ſignificantem, ſed verum eius corpus, quo ſolo verè dici poteſt deletum fuiſſe Chirographum, quod erat contrarium nobis, per paſſionem, et mortem eius in cruce.

Lib.8. ad Ianuarium cap.6. vbi ait: *Placuiſſe Spiritui Sancto, vt in honorem tanti Sacramēti in os Chriſtiani primùm Dominicum corpus intraret, quam cęteri cibi*; His enim verbis apertè quoque ſignificatur Dominici corporis ore corporali ſuſceptio, atque adeò realis eius in Euchariſtia præſentia, hæc enim neceſſariò connectuntur.

Lib.3. de Trinitate cap. 4. vbi docet, Chriſtum aliter ſignificari per voces ſcriptas, et aliter per Sacramentum corporis, item cap. 10. vbi ſupponens, quod paruuli rectè credant corpus Domini verè eſſe pręſens in Euchariſtia, in hoc eos ſolùm errare docet, quod putent in tali ſpecie etiā in terra fuiſſe conuerſatum.

Lib.2. contra Aduerſarios Leg. et Prophet. cap. 9. *Mediatorem Dei, et hominum hominem Chriſtum Ieſum carnem ſuam nobis manducandam, bibendumque ſanguinem dantem fideli corde atque ore ſuſcipimus; quamuis horribilius videatur humanam carnem manducare, quam perimere; et humanum ſanguinem potare, quam fundere*; vbi patet, Auguſtinum fuiſſe locutum nedū de ſumptione carnis, et ſanguinis

Chriſti,

e ſeu per fidem, verum
porali, aliàs ſi panis tā-
lis illo ſumeretur, licet
orporis Chriſti, non di-
ilius videri humanam
ucare, quam perimere;
ngè horribilius videtur
re, quam eius duntaxat
ſignum manducare.
conc. 1. *Manducauerunt,*
humilitatis Domini ſui
non ſicut pauperes ſatura-
ad imitationem, ſed tamen
vbi dicit primò, quod
panem nudum, etiam
i adorari non debere
arij, ergo in tantum pa-
ticum adorandum eſſe
nus, in quantum reali-
t verum Chriſti corpus.
od indigni ſumant de
ti, et non ſaturentur; cū
ij negēt indignos Chri-
quia ſi, vt ipſi volunt,
n per fidem, vel ore
verè implicat Chriſti
ſumi, dicendum eſt
n corporis, et ſanguinis
ionem fieri, vbi ore
orali fit à peccatori-

33. conc. 1. circa titu-
alis eſt, *Et ferebatur in*
æc habet: *Hoc verò fra-*
ſſet fieri in homine, quis
enim portatur in ma-
anibus aliorum poteſt
anibus ſuis nemo porta-
telligatur in ipſo Dauid
m non inuenimus, in
inuenimus. Ferebatur
manibus ſuis, quando
m ſuum corpus ait: Hoc
ferebat enim illud cor-
uis. Idem repetit ibid.
lo, inquit, *ferebatur in*
ia, cum commendaret
m, et ſanguinem, accepit
uod norunt fideles, et
odammodo, cum dice-
ret: Hoc eſt corpus meum. Vbi ſi Auguſtinus non aliud intellexiſſet Chriſtū ſuis dediſſe diſcipulis, quam nudum panem, qui eſſet ſignum tantùm corporis abſentis, quid mirum, quid omnipotentia diuina opus, cùm hoc quilibet homo facere poſſit, portando ſignum, vel imaginem corporis ſui. Nec obſtat quod ſecundo loco particula *quodammodo* vtatur, hac enim minimè excludit, quod corpus ſuum verè in pane Euchariſtico portarit, ſed quodam alio modo ſupernaturali & non naturali in propria ſpecie, vt homines portari ſolent. Videri demum poteſt in pſal. 98. vbi de adoratione eiuſdem.

Hactenus Patrum, tàm Græcorum, quàm Latinorum teſtimonia ex primis quinque ſæculis, quibus pluſquā ſatis patet aduerſus Nouatores diuina traditio, qua ſemper in Eccleſia, vt quid pertinens ad fidem, et in ſuperius adductis Scripturæ locis ſignificatum, credita eſt vera, realis, ac ſubſtantialis corporis, et ſanguinis Chriſti in Euchariſtia præſentia; quæ ex alijs deinceps habentur, ad idem probandū, cū aduerſarij ea non negent, ſed illos erraſſe dicant, omitto, conſulique poſſunt apud Coccium lib. 6. theſauri Catholici art. 1. apud Gropperum lib. de veritate corporis, et ſanguinis Chriſti Domini in Euchariſtia: Bellarminum toto ſecundo libro de Euchariſtiæ Sacramento, omneſque ferè Doctores ſcholaſticos 3. p. q. 75. qui etiam claritatis gratia dicta Patrū teſtimonia, ad ſex, vel ſeptem potiſſimum claſſes reducere ſolent. Vt *prima* cōtineantur, quæ excludūt expreſſè figurā meram; *ſecunda*, quæ docent Chriſtum Dominum voluiſſe nobis dare corpus ſuum, et ſanguinem in hoc Sacramento, ad exercitium noſtræ fidei, vel ad horrorem fugiendū; *tertia*, quæ, dum eſt ſermo de hoc Sacramento, aſſerunt Chriſtum Dominum ſimul, et ſemel eſſe in cœlo, et in terra; in eoque relucere omnipo-

tentiam Dei; et ideo inſtituiſſe hoc Sacramentum, vt eſſet nobiſcum, ſuamque nobis humanitatem relinqueret; *quarta*, quæ docent Chriſtum Dominum, non ſolùm fide, et voluntatum concordia, ſed realiter, et per contactum nobis coniungi, dum ſumimus hoc Sacramentum; *quinta*, quę commendant charitatem Chriſti Domini erga nos, eamque aſſerunt excedere amorem matrum in filios, quatenus illæ, vt plurimum tradunt filios ſuos alijs alendos, Chriſtus autem nutrit nos ſua carne, et ſanguine; *ſexta*, quæ ex veritate corporis, et ſanguinis Chriſti Domini in hoc ſacramento probant, vel confirmant alia fidei noſtræ myſteria; *ſeptima* tandem, quæ affirmant tranſubſtantiationem panis, et vini in corpus, et ſanguinem Chriſti Domini; item ea offerri à nobis in ſacrificio Miſſæ. Hæc autem omnia cum aſſeri non poſſint ſine reali corporis Chriſti præſentia in Euchariſtia, corporalique eius ſumptione, dubitari nō poteſt de vnanimi vndequaque Patrum conſenſu in illa credenda, nobiſque tradenda.

Sed præter dicta Patrum teſtimonia, inſuper habemus, in firmum eiuſdem traditionis argumentum, perpetuam Eccleſiæ vniuerſalis, tam Latinæ, ſeu Occidentalis, quam Orientalis etiam poſt ſchiſma fidem, qua ſemper pręfata veritas, tanquam diuinitus reuelata conſtanter credita eſt: & cùm modo rem ita ſe habere, negare non poſſint aduerſarij, ipſamet enim euidentia facti conſtat, & compertum eſt mihi nonnullos hęreticos, data opera in Orientē profectos fuiſſe, quod ibi crederent reperire omnia, vt aiebant, Papiſtis aduerſantia in fauorem ſuarum hæreſum, ad fidem Catholicam conuerſos eſſe, reperto vnanimi Eccleſiæ Orientalis cum fide Romana conſenſu, tam in pręfata veritate realis præſentiæ corporis Chriſti in Euchariſtia, quàm in alijs ferè omnibus, in quibus Nouatores à nobis diſſident, cum inquam, aduerſarij talem conſenſum negare non poſſint, euidentia facti conſtantem, reſpondent tempore quidem Berengarij, videlicet circa vndecimum ſæculum, viguiſſe in Eccleſia Latina, ſiue Occidentali ſententiam de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia, ſed in hoc defeciſſe à primitiuæ Eccleſiæ fide, & ab eo tempore eumdem errorem in Eccleſiam Orientalem introduxiſſe, qua tunc, & deinceps pollebat in eam authoritate.

Verùm, vt hæc, & ſimilia abſque vllo prorſus fundamento, & gratis dicuntur, ita quoque poſſent contemni; nihilominus reſpondetur falſum eſſe, vniuerſalem Eccleſiam tempore Berengarij, aut alio quouis aberraſſe à vera fide Sacramenti Euchariſtiæ, præterquam enim illa ſingulari, quo diuinitus donata eſt priuilegio infallibilitatis, nuſquam errare poteſt in rebus ad fidem ſpectantibus, vt ſatis oſtendimus tom. 3. ſect. 3. indeque refelli poſſe omnes prorſus hæreſes tom. 5. 1. p. ſect. 9. cap. 3. vanitas adhuc huius reſponſionis patet *primò*, ipſamet euidentia facti, ſincerè enim conſideranti, quam ſuperiùs adducti primorum quinque ſæculorum Patres teſtantur, Eccleſiam tunc habuiſſe fidem, illamque conferenti cum præſentis Eccleſiæ Romano-Catholicæ fide, clarè conſtabit eamdem prorſus eſſe, ſemperque in Eccleſia firmiter creditam fuiſſe realem præſentiam Chriſti in Euchariſtia. *Secundò*, ex praxi Eccleſiæ primitiuæ, qua, vbi quis primùm error circa fidem exoriebatur, vel dubium, contra illum ſcribebant Patres tunc temporis florentes, ſeque illi opponebant, tum ad Summos deferebatur Pontifices Romanos, aut Concilia Generalia, vt quid tandem credendum eſſet determinaretur, & error extirparetur. Deindè cum vera fides ſit in perpetuum cum Eccleſia duratura, nouæ autem hæreſes ſemper inſurrexerint, ſintque

ad

di inſurrecturæ, quarum
m, & authores demon-
ideò veteres Patres, vt
n ſcriptis, non alio me-
reſes refutari credebant
s earũ initio, & autho-
a verò Catholicas veri-
x Scriptura, ſed etiam
Eccleſiæ à temporibus
oſtendere ſolebant; adeò
ritas ſubindè ex Scri-
è probari non poſſet,
illum; illudque de fi-
locerent, quod ex tra-
ccleſia ita ſemper cre-
ro certa traditione ha-
nanimiter vniuerſalis
ſia, cuius non poſſet
vſque ad tempora A-
ſpecialiter S. Auguſti-
locis in decurſu hu-
is, maximè to.2.ſect.2.
r praxi ſic arguo, &
ctæ reſponſionis oſtẽ-
duerſarij probarent in
iſſe, vt aiunt, errorem
rporis, & ſanguinis
ariſtia, deberent oſtẽ-
do, & à quo poſt tem-
um initium habuerit;
totus eo infectus fue-
im, an paulatim, an
ris ſucceſſu; quinam
es ſe ſe illi oppoſue-
Concilijs, aut à qui-
ntificibus condemna-
m doctrina Catholica
rror eſt, non poſſent
ire iſta omnia, quæ
fuere communia, vt
iſtorijs eorumdem.
actenus nihil ex præ-
t oſtendere, vel vn-
contra doctrinam
manæ Eccleſiæ de
s autem omnia con-
doctrinæ; primi enim,
ſunt, non tamen
Chriſti non eſſe rea-
chariſtia, ſed illam

tantum eſſe figuram eius, fuere Iconomachi, qui in vera Synodo VIII. circa annum Domini 787. damnati ſunt act. 6. & aduerſus quos Patres Græci, & Latini, qui tunc floruere, ſcripſerunt, potiſſimum S. Ioannes Damaſcenus lib. de fide Orthodoxa cap. 14. omnino conſulendus, illique coætaneus Epiphanius in diſputatione cum Gregorio, quæ habetur in citata Synodo: *Legas*, inquit, *quouſque voles, nunquam inuenies neque Dominum, neque Apoſtolos, neque Patres incruentum illud ſacrificium, quod à Sacerdote offertur, imaginem dixiſſe, verum ipſum corpus Domini, et ipſum ſanguinem; attamen ante ſanctificationis conſecrationem, quibuſdam Patribus pie ſane viſum eſt Antitypon nominare, inter quos Euſtachius, et Baſilius* &c. Vbi in illis Patribus oſtendit, quod panem, & vinum antitypon corporis Domini vocauerint, & ſubdit: *Quæ ſequuntur ſententiam Patris*, ſcilicet Euſtachij, *confirmant quod ante ſanctificationem antitypa vocauerit; poſt conſecrationem autem Corpus Domini, et ſanguinem Chriſti, atque ita eſſe creduntur*. Hæc ille, clariſſimè tradens neque Chriſtũ, neque Apoſtolos, neque vllos Patres dixiſſe, panem in Euchariſtia eſſe nudum ſignum, & reſpondent ad verba, quæ Iconomachi, & iam hæretici ex Baſilio, & alijs afferebant. Item cum in Eccleſia Latina quidam Ioannes Scotus primus circa annum 800. librum edidiſſet, in quo de veritate Corporis Chriſti in Euchariſtia dubitabat, ſtatim in Concilio Vercellenſi damnatus eſt. Quem errorem poſtea apertè ſuſcitans Berẽgarius circa annum Domini 1058. additis alijs erroribus, quod paruuli non eſſent baptizandi, & legitima matrimonia poſſent diſſolui, ſtatim quoque damnatus eſt, primò in Concilio Romano, ſub Leone IX. Secundò, in Concilio Vercellenſi. Tertiò, in Concilio Turonenſi. Quartò, in Concilio Romano ſub Nicolao II. vbi conuictus,

faſſus

faſſus eſt Corpus Chriſti verè eſſe in Euchariſtia præſens; alio tamen poſtea errore prolato, quod Corpus Chriſti ſimul cum ſubſtantia panis præſens eſſet; quem etiam errorem in Concilio ſub Gregorio VII. abiurauit, confitens panem in corpus Domini tranſmutari; ac demum conſtãs in fide Catholica manſit; Non igitur ſententia Romanæ Eccleſiæ de Euchariſtia erronea, aut hæretica eſt, vt aiunt aduerſarij, ſed quam ipſi in contrarium docent, præfatos hæreticos ſecuti, vnde iure merito à Concilio Tridentino condemnati quoque cum ipſis fuerunt.

Non minus quoque falſum eſſe, ac ineptum, quod aiunt, à tempore Berengarij ſeductam fuiſſe ab Eccleſia Latina, Eccleſiam Orientalem, patet tum ex eo, quod aſſignari non poteſt, qua ratione, vel modo talis ſeductio, & vniuerſalis Eccleſiæ Orientalis infectio contigerit; tum quia ab eo ſolum tempore contingere non potuit, ſi quam modo habet fidem, ac ſententiam de reali corporis Chriſti præſentia in Sacramento Euchariſtiæ, eamdem habuit, & illo, & ab ipſo Apoſtolorum tempore, ſed vt patet ex adductis Patribus, & alijs toti illi tempori coætaneis, ita ſe habet; falſum eſt igitur, Eccleſiam Orientalem fuiſſe à Latina ſeductam à tempore Berengarij; ſed potius dicendum ipſam in accepta à maioribus fide in hac parte perſeuerare. Tũ deniq; quoniam fuit moraliter impoſſibilis talis ſeductio; quis enim homo prudens, vel minimum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gnarus ſibi perſuadeat, Eccleſiam Græcam, & Orientalem à mille fere annis adeo Latinæ offenſam, quæque nunquam ab ea potuit adduci vniuerſa, vt crederet proceſſionem Spiritus Sancti ab vtroque, licere in azymo conſecrare Euchariſtiam, ſique aliquando credidit, ſtatim defecit; quis, inquam, in his, & alijs ſimilibus rerum circumſtantijs Eccleſiæ

Latinę, & Græcæ, prudenter credat
vel potius non dicat ſomnium eſſe,
quod aiunt aduerſarij, Eccleſiam ſci
licet Græcam veram, & antiquam re
liquiſſe fidem de non reali, vt falſan
& nouam amplecteretur Eccleſię La
tinę, ſic ſeducta, de reali corporis Chr
ſti præſentia in Sacramento Euchar
ſtiæ, nullis prorſus tunc, aut poſte
Eccleſiæ Græcæ Patribus, ac Docto
ribus ſe ſe illi opponentibus, aut Ec
cleſiam Romanam erroris in hac pa
te damnantibus, qui proculdubi
longe maior eſt, quam quod Eucha
riſtia in azymo fieri poſſit, toties ta
men, licet falsò, illi improperatus
Imo cum his vltimis temporibus op
tima ſe illis obtuliſſet occaſio rec
dendi ab hoc errore, ſi talis eſſet, i
inuitati ab aduerſarijs, non ſolum
non præſtiterunt, ſed potius contra
illos ſuam de nouo fidem profeſ
ſunt de reali corporis Chriſti præſen
tia in Euchariſtia per tranſubſtantia
tionem. Etenim cum Philippus Me
lanchton confeſſionem Auguſtanam
Græcè redditam miſiſſet Conſtant
nopolim ad Patriarcham Ioſaphatan
pro fidei communione, nequidem
reſponſo illam dignatus eſt; Succeſ
ſor autem eius Ieremias contra eam
de nouo ſibi miſſam librum reſcripſ
anno 1577. in quo ſic ait cap. 10
Multa in hac parte de vobis, Luthera
nis, *referuntur*, de cœna Domini, *qu*
nobis nullo pacto probari poſſunt, *Eccle*
ſiæ igitur Sanctæ illud præiudicium eſt i
Sacra Cœna poſt conſecrationem, et bene
dictionem, panem in illud ipſum Corpu
Chriſti Ieſu, vinum autem in illum ſan
guinem virtute Spiritus Sancti tranſire
et tranſmutari; quod idem repetit, &
explicat reſponſo 1. c. 13. & reſpon
ſo 2. cap. 4. Vnde Lutherani obmu
tuerunt. Idem patet ex epiſtola Arſe
nij Hieromonachi Parthenij Patriar
chę Conſtantinopolitani, quæ præfi
xa eſt decreto Synodi tunc congrega
tæ ſuper Caluinianis dogmatibus
Quam igitur habent fidem Græci, cæ

teræque

ſiæ Orientales, licet in
m defecerint, de reali
oris Chriſti in Eucha-
tribuenda eſt ſeductio-
manæ à tempore Be-
io, ſed potius conſtans
eſiæ, alias diffidentis,
c veritate, manifeſtiſ-
æ eius traditionis ar-

huc traditionis proba-
eiuſdem Eccleſiæ vni-
adoranda Euchariſtia.
omil. 3. ad Epheſios,
& manduca, & Augu-
. 98. explicans illud:
llum pedum eius, ait:
rto me ad Chriſtum,
o hic, & inuenio; quo-
ate adoretur terra, ſine
r ſcabellum pedum eius:
terra terram, quia caro
e carne Mariæ carnem
n ipſa carne hic ambu-
rnem nobis manducan-
ledit, nemo autem illam
t, niſi prius adorauerit:
dmodum adoretur tale
Domini, et non ſolum
rando, ſed peccemus non
enim ratione aduer-
m non adorant cre-
corpus in ea realiter
roptereaque nos eam
latriæ accuſant, op-
eſt in ea realiter il-
nte Eccleſiæ vſu in
riſtia, quodque de
tinus, *nos non ſolum*
ndo, ſed peccare non
odo enim hoc dice-
aro Chriſti non eſſet
maximè cum ex ad-
ra, nec imago Chri-
n eſſe volunt Eucha-
ato idololatriæ ado-

ır veritas Catholica
autem miracula ſint
ntia, vt notat Diuus

Thomas 3. par. qu. 29. art. 1. ad 2: quædam enim ſunt obiecta fidei, quia creduntur; quædam teſtimonia, ſeu motiua fidei, quia iuuant, vel confirmant fidem; non agimus de miraculis primi generis, quæ ſunt occulta, qualia ſunt quatuor potiſſimum in Euchariſtia, primum, quod ſubſtantia panis, & vini conuertatur in ſubſtantiã corporis, & ſanguinis Chriſti; ſecundum, quod accidentia panis, & vini maneant ſine ſubiecto; tertium, quod corpus Chriſti exiſtat ſub illis ſine extenſione locali; quartum quod exiſtat in diuerſis locis; de his, inquam, miraculis non agimus cum ſint occulta, neque ſub ſenſum cadant; ſed de alijs ſecundi generis, quę ſunt publica, & nota, quæque conſequentur fidem noſtram teſtari, & ad illam amplectendam inducere poſſunt. Vnde ſic arguo, illa fides non poteſt eſſe falſa, quam Deus miraculis confirmat, ſi quidem Deus, cum ſit prima veritas per eſſentiam, ſoluſque miracula patrare poſſit, non poteſt confirmare falſitatem: At fides realis præſentiæ Chriſti in Euchariſtia reperitur multis confirmata miraculis, vel operibus miraculoſis in hiſtoria Eccleſiaſtica; qualia ſunt primò plura ſingularia Dei beneficia, ex fide talis præſentiæ fidelibus collata, vt reſtitutio ſanitatis, expulſio dæmonum, liberatio à naufragio, ab incendio, aliaque ſimilia: Secundò pænę, ſeu vltiones eorum, qui non crediderunt, vel deriſerunt illam: tertiò apparitiones, quibus ſæpe Chriſtus in Euchariſtia ſub forma pueri, vel carnis apparuit; fides ergo realis præſentiæ ipſius in illa falſa eſſe non poteſt, ſed veriſſima. Quia autem longum eſſet præfata recenſere miracula, de illis, quæ ante exortam Berengarij hæreſim contigerunt, conſuli poſſunt Cyprianus ſerm. de Lapſis, Nicephorus lib. 13. cap. 7. Sozomenus lib. 8. cap. 5. Proſper lib. de prędictionibus par. 4. cap. 6. Gregorius lib. 2. dialogor. cap. 24.

& lib. 3.

& lib. 3. cap. 3. Petrus Diaconus in vita eiuſdem Gregorij; Cardinalis Baronius in Annalibus. Tam autem de iſtis, quam alijs poſt ortam hæreſim Berengarij, & iterum à Nouatoribus ſuſcitatam videri poſſunt Paſchaſius in libro de corpore, & ſanguine Chriſti cap. 4. Quitmundus lib. 3. de Sacramento Euchariſtiæ circa medium, Claudius Sanctesius repetitione 2. de Euchariſtia, cap. 26. Thomas Vualdenſis tom. 2. de Sacram. cap. 63. Gareſius de præſentia corporis Chriſti in Sacramento claſſe 6. & 7. Thomas Bozius lib. 14. de ſignis Eccleſiæ cap. 3. Cathechiſmus hiſtorialis tom. 2.

Quartò tandem & vltimo probatur hæc eadem veritas negatiuè, ſoluendo aduerſariorum obiecta, quæ vnico ſequenti argumento comprehendo. Si quæ huc vſque adduximus Scripturæ, & Patrum teſtimonia, non eſſent propriè intelligenda de vera, reali, ac ſubſtantiali præſentia Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ, ſed figuratè ſolum & impropriè, vt volunt, vel eſſet, quia talis repugnaret præſentia, vel ea abſolutè non repugnante, ſequeretur tamen ex illa aliquid Chriſto indecens, vel neutro ex iſtis ſubſiſtente, adducta Scripturæ loca, quibus ipſe promiſit, & inſtituit Euchariſtiam, exigerent figuratum, & improprium, non autem proprium ſenſum, præſertim iuxta Sanctorum ac veterum Patrum interpretationẽ, ſed nullo ex his capitibus id probant aduerſarij, imo ex dictis iam oppoſitum conſtat; abſque vllo igitur fundamento ea volunt intelligenda eſſe non propriè, ſed figuratè, & impropriè. Maior huius argumenti eſt certa ab enumeratione eorum omnium, quæ rationabiliter id perſuadere poſſent. Minor autem probatur diſcurrendo per ſingula.

Ac primò non repugnare, ſeu impoſſibilem non eſſe dictam præſentiam, patet quia plures ex aduerſarijs id fatentur, negantque ſolum Chriſtum voluiſſe; qui autem poſſibilitatem illius negant, nullam afferunt implicantiam, ratione cuius id omnipotentiæ diuinæ, ad quam propterea in hoc myſterio recurrunt Patres, denegari poſſit, aut ſolui non poſſit, quia hoc non deſtruit aliquod prædicatum eſſentiale, vel eſſentialiter requiſitum ad ſubſtantiam Corporis Chriſti. Etſi enim plures Doctores Catholici cum Diuo Thoma aſſerant implicare contradictionem, quod vnum & idem corpus ſit circumſcriptiuè in pluribus locis, quia eſſet vnum, & non eſſet vnum entitatiuè, vnum vt ſupponitur, non vnum autem, quia non poſſunt multiplicari extenſiones, & præſentię locales quantitatiuę, ſeu circumſcriptiuæ, quin multiplicentur quantitates, & conſequenter corpora, quippè cum hæc tanquam à prima radice diſtinguantur numero ex ſigillatione materię ad diuerſam quãtitatem; hoc tamen non ſequitur ex hoc quod corpus Chriſti Domini circumſcriptiuè ſit in cælo, & realiter alibi modo ſacramentali, quia in cælo eſt ratione propriarum dimenſionum, & eſt ſub ſpeciebus Euchariſticis ratione conuerſionis ſubſtantiæ panis in ipſum; quare ſicut multiplicata quantitate, & conſequenter etiã corpore, poteſt multiplicari locus circumſcriptiuus, ita multiplicatis conuerſionibus plurium ſubſtantiarũ panis, & vini in idem corpus Chriſti Domini poteſt eſſe indiuiſibiliter ſub pluribus, & diuerſis ſpeciebus, quia hæ conuerſiones, cum illi ſint prorſus extrinſecę, non variant numericè eius ſubſtantialem vnitatem, ſicut variaret modus eſſendi circumſcriptiuus ob rationem allatam; vnde quod vnum corpus eſſe non poſſit in duobus locis quantitatiuè, vel circumſcriptiuè, non repugnat ob rationem generalem eſſendi, vtcunque in duplici loco, ſed ob ſpecialem, nimirum eſſendi in vtroque quantitatiuo modo, & per

proprias

nſiones, quia talis mo-
fectus ſecundarius quã-
eſt multiplicari ſine il-
iplicari non poteſt abſ-
multiplicetur nedum
l etiam entitatiuè cor-
onſequenter non eſſet
i, & idem vnitate enti-

a idem numero corpus
i abſoluta poſſit con-
emel in pluribus locis,
modo extenſiuo, in
o indiuiſibili, ſeu ſa-
probauimus de facto
rpus Chriſti, & conſe-
e, & ſi ratione naturali
ſſit; imo ſi conſulatur
idetur multas inuol-
s, docente Auguſtino
credendi cap. 2. *Res*
ccuſari populariter, non
efendi populariter, pro-
uæ his continentur; Si
ia fidei tranſcendunt
eoque ex conſuetudi-
arum inexperta ope-
mitas humana metiri
tareque in illis nihil
quod homines quin-
ıntijs percipiunt, vt
uſtinus; ad firmandũ
um ſola fides ſufficit;
nctorum, ac veterum
tiuantes intellectum
s ita crediderunt; &
c myſterio Euchari-
inter alia loco repo-
ue ab ipſomet Chri-
, recurrunt ad omni-
m, eamque potiſſi-
lmirantur, adductis
obationem pluribus
rum Dei operum
gionis noſtræ myſte-
cto, niſi credidiſſent
entiam miraculosè
e poſſe realiter in
hariſtiæ Sacramen-

to, cum nuda inſtitutio ſigni, vt aiunt aduerſarii, nec tantam in credente fidem requirat, nec omnipotentiam in inſtituente, vt ſatis patet in noſtris ſignis, quæ ſola hominum inſtitutione ſignificant; quale enim myſterium, quęſo, quod rex circumſcriptiuè in ſuo exiſtat ſolio, & figuratè ſimul, ſiue per imaginem ſuam reperiatur in multis locis, ibique in ea debito afficiatur honore.

Deindè ad hominem contra aduerſarios, cum ipſemet Caluinus, cuius doctrinam profitentur, ita admittat corpus Chriſti Domini eſſe figuratiuè ſolùm in Euchariſtia, vt adhuc ſedens ad dexteram Patris realiter comedendum in Euchariſtia nobis exhibeatur, recurratque ad virtutem diuinam, vt tale ſuis perſuadeat myſterium; *Nihil reſtat*, inquit lib. 4. inſtitut. cap. 17. §. 7. *niſi vt in eius myſterij admirationem prorumpam, cui nec mens plenè cogitando, nec lingua explicando par eſſe poteſt*. Et infra §. 10. *Etſi autem incredibile videtur, in tanta locorum diſtantia penetrare ad nos Chriſti carnem, vt nobis ſit in cibum, meminerimus quantum ſupra ſenſus omnes emineat arcana Spiritus Sancti virtus, & quam ſtultum ſit eius immenſitatem noſtro modo velle metiri. Quod ergo mens noſtra non comprehendit, concipiat fides*. Et Beza in tract. de re Sacramentaria quæſt. 9. *Fatemur incomprehenſibile eſſe myſterium Dei, quo fit, vt quod eſt, et manet in cœlis, et non alibi; vere communicetur nobis, qui in terra ſumus, et non alibi*; cur ſugillant Catholicos cum Patribus ad eamdem diuinam virtutem, ac fidem recurrentes, dum aſſerunt, quod idem corpus Chriſti ſit in cœlo circumſcriptiuè, in Sacramento autem Euchariſtiæ modo inuiſibili, & ſacramentali; quandoquidem hoc longè credibilius videtur, quàm quod duæ res realiter diſtinctæ, tantoque locorum interuallo diſtantes, ac ſeparatæ, quantùm cœlũ

diſtat à terra, ſubſtantialiter inter ſe vniantur; imò primum non implicat, ſecus autem hoc ſecundum; quæ enim poteſt eſſe manifeſtior contradictio, quam aſſerere corpus Chriſti nuſquã eſſe realiter, niſi in cęlo, et tamen aſſerere corpus Chriſti coniunctum eſſe realiter cum ſymbolo panis in Eucharistia, vt nobis ſit in cibum. Sed, vt ſuperbum eſt hæreticorum genus, cũ in aperta contradictione deprehenſos ſe vident, qualis eſt adducta, loco illam agnoſcendi, et reuocandi, non contradictionem, ſed myſterium, vt vidimus, interpretantur. Quod tamen ipſi nolunt admittere in veritatibus Catholicis, ſed omnia adamuſſim humanæ rationis expendere, vbi ſola fides debet habere locum. Vide Hilarium lib. 3. de Trinitate.

Tandem, iuxta eorumdem principia, illud ſolum credendum eſt, quod expreſsè, clariſque verbis in ſacra habetur Scriptura, ſed nullibi in ea expreſsè docetur impoſſibile eſſe, quod vnum, & idem Chriſti corpus realiter ſit in duobus locis, nimirum in cęlo circumſcriptiuè, & in Euchariſtia modo inuiſibili, et ſacramentali; imo potius oppoſitum, dum, vt vidimus, ex Scriptura habetur, de facto Chriſtum Dominum ita voluiſſe, qui impoſsibilia velle non potuit, non eſt igitur cur ab aduerſarijs negetur poſſibilitas eſſendi corporis Chriſti, realiter in pluribus locis, nimirum in cœlo, et ſimul in Euchariſtia.

Secundò, quod aiunt nonnulli ex aduerſarijs, impoſſibile quidem abſolutè non eſſe, ſed tantùm indecorum Chriſto, nobiſque inutile, quod ſit realiter præſens in Euchariſtia; indecorum quidem, quoniam ita conculcari poſſet pedibus, proijci canibus ad deuorandum, ac per os hominis ſumptus in ſeceſſum emitteretur; inutile autem, cum fideles per ſolam ſpiritualem manducationem poſſint habere eumdem fructum, & ſolatium; imò maius ſi Chriſtus abſens ſit, iuxta illud Ioannis 16. *Expedit vobis, vt ego vadam, ſi enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos*; hæc, inquam, & ſimilia argumenta minimè ſufficiunt ad probandum, Chriſtum Dominum noluiſſe corpus, & ſanguinem ſuum reali[ter] in Euchariſtia eſſe præſentia; longè enim indignius Deo videbatur, vt cum humana natura in comparatione Dei viliſſima creatura hypoſtaticè vniretur, in eaque tot, ac tanta pateretur factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis; adeò vt Philoſophi, & Gentiles Chriſtianos id credentes, tanquam inſanos, ac ſtultos irriderent; pro vt Apoſtolus ad 1. Corint. 1, v. 18. *Verbum crucis pereuntibus ſtultitia eſt, ijs autem, qui ſalui fiunt, id eſt, nobis Dei virtus eſt*; & v. 23. *Nos prædicamus Chriſtum Crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, vocatis autem Iudæis, & Græcis, Chriſtum Dei virtutem*; Marcion autem hæreticus cum ſuis propterea negaret, Verbum veram carnem aſſumpſiſſe, ſed in ficta ſolùm, & phantaſtica apparuiſſe; & Neſtorius, Chriſtum Deum, & hominem vnam eſſe perſonam, quia, vt aiebat primus, indignum erat Deo, vt talia in carne eſſet paſſus, ſecundus verò, quod Deus diceretur verè paſſus, & tamen voluntati diuinæ ita placuiſſe fides nos docet, nec aduerſarij negant, vtique propter altiſsimos gloriæ ſuæ, & ſalutis noſtræ fines; multò ergo minus inde negare deberent, realẽ corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam, præſertim cum ibi ſit modò impaſſibili, ſeu præſens in pane, quem canis deuorat, quique pedibus conculcatur, ſicut Deus eſt præſens cuilibet creaturæ; vndè quemadmodum iſta, & ſimilia diuinam non dedecent maieſtatem nec etiam Chriſtum, quod ſpecies Euchariſticæ, ſub quibus corpus eius realiter exiſtit, à cane deuorentur, cum maneat ita illæſum, & integrum,

ſicut

l dexteram Patris in
ſi Deus potuiſſet homi-
liberare , abſque eo ,
diuinum caro fieret ,
l inutile fuiſſe dici non
que licet nos Catholi-
ittamus Chriſtum Eu-
tuere potuiſſe , abſque
a præſentia , negamus
e fidelibus fuiſſe, quod
to inſtituerit , vt pro-
aduerſarij velint etiam
on fuiſſe, Euchariſtiam
ſet ſymbolum , ex ipſis
ne illo etiam Chriſtus
fidei viuæ gratiam :
ergo , ſufficeret qui-
eſſet in gratia Regis ;
haud poſſet , quin ei
ſolatoriumque eſſet, ſi
m ſibi præſentem eſſe,
videret ; ita quoque
teſt , quin valdè con-
ealis , etſi inuiſibilis ,
Domini præſentia in
chariſtiæ , ad abun-
oris in fideles oſten-
nque animos conſo-
uinum amorem exci-

bſtant citata Chriſti
6. ab eo dicta, quia
erat,vt ipſe certo ſo-
t in terra viſibilis, &
ius Spiritus Sanctus
quam mortuus eſſet,
lum aſcendiſſet , vt
c locum exponunt
leò verba illa non
uiſibilem , & ſacra-
præſentiam in Eu-

Scripturæ loca , qui-
quàm inſtituit Chri-
Sacramentum , ne-
metaphoricum, aut
proprium , quem
nariam ſuam ſigni-

ficationem, præ ſe ferunt ſenſum,prꝫterquam ſatis probatum manet ex ſuperius dictis, patet inſuper , quia nullum aduerſarij poſſunt adducere ex Scriptura locum , vbi expreſsè dicatur à nobis allata figuratè eſſe intelligenda, aut Chriſtum in Euchariſtia figuratiuè tantùm eſſe, cum tamen id præſtare iuxta ſua deberent principia , quibus volunt id ſolùm fide credendum eſſe , vt dicunt ſe credere, Chriſtum in Euchariſtia figuratiuè ſolùm eſſe, quod expreſſis tamque claris in Scriptura verbis continetur , vt omnibus pateat , aliaque non indigeat interpretatione : ſi dicant expreſse quidem id in ſcriptura non haberi , ſed æquiualenter , iam ſe à ſuis elongant principijs , quodque alias acriter negant, Catholicis concedunt , dicentibus, non requiri,vt aliquid ſit de fide quod ſemper in Scriptura expreſſis habeatur verbis , ſed ſufficere , quod æquiualentibus , ſeu quo ad rem ſignificatam ijſdem, ſicut contra Arianos defendimus filij cum Patre conſubſtantialitatem , & capite ſequenti contra Lutheranos aſſeremus Chriſtũ in Euchariſtia prꝫſentem fieri per tranſubſtantiationem: iuxta quam tamen Catholicorum doctrinam , quia ſaltem ad hominem contra eos ſufficeret aduerſarijs ad ſuum errorem tuendum,quod ſi non expreſſis,ſaltem æquiualentibus verbis in Scriptura habeatur , Chriſtum in Sacramento Euchariſtiæ figuratiuè duntaxat , & nullo modo realiter eſſe, ideo ſoluenda ſunt loca ab ipſis in hunc finem adduci ſolita , quæ claritatis gratia ad certas reducemus claſſes .

Prima eſt eorum,vbi habetur,quod Chriſtus accepit , benedixit , fregit , deditque diſcipulis ſuis,fuiſſe panem; inde enim colligunt eum ipſis panem tantùm dediſſe , eoſque panem duntaxat ediſſe , qui eſſet figura corporis Chriſti , quique tale corpus realiter eſſe non poſſet , cum ipſe non dixerit

panem à ſe datum fuiſſe in corpus ſuum conuerſum, ſed tantùm, *Hoc eſt Corpus meum*.

Verùm huiuſmodi loca, quibus præſupponi videtur, Euchariſtiam nihil niſi panem eſſe, quia quando Chriſtus cœnam inſtituit, dicitur accepiſſe panem, ac dediſſe diſcipulis, nullam prorſus vim habent contra veritatem Catholicam; aliàs ſequeretur, quod in nuptijs in Cana factis, vbi iuſſæ ſunt impleri aqua hydriæ, quando erant plenæ, dixitque Chriſtus Io: 2. *Haurite nunc, & ferte architriclino*, hauſta fuiſſet tantùm aqua, & non vinum, ibi tamen inuentum, miraculoſa aquæ in illud conuerſione. Inquiro enim ab aduerſarijs, an Chriſtus Dominus, loco tunc mutandi aquam in vinum abſque vlla verborum prolatione, id præſtare non potuiſſet, dicendo, *Hoc eſt vinum*, quod nullus ſine dubio rationabiliter negare poteſt, nec conſequenter, quin iſta propoſitio, *Hoc eſt vinum*, ſignificaſſet verum vinũ, & ſi Chriſtus prius accepiſſet aquam, pronomenq; *hoc* verè vinum demonſtraſſet, quia tunc Chriſtus aquam in vinum conuertiſſet, pronuntiando pręfata verba, *Hoc eſt vinum*; ſic autem ſe habuit de facto in Euchariſtiæ inſtitutione, vbi ait *Hoc eſt corpus meum*.

Cui non obſtat, quod ſicut, ſi quis accepta Regis imagine diceret, illam oſtendendo, *hic eſt Rex*, non propterea ſequeretur realiter eſſe Regem, ſed tantùm eius figuram; ita quoque ſe habuiſſe in Euchariſtia, vbi ait Chriſtus, *Hoc eſt corpus meum*, quo in argumento magnam ſolent aduerſarij vim facere dicentes iſtud pronomen *hoc*, nihil aliud demonſtrare potuiſse, quàm quod Chriſtus ſuis tenebat manibus, quando protulit verba conſecratoria, ſcilicet panem, atque adeò potuiſſe quidem eſſe figuram corporis Chriſti; non autem realiter ipſum corpus.

Sed in hoc grauiter, et euidenter aberrant, quandoquidem, vt per ſe patet, propoſitionum practicarum, ſeu effectiuarum proprium eſt, quod vbi pronomen demonſtratiuum *hoc*, vel illud habent in ipſis rationem ſubiecti, non ſignificent id, quod eo eſt tempore, quo incipiunt huiuſmodi propoſitiones, ſiue terminum à quo, ſed terminum ad quem, ſiue id quod eſt, quando abſoluuntur. Quemadmodum, vt in iam allato maneamus exemplo, ſi, quando Chriſtus conuertit aquam in vinum, dixiſſet, *hoc eſt vinum*, certè pronomen hoc aquam non ſignificaſſet, quæ tunc fuiſſet, quando huiuſmodi propoſitionem incepiſset, ſed vinum, quod ea abſoluta fuiſſet.

Per quod patet ad exemplum eius, qui tenendo imaginem Regis diceret *hic eſt Rex*; quem talia dicentem credere deberemus non propriè, ſed figuratè loqui, quia certò ſcimus homines carere omnipotentia, eaque proindè conuertendi figuram in figuratum ſeu prototypum; qua Chriſtum certò ſcimus præditum eſſe, eaque vſum fuiſſe in inſtituenda Euchariſtia, vt docent Patres, qua tamen opus non fuiſſet, ſi in ea figuratiuè ſolum eſſe voluiſſet; atque adeò, accedentibus pręſertim omnibus alijs circumſtantijs ſuperius explicatis, vbi dixit, *Hoc eſt corpus meum*, credendum quoque eſt, non figuratè, ſed propriè locutum fuiſſe, realemque ſui corporis in Euchariſtiam præſentiam ſignificare voluiſſe.

At inquiunt aduerſarij, poſt panis, ac vini conſecrationem videntur eorũ formæ, non igitur fiunt corpus, & ſanguis Chriſti, Reſpondetur inanem eſſe conſequentiam, nam & ipſimet aduerſarij fatentur, in Euchariſtia, poſt verba conſecratoria, panem communem reddi Sacramentalem, quod tamen non vident, ſed credunt; nos autem credimus ſub eius ſpeciebus, quas

us, realiter corpus Chriſti
docentibus Patribus, nec
in cæteris fidei myſterijs,
enſus credendi regulam
d aliud interdum ab ipſis
d autem fide credi, ipſa
pplementum ſenſuũ de-
s indè probari poſſet, nec
iſſe Deum, quia ſenſibus
n forma duntaxat hu-
bat; & ſic de alijs, quæ
urda, pro tali quoque
aduerſariorum conſe-
a volunt in Euchariſtia,
us haud realiter eſſe,
etur, ſed formæ, vel ſpe-
Sacramentales panis, &

orum claſſis, quibus abu-
um, vbi etiam poſt con-
panis, & vini, Euchariſtia
ibus appellatur; conten-
Scriptura dari quidem
gno nomen rei ſignifica-
utem iſti nomina ſigno-

quoque loca nullius
ti; obſeruandum eſt
iptura non dici, aut
panem, quod poſt
m comeditur, ſed tan-
anem; quæ duo ſunt
, habere ſcilicet idem
eamdem naturam,
piſsimè, etiam in ſa-
s, res aliqua deſu-
nen ab alia, cum qua
t eiuſdem naturæ, ſed
tis. Sic Exodi 7. Ser-
ſignificatur nomine
licitur: *Et virga Aa-*
virgas eorum; & ta-
aſſeret hunc ſerpen-
fuiſſe virgam. Angeli
iptura frequenter ap-
nes, quia in eorum for-
Si igitur ſerpens Aa-
irgæ nuncupatur, quia
; Angeli vocantur homines, quia ſub eorum figura viſi; multo magis caro, & ſanguis Chriſti Domini in Euchariſtia, panis & vini nominibus nuncupari poſſunt, quia ex pane, & vino facta ſunt, eorumque ſubſtantiæ loco ſubſtituuntur, in remanentibus accidentibus.

Quod fatentur aduerſarij, virgam Aaronis ſic rectè vocari, eo etiam tẽpore, quo in ſerpentem conuerſa fuerat, quia prius virga fuerat; nec non aquam à Chriſto in vinum conuerſam vocari quoque aquam, quia talis etiam prius fuerat; minimè autem carnem, & ſanguinem Chriſti poſſe dici panem, & vinum ob eamdem rationem, quia ſcilicet caro, & ſanguis Chriſti nunquam prius panis, & vinum fuere; merum eſt, ac inane effugium. Et ſi enim verum ſit in Euchariſtia vinum non conuerti in ſanguinẽ Chriſti, ſicut aqua in nuptijs Cana mutata eſt in vinum; ſi quidem in conuerſione vini in ſanguinem Chriſti tota ſubſtantia vnius conuertitur in totam ſubſtantiam alterius; vbi in præfata aquæ conuerſione ſola eius forma conuerſa eſt in formam vini; hæc tamen differentia minimè impedit quin corpus, & ſanguis Chriſti, panis & vinum appellari poſſint, quãdoquidem, vt capite ſequenti dicetur, vtrique per tranſubſtantiationem ſucceſſerunt, quemadmodum notauimus ſerpentem Aaronis in Scriptura vocari virgam, quia forma ſerpentis ſucceſſerat formæ virgæ, ex qua productus fuerat. Sed quid his opus, ipſomet Chriſto Domino clarè docente, quid hoc nomine panis ſignificare voluerit, etiam quando in myſterio cœnæ illum vocat panem, dum ait Ioann. 6. *Panis quem ego dabo caro mea eſt, pro mundi vita*: & Apoſtolus 1. Corinth. 11. *Quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini*.

Quantùm

Quantùm ad id quod dicunt aduerſarij, non ſolere ſcripturam, appellare res ſignificatas nomine ſignorum, tot ſunt eiuſdem in contrarium exempla, tamque clara, vt inde pateat, vel eos contra conſcientiam loqui, vel certe ignaros eſſe, cum Deus Geneſ. 1. diabolum, qui tentauerat Euam, ſerpentem appellarit, qui tamen diaboli figura tantum erat, vel ſignum; nec non alibi ſępe Angeli nominentur homines, ſub quorũ figura apparebãt.

Nec etiam refert, quod legatur apud SS. Mattheum, Marcum, & Paulum, prius fuiſſe impoſitum comedẽdi præceptum *Accipite, & manducate*, quam pronuntiarentur verba conſecratoria; tale ſi quidem præceptum in id non cadebat, quod tunc prę manibus habebat Chriſtus, ſed habiturus erat in fine totius ſermonis. Quod adeo verum eſt, atque euidens, vt ipſimet aduerſarij illud negare non valeant; alias enim ſequeretur, Apoſtolos nonniſi panem communem tũc comedjſſe, non autem ſacramentalem myſticum, ac figuram veri corporis Chriſti, cum ex ipſiſmet, non ſit niſi poſt conſecrationem talis, ſiue poſt prolationem horum verborum, *Hoc eſt corpus meum*.

Inſuper ſi aduerſarij inde arguunt Euchariſtiam realiter eſſe tantum panem, quia interdum panis appellatur; multo magis nos aſſerere debemus, eam eſſe verè, ac realiter corpus Chriſti, non ſolum ex eo quod ſcriptura illam ſępe ſignificet nomine corporis, & ſanguinis Chriſti, verum etiam affirmet, quod ſit corpus, & ſanguis eius, traditum pro nobis, effuſus pro nobis; huiuſmodi enim reſtrictiones, vel expreſſiones ſatis indicant, hoc debere intelligi de proprio corpore, & proprio ſanguine Chriſti.

Quare diligenter aduertendum eſt, magnum eſſe diſcrimen inter propoſitiones, vbi res aliqua ſumit nomen ab alia, & illas, quę affirmant, vnam rem eſſe ſubſtantialiter aliam; cum id quod ſub aliquo duntaxat nomine ſignificatur, dicatur ſolum habere nomen, non autem rem per illud ſignificatam, ſatis enim eſt, ad hoc vt nomen competat alicui ſubiecto extraneo quod aliqua ſit metaphorica analogia inter tale ſubiectum, & rem propriè ſignificatam tali nomine; at quod affirmatiuè dicitur eſſe aliquid, affirmatiue quoque dicendum eſt, habere eſſentiam illius, & non tantùm nomẽ. Vnde potiori ratione credere debemus Euchariſtiam eſſe verum, ac reale Chriſti corpus, ita de ea affirmatiuè ſcriptura dicente, quam quod ſit ſimplex ſolum panis, quia eadem ſcriptura illam ſub huiuſmodi nomine ſignificat.

Preſentis ergo controuerſiæ definitio videntur pendere ex collatione locorum, quibus nos, & eorum, quibus aduerſarij vtuntur, videndoque, an noſtra per ſua ſint explicanda, aut vice verſa ſua per noſtra. Certè ſi quæ clara, per obſcura ſunt interpretanda, in hoc ipſi habent rationem; at ſi quæ obſcura, vt par eſt, ſunt per clariora explicanda, omnino ſtat à partibus noſtris. Rationabiliter enim negari non poteſt, quin longè clarius, & efficacius probetur, Euchariſtiam eſſe verum, ac reale Chriſti corpus, ita ipſo de illa affirmante, ſeu dicente eſſe corpus ſuum; quam probetur, eſſe pãnem duntaxat, quia ſub iſto nomine ſcriptura interdum illam deſignat.

Tertia claſſis comprehendit aliqua ſcripturæ loca, vel propoſitiones ijs ſimiles, quibus Euchariſtia fuit inſtituta, quibuſque res vna dicitur alia, abſque eo quod ſit realiter, aut ſubſtantialiter talis, ſed figuratiuè tantùm, vt Ioann. 10. V. 9. *Ego ſum oſtium* 14. *Ego ſum via veritas, & vita*; 15. *Ego ſum vitis vera*; vbi ergo, inquiunt aduerſarij, Chriſtus ait, *Hoc eſt corpus meum*, neceſſe non eſt abſolutè, vt huiuſmodi propoſitio intelligatur pro-

ntelligi poteſt figuratiuè,
ntelligitur alia Apoſtoli
ibus 1. Corinth. 12. 17.
s Chriſti.
uod nonnullæ in ſcriptu-
nes habeantur, quæ meta-
guratè intelligi debeant,
iſtam quoque, *Hoc eſt*
, ita intelligendam eſſe,
net dialectica, in qua
ediocriter verſatus non
ac ridiculam eſſe indu-
rincipijs, vel propoſitio-
ribus; vt ſi quis diceret,
Cæſar, Carolus Magnus
imes, ac victorioſi, po-
rret, tales igitur fuere
atores, hiſtoria contra-
e, quia antecedens cõſtat
nibus particularibus in
ngẽti. Et equidẽ, ſi ex eo
ſcriptura ſunt aliquæ
figuratiuę, ſequeretur,
talem eſſe, *Hoc eſt corpus*
prorſus ratione Arius
et, hanc etiam propoſi-
, *& Pater vnum ſumus*,
intelligendam, atque
on poſſe probari, Chri-
m Deum; ſi enim valet
in vna ex iſtis propoſi-
minus valet in altera,

in prefatis propoſitio-
dduntur particulæ, quę
eſſe figuratè intelligen-
t Chriſtus, *Ego ſum vi-*
t, *Et vos palmites* hæc
rè demonſtrant, hanc
lebere intelligi figura-
riè, cum nos nonniſi fi-
ites ſimus, in quantum
ere, fructuſque ferre
niſi Chriſto per gratiã
ut palmes, aut ramus
. Item cum à diuo Pau-
citur, *Vos eſtis corpus*
opoſitio eſt ſimpliciter
inimeque proinde mu-
qua loquitur; At forma

conſecratoria Euchariſtiæ, ex ipſiſmet aduerſarijs, eſt practica, vel operatoria; tantumque abeſt, vt in ea habeantur vel ſequantur aliqua verba, ratione quorum debeat figuratè intelligi quin potius, dum Chriſtus poſt illa verba, *Hoc eſt corpus meum*, ait *quod pro vobis tradetur*, clare ſignificare voluit, vna cum alijs circumſtantijs inſtitutionis ſacramenti Euchariſtiæ, hanc eius formam, ſeu verba conſecratoria, *Hoc eſt corpus meum* debere propriè intelligi de verò Chriſti corpore, & non figuratè tantùm.

Dictæ demùm propoſitiones, aliæq; ſimiles ideo ſunt figuratè intelligẽdę, quia earũ termini, ſubiectũ nimirũ, ac prędicatũ ex natura ſua ſunt totaliter diſtincta, indè enim ſatis clare colligitur vnum proprie non eſſe aliud, ſed figuratè tantùm: At vero in hac propoſitione *Hoc eſt corpus meum*, pronomen *hoc* nihil particulare ſignificat, quod opponatur ſubſtantiæ corporis Chriſti, non enim ſignificat panem, neque aliquam aliam ſubſtantiam vagam, ſed ipſammet corporis Chriſti, ſub quadam tamen notione generali & indeterminata, quæ reſtringitur ad ſignificandum corpus Chriſti, quatenus vt ſuperiori capite diximus; abſoluta prolatione totius propoſitionis per illam ex pane fit corpus Chriſti. Sicut, ſi quis oſtendendo hominem dicat, *Hic eſt homo*; rectè loquitur, tunc enim pronomen *hic* ſignificat hominem, non vt hominem, ſed ſub vna notione generali ſubſtantiæ, quæ per prædicatum *homo* determinatur ad eſſe ſpecificum hominis; qui autem diceret *Hic homo eſt homo*, vitioſam faceret propoſitionem, quia eamdem rem de ſeipſa enunciaret ſecundum eamdem rationem, quod in alia propoſitione, *hic eſt homo*, non contingit, vbi & ſi ſubiectum, & prædicatum illius ſint vnum, & idem, ſub diuerſis tamen conceptibus, vel notionibus exprimuntur. Specialis igitur eſt ratio, cur dictæ propoſitiones debeant

impro-

impropriè intelligi, non autem iſta, *Hoc eſt corpus meum*, quæ eſt conſecratoria Euchariſtiæ.

Quibus nihil officiunt, quod dicunt aduerſarij etiam dictis verbis conſecratorijs addi aliqua, quæ nonniſi figuratè poſsunt intelligi, vt cum Matth. 26. dicitur, quod Chriſtus panem iam conſecratum fregit, cum enim talis fractio alia non fuerit, quã figuratiua, panis quoque nonniſi figuratiuè fuit corpus Chriſti: corpus enim Chriſti, inquiunt, eſt in Euchariſtia, eo modo quo frangitur, & ſanguis eo modo, quo effunditur, at in ea corpus non frangitur realiter, nec ſanguis effunditur, ſed Sacramentaliter tantùm; in ea igitur non eſt niſi ſacramentaliter, aut figuratiuè; item cum Chriſtus ait Lucæ 22. *Hic eſt calix nouum teſtamentũ in ſanguine meo*; duplex figura eſt in illis verbis, vna in nomine calicis, altera in nomine teſtamenti. Nam calix ſumitur pro vino, tanquam continens pro contento per metonymiam. Similiter teſtamentum ſumitur pro ſigno, vel figura teſtamenti; non enim vinum, aut ſanguis eſt propriè teſtamentum, ſed ſignum teſtamenti; inſuper dum ibidem ait, *Hoc facite in meam commemorationem*, clarè oſtendit ſe in Euchariſtia realiter præſentem non fuiſse, ſeu panem, & vinum, quæ Chriſtus Dominus dedit Apoſtolis in vltima cęna, non fuiſse corpus, & ſanguinem eius, ſed tantùm commemorationem quandam, & memoriam eorum, quod enim tantum eſt commemoratio, & memoria alicuius, nunquam eſt illud ipſum cuius eſt commemoratio, & memoria, quia hæc eſt ſpecies rei alicuius abſentis. Demum Apoſtolus, vbi ait 1. Corinth. 10. 3. *Omnes eamdem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eumdem potum ſpiritualem biberunt*, videtur expreſsè docere Iudæos mãducaſse eamdẽ eſcã ſpiritualẽ, quã nos manducamus, at illi manducauerunt corpus Chriſti tantùm in figura,

idque per ſolam fidem; ergo nos eo
dem modo manducamus.

Omnia, inquam, hæc veritati Ca
tholicæ nihil obſtant; ad primum
enim argumentum reſpondetur fa
ſum eſſe, eiuſque falſitatem pender
ex falſitate maioris, in qua ſuppon
tur corpus Chriſti non alio eſse mo
do in Euchariſtia, quam in ea fran
gatur, quod verum non eſt; realite
enim non frangitur, quia talis fra
ctio incompoſſibilis eſt cum ſtatu eiu
glorioſo, cum quo incompoſſibilis n
eſt realis eius exiſtentia in Euchari
ſtia. Myſtica autem, ſeu ſpiritual
fractio ſufficit ad repręſentandam ve
ram; ac realem eius in ara crucis im
molationem, ac mortem. Idem quo
que de ſanguine dicendum eſt, quo
licet myſticè tãtùm effundatur in Eu
chariſtia, non propterea ſequi no
eſse in ea realiter, ob eamdem ratio
nem.

Reſponderi adhuc poteſt conce
dendo maiorem proportionaliter in
tellectam, ita ſcilicet, quod, ſicut my
ſticè ſolùm in Euchariſtia corpu
Chriſti frangitur, & ſanguis functitu
ita quoque in ea non ſint pręſentia
modo naturali, & circumſcriptiuo, ſe
tantùm inuiſibili, ſeu ad modum ſub
ſtantiæ, quem ad diſtinctionem alte
rius Sacramentalem vocamus, no
quia ſit figuratiuus tantùm, ſed quia
de facto non datur vlla talis pręſenti
alicuius corporis, quàm ſolius cor-
poris Chriſti in Sacramento. De quo
infra. Quare ex myſtica corpori
Chriſti in Euchariſtia fractione, &
ſanguinis effuſione, colligi tantùm
poteſt in ea realiter quidem non eſſe
modo naturali, & circumſcriptiuo;
non autem realiter abſolutè.

Ad ſecundum, quidquid ſit, an ibi
præfata verba *calix*, & *teſtamentum* ſu-
mantur figuratè, cuius oppoſitum do-
cent multi. Nam illa verba, *Hic ca-
lix in meo ſanguine*, Hebraiſmum ſo-
nant, & perindè valent, ac ſi dixiſſe
Chriſtus, *Hic calix mei ſanguinis*, in

qui-

is nulla planè eſt figura;
ropriè dicitur, *hoc eſt vas*
nphora vini, ita quoque,
ſanguinis mei, ſeu dum
ūens de ſuo calice, vocat
ſimpliciter, v.g. dicendo,
vel *bibe hunc calicem*, ſed
uine meo, non loquitur fi-
ropriè. Similiter cum
propriè dictum duo ſi-
ò voluntatem, ſeu diſpo-
t pactum teſtatoris; ſe-
nticum inſtrumentum,
ur talis voluntas, ſeu diſ-
io applicatur hæredi ius
m à Teſtatore promiſsã;
Euchariſtia propriè di-
tum, eſt enim authen-
ntum, quo confertur no-
rnam hæreditatem; &
t repræſentationem ef-
inis Chriſti, quo ſan-
um teſtamentum, & à
habet; Verùm adhuc
ſtum in præfatis verbis
iſſe figura, non tamen
ocutionem eſſe figura-
nguis meus; qua apud
, & Marcum vſus eſt
nus; ſed dicendum po-
cutione propria, aliam
care voluiſſe, nec non
entum illud: pro quo
ns, dum vtitur nomine
em ſuum ſanguinem.
iuſmodi tropo mini-
deſtruitur veritas, &
s, & ſanginis Chriſti
ariſtia, vt ſatis per ſe
lmodum enim ex ad-
calix per metonymiã
, non propterea ſe-
verba conſecratoria
s ex communi fit mi-
amentale, id intelli-
ontinente, ſeu de ca-
in illo contento; ita,
, cum Chriſtus Do-
eodem calice dixe-
hæum, & Marcum,

Hic eſt ſanguis meus, de quo dixit apud SS Paulum, & Lucam, *Hic eſt calix in ſanguine meo*, ſitque idem Spiritus Sanctus, qui omnes inſtitutionis huius Sacramenti Scriptores direxerit, rectè intelligimus mentem Chriſti Domini in iſtis locis fuiſſe, contentum in calice, quem Apoſtolis porrigebat, nedum figuratiuè, ſed realiter etiam fuiſſe ſuum ſanguinem.

Ad tertium reſpondetur primò, Chriſtum non dixiſſe, aut ſe, aut eius corpus, vel ſanguinem, quæ ſunt realiter præſentia in Sacramento Euchariſtiæ, eſſe commemorationem, vel memoriam ipſiuſmet Chriſti Domini, vel corporis, aut ſanguinis eius, qua ratione argumentum poſſet præ ſe ferre aliquam difficultatis vmbram; ſed tantùm abſoluta iam Euchariſtiæ inſtitutione, dixit, *Hoc facite in meam commemorationem*; Quatenus tota illa actio ſacrificandi, quam Chriſtus Dominus fecit in vltima cœna, & nos quotidie facimus in Miſſa, eſt commemoratio, & memoria ſacrificij in cruce peracti ab eodem Chriſto Domino, vt explicat Apoſtolus 1. Corinth. 11. cum enim retuliſſet Chriſtũ Apoſtolis præfata dixiſſe verba, *Hoc facite in meam commemorationem*, ſtatim ſubiungit, *quotieſcumque enim mãducabitis panem hunc, & calicem bibetis; mortem Domini annuntiabitis donec veniat*. Quod idem aſſerit Diuus Auguſtinus lib. 20. contra Fauſtum c. 18. & S. Chriſoſtomus in cap. 11. prioris ad Corinthios expreſsè ait, eiuſmodi memoriam, ſeu commemorationem fieri oblatione eiuſdem rei, quæ in cruce fuit oblata per Chriſtum, licet diuerſo modo, ibi enim cruentè, hic autem incruentè offertur. Ex quibus clarè patet, malè ab aduerſarijs inferri, Chriſtum Dominum haud eſſe realiter in Euchariſtia præſentem; dumque vrgent, memoriam, & recordationem eſſe rei abſentis, nõ præſentis, facile ſoluitur dicendo, paſſionẽ, & mortem Chriſti Domini, cuius Eu-

chariſtia eſt memoria, vel etiam actionem, qua illam inſtituit in talem memoriam, eſſe abſentem, & à longo tempore iam preteritam.

Sed, eſto quod Euchariſtia eſſet commemoratio, vel memoria ipſiuſmet Chriſti Domini, non autem eius paſſionis; non propterea ſequeretur ipſum in ea realiter preſentem non eſſe, cum poſſit quid eſſe memoria, vel ſignum rei etiam præſentis, dummodo non ſit viſibiliter præſens, ſenſibuſque perceptibilis, qua ratione Chriſtus eſt in Euchariſtia præſens; quod ipſemet Caluinus admittit, capite enim vndecimo prioris ad Corinthios explicans prefata verba, *Hoc facite in meam commemorationem*, ait, *Ad hoc vt ſignum aliquod memoriale detur, ſeu vt aliquid ſit memoria, & commemoratio alterius, non requiritur vt illud ipſum, cuius eſt memoria, & commemoratio ſit abſolutè, & ſimpliciter abſens, ſed ſatis eſt, vt ſit abſens ſecundum eam rationem, qua eius memoria, & cōmemoratio datur*. Tenenturque omnes aduerſarij ſecundum ſuam doctrinam admittere, qua aſſerunt Chriſtum dixiſſe, *Hoc facite in meam commemorationem*, in quantum dabat ſignum, ac figuram corporis ſui, quod ibi tamen realiter erat præſens; naturæ igitur ſigni, vt ſic non repugnat preſentia rei ſignificatæ; ſiue quod idem eſt, ad rationem ſigni, vt ſic non requiritur, vt ſit rei ſimpliciter, & abſolutè abſentis, ſed tantùm latentis nos, quamuis alias de facto ſit ſubſtantialiter præſens.

Cuius ratio eſt, quia ſigna ſunt in duplici differentia; alia quidem ad ſupplendam rei ſignificatæ preſentiā, quæque conſequenter includere, vel exhibere non poſſunt eius realitatem, ſed illam duntaxat repræſentare; cuiuſmodi fuit Agnus Paſchalis, qui poſt exitum Iſrael de Aegypto ſignū erat rei non amplius exiſtentis, alia autem ſunt non ſuppletiua præſentiæ, ſed tantùm apparentiæ rei, quatenus formæ quædam ſunt viſibiles, quibus aliquid nos latens, aut inuiſibile, quāuis alias ſit de facto ſubſtantialiter preſens, redditur nobis aliquo modo ſenſibile. Cuiuſmdi fuit Geneſ. 1. Serpens, qui Euam tentauit, ſignum erat diaboli verè in illo exiſtentis; Matth. 3 columba, ſub cuius ſpecie Spiritus Sanctus ſuper Chriſtum deſcendit; item fumus, reſpectu ignis latentis, & verba noſtra reſpectu noſtrorum conceptuum: Et ſi igitur repugnet, quod ſigna merè ſuppletiua præſentię alicuius rei realiter illam contineant, vt ſunt talia; minimè tamen id repugnat ſignis ſuppletiuis apparentiæ dumtaxat, vt ſatis patet in exemplis allatis, alijſque innumeris; Igitur vt probarent aduerſarij Chriſti corpus in Euchariſtia realiter preſens non eſſe, quia ſignum, ac memoriale eius eſt, prius probare deberent illam eſſe ſignum, vel memoriale præſentiæ rei eſſentialiter ſuppletiuum, non autem latentiæ tantùm, vt re vera eſt; quatenus, vt ſuperiori capite explicuimus, ſpecies viſibiles panis, & vini poſt debitam earum conſecrationem, in quibus conſiſtit formaliter ratio Sacramenti Euchariſtiæ, ſunt nobis rationes cognoſcendi Chriſti ſub illis velati, modoque inuiſibili, & Sacramentali exiſtentis; ſicut fateri debent aduerſarij panem, & vinum poſt eamdem conſecrationem, eſſe ſibi rationem credendi, illa non eſſe amplius panem, aut vinum commune, ſed myſticum, ac Sacramentale, atque adeo figuram eſſe corporis Chriſti; Vndè cum dicitur commemorationē, vel ſignum eſſe rei abſentis, non preſentis, intelligendum eſt de ſignis primi, non autem ſecundi generis.

Sed etſi aduerſarijs gratis concederemus memoriam, vel ſignum eſſe rei tantùm abſentis, quid indè? nonne paſſio, & mors Chriſti Domini, vel potius ipſemet Chriſtus in quantum patiens, & moriens, qui eſt finis, ob quem, vt vidimus, Apoſtolus ait, Chri-

ſtum

Euchariſtiam in ſui me-
ituere, nonne ſunt res
præteritæ? nonne inſuper
as inuiſibiliter exiſtens;
ruento quotidie in miſ-
; ſub viſibilibus panis;
otis, vt dicetur infra, di-
e ipſo, vt in ara crucis
, & cruento immolato,
b his diuerſis concepti-
ria, ſiue, vt Chriſtus in
æ modo inuiſibili, & in-
catus ſub ſpeciebus pa-
t perpetua ſui memoria
rucis modo viſibili; &
cati. Vndè ſicut Eu-
a inſtitutione erat me-
is futuræ, ſeu Chriſti
do eſt memoriale paſ-
æ, ſeu Chriſti iam
[illegible]
ex Apoſtolo reſpon-
dixiſſe, Iudæos man-
m eamdem eſcam,
e eamdem manducaſ-
extu ſic ſe habente;
es ſub nube fuerunt, &
nſierunt, & omnes in
unt in nube, & in ma-
dem eſcam ſpiritualem
x quibus verbis cla-
lum non conferre Iu-
ſed illos ipſos inter
tendere, licet omnes
mali perceperint ea-
ia, non tamen omnes
Quare mox ſubdit;
s eorum beneplacitum
iam oſtendimus ſu-
riſto Ioannis 6. quã
Euchariſtia, eo po-
m illa eſſet tantùm
uchariſtia, iſta inſu-
contineat.
ſt eorum Scripturæ
interdum verbum
erbo *ſignificare*, inde
lligunt, in hac pro-
orpus meum, quæ
toria Euchariſtiæ,

verbum ſubſtantiuum *eſt*, idem eſſe, ac *ſignificat*; præſertim cum in lingua Hebraica nullum, inquiunt, ſit verbũ, quod ſignificet, *ſignificare*, ideoque in hoc caſu Chriſtum fuiſſe adactum dicere, *Hoc eſt corpus meum*, loco dicendi, *Hoc ſignificat corpus meum*. Loca autem Scripturæ, vbi verbum *eſſe* ſumitur pro verbo *ſignificare*, habentur Geneſ. 40. v. 12. *Tres propagines, tres dies ſunt, tria caniſtra tres dies ſunt*; cap. 41. 26. *Septem boues pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem vbertatis anni ſunt, &c.* Exodi 12. v. 11. *Agnus eſt tranſitus Domini.* 1. Corinth. 12. v. 4. *Petra erat Chriſtus*. Apocalipſeos 17. v. 9. *Septem capita montes ſunt*, & ſic de alijs.

Reſpondetur, hæc nihil prorſus valere contra veritatem Catholicam; primùm enim certum eſt, linguam Hebraicam habere vſum nominis ſigni; proptereaque Chriſtus, ſi in hac propoſitione, *Hoc eſt corpus meum*, ſignificare voluiſſet, panem eſſe figurã, ſeu ſignificare tantùm corpus ſuum in Sacramento Euchariſtiæ, æquè potuiſſet dicere, *Hoc eſt ſignum corporis mei*, ac Deus Geneſ. 9. loquens de iride ter ait, illam fore *ſignum fœderis inter ſe, & terram*; & cap. 17. vocat quoque circumciſionem, *ſignum fœderis*. Quod ſatis prodit, vel ignorantiam aduerſariorum, vel potius artem, ac fallaciam, qua in lingua pluribus incognita, cuiuſque ſecreta norunt ab omnibus non eſſe inueſtiganda, veritatem obtenebrare conantur; quamuis ad illam diſcooperiendam, haud magna deſideretur præfatæ linguæ peritia, cum ex omnibus eius lexicis ſatis pateat, nec alia nomina, nec alia verba Chriſto in ea defuiſſe, vt nobis exprimeret, quod à ſe in Euchariſtia dabatur, eſſe ſignum, imaginem, figuramue ſui corporis; aut quo illud ſignificabat, ac figurabat tantum, non autem verum corpus ſuum, ſi ita intendiſſet.

Sed eſto, quod in pluribus Scri-

ptur*a* locis verbum ſubſtantiuum *eſſe* ſumatur pro *ſignificare*, non inde ſequitur, ita accipiendum eſſe in hac propoſitione *Hoc eſt corpus meum*, ob eaſdem prorſus rationes, quibus ſtatim oſtendimus nullitatem eiuſmodi conſequentiæ, ſiue dictam propoſitionem haud eſſe figuratiuã, ex eo quod in Scriptura plures aliæ dentur tales propoſitiones; niſi probarent aduerſarij, aut omne prorſus quod in Scriptura enuntiatur figuratum eſſe, aut certè verbum *eſſe* in omnibus propoſitionibus idem ſonare, ac *ſignificare*; quod abſurdum eſt. Deindè propoſitiones ſuperius allatæ, cum ſint merè ſpeculatiuæ, & non operatiuæ, nil mirum ſi in illis, & ſimilibus verbum *eſſe* quandoque ſumatur pro verbo *ſignificare*, at cum iſta propoſitio, *Hoc eſt corpus meum*, ſit ſermo operatorius, vt fatentur aduerſarij, impoſſibile eſt, quod verbum coniunctiuum *eſt* ſumatur pro *ſignificare*. Idque in ipſamet aduerſariorum ſententia, quod panis in Euchariſtia ſit tantùm figura vel imago corporis Chriſti, talis enim ante conſecrationem non eſt, ſed poſt illam, verbum igitur *eſt* in præfata propoſitione nõ ſumitur pro *ſignificat*, aliàs faceret hunc ſenſum, *hic panis*, ſiue, *hoc*, indicato pane, *ſignificat figuram corporis mei*, quod eſt abſurdũ, cum de pane conſecrato verè enuntietur, quod ſit figura, non autem ſolùm quod ſignificet figuram corporis Chriſti; non alia certè ratione, niſi quia hæc propoſitio eſt operatiua, adeoque efficiat, quòd in termino ſignificat, ſiue quod panis ex communi fiat myſticus, & ſacramentalis ſignificando corpus Chriſti, vt aiunt aduerſarij, non autem realiter illud ponendo; Quod autem ipſi tenentur aſſerere, iuxta ſua principia, per verba conſecratoria, vt potè operatoria, panem communem fieri, & conſequenter eſſe figuram corporis Chriſti, nos aſſerimus per eadem verba, eumdem panem non figuratiuè ſolùm, ſed inſuper realiter fieri corpus Chriſti per conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in totam ſubſtantiam Chriſti, remanentibus ſolùm panis accidentibus; ita exigente proprietate modi loquendi, qua vſus eſt Chriſtus Dominus in inſtituenda Euchariſtia dicendo, *Hoc eſt corpus meum*.

Quinta demum, & vltima claſſis continet nonnulla Scripturæ loca, vbi Chriſtus dicitur reliquiſſe mundum, non eſſe amplius ex hoc mundo, aſcẽdiſſe cælum, item dixiſſe Ioannis 12. v. 8. *Vos non me ſemper habebitis*; indè enim aduerſarij inferunt realiter eum non eſſe in Euchariſtia, cum vnum corpus ſimul, & ſemel eſſe non poſſit pluribus in locis, ſiue in cælo, & in terra.

Sed hæc obiectio nullius eſt momenti, in qua ſupponunt vnum corpus eſſe non poſſe realiter in pluribus locis ſimul, & ſemel, quod falsũ eſſe plures etiam ex ipſis fatẽtur, quia vt diximus ſupra, licet id ratione naturali demonſtrari non poſſit, nullam tamen eius implicantiam afferre poſſunt, quæ ſolui non poſſit, ſuppoſita fide huius myſterij. Quare ſupereſt ſolùm videndum, an præfata Scripturæ loca, & ſimilia, quibus habetur Chriſtum reliquiſſe mundum, aſcendiſſe in cælum, indeque tantum venturum ad iudicandum viuos, & mortuos, excludant realem eius præſentiam in Euchariſtia, vt volunt hæretici, an verò tantum modum eſſendi eius ſecundum communem viuendi rationem, cui, vt conuerſaretur cum hominibus, aſſumpta carne noſtra mortali ſe per determinatum tempus ſubiecerat, vt docemus nos Catholici. Et ſic ad hominem contra hæreticos demonſtrari poteſt; nam ipſi admittunt Chriſtum remanſiſſe aliquo modo in terra, figuratiuè nimirum in Euchariſtia, quod igitur aſcenderit in cęlum, relicto mundo, non arguit, quod nullo modo ſit in mundo, ſiue non excludit abſolutè omnimodam ipſius

xiſtentiam, quam tamen
beret, vt rectè colligere-
uchariſtia, etiam modo
: Sacramentali realiter

duerſarij inde quidem
præſentiam Chriſti figu-
oc mundo, ſed tantùm
ſmodi nos aſſerimus eſſe
eius in Euchariſtia, non
rimò quia reſpondent;
uæſtione; ſecundò quia
ſcendens in cœlum reli-
n, vt realiter adhuc in eo
, nedum ſecundum ſuam
qua eſt vbique, verum
dum humanitatem, rea-
Eccleſiæ aſſiſtendo, eam-
lo, vt ipſemet ait Matth.
cum ſum vſque ad con-
ſæculi; quamuis plures
octores, qui hæc verba
ealem quoque eiuſdem
chariſtia præſentiam.
dū ergo ex aſcenſu Chri-
elicto mundo, nec ex-
ratiua eius in Sacramen-
nec etiam realis, quo ad
am in Eccleſiæ regimi-
aſſerimus malè excludi
em præſentiam in Sacra-
tio demum, quia aduer-
m negant indè excludi
os præſentiæ modos in
uantum adhuc cum illis
ur Chriſtum reliquiſſe
l cum reali eius præſen-
ento Euchariſtiæ, id etiā
tur, non eſt igitur cur
. Maior eſt certa, mi-
robatur, vtque plura
m ſufficiet, quando ſci-
s ait diſcipulis ſuis Ioan.
ſcendite ad diem feſtum
em non aſcendo ad diem
ad quem tamen poſtea
aſcendiſſe *non manifeſtè*,
culto; ſi enim aſcendens
ctè potuit dicere, *non*
m feſtum hunc, abſque

vlla contradictionis, aut mendacij vmbra; multò magis ex hoc, quod Chriſtus remanſerit in Euchariſtia modo inuiſibili tantùm, quamuis reali, non autem viſibili, ac iuxta communem viuendi inter homines rationem, rectè verificari poteſt, eum abſolutè reliquiſſe mundum, quatenus ſcilicet in eo amplius non eſt modo illi proportionato, nec aliud ſignificant adducta ſuperius Scripturæ loca.

Per quod etiam patet ad nugacia quædam exempla, quibus aduerſarij legitimum hunc Scripturæ ſenſum peruertere conantur; nimirū, quod ſicut homo abſolutè dicere non poteſt, ſe animam non habere, qui a inuiſibilis eſt; aut pecuniam, quia illam abſcondit; nec ciuitatem reliquiſſe, aut ab ea exiuiſſe, quādo manet in ea abſconditus; ita quoque Chriſtum dicere non potuiſſe, ſe reliquiſſe mundum, ſi realiter ſit in Euchariſtia præſens, licet modo inuiſibili, vt nos aſſerimus. Ad primum enim reſpondetur, hominem verè dicere non poſſe, ſe non habere animam, eo quod ſit inuiſibilis, quia cum alia eſſe non poſſit, quam inuiſibilis, alio etiam modo haberi non poteſt, quam inuiſibilis; at corpus Chriſti Domini cum duobus modis vno ſcilicet viſibili, & altero inuiſibili exiſtere poſſit, rectè poſſumus dicere illud eſſe, & non eſſe poſſe in eodem loco, eodem tempore, quatenus in eo poteſt eſſe modo inuiſibili, & non eſſe modo viſibili; ſicut ſi anima haberet in corpore duplicem eſſendi modum vnum viſibilem, alterum inuiſibilem, rectè poſset dici corpus deſerere, ab eoque exire, ſi viſibiliter illud deſereret, etiam ſi inuiſibiliter in eo maneret.

Ad ſecundum pariter reſpondetur, quod, ſi quæ daretur pecunia, duas habens, vt Chriſtus, ſpecies, vnam videlicet, ratione cuius in commercium veniret humanum, alteram verò ratione cuius non veniret, ſed in theſau-

theſauro duntaxat aſſeruari poſſet; tunc homo, qui huius ſecundi generis pecuniam ſolùm haberet, rectè dicere poſſet ſe pecuniam non habere; quando ſe offerret occaſio expendendi pecuniam primi generis; ſicut rectè dicitur Chriſtum non eſſe amplius in hoc mundo; quia amplius in illo non eſt, ſub forma ſua naturali, ſed tantùm ſub aliena, & Sacramentali.

Denique ad tertium dicitur, hominem, qui lateret in aliqua ciuitate; mentiturum fore, ſi propterea diceret ſe ab ea exiuiſſe, aut illam deſeruiſſe, quia re vera illam non deſeruiſſet, ſicut Chriſtus mundum in ſua propria ſpecie reliquit, licet in aliena maneat occultus. Ex quibus omnibus ſatis patet, nihil penitus fauere Scripturã aduerſarijs contra realem corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam, vel quod idem eſt contra proprium verborum, quibus illam inſtituit ſenſum, id expreſsè ſonantium, vt vidimus ſupra.

Nec magis illis ſuffragantur in eumdem finem nonnulla ſubobſcura Patrum loca, cum nullus eorum vnquam aſſeruerit Chriſti corpus in Euchariſtia realiter non eſſe; ſique interdum aliqui docent, eſſe in illa tanquam in ſigno, vt Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, cap. 40. *Corpus ſuum*, inquit, *fecit dicens, Hoc eſt corpus meum, id eſt, hoc eſt figura corporis*; Auguſtinus lib. contra Adimantum Manicheum cap. 12. vbi ſignum nomine ſignati dicit appellari; & ſubdit, *Non dubitauit Dominus dicere, Hoc eſt Corpus meum, cum ſignũ daret corporis ſui*: item tract. 25. in Ioannem ait: *Crede, & manducaſti*; & iterum; *Non hoc corpus, quod videtis manducaturi eſtis*.

Reſpondetur enim, iſtas authoritates, & alias ſimiles probare, quod in Euchariſtia inuenitur ſignum, & repræſentatio corporis Chriſti, quia eſt verum, propriéque dictum Sacramentum, atque adeò ſignum corporis Chriſti; non tamen probant in hoc ſigno non contineri corpus Chriſti realiter; ſiquidem Patres hoc non negant: & ſic affirmare, quod ſit ſignum, ſeu Sacramentum, nihil probat, ad negandum, quod realiter contineatur in eo corpus Chriſti, vt ſupra diximus, & ſtatim adhuc dicemus. Sic ergo, & Patres, & nos admittimus Euchariſtiam eſſe ſignũ corporis Chriſti; non tamen Patres, nec nos dicimus, tantum eſſe ſignum, aut figurã; in quo eſt punctum controuerſiæ.

Tertullianus igitur loco citato, ſi rectè perpendatur: vtrumque aſſerit: Et quod panis ſit corpus Chriſti, quãtum ad rem contentam, & ſit figura, ſeu ſignum eius, quantum ad ſpecies continentes, ratione quarum Euchariſtia eſt Sacramentum, vt explicuimus ſuperiori capite; talemque Tertulliani mentem eſſe conſtat ex alijs eius locis ſuperius citatis, vbi expreſsè fatetur nos in Sacramento Euchariſtię manducare corpus Domini; *Caro*, inquit cap. 8. lib. de reſurrect. *Corpore, & ſanguine Chriſti veſcitur, & anima ſaginatur*.

Inſuper cum aliquando Patres ita loquantur de Sacramento Euchariſtię vt etiam explicent figuras eius, quæ præceſſerunt in veteri teſtamento, & tunc ita vtantur termino hoc *figura*, vt illum non ipſi Euchariſtiæ accommodent, ſed figuræ, quam explicant, hoc quoque ſenſu locutum fuiſſe Tertullianum plures aſſerunt Doctores, ita vt illa vltima verba, *id eſt, hoc eſt figura corporis mei*, non referantur ad Sacramentum Euchariſtiæ quaſi dicat illud eſſe figuram tantùm, ſed referãtur ad panem, de quo Ieremias c. 11. refert impios Iudæos dixiſſe, *Venite mittamus lignum in panem eius*; quia tam citato loco, quam alio lib. 3. contra eumdem Marcionem cap. 19. docet particulam *panem*, ibi apud Ieremiam fuiſſe figuram corporis Chriſti Domini à Iudæis affigendi cruci; ideoque hæc particula Tertulliani, *id eſt*, non

catiua iſtius termini, ſed huius antecedentis t ſenſus ſit, *Hoc quod in figura corporis mei, nunc* : & ſenſus hic patet cat ibi panem illum *ſignram* corporis Chriniliter vinum fuiſſe *ve*nguinis eiuſdem;quod et de Euchariſtia, etiã rſarios, fatentes Chricœna panem inſtituiſi corporis, dum igitur ibi agit, non *nouam*, rporis Chriſti figuram eſtum eſſe videtur,eum n fuiſſe de pane Eutantùm de pane, cuius citato Ieremiæ, cuiplicat nomen figuræ, teſtamento adumbra-: , & ſubſtantiale cormini; & hoc amplius xponens illud Gene*t in vino ſtolam ſuam*, *ua amictum ſuum*, de guine Chriſti ſic conn caput 49. lib. 4. *Ita m ſuum in vino conſevinum in ſanguine fi*hriſtus Dominus, qui eſtamento vinum apnem, poſtmodum in icacia conſecrationis & realis eius ſanguis s vini; pro qua explipoteſt Pamelius egreinterpres in ſuis anhunc locum, nec non ſius lib.de Euchariſt.

a eam inſtet, quod ſi *d eſt*, eſſet nota explimini, *Hoc*, Tertulliaum ponere ſtatim poſt iſtũ *corpus meum.* Reſmodi tranſpoſitionẽ ſſe, per figuram,quam cant, *hyperbaton*, ne nperet ordinem ver-borum Chriſti Domini, quod tunc ei fuiſſet faciendum, ſi voluiſſet ſtatim ſubijcere prædictæ particulæ *hoc*, explicationem. Similemque habet trãſpoſitionem lib. contra Praxeam c.29. vbi declarans, qua ratione Chriſtus Dominus,cum ſit Deus, potuerit mori,citanſque illud Apoſtoli 1.Cor.15. *Quoniam Chriſtus mortuus eſt*, ait, *dicendo Chriſtus mortuus eſt,id eſt vnctus, id quod vnctum eſt,mortuum oſtendit, id eſt carnem*, vbi particula, *id eſt vnctus*, quæ eſt explicatiua alterius, *Chriſtus*, non ponitur immediatè poſt, ne ſententia Apoſtoli interrumpatur.

Ad aliud ex Diuo Auguſtino lib. contra Adimantum, quod & idem habet in expoſitione Pſalmi 3.dicens, Chriſtum adhibuiſſe Iudam ad conuiuium, in quo corporis, & ſanguinis ſui figuram diſcipulis ſuis commendauit, & tradidit, reſpondetur primò eum, vbi ait Sacramentum Euchariſtię eſſe figuram corporis Domini,non loqui de re contenta, ſed de ipſo Sacramento pro vt continente, & ſignificante, & pro vt Sacramentum eſt; ſic enim eſt ſignum, ſeu figura, vt etiam illud appellat Hilarius relatus de conſecrat. diſtinct. 2. vel ſimilitudo, ex Ambroſio lib.4. de Sacramentis c. 5. dicente: *Id quod ſumitur de calice conſecrato habere ſimilitudinem pretioſi ſanguinis Chriſti Domini*. Cum enim, vt ſuperiori capite dictum eſt, Sacramentum Euchariſtiæ conſtet duobus, ſcilicet corpore, & ſanguine Chriſti Domini, item ſpeciebus conſecratis, docent Patres ratione prioris veritatẽ eſſe in hoc Sacramento, ratione autem poſterioris eſſe figuram, vel ſimilitudinem, quatenus ſcilicet ſpecies panis, & vini poſt conſecrationem repręſentant nobis corpus, & ſanguinẽ Chriſti Domini per modum cibi, & potus;ita enim ait Hilarius loco citato, *Corpus Chriſti, quod ſumitur de altari figura eſt, dum panis, & vinum extra videntur: veritas autem dum corpus, & ſanguis Chriſti in veritate intra*

(id eſt

(id eſt deliteſcens ſub ſpeciebus conſecratis) *creditur*. Et hanc tantùm fuiſſe mentem Hilarij, non ſolùm patet ex eo, quod nec ipſe, nec alij Patres vnquam ponant particulam excluſiuam, quod tantùm ſit ſignum, vel figura, vel ſimilitudo, vbi de Euchariſtia loquuntur, verùm etiam ex libro eius octauo de Trinitate, vbi diſputans contra Arrianos facit paritatem inter veritatem carnis Chriſti Domini à nobis manducatæ in hoc Sacramento, & veritatem carnis eiuſdem Chriſti Domini aſſumptæ, quod vt Verbum verè aſſumpſit noſtram carnem, ita & nos in hoc Sacramento verè accipimus carnē corporis Chriſti Domini, vt vidimus ſupra. Sanctum quoque Ambroſium loco citato nomine *ſimilitudinis* intellexiſſe ſpecies vini, ſub quibus conſecratis accipimus verum, & ſubſtantialem Chriſti ſanguinem, conſtat tum ex eo quod ſubiungit, nimirum, *ideo nos ita eum accipere, vt nullus ſit horror cruoris*, quæ ratio tunc eſſet omnino vana, & falſa; tùm maximè ex eo, quod in eodem capite paulò ante medium ait, *Ergo tibi vt reſpondeam, non erat corpus Chriſti ante conſecrationem, ſed poſt cōſecrationem dico tibi quod iam corpus eſt Chriſti, ipſe dixit, & factum eſt, ipſe mandauit, & creatum eſt*, ac demùm illum concludit, *didiciſti ergo, quia quod accipis, Corpus eſt Chriſti*.

Secundò reſponderi poteſt, Auguſtinum, vbi vocat Sacramentum Euchariſtiæ figuram, vel eum velle dici, & eſſe figuram corporis Chriſti, quatenus continet commemorationem, imò & expreſſionem mortis eius, ſcilicet provt vi verborum formæ, corpus eius ponitur ſine ſanguine, & modo mortuo; aut velle ratonem figuræ conſiſtere tantùm in ſpeciebus conſecratis, quatenus ſunt accidentia earū ſubſtantiarū, quæ vt componuntur ex multis in vnum congeſtis, optimè repræſentant myſticum corpus Chriſti Domini, ſeu Eccleſiam, & fidelium vnitatem cum Chriſto Domino, & inter ſe, vt ipſemet explicat tract. 26. in S. Ioannem ita ſcribens: *Propterea Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus, & ſanguinem in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquod rediguntur ex multis*: iuxta quē loquendi modū Euchariſtia cntinens ſub ſpeciebus cōſecratis verum, & ſubſtantiale corpus Chriſti Domini, dicitur ratione ſpecierum figura corporis Chriſti Domini, non per reſpectum ad reale, & ſubſtantiale corpus Chriſti Domini realiter contentum ſub iſtis accidentibus, ſed per reſpectum ad corpus myſticum Chriſti Domini, ſeu eius Eccleſiam, cuius vnitatis & pacis ſpecies conſecratæ ſunt quędam figura, quodamque ſymbolum, vt patet ex relata Dñi Auguſtini authoritate.

In præfatis ergo, & alijs Patrum authoritatibus tota aduerſariorū hallucinatio eſt, quod putant rationem ſigni, vel Sacramenti, quale eſt Euchariſtia, excludere veritatem, & pręſentiam realem, ſeu ſubſtantialem eius, cuius eſt ſignum: quod falſum eſſe iam ſatis ſupra oſtendimus, poſſeque aliquid ſimul eſſe, pro diuerſa conſideratione, veritatem, & ſignum, vel figuram alterius rei, vel etiam ſui ipſius conſiderati ſecundum aliū ſtatum. Exemplum prioris habetur in omnibus ſacrificijs legis Moſaicæ, quæ adumbrabant cruentū ſacrificiū Chriſti Domini, & tamen ſimul erant vera, proprièque dicta ſacrificia. Poſterioris autem exemplum, vt omittā plura alia, poteſt eſse ipſemet Chriſtus Dominus in ſua transfiguratione in qua fuit quędam figura ſui ipſius, vt beandi quoad corpus, poſt reſurrectionem. Ex hoc ergo quod Patres dicant Euchariſtiam eſse ſignum, vel figuram, & etiam ſymbolum corporis Chriſti Domini, cum nullus eorū dicat eam eſſe purum, & nudum ſignum reſpectu illius, malè inferunt non eſſe realiter in ea corpus Chriſti: cum enim Euchariſtia coaleſcat ex corpo-

ſanguine Chriſti Domi-
bus conſecratis, rectè in-
m eſſe veritatem ratione
m verò ratione poſterio-
illæ ſpecies externæ cõ-
erba conſecrationis fue-
rolata ſupra materiam,
rpus, & ſanguinem Chri-
m cibi, & potus; item
riſti Domini, item vnio-
tam cum Chriſto, quã
nque etiam Chriſti Do-
ub his ſpeciebus in miſ-
n, eſt ſignum, & figura,
noria ſui ipſius in ara
ati.

lei veritatem, qua cre-
um Dominum voluiſſe
guinem ſuum realiter
exiſtere, cum ſequatur
em numero corpus per
i potentiam poſſit poni
l in pluribus locis, ita
m ſit modo extenſiuo,
Chriſtus eſt in cęlo, &
indiuiſibili, ſeu ſacra-
de facto eſt in Eucha-
olunt aduerſarij multa
toria, ob quæ negant
ſſe, atque adeo voluiſ-
orpus realiter eſset in
pereſt, vt certo iam no-
tum ex Scriptura, tum
um ex definitione Ec-
m ita voluiſſe, vt bre-
s, quænam prædicata,
idem numero corpori
& ſemel in pluribus
mul ineſſe, vel non

telligentia notandum
a eſſe in duplici diffe-
luta; alia dependentia
gratia, ſtare, ſedere.
generis adhuc ſunt in
ia, alia intrinſeca rei,
eius eſſentia, vt ſunt
a non intrinſeca, ſed à
ilia, vt calor, & fri-
uendo de attributis

intrinſecis, certum eſt, idque fatentur omnes Theologi, illa conuenire eidẽ corpori in omnibus locis, ita vt ſi moriatur in vno, moriatur quoque in alio loco, & ſic de cæteris, vnde verificari non poteſt de tali corpore, quod ſimul ſit viuens, & mortuum, vel ſimul viuat, & non viuat, hoc enim implicat; neque hoc modo Catholici aſſerunt idem numero, corpus ſimul, & ſemel eſse poſse in pluribus locis. At loquendo de proprietatibus, vel denominationibus, quæ omninò pendent non tantum in ſuo eſse, ſed etiã in conſeruari, à certo & determinato loco, cuiuſmodi ſunt relatio talis, & talis diſtantiæ, & ſimilia, non ſunt in corpore exiſtente in pluribus locis, vbicumque eſt illud, ſed ſolùm pro vt eſt in illo loco, ad quem talis proprietas, vel denominatio habet ſpecialem illam habitudinem. In quo nulla etiam eſt contradictio, cum huiuſmodi proprietates non dicantur de eodem corpore ſecundum idem, ſed ſecundum diuerſas rationes ſequentes ad diuerſos eſſendi modos, quos habet in diuerſis locis.

Cętera quæ pertinent ad formalem rationem præſentiæ Sacramentalis Chiſti in Euchariſtia cum pendeant ex modo, quo realiter in illa ponitur, ſequenti capite explicabimus, vbi contra Lutheranos oſtendemus id fieri per tranſubſtantiationem, ſeu per conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini in totam ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti.

CAPVT LXVIII.

Statuitur contra Lutheranos, & ſequaces Chriſtum fieri verè, ac realiter præſentem in Euchariſtia per tranſubſtantiationem, id eſt per conuerſionem ſubſtantiæ panis, & vini in ſubſtantiam Corporis, & Sanguinis Christi.

ETſi Lutherani nobiſcum ſentiāt contra Caluiniſtas, Chriſtum verè, ac realiter eſſe præſentem in Euchariſtia; diſſentiunt tamen à nobis in modo. Cum enim fides Catholica doceat fieri præſentem per tranſubſtātiationem, illam negant Lutherani, aſſerentes vtramq; ſubſtantiam ſimul manere, nempè ſubſtantiam panis, & vini cum ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti, atque adeo Chriſtum fieri præſentem in Euchariſtia, non per tranſubſtantiationem, id eſt per conuerſionem ſubſtantiæ panis, & vini in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti, ſed alio modo. In quo explicando diſcordant inter ſe. Plerique enim putant fieri præſentem per vbiquitatem. Alij per vnionem hypoſtaticam Chriſti cum pane, & vino. Alij per ſimplicem coniunctionem vnius cum altero. In eo tamen omnes conueniunt, vt ſtatim dicebam, quod ſimul maneat ſubſtantia panis, & vini cum ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti, vndè ortum eſt vocabulum impanationis, vel etiam conſubſtantiationis apud eos.

Caluiniſtæ autem, etſi negent realem corporis, & ſanguinis Chriſti præſentiam in Euchariſtia, illa tamen ſemel admiſſa, & ſuppoſita, nobiſcum ſentiunt contra Lutheranos, fatenturque illam fieri non poſſe niſi per tranſubſtantiationem, atque adeò hæc duo eſſe inter ſe neceſſariò connexa, quod corpus Chriſti ſit realiter præſens in Euchariſtia, & quod talis præſentia ſit per tranſubſtantiationem. Ita Caluinus in defenſ. 2. piæ, & orthodoxæ de Sacramentis fidei to. 7. p. 773 col. 1. editionis Geneuenſis 1617. *Non conſiſtit*, inquit, *eſſe verborum ſimplicitas, niſi panis conſletur in corpus*; & paulò inferius, *Papiſtas melius à neceſſitate tropi eximeret ſua tranſubſtantiatio*. Item in admonit. vlt. ad Veſtphalum Lutheranum tom. 7. p. 829. col. 1. *Craſſius eos*, ſcilicet Lutheranos, *de corporali præſentia quam Papiſtas ſentire, & loqui arguimus*. Idem ſentit Beza de cœna Domini contra Vueſtphalum pag. 215. *Non poteſt*, inquit, *vrgeri to riton in his verbis Chriſti: Hoc eſt corpus meum, id eſt, hic panis eſt corpus meum, quin Papiſtica tranſubſtatiatio conſtituatur*. Et pag. 216. *Hoc ſæpe diximus, quod nunc quoque repetam, retineri reipſa non poſſe to riton*, Id eſt proprium ſenſum, *in his Chriſti verbis: Hoc eſt corpus meum, quin tranſubſtantiatio Papiſtica ſtatuatur*. Ac demum pag. 117. *Vel tranſubſtantiatio ponenda eſt, vel tropus*.

Iam ergo pro intelligentia, & reſolutione controuerſiæ, primò præſupponendum eſt, tranſubſtationem in genere definiri eſſe conuerſionem, ſeu mutationem conuerſiuam, qua tota aliqua ſubſtantia ita tranſit in aliam, vt ex vi conuerſionis, & poſitionis ſubſtantiæ in quam fit conuerſio, prior ſubſtantia deſinat, fundaturque hæc definitio in Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 4. & can. 2. docente, conuerſionem totius vnius ſubſtantiæ in aliā ſubſtantiam aptiſſimè vocari tranſubſtantiationem.

Secundò notandum eſt, ita controuerti inter Doctores, vtrum Deus, etiam de abſoluta potētia, poſſit quālibet ſubſtantiam creatam in quamlibet aliam ſubſtantiam ſimiliter creatam, tranſubſtantiare, & quodlibet ens creatum in quodlibet aliud ens creatum conuertere, exempli gratia, ſubſtantiam materialem in ſubſtantiā ſpiritualem, vel è contra; vt tamen fateantur, omnes tranſubſtantiationem

dari

inter aliquas ſubſtantias,
nateriales; cuius exempla,
l quod habemus in Eucha-
leſunt adhuc in Scriptura
vbi virga Moyſis legitur
iſſe in ſerpentem, & Ioan-
in vinum.

ommuniter docent Theo-
ſtantiationem in genere,
modum, quã quoad ſub-
ſe ſupernaturalem, eam-
inſtanti; quod à fortiori
ſt de tranſubſtantiatione
in ſpecie, vt patebit ex
liter docent tranſubſtan-
difficiliorẽ omnibus cõ-
naturalibus; non tamen
nanitatis ad verbum di-
ntibus omnibus Patribus
, nihil maius poſse fieri
vt aliqua creatura vnia-
icè alicui perſonæ di-

ò tranſubſtantiatio Eu-
im modo aduerſus Lu-
pugnamus definiri po-
conuerſio, ſeu mutatio
ia tota ſubſtantia panis,
in ſubſantiam corporis,
Chriſti, ita quod in Eu-
mmodò maneant acci-
k vini, v. g. quantitas
perficies, figura, color,
umor, & ſimilia, quare
aturaliter ſine ſubiecto;
lentis eſse, ſit ineſſe, ſeu
ntia illius, ſit inhæren-
lius tamen exiſtentia
, eſt inhærentia aptitu-
etiam hic ſubeſt. Talia
vocantur ſpecies Sa-
ia ſunt ſigna corporis,
riſti ſub illis contenti,
corpori, & ſanguini
quo modo ſenſibile,
cidens.

aliqui Theologi exi-
ſe Chriſtũ Dominum
ſione corpus, & ſan-
ariſtia realiter conſti-

tuere; vt ſimul cum ſubſtantia panis, & vini adeſſent: omnes tamen vnanimiter credunt, & profitentur, quod de facto Chriſtus per dictam conuerſionem id præſtare noluerit; non enim controuertitur modo quid potuerit Chriſtus, ſed de facto voluerit, ſecundum reuelata; vndè parum refert ad præſens inſtitutum quid in hac re potuerit, vel non potuerit Chriſtus; fatendum tamen eos, qui aſſerunt Chriſtum non poſse alio eſſe modo in Euchariſtia ſubſtantialiter, quam per mutationem conuerſiuam panis in corpus eius, magis elongari à Lutheranorum ſenſu.

Sextò ſimiliter, etſi Theologi diſputent de modo, quo hæc conuerſio fiat, vel potius qualiter ſit appellanda, an productiua, an adductiua; id ſalua ſide fit, omnes enim in re fidei conueniunt; quod ſcilicet ſubſtantia panis à Deo totaliter deſtruatur in ordine ad reddendum corpus Chriſti ſub eius ſpeciebus præſens.

Septimò tandẽ notandum eſt, quod attinet ad hoc nomen tranſubſtantiationis, quod etſi ſub illo in Scriptura nõ reperiatur expreſſa mẽtio admirabilis huius cõuerſionis, ſed in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. circa annum 1215. primò vſurpatum fuerit, parum referre ad huius myſterij fidem, cum ſufficiat ad illam, quod res per tale nomen ſignificata fuerit diuinitus reuelata, ſemperque vt talis ab initio Eccleſiæ credita fuerit, ſicut ſtatim de tranſubſtantiatione probabimus. Qua enim authoritate, & ratione Eccleſia Catholica impoſuit olim nomen conſubſtantialis ad ſignificandam perfectam vnitatem Filij cum Patre in eadem numero natura, vt ſic omnes Arrianorum fraudes vnico eluderentur verbo; ita quoque in præfato Concilio, nec non in Conſtatienſi ſeſs. 8. ac demum in Tridentino ſeſs. 13. cap. 4. ad veritatem magis declarandam, ſoluendoſque omnes errorum tectnas contra eam,

eam, hoc eſt contra realem Chriſti in Euchariſtia præſentia, Eccleſia nomen tranſubſtantiationis inuenit. His ita prænotatis ſit noſtra concluſio.

In Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento datur vera, & realis tranſubſtantiatio, qua ſubſtantiæ panis, & vini conuertuntur ſecundum ſe totas in corpus, & ſanguinem Chriſti Domini. Iſta concluſio eſt de fide, nouiſſimè declarata, ac definita in Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 4. his verbis: *Quoniam autem Chriſtus Redemptor noſter corpus ſuum id, quod ſub ſpecie panis offerebat, verè eſſe dixit, ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuò S. Synodus declarat per conſecrationem panis & vini, conuerſionem fieri totius ſubſtantię panis, in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius; quæ conuerſio conuenienter, & propriè tranſubſtantiatio à S. Eccleſia Catholica eſt appellata.* Et can. 2. *Si quis dixerit in ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento remanere ſubſtantiam panis, & vini, vna cum corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, negaueritque mirabilem illam, & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus duntaxat ſpeciebus panis, & vini; quam quidem conuerſionem Catholica Eccleſia aptiſſimè tranſubſtantiationem appellat; anathema ſit.*

Vnicum huius veritatis fundamentum, vnicaque ratio ſunt verba Chriſti Domini, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt ſanguis meus*, vel *Calix ſanguinis mei*, quibus inſtituit hoc Sacramentum, indè enim ſic arguitur: ibi datur vera, & realis tranſubſtantiatio, vbi datur conuerſio, ſeu mutatio conuerſiua, qua tota aliqua ſubſtantia ita tranſit in aliam, vt ex vi conuerſionis, & poſitionis ſubſtantiæ, in quam fit conuerſio, prior ſubſtantia deſinat; ſed eo ipſo, quod Chriſtus Dominus in conſecratione panis, & vini Euchariſtici, vſus eſt prædictis verbis, ſignificauit, totam ſubſtantiam panis in corpus ſuum, & totam ſubſtantiam vini in ſanguinem ſuum conuerti: in ſacroſancto igitur Euchariſtiæ Sacramento datur vera, & realis tranſubſtantiatio. Maior huius argumenti eſt certa, ſi quidem Catholici nomine tranſubſtantiationis nihil aliud intelligunt, nec etiam aliud hęretici intelligere poſſunt dum illam negant.

Minor ergo, in qua eſt totius difficultatis pondus, probatur; quia Chriſtus Dominus, cum in inſtituenda Euchariſtia communem, ac proprium loquendi modum ſeruauerit, vt ſuperiori capite ſatis oſtendimus, & Lutherani non negant, practicèque etiam locutus fuerit dicendo, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt ſanguis meus*, effecit, vt ibi ſolùm eſſet eius corpus, ſolus eius ſanguis, & vt non remaneret ſubſtantia panis, & vini, aliàs non fuiſſent veræ eiuſmodi propoſitiones, ſiquidem homines iuxta communem loquendi morem, nonniſi vnicam ſolent demonſtrare ſubſtantiam ſub vna ſola ſpecie, vel etiam vt aliqua propoſitio cõſtans pronomine ſubſtantiam ſub accidentibus ſenſibilibus latentem demonſtrante, ſit vera, debet eius pronomen demonſtrare omnem, & quamlibet ſubſtantiam ſic demonſtrabilem ibi contentam; & quando eſt vera practicè, tunc ad ſaluandam eius veritatem, ſi quæ ibi erat ſubſtantia deliteſcens non demonſtrata tali pronomine, remouetur per eiuſmodi propoſitionem: eo igitur ipſo, quod Chriſtus Dominus in conſecratione panis dixit, *Hoc eſt corpus meum*, & in conſecratione vini, *Hic eſt ſanguis meus*, ſignificauit totam ſubſtantiam panis in corpus ſuum, & totam ſubſtantiam vini in ſanguinem ſuum conuerti; atque adeò veram & realem tranſubſtantiationem dari in Euchariſtia, cum ſint propoſitiones veræ practicè, & conſtantes pronomine, *hoc* & *hic*, non demonſtrantibus ſubſtantiam panis, & vini, licet ſecundum ſe

ſpecta-

ante conſecrationem ſit
is per ſua accidentia , vt
ntia, ſed ſolam ſubſtan-
, & ſanguinis Chriſti, vt
in duobus ſuperioribus
x ſtatim dicendis adhuc

rgò admitteretur ſua
ɔtentia collocare poſſe
as ſub vna ſpecie, vt de
ij putant eſſe ſubſtan-
ſubſtantiam corporis
hariſtia ſub vnica ſpe-
ɔ tamen caſu non poſ-
iuxta humanum vſum ,
demonſtrari , cum ta-
, vt quando aliqua res
pliciter hominibus de-
m integrè , & non tan-
aliquam partem intel-
li enim gratia , aliquis
è , & fraudulenter etiã
i demonſtrato leone ,
forma ſubſtantialis leo-
caput leonis ; aut de-
ine diceret, *hoc eſt ani-*
ſimiliter Chriſtus ab-
e vlla reſtrictione pro-
tuiſſet in conſecranda
c eſt corpus meum ; ſi
na duntaxat pars fuiſ-
præ manibus ferebat ,
panis vna cum ſub-
ſui in Euchariſtia
gitur ex verbis inſti-
etur, Corpus & San-
realiter in ea eſse ,
realem Tranſubſtan-

primò , ex diſtinctiõ-
r res , vel ex natura
nmuni hominum vſu
s , & inter illas , quæ
dens res aliquas oc-
nent ; vt ſi de priori-
ropoſitio demonſtra-
tunc ea ſubſtantia
cto demonſtretur per
bi continentur, & ita,
unem loquendi mo-

dum , huiuſmodi propoſitio ſit vera ; falſa verò ſi de poſterioribus; exempli gratia , quia dolium ex communi vſu eſt inſtitutum ad continendum vinũ , vel aliquid aliud ſimile, oſtenſo dolio vini pleno rectè dicitur, *hoc eſt vinum*, oſtenſa crumena pecunia plena, *hoc eſt pecunia* , & ſic de cęteris . E contra quia pomum , nec ex ſua natura , nec ex communi hominum vſu eſt inſtitutum ad capiendum , vel ſeruandum aurum, ſi quis artificiosè aurum , vel lapidem pretioſum in illo abſconderet, ſalua remanente ſubſtantia pomi , & diceret, *hoc eſt aurum*, vel *hoc eſt lapis pretioſus*, cenſeretur propoſitio falſa , vera autem ſi diceret , hoc eſt pomum , quia nimirum accidentia ſunt nata demonſtrare propriam ſubſtantiam, quando ibi adeſt, alienam verò ibi latentem minimè, quando remanet propria talium accidentium ſubſtantia, quæ nec vſu, nec ex natura ſua eſt inſtituta ad continendum aliquid , vt diximus : ſed quando Chriſtus Dominus in vltima cœna dixit , *Hoc eſt corpus meum* , & *Hic eſt ſanguis meus* , ſubſtantiæ panis, & vini non erant res inſtitutæ, vel ex natura ſua, vel ex cõmuni hominum vſu ad continendum aliàs , minus autem ad continendum corpus , & ſanguinem Chriſti , vt per ſe patet , & tamen iuxta aduerſarios ambæ iſtæ propoſitiones à Chriſto formatæ ſunt ad demonſtrandum corpus, & ſanguinem, vt ibi contenta, cũ expreſsè doceant particulam *hoc* formæ conſecratoriæ panis ſignificare in ratione ſubiecti *aggregatum ex pane, & corpore Chriſti* ; ambę igitur fuerunt falſæ ; ſicut foret falſa illa , qua quis abſconſo auro, vel lapide pretioſo in pomo, vel in pane, diceret oſtenſo pane, vel pomo, *hoc eſt aurum* , vel *hoc eſt lapis pretioſus* ; vel ſaltem eſſet modus loquendi valdè obſcurus , æquiuocus, & improprius, vtque , qui illo vteretur, ſe explicaret, deberet dicere, in hoc pomo, vel pane eſt aurum, vel lapis pretioſus ; cum autem Chriſtus

in

in inſtitutione Euchariſtiæ nec falsò, nec obſcurè, nec æquiuocè locutus fuerit, ſed verè, nec non iuxta communem, ac proprium loquendi vſum omnibus intelligibilem, taliſque ratio falſitatis, vel obſcuritatis, & æquiuocationis ſit ſubſtantia panis, & vini, vt ibi remanens, veritatis autem, & claritatis, eius abſentia, illa dici non poteſt remanere in Sacramento Euchariſtiæ; ſi enim Chriſtus Dominus ſuum in pane corpus abſcondere voluiſſet, vt nobis id exprimeret, dixiſſet: *Corpus meum eſt in hoc pane*, non autem, *Hoc eſt corpus meum*.

Confirmatur ſecundò, quia ſi ſemel ſubſtantia panis remanet in Sacramento Euchariſtiæ, atque adeò ſignificatur pronomine *hoc* habente rationem ſubiecti in hac propoſitione Chriſti, *Hoc eſt corpus meum*, vt concedunt aduerſarij, iam iſta propoſitio, *panis eſt corpus Chriſti*, erit vera; in omni enim legitima, & vera propoſitione attributum prædicatur verè de ſuo ſubiecto, vndè ſi in præfata Chriſti propoſitione pronomen *hoc* habet rationem ſubiecti, provt etiam ſupponit pro ſubſtantia panis, eius autem attributum eſt *corpus meum*, quod ſupponit pro vero, & reali corpore Chriſti, non poterit non eſſe vera hæc propoſitio, *panis eſt corpus Chriſti*; quæ tamen eſt omnino falſa, ſi quidem omnis prædicatio, cuius ſubiectum, & prædicatum ſunt duo diſparata, qualia ſunt ſubſtantia panis, & ſubſtantia corporis Chriſti, eſt omninò falſa, quia omnis prædicatio fundatur in aliqua identitate prædicati cum ſubiecto, quæ repugnat inter diſparata, vt ſic; ſubſtantia ergo panis non remanet in Sacramento Euchariſtiæ; ſeu deſitio, & tranſubſtantiatio illius in corpus Chriſti Domini fundatur in verbis ipſius, *Hoc eſt corpus meum*; quę aliàs non eſſent vera, ſed falſa, ſi dicta panis ſubſtantia remaneret in Euchariſtia.

Quod reſpondere ſolent aduerſarij, duo quidem diſparata regulariter in rebus extra myſterium poſitis nunquam prædicari, iuxta regulam Dialecticorum; poſſe autē in diuinis myſterijs, propter ſingularem aliquam vnionem, quam habent inter ſe, qualis eſt illa, quæ in Sacramento Euchariſtiæ reperitur inter panem, & corpus Chriſti, eo quod panis ſit id, mediante quo Chriſti corpus ſimul cum illo ibi exiſtens porrigitur comedentibus, & ab illis de facto comeditur; ſicut etiam in myſterio Incarnationis vera eſt hæc propoſitio, *Verbum eſt caro*, Ioan. 1. non quod Verbum ſit aliquid eſſentiale naturæ humanæ, vel è contra; aut quod ſignificetur Verbum eſſe carnem, vel è contra per ſui conuerſionem, ſed talis prædicatio eſt tantùm vera ratione vnionis hypoſtaticæ Verbi cum humanitate Chriſti; Quam vanum ſit effugium patet ex falſitate diſcriminis allati, in Sacramento enim Euchariſtiæ non eſt maior vnio, quæcumque illa fingatur, quam ſit inter perſonas diuinas, cum illæ ſint quid vnum, & idem in eodem numero natura diuina; aut quam ſit Verbi diuini cū humanitate in Chriſto: ſed ex iſtis vnionibus minimè ſequitur, vt vnum extremum diſparatū prædicetur de alio, v.g. in diuinis, *Pater eſt Filius*, aut vice verſa, *Filius eſt Pater*; neque in myſterio Incarnationis, quod *diuinitas eſt humanitas*, vel è contra; prędicta igitur regula dialecticorum, quod non poſſint duo diſparata prædicari de ſe inuicem, tam valet in propoſitionibus, quæ fiunt circa myſteria noſtræ fidei, quam quę circa res alias.

Nihilque aduerſarijs fauet exemplum allatum ex Ioann. 1. vbi non dicitur, *Verbum eſt caro*, ſed, *Verbum caro factum eſt*, eodem ſenſu, quo in ſymbolo Nicæno habetur, *& homo factus eſt*, vbi ratione identitatis ſuppoſiti Verbi diuini terminantis duas ſimul naturas, vt ſumuntur in concreto vna prædicatur de alia per communi-

idiomatum; vndè no-
Ioan. 1. non ſumitur in
humanitate, nec item
tùm parte hominis, ſci-
ſed in concreto, & per
dochen, quas pars ali-
ur pro ſuo toto, ſicut
ro paſſim ſumi in Scri-
im in libro Pſalmorum
pertum eſt. Tam ergo
, quàm in rebus alijs
ndi fundatur in identi-
ttributi cum ſubiecto,
corpus Chriſti in Eu-
careant, non poſſunt ad
cari.

ò non vniuntur inter ſe
um enim Chriſtum eſſe
Euchariſtia per vnionẽ
dupliciter intelligi poſ-
it præſens per vnionem
perſonæ Verbi cum pa-
ecundò per vnionem
corporis Chriſti cum
inis cum vino; quod
ur affirmare Lutherus
uit. Babyl. cap. de Eu-
is, eo modo de Eucha-
m eſſe, quo de Chriſto
d ſicut in Chriſto ma-
æ diuina, & humana
lteram conuertitur; ita
hariſtia duę ſubſtantię,
antia panis, & vini, &
oris Chriſti, abſque
ritatem conuerſione.
Chriſto rectè dicitur,
us, &, *Hic Deus eſt ho-*
hariſtia ait rectè dici,
rpus Chriſti, &, è con-
us Chriſti eſt panis, ſa-
quod ſicut prior prædi-
ropter vnionem hypo-
æ Verbi cum humani-
ita etiam poſterior ve-
ionem corporis Chri-
ſanguinis cum vino.
ſſe figmentum pluſquã
, quod vnio hypoſta-
natura, ſed in perſona,

ſeu hypoſtaſi; inde enim vocatur hypoſtatica; ſed in Chriſto nulla eſt perſona, nulla hypoſtaſis, niſi verbi diuini, nulla igitur poteſt fieri vnio hypoſtatica, niſi in perſona verbi; merum igitur figmentum eſt vnio hypoſtatica, quam ſtatuit inter panem, & corpus Chriſti in Euchariſtia præfatus hæreticus, haud certè dicturus Verbum diuinum perſonaliter vinum, & ſanguinem in ea ſibi vniuiſſe.

Multò minus adhuc ſequitur, legitimam eſſe iſtam prædicationem, oſtenſa Euchariſtia, *Hic panis eſt corpus Chriſti*, ex eo, quod, vt dicunt alij, Chriſtus in ea ſit præſens per vbiquitatem, præterquam enim talis vbiquitas ſupra iam ſatis exploſa eſt, ea adhuc admiſſa non ſufficit ad veritatem præfatæ propoſitionis; quemadmodum enim ex eo quod Deus eſt maximè præſens, & intimus animæ noſtræ, cæteriſque omnibus rebus: item proprietates animæ ei neceſſariò coniunctæ, non poteſt dici, *anima noſtra eſt Deus*, nec è contra; item *voluntas eſt anima*, vel è contra: pari modo ex ſola reali præſentia, & intima corporis, & ſanguinis Chriſti ad ſubſtantiam panis, & vini in Euchariſtia per vbiquitatem, aut aliam quãcumque vnionem per modum ſimplicis coniunctionis, non poteſt legitimè fieri iſta prædicatio, *Panis eſt corpus Chriſti*, ſicut nec iſta, *Chriſtus eſt propriè lapis monumenti*, licet fuerint penetratiuè in eodem ſpatio; quæ tamen deberet fieri ſi ſubſtantia panis remaneret in hoc Sacramento cum corpore Chriſti Domini. Fieri igitur cùm nequeat, ſed ſolùm, vt dixit Chriſtus, *Hoc eſt corpus meum*, euidens eſt argumentum, ad practicam eius pronuntiationem effici, vt ibi ſolùm ſit eius corpus, & nullo modo remaneat ſubſtantia panis; vel, quod idem eſt, per pronomen demonſtratiuum *hoc* non importari, aut demonſtrari ſubſtantiam panis, & corpus Chriſti, tanquam duo partialia contenta, quæ

adæ-

adæquent totum, & integrum contentum ſub accidentibus panis Euchariſtici, ſed ſolùm corpus Chriſti; quod vt dicebam fieri non poteſt, niſi ad practicam pronuntiationem formę, *Hoc eſt corpus meum*, quam Lutherani nobiſcum ſentiunt propriè eſſe intelligendam, non metaphoricè, tota ſubſtantia panis abijciatur, nec non tota ſubſtantia vini per formam conſecrãdi calicem, *Hic eſt ſanguis meus*.

Per quod patet ad omnia eorum argumenta in contrarium, quatenus dicunt nullum in his propoſitionibus eſſe verbum, quod ſignificet tranſubſtantiationem, non particula, *hoc*, quia, inquiunt, oſtenſo dolio pleno vini, rectè poteſt dici, *hoc eſt vinum*, nec tamen ſubſtantia dolij tranſubſtantiatur in vinum. Non item particula *eſt*, quia ad ſummum ſignificat, corpus, & ſanguinem Chriſti Domini eſſe præſentia, quod Lutherani admittunt: indè tamen abſentia ſubſtantiarum panis, & vini, vel tranſitus illarum in corpus, & ſanguinem Chriſti non ſequitur, tum quia corpus, & ſanguis Chriſti nullam cum iſtis ſubſtantijs habent repugnantiam, docente Philoſopho, ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium, tum quia verbum ſubſtantiuum, *eſt*, quod habetur in prædictis propoſitionibus, nullibi reperitur ſumi loco verbi conuertitur, & tranſubſtantiatur, ſed vel eſt copula attributi cum ſubiecto; vel præter id ſignificat entitatem in communi, quã prædicatum propoſitionis determinat ad hanc, & illam ſpeciem; vndè Sanctus Paulus 1. Corinth. 11. nec non plures poſt ipſum Patres dum loquũtur de Euchariſtia, quatenus eſt Sacramentum, vocant illam panem; Demum pari modo, quo Chriſtus Io: 6. dixit, *Ego ſum panis*, nec tamen ſenſus ibi eſt, quod ſeipſum tránſubſtantiare voluerit in panem; ita nec, vbi dixit, *Hoc eſt corpus meum*, ſenſus erit, quod ſubſtantia pánis conuertatur, & tranſubſtantietur in corpus eius.

Reſpondetur falſum eſſe, quod in dictis propoſitionibus nullum ſit verbum tranſubſtantiationem ſignificãs, vt ſatis ſupra oſtendimus inter probandam noſtrã concluſionem, ex hoc quod ſint practicę, & quatenus tales pronuntiantur à cõſecrãte, efficiuntque Chriſti Domini corpus, & ſanguinem præſentia ſub accidentibus panis, & vini; & inſuper corpus, & ſanguis Chriſti Domini, prout in iſtis propoſitionibus demonſtratur in recto caſu per duo pronomina, *hoc*, & *hic*, ſunt cum ſubſtantia panis, & vini incompoſſibilia; indè enim manifeſtè ſequitur dictas Chriſti Domini propoſitiones ita ponere eius corpus, & ſanguinem ſub accidentibus præſentia, vt vi, & efficacia illarum ſubſtantiæ panis, & vini deſinant, atque adeò tranſubſtantientur in illa; ſicque, quoniam copula verbalis, vt docent Dialectici, coniungit extrema propoſitionis eo modo, quo illa ſe habent, & ſubiectum *hoc* ſignificat totum ſubſtantiale contentum, demonſtratque vt probauimus, ſolummodo corpus Chriſti Domini, excludendo ſubſtantiam panis; propterea hæc eadem verbalis copula, *eſt*, affirmando practicè corpus de ſubiecto, ſignificat attributum iſtud, *corpus*, ita ineſſe ſuo ſubiecto, vt etiam vi poſitionis talis attributi excludat ab eo ſubſtãtiam panis; & ſic verbum ſubſtantiuum, *eſt*, coniungens duo hæc extrema ſignificat implicitè, & conſequenter, neceſſariò tamen, ſuppoſita terminorum veritate, ſubſtantias panis, & vini ita excludi à ſubiecto, vt deſinant vi poſitionis corporis, & ſanguinis Chriſti, & ex conſequenti in illa tranſubſtãtiari. Ad exemplum dolij vino pleni, & ſimilia patet ex dictis ſupra.

Ad aliud, quod ſecundo loco affertur, ſcilicet, corpus, & ſanguinem Chriſti, non habere repugnantiam cũ ſubſtantia panis, & vini; reſpondetur quidquid ſit, an Chriſtus vel nulla vtendo formula verbali, vel ſaltem alia,

en careret tali pronomi- articula ſimilis ſignifica- t ponere corpus ſuum,& l cũ ſubſtantia panis, & m iſtarum ſubſtantiarũ de quo ſalua fide diſpu- ctores ; quidquid , in- oc, reſpondetur illa ha- epugnantiam,& incom- ratione iſtorum prono- & *hic*, quæ totam ſub- ua accidentia demon- e contentam oſtendunt diximus ſupra. Vnde formam , quam inſti- ro vt nunc termini eius priè,& ſecundum com- ıum vſum , non potuit rpus,& ſanguinem ſub ccidentibus, ſaluis , & nentibus eorum ſub- er defectum veritatis , geret in iſtis propoſi- pra fuit explicatum ; et , aliam formam in- ue dicendi modo vſus

am patet ad tertium , ſubſtantiuum, pro vt ſitione eſt copula ver- primò,& per ſe dire- uam prædicatum pro- minat, pro vt termini, requirunt, quare cum s iſtæ duæ propoſitio- *oc eſt corpus meum* , & *guinis mei*, importent nius extremi in aliud, xplicatum eſt , & ad- cabitur, eorum co- portat quoque ſi non irectè,ſaltem ex con- riò tamen conuerſio- ntiæ panis, & vini in poris , & ſanguinis

denique, & vltimum ellatione panis , re- uid habet rationem niter in ſacris litteris

vocari panem ; vnde cum Euchariſtia ſit ſpiritualis animę noſtræ cibus,conuenienter à Patribus vocatur panis , tum etiam quia in eo fuit inſtituta ; eodem ſenſu debet intelligi quod ait Chriſtus Ioann.6. *Ego ſum panis* ; addendo enim , *viuus, qui de cælo deſcendi*, hac particula ſatis declarauit, ſe non loqui de pane materiali, & triticeo, ſed de corpore ſuo in cibum cæleſtem dando, ſub accidentibus tamen panis.

Authoritati Scripturę ſic explicatæ adſtipulatur traditio , qua ſemper in Eccleſia creditum eſt, corpus, & ſanguinem Chriſti Domini realiter eſſe in Euchariſtia præſentia per tranſubſtantiationem , ex eo quod Chriſtus dixit , *Hoc eſt corpus meum*, &, *Hic eſt ſanguis meus* : vt veteres teſtantur Patres ſuperiori capite relati , qui *primò* ita affirmant realem corporis , & ſanguinis Chriſti præſentiam , vt expreſſè negent eſſe panem in hoc Sacramento , vt S. Iuſtinus Martyr in apolog.2. ad Antoninum Pium ; Irenęus lib.4. aduerſus hęreſes cap. 34. Cyrillus Hieroſol. catech.3. Auguſtinus ſerm.28. de verbis Domini. *Secundò*, ad probandam eamdem realem præſentiam , aſſumunt pro medio realem ſubſtantiæ panis , & vini conuerſionē in corpus , & ſanguinem Chriſti Domini per verba conſecratoria ; quatenus ſola mutatio , ſeu conuerſio propriè realis, poteſt eſſe cauſa , vt res abſens , in quam tamen alia dicitur conuerti, ſit ſubſtantialiter præſens;ita Gregorius Nyſſenus orat. catechiſt. cap.37. Chriſoſtomus homil. 83. in S.Matth. Cyrillus catech.4. & ex Latinis Ambroſius lib. de ijs, qui initiãtur cap. 9. *Tertiò* ita docent , requiri omnipotentiam diuinam ad eam immutationem panis ,& vini , quæ fit in hoc Sacramento , vt illam explicent realibus , & ſubſtantialibus immutationibus ordinem naturæ ſuperantibus , ad excitandum nos ad fidem tanti myſterij ; ſic Cyprianus ſerm. de

cœna Domini; *Panis iſte*, inquit, *quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia Verbi factus eſt caro*; cuius authoritatis adeò claræ vim effugere non valentes aduerſarij reſpondent Cyprianum ibi loquutum eſſe durius. Ambroſius lib. de ijs qui initiantur cap. 9. & lib. 4. de Sacram. cap. 4. & 5. Eucherius Lugdunenſis homil. de Paſchate. Chriſoſtomus homil. 83. in Matth. & Cyrillus catecheſi 4. iam citatis. *Quartò* tandem, agendo de conſecratione Euchariſtiæ, dicunt panem mutari, tranſelementari in corpus Chriſti; vt Irenęus lib. 5. aduerſus hæreſes; Baſilius in ſua Liturnia; Gregorius Nyſſen. locis citatis; Chriſoſtomus homil. de proditione Iudę; & Ambroſius locis citatis. Ex his enim, & alijs tam claris loquendi modis, dum Patres agunt de hoc Sacramento, tot habemus firmiſſima veritatis Catholicæ argumenta, & teſtimonia, quod Chriſtus Dominus ſit in illo realiter præſens per tranſubſtantiationem, ſeu per conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini, in corpus, & ſanguinem Chriſti, remanentibus duntaxat eorum accidentibus.

Supereſt vt nonnullis eorumdem locis ſubobſcuris, quæ producere ſolent aduerſarij, breuiter ſatisfaciamus. Primò enim Origenes comment. in S. Matth. ad cap. 18. ait, *Euchariſtiam iuxta id quod habet materiale abire in ventrem, & in ſeceſſum emitti*, vbi per iſtud materiale, nihil aliud videtur poſſe intelligi, quam ſubſtantia panis.

Reſpondetur, quidquid ſit de hoc opere, an ſit Origenis, de quo dubitant multi, quia Eraſmus primus illud vt à ſe inuentum emiſit in lucem, non notato, vbi illud repererit, loco illo adhuc admiſſo, per id quod eſt *materiale*, & quod ait *abire in ventrē, & in ſeceſſum emitti*, facilè intelligi ſpecies, ſeu accidentia panis, & vini, quæ ita abeunt in ventrem, vt poſtquā
actione caloris naturalis ad eum ſt
tum peruenerunt, vt ſi propria eoru
ſubſtantia ſub illis eſſet, non ampli
poſſet conſeruari deſinant retinere ſ
ſè corpus, & ſanguinem Chriſti,
tunc recipiant ſubſtantiam, ration
cuius dicuntur nutrire, vt explicab
tur infra, ſicque ſecedere etiam,
emitti in ſeceſſum, quia non ſortiu
tur amplius conditionem accident
Sacramentalium, ratione variæ,
multiplicis mutationis, quam ant
iſtam diſceſſionem ſubierunt.

Secundò obijciunt authoritatem
Chriſoſtomi epiſt. ad Cæſarium M
nachum dicentis: *Panem poſt con*
crationem non vocarì amplius pane
licet materia panis in eo permaneat;
reſpondetur illum falsò citari, qu
nulla extat eius epiſtola ſcripta
Cæſarium Monachum; prętERquam
extaret, ne Chriſoſtomus ſibi cont
rius eſſet veritatem catholicam tot
locis ſuperius citatis aſſerens, dice
dum eſſet per materiam panis int
lexiſſe eius accidentia, maximè qu
titatem, in qua cætera veluti in ma
ria ſubiectantur.

Tertiò proferunt Theodoretu
dialogo 2. vbi ait, *neque ſigna myſt*
poſt ſanctificationem recedunt à ſua n
tura, manent enim in priori ſubſtanti
& figura, & forma, & videri, & t
gi poſſunt ſicut prius.

Reſpondetur; hunc quidem loc
eſſe ſubobſcurum, dicente ibi expr
sè Orthodoxo interloquente,
oportet apertè dicere, eſt enim veriſi
adeſſe aliquos myſterijs non initia
nihil tamen fauet aduerſarijs. Pri
enim, cum Sacramentum Euchariſ
ibi afferatur ſolùm in exemplum,
per ſimilitudinem, vt ex illo doceat
in Chriſto Domino duas naturas
uinam, & humanam manere inconf
ſas, vt patet ex titulo dialogi; & in
militudinibus, quas Patres afferu
ſit potius attendendus finis, quam
vnde illas accipiunt; & ex ſola rem
nentia accidentium Sacramentaliu

in

a cum corpore, & ſan-
Domini, quatenus non
is confuſa, ſatis intelli-
n humanam, & diuinam
ſe impermixtas, tanquã
npto ab alio myſterio;
teſt Theodoretum per
ntelligere ſola prædicta
a vt velit quidem ea re-
ori ſubſtantia, ſumpto
ubſtantiæ, vt ſæpe apud
ccipitur, pro entitate,
licuius etiam acciden-
m quatenus ſubſtantia
ur ab accidentibus; cui
auet, quod ait, hæc my-
videri, & tangi poſſe
uidem viſus, & tactus
a accidentia. Secundò,
ubſtantiæ ſatis commu-
m apud Medicos, ſigni-
s, proprietates, & virtu-
ei alicuius, vt cum di-
pharmaco ex herbis
tantiam earum remane-
, quia panis, & vini pro-
us ſubſtantia panis, &
atitur, remanent in Sa-
ariſtiæ, explicans Theo-
virtutem, & efficaciam
ſanctificationem in ſi-
Euchariſtiæ, rectè dixit
ere à natura, vel ſub-

um tollitur omnis diffi-
atur ad textum Græcũ
quo habetur *ſigna my-*
prioris ſubſtantiæ, &
, verba enim illa *prio-*
quæ ſunt in genitiuo
ficant priorem ſubſtan-
anere, ſed tantùm eius
ſigna myſtica poſt cõ-
manere, & in eadem
a viſibili, & tangibili,
bebant. Cuius argu-
larum eſt, quod cum
in iſto dialogo partes
ſubſumpſiſset, *myſticum*
ſſe appellationem, non

amplius appellari panem, ſed corpus, reſpondet Orthodoxus, non ſolùm appellari *corpus* ſcilicet *Chriſti*, ſed *panem vitæ*, quo nomine Chriſtus Dominus ſeipſum appellauit, dicitque Theodoretus, *corpus iſtud eſſe corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt Deus & homo*: qua explicatione ſatis oſtẽdit, ſe in hoc myſterio agnouiſſe mutationem ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti Domini; nam cum Eraniſtes dixiſſet myſticum ſymbolum mutaſſe priorem appellationem, *non amplius appellari panem, ſed corpus*, Orthodoxus eum non reprehendit, quod dixit appellationem eius eſſe mutatã, ſed quod ſimpliciter dixerit appellari corpus, non explicando corpus iſtud eſſe ipſiſſimum Chriſti corpus, et dici in Euangelio panem, ſeu cibum vitæ; ſũpto ibi pane, prout ſignificat quidquid habet rationem cibi, vel alimenti; cum igitur mutatio appellationis apud Theodoretum importet quoque mutationem rei per appellationem, ſeu per nomen ſignificatæ, vt patet ex toto eius diſcurſu, dum admittit ſigna myſtica mutari ſecundum appellationem, et poſt ſignificationem illam eſſe verum, et reale Chriſti Domini corpus, cenſet ſubſtantiam panis in illud eſſe conuerſam, remanentibus ſolùm eius accidentibus in eadem qua prius, et natura, et forma, et figura. Vnde hunc locum Theodoreti potius fauere noſtrę tranſubſtantiationi, quam contra illam facere notarunt ipſimet Centuriatores Magdeburgenſes Lutherani cent. 5. cap. 4. titulo *de cæna Domini*.

Quartò adducunt ex Latinis S. Cyprianum epiſt. 63. vbi ait: *Non poteſt videri ſanguis eius, quo redempti, & viuificati ſumus eſſe in calice, quando vinum deeſt calici, quo Chriſti ſanguis oſtenditur*; quæ tamen defitio vini neceſſariò contingit, ſi tranſubſtantiatio admittatur.

Reſpondetur facilè ex dictis præſupponendo, quod Euchariſtia, quæ,

vt probauimus ſupra, eſt Sacramentum permanens duobus modis conſiderari poteſt, ſcilicet in fieri, & in facto eſſe; ſi ſpectetur in ſuo fieri, concedimus eam poſtulare, vt quando fit, ſeu pronuntiantur verba conſecratoria, ſit ibi verè, & ſubſtantialiter præſens etiam ad ſenſum ſubſtantia panis, & vini, quæ tamen, vbi præfata complentur verba, abijciatur, & deſinat eſſe, vt patet ex dictis; ſi verò conſideretur Euchariſtia in facto eſſe, pro vt formaliter eſt Sacramentum, tunc ſubſtantia panis, & vini, non remanet. Cyprianus autem loco citato agit de calice, vt conſecrando, non verò vt conſecrato, vt ſatis patet, non ſolùm ex locis à nobis adductis, vbi tam clarè tranſubſtantiationem agnoſcit in Sacramento Euchariſtiæ, verũ etiã ex ipſiuſmet epiſtolæ decurſu, in ea enim diſputat contra Aquarios, qui calicem Domini in ſola aqua poſſe conſecrari affirmabant, quos refellit non tantùm ex facto Chriſti Domini, ſed inſuper ex prophetijs, ac myſticis ſignificationibus, quas vinum, & aqua habent in ſacris Scripturis ad repræſentandũ Chriſti Domini ſanguinem, & populum redimendũ ab illo; propterea que paſſim vtitur verbo offerẽdi, quod conſecrationem, ſiue confectionem Euchariſtię denotat, & paulo ante verba in obiectione adducta ait, *Admonitos nos ſcias, vt in calice offerendo Dominica traditio ſeruetur, vt calix qui offertur mixtus vino offeratur*; pro cuius ſuæ propoſitionis ratione, in qua agit de materia calicis conſecrãda, ponit prædictas ſignificationes myſticas, quarum vnam explicat verbis in obiectione contentis. Quæ explicatio adhuc patet ex eo quod paulò ante medium eamdem prorſus ſentẽtiam exprimit per verba, quæ oblationem, & ſacrificationem in actu ſignificent, dum ait, *Vndè apparet ſanguinem Chriſti non offerri ſi deſit vinum calici*; vult igitur Cyprianus ſanguinem Chriſti in Euchariſtia fieri non poſſe, ſi deſit vinum, quod ſola eſt materia conſecrandi calicem, non autem quod poſt conſecrationem, vel in facto eſſe, ſubſtantia vini realiter cum ſanguine remaneat.

Vltimò tandem obijciunt locum Ambroſij lib. 4. de Sacramentis c. 4. dicentis: *Si tanta vis eſt in ſermone Domini, vt ea incipiant eſſe quæ non erant, quantò magis operatorius eſt, vt ſint quæ erant, & in aliud conuertantur?*

Reſpondetur duplicem eſſe huius loci lectionem, vnam, qua ante quingentos annos vſus eſt Lanfrancus, ſcribens aduerſus Berengarium, in qua deſunt duæ particulæ *ſint*, *&*, hoc modo, *ſi enim tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu, vt inciperent eſſe, quæ non erant, quantò magis operatorius eſt, vt quæ erant in aliud conuertantur?* Iuxta quam lectionem, quæ ſine dubio magis eſt ad mentem S. Ambroſij, nulla prorſus eſt difficultas, imò clarè ex ea probatur veritas Catholica; ibi enim oſtendit, quomodo ex pane fiat corpus Chriſti, reſpondetque *conſecratione, & verbis Chriſti Domini*; & quia inquiri poterat, quomodo verba Chriſti Domini poſſent facere carnem ſuam præſentem realiter, cum ibi antea non eſſet, probat id non eſſe ipſi difficile argumento ſumpto à creatione, quã ſolo verbo operatus eſt Deus, tanquam à maiori ad minus, & concludit, verbum Chriſti Domini eſſe tàm efficax, vt *quæ erant*, ſcilicet ſubſtantia panis, & vini *in aliud*, ſcilicet in corpus, & ſanguinem Chriſti *conuertantur*, quia nimirum longè facilius eſt rem vnam iam exiſtentem in aliam conuertere, vel commutare, quam eam ſimpliciter creare; quo ſanè pro ſententia Catholica nihil euidentius dici poteſt, tolliturque omnis ratio dubitandi de mente S. Ambroſij pro illa; eoque magis ſi ibi diligenter conſiderentur antecedentia, & conſequentia, nec non conferantur cum his, quæ habet lib. de initiãdis c. 9. vbi eam

orſus rem pertractans, tendit maiorem vim eſſe, *quam natura*, quia bene- natura immutatur ſub- vt multis exemplis pro- udit : *Sermo ergo Christi, ihilo facere quod non erat, ta ſunt, in id mutare, quod n enim minus eſt nouas re- n mutare naturas*: quibus ulis ſatis indicatur San- ſium loqui de mutatione ac proindè cum agat de quæ fit per conſecratio- tiæ, velle mutationem in corpus, & ſanguinem bſtantialem, non autem vt volunt aduerſarij, eo i, quod panis, & vinum, oſt conſecrationem re- atur conuerti, quia per m deputantur ad vſum a enim hæc eorum in- violenta, contrariaque nbroſij, patet ex ipſiuſ- nibus ſimpliciter aſſerit *aliud*, ſcilicet in corpus nim dicat aliquid ſim- oprie in aliud conuerti, vel ad illud ſignifi- ontinendum; cum hoc conuerti, vel immuta- in ſe perfici ad aliud quod certè ſi Ambro- ndiſſet, nec ita locutus illud probandum, tot ipotentiæ diuinæ vti non ſit quid magnum, n aliquam ad aliam leputare, & hac ratio- iſtam conuerti.

uod Diuus Ambroſius bri 4. de Sacramentis rſionem panis in cor- mini, exemplo muta- mo per baptiſmum fit quæ tamen poſterior ntum accidentalis; nim ibi Ambroſium exemplo, quaſi com- paret conſecrationem Euchariſtiæ cũ baptiſmo *in genere mutationis*, ſed tantùm in inuiſibilitate, aut efficientia ſupernaturali, quod ſicut Deus in baptiſmo tranſmutat hominem inuiſibiliter, ac virtute ſupernaturali, quatenus per regenerationem ſpiritualem, & per receptionem gratiæ ſanctificantis, quæ nonniſi accidens eſſe poteſt, fit noua creatura, ſiue ex peccatore fit iuſtus; ita quoq; & in Euchariſtia mutet inuiſibiliter ſua omnipotentia ſubſtantiã panis & vini, non tamen quomodocumque, ſed *in aliud*, id eſt in corpus, & ſanguinem Chriſti, quod non poteſt fieri, vt verba Ambroſij ſonant, niſi per realem ſubſtantiæ eorum conuerſionem in corpus, & ſanguinem Chriſti, remanentibus duntaxat accidentibus ad illa ſignificanda, & continenda.

Familiare autem eſſe Sanctis Patribus, dum fidei noſtræ explicant myſteria, vti exemplis, & ſimilitudinibus aliarum rerum, vel myſteriorum, vt loco citato vſus eſt Ambroſius, non quaſi velint, eamdem omnino eſſe rationem noſtrorum myſteriorum cum eiuſmodi rebus, & myſterijs, quia hęc plerumque ſunt maximè ſingularia, nec eorum datur aliquod exemplum adæquatum, ſed tantùm ex cognitione iſtorum exemplorum nos aliquo modo deducere in cognitionem myſteriorum, quæ tunc declarant, pluſquam ſatis conſtat ex innumeris eorumdem Patrum exemplis: Sic Sanctus Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 29. explicat Incarnationem Verbi diuini exemplo Virgæ Moyſis in ſerpentem conuerſę, cum tamen Incarnatio non fuerit conuerſio, nec dicta conuerſio fuerit Incarnatio: ſic Diuus Athanaſius in Symbolo declarat vnitatem humanitatis cum diuinitate in Chriſto Domino, vnitate, qua ex anima, & corpore homo fit vnus: ſic Diuus Auguſtinus reſurrectionem hominum à peccato per reſurrectionem Lazari tract. 49. in Sanctum

ctum Ioannem tract.49.; & ſic de alijs pluribus; mirum ergo non ſit, ſi diximus eodem modo vſum eſſe Ambroſium exemplo Baptiſmi; ita præſertim exigentibus eius verbis, proprioque in quo loquitur eorum ſenſu.

Quare etiam admiſſa altera eius lectione adducta in obiectione, licet minus Latina aut clara videatur, nihil tamen, propter ſtatim dicta, obſtat veritati Catholicæ, ſed illę particulæ *ſint quæ erant* referri debeant ad accidentia panis, & vini, quæ remanent, & illæ, *in aliud conuertantur*, referantur ad eorum ſubſtantiam per conſecrationem conuerſam, & immutatam, vt ait Ambroſius in aliud hoc eſt, in corpus, & in ſanguinem Chriſti; quod eſt inuiſibile, & creditur per fidem.

Ratio autem à priori veritatis Catholicæ, huc vſque declaratæ, & propugnatæ, alia non eſt, quam ſola Chriſti voluntas, qui ita de facto voluit inſtituere Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, quid quid ſit an alio, quam per tranſubſtantionem modo, realiter eſſe poſſit in illo de potentia Dei; quę Chriſtij voluntas innotuit nobis ex Sacris Scripturis referentibus verba inſtitutionis eius, quę ſaluo vero, & proprio ſenſu aliter intelligi non poſſunt, vt oſtendimus; tum ex diuina in Eccleſia traditione, qua, vt teſtantur Sancti, ac veteres Patres, ſemper ita creditum eſt.

Vndè quod obijciunt aduerſarij, melius repręſentari nutritionem ſpiritualem, quod eſt proprium Euchariſtiæ ſignum, manente ſubſtantia panis, quæ nutrit, non eius accidens, quam ſine illa; item non minus haberi effectum Euchariſtiæ, ſeu communicationem Chriſti per illam ſine tranſubſtantiatione panis, quam cum illa; hæc, inquam, aliaque ſimilia nullius ſunt penitus momenti; ratio enim tranſubſtantiationis non eſt maior, aut minor Chriſti communicatio,

ſicut nec quod melius repræſentet
nutritio ſpiritualis per panem, aliaq
ſimilia, ſed ſola Chriſti voluntas; ſu
ficienterque etiam talis nutritio ſign
ficatur per ſola accidentia; cum ſu
ſtantię materiales non nutriant n
mediantibus ſuis accidentibus, ſap
re, odore, & alijs id genus, maxi
etiam quia, vt dicetur infra, ſi com
dantur poſt conſecrationem, n
triunt.

Ad præfatas fidei veritates de re
li corporis, & ſanguinis Chriſti p
ſentia in Sacramento Euchariſtiæ p
tranſubſtantiationem, ſeu realem
ſubſtantiæ panis, & vini conuerſ
nem in corpus, & ſanguinem Chri
quia ſequuntur multa partim certa
partim ſalua inter Doctores Catho
cos fide controuerſa, ad pleniorē
ritatis Catholicæ, ſeu præfatorū m
ſteriorum intelligentiam, illa bre
ter explicabimus; eaque primum, q
ex tam admirabili conuerſione ſe
nent ex parte Chriſti, qui ponitur i
hoc Sacramento; tùm quæ ex par
accidentium remanentium.

Primùm igitur omnes Docto
Catholici affirmant totum Chriſt
eſſe in qualibet parte ſpeciei con
cratæ ſiuę panis, ſiue vini; ſi quid
corpus, & ſanguis Chriſti Dom
ita eſt præſens in hoc Sacramento,
non ſit modo locali, & quantitatiu
ſicut corpus circumſcriptum lo
quod eſt totum in toto, & pars i
parte, ſed ad modum rei ſpirituali
vel ſubſtantiæ, quę cum careant p
tibus, indiuiſibiliter ſunt totæ in q
libet parte; ſic igitur corpus Chr
ita eſt totum in tota ſpecie panis,
in qualibet illius parte, vbi poſſet
ſe ſubſtantia panis, ſi non conſec
retur, maneat tota ſubſtantia corp
ris Chriſti, & non ſolum pars illiu
cum ex ſtatim dicendis, fracta hoſt.
& ſeparatione facta, in qualibet pa
ticula totus Chriſtus ſit, non pars
lius tantum. Quamobrem notant,
docent communiter Theologi pr

ſentiam

n corporis Chriſti duas
tiones, in quarum vna
n, præſentia rei ſpiritua-
a autem illam ſuperat.
im in eo; quod vtraque
ſibili facit rem præſen-
n totum in toto, & totum
arte; ſuperat autem in
i ſeu præſentia rei ſpiri-
t indiuiſibilis, tamen
virtute finita, & limita-
tur, ac definitur ad cer-
m, & locum, quod vl-
ram non eſt; & propte-
r vbi definitiuum: At
a corporis Chriſti in
on oritur à virtute ſui
x virtute infinita Dei,
anem in illud; vndè ita
ramento, ſiue ſub vna
t non coarctetur, ſiue
in ſub alia eſſe poſſit;
vbi definitiuum, ſicut
n, licet ſit modo indi-
continet ſpeciale my-
ur quoque ſpeciali no-
ſacramentalis, quia
ita eſt indiuiſibiliter,
qualibet hoſtia conſe-
in alijs hoſtijs, & lo-
ſi ibi conſecretur pa-

partes ſpecierum con-
ſunt conſiderari duo-
mo ante diuiſionem,
n ſui à toto. Deindè
em ab illo; ita Theo-
ſe de fide, quod totum
ſit ſub qualibet parti-
conſecratarum quan-
ſecundum deſignatio-
modo, hoc eſt, ſepa-
vt expreſsè definit Cõ-
inum ſeſſ. 13. can. 3.
t, in venerabili Sacra-
ia ſub vnaquaque ſpe-
lis cuiuſque ſpeciei par-
facta, totum Chriſtum
ema ſit, vt tamen ali-
n ad eamdem fidem

pertineat, quod totus Chriſtus ſit actu, & de facto ſub qualibet particula ſpecierum conſecratarum quantumlibet parua ſecundum deſignationem ante actualem ſeparationem à toto, quia hoc non ponitur expreſsè in canone, nec cap. 3. ſed tantum, *Totum & integrum Chriſtum eſſe ſub qualibet ſpecie panis, & vini, & ſub qualibet eius parte*, ad cuius veritatem abſolutam videtur ſufficere, quod ſeparatione facta, vt habetur in canone, ſit ſub qualibet parte; omnes tamen admittunt, ita certum eſſe, eum quoque totum eſſe ſub qualibet parte etiam ante diuiſionem, & ſeparationem illius à ſuo toto, vt oppoſitum dicere ſit erroneum, ſapienſque hæreſim, quia ſequeretur, etiam poſt ſeparationem ſpecierum totum Chriſtum non eſſe amplius ſub illis partibus à ſuo toto diuiſis, quod eſt de fide; cum Chriſti Domini corpus, & eius ſanguis ponantur tantum ibi per conſecrationem, quæ nec ad fractionem ſpecierum conſecratarum, nec poſt repetitur.

Imo ſuppoſito quod dentur partes minimæ, de quo diſputant Philoſophi, docent quoque Theologi corpus Chriſti eſſe in eiuſmodi partibus minimis ante diuiſionem ſpecierum cõſecratarum, quia eſt ibi verè per conſecrationem, vbi ſubſtantia panis verè, & propriè præexiſtit; hæc enim per conſecrationem conuertitur in corpus Chriſti Domini; ſed ſubſtantia panis ante conſecrationem verè, & propriè fuit ſub illis partibus minoribus minimis, ſuppoſito quod dentur eiuſmodi partes; corpus ergo Chriſti Domini ſub illis quoque eſt, pro vt illæ inſunt ſuo toti ſpecierum conſecratarum: atque eodem modo diſcurrendum eſt de ſanguine Chriſti Domini, & partibus ſpecierum vini conſecrati.

Maior difficultas eſt, vtrum totus Chriſtus ſit ſub indiuiſibilibus ſpecierum conſecratarum panis, & vini,

ſuppo-

ſuppoſito pariter, quod dentur realiter & de facto indiuiſibilia quantitatis tam terminantia, quam continuãtia, & quod hæc ſint aliquid reale, & poſitiuum, qui enim hæc negant, debent conſequenter negare totũ Chriſtum Dominum eſſe ſub illis, cum ſit aliquid prius eſſe, & de facto exiſtere, quam aliud ſub ſe continendum accipere; ſuppoſito, inquam, quod dentur eiuſmodi quantitatis indiuiſibilia, quæ duobus quoque modis poſſunt conſiderari, primò, vt adhuc ſunt in ſpeciebus conſecratis, ſeu ante ſui ſeparationem ab illis, deinde poſt diuiſionem, communis eſt Doctorum ſententia, totum & integrum Chriſtum eſſe ſub indiuiſibilibus tam terminatiuis, quam continuatiuis ſpecierum conſecratarum panis, & vini ante illarum diuiſionem.

Cuius eadem eſt ratio, ac ſupra de partibus, ſcilicet totum Chriſtum ibi verè eſſe per cõſecrationem, vbi ſubſtantia, vel aliquid ſubſtantiæ panis fuit, quia ſola accidentia remanent in hoc Sacramento poſt conſecrationem, & quidquid eſt ſubſtantiæ panis conuertitur in corpus Chriſti Domini, vt mox dicetur, non autem pars panis conuertitur in partem corporis Chriſti Domini; nam cum panis ſit aliquid homogeneum, corpus verò Chriſti aliquid heterogeneum, non eſt maior ratio, cur vna pars panis conuertatur in iſtam partem determinatam corporis Chriſti, quam in aliã, atque adeo quidquid habet rationem panis triticei verè, & propriè dicti conuertitur in totum corpus Chriſti; Sed ſub iſtis indiuiſibilibus ſpecierũ conſecratarum ante illarum conſecrationem aliquid ſubſtantiæ panis fuit, alias cum hæc indiuiſibilia quãtitatis ſint quędam accidentia, iam darentur quædam accidentia naturaliter ſine aliquo ſubiecto inhæſionis, quod eſt abſurdũ; totum ergo Chriſti corpus, atque adeo totus Chriſtus, debet eſſe ſub dictis indiuiſibilibus, dum illa inſunt ſuo toti. Si autem ſermo ſit de illis ſeparatis, loquendũ eſt ſub conditione, nimirum, ſi poſſibilis eſt talis ſeparatio, quodque indiuiſibilia ſpecierum poſita extra ſuum totum poſſint conſeruare naturaliter ſub ſe ſubſtantiam panis, tunc quoque poſſe retinere ſub ſe corpus Chriſti Domini, ex eodem iam dicto fundamento, quod corpus Chriſti Domini ſuccedit ſubſtantiæ panis ſub eius accidentibus, & ex inſtitutione Chriſti Domini dependet ab eis in conſeruari in Sacramento Euchariſtiæ; quamdiu ergo accidentia poterunt conſeruare naturaliter ſubſtantiam panis ſub ſe, ſimiliter & indiuiſibilia: tandiu ſic tàm indiuiſibilia, quàm accidentia ſpecierum conſecratarum, etiam poſt diuiſionem, poterunt retinere ſub ſe corpus Chriſti Domini.

Iterum cum totum Chriſtum eſſe in hoc Sacramento, & ſub vnaquaque ſpecie, duobus modis intelligi poſſit, primò abſolutè, ſeu abſtrahendo à vi & efficacia; qua ſunt ibi, deindè explicando quænam ponantur primo per ſe & vi verborum, & quænam aliter; omnes Doctores Catholici, loquendo primo modo, aſſerunt, vt quid de fide ex Concil. Conſtant. ſeſſ. 17. Trident. ſeſſ. 13. cap. 1. & can. 1. item ſeſſ. 21. cap. 1. per totum Chriſtum intelligi, *totam eius humanitatem ſecundum omnes ſuas partes: item & ſuppoſitum Verbi diuini, eius diuinitatem, & vnionem Verbi diuini ad humanitatem*; cuius rationem deſumunt ex iſtis duobus pronominibus poſſeſſiuis *meum*, & *meus*, quę ſunt eſſentialia formæ conſecratoriæ huius Sacramẽti, quæque à Sacerdote conſecrante proferuntur in ipſamet perſona Chriſti; hæc eſt enim genuina ſignificatio pronominis poſſeſſiui, *meus, mea, meum* cum veritate pronuntiati, vt denotet ſubſtantiuum ſibi in propoſitione correſpondens poſſideri de facto iuxta conditionem, ſtatum, coniunctionem

partium

eorum, quæ tunc habet, ſ de eo formatur propoſi- vtraque propoſitio, *Hoc* *m*,& *Hic eſt ſanguis meus*, pronomine poſſeſſiuo,cu- ua ſunt *corpus*, & *ſanguis* nini, quæ pro præſenti ſtatu in quo eſt Chriſtus ex quo, vt dicetur infra, mentalis eius exiſtentia, ', vt ſint realiter coniun- pus Chriſti Domini nunc habeant in ſe, vel ſibi ſuperius enumerata, & ta vtraque propoſitio in ſti profertur à Sacerdote panem,& vinum cum ve- ; ambæ ergo ita ponunt panis, & vini corpus, Chriſti, vt ſimul etiam gula iam recenſita ſint facto ſub illis; proinde- humores, omnia Chriſti entia abſoluta, omnes us animæ; & corporis, e, quæ à loco non pen- , & realiter in hoc Eu- ramento, atque adeo in ordine ad ſe, ſiue ſtantiæ conſideratæ,nō quantitatiuo, quia iſte tinet ad eſſentiam ip- s, ſed ad localem ex- ę eſt ſecundarius illius eſt impediri de poten- a: accidentia autem ine ad locum,& ſitum, in cœlo, & in Sacra-

ndo de ijs, quæ ponū- ento vi verborum, & nitantiam, primo hanc n hac materia docent ſe legitimam, vt licet de fide determinata, are non ſit ſolummo- ſed etiam erroneum, opter authoritatem tini eam admittentis verum etiam quia il- la negata ſequeretur, nec totū Chri- ſtum eſſe in hoc Sacramento, nec ſub qualibet eius parte, ſed ſolum eius corpus, & ſanguinem, cùm hæc ſuffi- ciant ad veritatem,& ſignificationem practicam verborum formæ, cuius ta- men contrarium eſt de fide.

Per poni autem aliquid ex vi ver- borum, vel vt ait Sanctus Thomas ex vi Sacramenti, intelligitur communi- ter ab iiſdem Theologis omne id, cuius præſentia eſt neceſſaria ad veri- tatem verborum, vel quod idem eſt, omne id, quod expreſsè, & directè ſi- gnificatur per verba conſecratoria; per concomitantiam verò, quidquid re eſt connexum cum tali ſignificato, non tamen directè exprimitur per ip- ſa verba, nec eſt ſignificatum per illa. Quare poni ex vi verborum non tam eſt aliquid dictum de termino conuer- ſionis phyſicè & abſolutè in re poſi- to, quam de ipſa ratione formali, & termino huius actionis vt ſacramen- talis, & alligatæ verbis formæ. Facit enim Dominus hanc conuerſionem non quomodocumque, ſed alligando illam ſignificationi verborum. Et quia verba ſignificant aliquid explicitè, & directè, alia verò implicitè, & pro vt coniuncta rei ſignificatæ; inde orta eſt præfata diſtinctio, ſeu duplex modus ponendi aliquid ex vi verborum, & aliquid per concomitantiam: vtque diſcernatur, quid ponatur ex vi ver- borum, & quid per concomitantiam, diligenter attendenda eſt ſignificatio propria verborum conſecrationis: vt cum dicitur *Hoc eſt corpus meum*, cum pronomen *hoc* teneat ſe ex parte ſu- biecti, & ſignificet contentum ſub ſpeciebus, propterea non deſignat id, quod ponitur ex vi verborum, ſed rē illam, de qua dicitur tanquam de ſu- biecto, id quod ponitur ex vi verbo- rum: id igitur quod tenet ſe ex parte prædicati ponitur ex vi verborum, ſcilicet *corpus meum*, vbi nomine cor- poris non ſignificatur ſola materia prima, quia hæc eſt pars corporis, &

non corpus, ſed compoſitum ex materia, & forma, pro vt conſtitutum præcisè in gradu corporeitatis. Quæ ſit autem iſta forma, an aliqua forma corporeitatis realiter diſtincta à forma animæ, vt putant aliqui dari; an verò forma animæ in ſe ſecundum gradum corporeitatis tantum informantis, vel forma inanimis, vt forma cadaueris, non explicatur per illud nomen *corpus*; ſed ſolum corpus, pro vt præcisè dicit conſtitutum ex materia & forma dante gradum corporeitatis; quod in re ſemper eſt determinatè corpus viuum, vt modo, vel inanime, vt in triduo mortis Chriſti, ſi tunc conſecratio facta fuiſſet; & per illam actionem phyſicam, vtrumque in re poteſt poni, & de facto ponitur, pro vt fuerit in Chriſto, & pro vt determinatur per pronomen poſseſſiuū, *meum*, vt mox explicabitur. Ex vi autem ſignificationis verborum dicitur nomen *corpus* præſcindere, & non formaliter determinare vnum, vel alterum, non quod formaliter in re poſſit poni corpus abſtractè ſumptum, ſed quia formaliter tantùm ſignificat corpus, ſeu vis eius ſignificatiua neutrū formaliter ſignificat, ſecus verò vis phyſica conuerſiua vtrumque indifferenter comprehendit, & illud in actu, vel de facto ponit, ad quod determinatur per pronomen, *meum*, tam quo ad implicitum, quam quo ad explicitum, pro vt fuerit in Chriſto.

Particula autem illa, vel pronomē, *meum*, ex vi ſignificationis exprimit proprium Chriſti corpus ſecundum tres conditiones. Prima, quod nomine *corporis mei* ſignificatur corpus quantum ad partes ſolidas corporis humani, vt diſtinguitur à ſanguine, & humoribus. Etſi enim hæc ſint corpora phyſice loquendo, quia tamen ſecundum vſum communem loquendi nomine corporis in animalibus intelligitur id, quod eſt ſolidum, vt diſtinguitur ab humoribus, propterea per illam particulam *corpus meum*, ſignificatur corpus Chriſti, quantum ad partes ſolidas corporis humani, atque adeo ex vi talium verborum ponitur tantum ſecundum illas; dixitque Tridentinum loco citato, *quod ſanguis non ponitur ex vi verborum in conſecratione panis, ſicut neque corpus in conſecratione calicis ex vi verborum ponitur*. Qui tamen exiſtimant per corpus, totum id propriè ſignificari, quod à ſanguine diſtinguitur, tenentur etiam dicere humores ex vi illorum verborum, *corpus meum*, in Euchariſtia poni.

Secundò per eadem verba *corpus meum*, ex vi illorum intelligitur corpus humanum, ſiue organicum organizatione humana; quia corpus non organicum non eſt proprium Chriſti, nec *meum*. Iſta autem organizatio humana non ſignificatur determinatè ex vi verborum, quod ſit mortua, vel viua; nam etiam corpus mortuum manet organicum, & dicitur humanum mortuum non viuum; poterat autem poni corpus mortuum Chriſti, ſi conſecratio facta fuiſſet in triduo mortis.

Nec propterea ſequitur hæc verba in forma conſecrandi panem ſumi æquiuoce, quia corpus dicitur æquiuoce de viuo, & mortuo; forma enim cadaueris, & anima rationalis poſſunt conſiderari dupliciter, primo vt dant eſſe organicum; deinde vt dant eſſe viuum, & mortuum; priori autem modo ſunt formæ vniuocæ, quatenus eadem ratione dant eſſe humanum noſtris corporibus, vndè cum *corpus* in forma conſecrationis ſumatur iuxta hanc conſiderationem, non ſumitur æquiuoce. Dici etiam poteſt vim horum verborum, *corpus meum*, conſiderari poſſe duobus modis, primùm, in actu primo, & ſolummodo ſecundum illud quod conſiderata abſolutè & in ſe poſſunt efficere. Deinde in actu ſecundo, quatenus applicantur, vel proferuntur de facto, dum tranſubſtantiatio ſit hic & nunc; ſique vis illa verbo-

:onſideretur, priori modo, nificare quidem corpus, ſſe humanum diſiunctiuè forma, ſcilicet ab anima & à forma cadaueris, & inatè ab iſta tantum, uel nima rationali, quia conuit ualidè fieri in triduo iſti, nec tamen tunc corod erat humanum, ha- eſſe humanum ab anima ed à forma cadaueris; ſi rborum conſideretur ſe- o, tunc importare de fa- rminatè formam illam, inſtanti, quo perficitur dat eſſe humanum cor- ſt extra Sacramentum & li cauſa, in triduo for- ris, in ultima cœna, & it conſecratio animam ſecundum illos, qui cum negant formam corpo- nunem tam corpori ui- ortuo, nec non ſingulis rogeneis ſuas particula- ubſtantialiter diſtinctas ionali, uel forma cada- rpus organizatum intel- n primam materiam af- rationali præciſè ſecũ- corporeitatis ut quo. oſitionibus organicis, n perfectibilem ab ea- m gradum rationalita- n has diuerſas ſenten- uerſia merè phyſica in a pendentes, uaria quo- ta Theologorum, quæ- particulari ponatur ui rum, *corpus meum*.

mum per pronomen tur explicitè ordo illius llud indiuiduum, ſeu cuius perſona pronun- ſcilicet ad Chriſtum. *meum* explicitè, & per oſſeſsionis, & ſic dicit ſſidentem. Vnde cum lerit illa verba, & in perſona eius proferantur modo, oportet quod præfata particula dicat ordinem poſſeſſionis ad perſonam Chriſti pronuntiantem illam. Quæ ſit autem iſta perſona, diuina, an creata; cũ vnione hypoſtatica, vel ſine illa? non exprimit ex vi ſua; ſed ſicut nomen *corpus* abſtrahit à ſignificando corpore viuo, & mortuo, licet modo in re ſemper ſit viuum, ita pronomen *meum* ex parte perſonæ poſſidentis, non ſignificat, quid ſit illa perſona, ideoque ait Concilium Tridentinum abſolutè, *Diuinitatem poni per concomitantiam*, id eſt perſonam vt diuinã, ſed tantùm explicat perſonam poſſidentem illud corpus, & ſic pronuntiantem dicta verba eodem modo proportionaliter diſcurrendum eſt de forma calicis, ſeu de verbis *ſanguis meus*.

In conſecratione igitur panis ponitur ex vi verborum corpus organicũ, humanum, ſolidum, ſeu quo ad partes ſolidas diſtinctas nedum à ſanguine, verum etiam ab humoribus (ſuppoſito quod per corpus intelligantur ſolùm partes ſolidæ propriè) propriũ Chriſti, abſtrahendo à viuo, & mortuo: per concomitantiam autem ſanguis; anima quantum ad formalitatem, & gradum rationalitatis; Diuinitas ſeu perſona Verbi; Vnio hypoſtatica, accidentia abſoluta, & alia omnia quæ ſunt coniuncta corpori, & ſanguini, & non ſignificantur explicitè verbis formæ. Quia autem in hac materia, concomitantia eſt connexio alicuius cum eo, quod eſt ex vi verborum in Euchariſtia, cum talis connexio ſit duplex vna naturalis, alia ſupernaturalis, ratione vnionis hypoſtaticæ; datur quoque duplex concomitantia, vna naturalis, qua connectuntur partes naturæ humanæ inter ſe, ſcilicet anima rationalis, corpus, & ſanguis; alia verò ſupernaturalis, qua vniuntur verbum, & natura diuina cum humana; quæ iterum eſt duplex: vna immediata, altera mediata. Concomitantia ſupernaturalis im-

mediata eſt vnio perſonalitatis Verbi cum humanitate Chriſti, ſcilicet cum illius anima, corpore, & ſanguine. Concomitantia ſupernaturalis mediata eſt vnio naturæ diuinæ, hoc eſt ipſius diuinitatis, & ſecundum aliquos perſonarum diuinarum primæ, ac tertiæ, cum natura humana in Chriſto.

At quia quantitas eſt accidens ſua natura diuiſibile; aliqui ex eo quod corpus Chriſti Domini ſit præſens in Euchariſtia modo indiuiſibili, putant quantitatem corporis Chriſti in ea non eſſe; alij verò eſſe etiam ex vi verborum, quatenus quantitas eſt de ratione formali corporis organici, vt hic ſumi diximus.

Nihilominus communis ſententia Theologorum eſt, quantitatem corporis Chriſti Domini poni per concomitantiam, non autem vi verborum ſub ſpeciebus panis, & vini in Euchariſtiæ Sacramento; cuius prima pars ex principijs fidei eſt tam certa, vt oppoſitum, aut ſit erroneum, aut ſaltem temerarium. Ratio eſt, quia de fide conſtat, per formam conſecratoriam poni in Euchariſtia corpus Chriſti, eſſeque veram carnem, & ſanguinem illius: illud autem eſt corpus eius, quod habet ipſe in cęlo vnitum tali formæ, ad quam vnionem cum requirantur diſpoſitiones, & accidentia, ſine quibus non fit; neceſſe quod quãtitas, aliaq; accidentia Chriſti ad huiuſmodi vnionem requiſita remaneãt in hoc Sacramento; niſi ponatur ſpeciale miraculum, quo Deus de potentia ſua abſoluta conſeruat vnionem formæ ad materiam ſine vlla diſpoſitione, quod tamen ſine fundamento diceretur, cum certiſſima ſit regula in hac materia, nullum eſſe ponendum miraculum, quod non exigatur ex vi conſecrationis; ſatis autem conſtat ex vi illius non peti, quod forma ſit in materia ſine diſpoſitionibus, quin potius contrarium exigunt illa verba, *corpus meum*, eſt enim corpus Chriſti, quod eſt organizatum, & temperatum ſicut corpus humanum, quod vtique ſine quantitate, & qualitate diſponentibus ſtare non poteſt; iſta ergo accidentia ſunt in corpore Chriſti ſub ſpeciebus Euchariſticis, licet non modo quantitatiuo, aut diuiſibili, quia iſte modus non pertinet ad eſſentiam quantitatis, vt dictum eſt, & adhuc infra dicetur, ſed modo indiuiſibili; eo quod ſequitur hic modum ſubſtantiæ, non autem ſubſtantia modum quantitatis, quo ad effectum eius ſecundarium extendendi eam in ordine ad locum, qui poteſt impediri de potentia abſoluta, vt de facto impeditur in Sacramento Euchariſtiæ ita ipſa exigente, non autem primarius, qui eſt extenſio ſubſtantiæ in ordine ad ſe formaliter, cum ſolùm ſit radicaliter diuiſibilis, ita exigente eodem Sacramento, in quo corpus Chriſti, eiuſque partes ſunt quidem modo inconfuſo, non tamen circumſcriptiuo. Vndè ſicut ſubſtantia quatenus eſt in loco ratione quantitatis, debet eſſe in loco illo ad modum ipſius quantitatis, ac per conſequens diuiſibiliter, & extensè; ita eadem ſubſtantia, quatenus eſt ſub ſpeciebus ratione ſui, oportet, vt ſit ſub illis ſecundum modum ſubſtantiæ, qui eſt eſſe formaliter indiuiſibiliter, ac proindè quod quantitas eiuſdem Chriſti Domini, quæ eſt ibidem ratione ſubſtantiæ, ſit etiam ſecundum modum ſubſtantiæ, ſcilicet indiuiſibiliter ſecundum localem extenſionem.

Quod verò quantitas illa non ponatur vi verborum in Sacramento Euchariſtiæ patet, quia aliquid ſic ponitur, vel quia ſubſtantia panis, & vini in illud conuertitur, vel quia veritas verborum formæ illud poſtulat, falſaque proindè eſſent, ſi illud abeſſet; ſed nec ipſa ſubſtantia panis, & vini, conuertitur etiam partialiter in quantitatem corporis Chriſti, docente expreſsè Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 4. per conſecrationem panis fieri conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in ſub-

am corporis Chriſti, &
ntiæ vini in ſubſtantiam
ns, nec item veritas uer-
ilat quantitatem corpo-
beſſet adhuc eſſet uerum
eſt corpus meum, ſi qui-
organicum per illam par.
us meum, importatum, ut
et requirat quantitatem
liſpoſitionis, uel antece-
nſequentis, iuxta diuer-
horum ſententias, tamen
utùm ſignificat animam
ecundum gradum corpo-
ſimul cum materia com-
organicum, quique eſt
atis; quantitas ergo cor-
non ponitur ui uerborũ
oncomitanter tantùm, ut
ſpeciebus panis in Eu-
ramento.
modo de his, quę con-
ſpeciebus uini, dicendũ
orum contineri ſub illis
umanum propriũ Chri-
do à uiuo, & mortuo; per
am naturalem, corpus,
uantum ad formalitatẽ,
imæ, quo iuxta proba-
entiam informat tam
ſanguinem, quem alij
Diui Thomæ volunt
qua forma ſubſtantiali
ita de facto inuenitur
: ille ſanguis in Chriſto,
iicem coniuncta; in tri-
ortis Chriſti, ſicut per
im non fuiſſet poſitus
orpore, ita nec corpus
, quia in re erant ſe-
propria Chriſti. Per
m autem ſupernatura-
tam eſt perſona Verbi,
m, ratione Verbi, eſt
ſiue diuinitas: item
us Sanctus, ſecundum
ſufficere ad concomi-
tè, mediatam illam
omnia cum ſint certa,

imo ad certitudinem fidei pertineat, nihil de ſubſtantia panis, & vini manere poſt conſecrationem; ſed eam totam conuerti, tam quoad materiam, quam quoad formam, in corpus & ſanguinem Chriſti; quæ conuerſio rectè dicitur tranſubſtantiatio; magna eſt inter Theologos cõtrouerſia, quid de nouo fiat per iſtam actionem, quod ſit ſpecificatiuum formale, vel terminus formalis illius in Euchariſtia, proque rei difficultate variæ ad id explicandum eorum ſententiæ habentur; prima eſt negantium terminum huius conuerſionis formaliter eſſe aliquid de nouo productum, vel phyſicè incompoſſibile cum ſubſtantia panis, vel vini; ſed terminum formalem eſſe corpus Chriſti, vt enuntiatum, & verificatum per verba conſecrationis; ſic enim, & non alia ratione eſt incompoſſibile cum pane. Vndè iuxta hanc ſententiam, præſentia corporis Chriſti ponitur in Euchariſtia per diſtinctam actionem ab ipſa conuerſione: & hæc prǽſentia, eſt mutatio aliqua in corpore Chriſti, qua recipit modum indiuiſibilem exiſtendi in Sacramento, non deſerendo illam præſentiam, qua eſt in cælo. Sed tamen licet hæc præſentia Chriſti requiratur ad conuerſionem, non tamen in illa formaliter perficitur conuerſio; quia in vi illius non redditur ſubſtãtia corporis Chriſti incompoſſibilis cum ſubſtantia panis, ſed quando incipit enuntiari, quod hoc eſt corpus Chriſti, ſcilicet contentum ſub ſpeciebus panis, tunc fit conuerſio, quia tunc incipit eſſe incompoſſibilis ſubſtantia corporis Chriſti cum pane, non abſolutè provt ſic enuntiata.

Altera ſententia agnoſcit terminum huius conuerſionis, vt phyſicè incompoſſibilem cum ſubſtantia panis, & tanquam terminum phyſicum, ac realem huius conuerſionis; non tamen ratione ipſius ſubſtantiæ, vel alicuius prædicati ſubſtantialis, quod mutetur vel de nouo producatur, (ſi quidem

ſub-

ſubſtantia Chriſti non mutatur hic, neque producitur, ſed ſupponitur exiſtens) ſed ratione alicuius accidentalis de nouo producti; quod tamen ſubſtantiam corporis Chriſti reddit incompoſſibilem cum ſubſtantia panis ſub eiſdem ſpeciebus; quod aliqui explicant per ipſam præſentiam corporis Chriſti ad iſtas ſpecies, quæ eſt modus ſuperadditus corpori Chriſti; alij per vnionem de nouo productam in corpore Chriſti cum ſpeciebus, quatenus ſubrogatur loco panis, etſi non ſuſtentet eius accidentia. Qui tamen duo modi parum, aut nihil videntur inter ſe differre; quia illa præſentia corporis Chriſti, quam ponit primus modus Scoto communiter attributus, non eſt præſentia localis, ſed modus indiuiſibilis, quo corpus Chriſti fit præſens ſpeciebus, nimirum, totum in toto, & totum ſub qualibet parte, non requiritur autem alia vnio cum ſpeciebus, quam illa, qua Chriſtus fit ſub illis contentus; fit autem, vel redditur contentus, in quantum præſens, quia præſentia illa, & continentia paſſiua idem omninò ſunt: Nec Scotus negat actionem conuerſiuam, ſed diſtinguit duplicem actionem, vnā conuerſiuam terminatam ad ſubſtantiam corporis Chriſti; aliam adductiuam, terminatam ad præſentiam, qua redditur realiter contentum ſub ſpeciebus; licet non explicet, an ſit duplex actio modo de facto concurrens ad conſecrationem; an verò ſolùm ſint duæ actiones poſſibiles in conuerſione; altera quæ terminetur ad ſubſtantiam ipſam, & ſit actio ſubſtantialis; altera quæ terminetur ad præſentiam ſubſtantiæ alibi exiſtentis, illamque præſentem efficiat.

Verùm quidquid ſit de hoc, communiter Scoto tribuitur, quod conſtituat actionem adductiuam, vt rationem, qua Chriſtus redditur in Euchariſtia præſens, non qua ſubſtantialiter attingatur; huiuſmodi autem actionem ſufficere ad conuerſionem, & tranſubſtantiationem exiſtimant Scotus, eiuſque diſcipuli, quia ex vi talis actionis adductiuæ datur ſucceſſio ſubſtantiarum ſub eiſdem ſpeciebus; & habet illa actio vim expellendi totam ſubſtantiam panis, vt reddat totum contentum, & præſens ſub ſpeciebus ipſum corpus Chriſti. Quæ ſententiæ, & aliæ ſimiles cum eo adducantur, vt fugiant admittere, vnam & eamdem entitatem poſſe à duplici cauſa totaliter dependere, ſicut, inquiunt, contingeret, ſi actio conuerſiua immediatè terminaretur ad ſubſtantiam corporis Chriſti; penderet enim à generatione, qua productum eſt, & ab iſta conuerſione, quæ attingit ipſum, produceretque de facto ſi non ſupponeret iam productum, ideo non aſſignant pro termino formali tranſubſtantiationis ſubſtantiam corporis Chriſti, neque illam volunt eſſe ſubſtantialem, neque illud corpus ex ſua natura reddi incompoſſibile cum ſubſtantia panis, ſed ex aliquo ſuperuenienti; quod Scotus vult, eſſe præſentiam, qua illa ſubſtantia ſuccedit ſub ſpeciebus panis; Vaſques autem non eſſe præſentiam ſolùm, quia exiſtimat hanc eſſe compoſſibilem cum pane, ſed verificationem verborum, quibus ex inſtitutione Chriſti fit conſecratio.

Tertia ſententia exiſtimat, abſolutè terminum formalem huius conuerſionis eſſe ipſam ſubſtantiam corporis Chriſti, iſtamque conuerſionem in omni rigore intelligendam eſſe; ita vt non tantum ſit ſucceſſio ſubſtantiarū, ſed ſubſtantialis actio, reddens incompoſſibilem panem cum ipſa ſubſtantia corporis Chriſti, quia verè, & phyſicè tranſit panis in corpus Chriſti; quare tranſubſtantio, ſecundum iſtam ſententiam, non eſt ſolum conuerſio Sacramentalis ratione verborum formæ, vt ſupra explicuimus, ſed etiam phyſica; ea ratione, qua ſine aliqua enuntiatione verborū potuiſſet Chriſtus ſola ſua virtute conuertere pa-

s,& vinum in ſanguinem
ſententia licet ſit magis
ſchola Diui Thomæ, in
men modo,quo illa ſub-
ris Chriſti, quæ præſup-
xiſtens, poſſit de nouo
huius conuerſionis,cum
nihil de nouo recipiat.
eologi: Quidam enim
3.p. q. 77. art. 4. do-
Chriſti eſſe nouum ter-
em per habitudinem, &
terminum à quo, qui
terminus formalis hu-
nis, ſeu tranſubſtantia-
ſtus, non abſolutè in
ex pane fit, fierique ſi-
conſecratoria; atque
us, non ratione nouæ
Chriſto ſuperaddatur,
ui reſpectus, provt ni-
termino à quo, qui eſt
us Chriſti; & ſic idem
vt ex ſanguinibus Bea-
s, eſt terminus forma-
s; vt autem ex pane,
rmalis huius conuer-
em locus indiuiſibilis
ntia, poteſt eſſe termi-
ſcenſus, & deſcenſus,
ed ſub reſpectu ad di-
um à quo; quia provt
ri, eſt aſcenſus, & pro-
riori eſt deſcenſus, cũ
ntitatiuè; dum autem
m formalem tranſub-
e corpus Chriſti,vt ex
t non debere intelligi,
nis remaneat in cor-
ſt illam, ſed quia cor-
eius inſtitutione, pro-
ſupra denotant verba
non induit formalita-
ius conuerſionis, niſi
& ſub reſpectu ad pa-
ectus corporis Chriſti
tinet ad terminum ad
mo eſt ipſemet termi-
reduplicatiuè; panis
obliquo, & non in

recto pertinet ad formalitatem termini ad quem.

Alij autem volunt quidem hanc actionem conuerſiuam eſſe ſimpliciter ſubſtantialem, & habere pro termino formali ipſam ſubſtantiam corporis Chriſti in ſe, & panem etiam ſpectare ad terminum à quo, ſed reſpectum ad illum ſolum generali modo includi in termino ad quem; quia omnis mutatio conuerſiua eſt de termino à quo ad terminum ad quem. Quomodo autem illa attingat de nouo ſubſtantiam Chriſti non producendo aliquid de nouo,dupliciter explicant,qui hanc viam ſequuntur; Primò enim dicunt aliqui actionem iſtam de facto non producere corpus Chriſti, quia reperit illud iam productum; eſſe tamen de ſe efficacem ad illud producendũ, & hoc ſufficere, vt ſit actio ſubſtantialis; non explicant autem quid producat de facto, ſeu in actu ſecundo; ſed tantùm quod ſit productiua ſubſtantiæ in actu primo. Vndè non aſſignant terminum formalem de facto in exercitio. Alij verò dicunt,verum eſſe, quod de facto non producit corpus Chriſti, quia inuenit productum; ſed de facto illud conſeruat in Sacramento ſicut in cælo, quia hoc ſolùm poteſt de nouo ponere in illa ſubſtantia.

Quibus omnibus vijs cum earum authores conentur explicare tantùm fidei noſtræ myſterium, nullus videtur condemnandus, pertinet enim ad maieſtatem myſteriorum fidei, vt varijs modis, ac vijs eorum veritas declaretur, qui tamen nobis magis arridet, eſt illa Caietani,videturque conformior dictis Sanctorum præſertim Ambroſij lib. de Sacram. cap. 4. *Vbi accedit conſecratio de pane fit corpus Chriſti*; nec non Diui Thomæ qu.75. art.4. ad 3. & 78. art.5. Vndè iuxta illum dico, quod terminus formalis trãſubſtantiationis coincidit cum totali, ſicut in creatione; eſtque totum corpus Chriſti, vt fit ex toto pane in

illud

illud conuerſo. Nullum enim eſt inconueniens, quod in conuerſione, quatenus talis eſt formaliter, reſpectus ad terminum à quo includatur intrinſecè, & pertineat ad ſpecificationem termini ad quem; quia ſpecificè, & eſſentialiter conuerſio eſt tranſitus termini à quo, ad terminum ad quem. Vndè non eſt conſideranda iſta conuerſio, neque regulanda ſicut generatio, vel creatio; quæ formaliter non reſpiciunt terminum à quo, nec ab illo ſpecificantur, etiam vt à conditione requiſita, ſed totaliter illum relinquunt tanquam aliquid per accidens; ſed conſideranda eſt vt pura conuerſio, quæ non reſpicit terminum ad quem, vt præcisè factum, ſed vt ex alio mutatum & tranſlatum; atque ita quod fit de nouo in hac actione (quæ purè conuerſio eſt) eſt totus Chriſtus, vt ex toto pane.

Iuxta quem modum loquendi reſoluuntur plures difficultates, rationeſque dubitandi in hac materia. Primo, terminum formalem tranſubſtantiationis eſſe aliquid ſubſtantiale; nempè ipſam ſubſtantiam corporis Chriſti, vt conuerſam ex pane; dicit enim Concilium Tridentinum ſeſſ. 13 cap. 4. *Per conſecrationem panis, & vini conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri*, &c. vbi particula *in ſubſtantiam*, in proprio ſenſu explicat formaliſſimum conuerſionis terminũ, qui vtique ſi eſt ipſa ſubſtantia corporis Chriſti, aliquid ſubſtantiale eſt, neque enim ait Concilium, panem conuerti in præſentiam, in ſucceſſionem, in denominationem, in conſeruationem ſubſtantiæ, ſed abſolutè *in ſubſtantiam corporis Chriſti*; & quia conuerſio eſt in ſubſtantiam, non debet ſumi ſubſtantia vt producta, vel reproducta, vel conſeruata, ſed vt conuerſa, & pro vt ex pane. Quare non fit de nouo ſubſtantia entitatiuè, ſed conuerſiuè, & terminatiuè, id eſt cum nouo reſpectu ad terminum à quo, qui eſt panis, & cum noua dependentia ab actione conuertente. Et ſic corpus Chriſti in Euchariſtia, non ſub reſpectu productionis, ſed ſub reſpectu conuerſionis, & pro vt ex pane, eſt terminus conſecrationis.

Secundò, repugnare quidem, quod idem effectus dependeat à duplici cauſa totali adæquata, ſi ſit creata, propter ſuam limitationem, aut ſi vtraque producat de nouo; ſecus autem, ſi vna ſit creata, altera autem increata, & non producens de nouo; quia hæc continet totam virtutem, & perfectionem alterius, poteſtq; Deus rem aliquam diuerſis actionibus, aut vijs attingere. Nam poteſt hominem facere creatione, formatione ex terra, generatione ordinaria, tranſubſtantiatione; vndè non repugnat ſimul etiam diuerſis actionibus attingere, aut in rem iam exiſtentem aliam cõuertere; & cum obijcitur, quod actio totalis amplectitur totum quod in re eſt factibile, negandum eſt, eam illud attingere ſub omni modo, quo attingibile eſt, id eſt, obedientialiter, & in ordine ad potentiam diuinam; quia Deus poteſt eamdem rem diuerſis actionibus attingere; & licet ad rem iam exiſtentem terminari non queat noua actio per modum productionis, ita quod de nouo exeat de non eſſe ad eſſe, poteſt tamen ad illam terminari per modum conuerſionis, ita quod tranſeat in illam eſſe alterius. Actio itaque vt productiua, ſeu generatiua ſemper eſt mutatio de non eſſe ad eſſe, de potentia ad actum; actio autem vt præcisè conuerſiua, non eſt tranſitus alicuius rei de non eſſe ad eſſe; ſed ſufficit ad formalitatem eius quod tranſeat eſſe vnius ad eſſe alterius; atque adeo non requiritur quod terminus eius ad quem præſupponatur non eſſe ſimpliciter, ſed ſolùm nõ eſſe ex pane, ſi panis conuertatur in ipſum, vt fit in hoc Sacramento, vbi tota ſubſtantia panis conuertitur in totam ſubſtantiam corporis Chriſti; & ita

: nouo ſimpliciter,& pro-
tantùm conuerſiuè, & in
tali termino à quo;quem
ion inconuenit includi in
quem, ſeu ſpecificatiuo
, non quidem directè,ſed
, vel in obliquo; qui ta-
iter requiritur ad ratio-
ſionis, quæ eſt tranſitus
ud, & non ſimplex pro-
etiam obſcuritas in fide,
ectè, ſed de connotato
cetur, eſſentialiter tamen
iere ad eius ſpecifica-

t, quidquid ſit an cor-
natura ſua ſit cum pane
e, abſolutè conſideratũ,
s, quod ſit tale in ordi-
n conuerſiuã; ſeu quod
ione, & in ordine ad il-
s Chriſti incompoſſibi-
o à quo conuerſionis,
: conuertibilis,eſt incõ-
enim requiritur quod
ius ſit incompoſſibilis
ctu omnium actionum,
uod reſpectu alicuius
eſt conuerſio: ſicut quã-
eratur ignis, rectè dici-
: ex natura ſua aeri in-
,nec poſſe ſimul vtrum-
uidquid ſit an per ali-
tionem coniungi poſ-
im quod per illã actio-
im vnius ex alio, natu-
oſſit ſimul cum aere
quidem eſt terminus à
um quia eſt terminus à
: iuxta naturalis gene-
tiam,propterea dicitur
eſſe igni incompoſſibi-
ſtantia corporis Chri-
iertibilis ex pane niſi
, ideo non dicitur illi
naturaliter, ſed obe-
tionem autem illam
er ordinem ad quam
is Chriſti obedientia.
eſt incompoſſibilis in

Euchariſtia cum pane, quidquid ſit de alijs actionibus,quibus putant aliqui illud poſſe à Deo alligari pani, collegit Eccleſia ex verbis eiuſdem Chriſti quaſi à poſteriori, & à ſigno, quia non potuit verificari hoc eſſe corpus ſuum ſimpliciter, & abſolutè, niſi tota ſubſtantia ſub ſpeciebus Euchariſticis contenta, vt oſtendimus ſupra, eſſet corpus Chriſti; non quidem annihilando panem, quoniam annihilatio non facit aliquid, ſicut in præſenti fit,igitur conuertendo panem in corpus Chriſti.

Si inſtetur, dici non poſſe corpus Chriſti, provt ex pane, eſſe rationem incompoſſibilitatis, cum potius hoc ſit præſupponere incompoſſibilitatem, quam oſtendere per quid ſit incompoſſibile cum pane in Euchariſtia; Reſpondetur facile ex dictis,prouenire iſtam incompoſſibilitatem ex ipſa natura corporis Chriſti, non abſolutè conſiderati, ſic enim potius eſſet præſupponere incompoſſibilitatem in eo, quam oſtendere per quid ſit incompoſſibile cum pane in Euchariſtia,ſed vt conuertibile eſt, & in ordine ad talem actionem conuerſiuam,ſic enim eſt ratio à priori dictæ incompoſſibilitatis. Vndè etiam corpus ex pane non ſumitur, vt deſtruens panem in actu ſecundo, & ſic præſupponens deſtructionem, ſed vt deſtructiuum panis in actu primo; quatenus ſupernaturaliter, ſeu ſecundum potentiam obedientialem conuertibile eſt totaliter ex tota ſubſtantia panis. Ex hoc enim ſequitur deſtructio, non autem ad hoc præſupponitur; & ſic corpus Chriſti eſt terminus incompoſſibilitatis, & deſtruens panem conſecutiuè: ſicut etiam ex poſitione termini generationis, ſequitur corruptio formæ præcedentis. Hacque ratione corpus Chriſti obedientialiter nedum deſtructiuum eſt ſubſtantiæ panis, ſed cuiuſcunque alterius entitatis, quam Deus vellet in illud conuertere; quia ſecundum potentiam obedientialem omni-

omnibus illis opponitur, quæ poteſt reſpicere vt terminum à quo; ſicut ignis, vel aer ſecundum potentiam naturalem omnibus illis opponuntur, eaque excludunt, ex quibus generantur.

Quartò apparet, quod Chriſtus ex pane, non dicit nouam entitatem, & ſubſtantiam abſolutè, ſed reſpectiuè, & terminatiuè; quia illamet entitas, quæ alia actione fit, poteſt etiam per iſtam attingi ſub nouo modo, & reſpectu; nec tamen dicitur fieri ſolùm ille reſpectus, aut panem conuerti in illum reſpectum, ſed in ipſam ſubſtantiam corporis Chriſti conuertitur; vt tamen ſubeſt tali reſpectui, & fundat illum. Quemadmodum enim idemmet homo, qui formatur ex terra, ſicut Adam, vel ex ſanguine, ſicut modo ordinario; vel ex nihilo, ſicut per creationem, omnes iſtas actiones terminat ſecundum ſubſtantiam ſuam, non tamen abſolutè, ſed pro vt fundat præfatos diuerſos reſpectus, aut dependentias; quæ tamen ſola noa fiunt, ſed ſubſtantia ſub illis: ita quoque terminus in conuerſione Euchariſtica de nouo factus eſt ſubſtantia Chriſti vt conuerſa; vel quod idem eſt, quod fit de nouo, eſt ſubſtantia corporis Chriſti non abſolutè, ſed vt fundat iſtam conuerſionem, ſeu reſpectum ad illam, & pro vt illum ſic fundat fit de nouo terminatiuè, non entitatiuè: nec tamen propterea dicetur de nouo produci, quia ad productionem non ſufficit fieri aliquid de nouo quomodocunque, ſed debet fieri ex non eſſe ſimpliciter ad nouum eſſe, non autem vt fundat alium reſpectum, quàm iſtum de non eſſe ad eſſe, ſicut terminum: Nec etiam reproduci, quia eſſe reproductũ, eſt fieri de eſſe amiſſo ad eſſe iteratum, loquendo propriè de reproductione: quas denominationes, ac reſpectus ſatis patet deeſſe in iſta conuerſione panis in corpus Chriſti.

Vndè cum dicitur, vnum & idem ſpecificare non poſſe diuerſas actio-
nes, verùm quidem eſt de vno, &
dem formaliter, ſiue ſecundum e
dem rationem conſiderato, non
de vno, & eodem materialiter,
dante diuerſas formalitates, & re
ctus, vt patet in exemplis allatis
militer cum obijcitur, quod idem
mutatũ in ſe nõ poteſt de nouo eg
aut fieri per aliquam actionem; re
detur verum quoque eſſe, idem
nino immutatum tam in ſe, qua
nouo aliquo reſpectu, aut depen
tia, quam fundet, non poſſe de
egredi ab aliqua actione; cęter
falſum eſt, idem immutatum in
eſſe, mutatum autem quoad aliq
nouum reſpectum, non poſſe e
de nouo ab aliquo agente, in qu
de nouo facit illam entitatem d
dentem à ſe, & cum nouo reſpe
terminum à quo, vt ſe habet c
Chriſti ad panem in conuerſion
chariſtica, ad quã ſequitur quoq;
eiuſdẽ corporis pręſentia ſub eiu
ciebus, vndè non eſt primarius
conuerſionis terminus, ſed tantù
cundarius, vel conſecutus. Vt
corpus Chriſti in Euchariſtia it
habeat, quod de nouo fundet
iſta, neceſſe eſt illud de nouo eg
& ſub noua actione fieri, ſcilice
ex pane conuerſum; ſicque d
fieri noua egreſſione conuerſiua,
productiua; atque adeo maner
mutatum in ſe quoad eſſe abſol
conſideratum, non autem quoad
malitatem, & reſpectum, quem f
quatenus conuerſum; qua etia
tione terminat actionem ſpecie
ctam, quia actio non ſpecifica
termino materialiter conſiderato
formaliter, cuiuſmodi eſt c
Chriſti vt conuerſum, ſeu fu
reſpectum ad panem in ipſum c
ſum; vndè etiam ille reſpectus
eſt formaliter terminus huius co
ſionis, ſed connotatum termin
malis, & conſecutum ad ipſum
minus autem formalis eſt ipſa
tas, vel ſubſtantia corporis Chri
fund.

em reſpectum per modum
.
habetur, quomodo poſſit
Chriſti mutari, vel non
iſta conuerſione, mutatur
phyſicè, non autem phyſi-
im per mutationem phyſi-
gatur illa, quæ fit in aliquo
mmuni vtrique extremo,
n hac conuerſione tale ſu-
n dari, cum non ſit con-
alis, qua in ſubiecto mu-
ſæ formæ, ſed totalis, qua
tia panis, tam ſcilicet ma-
forma tranſit in ſubſtan-
is Chriſti, & ſic mutatio
yſica non datur, ſed tan-
yſica, per quã nihil aliud
quam noua aliqua de-
l influentia in ipſo ter-
n, non autem in aliquo
militer nulla in ipſo ter-
m corporis Chriſti fit
s prædicatis quæ habet
t exiſtit in cælo, quia
erſionem nihil amittit
e intrinſecè, ſed in ſe
nouam influentiam, ac
, qua incipit de nouo
ealis illius. Quare hæc
citur metaphyſica, qua
& realis actio, realem
ens, vt explicatum eſt,
t, vt phyſica, per mu-
cti, ſed termini. Per
nciliantur diuerſæ ſen-
m docent in corpore
fieri mutationem ſub-
quntur de mutatione
um, quæ vtique phy-
em illam aſſerunt, lo-
tatione terminatiua,
, qua terminus acci-
ac dependentiam ab
egari ſi quidem non
eſſe mutationem in
in quantum terminus
, non quia aliquod
ſtantiale in eo mute-
at idem, atque antea

entitatiuè corpus Chriſti, ſed quia nouo modo terminat, & dependet ab influentia illius actionis, quam ante, nouumque habet reſpectum ad terminum à quo, nimirum ad panem, ex quo fit conuerſio Euchariſtica.

Sic ergo datur duplex mutatio in corpore Chriſti; vna primaria, & ſubſtantialis, qua nimirum nouo modo, vt explicuimus, dependet à Deo ex vi actionis conuerſiuæ, alia verò ſecundaria, quantum ad præſentiam, quam acquirit ſub ſpeciebus, & vnionem ad illas; illa enim præſentia, & vnio recipitur in corpore Chriſti, quia ipſum corpus Chriſti in ſe intrinſecè, & formaliter conſtituitur pręſens ſub ſpeciebus. Ad quam tamen pręſentiam producendam non requiritur actio diſtincta à conuerſione, ſed per eamdem actionem conuerſiuam, qua attingitur ſubſtantia corporis Chriſti ex pane, conſtituitur præſens ſub ſpeciebus: ſicut eadem actione, qua generatur ſubſtantia, conſtituitur præſens in loco. Quidquid ſit autem, an conuerſio illa abſolutè conſiderata, & metaphyſicè ſaluari poſſit, abſque eo quod talem præſentiam, aut vnionem ad ſpecies producat, quatenus vt volunt aliqui poſſet Deus ponere hic corpus Chriſti deſtruendo accidentia panis; quidquid, inquam; ſit de hoc iſta conuerſio quatenus Sacramentalis, habet vim ponendi Chriſtum ſub ſpeciebus, vt mediantibus illis reddatur viſibilis, & Sacramentatus; neque eſt nouum, quod actio productiua ſubſtantiæ, vel conuerſiua, habeat vim ponendi aliquod accidens in illa, quod non ſit propria paſſio; ſicut eadem actione, qua fit corpus mixtum, fit conſecutiuè color, & figura, aliaque accidentia, quæ non ſunt propriæ paſſiones.

Vndè etiam colligitur, in quo ſubiecto ſit iſta conuerſio, ſeu actio, cũ enim ex dictis non habeat ſubiectum commune ſub vtroque extremo manens, ſicut habet conuerſio formalis,

certum eſt illam non ſubiectari in tali ſubiecto, proindèque Diuus Thomas rectè ait quæſt. 75. art. 4. ad 2. *quod huius conuerſionis non eſt accipere aliquod ſubiectum*; cum ibidem ad 1. prius dixiſſet, *quod cum hac conuerſio ſubſtantialis importet ordinem quemdam ſubſtantiarum, quarum vna conuertitur in aliam, eſt ſicut in ſubiecto in vtraque ſubſtantia, ſicut ordo, & numerus*; quia licet hęc conuerſio non habeat ſubiectum commune, neceſſario tamen habet ſubiectum inhęſionis ſeu denominationis, cum vtrumque extremum denominetur mutatum; vnum priuatiuè, alterum poſitiuè. Quę rurſus actio conuerſiua cum duplicem inuoluat mutationem, hæc duo diſtinguenda ſunt, vt vnicuique propriũ aſſignetur ſubiectum. Nam actio illa conſiderata actiuè, vt eſt ipſe actus ſecundus, ex parte agentis eſt in Deo; nec eſt aliud quam ipſe Deus, qui ſeipſo, & non per aliud ſuperadditum eſt in actu puro, & in actu ſecundo ad omnes effectus, quos voluerit producere; actio verò inſtrumentalis, quæ pertinet ad ipſa verba prolata inſtrumentaliter concurrentia ad iſtam conuerſionem, ſi talis concurſus ſit phyſicus, ſpectat ad ipſam virtutem à Deo verbis impreſſam; ſi autem conſideretur illa actio, vt ſe tenet ex parte termini ad quem, atque adeò cum ipſa mutatione inuoluitur, eſt in illo termino, nimirum in corpore Chriſti, tanquam in ſubiecto, eo quod actio ſic conſiderata, identificatur cum ſuo termino ad quem, ſicut fieri cum facto eſſe; via & motus cum termino; vbi enim eſt terminus, ibi eſt actio vt terminata. Mutatio autem priuatiua panis non habet ſubiectum poſitiuũ, quia ſubiectum eius deſtruitur, cum tranſeat de eſſe ad non eſſe; & ſic mutatio corruptiua formaliter non habet ſubiectum poſitiuum permanens, ſed tranſiens, & deſtructum; ideoque cum illo tranſit ipſa mutatio priuatiua. Quia tamen corruptio ſequitur ad ipſam generationem effectiuè, ideo corruptio effectiua eſt in genito, vbi eſt ipſa generatio, quæ eſt effectiua corruptio; formalis autem deſtructio, ſeu corruptio non habet ſubiectum exiſtens, ſed deſtructum, nec amplius requiritur ad priuationem, ſeu negationem; quare non tam habet ſubiectum inhæſionis, quam denominationis.

Sextò conſtat hanc conuerſionem, ſeu tranſubſtantiationem, non eſſe creationem propriè dictam reſpectu ſui termini ad quem poſitiui; nec annihilationem reſpectu panis deſtructi; ratio primi eſt, quia ad creationem non ſolum requiritur, quod res fiat ex non ſubiecto, ſed etiam ex non termino, ſcilicet ex nihilo, ad conuerſionem autem, vt vidimus, per ſe requiritur quod fiat ex aliquo termino poſitiuo, licet nõ fiat in aliquo ſubiecto cõmuni vtriq; extremo, quia eſt tranſitus de vno in aliud; tranſubſtanciatio igitur eſt actio à creatione diſtincta. Circa alterum, licet nonnulli antiqui contrarium docuerint, nihilominus communis ſententia eſt, in hac conuerſione panem non annihilari, adeò certa, vt aliqui oppoſitam cenſeant eſſe erroneam; S. Thomas 3. p. q. 77. art. 3. ſolùm vocat illam falſam. Diuiduntur tamen Theologi inter ſe in aſſignanda ratione cur non ſit anihilatio hæc mutatio; præferenda eſt omnibus illa Diui Thomæ loco ſtatim citato: vbi ait, *quod quia id, in quod eſt conuerſa ſubſtãtia panis eſt aliquid (ſcilicet corpus Chriſti) ideo ſubſtantia panis non eſt annihilata*. Tota ergo ratio ex S. Thoma, negandi annihilationem panis eſt, quia conuertitur in corpus Chriſti, nõ ergo annihilatur; quia annihilari eſt conuerti in nihil; ſi igitur panis conuertitur in corpus Chriſti non annihilatur, licet ex conſequenti deſtruatur, nimirum ad poſitionem termini incompoſſibilis cum illo. Itaque non ſufficit ad annihilationem, quod aliquid in ſe maneat deſtructum, & non habens

ſed inſuper exigitur,quod
liquid fiat: nam ſi de illo
pſum non fit nihil, atque
nihilatur, cum nihil aliud
, quam fieri nihil. Vndè
ant, qui ad negandam
em, confugiunt ad hoc,
eat aliquid de tali re,ſiue
in potentia; quia licet nō
amen ex illo fiat aliquid,
annihilatur, quia non fit
go aliqua mutatio non
denominetur annihilatio
quod remaneat aliquid,
re fit, ſiue in quod illa
ur, etſi res ipſa totaliter
onſecutiuè, & ſecunda-
fit annihilatio, non ſuf-
onſecuta ad aliquid fa-
em talis deſitio etiam in
corruptione, quæ conſe-
erationem, reperitur; ſed
uod per ſe, & directè
l, ita quod terminus ad
quem deſinit, ſit ipſum
em terminus ad quem
ſitiuum, ex quo conſe-
eius, quod ſe habet vt
o; propterea que com-
ur, in annihilatione non
em, ſed potius ſuſpen-
is, & influxus; quia pu-
habetur ex influxu po-
ablatione, vel ſuſpenſio-

m dubitari non poſſit,
æſentiæ, qua corpus
uenter ad tranſubſtan-
u conuerſionem totius
is in illud, eſt indiuiſi-
liter in qualibet hoſtia,
parte illius, maneat
vnitum, ſeu ſpeciebus
us, tum quia licet cor-
uod eſt conſecratum
t etiam ſine illis diuina
conſeruari, & tunc eſſe
aliqui, non tamen eſſet
er, vt ſatis patet, illa
ntalis eius præſentia in-
cludit neceſſario quamdam habitudinem, & vnionem cum ſpeciebus conſecratis; tùm quia ad motum earumdem ſpecierum mouetur etiam corpus Chriſti, quando enim mouetur hoſtia, non manet extra illam; moueri autem non poſſet ad motum ſpecierũ, niſi eſſet illis coniunctum; quia nihil mouetur ad motum alterius, niſi illi ſit aliquo modo vnitum, & coniunctum; cum, inquam, de vnione corporis Chriſti cum ſpeciebus, ſuppoſita reali, & Sacramentali eius ſub illis præſentia, dubitari non poſſit; difficile tamen eſt explicare, qualis illa ſit, cum ſit ſingularis, & ſine exemplo. Probabilius videntur loqui, qui eam aſſimilant vnioni, qua duo corpora ſe inuicem penetrant; vel potius, qua vna ſubſtantia, ſi diuinitus quantitate depudaretur, intra aliam quantitatem poneretur: tunc enim ſolùm diceretur penetrari, quia intra terminos illius eſſet, ſic etiam corpus Chriſti, cum non ſit modo quantitatiuo in ordine ad locum, atque adeò non indigeat penetratione, vt ſit cum altero, nec conſequenter in rigore poſſit dici penetratum, ſicut duo corpora penetrantur; rectè tamen dici poteſt poni loco panis intra terminos quantitatis ab eo ſeparatæ, nec indè poſſe auelli, quia motu locali moueri non poteſt, nec conſequenter dimoueri, ſed ſolùm poſſe deſinere ibi eſſe, aut deſtructis accidentibus, quibus eſt coniunctum, aut Deo ipſo ſeparante, cum, vt diximus, diſſolui non poſſit per motum localem, nec alia detur actio naturalis, quæ opponatur illi penetrationi, vel poſitioni intra terminos quantitatis.

Si quis autem inquirat vtrum Sacramentalis hæc præſentia Chriſti Domini pendeat ab eius naturali prę-ſentia, quia id fieri poteſt duobus modis, primò ſimpliciter, & abſolutè non conſiderando inſtitutionẽ Euchariſtiæ provt iam facta eſt à Chriſto Domino; deindè ſpectando illam, vt

nunc

nunc ab eo factam, diſtinguunt quoque Theologi, & dicunt, quod loquendo de abſoluta Dei potentia, non conſiderando inſtitutionem huius Sacramenti, pro vt eſt à Chriſto Domino determinata fieri in eius perſona per verba ab illo præſcripta, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt ſanguis meus*: Sacramentalis poſitio corporis, & ſanguinis Chriſti non dependet intrinſecè à naturali eorum exiſtentia; ſed hoc Sacramentum potuit ita à Deo inſtitui, vt corpus, & ſanguis Chriſti Domini realiter,& ſubſtantialiter ponerentur,& remanerent ſub ſpeciebus panis,& vini, antequã myſteriũ Incarnationis eſſet peractum; eodem modo diſcurrunt de præſentia Sacramentali eiuſdem Chriſti, eam nimirum,iuxta præfatam conſiderationem, non dependere intrinſecè à naturali, nec illam neceſſariò ſupponere, ſi quidem ad realem cuiuſcunque rei creatæ exiſtentiam, ſequitur ipſam eſſe alicubi, in hoc, vel illo determinato ſpatio. At ſi conſideretur inſtitutio Euchariſtiæ, vt eſt facta à Chriſto Domino cum dicta verborum forma, Sacramentalis poſitio, ſeu exiſtentia, & ex conſequenti præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti Domini ſub ſpeciebus panis, & vini præſupponit neceſſario aliquam illorum exiſtentiam, & præſentiam naturalem, vel Sacramentalem, ſeu aliam, quam de facto tamen habeant alicubi, ſiue in Sacramento, ſiue extra Sacramentum; Cuius ratio deſumitur ex iſtis duobus terminis *meum, meus*, qui annectuntur attributis iſtarum ſacramentalium propoſitionum, & ideo à Grammaticis appellantur *poſſeſsiui*, quia denotant id, cui deſignando applicantur, eſſe, vel ſaltem fuiſſe in actuali poſſeſſione eius, qui tali propoſitione id affirmat: Vt enim iſtæ propoſitiones, quibus de facto Chriſtus Euchariſtiã inſtituere voluit, *Hoc eſt corpus meum*, *Hic eſt ſanguis meus*, ſint veræ, ſeu ex vi illarum, ſint vel ponantur in illa corpus, & ſanguis Chriſti Dom[...] debent ab eo de facto haberi,ſeu [...] ſideri, vel aliquando fuiſſe poſſeſ[...] atque adeo aliqua eorum actualis [...] ſtentia præſens, vel præterita nec[...] riò ſupponitur eorum conſecrat[...] per verba à Chriſto Domino inſt[...] ta. De facto autem alia non [...] quando Chriſtus hoc Sacrament[...] inſtituit, quam exiſtentia, & præſe[...] eius naturalis.

Circa motum autem localem c[...] poris, & ſanguinis Chriſti Domi[...] Sacramento Euchariſtiæ, cum ali[...] ita poſſit moueri duobus modis, [...] mò per ſe, quando ſcilicet recipit [...] ſe primò, & non mediante alio, [...] mam motus. Deindè per accide[...] quando ſcilicet aliquid ita mou[...] ad motum alterius, vt tamen for[...] illa motus in illo quomodocunq[...] recepta vel intrinſecè, vel per ſola[...] denominationem extrinſecam, po[...] let motum alterius, tanquam prin[...] pium ſui, vel tanquam aliquid præ[...] quiſitum, qua ratione Nauta ſed[...] in naui dicitur moueri per accid[...] ad motum nauis, non quod non [...] tetur in ſe, ſed quod non recipit [...] ſeipſo motum illum, niſi pro vt na[...] in qua ſedet impellitur: Conueni[...] primò omnes Theologi, quando ſ[...] cies conſecrata mouentur ſecund[...] locum, moueri quoque corpus,& ſa[...] guinem Chriſti Domini ſub illis e[...] ſtentia, vel præſentia, idque ita [...] certum, vt oppoſitum videatur il[...] erroneum; ſi quidem illa ſic abſolu[...] vel ſimpliciter negata, ſequitur n[...] corpus Chriſti,& eius ſanguinem c[...] cumgeſtari in proceſſionibus, nec c[...] ferri ad infirmos, nec manducari re[...] liter in Euchariſtia, quæ omnia ſu[...] hæretica, vt patet ex Concil.Trid.ſe[...] 13. can.6.7. & 8. Diſcordant tame[...] in hoc, quod quando ſpecies conſ[...] cratæ mouentur loco, putant aliqu[...] corpus, & ſanguinem Chriſti ſub ill[...] exiſtentia dici moueri, per puram de[...] nominationem extrinſecam deſum[...]

ptam

tatione, quæ fit in ſpecie-
item per motum illis quo-
ntem. Iterum concordant
eologi hunc motum non
primo, & per ſe corpori,
Chriſti exiſtentibus ſub
onſecratis, ſiue quod idem
ri naturaliter ab anima
mini per virtutem ſibi in-
ralem, qua primum mo-
corpus, deindè verò ſpe-
bus illud cōtinetur, quid-
upernaturaliter, ac virtute
æſtare poſſit. Nec etiam
o iſte motus corporis, &
hriſti ad motum ſpecierū,
o ſtatuerit, vt quotieſcun-
moueret ſpecies conſecra.
ſe Deus ſimul, & ſemel
um Chriſti Domini cor-
uinem ſub illis exiſtentia,
entire Scotus, quidquid
le ſua potentia abſoluta
mouere corpus Chriſti
Sacramento, deindè per
cies conſecratas, quate-
nprimeret motum corpo-
omini, & conſequenter
ecies ſub quibus conti-
aliqui affirmant, alij verò
quod corpus Chriſti ſit
ſcumque motus localis,
d exiſtit ſub ſpeciebus
ſibili; loquendo igitur de
Chriſti Domini ex San-
.76. art. 6. vt exiſtens in
mouetur per accidens à
el alio quouis mouente
cratas, ſub quibus con-
um illud accipimus, ſeu
s. Quod tamen non im-
rectè dicatur manducari
formali manducatione;
Patres loquentes de hac
e corporis Domini, &
s ſanguinis, indicant il-
dici de corpore, & ſan-
Domini in communio-
ca, quam viſio dicatur
materiali: ſed ſubſtantia
materialis dicitur propriè videri, licet viſio dicatur de illa tantùm ratione ſuorum accidentium; hæc enim fit viſibilis ratione colorum: igitur cum corpus, & ſanguis Chriſti Domini in hoc Sacramento ſubeant locum ſubſtantiæ panis, excepta informatione, & ſuſtentatione, ſicut ſubſtantia materialis rectè dicitur formaliter videri, eſto tantùm per accidens, & ſecundariò, ita quoque corpus, & ſanguis Chriſti Domini poterunt rectè dici, ſaltem per accidens, ſeu ratione ſpecierum conſecratarum, ſub quibus exiſtunt, manducari, & bibi propriè dicta formali manducatione, & bibitione, cum traiectio eorum fiat modo vitali, & per inſtrumenta vitalia ab ore ad ſtomachum comedentis, quæ primò, & per ſe terminet ſe ad ſpecies conſecratas, & ſecundario ratione earum ad corpus, & ſanguinem Chriſti. Vnde Chriſoſtomus loquens de eo vt exiſtente in hoc Sacramento homil. 83. in Matth. ait: *Ipſum vides, ipſum tangis, ipſum comedis*. Et Diuus Auguſtinus ſerm. 2. de verbis Apoſtoli: *Quod in Sacramento viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate ſpiritaliter etiam manducatur*.

Octauò quod pertinet ad alterationem tam actiuam, quam paſſiuam corporis Chriſti in hoc Sacramento, quidquid ſit de potentia diuina, communis eſt Theologorum ſententia, illud, etiam abſtrahendo ab eo quod nunc ſit glorioſum, & proindè impaſſibile ex vi ſuæ beatitudinis, vt exiſtens præcisè in hoc Sacramento modo indiuiſibili, non poſſe pati ab extrinſecis agentibus aliquam tranſeuntem actionem; nec viciſſim poſſe exercere ſimiles actiones in aliquod corpus externum. Nullum enim agens, vel patiens poteſt ſola ſua virtute naturali agere, vel pati naturaliter, niſi quatenus vtrumq; illorum habet modum agendi, & patiendi ſibi connaturalem, ac proprium; ità exigente proportione, quæ debet eſſe inter actionem

nem

nem naturalem , & paſſionem ei correſpondentem ; quæque etiam attenditur penes modum , quo agens agit , vel quo patiens patitur: ſed modus agendi , & patiendi entium corporeorum, qualia ſunt Chriſti Domini corpus,& alia entia extrinſeca,de quibus agimus, eſt agere & pati modo quantitatiuo , & cum extenſione actuali in ordine ad locum ; cum agant per accommodationem materiæ ad formam introducendam, medijs accidentibus, velut præuijs diſpoſitionibus , quas ſatis patet nec fieri , nec recipi niſi cũ actuali extenſione partiũ in ordine ad locum, tam agentium , quam patientium , quia contactus quidam phyſicus , qui in agentibus corporeis eſt quantitatiuus , requiritur inter illa & patiens: Igitur cum corpus Chriſti Domini in hoc Sacramento careat huiuſmodi extenſione locali actuali , non poteſt, vt ſic exiſtens præciſè ſua ſola naturali virtute agere in corpora externa, nec è contra pati ab illis. Ob eamdem rationem concedunt omnes, Chriſtum Dominum , provt exiſtit in hoc Sacramento , non poſſe naturaliter actiones immanentes ſenſuum exercere, quæ enim dependent ab organo corporeo ; cuiuſmodi ſunt actus ſenſuum tam internorum, quam externorum, naturaliter poſtulant aliquam extenſionem actualem in ordine ad locum.

Maior difficultas eſt , vtrum præſentia , & vnio corporis Chriſti ſub ſpeciebus, vel quod idem eſt , vtrum corpus Chriſti , vt reduplicatiuè exiſtens in Sacramento altaris poſſit videri aliquo oculo corporeo , ſaltem glorificato; aliqui enim authores ſentiunt miraculosè illud poſſe videri ; idque cõcedunt de facto oculis Chriſti, quibus videtur fauere Diuus Thomas , vt mox videbimus ; idem etiam priuilegium nonnulli tribuunt Beatiſſimæ Virgini : Verior tamen eſt ſententia Diui Thomæ , Chriſti corpus vt reduplicatiuè exiſtens in Sacramẽ-

to altaris nedum videri, ſed nec
deri poſſe aliquo oculo corpore
quantumuis glorificato , & eleua
Ratio implicantiæ eſt, quia illa p
ſentia , vel corpus ſub illo modo ſ
extra ſphęram obiecti ſenſibilis ;
plicat enim potentiam cognoſcent
tendere in obiectum , quod eſt ext
ſphæram ſuæ propriæ , & adæqu
ſpecificationis . Quod autem ait S
ctus Thomas qu.76. art.7. ad 2. *Q*
oculus Chriſti videt ſeipſum ſub Sac
mento exiſtentem ; non tamen poteſt
dere ipſum modum eſſendi , quo eſt
Sacramento : nec tamen eſt ſimile de
oculo glorioſo , quia etiam oculus C
ſti eſt ſub hoc Sacramento , in quo
conformatur ei oculus glorioſus : n
fauet oppoſitæ ſententiæ; ſenſus e
eiuſmodi verborum eſt,oculum C
ſti exiſtentem in Sacramento vide
ſeipſum ibi exiſtentem materialit
& ſpecificatiuè , quatenus retinet
ſionem ſui in cælo; non tamen for
liter , & reduplicatiuè , quatenus
citur modo ſacramentali , vt pate
illis verbis , *non tamen poteſt vide*
ipſum modum eſſendi, quo eſt ſub Sa
mento ; igitur corpus ſub illo m
viſibile non eſt , quia non poteſt
illo modo videri reduplicatiuè ,
modus ipſe attingatur . Verùm q
Chriſtus in cælo ſeipſum videt, &
lemet oculus ponitur in Sacrame
cum viſione quam habet in cælo,i
dicitur Chriſtus in Sacramento
ipſum quidem videre abſolutè ,ſn
autem provt in Sacramento redu
catiuè ; ſiue quod idem eſt , oculu
Chriſti ſub Sacramento, videre ſei
exiſtentem,non tamen exiſtentem
Sacramento , in quo diſtinguitur
alijs beatis, qui nec ſpecificatiuè,
reduplicatiuè illum vident, vel q
idem eſt, neque in Sacramento ipſ
vident , quia non continentur in ill
vt Chriſtus , nec pro vt in Sacram
to exiſtentem , quia ſic non eſt ob
ctum vlli oculo etiam Chriſti viſibi
Eodem modo aliqui explicant ali

Diui

æ locum in 4. ſentent.
art.4. quæſtiunc.1. ad 1.
d oculus Chriſti extra ſpe-
ntales exiſtens, non videt ſe-
ſpecies Sacramentales exi-
miraculosè; & ſimiliter alij
non vident ipſum hic, niſi
aculum; ſed vt patebit
ſideranti, illa non poteſt
c explicationẽ; vnde di-
Diuum Thomam, vt in
s rebus ita in hac mutaſ-
ſententiam, quam ibi te-
bi dubitatiuè ex aliorum
itum fuiſſe, loco autem
reſolutiuè, & ex propria

Angelus naturaliter, ſeu
ne poſſit cognoſcere, vel
ſentiam Chriſti in Sacra-
nullum ſit dubium inter
quod non ſolùm Angeli,
poſſimus ſupernaturali-
ngere hic per fidem, & in
nem, aliqui inſuper exi-
aliter etiam ab Angelo
è; negatiua tamen ſen-
homæ, & diſcipulorum
6. art.7. eſt longè pro-
cet modum illum Sa-
in ſe directè videri, aut
oſſe ab Angelis natura-
erò aliquos effectus na-
t circa operationem, vel
poris Chriſti, videri il-
rte effectuum non in ſe:
in materia Incarnatio-
tia increata, & vnione
manitatis. Hactenus de
ad corpus, & propor-
ad ſanguinem Chriſti
panis, & vini in Eucha-
us, ſuppoſita reali co-
llis præſentia per tran-
em, ſeu conuerſionem
iæ panis, & vini in ſub-
ris, & ſanguinis Chriſti
apite propugnamus ad-
nos; ſolùm vltimò no-
uod quando in hoc Sa-

cramento apparet miraculosè caro, vel puer, remaneat adhuc ibi verè corpus Chriſti, vt docet Diuus Thomas quæſt.76.art.8. maximè quando talis apparitio accidit ſolùm ex parte videntium, id eſt quando eorum oculi diuinitus immutantur taliter, ac ſi viderent exterius, carnem, ſanguinem, vel puerum; nulla immutatione facta ex parte Sacramenti; ſi autem fiat ex parte illius, quia nimirum ſpecierum conſecratarum color, & odor, & cætera eiuſmodi immutantur, quod duobus adhuc modis poteſt fieri, primò & per ſe, quatenus talis immutatio fit tantùm in accidentibus communibus, v.g. in colore tantùm, vel figura, ſub quibus tamen ſubſtantia panis poſſit ſaluari; ſecundò quatenus fit in accidentibus proprijs, & intrinſecis eiuſmodi ſpecierum, cuiuſmodi ſunt odor & ſapor, communis eſt Theologorum ſententia, quando hęc immutatio fit primo tantùm modo, hoc eſt in accidentibus communibus, remanere quoque ſub ſpeciebus conſecratis Chriſti Domini corpus, & ſanguinem; ſecus autem ſi fiat in accidentibus proprijs, & intrinſecis, quales ſunt odor, & ſapor. Ratio omnium eſt, quia tandiu corpus Chriſti Domini manet ſub ſpeciebus conſecratis, ſimiliter & eius ſanguis, quandiu ſpecies eiuſmodi poſſent conſeruare ſub ſe naturaliter ſubſtantiam panis, & vini ſi remanſiſſet ibi; at ſpecies panis, & vini poſſent naturaliter conſeruare ſub ſe ſubſtantiam panis & vini, quãdo immutatio fieret extra ſpecies, vel quia reciperetur tantùm in corpore circumſtante, vel in medio, vel in oculis videntium, vel in eorum phantaſia; item quando immutatio ſolùm fieret in accidentibus cõmunibus naturaliter non deperderetur prædicta ſubſtantia panis, & vini, ſed tantummodo ad immutationem propriorum, de quorum numero ſunt odor, & ſapor: In illis ergo duobus caſibus corpus, & ſanguis Chriſti Domini adhuc

remanent ſub ſpeciebus conſecratis.

Iam quod attinet ad accidentia remanentia in hoc Sacramento, ſicut Lutherani, & Caluiniſtæ, reliquique omnes, qui negant tranſubſtantionem conſequenter negant accidentia panis, & vini remanere in hoc Sacramento ſine ſubiecto, Catholici per oppoſitum illam admittentes primò tenent, accidentia panis, & vini remanere in Sacramento Euchariſtiæ ſine ſubiecto, vt in pluribus Concilijs definitum eſt, Conſtantienſi ſeſſ. 8. & Tridentino ſeſſ.13.can.2.Cum autem accidentia panis, & vini poſſint diſtingui duplicia, prioris generis ſunt, quæ in ſuo formali conceptu includunt actualem exiſtentiam propriæ ſubſtantiæ ſibi intimè præſentis ſecundum ſuam entitatem, vel de facto vnitæ; cuiuſmodi ſunt relatio ſubſtantiæ panis, & vini ad ſua accidentia; item vnio eiuſmodi ſubſtantiarum cum ſuis accidentibus, & alia ſimilia. Poſterioris generis ſunt, quæ in præciſo conceptu non dicunt prædictam illam actualem vnionem, vel exiſtentiam ſubſtantiæ, ſed ordinantur ad aliquam actionem, vel paſſionem accidentalem, vel ad aliquid ſimile, cuiuſmodi ſunt quantitas, & qualitas, cæteraque id genus accidentia ſubſtantiæ corporeæ; Veritas Catholica non procedit de accidentibus primi generis, libenter enim admittimus, ſublata ſubſtantia panis, & vini, ea non remanere, quandoquidem vel identificantur cum ſua ſubſtantia, vel intrinſecũ ordinem dicunt ad actualem vnionem vel exiſtentiam eiuſmodi ſubſtantiæ; ſed de accidentibus ſecundi generis, ea enim dicimus remanere in Sacramento Euchariſtiæ ſine ſubiecto, quod adhuc intelligendum eſt, non de ſubiecto quo, vt mox dicemus, ſed de ſubiecto quod principali, & remoto, nimirum ſubſtantiali omnium accidentium; ea enim ſine tali ſubiecto exiſtere, nullam prorſus inuoluit contradictionem in ordine ad omnipoten-

tiam diuinam; vnde ſi qui Patre
terdum dicunt accidentia non ſ
rari à ſubiecto, loquuntur tantùm
via naturali, & ordinaria, vt ſatis
tet ex alijs eorum teſtimonijs, qui
vt vidimus ſupra, probant tran
ſtantiationem. Nec indè ſequi
ipſos ſenſus falli circa proprium o
ctum, nam externi ſenſus haben
ſuo obiecto accidentia; quod ver
accidentibus panis, & vini collig
ibi eſſe ſubſtantiam panis, & vini
pertinet ad diſcurſum intellectus
id ita colligit ſtando ſolùm in or
rerum naturalium, & ſubintellig
id ita eſſe, niſi, provt fides nos d
in Sacramento Euchariſtiæ, Deu
perans ſupra modum naturæ d
fuerit aliter: vndè etiam fit, vt n
prorſus deceptio reperiatur, cum
S.Auguſtino, ibi non ſit deceptio
id quod fit per modum ordinari
deputatur ad aliquid ſignificand
vt contingit in hoc myſterio, nam
ſæpius diximus ſupra, accidentia,
remanent, ſignificant nobis corpu
ſanguinem Chriſti ſub illis conte
eſſe verum cibum, & potum ani

Suppoſita veriori ſententia, q
quantitas ſit aliquid diſtinctum à
teria rei, quæ dicitur quanta, vt
nes ferè docent contra Nomina
item quod accidentia corporea
piantur in materia mediante qua
tate, Theologi communiter aſſer
quantitatem eſſe ſubiectum quo
proximum aliorum accidentium
nis, & vini, quæ remanent in Sa
mento; ſicque alia accidentia à qu
titate per tranſubſtantiationem n
deperdere ſuam immediatam ac
lem inhærentiam, ſed mediatam
taxat, quam ſcilicet habebant in
biecto ſubſtantiali mediante qua
tate, nullamque aliam in illis
immutationem.

Maior difficultas eſt, quomodo, &
quid accidẽtia ſint ſine ſubiecto q
in Euchariſtia; triaque circa hoc
Theologorum placita; primum e
qu

nant illa accipere de nouo
, qua incipiunt de nouo
ſe, cum ante conſecratio-
rent per exiſtentiam ſub-
nis, & vini, cui de facto
; ſed communiter reijcitur,
nnitatur fundamento, ſci-
ens non exiſtere formaliter
ſtentia, ſed tantùm aliena
s ſecunda ſententia putat
nouo ſuperaddi ſaltem
ratione cuius hæc quan-
t in ſe, vt etiam ſit ſubie-
m omnium accidentium;
radditum ſecundum ali-
ua quædam entitas per ſe
quantitate, quæ illi tri-
exiſtendi in ſe; ſecun-
verò eſt ſolùm quidam
liter idem cum quanti-
a demum ſententia aſ-
reale ſuperaddi quantita-
ccidentibus, quo poſt con-
exiſtant ſine ſubiecto, ſed
m mutationem fieri in
quod ſcilicet cum Deus
ationem duo conſeruaret
e, primùm eius exiſtentiã,
alem eius inhærentiam in
nquam modum connatu-
ruandi exiſtentiam quan-
poſt conſecrationem con-
m exiſtentiam quantitatis
inali inhærentia, iuxta
tiam inhærentia non eſt
identium exiſtentia, ſed
lus illius; ita vt exiſtentia
ahatur in ſubſtantia per
ndi per ſe, in accidenti-
er modum eſſendi in alio
ſubiecto, actualiter, vel
ter.

circa actionem, & paſſio-
dem accidentium, com-
ologi docent, ea poſt cõ-
immutare eodem modo
r obiecta ſibi extrinſeca,
crationem; ſimiliter do-
accidentia conſecrata
ntialiter immutare obie-

cta extrinſeca, quæ poterant ſubſtantialiter immutare ante conſecrationẽ, experientia docente, quod ſi parum aquæ immiſceatur calici conſecrato in magna quantitate, tunc ſpecies conſecratæ conuertunt illud in vinum. Solùm inter eos controuerſia eſt in alia philoſophica fundata, vtrũ accidentia in virtute ſuæ ſubſtantiæ poſſint ſubſtantiam producere, an verò quando ſunt ſeparata, & nihilominus ſubſtantia producitur, tunc Deus ſuppleat defectum ſubſtantiæ abſentis: Qui enim hanc vltimam ſequuntur ſententiam, debent conſequenter dicere Deum in præſenti caſu ſupplere defectum ſubſtantiæ panis, & vini; quæ non amplius remanet ſub ſpeciebus conſecratis: qui verò priori adhęrent, debent conformiter dicere, vel talem virtutem agendi remanere in ipſis accidentibus, cum illa nihil ſit diſtinctum ab eorum entitate; vel ſi ſit aliquid aliud, tunc etiam ſuppleri à Deo, quatenus dat iſtis accidentibus conſecratis, quod ipſa eorũ ſubſtantia dediſſet illis, tuncque daret, ſi adeſſet; Ex communi ſiquidem Philoſophorum ſenſu, tunc recurrendum eſt ad Deum in effectibus, quando nõ datur à parte rei aliqua eorum cauſa naturalis, & effectus ſuperat efficientiam cauſæ, quæ tunc agnoſcitur interuenire, vt patet in productione animæ rationalis; Igitur cum ſpecies Sacramentales ſępe producant aliquã ſubſtantiam, ſi ſemel ſupponitur eas ſola ſua virtute, aut entitate id præſtare non poſſe, neceſſariò dicendum eſt, tunc Deum ſupplere totam efficientiam, quam ibi haberet ſubſtantia panis, & vini, ſi adeſſet; accidentia autem ſolùm exhibere ſuum concurſum naturalem, & ordinarium: abſque eo quod nouum tunc ſit miraculum, quia ordo naturæ exigit, & eſt tale pactum Dei cum natura, vt quando cauſæ naturales agendo naturaliter ita diſpoſuerunt ſubiectum, vt formam aliquam nobiliorem requirant,

quam ſunt eius cauſæ, tunc Deus illam producat,& ſeipſo ſuppleat in genere cauſæ efficientis, quod aliàs faceret cauſa naturalis ſi adeſſet.

Tertiò quantùm ad corruptionem ſpecierum Sacramentalium, cum tria in ipſis poſſint conſiderari, primò earum qualitates, ſecundò modi quantitatis, qui acquiruntur, & deperduntur per rarefactionem, & condenſationẽ; tertiò quantitas, quæ remanet in hoc Sacramento per modum ſubiecti quo cæterorum accidentiũ, concedunt omnes Theologi ſpecies Sacramentales quo ad duo prima poſſe corrumpi naturaliter ab ijſdem agentibus, à quibus corrumperentur ſi eſſent in propria ſubſtantia; vndè ſicut ſubſtantia panis, & vini, ſi ibi eſſet, deſineret ad corruptionem, & deſitionem iſtorum accidentium; ita etiam Chriſti Domini corpus, & ſanguis deſinunt ibi eſſe, illis ſpeciebus corruptis. Quod verò pertinet ad quantitatem, vtrum & quomodo corrumpatur? pendet ex illa quæſtione phyſica, vtrum fiat reſolutio vſque ad materiam primam, vel quantitas ſit illi coæua, qui enim primùm tenent, conſequenter docent illam corrumpi, non quidem propria corruptione, cum nullum ibi poſſit aſſignari ſubiectum, ſed quadam veluti annihilatione, Deo deſinente illam conſeruare, quando actio cauſæ naturalis ita inualuit, vt ſubſtantia panis, & vini corrumperetur ſi foret præſens; at qui volunt illam eſſe coæuam, conſequenter negant illam corrumpi, licet varias induat figuras.

Quartò, licet nonnulli antiqui, vt Algerius lib.2. de Sacram. cap.1. Thomas Vualdenſis to.2. de Sacram. c.26. crediderint, nihil poſſe generari ex ſpeciebus Sacramentalibus, nec aliquẽ poſſe nutriri ex illis, quorum ratio eſt, quod materia deſit; nunc tamen oppoſita ſententia eſt communis inter Theologos, ipſaque experientia conſtantnam ſi ſpecies conſecratæ ſeruentur longiori tempore, quam par ſit,
vermes generantur ex illis: item
quis accipiat formulas conſecratas
magna quantitate, etiam experi
eum iſtis nutriri. Sola difficultas
ex qua materia iſtæ generationes
nutritiones fiant; aliqui enim ex
mant fieri ex aere circumſtante,
communiter reijcitur, quædam en
corruptio,& alteratio fit in eo, ex
aliquid generatur, ſed quando e
modi generationes, vel nutritio
fiunt, nulla videtur alteratio, vel c
ruptio fieri in aere circumſtante; e
igitur non fiunt; neque etiam ex qu
titate, vt alij volunt, quia quant
ſecundum totam ſuam entitatem t
in Sacramento remanet, qualis e
ante conſecrationem; ſed ex quant
te ante conſecrationem generatio,
nutritio non poterat fieri, quia ſ
ſtantia non fit ex non ſubſtantijs; e
neque poſt conſecrationem. Comm
nis itaque ſententia eſt illas fieri
aliqu a vera materia, quæ eo inſtan
quo generatio, vel nutritio debet fi
exiſtit ibi, à Deo producta, non ad e
gentiam myſterij Euchariſtiæ, vn
talis productio non eſt miraculoſa
ſed ad exigentiam agentium natu
lium; ad talem enim exigentiam c
ſetur fieri, quod ordo quidem natu
poſtulat fieri, non poteſt tamen
cauſas naturales fieri; agentia aut
naturalia, quæ corrumpunt ſpecies,
corrumpunt illas, vt introducant qu
litates, & diſpoſitiones, quæ ex na
rali conditione petant hanc vel illa
formam vermis, vel corporis nutri
vel alterius rei naturalis, quas tam
formas hęc agentia naturalia non po
ſunt educere niſi ex præſuppoſita m
teria tali formę introducendę propo
tionata: Ad Deum igitur, tanqua
ad ſummum prouiſorem vniuerſi ſp
ctat tunc producere eiuſmodi mater
ad exigentiam iſtorum agentium natu
ralium, quam materiam aliqui putant
eamdem eſſe materiam panis, & vini
quæ erat ante conſecrationem; quæ-
que à ſolo Deo reproducitur, quia

entis naturalis poteſt fieri
priuatione ad habitum.
ergo, quo fit nutritio ex
onſecratis,eſt, quod eo in-
ubſtantia panis corrumpe-
manſiſſet ſub iſtis accidē-
ibi nouam producit, vel
mam illius materiam re-
xta diuerſam ſententiam,
em conſecratam affectam
ous ad nutritionem prære-
unit,in ſententia illorum,
on dari reſolutionem vſ-
riam primam; nam in
obabiliori Diui Thomæ,
um eius illam admitten-
ad productionem materiæ
ntitas, tùm demum reli-
tia proportionata formæ
e;& eodem modo diſcur-
le ſpeciebus conſecratis
bi quis inebriaretur ex
n ſumptione. In huiuſ-
ibus corpus Chriſti Do-
ſanguis nec annihilari
nec corrumpi, nec con-
ſubſtantiari in illam ma-
o productam à Deo,ſed
ere eſſe, ſecundum ſuum
tale præcisè, ſeu ſecun-
m eſſe ſubſtantiale,quod
er conſecrationem ſub
s, & vini, vt ſupra ex-

um omnes conueniant
entales frangi, vt col-
te primo prioris epiſto-
os;difficultas ſolùm eſt,
riſti Domini dicatur in
to frangi, & quomodo;
r, corpus Chriſti Do-
verè, & propriè frangi,
ri, & alia eiuſmodi pa-
idens, ſicut diximus
eri; quia licet ſpecies
tamen corpus Chriſti
nitur membratim per
onem, aut dentium
b qualibet parte, cum
im in toto, & totum

in qualibet parte; nec poſſit pati ab aliquo agente extrinſeco, quia eſt modo indiuiſibili; igitur licet propriè,per accidens tamen poſſit dici moueri, itē comedi, quia contritio cibi non eſt de eſſentia comeſtionis, aliàs enim infantes non dicerentur propriè comedere, propriè tamen,nequidem per accidens,poteſt frangi, & conteri dentibus, quāuis propriè comedatur. Cum ergo Patres dicunt corpus Chriſti Domini frangi, & teri, ad maiorem nimirum aſſertionem realis pręſentiæ illius ſub ſpeciebus conſecratis, nec non etiam ad euitandum dolum illum quo poſſent dicere hæretici fractionē, & illi ſimilia contingere in nudo ſigno Sacramentali, id eſt, deſtituto veritate corporis, & ſanguinis Chriſti Domini ſub ſe realiter exiſtentium; id ſolum debet intelligi de fractione per quamdam metaphoricam locutionem & denominationem extrinſecam,vt ait S.Thomas 3. p. q. 77. art.7. quatenus omnia, quæ exercentur circa aliquod adiacens alteri, aut circa aliquod coniunctum,etſi propriè loquendo conueniant tantum adiacenti, aut coniuncto circa quod exercentur; nihilominus ſolent per quēdam loquendi modum metaphoricum, vel per quandam denominationem extrinſecam tribui etiā rei, quæ ſubeſt, vel coniungitur illi adiacenti, vt patet ex eo quod mulier, quæ tantum tetigit fimbriā veſtimenti Chriſti Domini, dicitur tamen in Euangelio *Chriſtum tetigiſſe*; dum igitur fractio, attritio, & cætera huiuſmodi fiunt propriè circa ſpecies Sacramentales,quibus ſubeſt, intimeque vnitur corpus Chriſti; de eo quoque dici poſſunt metaphoricè, & per denominationem extrinſecam.

Dici etiā poteſt corpus Chriſti Domini ad fractionem ſpecierum rectè, propriè, & abſque figurata, vel metaphorica locutione frangi, non ea ratione,qua fractis ſpeciebus correſpondeat corpus Chriſti membratim, aut vnam ſui partem habeat ſub vna parte

ſpeciei

ſpeciei à ſuo toto diuiſæ; ſed hoc ſenſu, quod ad diuiſionem, & fractionem illarum, tot ſint particulares exiſtentiæ, & ſubſtantiales corporis, & ſanguinis Chriſti, quot ſunt partes diuiſæ; & ſunt qui iuxta hunc ſenſum intelligunt illud 1. Corinth. 10. *Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt*; quatenus in primitiua Eccleſia vnus tantum magnus, & integer panis conſecrabatur in vſum, & communionem magnæ multitudinis fidelium, cuius ſpecies remanentes cum poſt conſecrationẽ diuiderentur in plures partes ſub ſe realiter continentes corpus Chriſti, vt diximus, iuxta hunc ſenſum Patres propriè etiam dicere potuerunt illud frangi.

Sextò demùm admittunt omnes Theologi, poſſe aliquem liquorem miſceri vino conſecrato, ita tamen vt hæc mixtio fiat in ſolis ſpeciebus, non autem in corpore, aut ſanguine Chriſti Domini, cum phyſicus contactus, item & diuiſio requirantur ad illam, quæ non poſſunt fieri circa corpus Chriſti, vel eius ſanguinem modo indiuiſibili ſub ſpeciebus exiſtentia; vnde quando in canone Miſſæ dicitur, *Hæc commixtio, & conſecratio corporis, & ſanguinis Chriſti Domini fiat accipientibus nobis in vitam æternam*, tribuitur, non propriè, ſed per quandam denominationem extrinſecam, ratione ſpecierum, corpori, & ſanguini Chriſti Domini, ſi ibi ſumatur nomen commixtionis pro vera mixtione: nam ſi accipiatur, vt ſolet interdum, pro ſola poſitione plurium rerum etiam diuerſarum in eodem loco abſque illarum diuiſione, videturque debere accipi, attenta natura ſpecierum panis, & vini, citatus canonis Miſſæ locus, certum eſt in eo ſignificari propriè mixtionem corporis, & ſanguinis Chriſti, quatenus ponuntur in eodem calice; ſicut plures res etiam diuerſæ in eodem loco poſitæ abſque illarum diuiſione, v.g. plures gemmæ diuerſę, aut monetæ argenteæ cum aureis in eadem burſa contentæ, dicuntur miſceri, iuxta modum loquendi ſatis cõmunem, & familiarem.

Quia autem mixtio etiam propriè dicta eſt duplex; vna perfecta, quando nimirum liquores ita permiſcentur inuicem, diuiduntur, aguntque contra ſe inuicem, vt vnum miſcibilium corrumpatur ſubſtantialiter ab alio, vel aliquod tertium indè naſcatur: Altera imperfecta, quando ſcilicet aliqui liquores ita permiſcentur, vt tamen ex eiuſmodi permixtione non ſequatur corruptio ſubſtantiæ: Conueniunt omnes Theologi, quando liquores, & ſpecies vini conſecrati inter ſe miſcentur perfecta mixtione, tunc deſinere eſſe ſub illis corpus Chriſti, & eius ſanguinem, ob rationem ſæpius dictam; quod tamdiu Chriſti Domini corpus, & ſanguis remanent ſub accidentibus, vel ſpeciebus conſecratis, quamdiu hæc manent integra, & ſub ſe poſſent conſeruare ſubſtantiam panis, & vini; & è contra deſinunt exiſtere ſub illis, vbi & quando ita corrumpuntur, vt non poſſent amplius ſub ſe propriam conſeruare ſubſtantiam; at quando fit perfecta mixtio, vt ſupponitur, ſpecierũ vini, cum alio liquore, non poſſent amplius conſeruare ſub ſe propriam ſubſtantiam vini, aliàs non eſſet perfecta mixtio, contra ſuppoſitum; Igitur, & dum fit hæc mixtio cum ſpeciebus vini, & aliquo alio liquore, dicendum eſt deſinere ibi eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti Domini.

Verum quando liquor eiuſdem ſpeciei nondum conſecratus, hoc eſt vinũ non conſecratum admiſcetur vino iam cõſecrato, docent communiter Theologi, corpus, & ſanguinem Chriſti Domini non deſinere eſſe ſub ſpeciebus conſecratis; vt enim ſi propria ſubſtantia vini adeſſet ibi, adhuc non obſtante tali admixtione conſeruaretur ſub iſtis accidentibus, quæ ſupponuntur eſſe eiuſdem ſpeciei, cum accidentibus alterius vini infuſi, atque adeo non poſſent ad inuicem agere,

iere, aut indè vnum quod-
i ſubſtantiale compoſitum
ed facerent tantùm conti-
n quantitate; ſic etiam
iini corpus, & ſanguis re-
iſtis accidentibus vini
ſi aliud vinum non conſe-
dem prorſus ſpeciei illis
dmiſceatur, licet non re-
accidentibus iſti correſ-
, per continuationem
s ſpeciebus conſecratis.
cum vinum album non
admiſceri poſſit vino ru-
to, vel vinum magis for-
ſum debiliori; ſi quis in-
ne ſanguis Chriſti Domi-
ſub ſpeciebus conſecratis;
reſolutionem huius dubij
iſtinctione, quam vnuſ-
ituit inter iſta vina; nam
diſtingui ſpecie, tunc
dum eſt, ſanguinē Chri-
i deſinere eſſe, quia tunc
ertitur in fortius; ſecus
ciuſdem prorſus ſpeciei;
um an talia ſint nec ne,
hyſicos, aut Medicos.
ntra primam huius reſ-
rtem inſtet, ſanguinem
ni debere etiam manere
tione, ſub accidentibus
eneroſi non conſecrati
cidentia debilioris con-
ſufficit, quod remaneat
eorum, cum Chriſtus
eriam calicis non inſti-
album, vel rubrum, hu-
us ſpeciei, ſed vt in ge-
n.
ır facilè materiam cali-
dij, poſſe duobus modis
prçcisè quo ad actum
uo ad vim, & efficaciam
ionis eius in actu primo
deinde in actu exercito,
quod per actualem
n tranſubſtantiatur; Et ſi
lterius ſpeciei conſide-
modo poſſit eſſe materia

conſecrationis, eſſeque proindè aptum ſuccedere per tranſubſtantiationem ſubſtantiæ vini, vt vinum eſt, & realiter permanere ſub eius accidentibus, quandiu illa remanent; quia Chriſtus Dominus ſolum determinauit in genere pro materia calicis omne illud, quod propriè eſt vinum vitigineum; attamen in actu exercito, & vt reipſa hic, & nunc vinum vnius ſpeciei tranſubſtantiatur in ſanguinē Chriſti, falſum eſt, eumdem ſanguinē per conſecrationem ſeu tranſubſtantiationem, ſuccedere tantum vino, vt duntaxat eſt vinum in genere, & ſub eius accidentibus, vt ſic conſideratis de facto poni; ſed ſuccedit ſubſtantiæ vini in ſpecie conſecrati, poniturque ſub accidentibus eius; quibus proindè ſemel deſtructis, deſinit eſſe corpus Chriſti ſub illis, ſicut deſineret ſubſtantia cui ſucceſſit per conuerſionem. Hactenus de Tranſubſtantiatione aduerſus Lutheranos, & Caluiniſtas, nec non ad maiorem eius explicationem, de his, quæ, illa ſuppoſita, ſequuntur tum in corpore Chriſti, tum in accidentibus remanentibus.

CAPVT LXIX.

Statuitur aduerſus Lutheranos, & Caluiniſtas, quid circa vſum, vel ſumptionem Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, de fide ſit tenendum; tum alia explicantur ad ritum, & fructum ſumptionis eiuſdem pertinentia.

CVm ante annum 1400. nulla reperiatur fuiſſe controuerſia de communione ſub vtraque ſpecie in Eccleſia; quidam Petrus Deſdrenſis, & Iacobellus Miſnenſis primi circa annum 1410. Pragæ docere cęperunt non poſſe laicos ſaluari, niſi de calice Domini biberent, ex illo Ioan. 6. v.54. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis; & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis*; vt refert Aeneas Syluius hiſt. Bohem. cap. 35. & An-

& Antonius Bonfinius lib. 3. Decade 3.

Eodem ferè tempore Ioannes Huſſus in epiſtola 48. hæc habet: *De Sacramento Calicis habetis ſcriptum quod ſcripſi Conſtantiæ. Si poteſt fieri attentetis, vt ſaltem permittatur per Bullam illis dari, qui ex deuotione poſtulauerint, circumſtantijs adhibitis.* Quibus verbis ſatis patet, eum non iudicaſse, quod communio ſub vtraque ſpecie eſſet præceptum Domini, etiam pro laicis.

Lutherus in hac eadem doctrina varius eſt, parumq; ſibi conſtans modo affirmando, & modo negando, Chriſtum hac in re aliquid tanquam neceſſarium præcepiſſe; loca præcipua vbi ita ſibi contradicit, ſunt, lib. de capt. Babyl. cap. de Euchariſtia; in declaratione in ſermonem de Euchariſtia à ſe habitum; de formula Miſſæ; in Aſſertionibus art. 16. in epiſt. ad Bohemos, & ad Chriſtianam nobilitatem.

At Lutherani moderni volunt, Chriſtum præcepiſſe, vt populo communicare volenti, Sacramentum ſub vtraque ſpecie daretur, vt habetur in Confeſſ. Auguſt. imo nonnullis tantùm inarduit potandi deſiderium, vt Philippus Melanchton primarius inter Lutheranos lib. de vſu integri Sacramenti, ſcripſerit Ruthenis, vbi vix haberi vinum poterat; *quod rectè facerent, ſi loco vini aqua mellita, vel medone vterentur in Sacramento.* Idem tradit Molinæus Caluiniſta lib. 7. controu. 12: *Quo ad terras*, inquit, *in quibus vinum non eſt, præſtat ſequi exemplum Eccleſiarum Aethiopiæ, quæ vtuntur alio liquore ibi vſitato, ſicut in terris vbi panis non eſt, non dubitamus, quin & liceat vti, quod locum panis teneat.* Quibus ſanè nihil abſurdius, & contra inſtitutionem huius Sacramenti apertius dici poteſt; ſed mirùm non eſt; ita enim præcipites eant, neceſſe eſt, qui ſemel à vera Chriſti Eccleſia, puro illi contradicendi animo, infæliciter deficiunt. Etſi autem præ[...] Melanchton in ſecunda editione [...] corum communium Argentorat[...] no 1525. pro re media, & in arb[...] poſita habuerit vtriuſque ſpeciei [...] nihilominus in poſtrema editi[...] ſcripſit illum eſſe omnino nec[...] rium.

Demùm Caluinus lib. 4. inſ[...] cap. 17. §. 47. ſic ait: *Ex eadem* ([...] boli) *prodijt officina, & altera con*[...] *tio, quæ dimidiæ Cœnæ partem m*[...] *populo Dei numero, vel furata eſt* [...] *eripuit, nempè ſymbolum ſanguinis,* [...] *laicis, &c. interdictum, paucis raſ*[...] *vnctis in peculium ceſſit. Edictum* [...] *vi Dei eſt, vt omnes bibant.* At [...] malè tali edicto obediant eius [...] tores patet ex diſciplina Eccleſi[...] eorum in Gallia c. 22. art. 7. vb[...] ſtatuuntur: *Panis Cœnæ adminiſ*[...] *dus eſt non bibentibus vinum, præ*[...] *proteſtatione, quod non fiat ex con*[...] *pitu, tantumque conantibus, qua*[...] *poterunt, etiam calicem accipiend*[...] *eum ori appropinquando quo vſque* [...] *runt, ac iungendo illum labijs, vt o*[...] *ſcandalum præcaueatur.* Ex hoc [...] quam, ſtatuto patet, eos edicto [...] ni Dei illudere; primò enim quis [...] dens credat illum tali edicto, vel [...] cepto ſatisfacere, qui illud non fe[...] abſque contemptu? & ſi ita cre[...] aduerſarij, proptereaq; abſtemijs [...] cramentum mutilatum, contra C[...] ſti, vt aſſerunt inſtitutionem, ac r[...] datum exhiberi volunt, cur Cath[...] cos arguunt illud violare, qui, vt [...] fra dicemus, etiam abſque cont[...] ptu calicem non ſumunt, imo [...] poſſe firmiter credunt.

Igitur pro reſolutione contro[...] ſiæ, vtque certa ab incertis ſep[...] mus, primò notandum eſt Chri[...] Dominum inſtituiſſe hoc Sacram[...] tum in duabus ſpeciebus, vt pate[...] Euangelijs, & Apoſtolo, locis plu[...] citatis; qua in re à nobis non di[...] tiunt hæretici; niſi quod nonnulli [...] rum, vt ſtatim vidimus, credunt, [...]

vinum

ſt, licitum eſſe vſum alte-
is vſitati, pro conſecrando
non vbi panis non eſt, ſub-
, quod locum illius teneat;
s Catholici firmiter teneāt
poſſe, eſſeque contra ma-
hriſti inſtitutionem, qui in
Matth. 26. v. 29. *Dico au-*
non bibam amodo de hoc ge-
is, &c. indè enim patet,
n in conſecrando calice
: ſicut & verum panem,
cratione panis, dum ab
s, & Apoſtolo Paulo refer-
in hunc finem *accepit pa-*

ecundò indubitatum eſt
s Catholicos in Eccleſiæ
on eſſe, immutare ſub-
l ſubſtantialia Sacramen-
tè quod in Euchariſtia
nis triticei, aut veri vini
iam materiā inſtituat, vel
verba Chriſti immutet,
venerabile Sacramentum
. Eamdem tamen poſſe
torum diſpenſatione, ſal-
ubſtantia, ea ſtatuere, &
æ ſuſcipientium vtilitati,
Sacramentorum venera-
um, temporum, & loco-
e magis expedire iudica-
ur omnes pariter Catho-
arante Concilio Triden-
c. 2. & docente, id Apo-
bſcurè viſum eſſe innuiſ.
1.4. cum ait: *Sic nos exi-*
t miniſtros Chriſti, & di-
yſteriorum Dei, atque ip-
hac poteſtate vſum eſſe,
s alijs, tum in hoc ipſo
, cum ordinatis nonnul-
vſum ait, 1. Corinth. 11.
enero diſponam. Igitur,
dis infra communio ſub
que ſpecie non ſit de
s ad ſubſtantiam Eucha-
eius ritum; meritò Con-
n ſubiungit, quod *Agno-*
Mater Eccleſia hanc ſuam

in adminiſtratione Sacramentorum authoritatem; licet ab initio Chriſtianæ Religionis non infrequens vtriuſque ſpeciei vſus fuiſſet: tamen progreſſu temporis, latiſſimè iam mutata illa conſuetudine, grauibus, & iuſtis cauſis adducta, hanc conſuetudinem ſub altera ſpecie communicandi approbauit, & pro lege habendam decreuit, quam reprobare, aut ſine ipſius Eccleſiæ authoritate, pro libito mutare non licet. Et Can. 2. *Si quis dixerit, Sanctam Eccleſiam Catholicam non iuſtis cauſis, & rationibus adductam fuiſſe, vt laicos, atque etiam Clericos non conficientes ſub panis tantummodo ſpecie communicaret, aut in eo erraſſe, anathema ſit.*

Quarè tertiò manifeſtè conſtat ex citatis Concilij verbis, nos Catholicos haud credere, vel aſſerere, quod Chriſtus prohibuerit laicis vſum calicis, ſiue communionem ſub vtraque ſpecie, ſed potius reliquiſſe liberum, vt laici, vel ſub vna, vel ſub vtraque ſpecie communicarent, iudicio tamen Eccleſiæ; vndè quod ipſa laicis vſum calicis abſtulerit, id non egit, quaſi illum malum, aut ex præcepto Chriſti illicitum crediderit, ſed alias ob cauſas inferius adducendas, quibus ceſſantibus, aut alijs maioribus præponderantibus, idem Concilium loco citato poſt Canones indicat præfatū calicis vſum alicui, vel Nationi, vel Regno ſub aliquibus conditionibus concedi poſſe; & ſeſſ. 22. in fine, id remittit prudenti Summi Pontificis arbitrio.

Quartò demum obſeruandum eſt præſentem controuerſiam non procedere de Sacerdotibus Sacramentum conficientibus, de quo agetur capite ſequenti, ſed tantùm de laicis, aut Clericis non conficientibus, vtrum nimirum illi, quando communicant, teneantur ſub vtraque ſpecie communicare ex præcepto diuino, adeò vt Eccleſia id illis prohibere non potuerit, abſque ſacrilegio, rem ſacram aliter, quam oportet vſurpando; aut

abſque furto, priuando laicos altera ſpecie, quæ illis debetur; & conſequenter fructum alterius ſpeciei ſuffurando. Affirmatiuam enim partem docent Hæretici, negatiuam autem Catholici; quæ primùm habetur definita in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 11. tùm in Tridentino ſeſſ. 21. cap. 1. & can. 1. 2. & 3. canone enim primo ſic habet: *Si quis dixerit, ex Dei præcepto vel neceſſitate ſalutis, omnes, & ſingulos Chriſti fideles vtramque ſpeciem Sãctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti ſumere debere, anathema ſit.*

Huius autem definitionis, quam loco primæ concluſionis ponimus, etſi non habeatur expreſſum, aut in terminis aliquod Scripturæ teſtimoniũ, plura tamen non deſunt, quæ illam ſatis clarè inſinuent, iuxta etiam veterum Patrum interpretationem, huiuſmodi ſunt, primò quod Lucæ 24. v. 30. refertur: *Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum.* Hunc enim locum de communione ſub vna panis ſpecie interpretantur. Ioannes Chriſoſtomus homil. 16. operis imperfecti in Matthæũ; Auguſtinus lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 25. Iſychius lib. 2. in Leuiticum cap. 9. Venerabilis Beda ad cap. 24. Lucæ: Theophilactus ibidem.

Secundò act. 2. v. 42. *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus*; item cap. 20. v. 7. *Vna autem Sabbati cum conueniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat, &c.* Cum hæc etiam loca, in quibus fit tantùm mentio fractionis panis, nonnulli quoque Patres interpretentur de Euchariſtia; Chriſoſtomus. homil. 17. eiuſdẽ operis imperfecti in Matt. Beda ad cap. 20. Act. Apoſt. Ioannes Aurelianenſis lib. 3. de imaginibus: Chriſtiani in Syria, nam vbi noſter textus habet act. 2. *In communione, & fractione panis*; textus Syriacus habet: *In fractione Euchariſtiæ*; imò & ipſe Caluinus ad cap. 2. Act. nec non Tremelius ibidem per *fractionem panis* libenter admittunt debere intelligi Euchariſtiam; Nec id ſolùm euincit præfatorum Patrum authoritas, ſed inſuper ipſemet ſacer contextus Lucæ 24. ſi ſingula verba diligenter ponderentur; dum enim ait: *Et factũ eſt*; hoc modo loquendi, quo Scriptura ſolet vti, quando grande aliquod myſterium enarrandum eſt, ſignificare quoque voluit S. Euangeliſta ſe ibi tale quid referendum ſuſcepiſſe, & hoc eſt: *Accepit panem & benedixit, & fregit, & porrigebat illis*; vbi cum iiſdem plenè verbis vtatur, quibus vſus eſt Mattheus in vltima cœna deſcribenda, cum ait: *Accepit panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis*; vt iſta, ita quoque illa debent intelligi de pane Euchariſtico. Vndè colligitur Chriſtum bis porrexiſſe Euchariſtiam: ſemel, Hieroſolymis in vltima cœna, ante paſſionem; & ſemel in Emaus poſt reſurrectionẽ: illic, ſub vtraque ſpecie; hic ſub vna: illic adfuiſſe Apoſtolos, qui tunc fiebant Sacerdotes; hìc duos diſcipulos, qui nondum erant in illo gradu; oſtendendo tali facto vnam ſpeciem in communione licitè vſurpari poſſe.

Quod demùm citato Lucæ loco fiat mentio panis Euchariſtici demonſtrat effectus, dum ait: *Aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum*; id enim pani communi tribui non poteſt; vt rectè aduertit Chriſoſtomus loco citato; vbi diſtinguit duplicem panem ſanctificatum: Alterum domeſticum, qui quidem à patrefamilias per communem orationem ſanctificatur, ſed tamen non ſanctificat accipientem; & ideo dari poteſt infidelibus, & animalibus: Alterum Euchariſticum, qui non ſolùm ſanctificatur à Sacerdote, ſed etiam ſanctificat accipientem; ideoque non datur niſi fidelibus. Et talem ait fuiſſe, quem

ſtus porrexit Diſcipulis in
ioque dixit ſacer textus
ſſe oculos eorum, vt ibi
actus: *Inſinuatur & aliud
empè quod oculi eorum, qui
anẽ aſſumunt, aperiuntur,
illum. Magnam enim, &
vim habet caro Chriſti.*
d reſpondeant aduerſarij
niſi citatis locis nomine
um calicem intelligi per
en, qua pars ſumitur pro
id non ſolum contra ſua
ferunt ſine authoritate
vel Patrum, ſed inſuper
textui contrarium; nam
riſtum porrecto pane be-
nuiſſe ex oculis eorum. Igi-
non eſt poſt porrectum
conſecrauiſſe calicem.
Diuus Lucas ter in cita-
s de vſu Euchariſtię, nun-
erit niſi vnius ſpeciei,
iliter credat, prędſertim in
nti, nunquam illic pro-
per impropriè, ſeu Sy-
loqui voluiſſe; nulla nos
, ad id afferendum in
traditione fundata.
liquis, & dicet, quod
locis non admittatur
etiã ex illis colligi poſ-
nem vnius ſpeciei, ſicut
s vſum vnius ſpeciei; at
ant vnam ſpeciem ſine
nſecrari poſſe, licet va-
rgo etiam negare debe-
Apoſtolos in actis vbi fit
nis panis ſub vna ſpecie
riſtiam porrexiſſe.
ur ad hoc argumentum
e cõſecratione ſub dua-
an ſit de iure Diuino,
co, de quo diſputant do-
adeo an Eccleſia in hoc
it, primo adhuc admiſ-
ertiori, non ſequitur
ſtolos tunc temporis in
, quaſi ſub vna dunta-
s conſecrarint; ſed tan-

tum eos, pro vt verba Scripturæ ſonant, diſcipulis, ſeu Iudæis nouiter conuerſis Euchariſtiam diſtribuiſſe ſub ſola ſpecie panis. Rectè enim potuerunt Apoſtoli ſub vtraque ſpecie conſecrare, & communicare; & tamen fidelibus ſub vna tantum ſpecie panis communionem dare; primò quia Diuus Lucas non ſcribit quid Apoſtoli egerint, ſed quod fideles recenter conuerſi perſeuerarent in fractione panis & orationibus. Sedundò quia inter Iudęos nouiter conuerſos, de quibus dicitur act.21. v.20. *Vides frater, quot millia ſunt in Iudęis, qui crediderunt, & omnes æmulatores legis ſunt*; rationabiliter negari non poteſt, plures fuiſſe Nazaręos, qui, cum non biberent vinum, nec raderent caput, vſque ad finem dierum voti ſui, vt patet Act.18. v.18. & cap. 21. v. 23. eo durante tempore Euchariſtiam ſumpſerunt in vna tantum ſpecie panis, præſertim cum legalia tunc adhuc eſſent in vſu; virique prę cæteris religioſi eſſent Nazaræi in illorum obſeruatione: ideoque S. Lucas fractionem panis dixit Euchariſtiam, quam omnes pariter ſumebant, licet Apoſtoli, vel aliqui alij illam ſub vtraque ſpecie conſecrarent, & ſumerent. Si quis dicat Nazaręos durante voto nunquam Euchariſtiam ſumpſiſſe, præterquam omnino inueriſimile eſt, ob rationes adductas, videtur inſuper pugnare cũ ſacro textu de omnibus dicente: *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis*. Omnibus ergo penſatis certius eſt ex Scriptura, tempore Apoſtolorũ licitè vſurpatam fuiſſe vnam ſpeciem, atque adeò Chriſtum Dominum inſtituiſſe quidem Euchariſtiam in duabus ſpeciebus panis & vini, non tamen præcepiſſe omnibus, & ſingulis illius ſumptionem in eis.

At licet hæc veritas expreſsè, & in terminis non habeatur in Scriptura, ſed tantum conformius ad illã ſecundum diſcurſum Theologicum, vt vidi-

mus; illa tamen certò nobis diuina conſtat traditione, Sanctorum ac veterum Patrum authoritate conſtata, nec non perpetuo Eccleſiæ vſu, ac demum eiuſdem in duobus plenarijs Concilijs Conſtantienſi, & Tridentino irrefragabili definitione.

Laicorum ergo, atque etiam Clericorum non conficientium, ſeu more laicali communicantium ſub vna panis ſpecie communionem approbandam, & in Eccleſia vſitatam fuiſſe ex Græcis Patribus tradunt Origenes homil. 13. in Exodum: Dionyſius Alexandrinus epiſt. ad Fabium Antioch. Amphilochius in vita Baſilij; Euagrius lib. 4. cap. 35. Ioannes Moſchus in prato ſpirituali cap. 79. referentes aliqua exempla, quæ nonniſi de communione ſub vna ſpecie panis intelligi poſſunt. Ex Latinis Tertullianus lib. 2. ad vxorem, & lib. de oratione, vbi ſignificat fuiſſe liberum, aut ſumere corpus Chriſti Domini ſtatim, aut illud deferre domum, & ſumptionem differre in aliud tempus opportunius: Cyprianus lib. de lapſis, vbi duo exēpla refert cōmunionis ſub vna ſpecie, prius de muliere, quæ corpus Chriſti Domini recondiderat in arca; alterum de quodam lapſo, qui cum de ſacrificio à Sacerdote celebrato partem cum cæteris eſſet auſus latenter accipere, apertis manibus inuenit cinerem. Ambroſius oratione funebri in obitu fratris ſui Satyri: Auguſtinus locis ſuperius citatis, nec non ſermone 252. de tempore, & hom. 26. quinquaginta homiliarum: *Quanta*, inquit, *ſolicitudine obſeruamus, quando vobis corpus Chriſti miniſtratur, vt nihil ex ipſo de noſtris manibus cadat in terram: tanta ſolicitudine obſeruemus, ne verbum Dei &c. de corde noſtro pereat.*

Præter Patrum teſtimonium, pro diuina eiuſdem veritatis traditione, habemus perpetuum poſt tempora Apoſtolorum Eccleſiæ vſum, quo tam publicè, quam priuatim in Eccleſia tum Orientali, tum Occidentali, vſitata fuit communio ſub vna ſpecie panis. Loquendo enim de priuata, quæ extra Eccleſiam, & Synaxim domi fiebat, cōmunione, eam ſub vna ſpecie panis in vſu fuiſſe, patet *primò*, quia citati Patres de illa agētes vnius tantum ſpeciei panis meminerunt; *Secundò* quia plerique nonniſi de illa intelligi poſſunt. Quis enim credat ſanguinem Chriſti ſub ſpecie vini à fidelibus perlatum eſſe in manibus, arca, vel linteolo? vt aiunt. Certè corpus Chriſti portari ſic potuit, non tamen ſanguis. *Tertiò* id demonſtrant plura exempla de Euchariſtia nedum domi aſſeruata, verum etiam ad abſentes tranſmiſſa, atque in longis itineribus, ac nauigationibus à fidelibus delata, vtique in ſola ſpecie panis, cum ferret occaſio ſumenda: Vinum ſiquidem diu conſeruatum aceſcit, & corrumpitur, nec poteſt ſine periculo effuſionis lōgè portari. *Quartò*, quod non aliter communicarent Anachoretæ in vaſtis ſolitudinibus, quam particulis, quas ſecum ferebant, cum in ſolemnioribus feſtis ad Eccleſiam conueniebant, vel ad eos mittebant, aut etiam portabant Sacerdotes; vt plura eorum teſtantur acta S. Virginis Theoctiſtes Lesbiæ, apud Surium die 10. Nouembris ex Metaphraſte; Lucæ Iunioris Monachi, cuius vitæ excerpta edidit Franciſcus Combefis tom. 2. Auct. Biblioth. Patrum. *Quintò*, quod Græci ſub vna ſpecie communicant toto Quadrageſimæ tempore, quo Præ ſanctificatis vtuntur, exceptis Sabbatis, & Dominicis. Alijs autem diebus etſi communicent ſub vtraque ſpecie, communionem tamen ſub vna non reprehendunt; nec legimus ab eis vnquam reprehenſam fuiſſe, aut de ea Latinos accuſaſſe; à quo certè non abſtinuiſſent, ſi vtramq; ſpeciem ex præcepto Chriſti neceſſario ſumendam credidiſſent, præſertim cum poſt ſchiſma nullam prorſus occaſionem reliquerint calumniandi Eccleſiam Latinam.

His tam euidentibus argumentis pro

communionis ſub vna ſpecie
um nonnulli aduerſariorum
eant, quod reſpondeant, fa-
am ſpeciem fuiſſe olim vſur-
uatim in domibus; non ta-
licè in Eccleſia; de quo ſe
ſputare aiunt; Alij, vt Kem-
dunt eos ipſos, qui priuatim
Euchariſtiam ſub ſpecie pa-
in Eccleſia eam ſumpſiſſe
vini; ac proinde vtramque
per temporum interualla
Alij demum, vt Pleſſæus
lib.2. de Euchariſtia cap.12.
m, aiunt, quæ ex patribus,
cleſiæ à Catholicis addu-
communione ſub vna ſpe-
nihil aliud, quam mulier-
idiotarum extraordinarios
abuſus fuiſſe. Cuius, in-
gumentum eſt, quod com-
uata, fuit poſtea damnata ab
Concilio Toletano I. can.
æſarauguſtano can. 3. En
ugis aduerſarij conantur
eludere.

ondetur ad primam, fal-
nter nos enim, & illos non
itur, an vbi communio pu-
ebeat ſumi, nec ne Eucha-
traque ſpecie; ſed vtrum
inguli fideles teneantur ita
ere ex præcepto diuino;
ffirmant, nos autem nega-
que veritatem noſtræ ſen-
ndimus, quod iam ab initio
ultæ communiones priua-
duntaxat ſpecie panis fie-
m communio ſub vna ſpe-
vſitata fuit in priuatis lai-
nibus: certè diuino præce-
ita non fuit; quod enim
à Deo prohibitum eſt, nec
nec publicè rectè fieri po-
è ſtatim oſtendemus, fal.
e eſſe, quod publicè ſem-
fuerit Euchariſtia ſub vtra-

ndum Kemnitij dicentis,
qui priuatim ſumebant Eu-
chariſtiam ſub ſpecie panis, prius in Eccleſia eam ſumpſiſſe ſub ſpecie vini; præterquam ſine vllo prorſus fundamento id aſſeritur, accommodari non poteſt ſacris Anachoretis; quomodo enim poterant calicem ſumere in Eccleſia, qui toto anno communicabant in Eremo; ſibique etiam ipſi contradicit Kemnitius; nam ex vna parte ait, ſe tantum diſputare de eo, quod publicè fiebat in Eccleſia, vbi agitur de communione ſub vtraque ſpecie; & ex altera fatetur, fideles publicè in Eccleſia ſolum calicem ſumpſiſſe, pane Euchariſtico domum aſportato: fateri ergo debet, vſum vnius ſpeciei fuiſſe publicè vſurpatum in Eccleſia, quod tamen vult negare.

Ad tertiam denique Pleſſæi dicitur, eum valdè errare, quoniam citati Patres, qui communionis, priuatæ ſub vna ſpecie meminerunt, loquuntur de ea tanquam de re ſancta, & longo fidelium vſu comprobata; non autem, vt ipſe ait, tanquam de aliquo muliercularum, vel idiotarum abuſu. Falſum quoque eſt in præfatis Concilijs damnatam eſſe priuatam, vel domi factam communionem: etenim non fuit damnata, ſed prohibita, nec adhuc ideo prohibita, quia in ſe mala; verum cum eo tempore aliqui acciperent Euchariſtiam de manu Sacerdotis publicè in Eccleſia cum Catholicis, eamque reſeruarent non ad ſacram refectionē, ſed ad vſus illicitos, vt patet de Priſcillianiſtis, & pluribus alijs, indè citata Concilia ſtatuerunt, ne quis amplius Euchariſtiam deferret domum, ſed eam manducaret in Eccleſia, alioquin fore, vt ſuſpectus habeatur de ſacrilegio.

Nec demum probationi noſtræ obſtat, quod nonnunquam legatur, priuatam quoque communionem factam fuiſſe ſub vtraque ſpecie, ſeu ſimul cū corpore Chriſti ſanguinem fuiſſe etiā extra Eccleſiam delatum; cuius exemplum habetur in S. Maria Aegyptiaca, vt refert Sophronius in eius vita; tale, inquam,

inquam, exemplum, & alia, ſi quæ ſint ſimilia, nihil obſunt veritati Catholicæ, tantùm enim probant in libertate fidelium quandoque poſitum fuiſſe, etiam priuatam communionē ſub vtraque ſpecie ſumere, non autem ex præcepto Chriſti, vt ſatis probant huc vſque adducta de priuata etiam communione ſub vnica tantùm ſpecie panis; quibus addi poteſt, quod adhuc in Eccleſijs Orientalibus ita ſeruetur cum ægrotis, paſtoribus, ruſticis, & alijs qui Eccleſiam adire non poſſunt, iter quoque longum ingreſſuris, & profecturis ad bellum, ſacrum donum ſub ſola ſpecie panis ſecum ferendum, conceditur, vt ipſum ſumant vitæ diſcrimine imminente.

Etſi autem duodecim primis Eccleſiæ ſæculis omnes paſſim Clerici, & laici, viri, & mulieres ſub vtraque ſpecie communicare ſoliti eſſent, cum ſolemni myſteriorum celebrationi aderant; non deſunt tamen aliqua etiã exempla, quod venerabile Sacramentum ſub vna tantùm ſpecie publicè in templo datum ſit, tàm in Eccleſia Græca, quàm Latina; vndè clarè habetur communionem ſub vtraque ſpecie, quomodocunque conſideratam, non eſſe ex præcepto diuino omnibus, & ſingulis, vt volunt aduerſarij, ad ſalutem neceſſariam.

In Eccleſia Græca habetur illud, quod contigit S. Ioanni Chriſoſtomo, provt referunt Sozomenus lib. 8. hiſt. cap. 5. & Nicephorus lib. 13. cap. 7. de quadam fęmina hæreſi Macedoniana infecta, quam ſub vna tantùm panis ſpecie Euchariſtiam à Sacerdote in manus ſuas accepiſſe ſumendam in Eccleſia, tàm clarè patet ex relatione præfatorum authorum, vt nullus ſit ambigendi locus, quinque conſequenter tempore S. Ioannis Chriſoſtomi, quo florentiſſima adhuc erat Eccleſia Græca, non tenerentur omnes ſub vtraque ſpecie publicè in Eccleſia, vel Sacra Synaxi communicare; ſi enim neceſſarium fuiſſet communicare ſub ſpecie vini, quomodo præfata mulier ſuam fraudem tegere potuiſſet, ſubſtituendo vinum prophanum loco vini conſecrati, ſicut loco panis Euchariſtici accepti in manus, ſubſtituit, inclinato capite, quaſi orationi vacatura, panem prophanum domo allatum, qui in ipſius ore ſtatim in lapidem verſus eſt. Præſertim cum tunc ſola ſpecies panis daretur laicis in manum à Sacerdote, illicitum enim illis erat, vt teſtantur Cyrillus Hieroſol. catech. 5. verſus finem; & Gregorius Nazianzenus in orat. contra Arianos, calicem manu tangere, ſed ori eorum applicabatur à Sacerdote, vel Diacono. De qua conſuetudine videri poteſt Card. Baronius tom. 1. ad ann. 57.

Publicam quoque in Eccleſia Latina communionem non ſemper factã fuiſſe ſub vtraque ſpecie, *primùm* colligitur ex eo, quod ait Auguſtinus ſerm. 252. de tempore; mulieres videlicet ſolitas fuiſſe ſumere Euchariſtiam in mundo linteolo, quod tamen de ſpecie vini non poteſt intelligi. *Secundò* ex eo quod Leo Papa I. vt latẽtes ſuis temporibus ſub Catholico nomine Manichæi Romæ potiſſimum detegerentur, mandarit omnibus fidelibus communionem ſub vtraque ſpecie, vt habetur ex ſerm. 4. de Quadrageſima; quod enim ita mandarit clarè ſupponit, non omnes tunc fideles ſub vtraque ſpecie communicare ſemper ſolitos eſſe, ſed libertati eorum relictum fuiſſe; ideoque præfatum Pontificem eam non præcepiſſe tanquam neceſſariam omnibus neceſſitate diuini præcepti ad ſalutem, ſed in finem, vt dicebam, detegendi Manichęos, cui medium erat aptiſſimum eiuſdem Leonis decretum, ſecus autem ſi iam ex diuinó præcepto omnes debuiſſent publicè communicare ſub vtraque ſpecie, vel ita fuiſſet ab omnibus obſeruatum; cum enim Manichæi ex Africa Romam occultè veniſſent, qui nunquam bibebant vinũ,

provt

ur Diuus Auguſtinus lib.
p.46. ſic dicens de illis:
um non bibunt dicentes, fel
n tenebrarum; vtque ibi
re poſſent, inter Catholi-
n, & Euchariſtiæ Sacra-
quentarent, nunquam ta-
calice; certè niſi tunc
apud Romanos, vt, qui
lice abſtinerent, Mani-
npto pane Euchariſtico
cile notari, & à Catho-
calicem ſumere debuiſ-
i potuiſſent. Quare val-
t fraus aduerſariorum,
Leonis loco citato; *Ore*
i corpus accipiunt, ſangui-
edemptionis noſtræ decli-
im allegant generaliter
licos ſub vna ſpecie cõ-
cum dictus Pontifex ex-
ur de Manichęis tantùm,
bſtinebant ad occultan-
reſim, atque adeò ore
is Chriſti accipiebant.
uc Manichæi non ita
i poſſent, eo quod Ca-
è adhuc à calice abſti-
rea Gelaſius Papa, Leo-
nos ſucceſſor, eiuſdem
uauit, & vt Manichæi
gnoſcerentur, rigoroſè
d amouendam etiam à
anichęiſmi ſuſpicionem
aque ſpecie communi-
rtur cap. *comperimus de*
2. *Comperimus*, inquit,
mpta tantummodo corpo-
nt, à calice ſacri cruoris
procul dubio (quoniam
erſtitione docentur ad-
egra Sacramenta perci-
integris arceantur, quia
uſdemque myſterij ſine
gio non poteſt proue-

ſigillatim placuit refer-
m ponderatione clarè
vanè aduerſarij in illis
nuictiſsimo argumento

glorientur pro abſoluta neceſſitate communionis ſub vtraque ſpecie, ex præcepto diuino. Præterquam enim reſponderi poſſet illis, primò, eos non curare decreta, vel ſententias Summorum Pontificum, imo illas irridere, vbi à nobis adducuntur, atque adeo non debere in illis triumphare; inſuper admiſso præfato Gelaſij decreto, nihil minus fauet, quam aduerſariorum errori, cum in eo ſolum intendat eiuſmodi communione ſub vtraque ſpecie deprehendere Manichæos latitantes inter alios fideles, vt patet ex eius verbis, dum ait de illis qui à calice abſtinent: *Quoniam neſcio qua ſuperſtitione docentur adſtringi*; falſum enim eſt, tunc Catholicos abſtinentes à calice, aliqua ſuperſtitione obſtrictos, id feciſſe; de Manichæis autem veriſſimum, qui vt ſtatim vidimus ex Auguſtino, in primis dicebãt, *Vinum fel eſſe principum tenebrarum*, quæ eſt manifeſta ſuperſtitio. Inſuper credebant Chriſtum non eſse verè mortuum, nec verum conſequenter in cruce ſanguinem fudiſſe, vt refert idẽ Auguſtinus; atque adeo patet ipſos nedum ex ſuperſtitione, ſed etiam magno ſacrilegio, vt ait Gelaſius, Sacramentum, ſeu vnum, idemque myſterium diuiſiſſe, credentes Chriſtum non verè effudiſse ſanguinem, in cuius adhuc ſignum ab integro Sacramento abſtinebant, negando veram eius Incarnationem, & mortem, quod eſt, ſine dubio Chriſtum ſoluere. Quãdo igitur ait Gelaſius, *diuiſionem vnius eiuſdemque myſterij ſine grandi ſacrilegio non poſſe prouenire*, mens illius nõ eſt, quod ex natura huius Sacramenti, aut ex Chriſti Domini præcepto non poſſit dari communio ſub vna tantùm ſpecie; ſed tantùm ſenſus eſt, Manichęos, ob rationes allatas, non ſine grandi ſacrilegio à ſumptione calicis abſtinuiſſe; quodque etiam tunc temporis, quo, ad eos à Catholicis dignoſcendos, ex præcepto Eccleſiæ tenebantur fideles ad communionem ſub

vtra-

vtraque ſpecie, non poterat iſta diuiſio communionis fieri ab eis contra præceptum Eccleſiæ, ſine graui ſacrilegio, id eſt, ſine labe ſuſpicionis Manichæorum hęreſis. Vndè manifeſtè conſtat præfatorum Pontificũ authoritatem nihil aduerſariorum errori, ſed omnino veritati Catholicæ patrocinari.

Vltimò tandem, quod publica cõmunio olim fieret in vna tantum ſpecie panis, conſtat ex antiquiſsima conſuetudine, quæ in Eccleſia Romana ſemper viguit, vt in die Paraſceues hoc Sacramentum ſub ſola ſpecie panis, ſiue ſola hoſtia pridiè conſecrata ſumatur à Sacerdote officium celebrante; vt habetur ex Innocentio I. epiſt. 1. cap. 4. tùm ex Gregorio Magno in ſuo Sacramentali in officio Paraſceues, nec non ex ordine Romano antiquiſſimo.

Ex omnibus ergo ſupradictis ſic vnicum pro ſententia Catholica efformatur argumentum: ſi eſſet ius aliquod diuinum de communione laica ſub vtraque ſpecie; illud vel ex facto Chriſti, vel ex Scriptura, vel ex traditione in antiqua Eccleſię praxi fundata, Patrumque teſtimonio comprobata, vel denique ex huius Sacramenti natura colligi deberet; ſed ex nullo ex his tale ius colligi poteſt, imo, vt vidimus, oppoſitum; abſque vllo ergo fundamento aſſerunt aduerſarij ius aliquod diuinum extare de communione laica ſub vtraque ſpecie. Maior huius argumenti eſt certa ex ſufficienti inductione: Minor autem iam patet ex dictis, quæ ſingula breuiter percurro. Et in primis, quod ex facto Chriſti tale ius colligi nequeat, conſtat ex eo quod Lucæ 24. duos diſcipulos euntes in Emaus, in ſola ſpecie panis communicauit, vt ponderauimus ſupra; ſed eſto quod ſub vtraque ſpecie, ſicut & Apoſtolos in vltima cœna communicauit; non inde ſequitur, vsũ vtriuſque ſpeciei eſſe de iure diuino, aut à Chriſto præceptum omnibus, multa enim ſunt à Deo, vel Chriſto facta, & inſtituta, quæ tamen alijs facienda non præcepit, alioquin tenerentur Sacerdotes conſecrare poſt cœnam: ex ſolo igitur Chriſti facto, vel inſtitutione præcisè non poteſt colligi præceptum; quodue etiam fideles, ſi quæ à Chriſto inſtituta ſunt, ſpontè velint vſurpare, teneantur ea facere quo ad omnia ſecundum inſtitutioné eius; cum enim in his, quæ à Chriſto inſtituta ſunt, duo conſiderari poſſint. Primò ipſorum ſubſtantia, & eſſentia. Secundò, circumſtantiæ ſeu accidentia. Tenentur quidem omnes, ſi velint exempli gratia, vſurpare aliquod Sacramentum à Chriſto inſtitutum, tenentur, inquam, adhibere omnia, quæ ad illius ſubſtantiam, & eſſentiã pertinent; non tamen quæ ad ceremonias, aut merum ritum, qualem huc vſque oſtendimus eſſe vſum Euchariſtiæ, ſub altera tantùm ſpecie, vel ſub duabus; Igitur vt aduerſarij probarent eſſe de iure diuino vſum illius ſub duabus ſpeciebus, deberent prius oſtendere talem vſum pertinere ad ſubſtantiam, & eſſentiam huius Sacramenti, quod tamen præſtare non poſſunt, vt mox videbimus.

Secundò, quod ius aliquod diuinũ de communione laica ſub vtraque ſpecie, ex Sacra Scriptura colligi non poſſit, manet probatum ex dictis ſupra. Quibus non obſtant, quæ in contrarium adducunt aduerſarij, quos in hac re triplices habemus, Huſſitas, Lutheranos, & Caluiniſtas; Huſſitæ enim præfatum ius haberi volunt Ioann. 6. v. 54. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* At reclamant Lutherani, negantes toto illo capite, vel vnum eſſe apicem, qui de Sacramento Euchariſtiæ intelligi debeat; vndè putant illud contineri in illis verbis Chriſti Lucæ 22. v. 19. *Hoc facite.* Sed repugnat Caluinus, contendens, id ſolis Eccleſiæ Miniſtris, non autem laicis dictum fuiſſe. Quare

ipſe

: in illo alio, Matth. 26. *e ex hoc omnes*; Quæ tamen poſtolos pertinere ſatis de- cus, cum ait: *Et biberunt ex* Ex qua aduerſariorum in- ordia ;de præcepto diuino nis ſub vtraque ſpecie, tali, riptura alij putant ſe illud lij negent ibi eſſe, etſi ſuf- ligi poſſet, nullum habere fundamentum, huiuſmo- m, nihilominus ad ſingula r reſpondemus.

num Huſſitarum libenter eo Ioannis loco fieri men- Euchariſtia, negamus ta- haberi præceptum de illa neceſſario ſub vtraque ſpe- us primò ſenſus horum *Niſi manducaueritis, & bi-* ſt eſſe diſiunctiuus, cum la & copulatiua ſumatur ua, vt Act. 3. *Argentum, n eſt mihi*, hoc eſt, argen- um non eſt mihi; 1. Co- *i manducat, & bibit indi- ſibi manducat, & bibit,* anducat, vel bibit: Ne- iudicium quis ſibi man- lignam huius Sacramen- m, neceſſarium eſt, vt ſub ie illud indignè ſumat; uod panem Euchariſticũ; ndignè ſumat. Et certè aduerſarij permittunt ab- municare ſub ſola ſpecie men non putant priuan- æterna, coguntur etiam on eſſe accipienda in ri- Chriſti verba copulati- *ducaueritis, & biberitis*; n illis non contineri præ- umptione Euchariſtiæ ab vtraque ſpecie; imo po- m; qui enim dixit, *Niſi s carnem filij hominis, & ſanguinem non habebitis s*; idem quoque Chriſtus *nducat hunc panem, viuet* & cum hoc capite, de hoc Sacramento ſub nomine carnis, & ſan- guinis nonniſi quater mentionem fe- cerit, vndecies autem ſub ſpecie pa- nis ſolùm, ſatis oſtendit, ad ſalutem ſufficere ſolam ſpeciem panis; confir- maturque ex eo quod Chriſtus hoc præceptum ibidem concludit ſola manducatione panis: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*.

Alter eiuſdem loci ſenſus eſſe po- teſt, in eo dari præceptum de re, ſcili- cet corpore, & ſanguine Chriſti ſu- mendo in Euchariſtia, non autem de modo ſumendi ſub vna, vel duabus ſpeciebus: Chriſtus enim ea verba protulit contra eos, qui inter ſe liti- gabant dicentes: *Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducan- dum?* Illi autem non litigabant de mo- do ſumendi ſub vna, vel duplici ſpe- cie, ſed de reipſa, an ſcilicet Chriſtus poſset carnem ſuam dare ad mandu- candum. Quo ſenſu ſatis patet hunc locum nihil patrocinari aduerſarijs.

Nec etiam ſi concederetur in eo dari præceptum de vtraque ſpecie ſu- menda, cum facilè intelligi poſſit non dari vt implendũ per ſingulos, ſed per aliquos tantùm, ſcilicet per Sacerdo- tes conſecrantes, & adhuc quando celebrant principaliter, ſi quidem Sa- cerdotes nouiter ordinati, ſimul cum Epiſcopo celebrantes, non commu- nicant ſub vtraque ſpecie.

Ad alterum locum Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, quo vtuntur Lutherani; reſpondetur Chri- ſtum his verbis ſolùm ordinaſse, vt Apoſtoli, eorumq; in Sacerdotio ſuc- ceſſores, offerrent corpus, & ſangui- nem ſuum in Sacrificio Miſſæ, vt di- cetur capite ſequenti; vndè falſum eſt quod aiunt aduerſarij, nimirum Chri- ſtum ibi præcepiſse Apoſtolis, vt ipſi facerent alijs, quidquid ipſe eis fe- cerat, aliàs etiam præcipiſset, vt om- nes alios facerent Sacerdotes; cum ipſi tunc à Chriſto Sacerdotes ordi- nati ſint.

Ad tertium denique Matth. 26. *Bi-*

bite ex hoc omnes; quem obijciunt Caluiniſtæ; reſpondetur à Diuo Marco cap. 14. explicari, qui ſint illi omnes, ſoli nimirùm Apoſtoli, quibus Chriſtus Dominus potius dixit: *Bibite ex hoc omnes*, quàm *manducate ex hoc omnes*, quia panem ipſe fregit, deditque eis; vinum autem in calice conſecratum dedit diſcipulis inter ſe diuidendum, iuxta illud Lucæ 22. *Accipite, & diuidite inter vos*.

Si quis inſtet præfatis quidem locis Scripturæ haud contineri præceptum de ſumenda ab omnibus Euchariſtia ſub vtraque ſpecie, ſed 1. Corinth. 11. vbi expreſsè ait D. Paulus: *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*: Reſpondetur Apoſtolum ibi tradere præceptum non de edendo pane, vel bibendo calice abſolutè, ſed tantùm de modo dignè edendi, vel bibendi; nihil enim aliud intendebat, quàm corrigere abuſus, & irreuerentiam Corinthiorum in perceptione corporis, & ſanguinis Chriſti. Vel etiam dici poteſt, ſi illa verba, *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*, referantur ad præceptum de edendo pane, & bibendo calice, debere intelligi diſiunctiuè iuxta alia antecedentia: *Itaque quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè*; ita vt ſenſus ſit ſecundū diſtributionem accommodam, quod omnes, qui ſumunt Euchariſtiam, ſiue illam ſumant ſub duplici ſpecie, ſiue ſub vna, prius quidem teneantur ſe probare, non autem præcepto aliquo diuino ſub duplici ſpecie illam ſumere.

Tertiò, quod illud idem præceptū diuinum de communione laica ſub vtraque ſpecie nullum habeat in traditione fundamentum, pluſquam ſatis patet ex praxi Eccleſiæ iam ab initio de communione tam priuata, quā publica ſub vnica duntaxat ſpecie panis, relata, & approbata à Sanctis, ac veteribus Patribus, vt vidimus; quamuis etiam non negemus, nonnullos eorum hortatos fuiſſe fideles ad conſeruandam illam conſuetudinem cōmunicandi ſub vtraque ſpecie, quæ tempore eorum in Eccleſijs vigebat, vt patet ex epiſt. 2. Diui Cypriani de Martyribus, nullus tamen eorum aſſeruit id eſſe de præcepto diuino, niſi forſan reſpectu Sacerdotum celebrantium, aut reſpectu omnium, loquendo tantùm de ſanguine quoad rem, qui ſimul concomitanter ſumitur cum corpore ſub ſpecie panis.

Quartò tandem, & vltimò, quod natura huius Sacramenti non exigat neceſſariò communionem ſub vtraq; ſpecie, quidquid ſit de illo in ratione ſacrificij, an nimirum non poſſit, niſi in vtraque ſpecie à celebrante confici, de quo agetur capite ſequenti, manifeſtè conſtare videtur, conſiderando omnia illa, ex quibus in hoc Sacramento videtur poſſe peti neceſſitas communionis ſub vtraque ſpecie, reſpectu laicorum, atque adeo ius aliquod diuinum eos obligans ad talem communionem, ſcilicet eius effectus, ſignificatio, res contenta, & ſpecies continentes; ſed ex nullo ex his quatuor capitibus, vt concluſionibus ſequentibus probabitur, talis neceſſitas peti poteſt; natura ergo huius Sacramenti non exigit neceſſario communionem ſub vtraque ſpecie.

Secunda Concluſio. Communio ſub vtraque ſpecie non eſt neceſſaria ratione proprij effectus, ſeu gratiæ, quā confert. Iſta concluſio eſt de fide, definita à Concilio Tridētino ſeſſ. 21. can. 1. *Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel neceſſitate ſalutis, omnes, & ſinguli Chriſti fideles vtramque ſpeciem Sanctiſſimi Euchariſtię Sacramenti ſumere debere anathema ſit*; Si enim communio ſub vtraque ſpecie non eſt neceſſaria ad ſalutem, nec conſequenter eſt neceſſaria ratione gratiæ, quæ eſt ipſamet ſalus; gratia enim Dei vita æterna.

Probatur primò authoritate Scripturæ

ann.6.vbi Chriſtus Dominus
fructu Euchariſtiæ non ſe-
ſæpe aſſerit, vnam ſpeciem
ad ſalutem: *Si quis*, inquit,
erit ex hoc pane, viuet in ater-
panis quem ego dabo, caro mea
ndi vita. Et iterum; *non ſi-*
cauerunt Patres veſtri mãna,
ſunt. Qui mandùcat hunc pa-
in æternum. Vnde ſic arguo,
e ſpecies eſſet neceſſaria ad
vel ad receptionem gratiæ,
ſufficeret ad ſalutem, ſed ex
riſti Domini, mentione fa-
duntaxat ſpeciei panis, ha-
am prodeſſe ad ſalutem; ad
r, ſiue ad effectum huius Sa-
, vtraque ſpecies non eſt ne-
Vel ſic, proprius effectus
iæ eſt gratia cibans, & refi-
Chriſtus Dominus loco ci-
, vt vidimus ſuperiori capi-
de illa, conceduntque non-
luerſarijs, tàm benè dictam
romiſit accipientibus vnam
ſpeciem panis, quam acci-
duas; ſumptio igitur dua-
rum non eſt neceſſaria om-
alutem, ſiue ad proprium
uius Sacramenti.
ò probatur, quia ideo hoc
tum cauſat gratiam ciban-
cientem in ſuſcipiente, quia
orpus, & ſanguinem Chriſti
ed vnaquæque ſpecies ſeor-
a continet corpus, & ſan-
mò & totum Chriſtum om-
arum fontem, & authorem,
cemus; ergo etiam cauſabit
ibantem, & reficientem,
ſcipietur à communicante.
probatur ad hominem con-
arios, tum quia ſi commu-
raque ſpecie eſſet neceſſaria
, ſiue quod idem eſt ratio-
effectus, non poſſet vlla po-
ana in hoc diſpenſare, &
, quod aliquando laici cõ-
t ſub vnica ſpecie: ſed hæ-
in hoc diſpenſant in ſuis
ordinationibus Eccleſiaſticis, permittunt enim vt abſtemij, ſaporis, & odoris vini impatientes, communicent ſub ſola panis ſpecie: Ergo ſibimetipſis manifeſtè contradicunt, quando contendunt communionem ſub vtraque ſpecie eſſe de iure diuino neceſſariam ad ſalutem, propriumue ſuum gratiæ effectum producendum. Tum quia ſecundùm Lutheranos effectus huius Sacramenti eſt *fidei excitatio, et confirmatio*, quæ per hoc Sacramentum fit in ſuſcipientibus, quatenus ſibi perſuadent peccata eſſe ſibi remiſſa per merita Chriſti Domini, iuxta diuinam promiſſionem; vel ex Caluino, eiuſque ſequacibus lib.4.inſtitut.cap.17. §.2. *Eſt ſecuritas, ſeu certitudo de vita æterna obtinenda*; at huiuſmodi effectus tàm benè poſſunt cauſari per vnã ſpeciem, quàm per duas, vt ex ſe patet; communio igitur ſub vtraque ſpecie non eſt neceſſaria ratione proprij effectus, quem confert.

Quod cum ſit apud omnes Catholicos de fide certum, ea tamen inter ipſos ſalua diſputatur, vtrum plus gratiæ cõferatur ex opere operato ſub vtraque ſpecie communicantibus, quã ſub vnica, aliqui enim negant, alij autem affirmant, docentes tamen illum maiorem effectum non eſſe neceſſarium ad ſalutem.

Tertia concluſio. Communio ſub vtraque ſpecie non eſt neceſſaria ratione ſignificationis. Iſta concluſio eſt eadem certitudine fidei certa apud Catholicos; ſi quidem ſignificatio, quæ per ſe pertinet ad hoc Sacramẽtum, vt Sacramentum eſt, & ad effectum eius, videlicet ſignificatio vnionis membrorum Eccleſię cum Chriſto vt capite, & ſub eo inter ſe, ſufficienter reperitur ſub ſingulis ſpeciebus, ſub pane quidem, quatenus ex multis granis vnus conficitur; & ſub vino, quatenus vnus liquor ex multis vuis exprimitur; ſimiliter & ſignificatio, qua Chriſtus Dominus inſtituendo Euchariſtiam ſub duplici, eaque di-

ſtincta ſpecie, voluit denotare ſe non minus ſufficere ad potum, quam ad cibum; cum enim in Sacramento Euchariſtiæ duplex poſſit diſtingui ſignificatio, vna magis expreſſa, altera minus expreſſa; & ſi libenter admittamus, quando ſumitur Euchariſtia ſub vna tantùm ſpecie, ſubtrahi aliquid ſignificationis iuxta primam rationē, ſiue ſecundum modum ſignificandi, quia ſic denotatur refectio per cibum, ſine potu, attamen implicitè, ſiue ex parte rei ſignificatæ, vtrumque ſufficienter ſignificatur, atque adeò plena, & integra refectio ſpiritualis conſtās cibo, & potu, cum ex mox dicendis, quando Chriſtus ſumitur ſub vna ſpecie panis, non minus ſumatur eius ſanguis, & corpus, quam vbi ſumitur ſub vtraque ſpecie. Tandem ſignificatio, qua repræſentatur paſſio Chriſti, cum illa magis ad rationem ſacrificij, quam Sacramenti pertineat, neque ſit de ratione ſacrificij, vt omnes qui adſtant, & illud per Sacerdotem offerunt, de ipſo eodem modo participent, ac Sacerdos, qui eſt publicus miniſter; ſufficit quod ſub vna ſpecie illud ſumant.

Quarta concluſio. Communio ſub vtraque ſpecie non eſt ſingulis neceſſaria ratione rei contentæ. Iſta etiam concluſio eſt de fide definita tam in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 11. quam in Tridentino ſeſſ. 21. can. 3. Ratio eſt, quia ſub vna ſpecie non minus continetur totus Chriſtus, quam ſub vtraque, vt ſuperiori capite dictum eſt, licet aliter contineatur ſub ſpecie panis, aliter ſub ſpecie vini. Nam ſub ſpecie panis continetur ſola caro, vel corpus vi Sacramenti, reliqua nimirū ſanguis, anima rationalis, perſona Verbi, ac diuinitas per concomitantiam. Contra ſub ſpecie vini continetur ſolus ſanguis vi Sacramenti, reliqua per concomitantiam: ratione igitur rei contentæ communio ſub vtraque ſpecie non eſt ſingulis neceſſaria, cum totus Chriſtus æque ſit ſub vna ſpecie, quam ſub duplici, & dum manducatur corpus eius, ſimul etiam accipiatur & ſanguis, licet tunc propriè non dicatur bibi; & item dum bibitur ſanguis ſub ſpeciebus vini, ſimul etiam accipiatur eius corpus, licet tunc propriè non dicatur manducari; cuius tamen diuerſitatis ratio deſumitur non ab abſentia vnius rei, & præſentia ſolius alterius, ſed à modo quo traijciuntur ſpecies conſecratæ, ſub quibus tàm Chriſti Domini corpus, quàm eius ſanguis reperitur, vel vi verborum, vel per concomitantiam, vt ſuperiori capite explicatum eſt.

Secundò probatur contra aduerſarios, cumque ex illis Caluiniſtæ negent corpus, & ſanguinem Chriſti Domini eſſe ſubſtantialiter vi conſecrationis ſub ſpeciebus panis, & vini, non apparet, quomodo ex ipſis communio ſub vtraque ſpecie poſſit eſſe neceſſaria omnibus, & ſingulis ex parte rei contentæ, niſi forte inter res contentas ponant ſubſtantiam vini, ſed abſurdè, cum etiam in illorum hæreſi panis, & vinum ſint nuda dumtaxat ſigna, & nullo modo res ipſa Sacramenti.

At quia Lutherani diuiſi ſunt in explicanda Chriſti præſentia in Euchariſtia. Nam aliqui partim cum Catholicis, partim cum Caluiniſtis conueniunt, fatentes cum primis realem Chriſti in Euchariſtia præſentiā, cum ſecundis autem negantes concomitantiam. Adeo vt ſecundum illos ſola caro Chriſti ſit ſub ſpeciebus panis, ſolus verò ſanguis ſub ſpecie panis, animam autem rationalem ſub neutra contineri. Alij cum Catholicis ſimpliciter aſſerunt, totum Chriſtum contineri ſub vnaquaque ſpecie, etiam ſeparatim accepta; & hi ſunt, qui defendunt Chriſti vbiquitatem, eumque eſſe per illam Euchariſtiæ præſentem. Nam ſi totus Chriſtus ex ipſis ſecundum diuinitatem, & humanitatem vbique eſt, neceſſe eſt totum

pane, & ſimiliter totum
tque adeo communionem
ſpecie haud eſſe neceſſa-
rei contentæ.
i autem, qui concedunt
aliter in Euchariſtia præ-
& tamen negant conco-
acilè refelluntur ex dictis
ite, vbi oſtendimus eo-
uo ad ſubſtantialia rea-
pus Chriſti in Euchari-
cœlo, ſed in cœlo eſt vi-
adeo coniunctum cum
ima, & diuinitate ob
oſtaticam, alias corpus
ſſet; ergo eodem modo
Euchariſtia. Inquiri enim
, an caro Chriſti ſit ſola
nis, an coniuncta cum
na rationali, & perſona
a eſt, proculdubio mor-
viuens, ſi coniuncta
ſtatim dictis, iam totus
b ſpecie panis, & eo-
oportionaliter ſub ſpe-
od nos Catholici con-
t tamen non eſt totus vi
uia vis Sacramenti in
panis conſiſtit in illis
eſt corpus meum, quæ
patet, vi ſua non ſigni-
hriſtum, ſed tantùm
nem eius; ergo ita caro
ſpecie panis, vi verbo-
menti, vt cætera inſu-
per concomitantiam;
us etiam Chriſtus ſub
Diuus Thomas opuſc.
otè comparat Chriſtum
b ſpecie panis, botro,
ur duo, nempe & vua
otus, qui ex vua ſu-

tet ex dictis commu-
aque ſpecie non eſſe
parte ipſarum ſpecie-
um, cum enim earum
ùm vel propter ſignifi-
ropter effectum, vel
ntentam; ſi ex ijs tri-

bus, vt vidimus, nulla ſequitur neceſſitas communionis ſub vtraque ſpecie, nulla etiam oriri poteſt ex parte ipſarum.

Quinta concluſio. Nulla fit laicis iniuria illis miniſtrando Euchariſtiam ſub vna tantum ſpecie. Iſta concluſio eſt de fide, definita in Concilio ſeſſ. 21. citata, ſequiturque ad alias. Nam tunc propriè alteri dicitur fieri iniuria, quando ei ſubtrahitur, vel denegatur, quod aliquo titulo iuſtitiæ eſt ei debitum; ſed ex ſupradictis communio ſub vtraque ſpecie nullo titulo iuſtitiæ, ſiue fundato in præcepto Chriſti Domini, ſiue in neceſſitate Sacramenti, debetur laicis fidelibus: igitur dum Eccleſia denegat illis cõmunionem ſub vtraque ſpecie, nullam illis propriè infert iniuriam.

Dicet aliquis, quod ſuperior concedit, inferior prohibere non poteſt ſine aliquali iniuria; ſed Chriſtus, quamuis nõ præceperit vſum calicis, ſaltem, ſecundum nos Catholicos, eũ fidelibus liberum reliquit, atque adeo ius aliquod ad illum; ergo ſine aliquali iniuria priuari non poſſunt vſu calicis. Eoque magis quo hoc Sacramentum eſt vltimum teſtamentum, quo Chriſtus morti proximus, corpus, & ſanguinem legauit filijs ſuis; ſi quidem Eccleſia, cum non ſit domina, ſed tantùm adminiſtratrix Sacramentorum, non poteſt abſque iniuſtitia hac hæreditate eos deijcere.

Reſpondetur ad hanc inſtantiam concedendo maiorem, inferiorem videlicet non poſſe ſine aliquali iniuria prohibere, quod ſuperior concedit abſolutè, & independenter ab alio ſuperiori inferiori, & ſubordinato; negando autem, vbi ſecus fit; vt contigit in præſenti, Chriſtus enim non reliquit in libertate fidelium vſum calicis, ſeu non contulit eis ius illum petendi abſolutè, & independenter, ſed eo ipſo, quod reliquit illud ipſis liberum, atque adeo, vt quid, non ad eſſen-

eſſentiam, ſed ad ritum, aut Sacramẽti ſolemnitatẽ pertinens, reliquit, cũ ſubordinatione ad Eccleſiam, & ad eius prælatos, ſicut multa alia ſimilia, vt dicetur concluſione ſequenti, tanquã ad fideles myſteriorum Dei diſpenſatores, omniumque fidelium paſtores, ac ſuperiores, poteſtatem habentes, à Chriſto, vt in Sacramentorum adminiſtratione, ſalua eorum ſubſtantia, ea ſtatuerent, vel mutarent, quæ ſuſcipientium vtilitati, vel ipſorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicarent; vt ait Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 2. & deducit ex illo 1. Corinth. 4. *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei*; & ex cap. 11. eiuſdem epiſt. vbi Apoſtolus ſpeciatim de hoc ipſo Sacramento agens, *cætera*, inquit, *cum venero diſponam*.

Per hoc autem quod Eccleſia prohibeat laicis vſum calicis, non priuat eos propterea hæreditate à Chriſto legata; tum quia quidquid acciperent per vtramque ſpeciem, accipiunt per vnam tantùm, ſub qua totus etiam Chriſtus eſt; quod enim in ſumptione Euchariſtiæ cauſat gratiã, non eſt ſolum illud, quod ex vi verborum continetur in hoc Sacramento, ſed etiam quod per concomitantiam in eo continetur; alias diuinitas gratiam eius non cauſaret: cum ergò communicantes ſub ſpecie panis tantùm, non priuentur ſumptione ſanguinis, vt contenti in hoc Sacramento per concomitantiam, etiam ſi priuentur ſumptione eiuſdem ſanguinis, vt ex vi verborum in eo contenti, nulla prorſus gratia, vel hæreditate à Chriſto relicta priuantur: ſi quidem gratiam, quam cauſat ſanguis ſumptus, vt ex vi verborum continetur in hoc Sacramento, cauſat etiam ſumptus, vt in eo reperitur per concomitantiam. Tum etiam quia eſtò fraudarentur aliqua gratia, vt volunt plures Theologi: cum tamen hæc non ſit ad ſalutem, vel æternæ vitæ conſecutionem neceſſaria, non defraudantur paterna hæreditate, quæ ſaluatur in gratia ad æternam vitam neceſſaria? Nec etiam ijdem Theologi putant propterea laicis fieri iniuriam; quia quando aliquid eſt ſolum vtile, nec poteſt cum toto ſuo fructu fieri commodè ſine aliquo graui periculo probabiliter conſecuturo, tunc melius eſt, ad vitandum tale incommodum, illud facere cum minori fructu, maximè vbi fructus ille poteſt aliunde compenſari. Igitur cum communio ſub vtraque ſpecie non poſſit ſine periculo effuſionis Dominici ſanguinis, alijſque incommodis mox afferendis, dari communiter hominibus laicis, & fructus ille maior ſit eis tantùm vtilis, poſſitque compenſari ex deuotione eius, qui recipit hoc Sacramentum, ad ea vitanda, melius eſt dare illis communionem ſub vna tantùm ſpecie, quam ſub duabus. Vnde ſatis patet, nihil obſtare veritati concluſionis noſtræ, quod aliqui Theologi doceant, ampliorem gratiam conferri per vtramque ſpeciem, quam per vnicam, quia hic tantum agitur de ea gratia, quæ eſt vnicuique fideli adulto, & habenti præceptum communicandi, neceſſaria ad ſalutem æternã; ideoque Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 3. vt hanc diſputationem relinqueret liberam, non dicit abſolutè *communicantes ſub vna ſpecie accipere tantum gratiæ, quantum accipiant, qui communicant ſub vtraque*; ſed cum dixiſſet, communicantes ſub vna ſpecie accipere totum, & integrũ Chriſtum, verumque Sacramentum, iſtis verbis concludit, *ac propterea quo ad fructum attinet, nulla gratia neceſſaria ad ſalutem eos defraudari, qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt*.

Sexta concluſio. Eccleſia Catholica iuſtis de cauſis, & rationibus fuit adducta, vt laicos atque etiam clericos non conficientes ſub panis tantummodo ſpecie communicaret. Ita

pari-

cluſio eſt de fide, ijſdem
finita à Concilio Triden-
:. can. 2.
odi autem cauſæ ſunt pri-
es crederent totum Chri-
am integrum Sacramen-
vnaquaque ſpecie: item
ad fructum Sacramenti
laicis neceſſarium, &
m, non requiri commu-
vtraque ſpecie, & Chri-
ium illam non pręcepiſſe,
nt hæretici; eſt enim val-
Eccleſię præcipere omiſ-
quod hæretici falsò vo-
eſſarium, vt patet in trina
Baptiſmi, quã ideo priori.
ccleſia prohibuit, ut mox
cundò, quia uinum multis
non poteſt, in tanta præ-
ut multa hominum mil-
mmunicari; & ubi ha-
fficile euitari poteſt fre-
nis effuſio in tanta com-
multitudine, contra de-
acramento reuerentiam.
iod durum eſſet Sacer-
l ab omnibus delibatum
at conſumere, præſer-
communicandum acce-
nale affecti, ſordidi, &
iam alios à communio-
it, eo quod ex eodem
bendum erat.
od ſæpe Sacerdotes ad
anguinem pro multitu-
icantium, conſecrarent
n, idque extra Miſſam;
ne miniſtrarent purum
s plura non defuerunt
uintò quod plures na-
t abſtemij, ipſiuſque
entes, quos ipſimet hæ-
poſſe ſub vna ſpecie
icari. Propter hæc igi-
iuſmodi prudenter mo-
ad communionem ſub
laicis prohibendam;
el, quod, vt hactenus
talis communio iure

diuino non ſit neceſſaria; nec minus ex vna ſpecie, quàm ex duplici percipiatur gratia ad ſalutem neceſſaria.

Et ſi enim in his, quæ ſunt de iure diuino abſolutè, quæque pertinent ad Sacramentorum ſubſtantiam vel eſſentiam, diſpenſare Eccleſia non poſſit, in his tamen quæ illis ſunt extrinſeca, ſeu accidentia iuſtis de cauſis poteſt. Sic quia ad ſubſtantiam, & eſſentiam Baptiſmi V.g. pertinent hęc duo: ablutio externa, quæ fit per aquã, & forma verborum, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*; aut alia æquiualens; Eccleſia in eo nequaquam diſpenſare poteſt; at quia cætera ſunt extrinſeca, vt quod ablutio fiat vna, vel tria immerſione; aqua fluminis, vel ſtagnante; ante vel poſt prandium. Item quod totum corpus abluatur vel aliqua eius pars, & ſic de alijs huiuſmodi; potuit nunc vnam, nunc trinam merſionem præcipere in Baptiſmo, licet iure diuino liberum eſſet, vnam, vel trinam in illo adhibere; propter diuerſas cauſas diuerſis temporibus occurrentes; In primitiua enim Eccleſia, triplex merſio fuit imperata, ad deſignandam Trinitatem perſonarum in vna Deitate, idque propter hæreticos illius tẽporis, qui negantes Trinitatem, vna merſione baptiſmum conferebant; poſtea verò, nouis exortis hæreticis, qui putabant baptiſmum iterandum eſſe; ideòque baptizatos rebaptizabant, ad hunc errorem corrigendum, ſtatutum fuit in Concilio Toletano IV. can. 2. vt vna merſione baptiſmus conferretur ad deſignandam vnitatem mortis Chriſti. Eodem modo dicimus, etſi iure diuino liberum ſit communicare ſub vna, vel vtraque ſpecie, hac libertate non obſtante, Eccleſiam nunc ſub vna, nunc ſub vtraque ſpecie iuſtis de cauſis potuiſſe communionem ſtatuere. Quam poteſtatem ipſa, vel potius eius Prælati habent à Chriſto Domino. Quemadmodum enim Rex, qui ſibi Proregem,

vel

vel Vicarium in Regni adminiſtratione ſubrogat, ſolet quædam maioris momenti negotia certis legibus definire, & illi præſcribere, alijs in ipſius arbitrio, ac poteſtate relictis: Sic Chriſtus egit cum Eccleſiæ paſtoribus, quos quaſi ſibi Vicarios ſubſtituit, quoſque Diuus Paulus 1. Corinth. 4. vocat, *miniſtros Chriſti, et diſpenſatores myſteriorum Dei*. Quæ enim ad Sacramentorum ſubſtantiam, numerum, & effectum pertinent, certis legibus ab ipſo definita ſunt. Cætera autem quæ ceremonias, & circumſtantias attingunt, Paſtorum arbitrio, ac prudentiæ ordinanda, ac mutanda reliquit. Huius generis ſunt, Baptiſmum conferre ſemel, vel ter immergendo, vt diximus; Euchariſtiam ſumere ſub vna vel vtraque ſpecie; ante vel poſt cęnam; Dominico aut alio die; & his ſimilia; de quibus loquitur Apoſtolus 1. Corinth. 11. v. 34. cum ait: *Cætera, cum venero diſponam*; viderique poteſt Diuus Auguſtinus epiſtola 118. ad Ianuarium.

Ex huc vſque dictis cum ſatis pateat, quid contra ſectarios de fide tenendum ſit circa communionem ſub vna, vel duplici ſpecie, nunc primùm breuiter explicabimus, quæ ad huius ritus hiſtoriam ſpectant; tum alia plura, quæ ad huius Sacramenti ſumptionem abſolutè pertinent.

Igitur cum nullum ius diuinum extare de laica cõmunione ſub vtraque ſpecie, ſed ſemper in Eccleſia fuiſſe liberum laicis, vel ſub vna, vel ſub vtraque ſpecie communicare, nedum priuatim, ſed in ſolemnibus etiã conuentibus hactenus oſtenderimus; res tamen aliter ſe habuit, attento iure Eccleſiaſtico; diuerſis enim temporibus propter diuerſas occaſiones, & cauſas, diuerſa quoque fuerunt de illa Eccleſiæ præcepta. Duo ſiquidem Summi Pontifices Leo I. & Gelaſius I. quia videbant ſuo tempore Manichęos ex falſa ſuperſtitione ſemper abſtinere ab altera ſpecie, eoſque latentes inter Catholicos ab ipſis dignoſci non poſſe, quod ſimul communionem ſumerent ſub ſpecie panis, qua ſola vti, relicta altera calicis, in libertate laicorum erat, inde ſtatuerunt, tum in odium Manichęæ ſuperſtitionis, & ad illam deſtruendam, tùm vt non bibendo calicem, à Catholicis dignoſcerentur, ſi illum ſumerent, ſtatuerunt, inquam, vt nemo, ſaltem in conuentibus ſolemnibus, niſi ſub vtraque ſpecie communicaret; alioqui fore, vt Manichæus haberetur, qui à calice abſtineret.

Quæ conſuetudo partim ex hoc præcepto Eccleſiaſtico, partimque etiam ex hoc quod ſecundum ipſum ius diuinum eſſet laicis liberum vnã, aut vtramque ſpeciem ſumere, ſi vellent communicantes, durauit vſque ad ſæculum XII. quo paulatim vſus calicis cæpit obſoleſcere, nonnullis Epiſcopis ob rationes ſuperius adductas eum populo interdicentibus; vnde Rodulphus Abbas S. Trudonis, qui viuebat anno 1110. hęc ſcribit:

Hic et ibi cautela fiat, ne Presbyter agris,
Aut ſanis tribuat laicis de ſanguine Chriſti,
Nam fundi poſſet leuiter; ſimplexque putaret,
Quod non ſub ſpecie ſit totus Ieſus vtraque.

D. autem Thomas, qui viuebat anno 1265. ait 3. p. q. 80. art. 12. *Prouide in quibuſdam Eccleſijs obſeruatur, vt populo ſanguis ſumendus non detur, ſed ſolùm à Sacerdote ſumatur.*

Verùm cum talis vſus ab aliquibus duntaxat Epiſcopis in ſuis Eccleſijs introductus fuiſſet, poſtea in Concilio Conſtantienſi pro omnibus ſtabilitus fuit. Qua enim authoritate Summi Pontifices Leo, & Gelaſius, ob Manichæorum ſuperſtitionem, eoſque à Catholicis inter quos latitabant dignoſcendos, tunc ſtatuerunt, vt nemo

ub vtraque ſpecie commu-
Eadem Patres Conſtantien-
es, Huſſitas in Bohemia per-
rgere vtramque ſpeciem,
d ſalutem neceſſariam, pro-
non poſſe Eccleſiam laicos
a calicis, illùm penitus ſu-
ac iterum Patres Tridenti-
anis quoque, & Caluini-
modo cõclamantibus, Ec-
omanam tyrannicè popu-
licis priuare.

item ijdem Patres Summi
prudentiæ diſcutiendum re-
ſeſſ.22. decreto vltimo, an
ſub vtraque ſpecie alicui
nationi permittenda quan-
t, euentus clarè oſtendit;
Eccleſiæ, nec ſalutare pe-
e. Nam cum Pius IV. vt
Actis Conſiſtorialibus an-
d ſæpius repetitas Ferdi-
eratoris preces, piè exiſti-
m calicis vnicum fore re-
ereſi tunc in Germania
acultatem eius Epiſcopis
putandi Sacerdotes, qui
buſdam conditionibus fi-
is communionẽ ſub vtra-
præberent; talis facultas
ntium reductioni profuit,
curſum impediuit, ſed tot
a ſtatim irrepſerunt abu-
V. iam numero Beatorum
anno vix elapſo coactus
uid de hac re Pius IV. cõ-
euocare, prçcipiens ſub
municationis, vt decretũ
cõmunione ſub vna ſpe-
omnibus laicis inuiola-
retur.

c in Occidentali Eccleſia
lius licita ratione prohi-
leſiæ reſpectu communi-
e laico citra ſpeciale pri-
pa enim ſolemniter cele-
conus, & Subdiaconus
ſpecie communicant.

m ex vi præcepti diuini
citum, ac ſufficiens ad

ſalutem foret, hoc Sacramentum ſub ſpecie vini, quam ſub ſpecie panis ſumere; ſiquidem non minus vna ſpecies, quam altera annexam habet promiſſionem æternæ vitæ, & totum Chriſtum, totamque refectionem ſpiritualem animæ continet; Eccleſia tamen cõmunionem laicorum ad ſpeciem panis, potius quàm ad ſpeciem vini determinauit, propter omnes fere rationes, ob quas vſum calicis prohibuit, nimirum minoris periculi irreuerentiæ, maioris difficultatis habendi, & conſeruandi vinum in regionibus, in quibus non naſcitur, illudque pro infirmis aſſeruandi; ex eoque demum quod aliqui ſint à natura abſtemij, & à vino abhorrentes.

Si quis inquirat, liceat ne laicis in aliquo caſu calicem ſumere? reſpondetur affirmatiuè, cum multis doctoribus, quia reuerentia Sacramenti, & intentio Eccleſiæ poteſt interdum id exigere: vt ſi exempli gratia periculũ ſit ne ſpecies vini conſecratæ, ab infidelibus effundantur, & proculcentur; vel ſi mortuo Sacerdote ante ſumptionem calicis, nullus alius ſit, qui conſumat, & corruptionis ſpecierum periculum immineat.

Addunt aliqui id quoque licere in caſu, quo moribundus ob indiſpoſitionem ſtomachi, vel nimiam ſiccitatem palati non poſſet hoſtiam deglutire. Verùm hæc ſententia Doctoribus communiter non placet; præterquam enim talis caſus videtur eſſe moraliter impoſſibilis, cum facilè poſſit exigua quædam ſpeciei conſecratæ panis particula miſceri vino non conſecrato, & ita deglutiri, admiſſa adhuc eius poſſibilitate aſſerunt non licere, quia præceptum communionis in articulo mortis eſt affirmatiuum, quod non obligat, niſi poſitis quibuſdam circumſtantijs per Eccleſiam declaratis, quæ habet poteſtatem ſtatuendi de modo miniſtrandi hoc Sacramentum; ac proindè cum Eccleſia ſimpliciter prohibeat communio-

nem ſub ſpecie vini laicis, non licet tunc tali ægroto illā dare; nec poteſt Epiſcopus in eo diſpenſare, cū ſit contra ius commune, & legem vniuerſalis Concilij. Excipiunt aliqui tamen caſum, in quo ſcilicet moribundus habens conſcientiam mortalis, non poſſet habere Sacerdotem cui confiteretur, poſſet tamen habere Diaconum, qui ſibi ſanguinem miniſtraret; nam cum in tali caſu ſumptio Euchariſtiæ illi eſſet ad ſalutem neceſſaria, per epikeiam, & legis interpretationem communicare poſſet ſub ſpecie vini. Vix tamen caſus eſt poſſibilis, niſi tantùm in euentu, quo deficiente Sacerdote poſt ſumptionem corporis, maneret ſanguis in altari, & nō eſſet Sacerdos, qui ſupplere poſſet defectum, & moribundus eſſet iam iam expiraturus.

Dictum fuit communionem ſub vtraque ſpecie hoc tempore non eſſe licitam in Occidentali Eccleſia reſpectu communicātium more laico; quia cum aliqua conſuetudo ita poſſit abrogari, vt tamen perſeueret in alijs quibuſdam locis, in quibus hæc abrogatio nunquam fuit in vſu recepta; communiter docent Theologi Græcos, qui tam poſt vnionem factam in Concilio Florentino, quam ante illā, communione laica acceperunt Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, nec de illo fuerunt reprehenſi, quando præſenti adhuc tempore ita communicāt non videri, ex hoc præciſè titulo, peccatū aliquod committere; niſi aliàs crederent hoc eſſe neceſſarium ad ſalutem, aut aliquem alium errorem haberent. Quod tamen non eſt, vt patet ex communione prçſanctificatorum, quando ſcilicet ſacram Euchariſtiam per totā quadrageſimam ſub vna tantùm ſpecie diebus prophanis ſumunt, ſeu exceptis Sabbatis, & Dominicis. Item quod ægrotis, & moribundis ita etiā illam præbeant: nam vt referunt, qui de illorum ritibus ſcripſerunt, & nouiſſimè ex ipſis Eminentiſſimus Cardinalis Bona lib. 2. Rerum Liturgicarum cap. 18. Singulis annis feria 5. maioris Hebdomadæ panem recentē ſolito maiorem prçparant, & conſecrant, cuius quartam partem Sacerdos abſumit, tres reliquas in minutulas particulas comminuit, quas Meridas, & communiori vocabulo Margaritas vocant. Sed antea conſecratùm panem Chriſti ſanguine leuiter humectant, tum ſacro diſco ignem ſubijcientes cunctum humorem exprimunt, & ſic adeò indureſcit, vt per totum annum à corruptione immunis ſeruari poſſit. A pane vero ea ratione exſiccato, cum modicum illud vinū, quo imbutus fuerat omnino euaneſcat, remanet conſequenter ſub ſola ſpecie panis corpus Chriſti, quod ad ægrotum, cum opus eſt, deferentes, prius extrahunt è pixide margaritam, ſeu particulam vnam, & in cochleari vino communi perfundunt, vt emolleſcat, eaque ſic perfuſa illum communicant. Infantibus quoque dant Grçci more antiquo Euchariſtiam ſub ſola ſpecie vini, cochlear ſanguine intinctum ori ipſorum inferentes, vt lambant, quibus poſtea matres, vel nutrices à Sanctuario recedentes vbera præbent, vt ſanguinem ſimul cum lacte deglutiant.

Hoc demum tempore Græci tradita ſibi ante aliquot ſæcula à maioribus ſuis conſuetudine, ita communicant ſub vtraque ſpecie, vt eas non ſeorſim, ſed ſimul mixtas populus ſumat. Sacras enim particulas ſanguine perfuſas Sacerdos diſtribuit, ſingulis ſingulas præbens paruo cochleari, cuius tenue & oblongum manubrium eſt in paruam crucem deſinens, quas ſinguli ore excipiunt. Hactenus de his, quæ tam ad dogma, quam ad hiſtoriam ſpectant communionis ſub vtraque ſpecie. Nunc aliqua breuiter attingamus, quæ pertinent ad huius Sacramenti ſumptionem abſolutè, pro maiori eius explicatione.

Primùm igitur, quantum ad effectus eius, cum Euchariſtia duplicem ſortia-

tionem, vnanr Sacramenti,
rificij, de illa agimus iux-
conſiderationem, & aſſeri-
riſtiam conferre gratiam
n dignè eam ſumentibus,
erato; quod pertinet ad fi-
autem propria, & Sacra-
atia, eſt ipſamet habitualis
ificans, pro vt connotat
oluntatem Dei de confe-
alibus auxilijs ad nutri-
itualem, & eius effectus;
m ad nutritionem corpo-
oum eumdem; item prove
n ſumente ad habenda
auxilia ſuo loco, & tem-
prædicti effectus maximè
augmento gratiæ, in re-
uore eius deperdito, in
o ipſum dignè ſuſcipien-
Domino, item in aliqua
diuinæ dulcedinis, in
catis venialibus, & præ-
ortalibus, ac demum in
in bono. Hos enim
s; & alios ſimiles ſatis
re gratiæ Euchariſticæ
, ſeu correſpōdenter ad
titionem corporalem; vt
paſſim explicant, nec nō
. q. 79. In corpore quo-
t effectus hæc eadem
n mitigando fomitem
tiui; Nec ſolùm in hac
n in alia virtus eius ſe
ſando reſurrectionem
oſi phyſicè, aut morali-
ſas Theologorum ſen-
n gloriam animæ, quā-
empore, non ſolùm ra-
communi omnibus Sa-
dicuntur cauſare glo-
uſant gratiam, quæ eſt
ed etiam ſpeciali mo-
o huius Sacramenti.
o habet ex proprio ef-
perſeuerantiam in gra-
præſeruare à peccatis
ſeruando enim ab illis
ntiam, quia impedit

deſtructionem gratiæ. Secundò ratione rei contentæ, quia vnit nos cum Chriſto, vt maneamus in illo, & viuamus vita ipſius Ioan. 6. qui autem viuit vita Chriſti, viuit vita æterna, quæ eſt viſio beata. Tertiò ratione Paſſionis Chriſti in hoc Sacramento repræſentatæ, & teſtamenti quod conſtituit in illo cum dixit; *Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine*; Proprium enim eſt teſtamenti inſtituere hęredē, hæreditas autem eſt vita æterna; vnde in virtute huius Sacramenti, tanquam teſtamenti Chriſti, inſtituuntur hæredes vitæ æternæ, qui illud dignè ſuſcipiunt.

Cum certum ſit Sacramentum Euchariſtiæ directè per ſe, & ex opere operato remittere peccata venialia, adeo vt oppoſitum ſecundum omnes Theologos ſit erroneum; de fide autē ſit, non remittere primò, & per ſe directè, & ex prima ſua inſtitutione peccatum mortale; ita definiente Concilio Tridentino ſeſſ. 13. can. 5. contra Lutherum, ex 11. capite prioris ad Corinthios: *Probet autem ſeipſum homo, et ſic de pane illo edat*; vbi Apoſtolus loquitur de probatione à peccatis per confeſſionem Sacramentalem, vt mox dicetur, non autem, vt Lutherani volunt de probatione per fidem: Hoc, inquam, cum fide certum ſit, grauis tamen inter Theologos verſatur controuerſia, vtrum remiſſio peccati mortalis ſit aliquando effectus ſaltem per accidens, vel indirectè Sacramenti Euchariſtiæ; ſenſus eius eſt, vtrum fidelis baptizatus, qui pręmiſſo examine conſcientiæ moraliter diligenti, nullo pacto recordatur peccati alicuius mortalis, quo tamen eſt coinquinatus, accedit ad Euchariſtiā cum bona fide, qua putat ſe non eſſe in peccato mortali, tunc accipiat propriam gratiam huius Sacramenti, & quia hæc gratia nunquam compatitur ſecum peccatum mortale, tunc illud ei remittant. Multi doctores id negant, excuſant tamen à peccato ita

ſuſcipientem; alij autem cum Diuo Thoma 3. p. q. 79. art. 3. probabilius affirmant, vt ſequenti libro, ſuo loco dicetur Deo dante.

Quamuis Euchariſtia, in quantum Sacramentum magis ordinetur ad ſanctificandum nos, quam ad tollendam temporalem penam peccatis debitam, cum id principaliter ſit proprium ipſius, in quantum ſacrificium eſt, quia eſt oblatio expiatiua peccati, vt dicetur capite ſequenti, id tamen ipſi etiã vt Sacramento denegari non debet; At quia, vt diximus, iuxta probabiliorem Diui Thomæ ſententiam, Sacramentum Euchariſtiæ aliquãdo per accidens, & indirectè, ex opere tamen operato remittit peccata mortalia; venialia autem per ſe ex opere operato; ideo aduertendum eſt iſtas temporales pœnas, quæ per ſumptionem Sacramenti Euchariſtiæ dicuntur remitti, eſſe in triplici differentia, vel enim ſunt peccatorum iam remiſſorum quo ad culpam per Sacramentum Pœnitentiæ præmiſſum receptioni Euchariſtiæ, vel ſunt peccatorum mortalium, quæ indirectè, & per accidens duntaxat remittuntur per ſuſceptionẽ Euchariſtiæ, vel demum venialium, quæ relaxantur per illam directè, & ex opere operato, & iuxta hanc diſtinctionem proportionaliter diſcurrendum eſt; nimirum quod Euchariſtia in ratione Sacramenti, quatenus vt ſic, remittit indirectè, & per accidens peccatum mortale, & item venialia directè ex opere operato, pari etiam modo correſpondenti eiuſmodi remiſſioni, remittit totum, vel aliquid pœnæ temporalis debitæ peccatis, quæ ſic remittuntur iuxta diſpoſitionem recipientis Euchariſtiam; pœnas verò temporales reliquorum peccatorum remittit tantùm indirectè, nimirum reſtituendo feruorem charitatis, & excitando plures bonos actus, qui de ſe ſunt ſatisfactorij pro pœna temporali, vndè Euchariſtia non tam ex opere operato, etiam per ſe ſecundo, ſeu mediatè, quam ex opere operantis, dicenda eſſe videtur remiſſiua harum vltimarum penarum temporalium.

Si quis autem inquirat, an etiam Euchariſtia conſiderata in præciſa ratione Sacramenti poſſit ex opere operato prodeſſe alijs, præterquam ipſis realiter ſumentibus. Reſpondetur nõ poſſe. Ratio eſt, quia Sacramentum qua præciſè tale, totum ordinatur ad ſanctificandum ſuſcipientem, vt patet ex definitione Sacramenti; & etiam ex eo quod penes hoc Euchariſtia in ratione Saramenti diſtinguitur, vel diſfert à ſeipſa; vt habet rationem Sacrificij: Si tamen Sacra Communio facta fructuosè, conſideretur, ſicut per opus quoddam excellens, ac meritorium, quidam iuſtus bonis ſuis operibus poteſt aliquod bonum tam temporale, quam ſpirituale alijs impetrare à Deo; ita quoque fructuoſa perceptio huius Sacramenti facta à iuſto homine illam ordinante ad bonum proximi, poterit illi multum prodeſſe, ſed totum iſtud erit duntaxat ex opere operantis, & ex merito de congruo; vndè etiam apparet, quam laudabile ſit ac pium, nedum pro viuis, ſed etiam pro mortuis communionem hoc modo à fidelibus applicari, Deoque offerri.

Tandem circa tempus quo Euchariſtia præſtet ſuos effectus, cum certũ ſit aliquos non dari ſtatim de præſenti, vt eſt glorificatio animæ & corporis: item auxilia actualia ad reſiſtendum tentationibus, dantur enim pro eo tempore quo talis occurrit neceſſitas, ſolùm eſt difficultas de tempore, vel inſtanti quo cauſat gratiam cibantem ex opere operato; cum enim actio comeſtiua magnam habeat latitudinem, multaque inſtantia, & tempus conſumat: ſi quidem primo cibus ſumitur in ore; ſecundo traijcitur per guttur, tertio reponitur in ſtomacho, ibique per calorem naturalem digeritur; & ſi omnes Theologi concedant

Eucha-

liam non cauſare gratiam eo , vel inſtanti, quo primum eſt uando enim cibus eſt ſolùm illoque modo traijcitur, dici ſt manducari, gratia autem tiæ promiſſa eſt illam mandu- nn.6. *Qui manducat hunc pa- in æternum*; inter ſe tamen t circa totum illud tempus, it traiectio alimenti per gut- ad repoſitionem in ſtoma- nam ſcilicet eius parte ; vel dictus Sacramenti effectus in anima. Maior enim in 4. 9.q.1.cenſet illum non cau- ſtanti, aut aliqua temporis d toto illo quo manducatio Caietanus autem 3.p. qu.79. ſolùm id tenet, ſed etiam ndiu durant ſpecies Sacra- in ſtomacho, continuò cau- am. Alij exiſtimant cauſa- hoc Sacramentum effectũ nſtanti ſuperioris tamen or- ilique Angelico, æquiualen- ſtri temporis, non autem in ſius: Dicunt alij illum pro- ſtanti noſtri temporis, quo rimò verificatur ſpecies Sa- es peruenire ad ſtomachũ, ſe finitam manducationem, ta hoſtia occupat illud ſpa- ris, antequam perueniat ad n.

nter has, & alias plures ſen- obabilius videtur, eſt, gra- ariſticam produci in inſtan- temporis; ſi quidem de- s gradus gratiæ, connatura- on cauſatur in tempore, ſed , ſicut patet in alijs Sacra- uod inſtans non eſt illud, in verificatur ſpecies ſacra- peruenire ad ſtomachum; antequam perueniat cibus hum, & ceſſet motus ille, ue etiam in ſtomacho, iam manducari cibum, quia tus eſt: gratia autem pro- Chriſto ipſi manducatio- ni, non repoſitioni in ſtomacho, vel digeſtioni, dum ait, *qui manducat hunc panem* &c. in inſtanti igitur traiectio- nis ad ſtomachum non producitur, nec etiam quamdiu durant ſpecies ſacramentales in illo, continuo cau- ſant gratiam, præterquam enim hoc vltimum ſine fundamento aſſeritur; imo contra Scripturam, in qua effe- ctus huius ſacramenti tribuitur eius comeſtioni, vel bibitioni, dum au- tem ſpecies ſunt in ſtomacho, non amplius comeduntur, vel bibuntur, ſed tantum perſeuerant ibi; ſequere- tur inſuper eum melioris conditionis fore, qui maiorem hoſtiam ſumeret, vel longiori tempore illam conſume- ret, quæ, & ſimilia videntur abſurda; Illud quoque inſtans non eſt, in quo tota hoſtia occupat ſpatium gutturis, antequam perueniat ad ſtomachum; quoniam illa integra traiectio, & oc- cupatio intra guttur poteſt impediri ob difficultatem infirmi in traijcien- do; vel propter magnitudinem ho- ſtiæ, cumque interim poſſet mori in- firmus, vel ſpecies corrumpi, careret fructu Sacramenti, etiam ſi mandu- caſſet aliquid de illo, & ſi non inte- grãm hoſtiam; quod videtur eſſe val- de rigoroſum, & contra promiſſam à Chriſto gratiam manducanti abſolu- tè hoc Sacramentum.

Dicendum eſt ergo illam dari in prima traiectione gutturis, ſiue in illo inſtanti in quo verificatur, quod ſpe- cies ſacramentales attingunt primam partem determinatam, & aliquotam gutturis; quia tunc ſimpliciter, & ab- ſolutè verificatur, quod manducatur Chriſtus ſenſibiliter, & ſacramentali- ter; & ſi enim antè quamlibet partem determinatam, & aliquotam detur pars incerta, & indeterminata guttu- ris, illius tamen attingentia non ſuffi- cit, quia nondum eſt ſenſibilis, nec de- ſignabilis; & conſequenter neque ſa- cramentalis.

Requiritur autem ad cauſalitatem gratiæ per hoc Sacramentum, quod eius

eius ſumptio ſacramentalis ſit; & cũ ſub qualibet eius parte ſit totus Chriſtus, ideo qualibet eius parte determinatè guttur attingente, verificatur, quod totus Chriſtus manducatur, atque adeo effectus huius ſacramenti percipitur, quod in alijs cibis materialibus verificari non poteſt; ſi quis tamen tantam haberet difficultatem in traijciendo ſpecies, quod neque etiam illam minimam partem gutturis poſſent attingere, careret effectu Sacramenti, quia re vera non manducaret; ſecus autem ſi quis traiectam ſemel hoſtiam poſtea euomeret, quia talis effectus non dependet niſi ex manducatione, non autem ex digeſtione ſpecierum, ſicut alimentum corporale: Vomitus autem non opponitur manducationi, ſed potius ſupponit, licet impediat digeſtionem, qui igitur hoſtiam ſufficienter ad manducationem traiectam ſtatim euomeret, non propterea careret fructu huius ſacramenti. Quare non eſt eadem ratio cibi corporalis, & ſacramentalis; cum enim prior habeat effectum nutriendi mediante digeſtione, requiritur quod perueniat ad ſtomachum, vbi ſit digeſtio, ſecus autem cibus Sacramentalis, quia operatur non mediante digeſtione, ſed ſumptione, vel manducatione, dummodo ſit ſenſibilis, & ſacramentalis, qualis eſt, quando ſpecies ſacramentales attingunt primam partem determinatam, & aliquotam gutturis, traiectio enim ab ore per illud ad ſtomachum, incipit eſſe, & vocari vera manducatio. Vnde iuxta hunc dicendi modum tunc ita ex aliquibus Theologis cauſatur gratia ſecundum diſpoſitionem ſumentis, vt ſi tunc debitum non habuerit diſpoſitionem, illa careat propter obicem.

Verum cum manducatio, vel ſumptio huius Sacramenti conſiſtens in traiectione ſpecierum ab ore per guttur ad ſtomachum, cui Chriſtus Dominus annexit eiuſdem effectum, *Qui manducauerit hunc panem, viuet in æternum*, non conſiſtat in indiuiſibili, ſed aliquam habeat temporis durationem, & ſi, vt dixi, non cauſet gratiam ſucceſſiuè per totum illud tempus, quo durat, quia vbi aliquid agit ad modum cauſæ naturalis, caret impedimento, habet ſubiectum ritè diſpoſitum, & eius effectus poteſt produci in inſtanti, tunc non producit illum ſucceſſiuè per aliquod tempus, quia aliquid produci duntaxat in tẽpore oritur ex defectu aliquorum nũc enumeratorum: Igitur cum Sacramentum Euchariſtiæ in producendo proprio ſuo effectu ex opere operato, ſe habeat per modum cauſæ naturalis, ſicut & cætera nouę legis Sacramenta; ſuſcipienſque illud ſit debitè diſpoſitus, vt ſupponimus; item gratia, quæ eſt eius effectus produci poſſit in inſtanti; dici non poteſt illud producere in ſuſcipiente gratiam ſucceſſiuè per totum illud tempus actualis ſuæ manducationis, vel bibitionis; neque etiam toto illo longo tempore, quo poſt comeſtionẽ, vel bibitionem durant eius ſpecies in ſtomacho; Cum, inquam, hæc comeſtio, vel bibitio nõ conſiſtat in indiuiſibili, ſed ſit ſucceſſiua, exiſtimant aliqui, quando nullus eſt obex ex parte ſuſcipientis, ita Euchariſtiam producere ſuum effectum gratiæ, in illo primo inſtanti, in quo verificatur eam ſumi, vel manducari, quoniam Sacramentum Euchariſtiæ, cum agat ad modum cauſæ naturalis, tunc ſtatim agit, ac reperit ſubiectum rectè diſpoſitum, & habet conditiones ex parte ſuæ explicationis requiſitas; vt autem ſupponitur, ſuſcipiens in præfato primo inſtanti eſt, debitè præparatus, adeſt etiam manducatio propriè dicta, quę requiritur tanquam conditio, & Euchariſtia eſt etiam eo inſtanti propriè Sacramentum, quia eſt permanens, unde etiam differt ab alijs Sacramentis, quod iſta, quia conſiſtunt in vſu ſolummodo producunt ſuum effectum in in-

erminatiuo ſacramentalis
nil enim operatur antequã
ſtia autem cum ſit perma-
ſui applicatione petat ſo-
cationem, quam in primo
ſupponitur quoque habe-
tiam eodem inſtanti ope-
effectum; vt tamen ſi ſu-
,fuerit in illo rectè diſpo-
a autem debitè diſpona-
m contritionis, mandu-
uc durante, tunc alio in-
alis erit diſpoſitio, perci-
uctum ex opere operato.
uia agentia naturalia, vbi
ione ſubiecti non cauſant
m primo illo quo debe-
ſi impedimentum tolla-
inſtanti, & ſint ſufficien-
, tunc in illo ſuum pro-
um; ſed, vt diximus, Sa-
ucharistiæ agit ad mo-
aturalis, & in ſecundo
ente inſtanti, durante
icatione, eſt debitè ap-
a tunc omnia ad agen-
concurrunt; Producet
ipiente gratiam Sacra-

n indigne Euchariſtiam
am ſi communione pe-
luta manducatione cõ-
aquã reciperet fructum
quidem Chriſtus, à cu-
efficacitas Sacramento-
is pendet, nullibi repe-
cra Scriptura, nec in
c Sacramento dediſſe,
m poſtea reuiuiſceret.
od attinet ad diſpoſi-
ipiendo fructuosè Eu-
amento, cum duplex ſit
nimæ, alia ex parte cor-
lo de prima, communi-
ontra Caietanum do-
em gratiam, ſeu ſancti-
ere homini baptizato,
onem Euchariſtiæ con-
um illius, ſeu augmen-
a vt ad illud conſequẽ-

dum non ſit opus actuali deuotione, vel attentione; Sacramenta enim nouæ legis, inter quæ primum obtinet locum Euchariſtia, producunt ſuum proprium effectum in ſuſcipientibus, vbi nullum reperiunt obicem; ſed quando gratia ſanctificans eſt in ſuſcipiente, tunc in illo nullus habetur obex, ſiquidem ſolum mortale peccatum eſt obex ſuſcipiendæ ſanctificantis gratiæ; ſuum ergo proprium effectum, ſeu augmentum gratiæ ſanctificantis Euchariſtia producet in ſuſcipiente baptizato habente primã gratiam ſanctificantem, etiam ſi careat actuali deuotione, vel attentione. Cuius argumentũ eſt vſus primitiuæ Eccleſiæ, quo aliquib⁹ in locis Euchariſtia dabatur infantibus, in quibus tamen ob defectum ætatis, nulla actualis deuotio, & attentio poterat eſſe.

Item communis eſt ſententia, quod peccatum veniale concomitans actu ſumptionem Euchariſtiæ non impedit augmentum gratiæ, quod eſt proprius Euchariſtiæ effectus, licet impediat, ne feruor gratiæ conferatur, vel dulcedo huius cibi deguſtetur; ratio huius ſecundæ partis eſt, quia datur quædam oppoſitio inter feruorem gratiæ, & ſpiritalem Euchariſtiæ delectationem, & inter affectum peccati venialis, vel eius actum: vndè qui cum illo recipit Euchariſtiam non recipit feruorem, nec delectationẽ ſpiritalem gratiæ; at quia peccatum veniale neque ex ſe, neque ex aliqua ſingulari Chriſti inſtitutione, habet oppoſitionem ad gratiam habitualem, aut ad augmentum eius per Euchariſtiam recipiendum; quando aliquis baptizatus carens peccato mortali illam percipit, quia agit ad modum cauſæ naturalis producit in eo ſuum proprium effectum, qui eſt augmentum gratiæ. Cumque peccatum veniale in communicante poſſit eſſe duplex, unum antecedens Sacram Communionem, nulla præuia contritione deletum, aliud illam concomitans, qua-

quatenus ſcilicet communicans uult illud committere, uel quatenus eſt aliqua circumſtantia Sacræ communionis, ut ſi quis communicaret ob aliquam leuem uanam gloriam; intelligendum eſt unumquodque ex his aut ſimilibus peccatis uenialibus non impedire augmentum gratiæ, quamdiũ manent intra limites peccati uenialis; cum hac tamen diſparitate, quod peccatum ueniale mere antecedens, cum quo quis communicat, nullam in eo nouam culpam uenialem inducat; ſecus autem peccatum ueniale manens ſecundum affectum, uel quatenus eſt circumſtantia ſacræ communionis, quia omnis actus humanus de ſe quidem bonus, habens tamen malam circumſtantiam eſt malus, & peccatum pro ratione ſuæ circumſtantiæ: tale autem peccatum ueniale eſt circumſtantia ſacræ communionis, & offenſa tantum uenialis; igitur talis communio tunc ita conferet ex opere operato augmentum habitualis gratiæ, quia nullum illi reperit obicem, ex dictis, ut tamen etiam culpa uenialis inducatur in ipſum ſuſcipientem.

Ei autem, qui conſcius eſt peccati mortalis, non ſufficit præmittere cõtritionem de illo, ſed quantumuis contritus ſibi uideatur, tenetur præmittere confeſſionem ſacramentalem communioni Euchariſticæ. Et hoc eſt de fide ex Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 7. & can. 11. ubi etiam excommunicantur ipſo facto, qui pertinaciter dixerint, uel defenderint cõtrarium; dum enim 1. Corinth. 11. ait Apoſtolus, *Probet autem ſeipſum homo* &c. eum ibi per probationem non tantum intellexiſſe contritionem, uerum etiam ſacramentalem confeſſionem mortalium, Tridentinum loco citato docet ex traditione, & Eccleſiaſtica conſuetudine; ſic Diuus Cyprianus epiſt. 10. 11. 12. & 75. conqueritur, quod Euchariſtia daretur lapſis, non facta peccatorum confeſſione, aitque id eſſe contra legem Euangelicam; quod eum non ſolum intellexiſſe de peccatis mortalibus publicis, uerum etiam de occultis, & de quibus habetur contritio, patet ex eiuſdem libro de lapſis, non longe à fine, ubi poſtquam inculcauit corpus Chriſti Domini non eſſe accipiendũ inquinatis manibus, alludens ad morem antiquum, quo Euchariſtia communicantium manibus dabatur ſumenda, uel domum deferenda, uel polluto ore ſanguinem Domini non eſſe bibendum, paulo poſt ſubdit, *Confeſſionem peccatorum cordis eſſe faciendam Sacerdoti*, nam ibi *per exomologeſim peccatorum*, intellexiſſe etiam ſecretam peccatorum confeſſionem Sacerdoti factam, fusè oſtendit Pamelius ſuis ad dictum librum annotationibus, annot. 98. & 99. Idem docent S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 83. in Math. & 45. in Ioannem; S. Leo epiſt. 91. ad Theodorum Epiſcopum Foroiulienſem cap. 2. necnõ ſignificari uidetur in Liturgijs Græcis, in quibus Diaconus ante communionem clamat *Sancta Sanctis*.

Quæ tamen confeſſio ſacramentalis peccatorum mortalium non eſt neceſſario ex natura rei præmittenda cõmunioni Euchariſticæ, ſed tantùm diuino iure poſitiuo, ſeu ex inſtitutione Chriſti Domini; ratio primæ partis eſt, quia ad recipiendum augmentum gratiæ habitualis ſufficit ex ſe gratia habitualis, ſed qui ueram, ac perfectam habet contritionem habet gratiam habitualem: igitur cum Euchariſtia conferat augmentum gratiæ, tanquam ſuum proprium effectum, ſola contritio ſufficere poſſet ad dignè communicandum, ſi iſta communio ſpectetur ſolummodò ſecundum ſuã naturam; ſecus autẽ attento iure diuino, ſeu inſtitutione Chriſti; quia Apoſtolus loco citato 1. Corinth. 11. refert illum inſtituiſſe id, de quo ibi agit, ſed agit de Euchariſtia, & de præparatione ad illam, quodque ait,

Pro-

em ſeipſum homo, intelligi-
imus de confeſſione ſacra-
la ergo præparatio per con-
ſacramentalem peccatorũ
ex Chriſti Domini inſtitu-
ue adeò de iure diuino po-
eſſariò præmittenda eſt ſa-
unioni; ita vt, etiam ſi con-
i ſe veram habere contri-
ſuo peccato mortali, ſem-
ur præmittere confeſſionẽ
lem, ſi tamen haberet co-
ſſarij, nec vrgeretur neceſ-
ox dicemus.

cum huiuſmodi prçceptum
nda confeſſione mortaliũ
Euchariſtiæ, ſit affirmatiuũ,
m affirmatiuum non ſem-
uis caſu obliget, dantur
in quibus excuſatur com-
præfato præcepto. Hi ſunt
one Eccleſiæ, quæ poteſt
rpretari ius diuinum, in
n diſpenſare, vbi com-
on habet copiam Confeſ-
ilominus ex neceſſitate
tur communicare, & ce-
vt hæc vtraque conditio
l concurrere, & non vna
habetur ex Concilio Tri-
13. cap. 7. vbi hunc tan-
à præmittenda commu-
ſione mortalium, dum-
ſit perfectè contritus de

am autem aliquis cen-
abere copiam Confeſſa-
m neceſſitas dicenda ſit
ndent cõmuniter Theo-
imum id contingere. Si
adſit Sacerdos poteſta-
am, vel delegatam ha-
, ſi talis adſit, careat ta-
peritia linguç, pænitens
etur confiteri per ſigna,
ltoque minus per inter-
tiò, ſi adſit Sacerdos ha-
tionem abſoluendi tan-
ſeruatis, & pçnitens ha-
ſeruata; dicitur ſolùm
reſeruata, quia ſi habeat non reſerua-
ta, tunc tenetur tam reſeruata, quàm
non reſeruata confiteri, & directè ab-
ſoluetur ab iſtis, indirectè autem ab
illis. *Quartò*, Si Confeſſarius eſt ex-
communicatus. *Quintò*, ex metu in-
famiæ, nimirum ſi pænitens prudenter
metuit à Confeſſario infamiam, vel
aliud malum, tunc enim non te-
netur ei confiteri peccata illa pro-
pter quæ reuera prudenter timet in-
famiam, ſi nulla alia habeat, nam ſi
habeat tenetur confiteri. *Sextò* ex di-
ſtantia loci, quando loquendo moraliter,
pænitẽs non poteſt adire, vel ro-
gare Confeſſarium, vt veniat, etiam
ſi parum diſtet: æſtimatio autem di-
ſtantiæ pendet à prudenti æſtimatio-
ne circumſtantiarum temporis, & lo-
ci. Hi ſunt caſus, & ſi qui ſint alijs
ſimiles, in quibus Theologi commu-
niter putant non eſſe copiam Confeſ-
ſarij.

Quod ſpectat ad alterum, ſcilicet
ad neceſſitatem communicandi, cum
illa poſſit peti ex triplici capite; pri-
mò ex parte ſtatus, in quo reperitur
qui vult communicare; Secundò ex
parte officij, quo fungitur; tertiò ex
parte periculi quod ſibi, vel ſacrificio
timet: Circa primum communiter
quoque Theologi docent, aliquem in
articulo mortis, ſi abſit Confeſſarius,
poſſe præuia ſolum contritione com-
municare; item, ſi Sacerdos in actu
conſecrationis cõmittat aliquod pec-
catum mortale, vel ſtatim poſt con-
ſecrationem, imo etiam ante, non
obligatur tunc confiteri, licet Confeſ-
ſarius ſit præſens, ſed ſatis eſt, quod
eliciat actum contritionis cum propo-
ſito confitendi. Neceſſitas ex parte
officij vrget, ſi celebrans ſit Parochus,
vel idem ac Parochus onus ſuſtineat,
ſitque aliquis cui debeat dare viati-
cum, nec vlla ſit hoſtia conſecrata,
nec alius adſit, qui poſſit celebrare:
eadem eſt ratio ſi Parochiani tenean-
tur audire Sacrum, nec ſit alius, qui
poſſit celebrare, quam Parochus: qui

enim non tenetur ratione muneris ad celebrandum, non poteſt, ſine præuia Sacramentali confeſſione mortalium celebrare.

Ex Concilio tamen Tridentino citato loco, Sacerdos celebrans ſolum contritus de mortali, tenetur quamprimum confiteri, præcæpto Eccleſiaſtico ibi facto, iuxta poteſtatem à Chriſto ſuæ Eccleſiæ datam inſtituēdi, quæ iudicabit magis expedire venerationi Sacramentorum, & vtilitati ſuſcipientium illa. Quo præcepto illi Sacerdotes duntaxat obligantur, qui cum conſcientia peccati mortalis, non habentes copiam Confeſſarij, & vrgente neceſſitate celebrarunt, quia verba legis, præſertim vbi eſt oneroſa, qualis eſt iſta, non ſunt extendenda ad caſus potius quaſi tacitè exceptos, quam ipſa lege comprehēſos; verba autem huius legis procedunt tantùm de ijs Sacerdotibus, qui neceſſitate vrgente celebrarunt cum conſcientia peccati mortalis, abſque præuia confeſſione, vt patet ex terminis, ad eam ergo illi ſoli tenentur. Vnde ſi quis Sacerdos accedat ſine conſcientia peccati mortalis, & abſq; præuia confeſſione ſacramentali, non obligatur hoc ſingulari præcepto prima occaſione ſibi oblata confiteri ſacramentaliter, licet poſtmodū meminerit alicuius peccati mortalis obliti: Item ſi quis Sacerdos communicet tantum more laico, etiam cum conſcientia peccati mortalis, non præmiſſa eius confeſſione, non tenetur quāprimum ſacramentaliter confiteri, quia fit tantum mentio Sacerdotum celebrantium. Demum, quia verba legis tantum valent quantum ſonant, & præſens lex agit expreſsè de caſu vrgentis neceſſitatis, putant aliqui eum, qui abſque vrgenti neceſſitate celebrat conſcius peccati mortalis, non obligari ex vi huius præcepti ſtatim, & quamprimum fieri poterit, cōfeſſionem illius facere, quoniam præfatum præceptum procedit expreſsè de illo caſu, in quo Sacerdos vrgente neceſſitate celebrat.

Vt autem qui digne, hoc eſt abſq; vllo mortali peccato communicat, percipit fructum huius Sacramenti; ita fide Catholica tenendum eſt contra Lutherum in concione de digna præparatione, & libro de Abroganda Miſſa. Nec non contra Caluinum lib. 4. inſtitut. cap. 17. §. 41. & 42. hominem peccati mortalis ſibi conſcium ſumentem hoc Sacramentum nedum eius fructu priuari, ſed inſuper peccare mortaliter, vt definiuit Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 7. & can. 9. dicente expreſsè Apoſtolo 1. Corinth. 11. de hoc Sacramento: *Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, et bibit*. Hoc autem peccatum, etſi ex ſuo genere grauius ſit ijs omnibus, quę fiunt contra puras creaturas, aut contra alia ſacramenta, tamen leuius eſt illis omnibus, quæ fiunt directè contra Diuinitatem, & contra virtutes Theologicas. Item minus eſt illo, quo Iudæi Chriſtum in ſtatu ſuo naturali exiſtentem offenderunt, vel crucifixerunt; minus enim, cæteris paribus, videtur ex genere ſuo offendere, qui quaſi in occulto, & ſub aliena ſpecie aliquem daliteſcentem offendit, vt eſt Chriſtus ſub ſpeciebus ſacramentalibus, quàm qui offendit eum palam, manifeſtè, & in propria ſpecie viſibili pręſentem. Denique peccatum illud mortale, cum cuius conſcientia aliquis recipit Sacramentum Euchariſtiæ, iuxta communem ſententiam non eſt peccatum aliquod diſtinctum à peccato indignæ communionis, ita vt prius ſit omiſſionis reſpectu ſacramentalis confeſſionis præmittendæ, & alterum commiſſionis, reſpectu communionis factæ in peccato mortali; quia vbi vnum præcipitur propter aliud, ibi violatio vtriuſque, vnum duntaxat cenſetur peccatum.

Iam quod attinet ad diſpoſitionem ex

orporis requiſitam ad per- ſ fructuoſè, vel decenter æ Sacramentum; & primò llutio carnalis ſit impedi- cramentalis eius ſumptio- unis eſt Doctorum ſenten- per ſe, & ex natura ſua præ- eratam nullatenus impedi- ſam Sacramenti Euchari- onem, cùm ita ſumpta oportet veniale, vel morta- n, ſed ſit tantum quædam poris ſubſequens natura- is, & affectionum eius cō- Multoque minus copula ſecundum ſe conſiderata l ſacræ communionis fru- endæ impedimentum, cum ex ſe, & natura ſua bo- ntia tamen, & conſilio, ab illa abſtinere, iuxta oncilij Elibertini relatum t. diſt. 2. cap. *Omnis homo* *Communionem à propria* *ere debet*: necnon etiam ymi authoritatem lib. 1. m, quæ refertur 33. quæſt. *Sciatis*, inquit, *quoniam* *xori debitum reddit, vacare* *tioni, nec de carnibus agni* *t.* At ſi illa pollutio car- uncta cum peccato mor- ante Sacramentum Pœ- itè ſuſceptum fructuo- ti Euchariſtiæ receptio- t ex dictis; Et quamuis miſſa per abſolutionem o Pœnitentiæ habitam, ex ſe, & ex præci- impediat fructum Sa- chariſtiæ, decentia tamē, eius poſſunt interdum qui paſſus eſt voluntariè llutionem, non recipiat llam eſt paſſus, Sacra- hariſtiæ.

erdum, quia poſſunt ali- cauſæ quædam rationa- s expediat, eum talē ad ; vt ſi hæc dies incidat in feſtum ſolemne, quod ſacramentalem communionem exigat; ſi ex omiſſione illius timeatur infamia, vel quid ſimile, aut ſi officium eius, qui paſſus eſt prædictam pollutionem, id exigat, v. g. quia eſt Parochus, aut aliquo ſpeciali titulo obligatus celebrare miſſam. Vtrum autem quandò non eſt talis neceſſitas communicandi, vel celebrandi Miſſam ſit aliquod veniale peccatum accedere ad hoc Sacramentum; vel celebrare ſacrificium poſt pollutionem ex peccato mortali ortam, quod tamen iam fuerit remiſſum per Sacramentum Pœnitentiæ, diuiſi ſunt Doctores; aliqui enim cum Diuo Thoma exiſtimant, eſſe tunc aliquod peccatum veniale; alij verò negant; qui tamen facilè cōciliari poſſunt; dicendo aliquando poſſe contingere, vt ſit aliquod veniale peccatum, vt docet Diuus Thomas v.g. ſi in accedente ſit quædam veluti præſumptio, & non tanta, quanta debet eſſe de dignitate Euchariſtiæ apprehenſio; tum etiam quia, cum pollutio præterita quantumuis remiſſa per pænitentiam ſoleat retrahere hominem à pijs cogitationibus, nec non aliquem adhuc libidinis ſenſum in eo relinquere, vix poteſt fieri attenta infirmitate humana; quin in conſenſum venialem ſæpe pertrahatur. At ſi quis poſt pollutionem ex peccato mortali ortam, & per Sacramentum Pœnitentiæ iam condonatā; interueniente honeſta, & rationabili cauſa communicaret, v.g. vt indè corroboraretur contra tentationes, & reciperet alios ſimiles effectus, tunc dicendum eſſet, eum nullum peccatum veniale commiſſurum.

Circa alteram diſpoſitionem ex parte corporis in ieiunio conſiſtentē; communis eſt Doctorum ſententia non licere non ieiuno accedere ad Sacramentum Euchariſtiæ, hocque haberi ex traditione Apoſtolica, vt teſtatur Diuus Auguſtinus epiſt. 118. Ieiunium autem hoc requiſitum ad com-

communionem, eſt ieiunium naturale, quo ſcilicet nihil cibi, aut potus quantumlibet minimum ſumptum ſit per modum cibi, aut medicinæ; & incipit à puncto mediæ noctis, quo Sol incipit ad nos remeare. Quid verò ſit opus ad hoc vt aliquid in ore poſitũ dicatur frangere ieiunium iſtud? conueniunt omnes opus eſſe, vt aliquid per modum rei extrinſecæ ipſi comedenti, poſt mediam noctem ab eo ſumatur, & deglutiatur, ſeu traijciatur. Dicitur *per modum rei extrinſecæ*, vt ſic excludatur ſaliua, catharrus, & cæteri huiuſmodi humores, qui cum ſint aliquid ipſius hominis nõ ſoluunt ieiunium naturale, etiamſi deglutiantur. Item dicitur *poſt mediam noctem*, vt ſic excludantur particulæ illæ cibi, quæ aliquando inhærent dentibus ex cœna præterita, & poſtea deglutiuntur; nam abſorbentur per modum ſaliuæ, & etiam præter intentionem, interrupto iam manducationis actu; idẽ & de gutta aquæ cenſent multi, ſi fortè, dum lauatur os, abſorbeatur. Verùm non ita ſe habet, ſi quis, dum ſe præparat ad ſomnum, aliquid ſaccari, vel alterius ſimilis rei apponat ori; nam ſi poſt mediam noctem diſtillat, probabilius videtur indè ſolui ieiunium naturale, cum ſit quædam continuata manducatio, quæ incepit ante mediam noctem, & adhuc poſt illam durat. Tandem dicitur oportere, vt illud extrinſecum poſt mediam noctẽ per os ſumptum *traijciatur*, nam ſi tantum atteratur dentibus, aut guſtetur, & non deglutiatur, ſed abijciatur, ſiue ſit liquidum, ſiue durum, non ſoluit naturale ieiunium; ſi quidem vt aliquis dicatur verè, & propriè manducare, & bibere, neceſſe eſt eum traijcere ab ore ad ſtomachum cibum & potum.

Non deſunt tamen plures caſus, quibus licet communicare non ieiuno; hi ſunt primò, ſi quis graui morbo afficiatur, nec poſſit differre ſumptionem cibi communis poſt ſacram communionem, vt habetur de c[...] crat. diſt. 2. c. Præsbyter; imo & [...] ſæpius id fieri, ſi hoc periculum [...] ſeueret, docent multi. Quorum [...] eſt, quia Sacramentum Euch[...] non ſolùm datur, quoniam tun[...] mo teneatur iure diuino commu[...] re; & viaticum accipere, ſed e[...] quoniam eius præſidio maximè [...] get, eadem perſeuerante neceſſit[...] eadem extante tentatione, & p[...] lo peccatorum, imo & ipſius m[...] Quod adhuc confirmant autho[...] Concilij Conſtantienſis ſeſſ. 1[...] agens de ieiunio naturali præm[...] do ſacræ cõmunioni excipit *non* [...] *tum caſum neceſſitatis, ſed etiam* [...] *mitatis*, ſicut enim Concilium i[...] cipit caſum infirmitatis, abſqu[...] reſtrictione vnius, vel plurium [...] ita etiam videtur indicare hoc S[...] mentum poſſe ſæpius ſumi ab [...] modi infirmo non ieiuno. Qui [...] hanc tenent ſententiam, nolunt [...] cipi, quaſi ſicut cuilibet ſano lic[...] gulis diebus communicare, ita [...] que liceat homini detento gra[...] firmitate, vnoquoque die hoc S[...] mentum ſumere, ieiunio natura[...] illum iam violato, ſed tantùm ſ[...] aliqua proportione, cum enim [...] ponatur iam acceptum pro viat[...] ſimul in præſidium aduerſus pe[...] quæ occurrunt, docent, hunc in[...] volentem communicare, non [...] tem tamen ſeruare ieiunium n[...] le poſſe quolibet octauo, vel a[...] mili die id facere, ſicut ſolent la[...] deles admodum pij.

Alter caſus, quo non ieiunus [...] communicare, eſt ad perficien[...] ſacrificium; vt ſi Sacerdos loc[...] conſecrati ſumpſit aquam, vel po[...] ſecratam vnam ſpeciem, vel vtra[...] recordetur ſe non eſſe ieiunum; [...] ſciens, & volens acceſſerit non ie[...] ad celebrandum; tunc enim deb[...] nitere, & proſequi ſi iam facta ſi[...] ſecratio: ſi verò nondum ſit ad [...] ventum, putant aliqui eum de[...]

mperfectũ relinquere, ſi po-
ne infamia, & ſcandalo, ad
nen his adhuc ceſſantibus,
iqui non obligari, licet id
icent.
casus eſt ad perficiendum
n alterius, ſi deſit alius Sa-
unus, qui id poſſet facere,
enim ſacrificij eſt maioris
s casus eſt, ſi poſt ablutio-
rſint reliquiæ hoſtiarum,
ecrauit Sacerdos, ſiue pro
populo, tunc enim poteſt
e; quia pertinent ad idem;
, & Sacerdos cenſetur ad-
i in eadem actione ad quã
ceſſit; ſi tamen eſſet pars no-
facilè conſeruari poſſet;
et tabernaculum, deberent
diri.
ad vitandum periculum ab
aut alijs huic Sacramento
, licet non ieiuno illud ſu-
aior in 4. diſt. 9. quæſt. 3.
Parochum poſſe poſt ci-
um celebrare, vt infirmum
et, quando aliter non po-
omnibus reijcitur, quia
vniuerſalem Eccleſiæ con-
, & in hoc eſt maximum
e periculum. Communis
tentia eſt, peccatum mor-
n ieiuno ſumere Euchari-
caſus adductos, & alios
quia eſt contra praxim, &
vniuerſalis Eccleſiæ in re
in eo aliquem Epiſcopum
n diſpenſare poſſe.
quod occurrit explicandũ
n ſint capaces Euchariſtiæ
pro quo notandum eſt ex
ridentino ſeſſ. 13. cap. 8.
ra aduertimus, tres eſ-
manducandi hoc Sacra-
Primus eſt *Sacramentalis*,
nirum recipiuntur quidem
anguis Chriſti ſub ſpecie-
atis exiſtentia, ſine gratia

tamen & fructũ, quem ſolet conferre Sacramentum. Quem modum adhuc aliqui ita diuidunt, vt vnus dicatur *realis* tantum, quando ſcilicet corpus Chriſti verè ſumitur ſub ſpeciebus, ſed tamen abſque iure ad illud ſumẽdum ita quod poſſit effectum habere, niſi impediatur ex indiſpoſitione ſubiecti. Alter autem *realis* ſimul, & *ſacramentalis*, quando ſumitur cum præfato iure. *Secundus* eſt *ſpiritualis* tantum, quando voto, & deſiderio, ſeu *fide viua*, vt ait Concilium, non autem reipſa manducatur. *Tertius* demum eſt *ſacramentalis*, & *ſpiritalis* ſimul, quando corpus Chriſti Domini in Sacramento, itemque fructus eius, ſeu gratia percipitur.

Quando ergo quæritur, quinam ſint capaces Euchariſtiæ ſumendæ, difficultas non procedit de ſumptione purè reali, ſic enim nedum homines quicumque ſint, verum etiam bruta animantia ſunt illius capacia; quando enim mures rodunt ſpecies conſecratas, dicuntur *realiter* manducare corpus Chriſti, quia ab eorum ore ad ſtomachum vſque traijcitur per inſtrumenta vitalia, non tamen *ſacramentaliter*; quia non ſumitur ab illis in ratione ſigni, ſeu cum iure ad ſumendũ illud, ita quod poſſit effectum habere, niſi impediatur ex indiſpoſitione ſubiecti. Quare licet hæc manducatio ſit veri, & proprij ſacramenti ſumptio, quia vt diximus ſuperiori capite Chriſtus Dominus non deſinit eſſe ſub ſpeciebus, niſi ſpecies ipſæ corrumpantur, attamen non eſt ſacramentalis, quia modo dicto non ſumitur: Difficultas, inquam, non procedit de iſta ſumptione purè reali, modo explicato, ſed de reali, & ſacramentali, qua ex ſe poteſt haberi effectus Sacramenti Euchariſtiæ, niſi ponatur obex ex parte ſuſcipientis, quãdo agitur de ſubiecto capaci illud recipiendi.

Sic primo docent communiter Theologi contra Caietanum, & alios, infan-

infantes baptizatos eſſe capaces Euchariſtiæ recipiendæ, nedum realiter, vt ſatis patet, ſed etiam ſacramentaliter, hoc eſt cum fructu illi proportionato; ratio eſt, quia licet infantes non habeant actualem, ſed radicalem tantum cognitionem huius ſacramẽti, tamen eo ipſo, quod ſunt baptizati, ſunt capaces effectus illius; non ſolum ergo realiter, ſed & ſacramentaliter ſunt capaces Euchariſtiæ recipiẽdæ, patet conſequentia; antecedens autem probatur; Quia Sacramenta nouæ legis, vt ſupra diximus, ita producunt ſuum effectum ex opere operato, vt imitentur cauſas naturales, quatenus vbi nullum reperiunt impedimentum in ſubiecto, ſuos in illo producunt effectus: igitur cum Euchariſtia ſit præcipuum ex dictis Sacramentis, quæ dum recipitur realiter ab infante baptizato, nullum in eo reperit obicem, imo characterem baptiſmalem, quo datur poteſtas ad recipienda ſacramenta modo ſacramentali, tum vitam ſpiritualem per habitualem gratiam, quæ eſt diſpoſitio ad proprium Euchariſtiæ effectũ, qualis eſt gratia cibans, vel ſpeciale augmentum habitualis gratiæ ad modum nutritionis; dicendum eſt infantes baptizatos eſſe capaces Euchariſtiæ recipiendæ, realiter ſacramentaliter, nec nõ fructuosè, ſeu cũ effectu; ad quem percipiendum non eſt opus aliqua intentione miniſtri, vel Eccleſiæ, ob eandem rationem modi operandi huius ſacramenti infallibiliter, vbi ſemel à miniſtro ritè applicatur ſubiecto nõ habenti aliquem obicem, ſeu idoneo, & capaci, cuiuſmodi ſunt infantes baptizati; vt ſtatim probauimus, clareque adhuc confirmatur ex illa praxi quorumdam locorum primitiuæ Eccleſiæ, qua, vt etiam refert Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. c. 4. Sacramentalis Euchariſtiæ communio adminiſtrabatur infantibus baptizatis; dum enim ibi ait, Epiſcopos eiuſmodi locorum *habuiſſe ſui facti probabilem cauſam pro illius temporis ratione*, ſatis videtur indicare hoc Sacramentum, ſuum in iſtis infantibus habuiſſe effectum; alias, cum adminiſtratio huius Sacramenti debeat eſſe in finem ſui effectus falsò Concilium ita fuiſſet locutum. Vndè quod paruulis olim indulta Euchariſtia nunc denegetur, non eſt, quia fructus illius ſint incapaces, ſed tantum ex præcepto, ſeu ordinatione Eccleſiæ id iubentis propter indecentiam, quæ timeri poſſet, ſi communiter paruulis daretur Euchariſtia; quæ indecentia in tanta multitudine fidelium vix eſſet euitabilis. Semper enim Eccleſia antepoſuit vitare potius omnem irreuerentiam huius ſacramenti, quam iuri ipſorum fidelium ſatisfacere ad illud ſumendum; maximè quia cum periculo irreuerentiæ non currit tale ius, vel poteſtas.

Secundò eodem modo diſcurrendum eſt de ſurdis, & mutis à natiuitate baptizatis, eos nimirum capaces eſſe fructuosę Sacramentalis Euchariſticæ communionis, modo nullum aliundè habeant obicem, quod dicitur ob verſantem inter eos, & infantes diſtinctionem, quod hi, de quibus agimus, quia ſunt adulti, & ſupponuntur habere vſum rationis, poſſint committere aliquod peccatum mortale, & ſic impedire, ne fructus huius Sacramenti ab illis percipiatur. At quia Apoſt. 1. Corinth. 11. poſtulat in adultis manducantibus, vt dijudicent corpus Chriſti Domini; quod ſurdi, & muti à natiuitate non poſſunt præſtare, quia non poteſt fieri ſine fide explicita de Incarnatione, de morte Chriſti Domini, de reali præſentia corporis, & ſanguinis eius in hoc Sacramento, quam fidem ſurdi, & muti à natiuitate regulariter non habent, quia carent auditu, ex quo eſt fides iuxta Apoſtolum, inde excuſantur, loquendo quoque regulariter à præcepto de ſumendo hoc Sacramento, ſiue ſit Chriſti Domini, ſiue Eccleſiæ, de

ra, licet peruenerint ad an-
ionis, quia præter diſcre-
uiritur prædicta dijudica-
m ſit ſurdis,& mutis à na-
gulariter impoſſibilis, cen-
n regulariter excuſari a
Dictum eſt regulariter;
ti, & ſurdi à natiuitate
utibus, & ſignis aliquod
Euchariſtiæ deſiderium,
nt, diuina officia frequen-
denter iudicentur appre-
pus, & ſanguinem Chri-
us, aut alio modo inſtru-
quibus experientia patet;
ſſa Sacramentali Confeſ-
nà, & nutus, non ſolum
is communio, ſed ad eam
tenentur, & etiam Ec-
m eis miniſtrandam, quia
reperiuntur omnia ad
communionem neceſſa-
parte ſufficientis diſpoſi-
iecto, quam ex parte præ-
n obligantis.
ca furioſos, & amentes
tizatos, cum eiuſmodi
in triplici differentia:
ſunt amentes à natiuita-
m illis rationis lumen
qui licet aliquandiu ha-
rationis, inciderunt ta-
ntiam, in qua perpetuo
lij tandem qui lucida
ent rationis interualla;
primis, eodem modo
ſt de illis, ac de paruu-
rum eſſe capaces Sacra-
hariſticæ communionis
sè, attamen illis dene-
ſicut paruulis propter
um irreuerentiæ; necnon
& ſurdis à natiuitate,
u cognitionis nec ipſi
ſſint corpus Chriſti Do-
no ſit de ſecundis, & ſi
n quoque irreuerentiæ,
tum adminiſtrari non
ſtatu, illius tamen re-
uosè capaces ſunt; nam

ſupponitur ita, durante vſu rationis, incidiſſe in amentiam, vt vel eos verè pœnituerit ſuorum peccatorum, vel ante mortale peccatum ab eis commiſſum in illam lapſos fuiſſe; alias propter obicem hunc, licet realiter comederent corpus Chriſti Domini, nihil fructus perciperent. Tertios tandem, qui ſcilicet inciderunt in amentiam, & habent lucida quædam interualla, eſſe capaces Sacramenti Euchariſtiæ fructuosè, vel ſacramentaliter, & ſpiritaliter recipiendi, quando vtuntur ratione,& alias ſunt benè diſpoſiti, tuncque ſi petant debere illis confiteri, omnes admittunt.

Quartò cum in Energumenis baptizatis poſſint reperiri omnia, quæ ex dictis deſiderantur ad dignam, & fructuoſam Euchariſtiæ ſumptionem, certum eſt,eos illius eſſe capaces,imo eis eſſe miniſtrandam, quia propter augmentum gratiæ, quod confert poterit ſua virtute efficere, vt dœmones eijciantur, vt habetur apud Caſſianũ collat. 3. cap. 3. vel ſaltem vt Energumeni iuuentur ad patienter, & cum fructu ferendos ſuos labores. Si tamen alicuius irreuerentiæ, aut vomitus periculum adeſſet, tunc non eſſet eis concedenda. Quare cum in canone 29. Concilij Elibertini ſtatuitur, *ne nomen Energumeni ad Altare apportetur*, debet intelligi de Energumenis nondum baptizatis; vel de ijs, qui ob graue aliquod crimen erant excommunicati; ſi quidem legitur in primitiua Eccleſia ſatis communiter excommunicatos corporaliter fuiſſe à dœmonibus poſſeſſos.

Quintò reos mortis ſupplicio adiudicatos eſſe capaces Euchariſtiæ ſumendæ clarè patet, ex eo quod in illis omnia poſſunt reperiri, quæ ad dignam, & fructuoſam communionem requiruntur; quodque poſt latam ſententiam non ſint quoad animæ diſpoſitionem deterioris conditionis, quam ante; ſed quamdiu detinentur in carcere, nondum tamen publica

Iudi-

Iudicis ſententia condemnati, ſunt capaces Euchariſtiæ ſumendæ, quia de facto ſecundum praxim communem illis miniſtratur; igitur & poſt latam mortis ſententiam ſunt adhuc capaces Viatici recipiendi. An autem inde ſequatur Eccleſiam obligari tunc illis dare, explicabitur infra.

Sextò demum ex pœna Eccleſiæ excommunicati non ſunt capaces Euchariſtiæ ſumendæ, ſiue à communione remouentur. Eccleſia enim habet poteſtatem ſuper fideles ad prohibendum illis Sacramentorum communicationem, & ſuffragiorum; atque ita per excommunicationem maiorem, per quam priuantur fideles ab actiua, & paſſiua Sacramentorum adminiſtratione.

Ex quibus omnibus colligitur, loquendo in generali de ſubiecto capaci ſacramentalis ſumptionis huius ſacramenti, eſſe omnem hominem viuentem baptizatum, niſi aliquo præcepto, vel pœna Eccleſiaſtica impediatur; ad fructuoſam autem eiuſdem ſumptionem inſuper requiri, per ſe loquendo, quod ſit homo iuſtus, & in gratia.

Dicitur *homo*, ad excluſionem Angelorum, quia licet, ſi manducare ſpiritualiter hoc Sacramentum ſit idem ac coniungi Chriſto Domino capiti, & illo frui (quod eſt effectus huius Sacramenti) conueniat & Angelis, & hominibus attamen ſi ſpiritaliter mãducare ſumatur pro gratiam conſequi, ſic ſolis hominibus viatoribus id propriè competit, non autem Angelis, iam beatis, ac proindè extra ſtatũ maioris gratiæ recipiendę, qui etiamſi aſſumerent corpus aliquod, & tunc acciperent hoſtiam conſecratam, nec etiam ſacramentaliter illam reciperent, aut manducarent, quia vnum ex requiſitis ad manducandum corpus Chriſti Domini *ſacramentaliter*, eſt vt exiſtens ſub ſpeciebus ſacramentalibus traijciatur per inſtrumenta vitalia actione vitali ab ore ad ſtomachũ; Angeli autem non poſſunt in corpore aſſumpto exercere actiones vitales corporis; non poſſunt ergo *ſacramentaliter* manducare corpus Chriſti. Vnde, quando ait Pſalmiſta, *Panem Angelorum manducauit homo*, id non intelligitur propriè de Sacramento Euchariſtiæ, ſed de Manna, quæ fuit figura eius, Panis Angelorum dicta, quia illorum induſtria perficiebatur in ſuprema regione aeris: Quod ſi quis vellet hunc locum extendere ad Sacramentum Euchariſtiæ, dicendum eſt vocari panem Angelorum, ſumpta manducatione ſpiritali iuxta primum modum ſtatim dictum, quatenus Angeli iam vniuntur Chriſto in beatitudine illoque fruuntur; vel in ſenſu accomodatitio, quia vt ſtatim dicebam Manna, quæ fuit huius Sacramenti figura, & vmbra, fuit ab Angelis perfecta, attributo figurato nomine figuræ. Per eamdem particulam *homo*, excluduntur quoque bruta, quia etſi poſſint realiter manducare ſpecies ſacramentales, vt iam notauimus ſupra, non tamen modo ſacramentali, id eſt ordinato de ſe ad fructum ſpiritalem.

Dicitur *viuens* ad excluſionem hominis mortui, quia homo mortuus non poteſt manducare; Item *baptizatus*, quia Baptiſmus eſt ianua omniũ Sacramentorum, & per illum datur poteſtas ad recipienda Sacramenta modo ſacramentali. Vnde etiam ſi Cathechumenus, & ille qui habet votum Baptiſmi, ſi habet actum charitatis, ſit iuſtificatus, non tamen poteſt Euchariſtiam ſuſcipere ſacramentaliter. Additur, *Niſi aliquo præcepto, vel pęna Eccleſiaſtica ſit impeditus*, quia per Eccleſiaſticum præceptum non permittuntur omnes baptizati ſumere hoc Sacramentum, ſed requiritur in eis vſus rationis, vt ad illud admittantur, & talis vſus rationis, qui poſſit ſufficienter diſcernere excellentiam huius Sacramenti, & cum debita reuerentia ad illud accedere; defectu

cuius

...atur paruulis, ſurdis,& mu-
...itate,furioſis,& amentibus,
...rius explicato; excommu-
...em ex pœna Eccleſiæ.
...erò attinet ad condignam,
...ſam huius Sacramēti ſum-
...tis patet ex dictis ſupra re-
...d homo ſit iuſtus,& in gra-
... cuius certum eſt peccato-
...is peccati conſcium ad il-
...ſe accedere, vt explicaui-
... Quamuis ſi ita accederet
...mentaliter communicaret,
...acramentali corpus Chri-
...ſumeret; vt docent om-
...ci contra Caluinum lib.4.
... 17. ſect. 33. & alios hæ-
...is temporis,qui volunt ſo-
...cipere corpus Chriſti Do-
...quenter ad ſuam hæreſim,
... illud ſola fide, quę iuſtos
...ucari poſſe; quam ſuffi-
...a refellimus cap.67. ex eo,
...poſtolus 1. Corinth. 11.
*...nerit panem hunc, vel bi-
...Domini indigne reus erit
...anguinis Domini,* cuius ra-
...t, *quod non dijudicet corpus*
...ur præter fructuoſam hu-
...enti ſumptionem iuſtis
...n; datur alia adhuc Sa-
... qua peccatores non diju-
...pus Domini illud indignè

... vt peccatores modo Sa-
... illud ſumant nihil aliud
... niſi quod quantum eſt ex
...ſis cauſare gratiam, ſi nō
...cem, quod certè compe-
...hriſti; Quemadmodum
...is non proſit ſumenti, vt
...deſinit tamen habere ra-
... atque adeo vim nutriēdi
... ex ſe; ita à pari cū Chri-
...corpus ſub ſpeciebus ſit
..., & hac ratione ſacramē-
...ſinet ſacramentaliter ſu-
...ribus, etiam ſi effectum
...i animam ſpiritaliter, ſi-
...ibantem actu illis non

conferat, ob eorum indiſpoſitionem.

An autem, & quomodo peccator accedens ad ſacram communionem ſit ab ea repellendus, Doctores præmiſſa diſtinctione peccatoris *publici*, cuius nimirum peccatum eſt publicū *euidentia iuris*, id eſt per propriam confeſſionem, ex legitima teſtium depoſitione, ſententia Iudicis, vel *euidentia facti*, quia ſcilicet peccatum eius ita eſt publicum, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, ſed eſt notum omnibus incolis illius loci, aut maiori eorum parti; & peccatoris *occulti*, cuius crimen à ſolo Sacerdote, vel à paucis loci incolis cognoſcitur, aſſerunt primò, peccatori publico, publice petenti Euchariſtiam, eam eſſe denegandam: ſecundò nec etiam eſſe dandam, licet agat ſecreto pænitentiam; tertiò. non licere Paſtori denegare Euchariſtiam occulto peccatori eam publicè petenti, quamuis eum ſui peccati non pænituerit.

Quartò quod attinet ad huius Sacramenti percipiendi neceſſitatem ab illis, qui eius capaces ſunt, ad eorum ſalutem, ſupponenda eſt vulgaris illa diſtinctio de neceſſitate medij, & præcepti. Dicitur quid neceſſarium neceſſitate medij, vel finis ad ſalutem, ſine cuius concurſu & cauſalitate ſalus haberi non poteſt; neceſſarium autem neceſſitate præcepti ad ſalutem eſt illud, ſine quo non poteſt caueri peccatum, ſalutis impedimentum. Inter quod vtrumque neceſſarium verſatur multiplex diſcrimen. Potiſſimum eſt, quod ea, quæ ſolum ratione præcepti ſunt neceſſaria, admittunt aliquando excuſationem propter aliquas circumſtantias occurrentes; quæ verò ſunt neceſſaria neceſſitate medij, quacunque ratione quis careat illis, ſiue voluntaria, ſiue inuoluntaria, ſiue culpabiliter, ſiue inculpabiliter, non ſaluabitur. Sicut ſi paruulus careat Baptiſmo, ex quacumque occaſione id fiat, non ſaluabitur; & adultus ſi careat fide.

Secundò ſupponenda eſt adhuc alia diſtinctio ſuſceptionis Euchariſtiæ in realem, & ſacramentalem conſiſtentem in ſumptione ſpecierum conſecratarum; & in myſticam, ſeu ſpiritualem, ſumptam ſcilicet pro voto, & deſiderio illius. Quod etiam votum eſt duplex, explicitum, & implicitum; explicitum eſt deſiderium Euchariſtiæ in ſeipſa, id eſt ad ipſam expreſsè cognitam terminatum; implicitum verò eſt deſiderium eiuſdem, non in ſeipſa diſtinctè cognitæ, ſed in aliquo alio cum illa connexionem habente. His præmiſſis, loquendo primùm de neceſſitate medij, ad fidem pertinet Sacramentum Euchariſtiæ nec paruulis nec adultis in re, & de facto ſuſceptũ eſſe neceſſarium tali neceſſitate ad ſalutem. Priorem partem de paruulis expreſsè docet Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 4. Poſterior autem de adultis habetur ex communi conſenſu, & praxi Eccleſiæ, tanquam in rem de fide, ex illo Chriſti Domini Marci cap. vlt. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit*, vbi ſalus æterna tribuitur fidei, & baptiſmo. Ratio autem eſt, quia illud tantum eſt neceſſarium neceſſitate medij ad ſalutem, ſiue paruulis, ſiue adultis, quod eſt primò, & per ſe inſtitutum à Deo ad tollendum peccatum, ſi quidem ſublato per gratiam peccato quilibet eſt capax vitæ æternæ; ſed Sacramentum Euchariſtiæ non eſt primò, & per ſe inſtitutum ad tollendum peccatum; vt expreſsè Concilium Tridentinum definit ſeſſ. 13. can. 5. patetque ex eo quod peccatum omne tam paruuli, quàm adulti, eſt vel originale tantùm, vt in paruulis nondum baptizatis, vel originale cum vno, aut pluribus actualibus, vt in adultis nondũ baptizatis, vel actuale ſolum, vnum, aut plura, vt in adultis iam debitè baptizatis: originale autem ſolum primò, & per ſe remittitur paruulis per Sacramentum Baptiſmi, item in adultis, illud, nec non alia actualia etiam ab eis ante ſuſceptionem baptiſmi commiſſa, Sacramentum verò Pœnitentiæ eſt primo & per ſe inſtitutum pro remittendis actualibus peccatis, poſt receptum baptiſma commiſſis, vt dicetur infra; Igitur Sacramentum Euchariſtiæ nec paruulis, nec adultis in re, & de facto ſuſceptum eſt neceſſarium neceſſitate medij ad ſalutem; quandoquidem non eſt primò & per ſe inſtitutum pro tollendo peccato, ſed potius cũ ſit ſacramentum viuorum, ſpiritaliſque animæ cibus, ſupponit illud iam per primam gratiam ſublatũ, atque adeo ſubiectum illam habens iam capax vitę æternæ, ſiquidem gratia ſanctificans paſſim in ſacris litteris appellatur vita æterna, eo quod eſt ſemen illius, & quod qui in, & cum illa finaliter moriuntur, infallibiliter ſaluantur.

Eadem ratione conſtat, docentque ſecundo Theologi, tanquam quid de fide, Sacramentum Euchariſtiæ reipſa, & de facto ſuſceptum non eſſe neceſſarium ſiue paruulis, ſiue adultis neceſſitate medij ad perſeuerandum in gratia ſanctificante iam accepta. Nam loquendo de paruulis, Concilium ſeſſ. 21. citata docet, & definit ſub anathemate, *paruulos vſu rationis carentes nulla obligari neceſſitate ad Sacramentalem Euchariſtiæ communionem*; vbi illæ particulæ, *nulla obligari neceſſitate*, omnem, & quamlibet etiam medij neceſſitatem excludunt, nec non ratio qua ibidem vtitur, præter iam adductam, quod *paruuli per Baptiſmi lauacrum regenerati, & Chriſto incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non poſſunt*: Eis igitur, quamdiu carent vſu rationis, Euchariſtia neceſſarium remedium non eſt ad perſeuerandum in gratia per baptiſmum accepta.

Nec etiam adultis baptizatis, etſi enim certiſſimum ſit, eam reipſa condigne receptam conferre ſingularia quædam auxilia, quibus homo adiutus perſeueret in ſtatu gratiæ, & fortiter

it tentationibus, nihilomi-
ita neceſſitas medij, quo ad
us, excluditur ab ea; ſi qui-
is baptizatis plura præter
ım alia ſubſunt media con-
los, nimirum oratio aſſidua,
, ieiunium, frequenſque
tutum præſertim charitatis
, vt patet in antiquis Ana-
uorum multi plures tradu-
nós in ſanctitate, & pleni
ceſſerunt ex hoc ſæculo,
ò admodum communica-
è Sacramentum Euchari-
tantum eſſe neceſſarium
medij ad eos effectus, quos
erato confert ijs, qui cum
oſitione illud recipiunt;
em perſeuerantiæ non con-
e operato, quia tunc qui
ſuſciperet eſſet infallibili-
ıs, cum tamen ſane con-
os ſemel atque iterum di-
hoc ſacramentum, qui
ter pereunt, & ſunt repro-
ium igitur non eſt neceſſi-
ro aſſequendo ſpeciali do-
ntiæ.

d ait Chriſtus Dominus
. *Niſi manducaueritis car-
nis, & biberitis eius ſan-
abebitis vitam in vobis*;
t neceſſitatem medij ad
ue quantum ad primam
ue quantum ad perſeue-
em, & gloriam æternam,
eceſſitatem præcepti, lo-
ali ſumptione Euchari-
rationem qualitatis hu-
tualis; Quia ſicut vitæ
eſſarius eſt cibus, adeo
n poſſit haberi vita, id
diutius, licet poſſit bre-
pore; ita in vita ſpiritua-
eſt cibus ſpiritualis, qui
nguis Chriſti ſub ſpecie-
icis realiter exiſtens; ta-
iſtum cibum manduca-
es, vitam habere non
diutius conſeruare, vt

ibi explicat Diuus Thomas lect. 7. Quare ſicut datur præceptum hominibus de comedendo cibo materiali, quia datur præceptum de conſeruanda vita, non ſolùm pro breui tempore, ſed pro diuturno; ita idem Sanctus Thomas 3. part. q. 80. art. 11. docet ex præfatis Chriſti Domini verbis dari præceptum in illis, vt dicetur etiam infra; de reali ſuſceptione Euchariſtiæ, hoc ipſo quod inſtituta fuit in cibum ſpiritualem; quia datur præceptum de conſeruanda vita ſpirituali, quæ eſt gratia, non ſolum pro breui tempore, ſed pro diuturno. Cum hoc tamen diſcrimine, quod cibus corporalis frequentius debeat ſumi, quia periclitatur vita, ſi ita non ſumatur, pro vita autem ſpirituali non requiritur tanta frequentia Euchariſtiæ; item quod ſumptio cibi materialis eſt neceſſaria non ſolum neceſſitate præcepti, ſed medij, quia ordinariè non datur aliud medium conſeruandi vitam, realis autem ſumptio Euchariſtiæ nō eſt neceſſaria medij ad ſalutem, quia præter illam, vt probauimus ſupra, dantur alia media, vel modi illam abſolutè conſequendi, & conſeruandi.

Si quis inſtet prædicta Chriſti verba Ioannis 6. de reali ſumptione Euchariſtiæ, eamdem ſignificare neceſſitatem, ac illa quæ dixit eiuſdem S. Ioann. cap. 3. de Baptiſmo; *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei*; quæ intelliguntur de neceſſitate medij reſpectu ſuſceptionis realis baptiſmi.

Reſpondetur negando verba de neceſſitate Euchariſtiæ ſimilia eſſe illis de Baptiſmo, quia neceſſitas baptiſmi imponitur non habentibus vitam gratiæ, vt per illam in Baptiſmo renaſcantur; neceſſitas verò Euchariſtiæ imponitur iam habentibus vitam, vt conſeruent illam, & comedant; Comedere enim eſt ſolum viuentium, & ita hoc Sacramentum eſt Sacramentum viuorum iam per gratiam, atque adeo non dans illis primum

ius ad gloriam per gratiam, ſed illud præſupponens, taliter quod qui moreretur cum illa prima gratia ſine reali ſumptione Euchariſtiæ, ſaluaretur, non autem qui ſine reali ſumptione Baptiſmi. Vnde ſatis patet ex ipſamet inſtitutione, & natura horum Sacramentorum oriri explicatum diuerſum modum neceſſitatis in vno, & in alio Sacramento; quodque vbi dixit Dominus, *Niſi manducaueritis, non habebitis vitam*, eſt idem ac ſi dixiſſet, non retinebitis, ſeu conſeruabitis diutius; ſicut de corporali cibo dicimus, quod niſi quis comederit, non habebit, vel non conſeruabit vitam.

Cum autem vt notauimus ſupra præter realem Euchariſtiæ ſumptionẽ, aliã detur myſtica, & ſpiritualis, ſumpta ſcilicet pro deſiderio, & voto illius; prædictis omnibus de reali ſumptione tanquam certis inter Doctores Catholicos ſuppoſitis, reſtat dubium inter illos, an ſaltem ipſa Euchariſtia in voto ſit neceſſaria neceſſitate medij ad primam gratiam, ad perſeuerãtiam finalem, ac demum ad gloriam obtinendam. Aliqui enim aſſerunt Euchariſtiã neque in re, neque in voto eſſe ad omnia prædicta neceſſariã; alij autem non eſſe quidẽ in re, ſed in voto explicito, de hoc Sacramento diſcurrentes eodem modo, ac de Baptiſmo; ita quod ſumptio realis Euchariſtiæ non ſit determinatè neceſſaria ad ſalutem, ſed caſu quo non poſſit realiter ſuſcipi, debeat dari votum explicitum, ſiue deſiderium talis ſumptionis, quemadmodum ad ſalutem requiritur votum explicitum, ſeu deſiderium Baptiſmi, quando non poteſt reipſa ſuſcipi, quod votum Baptiſmus flaminis appellatur. At hæc ſententia communiter reijcitur à Doctoribus, quia tunc ſolum votum explicitum, ſeu deſiderium alicuius rei eſt ſimpliciter neceſſarium neceſſitate medij ad ſalutem, quando res ipſa, aliquando ſaltem, ſi commodè haberi poſſit, eſt ita neceſſaria, vt patet in baptiſmo, cum votum alicuius rei ſit tantùm propter ipſam, proindeque non poſſit vnquam eſſe magis neceſſarium ad ſalutem, quam ſit res ipſa; ſed, vt vidimus realis ſuſceptio Euchariſtiæ, nunquam eſt ſimpliciter neceſſaria neceſſitate medij ad ſalutem paruulis, aut adultis; ergo nec eius votum formale explicitum.

Vnde alij docent votum quidem explicitum Euchariſtiæ non eſſe neceſſarium neceſſitate medij, ſecus autem implicitum, in quo adhuc explicando diuiſi ſunt; ſecundum quod votum implicitum poteſt ſumi propriè vel impropriè; tunc ſumitur propriè, quando à voluntate exercetur aliquis actus faciendi, vel ſuſcipiendi aliquam rem, in quo virtualiter continetur rei alterius volitio, cum illo connexionem habens: vt efficax volitio alicuius finis, eſt ſimul votum implicitum exequendi media, ad eius conſecutionem neceſſaria; cuius tamẽ executionis faciendæ tunc non ſit expreſſa, aut explicita mentio; votum autem implicitum impropriè, ſeu metaphorica ſolum locutione dictum, eſt inclinatio alicuius rei in illud quod eſt eius perfectio, & finis; quælibet enim res naturali quodam, & ſibi inſito pondere, quod votum, vel deſiderium metaphoricè dicitur, appetit ſuã perfectionem, ac finem. Loquendo igitur de voto implicito propriè dicto, exiſtimant aliqui, Sacramentum Euchariſtiæ non eſſe neceſſarium neceſſitate medij, ſiue adultis, ſiue paruulis per Baptiſmi Sacramentum regeneratis; de paruulis patet, qui cum nullum propriæ voluntatis actum habeant in ſuſceptione Baptiſmi, nullum etiam poſſunt habere votum implicitũ propriè dictum, hoc eſt virtualiter contentum in actuali volitione Baptiſmi.

Quod licet adulti poſſint habere, illis tamen non eſt neceſſarium ad ſalutem in ratione medij; quoniam vt aliquid ſit ita neceſſarium in voto implicito, debet eius volitio etiam in ratione

lis medii, ita neceſſarij con-
:ualiter in explicita volitio-
rius ad ſalutem neceſſariæ,
o ex præmiſſo notabili: Si
ndè ſit neceſſaria, v. g. quia
:epto, iam loquendo præcisè
: neceſſitate medij, etiam
:, vt hæc eſt condiſtiucta à
: præcepti: Sed volitio ſuſci-
liter Euchariſtiam, tāquam
eceſſarium neceſsitate me-
tem, non continetur, etiam
in ea voluntate, qua adul-
: recipit Baptiſmum, etiam
; quia hæc virtualis volitio
r in cognitione erronea,
cet Euchariſtia in re, & de
pta, eſſet neceſſaria neceſ-
ij: igitur nec in voto etiam
propriè dicto eſt adultis
atis ita neceſſaria.
: alij votum implicitum Eu-
tiam propriè dictum eſſe
n adulto ad ſalutem, neceſ-
j, quatenus in vera volun-
li ſuſceptione Baptiſmi in-
cita, & implicita voluntas
i omnia diuina præcepta,
um vnum ſit de reali per-
ucharistiæ, tempore debito,
ut debent inferre, quod ſi-
luntas, vt realis ſuſceptio
bi recipi poteſt, eſt neceſ-
ſitate medij ad ſalutem,
neceſſarium ſit votum im-
ſcipiendi Euchariſtiam, in
luntate, aut reali ſuſce-
iſmi virtualiter contentū,
modus non ſatisfacit, præ-
im aliam non probat ne-
quam neceſsitatem præ-
n quantum ad Euchariſtiæ
licitum, de qua neceſsita-
n agitur, ſed de neceſsita-
dhuc non explicat ſpecia-
n eius neceſsitatem, ſiue
, ſed tantum aſſerit votum
Euchariſtiæ eſſe neceſſa-
erali ratione, qua eſt ne-
otum implicitum ſeruandi

omnia præcepta, inter quæ vnum eſt de ſumptione Euchariſtiæ, quicumque enim baptizatur, fit debitor vniuerſæ legis obſeruandę à Chriſto Domino inſtitutæ, & nobis impoſitæ.

Vnde alij, vt hoc explicent, dicunt Euchariſtiam dupliciter conſiderari poſſe: primò in quantum eſt quoddam Sacramentum particulare, & ſic habet influentiam per modum efficientis in gratiam ei propriam à cæteris diſtinctam; ſecundò vt eſt cauſa vniuerſalis aliorum Sacramentorum, per modum finis eorum, & ſic in illo genere habet influentiam in omnem gratiam, & in omnes effectus, qui cauſantur per alia ſacramenta, priorique modo aſſerunt, non eſſe de neceſsitate ſalutis votum implicitum, ſeu deſiderium Euchariſtiæ, & ſumptionis illius; ſicut neque ipſa ſumptio neceſſaria eſt, niſi neceſsitate præcepti; nunquam enim deſiderium eſt alio modo neceſſarium, quam res ipſa deſiderata; At ſi conſideretur poſteriori modo, nimirum per modum cauſæ finalis, ad quā omnia ſacramenta ordinantur, docent votum implicitum Euchariſtiæ eſſe neceſſarium ad ſalutem, atque adeo ita eſſe finem reſpectu ſacramētorum, vt ſimul cum illis comparatione ad ſalutem ſit medium; quia cum eius influentia ſit vniuerſalis in omnia Sacramenta, hoc ipſo quod Sacramentū Baptiſmi eſt neceſſarium neceſsitate medij ad ſalutem, etiā Euchariſtia, vt implicitè, ac virtualiter contenta, & imbibita in illo ſub dicta ratione finis eius, neceſſaria erit; Tota enim Sacramentorū collectio ſe habet, vt ſunt media quædam à Chriſto inſtituta ad participādum fructum Paſsionis eius, qui inuenitur in Euchariſtia per ſe, & eſſentialiter, cum contineat ſubſtantialiter ipſum Chriſtum, & Paſsionem eius, in reliquis autem Sacramentis participatiuè tantum. Vndè Euchariſtia in tantum dicitur finis vniuerſalis aliorum Sacramentorum, in quantum facit vnionem cum Chriſto per ſe, & realiter,

& 27. ſentit ergo Diuus
agnouiſſe Auguſtinum in
ũptione Euchariſtiæ æqua-
itatem,ac in ipſo Baptiſmo:
ſpiritualem ſumptionem
ſiderio ſpeciali, & expreſ-
nda Euchariſtia,aut virtua-
licita ad illud ſubſequente,
ruuli, de quibus etiam lo-
guſtinus,ſunt incapaces,ſed
dine, & reſpectu qui in ba-
plicitè inuoluitur ad Eu-
; quia dicit idem Auguſti-
participem fieri aliquem
ſanguinis Chriſti, quando
te fit membrum Chriſti;
em, vel inclinationem ba-
orpus, & ſanguinem Chri-
eſſentialiter in Euchari-
a, tanquam ad ſuum finem
ſe tantùm votum implici-
ioricè ſumptum.
er ad inſtantiam, vel quæ-
fieri poſſet, vtrum ſcilicet
ſit Sacramentum maioris
quàm Baptiſmus; dicendũ
liciter loquendo Baptiſ-
aioris neceſſitatis; quia
oquendo nomine Eucha-
atur hoc Sacramentum
particulare eſt, & condi-
lijs: Comparatio enim
enta debet fieri, ſecundũ
erantur vt Sacramenta
& quantum ad realem
, vel ſaltem in voto, quà
ariſtia, vt diximus non
neceſſitate medij; ſi au-
de Euchariſtia cum ad-
n quantum eſt finis alio-
ntorum; poteſt concedi
ſe neceſſitatis, quam Ba-
intentio finis, quæ im-
dijs, magis eſt neceſſaria
dia; & incorporari nos
matiuè, & perfectè ma-
ium eſt; quod efficitur
iam, non ſolùm quia dat
gratiæ in quantum parti-
nentum; ſed quia conti-
net ipſum Chriſtum realiter, & vnit
nos ad ipſum in ſua ſubſtantia reali-
ter, & ideò Euchariſtia operatur prin-
cipaliter, & tanquam finis intentus
iſtam vnionem; Baptiſmus autem tan-
quam medium, per quod effectiuè in-
cipimus viuere, & tendimus ad iſtam
vnionem Chriſti in ſe; ideoque agit in
virtute Euchariſtiæ, ſicut medium in
virtute, & intentione finis. Ex eo enim
quod in quolibet Sacramento datur
ſuus particularis effectus, non tollitur
quod Euchariſtia non influat in eum-
dem effectum, quia cauſa vniuerſalis
eumdem effectum cauſat quem parti-
cularis, non diuerſum, nec duplicatũ;
nec influentia illius impedit influen-
tiam cauſa particularis. Tantum de
neceſſitate percipiendæ Euchariſtiæ
neceſſitate medij ad ſalutem.

Iam quod attinet ad neceſſitatem
eamdem percipiendi ex præcepto tam
iuris Diuini quam Eccleſiaſtici; primò
docent communiter Theologi cum
Diuo Thoma 3. p. q. 80. art. 9. Ba-
ptizatos adultos vtentes ratione, iure
diuino teneri recipere aliquando Sa-
cramentum Euchariſtiæ, deducuntque
ex Chriſti verbis Ioannis 6. *Niſi man-
ducaueritis carnem filij hominis* &c.
Plures inſuper ex illis aſſerunt, eoſdem
adultos baptizatos ſatis longo tem-
pore viuentes eodem iure diuino te-
neri aliquoties recipere hoc Sacramẽ-
tum. Dicunt aliquoties, quia hæc cõ-
munio ex ſe obligat iure diuino con-
fusè tantum, & indeterminatè intra
aliquod tempus; Chriſtus autem Do-
minus reliquit Eccleſiæ iſtam deter-
minationem faciendam. Quoties au-
tem, & quo tempore quis teneatur id
præſtare, tertiò Theologi communi-
ter docent baptizatos habentes vſum
rationis teneri iure diuino communi-
care in periculo mortis; ita vt ſi quis
adultus baptizatus conſtituatur in eo
ſtatu, quod exiſtimet ſe nunquam am-
plius habiturum opportunitatem ac-
cipiendi Euchariſtiam, quia tunc lo-
quendo moraliter cenſeretur eſſe ali-
quod

quod periculum vitæ, vel quid ſimile, tunc etiam teneatur iure diuino illam accipere; itẽ ſi quis aliquot diebus ante periculum mortis cõmunicaſſet, nihil de morte, aut eius periculo cogitans; per talem enim communionem non cenſetur ſatisfeciſſe præcepto de accipienda Euchariſtia per modum viatici.

Cui nõ obſtat quod Eccleſia interdum priuauerit, & etiam nunc priuet alicubi ſacra communione homines adultos baptizatos, cõſtitutos in articulo mortis, vt patet de reis ad mortẽ condemnatis, & alijs. Fieri enim poteſt, vt quis iure diuino teneatur communicare cui tamen Eccleſia deneget communionem iuſtè, & ſine violatione iuris diuini; ſicut diximus ſupra poſſe quidem fideles iure diuino ſub vtraque ſpecie communicare, id tamẽ eis iuſtè ab Eccleſia interdictum fuiſſe; Quatenus Chriſtus Dominus ita voluit ſingulos adultos ratione vtentes recipere ſacram communionem, & ad eam etiam obligari, vt tamen modum, & rationem miniſtrandi illam reliquerit determinandam Eccleſiæ, vt ſuperius diximus. Vnde defectu alicuius conditionis per Eccleſiam requiſitæ in communione, maximè ſi pertineat ad huius Sacramenti reuerentiam, Eccleſia poteſt, ſine violatione iuris diuini, imo conformiter ad illud, denegare communionem alicui, etiam in articulo mortis. Ita Concilium Elibertinum cap. *Placuit*, & Primum Arelatenſe Can. 22. ſtatuerunt Sacram Euchariſtiæ communionem adultis baptizatis publico idololatriæ peccato infectis etiam pænitentibus eſſe denegandam in fine vitæ. Quod aliquot alia Concilia Prouincialia adhuc ſtatuerunt aduerſus certa quædã peccata publica, vt priuatione tanti Sacramenti deterrerent adultos baptizatos ab eiuſmodi peccatis. Huiuſmodi autem canones de hac communione Euchariſtica, & non de ſola reconciliatiua per ſolemnem aliquam vel à peccatis, vel ab excommunicatione abſolutionem debere intelligi, patet tùm ex eo quod Patres Elibertini Concilij communionem illam qua citato cap. *Placuit* priuant baptizatos idololatras in fine ſuæ vitę, hanc eandem ſequenti cap. 3. vocant *Dominicam communionem*, quæ appellatio non reconciliationi pænitentium cum Eccleſia, ſed ſoli Sacramentali Euchariſtiæ ſumptioni competit; tum ex epiſtola Innocentij I. cap. 2. vbi ſic ait: *Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu, negata meritò communio, conceſſa pęnitentia, ne totum penitus negaretur, & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit, iam depulſo terrore, communionem dari abeuntibus placuit.* Tum quia manifeſta videtur repugnantia dicere ijs grauiſſimis peccatoribus conceſſam fuiſſe pœnitentiam in fine vitæ, & tamen illis negatam fuiſſe abſolutionẽ, vel reconciliationem, ſeu communionem reconciliatiuam, eo enim ipſo, quod admittebantur ad pęnitentiam non poterant non ad præfatam communionem admitti, quantum ſufficiebat vt cum illa, ſeu cum viatico abſolutionis dicerentur mori; quam igitur præfatum Concilium Elibertinum negat, dicitque Innocentius negatam fuiſſe dictis peccatoribus communionem in fine vitæ debet intelligi de communione Euchariſtica, non autem de communione reconciliatiua. Imò ſi per communionem ibi negatam intelligeretur communio reconciliationis, non autem Euchariſtica, non poſſet dici illis peccatoribus negatam fuiſſe communionem reconciliationis, vel participationis cum fidelibus, quãdoquidem talis communio tunc maximè fiebat, aut perficiebatur, quando rei ad diuina myſteria percipienda admittebantur; Vt igitur omnia ſimul rectè concordent, vbi Concilium Elibertinum

:lecernit, vt rei Idololatriæ vitæ ad communionem re- , debet intelligi de com- iuchariſtica, non autem de ; quæcumque ſit illa, quæ ſine communione Eucha- n autem iſta ſine alijs, cum ideo potiſſimum vocetur à *mmunio* per excellentiam, it,& coniungit cum Chri- , indeque mutuò, dicen- 1. Corinth. 10. *quod om- pane, & de vno calice par-* tque adeò licet aliæ com- bſolutionis per pænitcn- cipationis precum, aut ſi- t eſſe ſine communione , vt per ſe patet, hæc ta- m perfectiſſima ſine illis eſt.

item hæc præfati Concilij o, quam Innocentius I. ſiriorem appellat, fuerit Concilio Nicæno 1. can. ap. *de his* diſt. 26. q. 1. ur, *vt ſi quis vita excedat, eceſſario viatico minimè* iuiſi ſunt doctores; cum s apud antiquos viatici nempe abſolutionis, & , aliqui per vltimum & viaticum putant ibi ſa- abſolutionem, ſiue ad l pænitentiam fuiſſe ſi- vnde, vt iuxta hanc ſen- ncilij Elibertini decre- o diceretur mitigatum, ipponi nedum commu- ariſticam, ſed & ſacra- olutionem fuiſſe à Con- no negatam; quòd eſt leſia enim pænitentibus grauiſſimorum peccato- nquam precum commu- viatico abſolutionis ſa- enegari iuſſit; quare me- e, videntur, canone Ni- viatico Euchariſtię, di- neceſſario, quia vt di- zati habentes, vſum ra-

tionis tenentur iure diuino communicare in periculo, vel articulo mortis; atque adeo per illum mitigatam fuiſſe duriorem Concilij Elibertini prohibitionem, quatenus per illam grauiſſimi quidem peccatores admittebantur in fine vitæ ad pęnitentiam, indeq; conſequentem abſolutionem,& communionem; non autem ad communionē Euchariſticam omnium perfectiſſimam, qua Concilium Nicænum eos amplius priuari noluit; quod enim ibi nomine viatici intelligatur communio Euchariſtica perſuadet primo ipſum nomen viatici, quod ex omnibus ſacramentis nouæ legis, Euchariſtiæ, vt fidelibus baptizatis ex hoc ſæculo profecturis adminiſtrandę tribuitur à Patribus, & Theologis; tùm quia in altera prædicti canonis parte ſancitur, vt cuilibet generaliter in exitu poſito, & Euchariſtiæ participationem poſcenti Epiſcopus cum probatione oblationem impertiat.

Eadem ratione, qua in præfatis Concilijs ſacra Euchariſtiæ communio adultis baptizatis publico idololatriæ peccato, alijſque grauiſſimis infectis, etiam pænitentibus fuit denegata in fine vitæ, Eccleſia quoque, abſolutè & ſimpliciter loquendo, poteſt ex aliqua ſpeciali conſtitutione, vel etiam ex aliqua conſuetudine, reos ad mortem iam condemnatos per ſententiam iudicis priuare communione ſacramentali Euchariſtica, quamuis ſint capaces illius etiam fructuoſe percipiendæ. Qua in re nulla fit ipſis iniuria, vt enim iniuria fiat alicui, non eſt ſatis, quod priuetur eo iure quod habet in rem aliquā, ſed inſuper requiritur, vt hæc priuatio fiat abſque aliqua iuſta, vel rationabili cauſa, vt docet Philoſophus lib. 5. Ethic. quemadmodum ad actum virtutis iuſtitiæ nō ſufficit facere, vel reddere iuſtū, ſed inſuper requiritur vt iuſte,& cum debitis circunſtantijs reddatur, vt patet in eo qui enſem hominis furioſi apud ſe depoſi-

tum habet, quem tamen ei tunc reddere non obligatur. Cum ergò plures non deſint iuſtæ, & rationabiles cauſæ, ob quas reis ad mortem iam condemnatis, & ſi tunc fructuoſe ſacram Eucharistiam percipere poſſent, iudicari poteſt non conuenire illam dari, Eccleſia abſolutè eam prohibere poteſt ſine vlla prorſus iniuſtitia. Huiuſmodi cauſæ ſunt illæ, ob quas de facto in aliquibus regnis & Prouincijs ex antiqua conſuetudine, vt in regno Galliæ, illis denegatur, talemque conſuetudinem abrogari iudicatur non expedire; ideoque ſi qui ſint canones in contrarium nunquam fuerunt vſu recepti.

Vt autem Eccleſia authoritate ſibi à Christo relicta in diſpenſatione huius ſacramenti poteſt iuſtis de cauſis aliquibus perſonis, quamuis alias abſolutè ipſius capacibus, illud denegare; eadem quoque authoritate, vt eſſet certa, & determinata ratio adimplendi hoc præceptum, propter quam poſſet illud à fidelibus exigere, & transgreſſores punire, determinare potuit, quoties, & quo tempore ſumi deberet Sacroſanctum Eucharistiæ Sacramentum.

Sic primis temporibus ſtatuit hoc Sacramentum eſſe toties ſumendum à miniſtris Eccleſiæ, quoties ſacris veſtibus induti, aſſiderent Epiſcopo ſacrificium Miſſæ celebranti, vt habetur Can. *Epiſcopus* de Conſecrat. diſt. 1. vbi S. Anacletus præſcripto prius Epiſcopo modo celebrandi Miſſam ſolemniter, item ornatu Miniſtrorum ei aſſidentium, ſubiungit, *peracta autem conſecratione omnes communicent, qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus*; particula enim, *omnes*, intelligitur tantum de miniſtris inſeruientibus in ſacris veſtibus Epiſcopo ſolemniter celebranti.

Etſi enim tempore primitiuæ Eccleſiæ quotidiana communio Eucharistiæ eſſet multis in vſu, vt colligitur ex cap. 2. Act. item ex Liturgijs Sanctorum Patrum, nec non ex collectis ſeu orationibus, quæ poſt communionem dicuntur in Miſſa; nunquam tamen fuit in præcepto, ſiue diuino, ſiue Eccleſiaſtico, nullibi enim extat; ſed præfatus canon, quo præcipitur *peracta conſecratione omnes communicare*, terminus *omnes*, poteſt tantum accommodatè intelligi de ijs, de quibus loquitur: ſed vt verba ſonant, agit de ſolis Epiſcopis ſolemniter celebrantibus, & de aſſiſtentibus ei in ſacris veſtibus, ad huiuſmodi ergo Miniſtros reſtringendus eſt; prout adhuc hodierna die obſeruatur Romæ, quando Summus Pōtifex ſolemniter celebrat; tunc enim Cardinales, & cœteri Miniſtri ei aſsiſtentes communicant.

Deinde Sanctus Fabianus Papa ſuo tempore determinauit vt fideles communicarent ter in anno, ſcilicet in Natali Domini, in feſto Paſchatis, & Pentecoſtes, quibus Soter Papa addidit feriam Quintam in Cœna Domini; vt habetur in cap. *Etſi*, de Conſecrat. diſt. 2. item ex cap. in Cœna eadem diſt. 2. Nunc verò poſt Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. Eccleſia præcepit, vt vnuſquiſque fidelis, qui vſque ad annos diſcretionis peruenit, ſaltem ſemel in anno, idque in Paſchate, reciperet Euchariſtiam, nomine *Paſchatis*, intellecto toto illo tempore quod efluit à Dominica Palmarum incluſinè vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè ex declaratione Eugenij IV. pro quo præcepto, vel ſtatuto habetur canon. 9. Concilij Tridentini ſeſſ. 13. *Si quis negauerit omnes fideles teneri ſingulis annis, ſaltem in Paſchate, ad communicandum anathema ſit*. Porro quæ ad huius præcepti intelligentiam ſpectant, pœnaſque tranſgreſſoribus debitas, & priuationis ab ingreſſu Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ, non eſt huius loci explicare.

Quantum modo ad frequentiorem vel rariorem intra annum communionem; Primò certum eſt conſiderata ſolum

ıra, & propria conditione
ramenti, non eſſe per ſe ma-
proindè illicitum pluries il-
r ſumere in vno, & eodem
dem tempore S. Cypriani
ı Miſſæ bis vno, & eodem
ıbatur; primum tempore
deinde Veſpertino, vt ha-
. eius epiſtola, & ex Diuo
epiſt. 118. ad Ianuarium
hoc noſtro tempore licet
us ter in die Natalis Do-
: ſacrificium Miſſæ ſi ve-

ıſiderando communionem
per ordinem ad præceptũ
aticum ſumenda, commu-
ogi docent, licere in ca-
tis ei, qui vel celebrauit,
ore, nihil de periculo mor-
s, communicauit ſanus;
m die incidit in præſentiſ-
periculum, iterum com-
er modum viatici illo eo-
ıo aliqui putant ad id te-
: tamen alij.
nſiderando eamdem com-
ıttentis legibus, conſtitu-
ıut conſuetudinibus Ec-
ipſam factis, & obſeruari
a caſum præcedentem,
ıuando eſt certum, & eui-
um ſacrilegij, tempore ir-
ſtium fidei, tunc enim
i, qui eo die iam commu-
ım ad euitandũ hoc peri-
nicare; hoc tamen ordine
rimis, ſi ſit ſacerdos, poteſt
m non ieiunus, ſi alius ie-
diſpoſitus, quique non
erit, non occurrat, Secun-
os non ſit ieiunus, occur-
icus ieiunus, tunc ei ritè
et potius miniſtrari, quia
ri ſatisfit, diuino quidem,
tur periculum Euchari-
ſtico verò, quia nonniſi à
ıel tantùm in vno die
ertiò, ſi nullus adſit Sa-
lum laicus baptizatus,

nec poſſit alia via iſti periculo certo & euidenti occurri, tunc laicus poteſt præmiſſo actu contritionis, ſi conſcius eſt ſibi peccati mortalis, propria manu illud accipere, & non ieiunus conſumere, etiam ſi eodem die communicauerit; hoc enim pacto diuino præcepto ſatisfit, quia præſeruatur Sacramentum ab iniuria hoſtium fidei: Eccleſiaſticum autem in tanta neceſſitate vitandi ſacrilegium circa Sacramentum Euchariſtiæ non obligat, iuxta regulam Theologicam, quod vbi duo, vel plura pręcepta occurrunt ſeruanda minus cedit maiori.

Præter hos demum caſus extraordinarios, datur alius veluti ordinarius, quo licet Sacerdoti duas Parochiales Eccleſias iure, & legitimè poſſidenti, quibus ille ex cauſa rationabili miniſtrat, ſine Vicario, vel Coadiutore, bis feſto die, quo populus tenetur audire ſacrum, celebrare ſemel in vna, & iterum in altera, dummodò in priori Miſſa abſtineat à ſumptione ablutionis: quæ poſt acceptum ſanguinem Dominicum ſolet fieri, & ex conſequenti licet ei in tali caſu bis eodem die communicare; ter autem Sacerdotibus in feſto Natalis Domini tres miſſas cum eadem cautela non ſumẽdi ablutionem in duabus primis, celebrantibus: Habetur vtrumque ex cap. *Conſuluiſti*, Extra. *de celebratione Miſſarum*; vbi Summus Pontifex decernit: *Sacerdotem, excepto die Natiuitatis Dominicæ, debere, niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat, ſemel in die vnam Miſſam ſolummodo celebrare.* Dictum eſt præfatum Sacerdotem duas Parochiales Eccleſias habentem bis poſſe in illis celebrare, dummodo in priori Miſſa abſtineat ſe à ſumptione ablutionis, quia hæc ſoluit ieiuniũ in ſano communicante requiſitum, cuius obſeruatio cum in præſenti caſu præponderet obſeruationi de Miſſa audienda in die feſto, quia licet vtrũque ſit eodem iure Eccleſiaſtico introdu-

troductum, primum tamen proximius reſpicit Chriſtum Dominum, & cultum Sacramenti Euchariſtiæ, propterea alteram Miſſam non poteſt celebrare.

Quæ annis præteritis forſan nimis acriter, & cum aliquali Chriſtianæ charitatis diſpendio inter Doctores Catholicos diſputata fuere circa frequentem communionem, breuiter expedio dicendo, primò licere cuilibet digne præparato quotidie communicare; præterquam enim ita fiebat in primitiua Eccleſia, ratio etiam id perſuadet, quatenus per quotidianam Sacroſancti Chriſti Domini corporis, & ſanguinis ſumptionem poſſunt fideles magis ac magis in charitate, cæteriſue, virtutibus proficere, & fortius tentationibus reſiſtere. Secundò melius eſſe, abſolutè loquendo, ſæpius quam raro communicare, propter rationem allatam, & plures, quæ poſſent afferri; idque conſequenter fidelibus prædicandum, inculcandumque eſſe, iuxta mentem Concilij Tridentini ſeſſ. 13. cap. 8. *Hortantis rogantis, & obſecrantis per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt omnes, & ſinguli, qui Chriſtiano nomine cenſentur, in hoc vnitatis ſigno, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiæ ſymbolo iam tandem aliquando conueniant, & concordent, memoreſque tantæ maieſtatis, & tam eximij amoris Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui dilectam animam ſuam in noſtræ ſalutis precium, & carnem ſuam nobis dedit ad manducandum, hęc ſacra myſteria corporis, & ſanguinis eius, ea fidei conſtantia, & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, vt panem illum ſuperſubſtantialem frequēter ſuſcipere poſſint, & is verè eis ſit anima, vita & perpetua ſanitas mentis, cuius vigore confortati, ex huius miſeræ peregrinationis itinere ad cæleſtem patriam peruenire valeant.* Item ſeſſ. 22. cap. 6. *optat vt in ſingulis miſſis fideles adſtantes, non ſolum ſpirituali affectu, ſed ſacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicarent, quo ad eos Sanctiſſimi huius Sacrificij fructus vberior perueniret.*

At loquendo de communione non amplius ſecundum ſe, ſed veluti in concreto, ſiue pro vt hic, & nunc, huic vel illi eſt concedenda, quamuis certa omnino regula ſtatui non poſſit circa eius frequentiam, ſed hoc pendeat ex circumſtantiis locorum, perſonarum, & aliorum eiuſmodi, propptereaque prudenti Confeſſarij, vel ſuperioris iudicio relinquendum ſit, nihilominus dico tertio, etiam ſæcularibus ſpirituali uitæ totaliter deditis, quique quo magis communicant, eo magis creſcit in ipſis exiſtimatio, ac deuotio erga hoc diuinum Sacramentum, nec non deſiderium vniendi ſe per illud Chriſto Domino, multaque inde præſtandi ad eius gloriam, regulariter concedi, perſuaderique poſſe frequentem communionem, imo quotidianā, ni aliquod interueniret aliunde obſtaculum; ijs autem, qui vel uarijs ſecularis vitæ negotijs occupantur, indeque non poſſunt non multum diſtrahi; vel, etiam ſi talia non habeant negotia, ex quadam tamen conſuetudine potius quam ex vera deuotione communicant, crederem haud eſſe conueniens tam frequentem concedere communionem, donec maior in ipſis deuotio, maiorque huius Sacramenti deprehenderetur exiſtimatio, nec non fructus ex eius perceptione.

Quartò, ſi aliqui, etiam multis peccatis venialibus, nec non interdum mortalibus, obnoxij, potius tamen ex infirmitate humana, quam ex malitia, aut aliquali cordis impænitentia, tali ſuæ infirmitati per frequentem communionem, ad quam deuotè accederent, ſuccurrere deprehenderentur, ita quod ni ſæpe communicarent in plura, & grauiora caderent peccata, à quibus auertuntur, ob reuerentiam huius Sacramenti frequentius ſumendi, melius quoque crederem eſſe illis ſæpius, quàm raro communicare

præſentis Eccleſię vſum. dem bonum, aliaque mul- t huius ſacramenti effectus anima producuntur per Euchariſtiæ ſumptionem, aram, aut longam ab ea- m,etiam ſi fieret humilita- riæ indignitatis prætextu, ſe patet, qui enim ſæpe- it, & ſuam quoque agno- tatem,indeque prouenien- ona, & inſuper alia multa, paribus rarò communi- bueniunt: Igitur ſuppoſi- nfirmitate, tantaque hu- nti deuotè ſuſcepti effica- llam, his qui ita illud ſu- aſu propoſito, ſatius eſſet , quam rarò communi-

um ſacra ſæpius 'reiterata ſit optima ad ſequentem em diſpoſitio, ac præpa- ntum auget gratiam,cha- ue fiat cum actuali deuo- tentione, vt ſupponitur, iſdem; diligenter cauen- qui prætextu humilitatis, ndignitatis rarò commu- ant, in laqueum incidant , vt ait S. Cyrillus Ale- o. 3. cap.6. in Ioann.tom. cap. 2. Sæpe communio- t dilationem, etiam ſub ſo titulo, vt noſtram re- erſionem, aut impediat piritualem. Præterquam broſio lib. 5.de Sacram. *on meretur quotidie, non nnum*; dicam ego qui nõ uenter, non meretur raro e, maiorem enim prępa- it dignitatem comparare rius, quam frequentius s, imo longe minorem, dignitate ſe tenente ex , conſiſtente in hoc quod in gratia, actualemque it deuotionem, abſque d peccatum, etiam ve- niale, ſed potius contrario, nimirum; vtendo ſacra communione ad illud vitandum, non autem de dignitate ſe tenente ex parte obiecti, ſiue pro- portionata excellentiæ huius Sacra- menti, quę cum haberi non poſſit,aut qui illam habere præſumptuosè cre- deret, poſt longam à communione abſtinentiam, loco dicendi in ea reci- pienda *Domine non ſum dignus*, dicere deberet, *Domine ſum dignus*, quod eſt abſurdum, in tantum enim Eccle- ſia prima ponit verba in ore fidelium ad ſacram communionem accedentiũ, in quantum licet perfectiſſimam ha- beant ad illam ſumendam diſpoſitio- nem, ea tamen nunquam dignitati,ac perfectioni huius ſacramenti adæqua- ri poteſt. Tantùm de neceſſitate ſum- ptionis Euchariſtię neceſſitate medij, neceſſitate pręcepti,ac neceſſitate con- ſilij, ea ratione, qua res vtiliſſima, qualis eſt ſecundum ſe,modiſque ex- plicatis frequens communio, ſolet multoties à Patribus, & Theologis vocari neceſſaria.

Quantum ad Sacerdotes poſſunt quidem laudabiliter quotidie com- municare, & celebrare, tùm ratione conſuetudinis, tùm ratione exempli, & ædificationis; ijs tamen etiam non habentibus curam animarum non li- cet omnino in vita abſtinere à cele- branda Miſſa; Sacerdos enim, vbi poteſt, tenetur ad aliquando celebrã- dum tàm iure diuino, quàm Eccleſia- ſtico; Diuino quidem, quia vt ait Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 1. Chriſtus Dominus per hæc verba, *Hoc facite*, præcepit Apoſtolis, & ip- ſorum in ſacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent, & ſacrificarent. Tenetur etiam iure Eccleſiaſtico, vt patet cap. *Dolentes*, de celebratione Miſſarum; cumque res ſit grauis peccant morta- liter Sacerdotes, qui nuſquam in vita celebrant, poteſtatem ſibi à Deo con- ceſſam reddendo otioſam. Huic au- tem præcepto ſufficienter ſatisfaciunt, celebrando in feſtis ſolemnioribus,vt

ait

ait S. Thomas, & Innocentius Papa dicto cap. *Dolentes*, vbi vult Sacerdotes non longo tempore intermittere celebrationem Miſſę.

Vltimò circa miniſtrum, non conficiendę Euchariſtiæ, de quo agetur capite ſequenti, ſed illam diſpenſandæ, primò Theologi communiter docent, iure diuino ſoli ſacerdoti competere diſpenſationem huius ſacramenti; colliguntque tùm ex verbis Chriſti Domini, *Hoc facite in meam commemorationem*, ſolis ſacerdotibus dictis, quibus nedum oblatio, vel conſecratio, ſed conſequenter diſpenſatio Euchariſtiæ continetur; tum ex illo Apoſtoli 1. Corinth. 4. *Sic nos exiſtimet homo, vt diſpenſatores Myſteriorum Dei*; quodque in Actibus Apoſtolicis dicuntur Apoſtoli *fregiſſe panem per domos*; & ſic iuxta hæc, & Eccleſiæ primitiuæ conſuetudinem, ac praxim, Sanctus Iuſtinus apolog. 2. pro Chriſtianis, & Tertullianus lib. de corona Militis tradunt Euchariſtiam non aliter accipi, quam de manu præſidentis ipſi ſacrificio.

At cum ex Concilio Tridentino ſeſſ. 21. cap. 2. vt ſæpius iam notauimus, Chriſtus Dominus reliquerit Eccleſiæ poteſtatem ſtatuendi, quæ iudicaret expedire pro Sacramentorũ diſpenſatione, ſalua eorum ſubſtantia; nec communio Euchariſtica ſit de ſubſtantia ſacramenti, ſed eius tantum diſpenſatio, ita iure diuino ſoli ſacerdoti tanquam miniſtro ordinario cõpetit diſpenſare hoc ſacramentum; vt tamen ex poteſtate delegata, & ſpeciali commiſſione, poſſit Diaconus id præſtare, ſi neceſſitas id exigat; vt patet ex praxi primitiuæ Eccleſiæ, in qua Sanctus Laurentius, & alij Diaconi diſtribuebant Euchariſtiam; etſi enim in hiſtoria S. Laurentij fiat mentio ſolius ſanguinis, tamen S. Iuſtinus Martyr citata apologia refert expreſſè Diaconos etiam diſtribuiſſe ipſum Chriſti Domini corpus; reperiturque ita fuiſſe ordinatum in Concilio Carthaginenſi IV. can 2. Si tamen neceſſitas id poſtulat, tuncq; ex ſpeciali adhuc cõmiſſione Presbyteri, ſeu Epiſcopi, cui competit hæc diſpenſatio ſacramenti, hoc tamen abſente, nec conſequenter tunc potente id munus Diacono committere, communiter docent Theologi poſt Diuum Thomam in 4. ſentent. diſt. 13. q. 1. art. 3. Si detur caſus neceſſitatis eum poſſe Euchariſtiam adminiſtrare, quia talis neceſſitas videtur importare voluntatem interpretatiuam ſuperioris, qua mauult hic & nunc Diaconum adminiſtrare Euchariſtiam, quam ſubditum ſine Viatico diſcedere; imo quamuis id Presbytero non eſſet gratum, adhuc tamen in tali caſu Diaconus poſſet id præſtare, cum citatus Canon Concilij Carthaginenſis tantum poſtulet licentiam Presbyteri, quando ille eſt præſens: at eo abſente, cenſetur Diaconus in tali neceſſitate habere hanc facultatem à iure contento in Canone 14. Concilij Nicæni, prout illum refert Rufinus lib. 10. hiſt. cap. 16. ibi enim ſimpliciter ſtatuitur, vt in abſentia Presbyterorum Diaconi Euchariſtiam porrigant: vndè à fortiori, vrgente neceſſitate, poteſt Diaconus in Presbyteri, & Epiſcopi abſentia, accipere Euchariſtiam ex Ciborio, & Viaticum concedere.

Cum aliquando in vſu primitiuæ Eccleſiæ fuerit, quod etiam Sacerdos diſpenſaret Euchariſtiam per laicos, dando illis Euchariſtiam porrigendã, vel deferendam communicaturis, vt videre eſt apud Euſebium lib. 6. hiſt. cap. 36. nec non apud Mataphraſten in vita S. Virginis Theoctiſtes Lesbiæ, quam refert Surius die 10. Nouembris; quæ cum triginta quinque annis in Inſula Paro ſolitaria vixiſſet, inuenta à viro ſeculari, & venatore rogauit eum, vt anno ſequenti vnum ex intemeratis donis corporis Chriſti ad illam afferret, quod ille attulit

eoque

pto migrauit in cœlum;
gunt aliqui Doctores id
prohibitum iure Diuino,
Eccleſiaſtico, cap. Per-
ſecrat. diſt. 2. extra ca-
tatis, ideoque putant in
nec etiam præfato capite
cum intelligatur ſolum de
tibus, qui licet poſſent
Euchariſtiam deferre ad
nihilominus eam per lai-
ttebant; quare ſacra in
ommunione obligante,
eſſe licitum, nec eorum
alij Doctores audent im-
do abſit ſcandalum, nec
o aliter prouideri de Via-
que ſacerdos cauſam val-
lem ita faciendi.
diſpenſandam Euchari-
er poteſtatem ſacerdota-
dote iure diuino ordina-
niſtrante, requiritur in-
eſtas iuriſdictionis in ip-
ntem vel ordinaria, vel
æ, Epiſcopi, vel Paro-
enim actus iuriſdictionis,
miniſtratio Euchariſtiæ,
cere, quod propriè eſt
etit in exercente pote-
ſubiectum. Hinc qui
ione adminiſtrat hoc Sa-
peccat mortaliter, niſi
iter præſumat conſen-
dinarij. Tantùm de
nentibus ad Eu-
hariſtiæ ſum-
ptionem.

†

CAPVT LXX.

Statuitur aduerſus Lutherum, & Caluinum, eorumque ſequaces Sacramentum Euchariſtiæ ſimul eſſe verum proprieque dictum nouæ legis Sacrificium Miſſa nuncupatum; tum quę ad illud conſequenter pertinent, explicantur.

EX veteribus hæreticis plures ſunt, qui Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium negaſſe referuntur; *Bogomili* apud Euthimium Panopliæ part. 2. tit. 23. cap. 17. *Pſeudoapoſtoli* apud Petrum Cluniacenſem epiſt. 1. contra Petrobuſianos. *Lollardi* apud Trithemium in Chronico ann. 1315. Ioannes Vviclefus art. 5. in Concilio Conſtantienſi damnato. Tales magiſtros habuere, & ſecuti ſunt Lutherus in Colloquijs conuiualibus dicens, *ſe Turcas potius, aut Tartaros toleraturum, quam vt Miſſa maneat*; tùm Caluinus lib. 4. inſtit. cap. 18. eorumque ſequaces deinceps, ex quibus vnus Nicolaus Hemmingius ad cap. 2. epiſt. 2. ad Theſſalonicenſes, non minus inepte, quàm ſacrilege ait: *Miſſam abominabilius idolum eſſe, quam vllum Ethnicum idolum vnquam fuit.* Et quãuis aliqui ex illis rei veritate conuicti, nimirum ex Lutheranis Philippus in ſuis locis communibus titulo de Sacrificio Euchariſtico, Kemnitius in exam. Concilij Tridentini ad 1. caput & quatuor canones ſeſſ. 22. ex Caluiniſtis autem Beza lib. quæſt. & reſponſ. de Sacramentis, quæſtione 164. Petrus in locis communibus 4. claſſ. cap. 12. num. 14. doceant, Euchariſtiam pro duplici, & diſtincta ratione, quam ſibi vendicat, & ſecundum diſtinctos fines, ad quos ordinatur, eſſe Sacramentum, & ſacrificium, quia tamen explicant longe aliter, quam veritas exigit, vtque ſolum eludant innume-

innumeras Patrum authoritates tribuentium Euchariſtiæ nomen ſacrificij, ideo ſimpliciter negant Sacramentum Euchariſtiæ, eſſe verum proprieque dictum ſacrificium legis Euangelicæ.

Igitur pro intelligentia controuerſiæ, relictis pluribus, quæ circa ſacrificiorum antiquitatem, & neceſſitatem longius diſputari ſolent, primo ſufficit nobis ſcire illa fuiſſe mundo, & religioni coæua, ſi quidem apud veros Dei cultores frequentiſſimum eſt in ſacris litteris ſacrificij nomen, non ſolùm in lege Moſaica, ſed etiam ante illam, vt conſtat ex ſacrificijs Abel, & Cain, tum Noë & Abraham; vt proinde Auguſtinus epiſt. 49. q. 3. dixerit. *Intelligendum eſt, quam antiqua res ſit ſacrificium, quod nonniſi vni vero Deo offerre debere veraces, & ſacræ littera monent*; de neceſſitate autẽ eiuſdem agens lib. 19. contra Fauſtũ; *In nullum nomen religionis, ſeu verum, ſeu falſum, coadunari homines poſſe, niſi aliquo ſignaculorum, ſeu Sacramentorum viſibilium conſortio colligentur*. Vndè communiter Theologi cum D. Thoma 2.2. quæſt. 85. art. 1. docent, dari præceptum iure naturali ad offerendum Deo ſacrificium, loquendo in communi, & vagè, quia, vt ait Diuus Thomas loco citato, *Homines ipſo iure naturæ tenentur præſtare Deo ſubiectionem, non ſolum interioribus actibus, ſed aliquibus ſignis viſibilibus, quia homo ſimpliciter eſt res ſenſibilis conſtans corpore, & anima*, ad hanc autem ſubiectionem proteſtandam in recognitionem ſupremi Dominij Dei, non ſufficiunt in hac vita ſola laus, vel adoratio, & oratio externa, ſed inſuper neceſſe eſt aliquid ei offerre ad modum ſpecialis tributi diuinitatis, vt fit per ſacrificium; cuius argumentum eſt, quod in omni lege, & in omni natione habente Dei notitiam, ſemper curatum eſt, vt ſacrificia ei offerrentur; tamque ſollicitè dæmones pro Dijs haberi volentes ambierunt ſacrificia ſibi fieri, & animalia immolari ab hominibus, vndè rectè dixit Auguſtinus lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 19. eos non cadauerinis odoribus, ſed diuinis honoribus gaudere; ac demum in lege veteri ſub pæna mortis prohibitum fuit alteri ſacrificari, quam Deo; quia erat proprius cultus Dei; non tamen prohibebatur laudare, vel orare alterum, vt patet Exodi 22. v. 20. *Qui immolat dijs, occidetur, præter Domino ſoli*; Dicendum igitur eſt, omnibus perſuaſum ſemper fuiſſe ipſo iure naturæ, & lumine rationis, debere Deo offerri hoc genus cultus, quod ſacrificium vocatur, & non ſufficere aliud; quoniam per ſacrificium propriè dictum principaliter, & ſpecialiter fit proteſtatio diuinitatis.

Dicitur autem dari præceptum iure naturali ad offerendum Deo ſacrificium propriè dictum, loquendo de illo in communi, & vagè, quia tali iure non fuit determinatum hoc vel illud in particulari ſacrificiorum genus, ſed iure poſitiuo diuino, vel humano deſignatum eſt. Quale eſt modo in lege Euangelica ſacrificium Miſſæ ſupernaturale; quo Chriſtus Dominus *expleuit variarum differentiam victimarum*, vt ait S. Leo ſerm. 7. de Paſſione; cui proindè offerendo licet non teneatur homo iure naturali abſolutè; nihilominus ſuppoſita eius inſtitutione tenetur iure poſitiuo diuino, & connaturaliter ad talem inſtitutionem, illud offerre Deo; illudque offerendo ſatisfacit iuri naturali de offerendo ſacrificio; quia taliter eſt ſupernaturale, quod etiam continet determinationem iuris naturalis, in exhibendo Deo cultum determinatum; atque adeò eminentiori etiam modo adimplet ius naturæ: ſicut qui ex charitate ſupernaturali diligit proximum, eique benefacit, ſatisfacit iuri naturali amandi ipſum ſecundum ordinem naturæ.

Secun-

ò notandum eſt, quod cum
ltus non ſolùm fiat actibus
ibus anima ſubijcitur Deo,
e, & deuotione, ſed etiam
ernis, quibus aliquid ſen-
ga ipſum exercetur, vt ſunt
s externæ, genuflexiones,
orationes vocales, vota,
el in honorem eius offer-
primitiæ, decimæ, & alia-
ncumque rerum oblatio-
actum eſſe, quod aliquan-
cris Scripturis, quàm in
ibus per translationem,
ram ſumatur ſacrificium
pere, in quo aliquis Deo
etur, aut quomodocun-
tur; aliquandò verò pro-
o opere proteſtatiuo diui-
tię, quod fit per publicam
& relatiuè ſe habet ad ſa-

primæ acceptionis ſunt
crificate ſacrificium iuſti-
19. *Sacrificium Deo ſpiri-*
atus; Et de laude exter-
23. *Sacrificium laudis ho-*
e. Et de operibus Miſeri-
13. 16. *Beneficentiæ, &*
nolite obliuiſci: talibus
romeretur Deus. Et gene-
ni opere bono dicitur 1.
t ipſi tanquam lapides viui
ini, domus ſpiritualis, ſa-
ctum: offerre ſpirituales
abiles Deo per Ieſum Chri-
etiam ratione dixit Au-
10. de Ciuit. Dei cap. 6.
cium eſt omne opus quod
cta Societate inhæreamus
videlicet ad illum finem
aciter beati eſſe poſſumus,
uod in ſacrificio eſt for-
mus infra.

a autem ſacrificij propriè
rrelatiuè dicti ad ſacer-
etur Hebr. 5. 1. *Omnis*
ominibus aſſumptus, pro
ſtituuntur in ijs, quæ ſunt
fferat dona, & ſacrificia

pro peccatis; vt verò diſtincti ab alijs bonis operibus, & oblationibus; Oſeę 6. 6. *Miſericordiam volo, & non ſacrificium*. 1. Regum 15. 22. *Melior eſt obedientia, quam victima*. Pſal. 39. 7. *Sacrificium, & oblationem noluiſti*. Et Pſalm. 50. 21. *Acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta*.

Quando igitur inter nos, & aduerſarios controuertitur, an detur in lege noua ſacrificium, illudque ſit ſacrificium Miſſæ? difficultas non procedit de ſacrificio impropriè dicto, vt ipſi contendunt, nec enim dubitamus, quin ſumptio Euchariſtiæ ſit ex ſe excellentiſſimum opus bonum, atque adeo ſacrificium impropriè, vel lato modo ſumptum pro omni opere bono; ſed eſt de illo propriè dicto, hoc eſt correlatiuè dicto ad ſacrificium, & condiſtincto ab omnibus alijs bonis operibus, & oblationibus, quæ non ſunt tale ſacerdotium; qua ratione nos Catholici aſſerimus Sacramentum Euchariſtiæ ſimul eſſe ſacrificium, negant autem Sectarij; pręſertim Caluiniſtę dicentes, Chriſtum Dominum dediſſe nobis menſam, in qua epulemur, non altare ſuper quod victimas offeramus: non ſacerdotes conſecraſſe, qui immolent, ſed miniſtros, qui ſacrum epulum diſtribuant: ideoque ipſi ſuos Parochos Miniſtros appellant, non ſacerdotes.

Tertiò animaduertendum eſt ex præfata duplici ſacrificij acceptione, oriri quoque varias eius definitiones, nam ſectarij licet diuerſis verbis, in re tamen conuenientibus, aſſerunt ſacrificium in communi nihil eſſe aliud, quam *quodlibet opus bonum à nobis Deo oblatum, quo eum honore efficiamus, & eius ſocietati arctius coniungamur*.

Quam definitionem nos Catholici concedimus quidem conuenire ſacrificio impropriè, aut lato modo, non autem ſtricto, & propriè accepto; vnde vel ipſi admittere debēt Sacramentum Euchariſtiæ eſſe tantum ſacrificium impropriè dictum, cuius falſita-

tem ſtatim oſtendemus, vel ſi eorum aliqui velint illud eſſe propriè tale, deberent oſtendere definitionem ab ipſis allatam eſſe definitionem ſacrificij propriè dicti, quod eſt falſum, & refellitur primò, quia ex ſacra Scriptura citatis locis, bona, & religioſa actio, in qua definitio allata hæreticorum conſtituit totam eſſentiam ſacrificij propriè dicti, expreſsè diſtinguitur contra ſacrificium propriè dictum, v. g. dum miſericordia perfectaque obedientia Deo reddita, quæ proculdubio ſunt bonæ, & religioſæ actiones, præferuntur ſacrificio; eſſentia igitur ſacrificij propriè dicti non conſiſtit tantum in aliqua bona actione; ſiquidem eſſentiæ rerum ſibi inuicem oppoſitarum ſunt diſtinctæ.

Deindè, ea quorum propriæ conditiones ſunt diſtinctæ, vnum illorum, vt ſic, non poteſt eſſe idem definitione cum alio, vt ſatis per ſe patet; ſed propriæ conditiones ſacrificij ſtrictè ſumpti, & propriæ conditiones cuiuslibet boni operis virtutum ſunt diſtinctæ, quatenus *primo* idem ſacrificium ſtrictè ſumptum, eſt ita peculiare ſuęque legi proprium, vt facta mutatione legis, debeat quoque ſacrificium, & ſacerdos illi correſpondens mutari, vt expreſſe docet diuus Paulus Hebr. 7. cùm è contra omne opus bonum fidei, ſpei, Charitatis, ſiue alterius virtutis ſit commune omni, & cuilibet ſtatui, legis naturę, Moſaicæ, & Euangelicæ: *ſecundò* ſacrificium ſtrictè dictum ex eodem diuo Paulo Hebr. 5. petit aliquem ſpecialiter deputatum tanquam miniſtrũ, cui ſoli, & nulli alteri competat illud immediate per ſeipſum offerre, nam Saul lib. Reg. cap. 13. damnatur, quod attentauerit ſacrificare; & lib. 2. Paralipomenon cap. 26. Rex Oſias prohibetur ſacrificare per ſemetipſum, cum è contra ſemper, & in quauis lege licuerit priuatis perſonis exercere actus virtutum ad gloriam Dei, eoſquè illi offerre; imo actus quarundam virtutum, nimirum fidei, ſpei, & charitatis fuerũt præcepti omnibus, & ſingulis adultis cuiuſcunque legis, & ſtatus, quibus tamẽ omnibus & ſingulis non fuit conceſſũ ſacrificare: *Tertio*, actus ſacrificij, ſeu ſacrificatio conſiderata in ſe, & ſecundum ſe, eſt aliquid indifferens, cuius bonitas eſt ſolummodo extrinſeca, nimirum proueniens ex ſola ordinatione Dei inſtitutoris, & relatione offerentis; v. g. occiſio bouis, vel cuiuſuis alterius animalis per immolationem in lege veteri, conſiderata præcisè, nihil addebat moralis bonitatis, ſed in tantum erat bona, in quantum à Deo erat inſtituta, & ab offerẽte fiebat in ſignum proteſtatiuũ ſupremæ potentiæ in Deo, & ſummę ſubiectionis ad illum in offerente: at vero actus virtutum fidei, ſpei, charitatis, & aliarum ſunt ſemper ex ſe, & ex intrinſeca ſua natura boni; ſtante ergo hac conditionum ſacrificij ſtrictè dicti, & conditionum cuiuslibet boni operis virtutum diſtinctione, ac veluti oppoſitione, clarè patet contra ſectarios ſacrificiũ propriè, & ſtrictè acceptum, non eſſe omne, & quodlibet bonum opus à nobis Deo oblatum: proindeque ad ſacrificium proprie dictum eſſentialiter requiri, quod res aliqua permanens offeratur Deo, actione aliqua externa immutatiua illius in honorem pariter Dei.

Ita poſt D. Thomam 22. q. 85. art. 3. ad 3. cõmuniter tenent Theologi; nam in omnibus ſacrificijs, ſiue legis naturæ, ſiue legis Moſaicæ, idemque patebit infra de ſacrificio nouæ legis, conſtat ea per aliquã oblationem facta fuiſſe, ita quod ſacrificare, & offerre idem ſint, vt Geneſ. 8. 20. *obtulit holocauſta ſuper altare*: & cap. 22. v. 2. *offeras filium tuum in holocauſtum*: Iſaiæ 1. v. 13. *Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra*; & Apoſtolus ad Hebræos ait de omni Pontifice, *quod conſtituitur vt offerat dona, & ſacrificia.* Hanc autem oblationem debuiſſe eſſe

cum

a actione externa immuta-
uod idem eſt , quod offe-
o , non quomodocunque
uiſſe , vt diceretur perfe-
icium , ſed cum aliqua
mutatione , patet quoque
etiam in templo offere-
uniæ , lapides pretioſi , &
donaria , quæ tamen non
icia proprie dicta , nec o-
ferri à ſolis ſacerdotibus ,
tione niſi quia vt obla-
t ſacrificia proprie dicta ,
ır aliqua immolatio , &
circa rem oblatam in ho-
à ſacerdote facienda , vt
rietis , effuſio liquoris ,
: & modo, cum panis , &
ratur, & ſumitur in hono-
Cuius ratio eſt , quia cum
tionem talium rerum quę
fiat aliquis cultus ſpecia-
em Dei, nec alius ſit cul-
ate publica factus, niſi iſte.
llum ſpeciali aliquo no-
pari , quod in ſcriptura
m , Victima , aut Holo-
licendum eſt igitur quod
ſpecialiter , vel propriè
cludit actionem immuta-
ius rei permanentis , ſeu
ſtantiæ ſenſibilis in hono-
An autem ad huiuſmodi
em faciendam plures exi-
nes ? reſpondendum eſt
uidquid enim ſit , an ali-
es interueniant actiones
, tamen illa per quam ſit
offerendo aliquam rem in
ei , ſufficit ad conſtituen-
liter ſacrificium ; v. g.
etis , fractio panis , liba-
uſio liquoris, & quidquid
, non pertinet ad ſacrifi-
aliter , ſed vel diſpoſi-
cedenter , vel conſecu-

rto notandum eſt ſacrifi-
ſumptum ſolere à Catho-
, quod ſit *externa oblatio*

legitima authoritate inſtituta rei ſenſibilis , permanentis , à legitimo miniſtro facta immediate ſoli Deo, cum reali immutatione, ad proteſtandã ſupremam eius poteſtatem , & noſtram ſeruitutem. Dicitur *externa oblatio* , loco generis , quia vt ait S. Thomas loco citato , omne ſacrificium eſt quidem oblatio, cum in eo aliquid ſemper offeratur , ſed non è contra , multa ſi quidem in lege veteri offerebantur , quæ tamen non dicebantur ſacrificari. *Legitima authoritate inſtituta* , *& à legitimo miniſtro facta* , ad deſignandum , non eſſe cuiuslibet offerre ſacrificium, ſed cum ſit actus publicus , correlatiue ſe habens ad ſacerdotiũ,quod eſt pariter munus publicum debere ab eo offerri, qui eſt ſacerdos: Quã ob cauſam etiã apud Gentiles,non ſinguli,ſed tantum ſelecti à Republica in Sacerdotes offerebant ſacrificia ab eadem inſtituta vt patet ex eorum hiſtorijs , nec non ex Ariſtotele lib. 6. Politic. cap. vltimo . *Rei ſenſibilis*, non ſolum ad diſtinctionem ſacrificiorum metaphoricorum , quæ poſſunt etiam conſiſtere in oblatione interiori rerum inſenſibilium , vel ob eas etiam cauſas , propter quas Theologi communiter docent noſtra ſacramenta debere eſſe ſenſibilia , ſed maximè quia ſacrificium eſt actus latriæ , cum eo colamus Deum ob ſupremam ſuam excellentiam : latria verò eſt quædam ſpecies adorationis , quæ conſtat re aliqua externa ſignificante interiorem æſtimationem , quam adorans habet de re quam adorat . *Permanentis* , ad differentiam rei tranſeuntis oblatæ Deo , vt genuflexionis , adorationis , precum , laudis vocalis, ac ſimilium; Sacrificium enim Deo offertur tanquam aliquod tributum, quod autem exhibetur Principibus , tanquam tributum , nunquam eſt pura quædam locutio , vel alia actio , ſed res aliqua permanens ; exempli cauſa, numiſma vel aliquis alius cenſus. *Cum reali immutatione* , ad differentiam ſimplicis

Rrrrr 2 obla-

oblationis, quæ aliquid conſecrat Deo, vt in eius cultu permaneat, & conſeruetur; ſicut qui offert Eccleſiæ bona mobilia, vel immobilia, vt conſeruentur; ſacrificium vero offert rem, non vt permaneat, ſed vt deſtruatur, vel immutetur pro honore Dei, licet non ſemper requiratur rem totaliter deſtrui, ſed ſufficit aliquo modo eam immutari, vt liquorem effundi, vel libari. Cuius differentiæ ratio eſt, quod per ſacrificium teſtamur Deum ita eſſe omnipotentem, vt ſit Dominus vitæ & necis omnia eſſe per eum, & poſſe ab eo deſtrui, in nihilum redigi, aut quomodo ipſi placuerit immutari; quod cum totum melius exprimi non poſſit, quam ſi res aliqua ſenſibilis permanens ita offeratur in honorem Dei, vt deſtruatur, realiterue immutetur; tunc enim hoſtia ſic tranſiens à ſuo eſſe ad non eſſe, vel ad aliud eſſe, redit in poteſtatem Dei, qui ſolus poteſt illam reproducere; clare patet ad ſacrificium eſſentialiter requiri realem immutationem in re oblata. Tandem dicitur, *ſoli Deo facta, ad proteſtandam ſupremam eius poteſtatem, & noſtram ſeruitutem*, ad deſignandam intentionem ſacrificantis, & proprium finem religioſi cultus, ſpecialiter diuinam maieſtatem manifeſtantis. Vnde licet ex hac parte, qua ſacrificium proteſtatiuum eſt diuinæ maieſtatis, poſſit inſuper habere aliquam myſticam ſignificationem reſpectu alicuius miſterij ſupernaturalis, ſicut omnia ſacrificia à Deo in lege Moſaica inſtituta, aut in lege naturæ ex eius inſtintu facta, vt Abelis, Noe, Abraham, & aliorum, ſignificabant cruentum Chriſti ſacrificium, vel aliquid aliud, dicente Apoſtolo quod *omnia eis contingebant in figuris*, eiuſmodi tamen myſtica ſignificatio non eſt de eſſentia ſacrificij proprie dicti, ſed ſola illa moralis per definitionem explicata, proteſtandi ſupremam Dei maieſtatem; quodque ſacrificia legis Moſaicæ, vel etiam

antiquiora, habuerint my
Chriſti ſignificationem, factu
ſpeciali inſtitutione Dei, &
præciſa ratione ſacrificij: nam
vt quemadmodum conſtituit
Dominum mediatorem omni
minum, ita etiam vt omnia l
turę, & ſcriptę ſacrificia adum
Chriſtum Dominum, & ſacr
eius.

Quam ob cauſam quinto
dum eſt Theologos commun
cere, ſacrificium ex hac pa
conſiſtere eſſentialiter in gen
externi, atque adeo in genere
nis. Preterquam Sacrificiu
adhuc dupliciter conſidera
modo in genere actus morali
aliæ actiones bonæ, orationi
nij, eleemoſynæ, &c. alio m
genere cuiuſdam ceremoniæ
ſæ, qua colatur Deus, & fit
tio diuinæ excellentiæ Et
hoc ſecundo modo ſit in gen
rali ſigni, ſeu relationis ex in
ne ſeu beneplacito ſignificant
ctionem noſtram à Deum; no
ſi conſideretur primo modo
in genere actus moralis proce
virtute religionis; qui mod
formalitas, cum ſe habeat for
in ſacrificio, alia vero mate
ac præſuppoſitiue, nimiru
ceremoniæ exterioris, indè
ter loquendo, ſacrificium eſt
re actionis religioſæ ſicut ado
votum, & oblatio decimaru
omnia recenſet diuus Thoma
84. inter actus externos rel
Quare vbi diuus Auguſtinus
ciuit. Dei cap. 5. ait quod viſ
crificium, ſignum eſt inuiſibil
ficij, Diuus autem Thomas
probat eſſe de lege naturæ
Deo ſacrificia, quia naturale
mini aliquibus ſignis vti, illa
do Deo, in ſignum debitæ ſu
nis, & honoris; illi duo ſan
Doctores ſacrificium appellan
ratione ſignificationis moralis

qualis eſt, quod ſacrificium, uædam ceremonia exterior uthoritate inſtituta, ac de- a, v. g. occiſio animalis ſi- x tali inſtitutione proteſta- iuinæ excellentiæ, aut ali- le, vt diximus ſupra quod acrificia ſupernaturaliter a- ant cruentum Chriſti ſacrifi- gnificatio autem moralis, itur in ſacrificio, cum ad- um competat conſecutiuè, nitanter, quatenus actus ternus vt talis procedit ab ropterea ſacrificium directè rimo non dicit rationem ſi- primario actionis moralis per ſe, & ſecundario ſigni- actus interni religionis. In nſu præfatos Doctores lo- , patet, quia diuus Au- preſſe dicit. Quod ſacri- ile eſt ſignum ſacrificij in- crificium autem inuiſibile um ſpirituale, quod fit in ctus interiores, & ſignifi- teriores: D. autē Thomas .2. ait *quod oblatio ſacrificij d ſignificandū, ſignificat au- exterius, interius, & ſpiri- iū, quo anima ſe offert Deo*: atio cum ſit moralis reſ- interni, & inuiſibilis, ma- itur eos de illa fuiſſe locu- ificium appellant ſignum; de myſtica, ſeu ad placitū. m ſexto notandum eſt, diſtingui à ſacramento, od ſi ſacramentum ſit eſ- genere ſigni, debeat in ſacrificium; ratio eſt, entum ordinatur ad ſan- nos, ſacrificium verò or- ultum Dei, & ad exhi- debitum honorem debi- tutem; res autem ſenſi- eſt ſanctificare nos ex vi ſed ex aliqua eleuatio- itione diuina, ordinante id, quod eſt ſupernatu-

rale in nobis; vnde cum ſacramenta non ſequantur rationem actionis, ſed impoſitionis & eleuationis, qua voluit Deus illa inſtituere ad ſignificandam, & operandam noſtram ſanctificationem, neceſſario debent eſſe in genere ſigni. At verò in ſacrificio vice verſa, cum enim in illo offeramus Deo cultum tanquam inferiores ſuperiori, ideo principalius perficitur actionibus, quam impoſitionibus, & ſignificationibus, licet quod alias ſignificatum eſt, poſſit etiam ſubijci, & offerri Deo; ſed hoc ſe tenet ex parte materiæ oblatæ; ſufficit enim ad ſacrificium illa actio moralis offerendi, & ſignificatio moralis, quæ illam neceſſario concomitatur, & ſequitur, ea ratione generali, qua omnis effectus ſignificat cauſam, & omnis actus exterior interiorem, à quo procedit, vel imperatur.

Septimò, cum ſignificatio ſit duplex, naturalis vna, ad placitum altera, facile reſoluitur ex dictis, qualis competat ſacrificio; & an ſit priuata; & publica? dicendum eſt enim, quod quidquid ſpectat ad ſignificationem myſticam, vel ad ceremoniam religioſam, qua aliquid ſacrū ſignificatur, eſſe ſignificationem ad placitum, ex humana impoſitione dependentem; quidquid autem pertinet ad ſignificationem moralem, reduci debere ad ſignum naturale. Ratio eſt, quia vt actus externus ſignificet internum, non exigitur aliqua impoſitio facta à Republica, ſed ſatis eſt, quod procedat ab actu interno, tanquam effectus illius, per quam dependentiam ſuſcipit dominationem moralitatis, quatenus eiſdem regulis rationis regulatur, quibus actus internus, à quo procedit; ſignificatio autem effectus ad cauſam, non eſt ad placitum, ſed naturalis, quia naturaliter effectus vt talis à cauſa procedit. Dictum eſt reduci ad ſignum naturale, quatenus aliquo modo deficit à ſigno naturali; actus enim exterior

ſolum

ſolum quo ad entitatem phyſicam propriè procedit naturaliter à ſua cauſa; in linea autem morali procedit moraliter ab actu interno, vt imperante, & dirigente; attamen quia iſta moralitas non eſt denominatio impoſitionis, quæ requiritur pro ſigno ad placitum, ſed eſt moralitas regulationis, ideo potius reducitur ad ſignificationem naturalem; quia eſt ſignificatio effectus reſpectu ſuę cauſæ, quantum ad hoc, actus nimirum moralis interni virtutis religionis. Cæterum ad ſignificationem myſticam, vel ceremoniæ ſacræ, neceſſaria eſt deſtinatio vel impoſitio; quoniam neque ex ſe illa actio ſacrificandi, in quantum actio materialis eſt, exempli gratia occiſio animalis, nec in quantum humana præcisè, ac moralis eſt, habet ſignificare myſterium aliquod aut rem ſacram, quæ per talem ceremoniam denotatur, quia ad hoc omnino indifferens eſt, nec habet connexionem determinatam cum tali myſterio, ſed ſolùm in quantum actio eſt repræſentat ſuam cauſam, ſiue phyſicam ſiue moralem; ad repræſentandũ ergo aliquid myſticum, id eſt, aliquod myſterium particulare, ſacrificium determinatione, ac impoſitione indiget.

Eadem ratione loquendo de authoritate inſtituendi ſacrificia, an ſit publica, vel priuata? dicendum quoque eſt, illa quo ad ſignificationem moralem non dependere ab authoritate publica, quia hæc tantum habet authoritatem ad imponendum ſigna ad placitum, moralis autem ſignificatio non eſt ex impoſitione, vt dictum eſt, ſed ex eo ſolum quod actus exterior dimanet ab interiori; quod à publica authoritate non dependere ſatis ex ſe conſtat. Quoad ſignificationem verò myſticam, & quantum ad determinationem rerum, & actionum, quibus debet offerri ſacrificium, nec non modorum, ſeu ceremoniarum quibus offerendum eſt, per ſe pertinet ad poteſtatem publicam id determinare, & inſtituere, maximeque ad diuinam inſtitutionem, tum quia ſacrificium eſt cultus diuinus, quem tota communitas tenetur offerre Deo, quoque homines in vna republica, vel communitate adunantur, tum etiam quia eſt actus præcipuus ſacerdotis, ſeu Pontificis, qui eſt publica poteſtas; maximè autem ſpectare ad Deum, qui eſt ſumma poteſtas, ſacrificia inſtituere, patet, quia ſi pertinet ad poteſtatem Regum deſignare, quid ſibi offerendum ſit in tributum, multo magis pertinet ad Deum tributum ſibi debitum determinare, quod eſt ſacrificium: ideoque communiter docent Theologi, homines, qui ſacrificia in lege naturæ inſtituerunt, vt Abel, Noe, Melchiſedech, & alij, id feciſſe ex inſtinctu Dei. Non tamen per hoc tollitur, quin etiam remoto diuino inſtinctu, quælibet reſpublica, attento iure naturali, de quo diximus ſupra eſſe, quod offeratur Deo ſacrificium, loquendo in communi, & vagè, poſſit ſacrificia inſtituere in honorem Dei. Non tamen eſt ſimile de inſtitutione Sacramentorum, quia ſacramenta eſſentialiter ordinantur ad ſanctificandum nos per gratiam, quã ſignificant, quamque cum ſolus Deus dare poſſit, conſequenter ſolus inſtituere poteſt ſacramenta: ſacrificium autem ordinatur ad exhibendam Deo debitam ſubiectionem, quod homo poteſt, & tenetur facere per ſeipſum.

Poſſe etiam priuatam perſonam inſtituere, & determinare per accidens ſacrificia communiter docent Theologi, quia licet connaturale ſit homini ſocialiter viuere, poteſt tamen per accidens in aliquo caſu ſolitariam vitam ducere, & tunc Deo ſacrificium offerre, quia ipſo iure naturæ tenetur Deum colere ſigno aliquo ſenſibili ſummæ ſubiectionis quod eſt ſacrificium. Et hoc eſt conſiderata natura hominum ſecundum ſe, & quantum eſt ex ipſo iure naturali præcisè: nam

re poſitiuo diuino, modo
eſtas in hominibus ad in-
ſacrificia vero Deo, quia
eſiam non eſt ſacrificium,
Dei cultus; in Eccleſia au-
n ſtatu legis Euangelicæ.
im eſt ſacrificium inſtitu-
ſto Domino in Sacramen-
tiæ, vt probabitur infra.
quod attinet ad ſacrificij
multiplex eſt, reduci ta-
Doctoribus ad quinque
capita: nam primò poteſt
arte materiæ: ſecundò ex
is, ſeu formæ: tertiò ex
quartò ex parte effectus:
arte ſtatus. Ex parte ma-
ntur ſacrificia in libami-
es liquidæ offerebantur;
& hoſtias, quibus pecora
ur, & alia ſimilia; Ex
ſeu actionis, diuiduntur
um, quando totum ani-
atur, & conſumabatur in
i; in hoſtias pacificas, vel
in quibus aliquid conſu-
iud verò ſeruabatur. Ex
diſtinguitur ſacrificium
Incruentum: illud fie-
ſionem ſanguinis, ſicut
ra mactabantur, & ſicut
minus fuit immolatus in
iebat ſine cruore, vt quã-
rræ, & ſimilia offereban-
in Sacroſancto Miſſæ Sa-
s Euchariſticæ. Ex parte
icium aliud eſt Propitia-
d eſt pro remiſſione pec-
æ illius; aliud Euchari-
eſt bona gratia, ſeu in
ionem pro beneficijs ac-
demum impetratorium,
beneficijs recipiendis;
ormalitates, ſeu rationes
ſſæ competere infra oſtẽ-
rte ſtatus, quem Eccle-
lio mundi triplicem ha-
aturæ, Legis Moſaicæ,
ngelicæ, ſacrificium di-
quæ fuerunt vnicuique

ſtatui propria, nec non ſecundum varias ſignificationes myſticas quas habuerunt; nullam tamen gratiam ſanctificantem omnia illa conferebant ex opere operato, ſed ſecundum fidem operantis illam ſortiebantur.

Contra huc vſque pro intelligentia controuerſiæ inter nos, & ſectarios neceſſariò præmiſſa, cum nihil ab ipſis objiciatur, quod ex dictis ſolui facilè non poſſit, ea omitto, ſolumque ad authoritatem Diui Auguſtini lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 6. quam magis præmere ſolent, vbi inter alia ſic ait: *Verum ſacrificium, eſt omne opus bonum, quod agitur, vt Sancta Societate inhæreamus, relatum ſcilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati eſſe poſſumus.* Reſpondetur eum fuiſſe locutum de ſacrificio impropriè, ſeu largo modo ſumpto, prout nimirum comprehendit omnia bonorum operum genera, non autem de illo propriè dicto, prout in præſenti agimus de ſacrificio; vnde illa particula *verum* intelligenda eſt de veritate erga Deum, non autem de veritate externæ ceremoniæ in proteſtationem Diuinitatis, quæ propriè ſacrificium appellatur. Vel quod in idem recidit, dicendum eſt, ibi S. Auguſtinum conſideraſſe ſacrificiũ propriè ſumptum quatenus eſt totum quoddam morale, conſtans ex ſuo materiali, & ſuo formali tanquam duabus partibus illud totaliter componentibus in eſſe moris; ibique tantum comparare duas illas partes ad ſe inuicem, ac docere fructum, & effectum ſacrificij ſtrictè ſumpti magis pendere à formali eius parte, actu nimirum voluntatis ſe ſe Deo ſubmittentis in recognitionem ſupremæ eius excellentiæ, qui alias eſt ſacrificium tantum metaphoricum; quam à materiali, qualis eſt ſimplex illa oblatio rei ſenſibilis, cum aliqua reali eius immutatione, ſi conſideretur denudata præfato voluntatis actu, quamuis alias, id eſt, ſi non conſideretur in ratione fructus, eſſentialiter requiratur

tur

ſolum quo ad entitatem phyſicam propriè procedit naturaliter à ſua cauſa; in linea autem morali procedit moraliter ab actu interno, vt imperante, & dirigente; attamen quia iſta moralitas non eſt denominatio impoſitionis, quæ requiritur pro ſigno ad placitum, ſed eſt moralitas regulationis, ideo potius reducitur ad ſignificationem naturalem; quia eſt ſignificatio effectus reſpectu ſuę cauſæ, quantum ad hoc, actus nimirum moralis interni virtutis religionis. Cæterum ad ſignificationem myſticam, vel ceremoniæ ſacræ, neceſſaria eſt deſtinatio vel impoſitio; quoniam neque ex ſe illa actio ſacrificandi, in quantum actio materialis eſt, exempli gratia occiſio animalis, nec in quantum humana præciſè, ac moralis eſt, habet ſignificare myſterium aliquod aut rem ſacram, quæ per talem ceremoniam denotatur, quia ad hoc omnino indifferens eſt, nec habet connexionem determinatam cum tali myſterio, ſed ſolùm in quantum actio eſt repræſentat ſuam cauſam, ſiue phyſicam ſiue moralem; ad repræſentandũ ergo aliquid myſticum, id eſt, aliquod myſterium particulare, ſacrificium determinatione, ac impoſitione indiget.

Eadem ratione loquendo de authoritate inſtituendi ſacrificia, an ſit publica, vel priuata? dicendum quoque eſt, illa quo ad ſignificationem moralem non dependere ab authoritate publica, quia hæc tantum habet authoritatem ad imponendum ſigna ad placitum, moralis autem ſignificatio non eſt ex impoſitione, vt dictum eſt, ſed ex eo ſolum quod actus exterior dimanet ab interiori; quod à publica authoritate non dependere ſatis ex ſe conſtat. Quoad ſignificationem verò myſticam, & quantum ad determinationem rerum, & actionum, quibus debet offerri ſacrificium, nec non modorum, ſeu ceremoniarum quibus offerendum eſt, per ſe pertinet ad poteſtatem publicam id determinare, & inſtituere, maximeque ad diuinam inſtitutionem, tum quia ſacrificium eſt cultus diuinus, quem tota communitas tenetur offerre Deo, quoque homines in vna republica, vel communitate adunantur, tum etiam quia eſt actus præcipuus ſacerdotis, ſeu Pontificis, qui eſt publica poteſtas; maximè autem ſpectare ad Deum, qui eſt ſumma poteſtas, ſacrificia inſtituere, patet, quia ſi pertinet ad poteſtatem Regum deſignare, quid ſibi offerendum ſit in tributum, multo magis pertinet ad Deum tributum ſibi debitum determinare, quod eſt ſacrificium: ideoque communiter docent Theologi, homines, qui ſacrificia in lege naturæ inſtituerunt, vt Abel, Noe, Melchiſedech, & alij, id feciſſe ex inſtinctu Dei. Non tamen per hoc tollitur, quin etiam remoto diuino inſtinctu, quælibet reſpublica, attento iure naturali, de quo diximus ſupra eſſe, quod offeratur Deo ſacrificium, loquendo in communi, & vagè, poſſit ſacrificia inſtituere in honorem Dei. Non tamen eſt ſimile de inſtitutione Sacramentorum, quia ſacramenta eſſentialiter ordinantur ad ſanctificandum nos per gratiam, quã ſignificant, quamque cum ſolus Deus dare poſſit, conſequenter ſolus inſtituere poteſt ſacramenta: ſacrificium autem ordinatur ad exhibendam Deo debitam ſubiectionem, quod homo poteſt, & tenetur facere per ſeipſum.

Poſſe etiam priuatam perſonam inſtituere, & determinare per accidens ſacrificia communiter docent Theologi, quia licet connaturale ſit homini ſocialiter viuere, poteſt tamen per accidens in aliquo caſu ſolitariam vitam ducere, & tunc Deo ſacrificium offerre, quia ipſo iure naturæ tenetur Deum colere ſigno aliquo ſenſibili ſummæ ſubiectionis quod eſt ſacrificium. Et hoc eſt conſiderata natura hominum ſecundum ſe, & quantum eſt ex ipſo iure naturali præciſè: nam

ſpectato

re poſitiuo diuino, modo
teſtas in hominibus ad in-
ſacrificia vero Deo, quia
eſiam non eſt ſacrificium,
Dei cultus; in Eccleſia au-
n ſtatu legis Euangelicæ.
um eſt ſacrificium inſtitu-
iſto Domino in Sacramen-
ſtiæ, vt probabitur infra.
quod attinet ad ſacrificij
, multiplex eſt, reduci ta-
Doctoribus ad quinque
capita: nam primò poteſt
arte materiæ: ſecundò ex
nis, ſeu formæ: tertiò ex
; quartò ex parte effectus:
arte ſtatus. Ex parte ma-
untur ſacrificia in libami-
res liquidæ offerebantur;
& hoſtias, quibus pecora
tur, & alia ſimilia; Ex
, ſeu actionis, diuiduntur
um, quando totum ani-
atur, & conſumabatur in
ti; in hoſtias pacificas, vel
in quibus aliquid conſu-
iud verò ſeruabatur. Ex
diſtinguitur ſacrificium
& Incruentum: illud fie-
ſionem ſanguinis, ſicut
ra mactabantur, & ſicut
minus fuit immolatus in
iebat ſine cruore, vt quā-
rræ, & ſimilia offereban-
in Sacroſancto Miſſæ Sa-
es Euchariſticæ. Ex parte
icium aliud eſt Propitia-
d eſt pro remiſſione pec-
æ illius; aliud Euchari-
eſt bona gratia, ſeu in
ionem pro beneficijs ac-
demum impetratorium,
beneficijs recipiendis;
ormalitates, ſeu rationes
ſſæ competere infra oſtē-
rte ſtatus, quem Eccle-
lio mundi triplicem ha-
laturæ, Legis Moſaicæ,
ngelicæ, ſacrificium di-
quæ fuerunt vnicuique

ſtatui propria, nec non ſecundum varias ſignificationes myſticas quas habuerunt; nullam tamen gratiam ſanctificantem omnia illa conferebant ex opere operato, ſed ſecundum fidem operantis illam ſortiebantur.

Contra huc vſque pro intelligentia controuerſiæ inter nos, & ſectarios neceſſariò præmiſſa, cum nihil ab ipſis objciatur, quod ex dictis ſolui facilè non poſſit, ea omitto, ſolumque ad authoritatem Diui Auguſtini lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 6. quam magis præmere ſolent, vbi inter alia ſic ait: *Verum ſacrificium, eſt omne opus bonum, quod agitur, vt Sancta Societate inhæreamus, relatum ſcilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati eſſe poſſumus.* Reſpondetur eum fuiſſe locutum de ſacrificio impropriè, ſeu largo modo ſumpto, prout nimirum comprehendit omnia bonorum operum genera, non autem de illo propriè dicto, prout in præſenti agimus de ſacrificio; vnde illa particula *verum* intelligenda eſt de veritate erga Deum, non autem de veritate externæ ceremoniæ in proteſtationem Diuinitatis, quæ propriè ſacrificium appellatur. Vel quod in idem recidit, dicendum eſt, ibi S. Auguſtinum conſideraſſe ſacrificiū propriè ſumptum quatenus eſt totum quoddam morale, conſtans ex ſuo materiali, & ſuo formali tanquam duabus partibus illud totaliter componentibus in eſſe moris; ibique tantum comparare duas illas partes ad ſe inuicem, ac docere fructum, & effectum ſacrificij ſtrictè ſumpti magis pendere à formali eius parte, actu nimirum voluntatis ſe ſe Deo ſubmittentis in recognitionem ſupremæ eius excellentiæ, qui aliàs eſt ſacrificium tantum metaphoricum; quam à materiali, qualis eſt ſimplex illa oblatio rei ſenſibilis, cum aliqua reali eius immutatione, ſi conſideretur denudata præfato voluntatis actu, quamuis alias, id eſt, ſi non conſideretur in ratione fructus, eſſentialiter requiratur

tur

tur ad rationem ſacrificij propriè dicti; quemadmodum in communione Euchariſtię plus valet ſpiritalis, quam ſola realis carens omnino ſpiritali; & tamen vera ratio ſacramenti ſaluatur in iſta per modum connotati, vt ſupra ſuo loco diximus, non autem in communione ſpiritali licet ſit maioris effectus. Hanc autem eſſe mentem Diui Auguſtini patet ex eo, quod prædicto libro capite 5. agens de ſacrificio propriè dicto, illud ita definit, vt vidimus ſupra, *Sacrificium viſibile, eſt inuiſibilis ſacrificij ſacramentum*, id eſt, *ſacrum ſignum*, vbi per inuiſibile ſacrificium intelligit actum voluntatis iam explicatum, qui eſt vna pars proprii ſacrificij perfectè conſiderati, nimirum formalis, & per ſacrificium viſibile, quod eſt eius ſignum, intelligit alteram eius partem materialem, quæ eſt exterior oblatio immutatiua rei ſenſibilis permanentis. Dum igitur cap. 6. ait, omnia illa, quæ important prædictum voluntatis affectum, eſſe vera ſacrificia, id intelligit quatenus ſunt res ſignificatæ per externũ, & viſibile ſacrificium; quæque conſequenter dicuntur ſacrificia, non quod ex ſe participent eſſentiam ſacrificij propriè dicti, ſed tantum perfectionem effectus illius. His prænotatis veritatem Catholicam tot concluſionibus explicabimus, ac confirmabimus, quot erroribus aduerſarij illam obſcurare, ac deſtruere conantur, vnde ſit.

Prima concluſio. Datur in lege noua verum, proprieque dictum ſacrificium. Iſta concluſio eſt de fide, definita in Concilio Tridentino ſeſſ. 22. can. 1. inferius adducendo, quod ſufficit pro Catholicis; nunc ergo contra hæreticos Eccleſiæ authoritatem non admittentes probatur ex ſcriptura; cuius licet plura pro hac veritate habeantur teſtimonia, etiam in veteri teſtamento, Iſaiæ cap. vlt. in fine, Ieremiæ 33. vbi Deus agens de Eccleſia noui teſtamenti ait, futuros in ea Sacerdotes, atque adeò verum proprieque dictum ſacrificium, iſta ſiquidem correlatiuè dicuntur; hoc autem non poſſe intelligi de ſacerdotibus impropriè dictis, id eſt de offerentibus ſacrificia tantùm metaphorica, clarè patet, cum hęc ſint communia omnibus Chriſtianis; Deus verò ibi dicat, ſe electurum aliquos de Eccleſia in ſacerdotes; igitur loquitur de ſacerdotibus propriè dictis, propriumque cõſequenter ſacrificium aliquod oblaturis. Etſi, inquam, tam iſta, quã alia ſimilia loca poſſent expendi, vnã tamen ſolam, eamque clariſſimam Malachiæ prophetiam cap. 1. adducam, qua vtitur Concilium Tridentinum ſeſſ. 22 cap. 1. apud quem Deus alloquens ſacerdotes veteris teſtamenti, ait ſe repudiaturum omnia eorum ſacrificia Iudaica, & eorum loco, tempore nouæ legis, vbique locorum in gentibus ſibi ſacrificaturum iri hoſtiam mundam: *Ad vos*, inquit, *ò Sacerdotes, non eſt voluntas mihi in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra; ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus.* Quæ verba debere intelligi de aliquo ſacrificio in noua lege futuro, & ſuccedente ſacrificijs Moſaicis abrogatis, plures aſſerunt Patres, Hieronymus, & Theodoretus ad illum locum, S. Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 35. & alij à Pamelio citati in Liturgijs Latinis; clareque conſtabit, ſi primò oſtenderimus, illa non intelligi de aliquo ſacrificio, quod tunc temporis offerretur Deo, ſed tantum de offerendo in lege noua: ſecundò, ibi per ſacrificium intelligi ſacrificium propriiſſimè dictum.

Primum probatur, quia tempore Malachiæ Prophetæ, & ante abrogationem legis Moſaicę fideles offerebant tantum Hieroſolymis ſacrificiũ, vt habetur ex veteri teſtamento, nec non

eſtione per Samaritanam
Chriſto Domino Ioann. 4.
ium de quo hic agitur, di-
i in omni loco: item non à
n dicitur, *non ſuſcipiam de*
, ſed à gentibus: quæ tem-
chiæ omnes erant idolola-
adeò non poterat ab eis
atio offerri; præfata igitur
apud ipſum intelligi non
aliquo ſacrificio, quod tunc
ferretur, ſed tantùm de
lege noua. Deindè licet
ar, aliquot gentiles tunc
iſſe veri Dei cultores, non
amen iſta prophetia poſſet
illis; tum quia erant valde
dicitur hæc oblatio offerri
& in omni loco; tum quia
nc in Gẽtibus aliqua obla-
la, quod ſuperaret in puri-
ctitate ſacrificia Iudaica,
udęos eſſet tunc expreſſior
otitia, & cultus, quã apud
. Ibi tandem nomine *Gen.*
gi non poſſe *Iudæos*, qui
ris viuebant inter Gentes,
eſt, præterquam enim
Iudæi vocantur Gentes,
ura ab illis ſemper contra-
, inſuper cum Iudæi com-
er Gentiles tenerentur ad
icia, ad quæ reliqui Iudæi
& poſſent ſolùm Hieroſo-
icare quemadmodum &
ophetia intelligi non po-
icio ab illis oblato, ſed de
acrificijs contrapoſito, in
untaxat offerendo. Cum
in antecedentibus, quàm
bus fiat mentio de aduen-
omini, & ijs, quæ per il-
Euangelica præſtari de-
ata quoque verba debent
lligi de ſacrificio in ea
ua videmus omnia Iudæo-
a abrogata. Cui non ob-
atur de præſenti, *magnum*
um in Gentibus, & in omni
ur &c. cum familiare ſit
Prophetis *vti præſenti pro futuro*, ad deſignandam maiorem euentus certitudinem, vt paſſim videre eſt in veteri Teſtamento: ideoque etiam hæretici ad illum locum Malachiæ fatentur hoc totum pertinere ad primum aduẽtum Chriſti Domini, ſed debere intelligi de ſacrificio ſpiritali, & improprio, quia veri adoratores in ſpiritu adorabunt Patrem, vt habetur Ioann. 4. Vnde ſecundo nobis oſtendendum eſt cõtrarium, eo nimirum loci nomen ſacrificij ſumi ſtrictè iuxta definitionem ſuperius allatam.

Cuius prima ratio deſumitur ex hoc quod in textu Hebræo iſta oblatio mũda, quam Propheta ex ipſis aduerſarijs vaticinatur futuram in lege noua, exprimitur hoc nomine Minca, quod applicatũ rei quæ Deo tribuitur ſemper in ſacris litteris ſignificat ſacrificium proprijſſimè dictum, vt Leuit. cap. 2. Secunda ex hoc quod ibi eſt ſermo de aliquo ſacrificio non amplius vſitato, per quod Moſaica abrogentur, vt conſtat ex ipſomet textu: ſed ſacrificia metaphorica, qualia ſunt ex aduerſarijs omnia bona opera, erant communia tam legi nouæ, quàm Moſaicæ, & naturali; ibi ergo non agitur de illis. Tertia demum ratio eſt, quia loquitur Propheta de oblatione, quæ ſit munda ex ſe, Deoque beneplacens, atque adeo cuius bonitas, & dignitas non proueniat à qualitate offerentis, ſed habeat illam ex ſe, quæque non poſſit impediri per indignitatem offerentis, ſicut ſacrificia Moſaica impediebantur per peccata ſacerdotum; hoc autem conuenire non poteſt noſtris operibus, nõ ſolum quia iuxta opinionem aduerſariorum, contra quos agimus ſunt immunda, imo peccata, vt vidimus ſupra, verum etiam, quia maxima pars hominum ſolet vt plurimum admiſcere ſuis operibus aliquid imperfectionis; non igitur de illis, ſed de alio ex ſe perfectiſſimo, & excellentiſſimo ſacrificio, quale futurum erat ſacrificium Miſſæ, in omni loco, & à ſolis ortu vſque ad occa-

occaſum in lege noua celebrando, vaticinatus eſt Malachias loco citato; quod etiam ſignificauit, ſingulariter dicendo *oblatio munda*, quæ aliquid certum, & determinatum deſignat, ſacrificia enim ſpiritualia tot ſunt, quot opera bona; Miſerum igitur eſt aduerſariorum effugium, contra tam apertũ huius Prophetæ vaticinium, quod locutus fuerit de ſacrificio inuiſibili, & ſpiritali, quod conſiſtit in bonis operibus, & in fide Crucis Chriſti.

Quibus nihil ſuffragatur, quod nõnulli Patres explicent hunc locum *de precibus Chriſtianorum*, vel de ſacrificio laudis, illudque ſpiritale appellẽt, vt Hieronymus ſuper cap. 1. Malachiæ, Auguſtinus lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 86. Sanctus enim Auguſtinus ita intellexit hunc locum de ſacrificio laudis, vt non excluſerit proprium ſacrificium: Nam re vera ſacrificium Miſſæ etiam cum laude, & precibus offertur, atque adeo vocari poteſt ſacrificium earum, dummodo non excludatur proprium ſacrificium, quod coniunctim fit cum illis. Non excluſiſſe autem Auguſtinum patet ex lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 35. vbi poſt relata Malachiæ verba ait; *Hoc ſacrificium per Sacerdotium Chriſti ſecundum ordinem Melchiſedech, cum in omni loco à ſolis ortu vſque ad occaſum Deo iam videamus offerri, ſacrificium autem Iudæorum, quibus dictum eſt; non eſt mihi voluntas in vobis, non, nec accipiam de manibus veſtris munus, ceſſaſſe negare non poſſunt*, item lib. 19. cap. 23. & orat. contra Iudæos cap. 9. Et Sanctus Hieronymus loco citato, quamuis intelligat ſpirituales victimas, & thymiama orationum ſucceſſurum victimis carnalibus; addit tamen, *offerri in omni loco oblationem mundam, vt in omnibus ceremonijs Chriſtianorũ*, quod vtique eſt ſacrificium à Iudaicis contradiſtinctum; non ergo illud excludunt præfati Patres, nec alij, quando hunc Malachiæ locum de ſacrificio laudis vel precum intelligunt, illudq; ſpirituale appellant; nam Patres iſta appellatione non intendunt denegare noſtro nouæ legis ſacrificio veram, ac propriam rationem ſacrificij, ſed ſolũ intendunt declarare diſtinctionẽ eius à ſacrificijs legis Moſaicæ, nimirum quod hæc non ſolum conſiſterent in oblatione rei ſenſibilis, & corporeæ, ſed etiam fierent modo valde carnali, nimirum cruenta animalium iugulatione, noſtrum autem nouæ legis ſacrificium comparatiuè ad illa, fiat ſpiritaliter, quatenus perficitur conſecratione, & demum eſu, ac potione corporis, & ſanguinis Chriſti Domini, quæ licet ſubſtantialiter ſint ſub ſpeciebus Euchariſticis, quia tamen modo inſenſibili, ſpiritualique potius, quàm corporeo ſub illos exiſtunt, vt explicatum eſt ſupra; ideo non inconguè vocatur interdum à Patribus ſacrificium ſpiritale, comparatione facta ad carnalia legis veteris ſacrificia.

Deinde reſpondere poteſt ſecundò, quod cum conſecratio pertineat ad ſacrificium nouæ legis, vt dicetur infra, conſecratioque fiat verbis Chriſti Domini, quæ ſatis frequenter vocantur à Patribus *preces*, vt iam notauimus ſupra, hinc quoque dicunt iſtam Malachiæ prophetiam intelligi *de precibus Chriſtianorum*; non tamen de quibuſcunque, ſed de ſpecialibus illis, quibus ſacrificium nouæ legis perficitur ex Chriſti Domini inſtitutione, merito propterea per excellentiam dictis, *preces Chriſtianorum*: Sic Iuſtinus dialogo contra Tryphone.

Tertiò dici poteſt, ita etiam plerũque vocari à Patribus, quia dum ipſi vrgent hunc locnm Malachiæ pro verò nouæ legis ſacrificio, citant illum iuxta verſionem ſeptuaginta Interpretum, qui pro eo, quod editio vulgata habet, *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda*, ita tranſtulerunt, *in omni loco incenſum offertur nomini meo oblatio munda*; vbi duo diſtinguntur, *incenſum*, ſcilicet, & *munda oblatio*: Vndè cum incenſum

ſatis

nuniter ſignificet *orationem*
tteris, & noſtrum ſacrificiũ
tur,vt ſemper habeat preces,
es ſibi comites, vt dicetur
oterea Patres,vt iuxta hanc
nem probarent noſtrum ſa-
bi diſtinctè, & exactè fuiſſe
tum,explicarunt particulam
cenſum de orationibus, &
quæ comitantur noſtrum ſa-
& iſtam particulam, *oblatio*
ipſomet Euchariſtiæ ſacrifi-
nctus Chryſoſtomus expreſ-
Pſal. 95. vbi explicans hãc
m ait, ſacras preces, quæ cũ
fferuntur ibi appellari *in-*
u thymiama, nec non orat. 2.
dæos, vbi eos maximè vrget,
prophetia nunquam ſit im-
in noſtro ſacrificio. Item
us lib. 4. de fide cap. 14.
t, *eſt purum, & incruentum*
, quod à ſolis ortu vſque ad
ominus per Prophetam obla-
dixit.

lem veritate noſtræ conclu-
ra quoque non deſunt noui
i teſtimonia; Primum habe-
inth. 10. v. 2. vbi dum ait:
menſæ Domini participes eſ-
ſæ dæmoniorum, Concilium
um loco ſuperius citato do-
on obſcurè innui, quatenus
m altare vtrobique ſignifi-
itis patet ex textu, & ipſe-
olus ſe explicat Hebræor. 13
emus altare, de quo edere non
eſtatem, qui tabernaculo de-

us, & alijs locis, vbi Patres
itandi aſſerunt mentionem
ris altaribus, ac ſacerdotijs
, Iudæorum, Chriſtianorum
ſtinctis, atque adeo de vero
e dicto ſacrificio, non autem
ni eorum menſa, ſic primam
conclusione efformo ratio-
a lege datur verum proprie-
m ſacrificium, vbi dantur ve-
verique ſacerdotes ſpecia-

liter deſtinati, & conſecrati ad illis de-
ſeruiendum, omnia ſiquidem iſta cor-
relatiuè dicuntur, neceſſariamque in-
ter ſe habent connexionem; & ſi enim
ſacerdotes validè extra altare conſe-
crare poſſint corpus, & ſanguinem
Chriſti, ridiculum tamen eſt vera da-
ri altaria, pro ſacrificio ſpirituali om-
nibus communi, non autem ea referri
ad verum, proprieque dictum ſacrifi-
cium per ſolos veros ſacerdotes cele-
brandum: Sed nihil frequentius nihil
magis obuiam in hiſtoria Eccleſiaſti-
ca, veteribuſque Patribus habetur,
quam in lege noua dari vera altaria,
veroſque ſacerdotes, quibus ſolis licet
ſacrificium offerre; in ea igitur datur
verum, proprieque dictum ſacrificiũ.
Ex quo argumento, ſcio vnum mini-
ſtrum Caluinianum ad fidem Catho-
licam conuerſum fuiſſe, ſuoſque dein-
ceps collegas pro impoſtoribus ha-
buiſſe in cæteris rebus, quos in hac de
veritate ſacrificij nouæ legis, turpiter
erraſſe ex diuturna, ac diligenti Pa-
trum lectione compererat.

Secunda ratio deſumitur ab aliqui-
bus, ex hoc quod, vt notauimus ſupra,
Cultus diuinus publicus Deo per ſa-
crificium exhibendus, ſit de iure na-
turæ; atque adeo inferunt Chriſtum
Dominum ſuam Eccleſiam inſtituen-
tem, nouamque legem condentem,
non debuiſſe eam priuare eo genere
cultus, quo maximè Deus colitur,
eiuſque ſupremam poteſtatem prote-
ſtamur. Sed hæc ratio non eſt omnino
efficax, nec videtur excedere limites
puræ congruentiæ reſpectu perfectio-
nis talis cultus: quatenus non deſunt
aliqui Doctores, qui aſſerunt illum
non eſſe de iure naturæ abſolutè, ſed
Chriſtum noſtram potuiſſe annectere
ſalutem ſolis virtutum operibus fidei,
ſpei, charitatis, & aliarum.

Tertia igitur ratio à priori noſtræ
concluſionis deſumi debet ex Chriſti
inſtitutione per diuinam reuelationem
tradita. Ex qua ſic arguo; datur in
lege noua verum, proprieque dictum

ſacrificium, ſi Chriſtus illud inſtituit; ſed verè illud inſtituit, nimirum Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, vt probabitur ſequentibus concluſionibus; In lege ergo Euangelica datur verum, proprieque dictum ſacrificium.

Quæ in contrarium obijciunt hæretici nullius ſunt prorſus momenti. *Primò* ſacrificium in lege noua non eſſe neceſſarium, quia ex Apoſtolo Hebræor. 10. 1. Chriſtus Dominus per ſacrificium crucis *vna oblatione conſumauit in æternum ſanctificatos*; atque adeo ſacrificium non ſeruit amplius ad ſanctificandum nos, neque ad propitiandum Deum, & ſic non eſt ſacrificium propitiatorium, ſed ad ſummum ſacrificium improprium, quod eſt ſacrificium laudis, vel gratiarum actionis. *Secundò* per huiuſmodi ſacrificium derogari dignitati, & durationi ſacerdotij Chriſti Domini, qui, ſi daretur, atque adeo ſacerdotes illi correſpondentes, dici non poſſet ſacerdos noui teſtamenti per excellentiam, & talis cui in cælo manenti nemo ſuccedit in terris, vt citata ad Hebræos epiſtola paſſim docere videtur Apoſtolus; hæc, inquam, aliaue ſimilia veritati Catholicę nihil obſtant.

Ad primum enim facilè reſpondetur, præſupponendo duplex dari ſacrificium, vnum *conſummationis redemptionis, ſufficientiaque eius*, quo ſcilicet pretium ſufficiens faciendæ redemptionis, & ſolutionis exhibetur, de facto tamen non applicatur redemptioni, & ſolutioni faciendæ; alterum *applicationis*, quo nimirum prædictum ſufficiens applicatur; quæ duo tamen ſacrificia diſtinguantur tantum penes modum non autem penes primarium offerentem, & ipſam victimam: vndè ad argumentum concedimus, ſacrificium in lege noua non eſſe quidem neceſſarium ad conſummandam redemptionem, negamus autem illud non eſſe neceſſarium ad applicandum fructum illius nobis; quod tantū abeſt, vt aliquid detrahat de perfectione ſacrificij conſummatiui, & redemptionis, quin potius, cum fructum, & valorem illius nobis applicet, etiam ex inſtitutione Chriſti, contrarium omnino dicendum eſt.

Per quod patet, rectè ab Apoſtolo dici, Chriſtum Dominum per ſacrificium crucis *vna oblatione conſummaſſe in æternum ſanctificatos*; atque adeò nō eſſe neceſſarium iterari ſacrificium, & oblationem crucis; hæc enim vnica ſufficienter conſummauit omnem redemptionem noſtram; malè autem indè colligi ab aduerſarijs, non eſſe neceſſarium iterari, & continuari ſacrificium applicatiuum virtutis ſacrificij crucis; maximè cum, etſi differant in modo, noſtrum tamen ſacrificium non ponit in numero cum ſacrificio crucis ex parte rei oblatæ, atque adeò iſtud non tam iterari, quàm abſolutè continuari, & nobis applicari dicendum eſt; nomineque vnius oblationis, qua Apoſtolus ait, Chriſtum conſummaſſe ſanctificatos, non ſolum intelligi debere oblationem crucis, ſed etiam ſacrificium corporis in Euchariſtia; quia vtraque vna oblatio eſt, illa vt conſummatiua redemptionis, hæc vt applicatiua fructus eius ad fideles. Et ſic quādo aſſerimus, ſacrificium Miſſæ eſſe verum, proprieque dictum ſacrificium, nec recedimus ab vnica oblatione, quia illam non multiplicamus ex parte rei oblatæ, & valoris eius; nec illud dici poteſt ſuperfluum, aut non neceſſarium; cum ſit eiuſmodi valoris continuo applicatiuum.

Si inſtent aduerſarij, & dicant, merita Chriſti Domini, eorumque valorem nobis ſufficienter applicari per ſacramenta nouæ legis, ac proindè nō eſſe opus aliquo externo ſacrificio ad hunc effectum. Reſpondetur facilè, ſacramenta nouæ legis alio modo eſſe applicatiua meritorum Chriſti Domini, & alio modo ſacrificium nouæ legis, vt dicetur infra; vndè ſicut licet Chriſtus Dominus per ſacrificium crucis nobis diuinam beneuolentiam promeruerit

& tamen non propterea ſu-
t aliqua ſacramenta,quibus
li loquuntur, ſuam erga nos
enenuolentiam; item diuer-
applicandi merita Chriſti,
us diſtinctos induxit,ſecun-
m diſtincta ſacramenta no-
ta etiam quia ſacrificium
eſt applicatiuum meritorũ
oque modo, & ad alios ef-
ctos,ac cætera ſacramenta;
us titulo dici poteſt in ea
eſſe, aut non neceſſarium,
utione Chriſti Domini.
oque colligitur, Apoſto-
n rectè dixiſſe, Chriſtum
ne conſummaſſe in æternũ
, ſed inde concluſiſſe im-
m veterum ſacrificiorum,
ne facta ad ſacrificium cru-
eo illa debuiſſe ſæpius re-
em nullum habebant de
ſed operabantur in fide
quam oportebat iterari,ſi
bantur; at verò ſacrificiũ
um habuit valorem, ſum-
utem, & ideo ob talem
debet iterari, ſed tantũ
o ob indigentiam ſuſci-
multitudinem illorum.
r valor ſacrificij indiget
è quidem ex hoc infertur
imperfectio, ſecus autẽ
ropter defectum valoris,
vt talis virtus nobis ap-
ndum eſt. Cum enim ne-
ndi aliquod remedium
in tribus, vel primo in
is ex ſe non ſufficientis
m malum à ſubiecto cui
ſæpe ſæpius repetatur,
accidit in remediis cor-
ſecundo, licet ſemel ap-
iat morbo curando,quia
indè cauſatum in ſubie-
liqua eius imperfectio-
, vt iſtud bonum rurſus
ebet tale remedium ite-
atet in remedijs contra
s; vel denique tertio in

libera determinatione eius, qui inſti-
tuit tale remedium, quod quia ſubia-
cet eius voluntati, quantum ad actua-
lem influxum, non producit in ſubie-
cto tantum effectum, quantum poteſt,
ſed ſolummodo quantum eius author
vult, quod maximè locum habet in
remediis moralibus, quę vt in ſua in-
ſtitutione pendent à libera voluntate
inſtituentis, ita quoque ab eo acci-
piunt determinationem actualis ſui
influxus, vt patet in ſacramentis; Licet
neceſſitas repetendi aliquod remediũ
fundata in defectu, vel inſſicientia va-
loris, ac virtutis eius intrinſecam ar-
guat imperfectionem in tali remedio;
qualia fuere ſacrificia veteris legis,
quæ propterea debebant reiterari: Se-
cus autem vbi neceſſitas talis repeti-
tionis fundatur in duabus poſteriori-
bus cauſis, cum ſubiectum, cui reme-
dium applicatur, & determinatio inſti-
tuentis, ſint aliquid omnino extrinſe-
cum ipſis remediis, pro vt ſpectantur
ſecundum ſe, & propriam ſuam perfe-
ctionem: Igitur cum iteratio,vel con-
tinua repetitio ſacrificii nouæ legis,
non proueniat ex inſufficientia ſacrifi-
cii crucis ſemel oblati à Chriſto Do-
mino, ſed vt eius valor, ac fructus no-
bis applicetur, qua adhuc in applica-
tione ab eo dependet, vnde non ſolũ
eſt vnum vnitate hoſtię cum illo,verũ
etiam vnitate actionis ſacrificandi, ſal-
tem moraliter loquendo, quia licet
actio,qua ſacrificium noſtrum incruẽ-
tum offertur, conſiderata phyſicè, ſit
quidem alia, & diſtincta ab ea actione
qua Chriſtus ſe ſe obtulit in cruce, ni-
hilominus conſiderata moraliter, eſt
vna & eadem cum illa; ea ſcilicet vni-
tate, qua aliquid cenſetur eſſe idem
cum eo, à quo habet dependen-
tiam, & accipit valorem, & cuius item
eſt viua quędam repræſentatio, &
commemoratio; cum inquam, quoti-
dianum ſacrificium noſtrum ita ſe ha-
beat ad ſacrificium crucis, eius itera-
tio nullam prorſus in ſacrificio crucis
arguit imperfectionem, nec etiam in
ipſomet

ipſomet ſacrificio Miſſæ, valoris quoque infiniti, ſi conſideretur abſolutè, ſimpliciter, & ſecundum ſe; cuius propterea repetitio non oritur ex defectu ſufficiētis virtutis; ſed quia Chriſtus Dominus reſtrinxit actualem eius influxum ad certos quoſdam limites, vel effectus, vt dicetur infra agendo de illis; item ex eo quod, & poſt acceptam remiſſionem peccatorum in illa iterum relabamur: & ſimiliter accepto vno beneficio, actiſque Deo gratiis pro illo, multis adhuc aliis indigeamus, & ita de cæteris, ob quæ ſacrificium Miſſę continuò iteratur.

Ad ſecundam obiectionem reſpondetur pariter, per ſacrificium nouæ legis nihil prorſus derogari dignitati, & durationi ſacerdotii Chriſti: qui enim illud offerunt ſacerdotes nō ſunt ſucceſſores Chriſti Domini, ſed tantum Vicarii, & miniſtri per quos illud offert: vel quod idem eſt, qui illud offerunt non ſolum poteſtate à Chriſto accepta, verum etiam quatenus loquētes in perſona ipſius peragunt ſacrificium: Quare ſolus Chriſtus primarius eſt Sacerdos in æternum, cęteri autem ſecundarii, & ad tempus: quique proindè nihil magis eius dignitati in hac parte detrahunt, quam alicui ſupremo Principi multitudo officialium, vel miniſtrorum. Et in hoc ſenſu locutus eſt Apoſtolus Hebr. 7. quando ait: ſolum Chriſtum Dominum eſſe Sacerdotem noui Teſtamenti, nimirū primarium, quique nullum vnquàm habeat ſucceſſorem, eſto habeat ſub ſe Vicarios, per quos ipſe principaliter ſacrificium offerat: Nam ibi Diuus Paulus confert Chriſtum Sacerdotem cum Aaronicis; quod his darentur ſucceſſores ob mortem: at Chriſto Domino nulli dentur: igitur vt comparatio Apoſtoli valeat, hæc ſucceſſio debet intelligi iuxta eumdem modum, ita vt neget nunc aliquos eodem modo ſuccedere Chriſto Sacerdoti, quo in veteri lege alius ſacerdos ſuccedebat ſummo ſacerdoti mortuo: ſed iſta quando aliquis ſacerdos ſuccedebat alteri ſummo ſacerdoti, ita ei ſuccedebat, vt nulla ratione cenſeretur eſſe eius vicarius, vel offerre ſacrificium in eius perſona, quia paris omnino erat cum ſuo prædeceſſore poteſtatis, & quo ad eius exercitium totaliter independens: Igitur quādo Apoſtolus ait, ſolum Chriſtum eſſe Sacerdotem, nec alium quemquam ei ſuccedere, id tantum intelligit de aliquo ſacerdote primario: non autem de ſecundariis, quales ſunt ſacerdotes noſtri, qui dum offerunt Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, ſunt tantummodo Chriſti Domini Vicarii, & ita eius perſonam referunt, vt in illa loquantur, & non in ſua propria, vt iam notauimus ſupra, agentes de forma conſecratoria.

Ex hoc quoque quod ait idē Apoſtolus cap. 8. *Si Chriſtus adhuc eſſet ſuper terram nec eſſet Sacerdos* id eſt, ſi *Chriſtus uiueret adhuc mortalis, non eſſet ſacerdos*; malè inferunt aduerſarii nullum dari inter homines verum Sacerdotem, nullumque proindè verum, proprieque dictum ſacrificium: Si quidem præfatorum verborum ſenſus nō eſt, quod ſolus Chriſtus viuens in Cælo ſit ſacerdos, excludens alios ſacerdotes vicarios; ſed tantùm Apoſtolus negat, Chriſtum futurum ſacerdotem redemptionis, & cruenti ſacrificii, ſi viueret adhuc mortalis, vt intelligitur ex verbis ibi ſequentibus, *cum eſſent qui offerrent ſecundum legem munera*, ita vt ſenſus ſit, quod ſi Chriſtus ſuper terram adhuc eſſet, & Pontificiū exerceret, nondum mortuus, aut immolata perfecta illa ſui corporis hoſtia, qua vnica omnia debebant expleri veteris legis ſacrificia, quæque conſequenter non finiiſſent, atque adeo nec ſacerdotes, qui illa offerrent, proculdubio ſacerdos redemptionis, & cruenti ſacrificij non eſſet, ſed alii præter ipſum.

Secunda concluſio. Chriſtus Dominus, quando in vltima Cæna inſtituit Eucha-

am, tunc verè obtulit ſacri-
prie dictum. Iſta concluſio
declarata,& definita in Cō-
ntino ſeſſ.22. cap.1.
ius Scripturę locus pro hac
betur ex Pſal.109.citato ab
Heb. 7. vbi Chriſtus Domi-
r *Sacerdos in æternum ſecun-*
em Melchiſedech. Veteres
es hunc locum expenden-
unt, Chriſtum Dominum
n dici in alijs multis ſimilē
ch, vt tamen ſimilitudo
nè fuerit, quod Chriſtus
n vltima cæna ſacrificarit
teria, quam Melchiſedech
14. legitur obtuliſſe Deo.
guitur; Chriſtus Dominus
roprieque dictus Sacerdos
rdinem Melchiſedech, er-
n vltima cęna inſtituit, &
Euchariſtiam in pane,& vi-
è obtulit ſacrificium pro-
; conſequentia eſt certa,
t proprie dictum ſacrifi-
d correlatiuè ſe hábet ad
propriè dictum, iuxta il-
i Heb: 5. 1. *Quod omnis*
ſtituitur, vt offerat dona, &
peccatis: igitur ſi ſemel
hriſtum eſſe verum, pro-
um Sacerdotem ſecundum
lchiſedech; manifeſtè ſe-
ſcium Euchariſtiæ oblatū
vltima cæna fuiſſe etiam
rieque dictum ſacrificiū,
dum ordinem Melchiſe-
nim, vt Chriſtus dicatur
ndum ordinem eius, de-
modo conuenire cum eo
e ritu ſacrificandi, vt ſatis
& hęc aliqua conuenien-
eriatur in ea actione,qua
tima cæna, & celebrauit
quatenus ſicut ordo, &
i Melchiſedech fuit pro-
vini, vt conſtat Geneſ.
anem,& vinum;erat enim
ltiſſimi;ita quoque Chri-
s tunc conſecrauit panem

& vinum, clarè patet ipſum in illa conſecratione, & non in aliquo alio verè conſummaſſe ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech.

Sic probata conſequentia, probatur veritas antecedentis, nimirum Chriſtum Dominum habuiſſe ſacerdotium rigorosè,& propriè dictum, ſecundum ordinem Melchiſedech, ex illo Hebr. 7. 11. *Si conſummatio eſſet per ſacerdotium Leuiticum, quid adhuc neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem? Translato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis translatio fiat.* Inde enim ſic argui poteſt Sacerdotium Leuiticum fuit Sacerdotium propriè dictum;ergo etiam in Chriſto Sacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech eſt verum, ac proprium ſacerdotium. Antecedens eſt certum; probatur conſequentia, nam hoc Chriſti ſacerdotium ſuccedit Sacerdotio Aaronico, vel Leuitico, imò iſtud in illud translatum eſt, per quod lex quoque translata fuit in Euangelium; tam verum ergo, & proprium eſt hoc Chriſti Sacerdotium, ſicut erat illud Aaronis, cui ſucceſſit.

Huic argumento vndequaque concludenti, reſpondent primò nonnulli ex aduerſarijs, negando Melchiſedech fuiſſe propriè ſacerdotem, quatenus particula Textus Hebraici correſpondens huic particulę noſtræ editionis, *Sacerdos* ſignificat *Satrapam*, ſeu *Principem*; ſed vanitas huius reſponſionis patet ex multis; *Primò* ex editione Chaldaica ita reddente hunc locum, *Ipſe erat miniſter coram Deo Excelſo*, quæ verba clarè ſonant fuiſſe Sacerdotem propriè dictum ipſi Deo ſacrificium offerentem: *Secundò* ex editione Septuaginta Interpretum ibi accipientium iſtam particulam pro vero, & propriè dicto Sacerdote, nam Græcus hic terminus *Iereus*, quo reddunt particulam illam Hebraicam, ſemper ſignificat Sacerdotem propriè dictum: *Tertiò*, quia Diuus Paulus Hebręor.7. agens de Sacerdotio Chriſti tanquam excel-

excellentiori Leuitico, & per Sacerdotium Melchiſedech præfigurato, hoc eodem termino Iereus explicat Melchiſedech fuiſſe Sacerdotem: *Quartò*, quod Ioſephus lib. 1. Antiquit. Iudaic. cap. 10. & lib. 7. de bello Iudaico cap. 18. nec non Philo Iudæus lib. de Abrahamo, illum expreſsè faciunt ſacerdotem propriè dictum; ac tandem omnes veteres Patres inferius citandi. Ad id quod dicunt aduerſarij, licet admittamus particulam Hebraicam correſpondentem huic noſtræ editionis *Sacerdos* ſumi aliquando pro Principe, negare tamen ipſi non poſſunt, quin valde frequentius ſumatur in ſacris litteris pro vero ſacerdote, ſeu pro habente poteſtatem offerendi Deo ſacrificium propriè dictum; vnde illis probandum eſſet, non ita accipi in pręſenti loco, cuius oppoſitum clarè euincūt tum ſtatim adducta argumenta, tum ipſemet Textus Geneſ. 14. Si quidem per hanc particulam, *Sacerdos*, Moſes ibi explicare voluit aliquam ſpecialē dignitatem Melchiſedech, quam nondum declararat; at dicendo prius *Rex Salem* notum fecerat eius principatū; alia igitur particula manifeſtare voluit proprium eiuſdem Sacerdotium.

Alij videntes, præfatam reſponſionem minimè ſubſiſtere poſſe ob allatas rationes, concedunt Melchiſedech fuiſſe quidem verum Sacerdotem, negant autem tunc Geneſ. 14. eum ſacrificaſſe, ſed volunt tantùm protuliſſe panem, & vinum in cibum, & potum Abrahæ, & eius militibus ad refocillādas eorum vires; cuius argumentum eſt, quod ibi non habetur *obtulit*, ſed *protulit*; quodque loco particulæ cauſalis *enim*, quę habetur in vulgata, reperiatur littera Hebraica *Vau*, quæ eſt tantùm copulatiua.

Sed hæc quoque reſponſio non ſatisfacit argumento; *Primò* quia periti linguæ Hebraicæ notant terminum Hebraicum correſpondentem huic editionis vulgatæ, *protulit*, accommodari etiam in ſacris litteris oblationi victimæ, vt lib. Iudic. cap. 6. v. 18. & 19. vbi eſt ſermo de Sacrificio. *Secundò*, quia Græcis & *prosfero*, & *prosfora* idē ſonant ac Latinis *offero*, & *oblatio*, ſuntque verba ſacrificiorum apud eoſdem Græcos. *Tertiò*, quia particula cauſalis *enim*, quæ ſubiungitur, *erat enim Sacerdos Altiſſimi*, ſatis denotat, eum non in qualemcumque finē tunc protuliſſe panem, & vinum, ſed vt offerret ſacrificium in gratiarum actionem pro victoria ab Abrahamo reportata. Cui non obſtat ſi in Hebræo loco particulæ *enim* habeatur littera Hebraica *Vau*, docent enim eiuſdem linguæ Hebreæ periti litteram *Vau* nedum copulatiuam eſſe, ſed & cauſalem, ſicut etiā apud Latinos ſatis frequenter particula *&* ſumitur cauſaliter loco particulæ *enim*, vel quia. Littera iſta *Vau* cum tunc maximè habeat vim cauſalem, quando illa ſequitur verbum Hebraicum, quod ſignificat educere, nec ibi apponitur aliqua alia cauſa iſtius eductionis; indè citato loco Geneſeos, vbi nulla alia affertur cauſa prædictæ eductionis, littera *Vau* cauſaliter accipitur, proindeque noſtra vulgata editio rectè eam reddidit per particulam *enim*. De quo vide Pererium Geneſ. 14.

Ex quo patet, malè ab aduerſarijs dici; panem, & vinum tunc fuiſſe prolata in conuiuium pro Abraham, & ſocijs, alias cauſalis illa eſſet inepta, ſi enim talis prolatio verum non fuiſſet, aut ſignificaſſet ſacrificium, ſed tātum panis, & vini in conuiuium ſubminiſtrationem, ad quid allegare Melchiſedech ſacerdotium, certè eſſet ſicut ſi quis diceret, aliquem bene cantare, quia albus eſt, aut aliam quamcūque non cauſam, pro cauſa adduceret; quod planè ineptum eſt. Deindè cum neque Abraham, neque eius milites his indigerent pro nutritione; nam eodem cap. 14. Geneſ. dicuntur *potiti magna pręda, & cibum ſumpſiſſe*; neque ſi indiguiſſent tam exiguus panis, & vini apparatus Regiæ, & Sacerdotali

Melchiſedech dignitati pro-
us fuiſſet, dicendum eſt,hæc
illis data in cibum,& potum
, aut ad nutritionem neceſ-
rporis, ſed in cõmunionem ,
nt participes ſacrificij Deo
Melchiſedech , vt ſic perfe-
nbraret incruentum Chriſti
crificium , in quo ille non
tulit Deo ſuum corpus , &
ſub ſpeciebus panis , & vi-
iam porrexit ſumenda ſuis
Inde veteres Patres tale ſi-
nyſterium agnoſcentes , ci-
n Melchiſedech vocarunt
m ſanctificatum,vt Clemens
nus lib. 4. ſtromat. Et Epi-
ereſi 55. ait illũ hæc Abra-
ius ſocijs dediſſe , *vt myſte-*
gmata deſignaret, id eſt , ſa-
oris , & ſanguinis Chriſti
mmunionem;Hæreſi autem
Melchiſedech panem , &
ificaſſe Deo. Tãdem Theo-
m quæſt. 63. in Geneſim ,
itatum verſiculum Pſalmi
elchiſedech panẽ,& vinum
rahæ , *cum proprij ſacerdo-*
r (id eſt , ſacerdotiũ Chri-
, ſecundum quod in vltima
corpus , & ſanguinem ob-
lem Theodoretus explicat)
brahæ ſecundum ſpiritum
.

tem modus ſacrificij Mel-
ec locis citatis , nec alibi
explicetur , non minuit
rationis; quæ pręcisè fun-
quod Chriſtus Dominus
dos ſecundum ordinem Mel.
emel enim conſtante , vt
onſtat ex dictis , Melchi-
e propriè ſacerdotem , &
m obtuliſſe panem , & vi-
eſtè ſequitur Chriſtum de-
ando ſacrificare iuxta hũc
ne, & vino , iſtud enim ſa-
on dicit in eo nudam di-
poteſtatem,abſque aliquo
o ; cumque id non poſſit

oſtendi , ſiue ex ſcriptura, ſiue ex traditione factum alias, quam in vltima cæna, quando inſtituit , & celebrauit Euchariſtiam, cum tunc verè , & propriè ſacrificaſſe tradunt Sancti, ac veteres Patres tam Græci, quàm Latini . Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes c.32. vbi ait Chriſtum in vltima cæna inſtituiſſe , & docuiſſe Apoſtolos *nouam oblationem* . Origenes in cap. 26. Sancti Mathæi: Gregorius Nyſſenus orat. 1. de Reſurrectione, vbi ait Chriſtum in vltima cæna præueniendo Iudæorũ violentiam , *ſeipſum immolaſſe quando celebrauit Euchariſtiã*. Cyprianus epiſt. 63. ad Cæcilium. Hieronymus in Pſal. 109. ad illum verſiculum , *Tu es Sacerdos in æternum*; Auguſtinus in Pſal. 33. conc. 2. Iſichius lib. 2. in Leuiticum; alijque plures quorum teſtimonia referuntur à Coccio tom. 2. Theſauri Catholici lib. 6. art. 4. Lindano in ſua Panoplia cap. 46. & Pamelio lib. 1. Liturgiarum .

Quod autem aduerſarij recurrunt ad ſacrificium metaphoricum, vt eludant Patrum authoritatem , nihil ſuffragatur ipſis, contrarium enim clarè apparet ex eorum Textu , quodque ſæpè conferant iſtud ſacrificium Chriſti Domini , cum ſacrificio Agni Paſchalis, & aliarum victimarum, quæ in lege veteri propriè ſacrificabantur, & doceant Chriſtum Dominum tunc inſtituiſſe, & celebraſſe nouum Paſchæ . Deindè, quæ eſt ſecunda noſtræ concluſionis probatio,actioni, quam Chriſtus in vltima exercuit cæna,competit definitio ſacrificii propriè dicti ſuperius allata, & explicata , non potuit igitur non habere rationem ſacrificii propriè dicti; conſequentia eſt certa , & euidens, ſi ſemel antecedens eſt verum, quod facilè probatur diſcurrendo per ſingulas dictæ definitionis particulas , & applicando eas præfatæ actioni Chriſti .

Primò enim fuit oblatio exterior rei ſenſibilis, & permanentis , quatenus non ſolum tunc Chriſtus conſe-

crauit ſuum corpus, & ſuum ſanguinē proferendo verba conſecratoria, ſed etiam manducauit, & bibit illa ſimul cum Apoſtolis. Item quatenus res oblata, nimirum corpus, & ſanguis Chriſti, erant ſenſibilia per accidentia panis, & vini, quæ aliquo modo ingrediuntur rationem victimæ huius ſacrificii, vt infra explicabitur.

Secundò cum facta fuerit à Chriſto Domino, quem oſtendimus conſtitutum fuiſſe verum Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech, dubitari non poteſt, quin legitima authoritate inſtituta, & à legitimo miniſtro facta fuerit.

Tertiò ibi etiam fuit realis immutatio rei oblatæ, nimirum corporis, & ſanguinis Chriſti Domini, eaque duplex, vna veluti perfectiua, qua ſcilicet Chriſtus Dominus poſuit per trāſubſtantiationem corpus ſuum, & ſanguinem ſub ſpeciebus panis, & vini præſentia: altera deſtructiua, qua idemmet ſuum corpus, & ſanguis ita exiſtentia amiſerunt præcisè, quod per tranſubſtantiationem acceperant, per comeſtionem, & bibitionem, quam tunc ipſe exercuit;

Quartò demum talem oblationem Chriſtum feciſſe in recognitionem omnipotentiæ diuinæ, clarè teſtantur verba, quibus Euangeliſtæ illam referunt; deinde totum quod nunc explicatum fuit, illud etiam importat; neceſſeque non fuit quod Chriſtus inter ſacrificandum id expreſſerit: ſi enim quando Sacerdotes Aaronici offerebant ſacrificia propriiſſimè dicta, non exprimebant verbis moralem hanc ſignificationem, ſeu ſacrificii finem, ſed ſufficiebat, vt ipſa eorum actio, qua rem ſenſibilem, & permanentem, iuxta ritum ſibi præſcriptum deſtruebant, id de facto, & reipſa exprimeret; multò minus Chriſtus id aliquo verbo expreſſo ſignificare voluit, cum hæc Chriſti Domini actio longe excellentiori modo talem præ ſe ferret ſignificationem. Sicut etiam neceſſe non fuit, vt eamdem actionem vocaret ſacrificium, ad intrinſecam enim eius rationem non requiritur, vt dum illud fit, nomen ſacrificij exprimatur, ſed ſatis eſt, rem per illud ſignificatam ibi reperiri; quemadmodum ad hoc, vt Baptiſmus, & Euchariſtia ſint Sacramenta propriè dicta, neceſſe non eſt, vt in ſacris litteris appellentur nomine ſacramenti, ſed ſufficit quod res, vel ratio tali nomine importata illis competat.

Per quod patet ad primam hæreticorum obiectionem dicentium, neque ex verbis, neque ex factis Chriſti colligi inſtitutionem Euchariſtiæ fuiſſe ſacrificium propriè dictum. Reſpondetur enim id cōſtare ex ipſo facto Chriſti, quatenus exercebat illam oblationem panis, & vini ſecundum nouum ſacerdotium, & ſecundum ordinem Melchiſedech; quem ritum non legimus alibi vſurpaſſe. Nec repugnat eamdem rem, ſecundum diuerſas cōſiderationes, & ſacramentum eſſe, quatenus ordinatur ad ſanctificandum nos, & Teſtamentum nouum, quo Chriſtus ſeipſum nobis relinquebat, & ſacrificium, quod in cultum Dei inſtituebat; vt enim ait Diuus Auguſtinus lib. 4. de Trinitate cap. 14. *Quid tam gratè offerri, & ſuſcipi poſſet, quam caro ſacrificij noſtri, corpus effecta Sacerdotis noſtri?*

Secundò obijciunt, ſi Chriſtus Dominus antequam pateretur, obtuliſſet ſacrificium propriè dictum in vltima cæna, multa inde ſequi abſurda, primum iam conſummaſſe noſtram redēptionem ibi, & non in cruce; ſecundum, ibi abunde ſatisfeciſſe Deo Patri pro nobis; cum tamen Chriſtus paſſim in ſacris litteris dicatur nos ſua morte, & ſanguinis effuſione redemiſſe; tertium quod tale ſacrificium non fuiſſet cōmemoratiuum paſſionis Chriſti, vt pote futuræ, nec applicatiuum illius, quoniam prius eſt aliquid eſſe, quam applicari.

Reſpondetur ex ſententia Catholi-
ca

prorſus ſequi abſurda, aut inentia, ad primum enim, & ſedicimus poſſe etiam inſtari mnia, & ſingula alia Chriſti opera, quæ cum eſſent valoeriti infiniti, propter dignitaitam ſuppoſiti, à quo proceotuiſſet quidem Chriſtus, ſi in quolibet illorum conſumſtram redemptionem; de fan noluit illam conſummare, uce, vt eſſet copioſa, & omtutum nobis preberet exemblatio ergo Euchariſtiæ nearte offerentis, ſed etiam ex oblatæ, valoris infiniti, ſuffiterat conſummare noſtram onem, verum quia meritum, tio in ratione ſui effectus pēuntate, & ordinatione merēisfacientis, Chriſtus autem non ordinauit hanc ſuam in na oblationem ad perfectam, am conſummationem noſtræ onis, ſed voluit illam quo ad complementum ita referre, hunc effectum non haberet tum, niſi in ſua morte, tùm ta oblatio facta à Chriſto abebat rationem teſtamenti o, *Hic calix nouum teſtamēneo ſanguine*, quòd non poniſi interueniente morte, tùm quia fiebat à Chriſto, batur fieri in commemoraguinis ſui tunc realiter efcruce; propterea non ſacrinto Chriſti in vltima cæna, eius in ara crucis noſtra demptio: Minimeque ineum bis perſoluiſſe preæ redemptionis, ſed taniſſe Deo Patri pretium inplusquam ſufficientiſſimum us omnium hominum pec-

um reſpondetur, nullum incōueniens, quod ſacrificà Chriſto oblatum fuerit tiuum, vel commemorati-

num cruenti eius ſacrificij mox futuri; repræſentationem enim, ſeu memoriā ſe etiam ad futura extendere, probant innumera ſcripturarum exempla, vt dum ait, *memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis*. Eccleſiaſtici 7. item Exodi 12. vbi prima immolatio Agni Paſchalis, quæ fuit facta ante egreſſum filiorum Iſrael in Aegypto, imo & ante interfectionem primogenitorum Aegypti, erat verum propriēque dictum ſacrificium, & nihilominus erat commemoratiuum, & repræſentatiuum tranſitus Domini nondum facti, ſed paulo poſt futuri, nimirum quando tranſiens domos filiorū Iſrael in Aegypto, percuſſit Aegyptios, & liberauit domos Iſraelitarum; nullumque eſt ergo inconueniens, nullumque eſt abſurdum aſſerere, quod ſacrificium in vltima cæna à Chriſto peractum fuerit repræſentatiuum, aut commemoratiuum ſuæ paſſionis, aut ſacrificij crucis; quodque etiam eiuſdem fuerit applicatiuum reſpectu Apoſtolorum digne aſſiſtentium huic ſacrificio, & de eo participantium. Etſi enim ad hoc, vt aliquid applicetur quo ad ſuum eſſe reale, & phyſicum propriiſſimè dictum, requiratur actualis eius exiſtentia; non tamen vt applicetur quo ad valorem, & meritum, quia iſta mouēt ad agendum in genere cauſæ finalis, quæ vt excitet ad agendum, non requirit propriam exiſtentiam, ſed ei ſufficit, quod cognoſcatur ab agente, & propter illam ſic cognitam operetur: cruentum autem Chriſti Domini ſacrificium, quatenus tale, applicatum fuit hoc modo Apoſtolis per ſacrificium incruentum.

Tertia concluſio. Miſſa, ſeu celebratio Euchariſtiæ eſt verum, propriēque dictum nouæ legis ſacrificium, Iſta concluſio eſt de fide, pluribus in Concilijs definita, præſertim in Conſtantienſi ſeſſ.8. & Tridentino ſeſſ.22. can. 1. *Si quis dixerit, in Miſſa non offerri Deo verum; & proprium ſacrificium, aut quod offerri non ſit aliud, quā nobis*

nobis Chriſtum ad manducandum dari: anathema ſit.

Quorum verborum, noſtræque cõcluſionis ſenſus non eſt, quod omnia, quæ à nobis in Miſſa, ſeu celebratione Euchariſtię obſeruantur, ſint ſacrificia, vel ſaltẽ ſingula ingrediantur eſſentiã ſacrificii propriiſſimè dicti, cum certũ ſit multa ex illis fuiſſe inſtituta ab Eccleſia diuerſis temporibus, vt dicetur infra; ſed quod in tota actione, quam nos Catholici vocamus Miſſam, ſit aliquid quod habeat rationem veri, propriéque dicti ſacrificii. Quo in explicando, ſiue in inuenienda, & aſſignanda formali ratione ſacrificii Miſſæ, licet Theologi inter ſe diſputent, animaduertendum eſt tamen tam ineptè ab aduerſariis, præſertim ab Archiapoſtata Spalatenſi lib. 5. de Repub. Chriſt. cap. 6. num. 238. indè argui falſitatem noſtrę concluſionis, quam malè colligeretur falſum eſſe illud dogma fidei, quo profitemur ſecundã Perſonam Sanctiſſimæ Trinitatis, non autem tertiam, eſſe filium propriiſſimè dictum; eo quod non tantum Theologi, ſed etiam veteres Patres grauiſſimè laborent in explicanda illa ratione; vel quam ineptè, & contra ſenſum, & experientiam cenſeretur aliquis arguere, ex eo quod vltimæ rerum differentiæ ſint nobis, vt plurimum ignotæ, res eiuſmodi naturales nullo modo eſſe in rerum natura; vndè quemadmodum qui negant primum habentur in Eccleſia hæretici, qui ſecundum ſtulti, & inepti ratiocinatores; ita etiam qui ſimili via conabitur oſtendere Miſſam non eſſe verum nouę legis ſacrificium, & erit hæreticus, quia Eccleſia, attenta ſcriptura, & traditione definiuit contrarium, & malus diſputator, quia vult veram propoſitionem, per falſum principium, hoc eſt in difficultate illam explicandi fundatum euertere.

Priuſquam autem veniamus ad veritatis Catholicæ probationem notandum eſt, tam in hiſtoria Eccleſiaſtica, quam in ſanctis ac veteribus Patribus Græcis, & Latinis varia haberi nomina, quibus ſacrificium nouæ legis nuncupatur, vt ſunt apud Græcos; *Liturgia*, *Myſtagogia*, *Synaxis*, *Teleſe*, hoc eſt, perfectio, vel ſacrificium myſteriorum plenum, *Anaphora*, hoc eſt ſurſum elatio, *Proſphora*, hoc eſt, oblatio; *Oeconomia*, *Hierurgia*, ſeu actio ſacra, *Eulogia*, ſeu benedictio, *Agathon*, ſeu bonum, *Miſterium*, ſeu arcanum, *Latria*, ſeu cultus, *Dipnon*, ſeu cæna, Apud Latinos vero *Miſſa*, *Collecta*, quia colligitur in vnum populus, vt ſacrificio interſit; *Dominicum*, quia ſcilicet maxima, & præcipua functio eſt, quæ ex Domini inſtitutione, & præcepto in Eccleſia peragitur. *Agenda*, in ſingulari, quia ſicut *facere* apud ſacros, & prophanos ſcriptores ſignificat, ſacrificare, ita ipſum ſacrificium *Agenda* vocatur. *Communio*, quia inſeparabilis eſt à noſtro ſacrificio eiuſdem participatio. *Oblatio*, eo quod in ea Chriſtus Agnus ſine macula offertur, & immolatur.

Vt apud Græcos ex tot nominibus potiſſimum inualuit illud *Liturgia* ad ſignificandum nouæ legis Sacrificium, ita apud Latinos nomen *Miſſa*, circa cuius etymologiam varia ſunt Doctorum placita; quidam enim Hebraicum nomen eſſe putant ex Deuteron. cap. 16. V. 10. vbi vox *Miſſah*, repetitur, quæ oblationem ſignificat; quę ſententia licet habeat inſignes patronos, Claudium Sanctesium in præfat. ad Liturgias Patrum; Antonium Democharem aduerſus Miſoliturgicos, Cardinalem Baronum tom. 1. anno Chriſti 34. num. 59. & alios plures, communiter tamen reijcitur, ea ratione, vel coniectura, quòd ſi nomen hoc, *Miſſa* eſſet Hebraicum, remanſiſſet idem apud Græcos, & Syros, atque alias nationes, quemadmodum pleraque alia permanſerunt, & à Grę cis ad Latinos deuenerunt, vt *Amen*, *Alleluia*, *oſanna*; cum tamen apud

eos

ntumuis Hebraicæ linguæ
s, nulla huius vocis men-
tur. *Miſſa* igitur nomen
ſſe conueniunt ferè omnes,
ntur in aſſignanda huius
is cauſa; Nonnulli enim
volunt Miſſam dictam à
quod olim fieret ex donis à
ſis, & in vnum collatis, ita
n *Agape*, ſeu cōuiuio Chri-
confundentes (erat enim
uiuium publicum, quod in
ſt ſumptam Euchariſtiam
t, ad mutuam Charitatem
, & ad pauperes etiam re-
) & hac ratione ab ea ex-
tantes fuiſſe verum ſacrifi-
Agape tale non fuerit; ve.
m fuiſſe Agapen à ſacrifi-
ſeu à celebratione Eucha-
larum eſt ex Patribus, vt
ione non indigeat, videri-
de hac re Pamelius ad cap.
etici Tertulliani; nec non
ſius lib. 6. Romæ ſubter-
7.
doctores Catholici licet
em Latinam eſſe, & à ver-
ducendam exiſtiment, lon.
lio ſenſu quam præfati hę-
im aſſerunt, vel primò,
bratione Euchariſtiæ obla.
s ad Deum mittuntur, vel
tur, ſicque illorum verbo.
in fine Miſſæ dicuntur, *ite*
ſenſum eſſe, abire licet,
o, & hoſtia ſalutaris iam
ſt cum precibus ad Deum
Ita Diuus Gregorius lib.
cap. 58. vbi ſic habet; *Di-*
quaſi tranſmiſſio, eo quod
is per miniſterium Sacerdo-
gitur vice mediatoris inter
omines, preces & ſupplica-
ota tranſmittat Altiſſimo.
ſacrificium, id eſt hoſtia,
ur, quaſi tranſmiſſa: pri-
à Patre, vt eſſet nobiſcum
tionem; poſtea Patri à nobis,

vt intercedat pro nobis ad ipſum per paſſionem: vt & in ſacramento primum nobis à Patre per ſanctificationem, poſtea Patri à nobis per oblationem. Similia habet Stephanus Eduenſis lib. de ſacram. altaris cap. 28. Petrus Cluniacenſis lib. 2. miracul. cap. 28. Rupertus Abbas lib. 2. de diu. off. cap. 23. ac demum Sanctus Thomas 3. p. q. 85. art. 4. ad 9.

Vel *Secundò* Miſſam à mittendo dictam volunt, quod Angelus à Deo mittatur, vt aſſiſtat ſacrificio; ſic Magiſter ſententiarum in 4. diſt. 13. Vel *Tertiò*, quia hoſtia in ea oblata, nimirum Chriſtus, & à Deo Patre primum ad nos ſalutis noſtræ cauſæ miſſa eſt, & eandem eius quoque cauſa ad eumdem rurſus mittimus; ita Nicolaus Beguinius Rhemenſis lib. 3. de Paſchate cap. 3. Vel *Quartò* quia nos mittit ad Deum, vt ait Alcuinus lib. de diu. off. cap. 40. Vel *Quintò*, & vltimo, à miſſione populi, ita vt Miſſa idem ſit ac miſſio populi, & licentia diſcedendi, ex Auito Viennenſi epiſt. 1. ad Gundobadum Burgundiorum Regem, alijſque pluribus; ſæpe enim veteres, vt Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 8. S. Cyprianus epiſt. 59. vſurpant præterita paſſiua loco eorum nominum, quæ à Grammaticis vocantur verbalia; ſic *collecta* pro collectione, & *remiſſa* pro remiſſione dicuntur.

Ex ceremonia igitur dimittendi populum, quæ ſeruebatur in offerendo ſacrificio altaris, factum eſt, vt nomen hoc *Miſſa* ſit accommodatum ad illud ſignificandum; nam Diaconus in primitiua Eccleſia vbi peruentum erat ad eam myſterij partem, cui intereſſe non licebat catechumenis, pœnitentibus, aut alijs, hoc eſt, poſt Euangelium, & ſermonem, clamabat *ite Miſſa eſt*, quo ſignificabat dimiſſionem eorum ab Eccleſia: item in miſſa fidelium, vbi ſacrificium erat totum peractum Diaconus, vel ſacerdos clamabat

bat *ite Miſſa eſt*; atque hanc ſignificationem nominis Miſſæ, & originem ſignificationis eius, quam nouiſſime multis probat Eminentiſſimus Cardinalis Bona lib 1. rerum Liturgic. cap. 1. nedum communius modo recipiunt Catholici, ſed & ex hæreticis multi, inter quos Petrus Martyr in ſuis locis communibus 4. claſſe cap. 12. n. 5. vbi tamen aduertendum eſt eum ibi numero 2. ita agnoſcere antiquitatem huius vocabuli, pro vt accommodatur celebrationi Euchariſtiæ, vt putet vſum eius pro tali ſignificatione, tantùm cœpiſſe circa tempora S. Auguſtini, ſed in hoc falli ſtatim oſtendemus, ſi prius notauerimus, ita nomen Miſſæ apud veteres vſurpari pro tota diuini ſacrificij celebratione, vel aliqua eius parte, vt tamen ad alia ſignificanda ſe extendat; pro diuino enim officio accipitur in Concilio Agathenſi cap. 30. apud Caſſianum lib. 2. inſtitut. cap. 13. item quia Miſſa actio præcipua eſt quæ in die feſto peragitur, ideo nomen Miſſæ pro ipſa feſtiuitate à mediæ ætatis ſcriptoribus paſſim vſurpatur, apud quos Miſſa Sancti Ioannis, vel Sancti Martini idem eſt, ac feſtum S. Ioannis, vel S. Martini, vt pluribus oſtendit præfatus Cardinalis loco citato cap. 2. vndè ſatis patet non omnia veterum Scriptorum loca, vbi reperitur hoc nomen Miſſæ, apta eſſe ſaltem directè, ad probandum indè ſacrificium Miſſæ.

Porro Miſſæ nomen antiquiſſimum eſſe conſtat ex multis veterum teſtimonijs, qui primis Eccleſiæ ſæculis vixere; vt enim omittam illa, quæ ſolent adduci ex ſummis Pontificibus Anacleto, Euariſto, Alexandro, Teleſphoro, quorum epiſtolæ decretales nonnullis ſunt ſuſpectæ, primum occurrit illud Pij epiſtola ad Iuſtum Epiſcopum Vienenſem, quam recipiunt Catholici, nec gaudent omnino reprobare hæretici, ſcripta, vt Baronio viſum eſt, anno Chriſti 166. vbi ait. *Antequam Roma exiſſes, ſoror noſtra Euprepia, ſicut bene recordaris, titulum domus ſuæ pauperibus aſſignauit, vbi nunc cum pauperibus noſtris commorantes Miſſas agimus*. Item Cornelij epiſtola ad Lupicicinum Epiſcopum quoque Viennenſem ſcripta circa annum Chriſti 254. vbi hæc ſcribit: *Scias, frater chariſſime, arcam Domini vento perſecutionis acerrime commoueri, & edictis Imperatorum Chriſtianos vbique tormentis varijs affici. Nam in Vrbe Roma Imperator adhuc conſtitutus eſt. Vndè neque publicè, neque in cryptis notioribus Miſſas agere Chriſtianis licet.* Qui IV. vixit ſæculo Ambroſius epiſt. 33. ad Marcellinam ſororem de tradendis Baſilicis: *Ego tamen*, inquit, *manſi in munere, Miſſam facere cœpi. Dum offero raptum cognoui à populo, Caſtulum quemdam, quem Presbyterum dicerent Ariani*. & ſerm. 34. *Moneo vos, vt qui iuxta Eccleſiam eſt, & ſine graui impedimento poteſt, quotidie audiat Miſſam*. In oratione item præparatoria ad Miſſam, *Summe Sacerdos, & verè Pontifex Ieſu Chriſte* &c. *propter magnam clementiam tuam, concede mihi hodie, & ſemper Miſſarum ſolemnia puro corde, & pura mente celebrare.* quæ oratio licet ab aliquibus tribuatur diuo Anſelmo, perperam tamen, & contra veterum codicum fidem, reponentium illam inter genuinos Ambroſij partus, quod & agnouit è Sectarijs Caſaubonus. Auguſtinus Ambroſio coæqualis ſerm. de temp. 91. *In lectione*, inquit, *quæ nobis ad Miſſas legenda eſt*: & ſerm. 237. *Ecce poſt ſermonem fit Miſſa Catechumenis, manebunt fideles*. Patet ergò, quam falſo aſſeruerit Petrus Martyr loco ſuperius citato vſum huius nominis *Miſſa*, pro vt accommodatur celebrationi Euchariſtiæ, ſignificatque ſacrificium nouæ legis, tantum cœpiſſe circa tempora S. Auguſtini, cum tam ipſe, quam diuus Ambroſius, quique paulo poſt eos Floruerunt, vt

S. Leo

piſt. 81. ad Dioſcorum Ale-
m; *Victor* Africanus lib. 2.
cæ perſecutionis, eo nomine
anquam conſueto, & iamdu-
libus vſitato.
ca nominis, *Miſſa*, etymo-
ignificationem, & antiqui-
uiter prænotatis iam proba-
conclusio, nimirum cele-
Euchariſtiæ, quam Miſſam
is, ſiue ſit nomen Hebrai-
ſit Latinum, de quo ſalua
ſe diſputant Catholici, eſſe
proprieque dictum ſacrifi-

omnibus argumentis, qui-
m, & ſecundam probaui-
luſionem; nimirum legem
Eccleſiam Chriſti, habere
ique proprium ſacrificium,
m aliud eſſe poteſt, quam
Euchariſtiæ, ſeu ſacrificium
em vocari Chriſtum ſacer-
æternum ſecundum ordi-
iſedech; particula enim,
exprimitur Chriſtum non
tima cœna obtuliſſe, ſed ſe-
perpetuo vſque ad finem
aturum Deo iſtud ſacrifi-
ſpondens ſacrificio Mel-
quod non poteſt dici de
rucis, tùm quia talis obla-
ab Apoſtolo in epiſtola ad
emel tantum facta; tum
dotium cruentum Chriſti
m eius morte, cum in eo
quod Chriſtus Dominus
ſe poſſet offerre in ſacrifi-
tum, quod tamen non po-
s; tum maximè quia per
ſecundum ordinem, ſeu vt
oſtolus *ſecundam ſimilitu-*
hiſedech, denotatur ritus
ſecundum quem dicitur
æternum, quique conſe-
onueniat iuxta eumdem
on cruentus modo Aaro-
cruentus fuit, offerendo
vinum; Igitur licet non

dubitemus Chriſtum Dominũ dici poſ-
ſe Sacerdotem in æternum ratione
cruenti ſacrificij ob eius effectum,
quatenus remiſſio peccatorum per il-
lud ſemel obtenta ſemper durat, & fit
vſque ad finem mundi; nihilominus
vt dicatur Sacerdos in æternum ſe-
cundum ordinem Melchiſedech, hoc
non ſufficit, ſed ita vocatur, quate-
nus de facto quotidie offert ſacrificiũ
Miſſæ, ſeu ſacrificat modo incruento
corpus, & ſanguinem ſuum ſub ſpe-
ciebus panis & vini, & ſacrificabit
vſque ad finem mundi, per noſtros
ſacerdotes, tanquã ſuos vicarios, no-
ſtraque proindè Miſſa eſt ſacrificium
propriiſſime dictum, fructus ſacrificij
crucis nobis etiam in dies applica-
tiuum. Quod ſignificauit diuus Pau-
lus Hebr. 8. probans Chriſtum Do-
minum ſedentem ad dexteram Dei,
adhuc eſſe *Sanctorum miniſtrum*, id eſt
exercere miniſterium Pontificis, quia
omnis, inquit, *Pontifex ad offerendum
munera, & hoſtias conſtituitur; vnde
neceſſe eſt & hunc habere aliquid, quod
offerat*. Ex quibus adhuc verbis li-
quet, non dici ſacerdotem in æternũ
ſecundum ordinem Melchiſedech ra-
tione dignitatis, & poteſtatis, quæ
in illo ſemper perſeuerat, ſed etiam
ratione actualis ſacrificationis, cum
expreſsè dicat Apoſtolus Chriſtum
Dominũ *habere aliquid quod offerat*, id-
que intelligi nõ poſſit de interpellatio-
ne qua apud Patrem ſemper interpel-
lat pro nobis, cum talis interpellatio
aut quid ſimile non importet ſacrifi-
cium proprie dictum, correlatiuèque
ad ſacerdotium propriè dictum ſecũ-
dum ordidinem Melchiſedech, de quo
ibi eſt ſermo, vt oſtendimus ſupra.

Secundò probatur concluſio ex ver-
bis Chriſti Domini Lucæ 22. & 1.
Corinth. ij. *Hoc facite in meam com-
memorationem*; quatenus illis, vt de-
finit Concilium Tridentinum ſeſſ. 22.
cap. 1. & can. 2. Chriſtus inſtituit A-
poſtolos ſacerdotes, & ordinauit, vt
ipſi

ipſi alijque Sacerdotes eorum ſucceſſores offerrent corpus, & ſanguinem ſuum; talis enim oblatio non poteſt non eſſe verum proprieque dictum ſacrificium, pro qua Chriſtus inſtituit verum proprieque dictum Sacerdotium; cum Sacerdotium, & ſacrificium ita Dei ordinatione coniuncta ſint, vt vbi vnum reperitur, neceſſe ſit reperiri & aliud. Deinde huiuſmodi verbis Chriſtus dedit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus poteſtatem exercendi totam ſubſtantiam actionis illius, quam immediate ante illa verba exercuerat; ſi quidem particula, *hoc*, in eis contenta refert ſubſtantiam actionis tunc factæ à Chriſto Domino atque adeo dicendo Apoſtolis, *Hoc facite*, dedit illis poteſtatem exercendi totam ſubſtantiam illius actionis, quam immediatè ante execuerat; ſed tota ſubſtantia illius actionis fuit verũ proprieq; dictum ſacrificium, vt oſtendimus ſupra dedit igitur Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, cum eadem ſit modo, ac tunc fuit Eccleſia, poteſtatem offerendi verum proprieque dictum ſacrificium; quod aliud non eſt, quam ſacrificium Miſſæ, quoad ſuam ſubſtantiam nihil aliud etiam includens, quam conſecrationem, & conſumptionem corporis, & ſanguinis Chriſti Domini, ſicut & illa præcedens actio Chriſti Domini.

Tertiò probatur noſtra concluſio traditione, ſine qua, quia nuda ſcripturæ verba plerumque calumnijs patere ſolent hæreticorum, illi potiſſimum inſiſtemus; & ad illam primo faciunt, antiquiſſimæ Apoſtolorum Liturgiæ; & ſi enim, quæ fuit ſub nomine diui Petri Græcè, & Latine edita ex codice M. SS. Cardinalis Sirleti doctis viris non probetur, cum tamen ſeu voce, ſeu ſcripto Eccleſiæ primùm Antiochenæ, deinde Romanæ Liturgiam aliquam, ſiue ordinem celebrandi ſacrificium Miſſæ tradidiſſe, cui ſucceſſores aliquot preces, & cere-

monias addiderunt, omnes D
Catholici admittunt; id expr
tantibus pluribus veteribus ſc
bus, Innocentio I. epiſtola ad
tium Epiſcopum Eugubinum,
epiſtola ad Eutherium, Iſidor
de off. Eccleſiaſt. cap. 15. & V
dò Strabone Abbate Augiæ
rebus Eccleſiaſt. cap. 22. Sa
quoque Marcum Liturgiam
Alexandrinę tradidiſſe Nicol
thonenſis aſſerit in libello ad
hæſitant, alijq; plures, licet du
an iſta, quæ ad nos peruenit,
quam Marcus ſcripſit. Sed q
habetur Liturgia S. Iacobi fra
mini Hieroſolymorum Epiſco
met eſſe quam ſcripſit pluribu
dit Eminentiſſimus Cardinali
lib. 1. rerum Liturgicarum ca
lutis contra eam Nouatorum
ctionibus. Apoſtolicam quo
turgiam eſſe, quam Dionyſiu
bit cap. 3. Eccleſ. Hierarchiæ
omnes, qui iſtum Areopogita
Athenarum Epiſcopum, &
diſcipulum exiſtimant; quo
biliùs videtur præſertim ob a
tem Breuiarij Romani dicenti
libros ſcripſiſſe admirabiles, ac
leſtes de diuinis nominibus, de
Eccleſiaſtica hierarchia, de myſt
logia, & alios quoſdam.

Cum autem apud Doctore
licos certum ſit de fide, omn
ſtolos ſacerdotio à Chriſto i
fuiſſe, tributa eis conſecrandi
te, indeque ſacrificium Mi
braſſe, vt colligitur ex actibu
ſtolorum cap. 2. vbi refertur
tatos eſſe populum ad pænit
continuoque ſubditur, fuiſſe
ſeuerantes in communicatione f
panis, & orationibus; contro
tamen quandonam id primum
terint, ſilentibus de hac re ſc
veteribuſque Patribus; vnd
putant abſtinuiſſe Apoſtolos
bratione in triduo paſſionis o

ece ſui Domini, ſed illa de-
gaudium Reſurrectionis ni-
ſſe, quin illico ſacrum pere-
- hunc ſupremum cultum
Deo. Alij vero exiſtimant
m auſos fuiſſe tàm ſublime
m agredi, donec ad illud
ntur diuinæ gratiæ plenitu-
a in aduentu Spiritus Sancti
t. Adeò vt primùm Chri-
leſiæ ſacrificium Hieroſoly-
um ſit in ipſomet cænaculo,
ritum Sanctum acceperant,
cobo Fratre Domini Hiero-
n Epiſcopo, vt lib. de Apo.
gia putat Genebrardus, ſed
ro Principe Apoſtolorum, vt
thonius Demochares tom.
cap. 5. Quis vero qualiſue
i huius ſacrificij apparatus,
ibus verbis, & qua lingua
rarint Apoſtoli dicetur in-

dem pro ſacrificio Miſſæ
n ſecundò facit Patrum au.
quorum aliqui expreſsè do-
um Dominum nunc ſeipſũ
erris per Sacerdotes, quan-
bis perficiunt ſacrificium,
ndum eſſe in Eccleſia ex
mini inſtitutione; vt S. Cy.
iſt. 63. Euſebius Cæſarien-
laudibus Conſtantini; Am-
Pſal. 38. & lib. 1. Offic. cap.
inus lib. 1. de ciuit. Dei
Chriſoſtomus homil. 24.
ad Corinthios, nec non
cerdotio, vbi ait: *Sacer-
ſo corpore ſuper oblata fun-
& habere præ manibus ip-
Domini corpus, tanquam
ri victimam*; alij vero ap-
tram Miſſam ſacrificium
ſanguinis Chriſti Domini,
mus lib. 3. aduerſus Pela-
5. & S. Auguſtinus lib. 22.
i cap. 8. vel ita faciunt ex-
ntionem altarium Eccleſię
la conſtrui, & eſſe in vſum
icij incruenti, ſeu ſacrificij
Theol. Tom. V. Par. II.

corporis, & ſanguinis Chriſti Domini, ſub ſpeciebus panis, & vini; vt ex Græcis Euſebius loco ſtatim citato, Gregorius Nazianzenus orat 1. contra Iulianum; ex Latinis Cyprianus epiſt. 63. & 77. Optatus Mileuitanus lib. 6. contra Donatiſtas, Ambroſius lib. 10. epiſtolarum, epiſt. 85. & Auguſtinus lib. 22. de ciuit. Dei cap. 10.

Quod reſpondent aduerſarij, vt Caluinus lib. 4. inſtitut. cap. 18. §. 10. Patres nomine ſacrificij intelligere tantùm nudam memoriam ſacrificij peracti in cruce, quam Chriſtiani celebrant oblatione & participatione corporis Chriſti Domini; aut oblationem populi, qua panem & vinum in conſecrandam Euchariſtiam afferebant, & offerebant; hæc, inquam, & ſimilia ſunt mera effugia textui Patrũ omnino violenta, cum ita doceant celebrationem Euchariſtiæ eſſe memoriam ſacrificij in cruce peracti, vt tamen agnoſcant in ea Chriſtum ſacrificare per Sacerdotes in terris; idẽ corpus quod obtulit in cruce, quod ſatis patet non poſſe intelligi de nuda memoria; dumque loquuntur de noſtro ſacrificio, & eius rationem expendunt, nullam faciant mentionem populi, vel panis & vini ab illo oblati, ſed Chriſti Domini tanquam Sacerdotis primarij, item noſtrorum ſacerdotum. qui tunc eius vices gerant, nec non corporis & ſanguinis Chriſti tanquam victimæ inter manus Sacerdotum; ſolumque populi meminerint dum agitur de fructu huius ſacrificij, aut aliqua eius circumſtantia ad eſſentiam ſacrificij nullo pacto pertinente. Quare Lutherus libro contra Regem Angliæ, & tract. de Miſſa priuata rei veritate adactus fatetur veteres Patres in ea pro nobis ſtare. Quorum teſtimonia videri poſſunt apud Coccium tom. 2. lib. 6. art. 4. & alios ſuperius citatos.

Hanc tertio traditionem ſatis clarè euincunt Ethnicorum aduerſus Chri-

ſtianos calumniæ apud Tertullianum Apol. cap. 7. Iuſtinum in dialogo cum Tryphone, Athenagoram in apologia pro Chriſtianis, & Minutium, quibus eos ob cætus anteculanos, & occulta conuenticula, accuſabant de cæde infantis, & promiſcui concubitus inter vtriuſque ſexus fideles; etſi enim has criminationes quidam ad Gnoſticos, & Adamitas referant, & ad eorum nefarios congreſſus, de quibus conſuli poteſt Cardinalis Baronius tom. 1. Annal. verius tamen videtur Ethnicorum malitiæ adſcribendas eſſe, qui, quod Chriſtiani metu perſecutionis clam conuenirent, vt Miſſę ſacrificio intereſſent, & Chriſti corpore reficerentur inde occaſionem arripuerunt pręfata illis crimina imponendi.

Quartum denique eiuſdem traditionis argumentum eſt perpetuus Eccleſiæ Orientalis, cum Occidentali, vel Latina conſenſus, quo licet multæ Orientales Eccleſiæ ab Eccleſiæ Latinę communione præciſæ fuerint, omnes tamen cum ea ſemper conuenerunt in ſubſtantia ſacrificii Miſſæ, hiſque omnibus, quæ fides Orthodoxa de tanto myſterio credenda proponit; in modo tantum, & ritu offerendi diſcrepantes. Græci enim habent Iacobi Apoſtoli Liturgiam, qua diu vſi ſunt, donec Baſilius Magnus ſuam cõpoſuit, vt habetur in eius vita, & refert Proclus opuſculo de traditione diuinæ Miſſæ, qua modo Græci vtuntur, certis tamen diebus, in Dominicis ſcilicet Sanctæ, & magnæ Quadrageſimę, dempta Dominica Palmarum, in ſancta, & magna feria quinta, in magno Sabbato, in Vigilia Natiuitatis Chriſti, & Epiphania, & in die feſto ipſius Baſilii; reſiquo anni tempore Liturgia Chryſoſtomi vtuntur, cui componendæ manum admouiſſe eadẽ qua Baſilius ratione impulſum, ſcilicet ob nimiam alterius Diui Iacobi prolixitatem, teſtatur idem Proclus eius diſcipulus, & in Sede Conſtantinopolitana ſucceſſor loco ſtatim citato. Ex

Baſiliana tamen nonnulla Ch
mus excerpſit, & in ſuam Li
tranſtulit; vtrique autem plur
ab aliis addita fuere, vnde
exemplarium varietas emanau

Græcorum ritui, plures ali
nes, quamuis diuerſi idioma
linguæ, adhærent; vt Roxola
Moſcouitæ, qui, vt Epiſcopi C
Schiſmatici prædicatione à cu
lorum ad Chriſti fidem conue
ab eodem quoque Græcoru
acceperunt, & adhuc retinent
ne Illyrico. Iidem ritus cade
in vſu ſunt apud Chriſtianos
circa Tauricam Cherſoneſum
Circaſſos, & quaſdam Ponti
tiones: item in Seruia, Myſia,
Bulgaria, Ruſſia minori Regi
ſubiecta, in Volhinia, Podolia
dam Lituaniæ parte, aliiſque
regionibus. In Iſtria verò, in L
& in Dalmatia littorali, Miſſa
Officia lingua quoque Scla
celebrantur, ſed ritus Roma
Vtuntur item Græcis ritibus
& Iberi, inter mare Caſpium,
tum Euxinum ſiti, nunc Men
ſes, & Georgiani dicti, ſuo q
idiomate. In eodem Iſthmo in
riam, & mare Caſpium ſita e
nia, quæ Armeniorum ſequitu
Alia eſt Albania in Europa,
mare Ionicum vergit, & Illyr
Dalmatię iungitur, atque etia
rum comprehendit, habetque
idioma ab Illyrico, & Græcis
ſum, quo Gentes illæ ſacra pe
ritu tamen Græco. Inter Ori
magna multitudo Chriſtianor
qui à nonnullis Græci-Arabes,
communiter Meſchitę dicuntu
eorum vulgaris ſermo Arabic
ſed in ſacris Græco vtuntur,
opinioni, & ritui addicti; Melch
rò ſeu Regii, & Impetatores
ſunt, quia edictis Imperatoru
dientes Chalcedonenſe Concili
ceperunt, & in hoc differunt à
rianis, & Iacobitis. Ipſi verò
r

cobitæ per Syriam , Aſſy-
dem, Indiam, & alias fini-
regiones ingenti numero
,proprias habent Liturgias
aldaica , non multum à
rſas, in quibus Neſtoriani
, & Theodorum Mopſue-
cobitæ autem Dioſcorum ,
n tanquam ſanctos inuo.
erantur . Alii ſunt Iacobi-
i , qui Cophti , ſeu Copti
r , ipſis peculiaris eſt Li-
a Copta, quam aliqui ve-
ptiacam eſſe volunt , alii
m corruptam . Huic ſimi-
Aethiopes , ſiue Abiſſini,
n Eccleſia Aegyptia , &
à Patriarcha Alexandrino
i olim adminiſtrata, iiſdē
nijs imbuta fuit. Officia
a lingua Aethyopica cele-
dhuc à populari diuerſa

uoque ſpecialem habent
roprio idiomate, ipſique
um Orientalium morem ,
in azymo conficiunt,
a Apoſtolicam traditionē
non miſcent . Inter eos &
gnæ ſemper diſſenſiones
ſque ritus inuicem dete-
rum tamen Liturgia Græ-
m in multis imitatur ,
quædam Gręca in ea
. In Armenia tamen ma-
a Naſciuanenſis ad verā,
m fidem tempore Ioan-
.Bartholomęo Bononiēſi
licatorum conuerſa ab eo-
ritus accepit,quibus om-
gentes lingua Armenia
mum Maronitæ Libani
& vicinas planities inco-
iam peculiarem habent ,
xam; Arabice quidem
d ſacras functiones pera-
Chaldaica, ſiue Syriaca;
conueniunt in quibuſdam
ipſis, & à reliquis Oriē-
tis Armenijs, vt ſtatim

dicebam, diſcordant , quod Euchariſtiam in azymis cum Eccleſia Latina conficiunt, in cuius fide vſque in hodiernum diem conſtantiſſimè perſeuerant.

Quis ergo vnanimem hunc Eccleſiarum Orientalium cum Occidentali, & Latina, à qua alias in multis fere omnes diſſident, vt ſuperiori tomo vidimus, conſenſum circa ſacrificium Miſſæ, tanquam circa præcipuam fidei veritatem, prudenter, aut rationabiliter neget euidens eſſe argumentū diuinæ eiuſdem traditionis ; nec non etiam ordinē ipſum ſacrificij ab Apoſtolis traditum eſſe, & in omnem terram diffuſum . Etſi enim tot Liturgiæ partim communes, partim proprię ſingularum gentium differant in ſingularum partium ordine, & in verbis, quibus orationes concipiuntur, iiſdem nihilominus membris omnes coaleſcūt, quæ ſunt, peccatorum ante omnia confeſſio, tùm introitus ſiue quoddam quaſi proemium, deinde Pſalmi, & lectiones ſacrę Scripturę, & potiſſimum Euangelij : Symboli recitatio , lotio manuum, commemoratio, & inuocatio Sanctorum , preces pro omnibus viuis, & defunctis, gratiarum actio, & benedictio , præter ea quæ eſſentialia ſunt, conſecratio ſcilicet , & communio modo inferius explicando .

Quę contra veritatem noſtræ concluſionis, quod Sacrificium Miſſæ, ſeu celebratio Euchariſtiæ , à Græcis Liturgia, à Latinis autem Miſſa nūncupata, ſit verum proprieque dictum ſacrificium, hæretici ſolent obijcere indè nimirum detrahi dignitati Sacerdotij Chriſti, perfectionique ſacrificij cruenti ab eodem in cruce oblati, aliaque ſimilia manent iam ſoluta ex dictis ſupra, vnde ſit.

Quarta concluſio . Res primò , & per ſe oblata in ſacrificio Miſſę, ſeu victima eius, eſt Chriſti Domini corpus, & ſanguis. Iſta concluſio eſt de fide , definita in Cōcilio Tridentino ſeſſ.22. can. 2. *Si quis dixerit , illis verbis, Hoc*

facite in meam commemorationem Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos Sacerdotes, aut non ordinaſſe, vt ipſi alijque ſacerdotes offerrent corpus, & ſanguinem ſuum; anathema ſit. Pro cuius intelligentia notandum eſt, in Chriſto Domino, vt eſt in Sacramento Euchariſtiæ, multa diſtingui poſſe, corpus eius, ſanguinē, animam, & ſpecies ſacramentales, ſub quibus continetur, nec non etiam ſubſtantias panis, & vini, quæ tranſubſtātiantur; atque adeo controuerti, quodnam iſtorum omnium ſit res oblata in ſacrificio Miſſę, & quomodo hæc ſingula ſe ſe habeant ad rem oblatam. Iterum notandum eſt, hæc diſtingui inter ſe, aliquid eſſe rem oblatam primò & per ſe, & aliquid eſſe tantum ex conſequenti rem oblatam, quemadmodum iam notauimus ſupra, hæc diſtingui, eſſe primò, & per ſe, ſeu vi verborum formæ in hoc ſacramēnto, & eſſe duntaxat in illo per concomitantiam, & quamdam conſecutionem; ſicut etiam aliud eſt, aliquid eſſe conditionem eſſentialem rei oblatę, quatenus eſt oblata, vel offertur: & eſſe de re oblata, ſeu eſſe partem rei oblatæ. Hoc enim ſecundum importat obiectum circa quod actus ſacrificij verſatur; primum verò conditionem tantum requiſitam in obiecto, vt terminet actum ſacrificij. Similiter tandem hęc diſtinguntur, eſſe rem oblatā in ſacrificio, & eſſe terminum à quo ipſius rei oblatę; nam prius denotat obiectum circa quod fit ſacrificium: poſterius autem id vndè habet originem, atque adeò ſupponitur rei oblatæ, ſaltem ſecundum noſtrum concipiendi modum. Quod igitur in præſenti concluſione aſſerimus, eſt rem primò & per ſe oblatam in ſacrificio Miſſę, eſſe Chriſti Domini corpus, & ſanguinem.

Probatur primò ex verbis Chriſti Domini, *Hoc eſt corpus meum, & Hic eſt calix ſanguinis mei, quod pro vobis datur, quod pro vobis frangitur, qui pro vobis funditur*, iuxta Græcam editionē S. Lucę; vndè ſic arguitur: Illud eſt primò, & per ſe victima ſacrificij Miſſę, quod primò, & per ſe ſignificatur dari, frangi, & effundi verbis vtriuſq; formæ conſecrandi, ſi quidem huiuſmodi verba, ſunt verba propria ſacrificiorum, idemque ſonant, ac ſacrificatur; ſed illud quod primò, & per ſe ſignificatur, & exprimitur dari, frangi, & effundi, prędictis vtriuſque formæ verbis, ſunt verum, & reale Chriſti corpus, item verus, & realis ſanguis eiuſdem; illa ergo ſunt primò, & per ſe victima ſacrificij Miſſæ.

Cui non obſtat, ſi obijciatur, rem quæ primò, & per ſe offertur tanquam victima, præſupponi debere actioni ſacrificandi; atque adeò corpus, & ſanguinem Chriſti non poſſe habere rationem victimę primò, & per ſe in ſacrificio Miſſę, cum non præſupponantur iſti actioni, qua ſacerdos ſacrificans profert verba formę, ſed potius per illam producantur. Reſpondetur enim, totam ſacrificationem, vt dicetur infra, coaleſcere ex duabus partialibus actionibus, quarum vna eſt ſiſtere victimam ad altare, & ſiſtendo, eam offerre Deo: altera eſt, victimam Deo oblatam immutare realiter, eam deſtruendo: cui ſecundæ actioni concedimus victimam præſupponi debere; primæ verò non neceſſariò, ſed illam poſſe ſimul, & ſemel per ſacerdotem illam producentem vi verborum, quibus conſecrat, offerri Deo; & ita contingit in ſacrificio Miſſę, cum eius victima deſtruatur poſt oblationem.

Secundò probatur authoritate Patrum, qui hoc ſacrificium paſſim vocant ſacrificium corporis, & ſanguinis Chriſti, vt diximus ſupra, non alia certè ratione, niſi quia primò, & per ſe in eo offeruntur, vel primò, & per ſe ſunt eius victima.

Hinc ſequitur primò, rem oblatam ex conſequenti in ſacrificio Miſſæ, eſſe totum Chriſtum; nam vt ijdem Patres docent, eadem eſt victima huius noſtri ſacrificij, ac ſacrificij crucis; ſed

res

ta in cruce, non fuit tantum
& ſanguis Chriſti, ſed etiam
ſequenti totus Chriſtus: nam
5. dicitur, totum ſeipſum tra-
pro nobis oblationem, & ho-
& 1. Corinth. 3. *Paſcha noſtrum*
us eſt Chriſtus; ipſe igitur totus
n res oblata in ſacrificio Miſſæ
dem primò, & per ſe, cum ver-
e, quibus res oblata exprimi-
n ſignificent primò, & per ſe
Chriſtum, ſed ſolùm conſequē-
atenus ipſemet voluit, vt ad
tionem ſui corporis, & ſan-
ſub ſpeciebus panis, & vini,
nſequenter poneretur.

tur ſecundò, corpus, & ſan-
Chriſti, quatenus ſunt res
poſtulare ſpecies panis, & vi-
uibus cōſtituantur, ab eis enim
quod ſint victima ſenſibilis, vt
ur ad rationem rei oblatę; non
en partes ipſius victimæ, cum
ſſe ſemper aliqua ſubſtantia
ns; vnde hęc eſt differentia
hariſtiam in ratione ſacramē-
tione ſacrificij conſideratam,
n ſacramentum debeat intrin-
ſentialiter eſſe ſenſibile, &
n gratiæ ſibi proportionatæ;
utem ſacrificij directè, & eſ-
r ſit quædam ſubſtantia per-
& tantùm poſtulet indirectè
ſibile, quatenus ſcilicet effi-
ſtituatur in ratione hoſtiæ in
vſus humanos; bene quidem
cramentales pertinent ad eſ-
uchariſtiæ, vt eſt propriè, &
cramentum, modo iam ſu-
licato; non tamen ſunt ali-
eſſentialis illius in ratione
aut ipſius victimæ, ſed tantū
velut aliqua conditio eſſen-
uiſita ad hoc, vt corpus, &
hriſti Domini ſint victima
Miſſæ. Proptereaque Patres
tur de corpore, & ſanguine
omini victima huius ſacrifi-
adducant in recto caſu, ip-
ſpecies panis, & vini tantū

in obliquo, dumque interdum aſſerunt eas offerri Deo, vſurpant nomen ſacrificij in ampliori ſignificatione, nimirum qua illud omne, quod conſumitur in honorem Dei, ordine quidē intentionis prius, intentionis verò poſterius, dicitur aliquo modo ſeu ex conſequenti ſacrificari Deo; ea ſi quidem propriè cenſetur victima ſacrificij, quæ primò ordine intentionis deſtruitur: ſicut in Agno Paſchali, licet eius accidentia prius deſtruerentur, quam ſubſtantia, hæc tamen, & non illa, dicebatur propriè victima talis immolationis; ita proportionaliter in noſtro ſacrificio Miſſæ.

Tertiò tandem ſequitur, ſubſtantiā panis, & vini pertinere neceſſariò ad rem oblatam in hoc ſacrificio tanquā materiam, & terminum à quo, quem victima huius ſacrificij neceſſariò pręſupponit, & reſpicit; quatenus ſui tranſubſtantiatione conuertitur in Chriſti Domini corpus, & ſanguinem, & in hac actuali tranſubſtantiatione vna ex actionibus huic ſacrificio eſſentialibus conſiſtit, quia ſic victima habetur; & iuxta hunc ſenſum loquūtur, intelligendique ſunt Patres, dum aiunt, panem, & vinum in hoc ſacrificio offerri, quia ſcilicet tranſubſtantiatione ſui tranſeunt in victimam huius ſacrificij, & ſunt ſacrificium præparatum, ſeu id quod eſt præparatum, vt ex eo ſacrificium, & victima eius habeatur.

Quinta concluſio. Sacrificiū Miſſæ eſt idem cum ſacrificio Chriſti in cruce; ita vt diſtinguantur ſola ratione offerendi. Iſta quoque concluſio eſt certiſſima apud omnes Catholicos, indigetque ſolum explicatione: quia ad hanc vnitatem nihil aliud requiritur, quā vnitas ſacerdotis, vnitas victimę, & vnitas ſacrificationis, ſed hæ tres vnitates reperiuntur tàm in ſacrificio Miſſæ, quàm in ſacrificio crucis, vnus enim, & idem Chriſtus eſt ſacerdos primarius vtriuſque; talique vnitati primarij ſacerdotis nihil obſtat, quod

habeat

habeat plures ſacerdotes vicarios, & miniſtros, per quos vice ipſius viſibiliter offeratur ſacrificium Miſſæ; iuxta illud 2. ad Corinth. 5. *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos*.

Vndè ſicut licet Chriſtus vnus ſit Doctor, & Magiſter noſter, ſcilicet per excellentiam, vt dicitur Matth. 23. hoc tamen non impedit, quin plures habeat in terris miniſtros, qui vice ipſius doceant, & gregem paſcant verbo, & doctrina; taliſque multitudo nil officit vnitati Magiſterij Chriſti, ita nec vnitati ſupremi eiuſdem ſacerdotij, quod plures habeat in terris miniſtros, qui ſub ipſo, virtuteque ab eo accepta viſibile offerant Miſſæ ſacrificium. In quo cum idem Chriſti corpus offeratur, quod in cruce ab eodem Chriſto fuit oblatum, manifeſtè patet eamdem eſſe vtriuſque ſacrificij victimam; nec non etiam ſacrificationem moraliter conſideratam, vt explicuimus ſupra, quia licet actio, qua ſacrificium noſtrum incruentum offertur, conſiderata Phyſicè ſit alia, & diſtincta ab ea actione, qua Chriſtus Dominus ſe ſe obtulit in cruce, conſiderata tamen moraliter eſt vna, & eadem cũ iſta, ea ſcilicet vnitate, qua aliquid cenſetur eſſe idem cum eo à quo habet dependentiam, & accipit valorem, cuiuſque item eſt viua quædam repręſentatio, & commemoratio.

Differunt tamen phyſicè, ſiue in modo offerendi, quatenus Chriſtus qui in Miſſa offertur non amplius occiditur, vndè etiam non eſt ſacrificiũ cruentum, quale fuit ſacrificium crucis, ſed incruentum, quale fuit ſacrificium Melchiſedech, quamuis ſit quoque repræſentatiuum ſacrificij cruenti, in ara crucis ſemel à Chriſto oblati, quatenus in ſacrificio Miſſæ, corpus Chriſti ex vi verborum ponitur ſeparatim à ſanguine, fitque conſequenter in eo myſtica ſanguinis effuſio, per gladium verborũ, vt explicabitur infra.

Sexta concluſio. Vnicum eſt in Eccleſia Euchariſtiæ ſacrificium. Iſta concluſio eſt etiam certiſſima de fide. Quia vt Apoſtolus ſcribens ad Hebræos probat, neceſſarium fuit alium ſurgere ſacerdotem ſecundum ordinẽ Melchiſedech, & non ſecundum ordinem Aaron; in Eccleſia igitur aliud non eſt ſacerdotium Leuitico ſuccedens quam ſacerdotiũ ſecundum ordinem Melchiſedech, atque adeo nec aliud ſacrificium propriè dictum, niſi iuxta eumdem ordinem; ſcilicet in pane, & vino, eo modo quo Chriſtus Dominus obtulit, & offerendum in perpetuum pręcepit Apoſtolis dicens, *Hoc facite in meam commemorationem*, vt oſtendimus ſupra. Vndè cum dicitur in oblatione Cerei Paſchalis, *Suſcipe Sanctę Pater incenſi huius ſacrificium Veſpertinum*, ibi ſacrificium ſumitur lato, & improprio modo; quia oblatio incenſi non requirit ſacerdotium, cuius correllatiuum eſt ſacrificium propriè, & rigoroſè ſumptum; poteſt enim offerri à Diacono; & de facto ita offertur in benedictione illa Cerei Paſchalis.

Congruentia autem huius eſt, quia ſacrificium ad hoc deſeruit, vt colatur Deus per illam ſupremam proteſtationem, offerendo illi optimum quod poteſt offerri in recognitionem ſummæ Maieſtatis ad obtinendam propitiationem, peccatorum, aliaque beneficia, & gratias pro illis reddendas; Ad hæc autem omnia non poteſt dari aliquid melius aut efficacius, quam ipſa Euchariſtia; neque aliquid æquale, cum ex parte rei oblatæ ſit ipſemet Chriſtus, qui oblatus eſt in cruce; conueniens ergo fuit vnicum eſſe in Eccleſia Euchariſtiæ, ſeu Miſſæ ſacrificium; quoniam quidquid præter illud offerretur, eſſet inferius & inefficacius.

Per quod patet ad inſtantiam, quæ fieri ſolet, quod ſicut multiplicata fuere ſacramenta, ita quoque multiplicari debuere ſacrificia. Reſpondetur enim, Chriſtum quidem potuiſſe multiplicare ſacrificia, ſicut de facto ſeptem

tiplicauit ſacramenta, in hoc
a apparet contradictio; ne-
tem ita Chriſtum voluiſſe,
iſſe, ex Scriptura, & tradi-
ius ratio congruentiæ eſt,
amenta primò, & per ſe or-
d noſtram ſanctificationem
ndum nobis effectus gratiæ
ptionem, & mortem Chri-
romeritæ, vndè cum eiuſ-
ctus multiplicari poſſint, etiã
s, & redemptio non multi-
congruenter Chriſtus ſacra-
ge noua multiplicauit; ma-
ad diuerſos eorum effectus
noque requirantur diſpoſi-
l obtinendam enim primam
ia exigitur diſpoſitio, quã
tum illius: At ſacrificium
ordinatur ad repręſentan-
nem Chriſti, vt in ſe eſt, &
in effectu ſuo, id eſt in gra-
ollata, imo vt diximus, eſt
ſtantia cum illo ſacrificio,
e eius continuatio, vnde ſi-
lla fuit vna in ſe, ita con-
hriſtus nullum aliud præ-
tiam ſacrificium inſtituit.
ur apud Orientales diuer.
tur Liturgię, & apud Oc-
iuerſę Miſſæ nec vnitatem
chariſtię, nec vnitatẽ fidei
atenus lædunt; cum ſacrifi-
bique ſit quo ad eſſentiã,
ſolùm penes diuerſos ri-
nonias externas, quæ ſalua
ficij Euchariſtiæ, & fidei
ro diuerſitate temporum
obſeruari poſſe dubium
cipui hi ritus inter Lati-
us Miſſæ Ambroſianæ in
diolanenſi; Miſſę Moza-
liſpania, Hiſpani enim
Mixtarabes ſunt dicti, &
cabulo Mozarabes, id eſt
Arabibus, poſt occupatam
em pene Hiſpaniam. Diu
itus in Hiſpania, donec
II. authoritate in Romanũ
ſed ne tantæ antiquitatis

ritus omnino periret, Franciſci Ximenij Archiepiſcopi Toletani cura prouiſum eſt. E Gothicis enim tumulis ſuſcitatum nouis characteribus recudi iuſſit, inſtituto ſacerdotum collegio, à quibus quotidie diuina officia, & Miſſarum ſolemnia vſque in hodiernum diem hoc ritu celebrantur in ſacello, quod in maiori Eccleſia ædificauit.

Galliam quoque ſuam ante Pipinũ, & Carolum Magnum habuiſſe Miſsã, propriam, eam autem non eſſe, quam ante annos centum edidit Illyricus, veteremque Gallicanam appellauit, ſed eamdem fuiſſe cum Gothica, vel Toletana, Mozarabica dicta ob rationem allatam pluribus demonſtrat Card. dinalis Bona lib. 1. rerum Liturgic. cap. 12. qui de his conſuli poteſt, nec non alij authores ibi ab eo citati; hæc enim breuiter adnotaui tantum occaſione vnitatis ſacrificij Miſſæ. Verum quæ iuſſu pijſſimorum Galliæ Regum Pipini, & Caroli Magni ante annos ferè nongentos Miſſa Romana recepta eſt in Gallia, eamdem cæteræ gentes occiduæ amplexæ ſunt, proprijs vſibus abrogatis.

Qua vniformitate in omnes Eccleſias Occidentales, excepta Mediolanenſi, tandem introducta, factum eſt, vt errores, & abuſus tollerentur, quos experientia docuit in multa conſuetudinum diſcrepantia vix poſſe euitari, vt rectè ait præfatus Cardinalis loco citato cap. 7. vbi quod aſſeruimus omnes Eccleſias Occidentales, Mediolanenſi excepta, Miſſa Romana nunc vti, de illis etiam dictum vult, quæ Miſſale proprium habent, ſiue ſęculares ſint, ſiue Regulares. Omnes enim, inquit, cum Romanis conueniunt in forma, & diſpoſitione Miſſæ; idem prorſus apud omnes eſt canon; idem ordo, & eadem ſeries Confeſſionis, Introitus, Collectarum, Epiſtolæ, Gradualis, Verſus, vel tractus, Euangelij, Symboli, Offertorij, Præfationis, Canonis, Communionis, gratiarum actionis, & finis. Quod autem aliqui omittant

Pſalmum

Pſalmum ante Confeſſionem, quod formulam Confeſſionis breuiorem habeant, quod panem, & vinum vnica oblatione offerant, quod item oblatio alijs verbis concepta ſit; quod diuerſas à Romanis epiſtolas, & Euangelia legant, quod non eaſdem feſtiuitates Sanctorum celebrent, quod in modo procedendi, thus adolendi, & alijs huiuſmodi minutioribus ab vſu Romano diſcrepent, hæc proculdubio nec ritus diuerſitatem inducunt, nec ritum peculiarem conſtituunt. Porro hanc Miſſam Romanam primum à Petro Apoſtolo traditam fuiſſe, ſed ab alijs Summis Pontificibus eius Succeſſoribus auctam, aliquot precibus, & ceremonijs idem Cardinalis aſſerit, & toto libro ſecundo ſingulas eius partes, ac ritus ſingillatim explicat; in quibus nihil falſi, aut ſuperſtitioſi contineri, vt ineptè garriunt Sectarij, concluſione ſequenti probabitur.

Vltimò interim, quod ſpectat ad ſacrificij Miſſæ vnitatem, notandum eſt quoque nihil ei pręiudicare, quæ leguntur in Patribus, alijſque Scriptoribus de varijs Miſſarum generibus. Primò enim attenta maiori, vel minori ſolemnitate in illis celebrandis, aliæ dicuntur *ſolemnes*, alię *priuatę*, & *ſolitariæ*, ſiue *peculiares*. *Solemnes*, à quibuſdam *Publicæ* appellatæ, non à loco, quia olim in cryptis, abditiſque locis agebantur, ſed à conuentu populi circumſtantis, offerentis, & communicantis; ab alij *Legitimę*; vt à Valfrido Abbate cap. 22. de diu. off. quod hæ potiſſimum Eccleſiaſtica lege inſtitutæ ſint, & comprobatæ; ab alijs *Generales*, vt ab Amalario, quia totus cætus ei ſolet intereſſe; hodie conuentuales, canonicę, capitulares, pręcipuæ, & maiores dictę, Solemnes, inquam, Miſſæ pręfatis omnibus nominibus nuncupatæ, propriè ſunt illæ, quæ cum cantu, & ſolemni ceremoniarum apparatu, Miniſtris & Choro aſſiſtentibus, ſuorumque ordinum munia exercentibus celebrari conſueue-

runt; qualiter ab initio ſacrifi[...]
cipaliter inſtitutum fuiſſe, [...]
Miſſę clarè demonſtrare vide[...]
omnes orationes atque ipſa [...]
verba in plurali numero, tan[...]
rium nomine proferantur. [...]
autem, & *Solitariæ*, ſeu peculi[...]
ſę ſunt illæ, quę priuatim, &[...]
riter ſine cantu, vno duntaxa[...]
miniſtrante, ſiue in Eccleſia [...]
priuato Oratorio recitantur; [...]
lem denominationem tant[...]
piant, vt ſolemnibus oppon[...]
ab illis diſcernuntur. Nam [...]
nes Miſſę publicę ſunt, qua[...]
blicum diſtinguitur à ſecreto[...]
culto; ipſum ſiquidem ſacrifi[...]
nus publicum eſt, & publi[...]
Eccleſiæ nomine offertur, i[...]
morationem mortis Chriſti, [...]
publicum beneficium, geritq[...]
dos miniſtri publici perſonan[...]
omnibus orat, neminemque [...]
& dignus ſit repellit à comm[...]
vt dicetur infra contra Lu[...]
Miſſas priuatas blaſphemant[...]
occultas, & angulares vocan[...]

Sunt qui velint vnam, & e[...]
Miſſam cenſeri debere, quę [...]
& ſolitaria dicitur, ſed licet[...]
verum loquendo de illis vt o[...]
tur ſolemni, & ab ea diſcernu[...]
hilominus ſi inter ſe compar[...]
rius eſt illas inter ſe diſcrim[...]
ſolitariæ illę ſint, in quibus, [...]
quos, ſolus Sacerdos com[...]
etiam ſi plures interſint: priu[...]
quę aut in priuatis domibus, [...]
tra populi frequentiam, ijs t[...]
adſunt communicantibus agi[...]
vel, vt alijs placet conformiu[...]
xim aliquando in Eccleſia vſi[...]
ſolitaria vocetur, quæ à ſolo [...]
te nemine prorſus præſente, [...]
dente fiebat olim in Monaſte[...]
uata verò, quæ ſine Diacono, [...]
diacono, & cantoribus, vno [...]
miniſtrante celebratur, ſiue [...]
deles ei interſint, ſiue nullus a[...]
ue ſolus celebrans communic[...]

communicantes. Huic etiã
æ nomen attributum fuit,
llis diebus à Sacerdotibus
ri conſueuit. Ita Gregorius
ib. 4. Dialog. cap. 56. vbi
e Caſſio Narnienſi Epiſco-
uod *quotidianum offerre con-*
eo ſacrificium, ſeque in lachry-
oſa ſacrificiorum arcana ma-
ſſas autem ſolitarias, hoc eſt
erdote nemine præſente, &
te celebrari in Monaſterijs
ex indulgentia, vt loquitur
Eduenſis lib. de Sacrament.
. 13. ſiue ex priuilegio, nõ-
cilia diſtrictè prohibuerunt,
um ſub Leone III. cap. 43.
ſub Gregorio IV. lib. 1. cap.
inetenſe apud Iuonem p. 3.

ò à duplici adſtantium ge-
ndemque poſtea miſſione
plicis Miſſæ diuiſio, quarũ
humenorum, altera fideliũ
Et illa quidem duobus, vel
nis Eccleſię ſeculis, aliquot
pſalmis conſtabat, quibus
oce Diaconi dimittebantur
eni, & alij qui Miſſæ fideliũ
on poterant. Verum cum
cti Patres, & Epiſcopi ani-
ent ſermones, & ſcriptura-
tiones ad infidelium con-
cæterorumque inſtructio-
im conferre, admiſſi ſunt
ccleſia donec lecto Euan-
ſermo; quo habito, & illis
iſſa fidelium incipiebat, vt
oncilio Carthaginenſi IV.
Valentino in Hiſpania c. 1.
uguſtinus, & alij Patres, in-
ntiles, interdum hæreticos,
Iudæos in ſuis ſermonibus
quia ſimul cum fidelibus
onſueuerant. Etſi autem
humenis etiam pænitentes,
itterentur, Miſſa tamen, ſi.
à ſolis Catechumenis no-
t, quia maior tunc erat il-
erus, & nonnunquam con-

tingere poterat, vt nulli eſſent pæni-tentes. Catechumenos nouæ vitæ auditores appellant Iſidorus lib. 7. orig. cap. 14. & Venerabilis Beda libro 2. Comment. in Eſdram, quia vox Græca Catechumenus idem eſt, ac Latine auditor. Cum in varias olim claſſes diſtinguerentur, quarum ordo, & nomina habentur can. 7. Concilij Conſtantinopolitani I. nec non can. 95. Concilij Trullani; in Latina Eccleſia ad quatuor redactæ ſunt, quę in ſermonibus, & tractatibus Latinorum Patrum paſſim occurrunt. Quidam enim ab infidelitate ad fidem conuerti cupientes audiebant in Eccleſia verbum Dei, ſed nondum petebant Baptiſmum; & ij vocabantur *Audientes*. Alij audito ſermone procumbebant in genua, & orationum Eccleſię aliquo modo participes erant, & dicebantur *Subſtrati*, ſiue *Genuaflectentes*. Alij in fide rectè inſtituti baptiſmum poſtulabant, & appellabantur *Competentes*, inde quod gratiam Baptiſmi peterent. Qui verò ex iſtis in albo baptizandorũ deſcripti erant, *Electi* nuncupari ſolebant. Ita tamen Catechumeni, vt mox notauimus admiſſi olim fuere in Eccleſia, donec lecto Euangelio fieret ſermo, ad maiorem ipſorum inſtructionem, vt tamen non omnia Religionis myſteria, nec ipſum quidẽ Symbolũ fidei ipſis exponerentur, vt patet ex pluribus Patrum locis occaſione data in decurſu huius operis citatis; Baſilij lib. de Spiritu Sancto cap. 27. Gregorij Nazianzeni orat. 42. Ambroſij libr. 1. de offic. cap. 50. Auguſtini in Pſal. 33. 39. & 109. & lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 6. Chryſoſtomi homil. 72. in Matth. & homil. 40. in 1. ad Corinth. & Theodoreti Dialogo 1. & 2. Vnde quoque factum eſt, quod de aliquibus fidei myſterijs, pręſertim de Sacramẽto Euchariſtiæ ſtudioſius à Patribus celato, pauca apud eos ſcripta reperiuntur, necnon periphraſi aliqua interdum obuoluta vbi ſit de illis mentio.

Tertiò aliæ ſunt Miſſæ de tempore, ita dictæ, quod ſicut annus ſolaris quatuor temporum ſucceſſione dilabitur, hiemis ſcilicet, veris, æſtatis; & autumni, ita annus Eccleſiaſticus ſuas habet temporum varietates, quibus officia propria Miſſarum aſſignata fuere, in quibus vitæ, paſſionis, & doctrinæ Chriſti myſteria, fideique noſtræ ſacramenta potiſſimum recoluntur. Aliæ Sanctorum, quæ ſcilicet in honorem ipſorum agi ſolent, præſertim cum illorum memoria annua ſolemnitate celebratur, de quibus agemus infra contra hæreticos. Aliæ votiuæ, quę pro aliqua ſpeciali cauſa, aut neceſſitate ſeu publica, ſeu priuata interdum celebrantur; Ad quas ſpectare videtur Miſſa, quam ſcribit Auguſtinus lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8. actam in domo priuata, vt liberaretur à ſpirituum vexatione; & quam Proſſper lib. de prædict. dimidij temporis cap. 6. refert celebratam in gratiarum actionem ob puellæ à diabolo obſeſſæ liberationem. Huiuſmodi Miſſas votiuas pro varijs neceſſitatibus, & pro diuerſis hominum ſtatibus Cornelius Schultingus Tom. 3. Biblioth. Eccleſiaſt. p. 1. centum, & quindecim ex diuerſarum Eccleſiarum Miſſalibus collegit. Alię ſunt Miſſæ Defunctorũ, quæ nimirum pro illis offeruntur, de quibus ſpecialem quoque concluſionem ponemus infra contra hæreticos.

Apud Græcos eſt Miſſa præſanctificatorum dicta, æquiuocè tamen talis, cum careat conſecratione corporis, & ſanguinis Chriſti Domini. Ritus enim eius eſt, vt die Dominica præter illius diei oblationem quinque alij panes conſecrentur pro totidem ſequentibus ferijs vſque ad Sabbatum, tùm ſingulis diebus ſub veſperam cõueniatur in Eccleſia, & in ipſo Veſpertinarum precum officio Sacramentum antea conſecratum proponatur, & ſumatur, præmiſſis pſalmis gradualibus, & recitatis quibuſdam canticis, lectionibus, & orationibus in Euchologio

contentis. Hunc morem, que
referunt ſaltem ad Synodum
nam circa annum 314. cuiu
mentio can. 52. Concilij Tru
huc ſeruat Orientalis Eccleſia
men Occidentalis nunquam
aut vſa eſt niſi feria ſexta maio
domadæ. Sunt qui confundun
præſanctificatis Miſſam, quæ
nautica vocatur, quia in mari,
nibus celebrari ſolebat, ſed d
tur, nam in Miſſa præſanctifica
priuatis quæ conſecrari nec ſolent, nec debent, celebrandum eſt. Græci licet huiuſmodi altaria non habeant, eorum tamen vice vtuntur Antimenſis, cuius nominis ratio hęc eſt, quod ea adhibeant loco menſæ, ſiue altaris. Extat horum conſecratio in Euchologio Græcorum, & ibi in notis Iacobus Goar, explicans quid ſint, ait eſſe quoſdam pannos altarium ritu & vice conſecratos, quibus à multis ſeculis vtitur Eccleſia Orientalis, cum Liturgiam celebrare contingit in altari non cõſecrato. Alia fuerunt altaria fixa, & immobilia, loco nimirum adhęrentia, vbi conſtruebantur, quorum diuerſæ adhuc fuere ſtructuræ, nam aliquando vni tantum columnæ menſa lapidea ſuperiacebat, aliquando duabus ex vtroque latere, aliquando quatuor; nonnulla tandem quadro ſuperpoſita ædificio tumuli formam referebant, tanquam Martyrum ſepulchra; quæ propriè altaria quaſi altæ aræ vocabantur.

Secunda claſſis continet ſacras veſtes, ſeu indumenta, quibus Sacerdotes, ac Pontifices ſacrum agentes vtũtur, nec non miniſtri eis inſeruientes. Etſi enim Chriſtus Dominus non alijs quam proprijs veſtibus indutus, hoc ſacramentum inſtituerit; veriſimilius eſt tamen, Apoſtolos, licet quibus præcisè incertum ſit, vſos fuiſſe in Miſſa celebrãda veſtibus à prophanis, & communibus diſtinctis, ob reuerentiam erga tantum myſterium, præſertim cum ante oculos haberent Sacerdotum Legalium exemplum, imo & Gentilium, quibus in ſacrificijs veſtis erat peculiaris. Vt contra nonnullos id negantes egregiè probat Cardinalis Bona lib. 1. rerum Liturgic. cap. 5. & 24. Locus in quo huiuſmodi veſtes, ſeu indumenta, cæteraque vaſa ſacra reconduntur, à Græcis *Diaconicon*, *Sceuophylacion*, *Paſtophorion*; à Latinis *Veſtiarium*, *Secretarium*, *Sacrarium*, & barbara voce *Sacriſtia* appellatur.

A Sacerdotalibus indumentis incipiendo, eo ordine quo indui
ſunt ſex, 1. *Amictus*, cui varia
tur nomina, nam quia prim
deinde humeris inijcitur, *hum*
ſuperhumerale vocatur, & pe
ad legalium ſacerdotum in
Ephod. In ordine Romano
gium, rectius *Anabolagium*,
boladium; Anabole enim Gr
eſt ac Latine amictus. 2. eſt
colore dicta, quia eſt linea
ſcendens vſque ad pedes, v
tinis *talaris*, à Græcis *poderi*
patur, illam etiam vocant *oi*
Latini *Camiſiam*. 3. eſt *cingu*
ne defluat Alba & greſſum
ſtringitur, in lege *Baltheus*,
Zona dicitur. 4. eſt *Manipul*
enim prius Mappulæ, ſiue ſ
tei brachio ſiniſtro alligati
qua ſudor, & ſordes abſterg
poſtea in locum eius Manipu
natum ſuffectus eſt, qui prop
materia, & texturæ eſt, ex
& planeta fieri ſolent. Cuiu
cuinus & Amalarius, qui
no vixerunt, & de hac materi
runt nullam mentionem faci
tantum ſcriptores poſt decim
lum, veriſimile eſt præfatam
nem mappulæ in manipulum
ctã fuiſſe. Manipulo noſtro
apud Græcos *Epimanicion*,
vtroque brachio geſtant. 5.
quo nomine cum tam apu
quam apud prophanos autho
dum ſignificetur veſtis obl
talaris totum corpus ambien
ſuta erat faſciola ſeu limbus
quoque veſtem ambiens, q
ſtola dicebatur, retento to
nomine in parte quadam illiu
conijciunt aliqui nomen ſt
ornamento ſacerdotali tribu
ſe, quod à præfata faſciola p
ſit. Per pallam linoſtimam,
ctus Syluester, & Zoſimus c
runt, vt diaconi lęuas tectas h
plures intelligũt ſtolam Diac
quæ eiuſdem cum ſacerdotal
ex

'n humero ſiniſtro ab ipſis de-
l differentiam ſacerdotalis à
e pectus pendentis. In Con-
q; Laodiceno tempore eiuſ-
eſtri celebrato vocatur *Ora-*
n cap. 22. & 23. ſubdiaconis,
ibus prohibetur ne orarijs

o duplici teſtimonio habetur
annos mille & trecentos vsũ
Eccleſia inualuiſſe. Cum au-
ine Orarij ſtolam, qua nunc
intelligi omnes Eccleſiaſtici
s teſtificentur; differunt ta-
ſſignanda huius nominis ety-
aliqui enim, quod antiquis
bus tam Etnicis, quàm Chri-
arium nihil aliud ſit, quam
, ſtrophium, linteolum, quo
ſtergitur, quod erat magis
uam latum, inſtar faſciæ, ex
orma oblonga volunt trãsla-
hoc vocabulum in Eccleſiã,
olæ tributum. Alij ab orando
eo quod ſacris Prędicatori-
ratoribus detur, vt aiunt Al-
Rabanus Maurus; quibus
eda in Collectan. de Septem
i verò hanc vocem non La-
uod tamen probabilius eſt,
m eſſe volunt, triplicē eius
iam afferunt. Primam à ver-
od Gręcis idē eſt ac obſeruo
dio, eo quod diaconi diligē-
ent in myſterijs quæ agenda
e orario ſignificent Diaco-
nt in Ambone: Secundam
æ Heſichio eſt pulchritudo,
as, quia Diaconum gratiæ
ornat, & diuino decore il-
ddit: Tertiam ab hora, ſiue
quia, vt ait Arcudius lib. 6.
iaconus accepta extremitate
s digitis inuitat populum ad
cantores ad ſpallendum,
e horas, & tempus, quo ali-
ciendum: quæ conſuetudo
e viget in Græcia. Quamuis
ium commune ſit Diaconis,
ris, à Græcis tamen Dia-

cono propriè tribuitur, ſtolam verò ſacerdotalem *Epitrachelion* vocant; quod latius eſt orario, nec vllis litterarum notis exaratum, ſicut orarium, ſeu ſtola Diaconorum, cui ter inſcriptum eſt nomen *Agios*, id eſt Sanctus.

Sextum denique, & vltimum Sacerdotis ſacra peracturi indumentum eſt Planeta, ſeu caſula quibuſdam penula; quamuis diuerſæ ſint ſacrorum Interpretum ſententiæ, an nomine Penulæ, quam Diuus Paulus 1. Timoth. 4. ſe Troade apud Carpum reliquiſſe ſcribit, veſtis ſacra intelligatur, an alia communis frigori, ac imbribus depellendis, an verò ſcriniolum, ſeu theca libris, & membranis referta; cum enim hoc nomen penulæ, ſicut & planetæ ac caſulæ ſit æquiuocum ad alia pręter veſtem ſacram ſignificanda apud veteres Scriptores, vbi eorum ſit mentio, neceſſariò de illa non debent intelligi, niſi adſint aliæ circumſtantiæ id exigentes. Quo autem præcisè tempore præfata vocabula à prophano, & promiſcuo vſu ad ſacrum tranſlata ſunt non liquet; ſed tantum eſſe antiquum, cum in teſtamento Sãcti Remigij apud Flodoardum fiat caſulę mentio, pro veſte ſacra; & in Concilio Toletano IV. cap. 27. *Presbytero, inquit, in ſua ordinatione Planeta datur, quæ idem eſt, ac caſula.* Planetę nomen eo deducitur, quia oris errantibus euagatur, & vt ait Gemma animæ lib. 1. cap. 207. limbus eius errabundus vtrimque in brachia ſubleuatur: Caſula autem teſte Iſidoro lib. 19. Orig. cap. 24. per diminutionem dicitur à caſa, quaſi minor caſa. Caſulæ enim olim rotundæ prorſus erant, totum ambientes hominem à collo vſque ad pedes, vnicam in medio aperturam habentes, per quam caput immittebatur: qua de cauſa neceſſarium erat, vt ſacerdos operari, ac liberè manibus vti poſſet, eas ſuper brachia reuoluere, & complicare. Sic induti Pontifices, ac Sacerdotes in priſcis Eccleſiarum parieti-

parietibus cernuntur; ſuntque adhuc hodie Græcorum caſulæ eiuſdem formæ. Latini verò ad vitandum incommodum, eas paulatim à lateribus ſcindere, & decurtare cæperunt, donec ad præſentem, qua vtimur, formam redactæ ſunt. Græcorum indumentum planetæ ſeu caſulæ noſtrę correſpondens vocatur Phænolium, ſiue Phælonium; Pontificale tamen à Presbyterali in hoc differt, quod iſtud ſimplex, illud multis crucibus inſignitum eſt, & ideo *Polyſtaurion* dicitur, ac ſi Latinè multicrucium diceremos.

Porro Serica, atque auro argentoque contexta hæc indumenta vt plurimum fuiſſe, præſertim poſt Conſtantinum, ex vitis Summorum Pontificum apud Anaſtaſium, qui eorum donaria recenſet, & ex alijs Scriptoribus ſatis colligitur: de quinque autem coloribus, quorum modo in eis vſus eſt pro feſtorum diuerſitate, albi, rubri, viridis, violacei, & nigri, nulla apud antiquos fit mentio; niſi quod Diuus Hieronymus lib. 1. aduerſus Pelagianos candidæ veſtis vſum commemorat; nec non candidi coloris in feſtis Paſchalibus Gregorius Turonenſis in vita Sancti Nicetij Epiſcopi Lugdunenſis; & nigri Theodorus lector lib. 1. Collect. referens Acatium Conſtantinopolitanum ſeipſum, & ſedem, & altare nigro amictu operuiſſe in ſignum mæſtitiæ ob impium edictum aduerſus Synodum Chalcedonenſem à Baſiliſco Imperatore anno 476. promulgatum. Fidelium verò tanta fuit erga veſtes ſacras, & pallas altaris reuerentia, vt mulieribus eas contingere vetitum ſit cap. 37. Concilij Antiſſiodonenſis; imo nec ingredi quidem in ſecretarium, in quo illæ conſeruabantur, niſi ſoli miniſtri ſacri poterant, ſicut pręcipit canon. 66. Concilij Agathenſis. Et ne quis auderet in proprios vſus eas transferre, aut alijs vendere vel donare; idque ſub pæna excommunicationis prohibuit Concilium Braccarenſe III. can. 2.

Cum præfata indumenta, c
tione Eccleſiaſtica, ſingulis
bus rem diuinam facturis ſin
ria; inſuper Epiſcopi, quando
ter celebrant, alia ipſis adije
pe ſandalia, & caligas, crucem
ralem, Græcis Encolpium, t
dalmaticam, chirothecas, an
tram, baculum, & ſi ſit Arc
pus Pallium, quod ſufficit a
diffusè de illis agentibus An
ſaio in Panoplia Epiſcopali,
mite lib. 3. de Miſſa Appara
dinali Bona lib. 1. rerum I
rum.

Quia ſacerdotibus rem diu
lemni ritu facientibus plures
Miniſtri, Presbyteri videlicet
ni, Subdiaconi, & Clerici, ſ
quoque indumenta ipſis aſſig
Presbyteris Cappa ſiue Pluui
conis Dalmatica, olim Col
proprium quoque eorum or
apud omnes nationes Orien
Occidentales eſt ſtola ſiue o
humero ſiniſtro. Subdiaconi
ſola alba induti ſuo miniſter
rentur, poſtea duæ illis veſtes
res tributæ ſunt Tunica, ſiue
tica, & ſudarium ſiue mapp
hodie ſucceſſit Manipulus. N
rici minorum ordinum cum
celebranti miniſtrant, ſupe
vtuntur, quæ cum prius talari
ſucceſſu temporis decurtata f
ligitur ex Concilio Baſileenſ
vbi decernens quomodo diui
ficium in Eccleſia celebran
pręcipit Clericis habere tuni
das, & ſuperpellicea vltra m
bias longa. Nunc adeo de
ſunt, vt vix ad genua peruenia

Tertia claſſis complectitur
pertinent ad altarium pro Mi
bratione ornamentum; qu
lintea, quę velamina, pallę, o
ta, mappa, & mantilia dicun
amicula anteriora, quæ pallia,
talia à recentioribus, ab anti
ſtes nuncupantur; ac demum

rgentea, flores, thecæ pretio-
Reliquijs Sanctorum, & alia
odi, quæ licet neceſſaria non
olent tamen ad ornatum altaris
ri; credendumq; eſt, tãtam à ma-
noſtris, quorũ veſtigia ſequi-
ligentiam in ornãdis altaribus,
Eccleſiæ parietibus, pretioſis
matibus, quæ ab antiquis vela
r, ea potiſſimum ratione fuiſſe,
ipſis perageretur ſacrificium
s, & ſanguinis Ieſu Chriſti,
umque corpora, & reliquiæ in
condita eſſent.
uartam claſſem ſpectant ſacra
iaque ſacrificio Miſſæ propius
ntia; vt eſt 1. *calix*, cuius à
initium, qualis autem fuerit
primum vſus eſt deſcribit Ba.
nn. 34. num. 63. ex Beda lib.
ſanctis cap. 2. aſſerente, eum
m fuiſſe cum duabus hinc *in-*
is ſextarij Gallici menſuram
m. Primis Eccleſiæ ſeculis
onſeruandæ Euchariſtię, ſed
nficiendæ, calicis lignei, vitrei,
cornei, ſtannei vſum fuiſſe in-
habetur ex pluribus vete-
imonijs, quod tamen non
n Eccleſię legem referendum
otius in temporum calamita-
aliam ſimilem cauſam, cum
huiuſmodi calices pluries
nquam ſtatuti, aut approba-
gentei ſolum, & aurei repe-
uibus gemmæ aliaque addi-
rnamenta. Quantum ad for-
figuram, quidam fuere cum
dam non; quidam maiores,
s; quidam etiam miniſteria-
quorum ſæpe fit mentio in
ificum, quod, vbi fiebat à
munio ſub vtraque ſpecie,
n inſeruirent, vt illis ſanguis
porrigeretur. 2. *patena* cali-
, quia eius operculum eſt,
patendo, vt pote conſtans
& patentibus labris; Græci
ant. Sed diſcus magis cauus,
r eſt, ne panis, & micæ ex-
cidant: An Chriſtus conſecratum pa-
nem in diſco ſeu patena poſuerit non
exprimunt Euangeliſtæ: eius tamen
vſum æui Apoſtolici eſſe, habetur ex
Liturgia Diui Iacobi. Vtriuſque ve-
rò, hoc eſt, tam calicis, quàm patenæ
extat in ordine Romano conſecratio,
vnctione Chriſmatis, certiſque preci-
bus adhibitis. Ideo vetitus vtriuſque
tactus prophanis hominibus. His quo-
que ſeruandis deputatus olim cuſtos,
quem Gręci Sceuophylacem, & Ca-
meliarchen vocant; licitumque non
erat extra ſecretarium illa aſportare,
aut in domibus priuatis cuſtodire.
3. *fiſtula* ſeu cannulla aurea vel argen-
tea, alijs pippa aurea, item calamus, &
pugillaris per analogiam ad calamum,
quo ſcribimus, qua ſanguis Chriſti
olim è calice hauriri ſolebat: Et etiam-
num vtitur Summus Pontifex, cum
ſolemniter celebrat, illa hauriens quã-
tum vult de ſanguine, reliquum mi-
niſtris relinquens, qui eadem fiſtula
ipſum abſumunt. Idem vſus adhuc
permanet in celebri Monaſterio San-
cti Dionyſij in Gallia; ibi enim mini-
ſtri more antiquo ſub vtraque ſpecie
communicantes ſanguinem è calice
fiſtula hauriunt; non tamen conſecra-
tur vt calix, & patena. Apud Græcos
fiſtulæ vſus non reperitur, quia co-
chleari communionem corporis ſimul
& ſanguinis miniſtrant.

4. Sunt vrcei ſiue vrceoli vitrei, vel
argentei & aurei, hodie ampullæ di-
cti, quibus vinum & aqua calici infũ-
duntur; cum olim fideles vinum in
ſcyphis, ſeu amulis offerrent, ex quo
Diaconus tantum calici infundebat,
quantum ſacrificanti, & communi-
cantibus ſufficiebat. Vrceolis ſiue
amulis, & ſcyphis iungebant antiqui
colatorium, vel colum, & colam fæ-
minino genere, quod erat vaſculum
concauum ſubtiliſſimis foraminibus
in imo fundo perforatum, per quod
vinum, & aqua ex amulis ſiue vrceo-
lis in calicem refundebantur, ne quid
impuri in ipſum efflueret. In Ordinę
Romano

Romano pro lauandis manibus, quoties in ipſa actione opus eſt, fit mentio vaſis Aquamanilis, vel Aquimanilis; & etiam Aquimanus dicti.

5. Sunt candelabra, aliaque vaſa ad vſum luminum in Eccleſia antiquiſſima, eaque pretioſiſſima.

6. Crux inter candelabra in altari collocari ſolita; qui ritus antiquiſſimus eſt, eoque fine inſtitutus vt ab aſpectu Crucis Sacerdoti celebranti, populoque præſenti paſſio Chriſti in memoriam reuocaretur. 7. Tandem Thuribulum, ſiue Thymiamaterium, quod etiam ſuffitorium dicitur, in quo thura & varij odores incenduntur in ſolemni oblatione: quæ ceremonia eſt antiquiſſima, nullaque fere alia, cuius ſæpius mentio fiat in antiquis, & recentioribus omnium gentium Liturgijs.

Sub quinta claſſi comprehenditur 1. Palla linea, ſiue Sindon, in qua corpus Chriſti conſecratur, cui propterea *Corporalis* nomē ab Eccleſiaſticis Scriptoribus inditum fuit. Olim multo longior, & latior fuit, quam hodie; nam totum altare tegebat, eaque etiā vtebantur ad tegendum calicem, & ideo palla vocabatur, nunc cùm corporalia ſtrictiora fiant, Eccleſia Romana ad tegendum calicem paruam adhibet pallam: ſuam habent in ordine Romano ſpecialem benedictionem, & ex decreto S. Syluestri Papæ linea tantùm eſſe debent. Græci quoque velo lineo quadrato vtuntur inſtar noſtri corporalis, *Iliton* vocant. 2. Velum, quò calix operitur, cuius vſus antiquiſſimus eſt. Græci tribus velis ſacra tegunt; vno diſcum, vbi Chriſti corpus, altero calix, vbi ſanguis, tertio eoque maiori vtrumque ſimul. Hoc verò *Aerem* vocant, quia per modum aeris circa terram expanſi ſacra dona ambit. Cum autem veli nomine nonnunquam aulæa, ſeu periſtromata intelligantur, quibus Eccleſiæ parietes ornantur; itemque ſiparium, ſiue cortina, quæ ante portas ſanctuarij à Græ-

cis appendi ſolet; dijudican[...] ex contextu, vbi de illis fit ſer[...] quonam agatur. 3. Sudariolu[...] purificatorium, quo nunc vt[...] tergendum calicem, cuius et[...] apud antiquos Scriptores, nec [...] ne Romano fiat mentio, a[...] tergendi calicem peracta com[...] ne, aliquem tamen fuiſſe pr[...] nendum eſt. Græci ſpungia [...] qua & calicem, & diſcum det[...] quia ſacrificij cruenti à Ch[...] Cruce oblati pars fuit, & inſ[...] tum.

In ſexta claſſe reponend[...] inter ſacrificium Miſſæ celeb[...] crebræ fiunt tum inclination[...] genuflexiones, tum crucis [...] nedixiones: ac demum in ſe[...] quod 1. aliquibus diebus Mi[...] celebrarentur, vndè dies Ali[...] alijs celebraretur, vndè Litur[...] alijs ab vno Sacerdote plur[...] celebrarentur, vnde dies Polyl[...] Sicut etiam ſolemne fuit in [...] Eccleſia Græca & Latina, vt v[...] idem ſacrificium à pluribus i[...] ſacerdotibus celebraretur: E[...] enim ſiue Presbytero celebra[...] qui quotquot aderant Epiſc[...] Presbyteri ſimul celebrabant [...] que ſacrificij participes erant[...] tem mos hactenus ſeruatur à [...] apud nos verò in ſolis ordina[...] Presbyterorum, & Epiſcopo[...] manſit. 2. quod certis diei ho[...] ſæ celebrarentur, vnde aliæ m[...] aliæ veſpertinæ, & aliæ noct[...] ctæ fuere; de quibus omnibu[...] lendus eſt ſæpius citatus Em[...] mus Cardinalis Bona lib. de r[...] turgicis; In præfatis autem c[...] ritibus, ac ceremoniis nihil fa[...] ſuperſtitioſi haberi ſatis patet [...] ſtici s quas habent ſignificatio[...] explicant tam veteres, quam [...] tiores eorum Scriptores; ſi[...] quando in celebratione Miſſa[...] qui irrepſerunt abuſus, aut ſup[...] ſi ritus, hos non defendimus, [...]

demna[...]

ius cum Tridentino ſeſſ. 22.
de obſeruandis, & vitandis in
ione Miſſæ.
na quarta concluſio. Sacrifi-
iſſæ propitiatorium eſt, ac im-
ium. Iſta concluſio eſt de fi-
ita in Concilio Tridentino ſeſ.
2. & can. 3. *Si quis dixerit,*
crificium tantum eſſe laudis, &
n actionis, aut nudam comme-
em ſacrificij in cruce peracti,
n propitiatorium, vel ſoli pro-
enti, neque pro viuis, & defun-
peccatis, pœnis, ſatisfactionibus,
eceſſitatibus offerri deberet: ana-
.

ius intelligentia recolendum
l iam in principio huius capi-
tauimus, ſcilicet in veteri le-
uplex diſtinctum fuiſſe ſacri-
quadruplici fine; Primum
uſtum, quod peculiariter re-
tum Dei, & in quo ſacrificans
ur ſingulariter ſummam eius
n, eo quod victima conſuma-
a in illo; vnde hoc ſacrificium
atreuticum, ſeu *honorarium*.
n eſt pro peccato, cuius finis
ltum, eſt placatio Dei offen-
iſſio peccatorum, ideoque
ropitiatorium. Tertium eſt
fica, cuius finis præter cultũ,
rum actio pro beneficijs ac-
vocatur *Euchariſticum*. Quar-
us eſt altera ſpecies hoſtiæ
cuius finis erat noua impe-
eficia, proptereaque *impetra-*
pellatur; Sectarijs ergo libẽ-
dentibus Euchariſtiæ perfe-
acrificij latreutici, & Eucha-
l negantibus illud eſſe ſacri-
opitiatorium, & impetrato-
Catholici contra ipſos aſſe-
per habere vtramque iſtam
em.

primæ deſumitur ex verbis
omini, *hoc facite*, & *Hoc eſt*
m, quod pro vobis datur, ſeu
lus 1. Corinth. 11. habet ſe-
ditionem Græcam, *quod pro*
vobis frangitur: Item apud S. Lucam
cap. 22. vbi de ſanguine vt contento
in calice, Chriſtus ait in præſenti tem-
pore iuxta lectionem Græcam, *qui pro*
vobis funditur, & apud S. Matt. cap. 26.
in futuro, *qui pro multis effundetur in*
remiſſionem peccatorum. Vnde ſic for-
matur argumentum: Ibi propriè eſt ſa-
crificium propitiatorium, vbi vera vi-
ctima offertur Deo, ſanguiſque eius
dicitur effundi in remiſſionem pecca-
torum, ſi quidem nos nihil aliud in-
telligimus per ſacrificium propitiato-
rium, ſeu expiatorium, nec etiam ſe-
ctarij, dum hanc ſacrificij perfectio-
nem denegant Euchariſtię; ſed in Sa-
croſãcto Miſſę Sacrificio corpus Chri-
ſti Domini, & eius ſanguis verè & pro-
priè offeruntur Deo tanquam victima,
quantumque ſufficit ad rationem ſa-
crificij proprijſſime dicti, vt ſatis oſtẽ-
dimus ſupra, dicitque Chriſtus ex-
preſsè talem oblationem ſanguiniſque
effuſionem fieri in remiſſionem pecca-
torum; ſacrificium ergo Miſſæ eſt verè
& propriè propitiatorium.

Id ipſum habetur ex Patribus, pri-
mò ſacrificium nouæ legis, ſeu Miſſæ
ita vnicum eſſe dicentibus, vt tamen
aſſerant illud vnum continere in ſeip-
ſo omnes differentias ſacrificiorum
veteris legis, ideoque ea nunc eſſe ab-
rogata; ita Diuus Auguſtinus in Pſal.
29. item in libro 1. contra aduerſa-
rium legis cap. 18. & 19. Diuus Chry-
ſoſtomus in Pſalm. 25. S. Leo Papa
ſerm. 3. de paſſione; quod etiam Cal-
uinus admittit lib. 4. inſtitut. cap. 18.
§. 1. ſed in veteri lege erant ſacrificia
etiam propitiatoria pro remittendis
peccatis, vt patet ex Leuitico cap. 4.
& alibi paſſim; noſtrum igitur Miſſæ
ſacrificium verè etiam eſt propitiato-
rium, cum omnes ſacrificiorum vete-
ris legis differentias, ex quibus vna
erat ſacrificium propitiatorium, conti-
neat.

Quod reſpondere ſolent aduerſarij,
præfatos Patres, aut alios ita locutos
fuiſſe de Euchariſtia, ſeu, vt ipſi lo-
quuntur,

quuntur, de cæna quatenus eſt memoria ſacrificij in cruce peracti; falſum eſt. Ita enim ab eis celebratio Euchariſtię, ſacrificium Miſſæ à nobis nuncupata, dicitur memoria, & commemoratio ſacrificij in cruce peracti, vt tamen non ſit nuda, ſed viua memoria, hoc eſt, quæ ſimul ſit ſacrificium propriȷſſimè dictum, & idem numero quoad ſubſtantiam cum ſacrificio crucis, vt vidimus ſupra, ſacrificio igitur Miſſæ tribuunt etiam eſſe verè propitiatorium, & non ſoli ſacrificio crucis, vt quo ad modum cruenti diſtinguitur à ſacrificio Miſſæ incruento.

Non minus à veritate alienum eſt, quod aiunt vetera ſacrificia non fuiſſe propitiatoria, ſique fuerunt talia, nomine peccatorum per illa remiſſorum, non propriè intelligi culpas, & offenſas, quas Iudæi committebant contra Deum, quaſi reciperent gratiam ſanctificantem, illas delentem, ſed tantũ aliqua peccata, ſeu potius immunditias legales; ſi quidem hoc eſt contra manifeſtũ, & expreſſum Scripturæ textum loquentem de remiſſione vtriuſque; cum hac tamen differentia, quod ſacrificia, & ſacramenta veteris legis non remitterent culpas contra Deum commiſſas cõferendo gratiam ex opere operato, & ipſa ſui applicatione, ſed tantùm ex opere operantis, ſeu ex deuotione interiori, & vera contritione ſuſcipientis ſacramentum, & offerentis ſacrificium; at legales immunditias remittebant ex opere operato; quæ etiam cum ita remitterentur, vt adumbrarent remiſſionem culparum interiorum, tam per ſacramenta, quàm per ſacrificium à Chriſto Domino in noua lege inſtituenda, vt docent Patres ſtatim citandi, tribuentes illis remiſſionem peccatorum; inde manifeſtè ſequitur, nec non ex eo quod noſtrum ſacrificium contineat omnes ſacrificiorum veteris legis differentias, quod ſicut in ea erant ſacrificia propitiatoria pro remittentis legalibus peccatis, ita in noua illis carente noſtrum ſacri-

ficium debet eſſe propitiator
parum interiorum propriè di

Patres autem magis exp
buentes ſacrificio nouę legi
remiſſionem ſunt, Diuus C
lib. de cæna Domini paulo p
cipium; *Ex quo*, inquit, *à D*
ctum eſt, Hoc facite in meam c
rationem, hæc eſt caro mea, &
ſanguis meus; quotieſcunque h
& hac fide actum eſt, panis iſte
ſtantialis, & calix ſolemni be
ſacratus, ad totius hominis vit
temque proficit, ſimul medican
holocauſtum ad ſanandas inf
& purgandas iniquitates exiſt
Ambroſius lib. 5. de Sacram
vlt. Diuus Auguſtinus lib. 2
uitate Dei cap. 25. explicar
Malachiæ cap. 3. de remiſſio
torum in noua lege per Miſ
cium accipienda. Primaſiu
10. epiſtolæ ad Hebræos: a
videri poſſunt apud Lindanu
Panoplia Euangelica, & apuc
lib. de ſacrificio Euchariſtiæ

Quod obijciunt aduerſarij
ſtolo Hebr. 9. *Sine ſanguinis*
non fieri remiſſionem, atque ac
ſacrificium Miſſę ſine illa fiat
enim à nobis incruentum,
propitiatorium: ſoluitur facil
quia loquitur Apoſtolus de
ne, quę fiebat in lege Moſaica
contra veritatem Catholican
deduci poteſt efficax argum
deinde cum addat particula
ptiuam, & reſtringentem *ferè*
gnificat, aliquas etiam emun
factas, abſque vlla ſanguinis e
vt patet Leuitici 6. & 22. Nu
& 31. atq; adeo vniuerſaliter
eſt, *ſine ſanguinis effuſione no*
miſſionem, vt contendunt ad
intelligendo, per cruentam ſ
effuſionem, illam qua ſanguis
de facto extra venas animalis
fit in communi iugulatione bo
reliquorum animalium. Secu
ſpondetur, quod etſi noſtrum

n ſit cruentum hoc modo; ſiue uor, vnde cruenti denomina-riè eſt ſanguis è vulnere effu-men rectè dici poteſt, remiſ-actam per Miſſæ ſacrificium non fieri ſine tali effuſione Chriſti Domini, quatenus applicatiua remiſſionis pro- Chriſto Domino in cruce entam ſui ſanguinis effuſio-

autem peccata alia ſint mor-venialia, & præter reatum beant inſuper reatum pænæ, m Miſſę remittit peccata, tam quàm venialia, & etiam ali-næ temporalis illis debitæ tim explicando: Videturque hoc ita eſſe de fide certum, eſt hoc ſacrificium eſſe pro-m; Concilio Tridentino ſeſſ. . citato, dicente anathema ous illud *non debere offerri pro enis, & ſatisfactionibus*. Hac preſſa ſingularum partium propoſitionis enumeratione, icare videtur illam eſſe de fi-non etiam modo loquendi, rificium Miſſæ habeat hos fectus ex opere operato; hoc uatenus ſacerdos ſolummo-è illud offert in perſona Ec-l quatenus habetur tantum citatis eius, & meriti; nec enùs tantùm habetur ratio rei oblatæ; ſed pro vt of-cerdote in perſona Chriſti ita vt ſacrificium Miſſæ di-at effectus, quia Chriſtus de facto annexit ei ſua me-qua certa proportione ad il-dos, independenter à digni. uotione ſacerdotis offeren-ona Chriſti Domini; modo ex ex parte eius pro quo in n offertur; quod eſt idem cauſare, vel conferre effe-pere operato.

alij Theologi, ex quibus S. Thoma 3. par. quæſt. 83. diſp. 32. loquendo de ſacrificio Miſſæ in quantum propitiatorio, conce-dunt quidem habere valorem ex ope-re operato, ſeu intuitu meritorum Chriſti, vt ſatis conſtat ex perpetua traditione Eccleſiæ, intelligentis ſa-crificium hoc nulla ſacerdotis indi-gnitate coinquinari, ſed ſemper ſorti-ri ſuum effectum; alias ſemper fideles eſſent incerti, & anxij de fructu ſacri-ficij; non tamen quantum ad infuſio-nem gratię, & remiſſionem peccati, ſaltem mortalis, ſed tantum quantum ad remiſſionem pęnę temporalis illi debitę; & ita Concilium explicant, ſuamque fundant ſententiam in au-thoritate Diui Thomæ 3. p. q. 79. art. 5. vbi diſtinguens de Euchariſtia, vt eſt ſacramentum, & vt eſt ſacrificium ait: quod vt eſt ſacramẽtum, habet di-rectè illum effectũ ad quem eſt inſti-tutum, ſcilicet nutrire nos in charitate, & vnione ad Chriſtum, quod vtique pertinet ad gratiam; in quantùm verò eſt ſacrificium, habere vim ſatisfacti-uam, & ſufficere ad ſatisfaciendum pro omni pæna; Deinde cum hoc ſa-crificium æque offeratur pro viuis, & defunctis; in defunctis autem ſolum tollat pænam, non culpam; hæc enim ſupponitur remiſſa; videtur dicendum illud ex ipſa natura ſua directè, & per ſe tantum habere ex opere operato vim ſatisfactiuam, quæ reſpicit abla-tionem pænæ, & non culpæ; atque adeo non prodeſſe etiam ex opere operato, niſi exiſtentibus in gratia, quia non poteſt remitti pæna, niſi prius ſit remiſſa culpa.

Attamen quia Concilium ſacrificio Miſſæ plus tribuere videtur loco cita-to, placet mihi eorum ſententia, quæ præcedentium poteſt eſſe conciliati-ua; dicentium, duobus modis poſſe intelligi, remiſſionem peccatorum, & pænarum, quam Concilium ait fieri per ſacrificium Miſſæ, Primò *imme-diatè* per ſimplicem eius applicatio-nem, quatenus ſimul atque applicatur alicui, ſtatim & nullo alio interue-

niente habet iſtos effectus. Secundò, *mediatè*, quatenus cauſat aliquid in illo, ad cuius poſitionem effectus iſti, ſeu remiſſio peccatorum, & pęnarum conſequenter ponitur; qua diſtinctione ſuppoſita docent, ſacrificium Miſſę in iuſtis hominibus immediatè remittere ex opere operato pœnas temporales, & ſatisfactiones debitas pro peccatis remiſſis; idque probant rationes pro ſecunda ſententia adductę, quodque maximè proprium ſit ſacrificij propitiatorij, quale eſt ſacrificium Miſſæ, remittere pænas peccatis quoad culpam remiſſis debitas, vt ſatis patet in ſacrificijs legis Moſaicæ; non tamen peccata, ſiue mortalia, ſiue venialia, ſed mediatè ſolum, hoc videlicet ſenſu, quod nobis impetret ſufficientem diſpoſitionem, ſeu auxilium gratiæ præuenientis ad obtinendam illorum remiſſionem, vt explicat Concilium ſeſſ. 22. citata cap. 2. probaturque ex eo quod alius debet eſſe modus remittendi peccata per ſacrificium Miſſæ à modo illo, quo ſacramenta inſtituta ad primò per ſe remittendũ illa, ea remittũt; alias enim talis multitudo mediorum ad eumdem finem eſſet à Chriſto Domino fruſtra inſtituta, maximeque Sacramentum Pænitentiæ, cum longè facilius ſola oblatione noſtri ſacrificij poſſent remitti ſine confeſſione ſacramentali, & abſque contritione: Igitur cum Sacramentum Pænitentiæ remittat immediatè ex opere operato omnes culpas mortales, & veniales; vbi dicitur ſacrificium Miſſę illas quoque remittere, id non eſt intelligendum de immediata remiſſione, ſed mediatà tantum ex opere operato: præſertim cum media illa, quæ ex Chriſti inſtitutione remittunt immediatè peccata, faciant hominem ex attrito contritum, ſolaque attritio ſit diſpoſitio ſufficiens, qua iuncta iſtis ſacramentis, ſuſcipiens recipiat remiſſionem ſuorum peccatorum, vt patet in Sacramento Pænitentiæ; quod non competit ſacrificio Miſſę reſpectu operantis.

Illud autem habere media…
re operato, quod omnia rem…
cata; patet, quia, vt diximu…
ſacrificium Miſſæ eſt propiti…
idemque met crucis ſacrifici…
bis applicatum; ea igitur pro…
qua ſacrificia veteris legis p…
ria tollebant ex opere opera…
ditias carnales, vel legales, c…
eſt noſtrum ſacrificium remi…
ex opere operato culpas mor…
veniales, vt habetur ex Apo…
br. 9. vbi loquens de ſacrific…
vt nobis applicato ait: *Si …
guis hircorum, & taurorum, c…
tulæ aſperſus, inquinatos ſan…
emundationem carnis, quan…
ſanguis Chriſti, qui per Spiri…
ctum ſemetipſum obtulit imm…
Deo emundabit conſcientiam…
bus mortuis ad ſeruiendum De…*
Sed talis emundatio non fit …
tè per ſacrificium Miſſæ, vt …
ſupereſt igitur, quod fiat m…
opere operato, quatenus ſc…
oblationem illius conferun…
dona gratię excitantis, & do…
peccatis, quibus peruenimus…
ſionem peccatorum; quod ſi…
Concilium dum citato capi…
*quod eius oblatione placatus…
gratiam, & donum pænitentiæ…
crimina, & peccata etiam in…
mittit.*

Si obijciat aliquis, ſi ſa…
Miſſæ dicatur conferre hunc…
ex opere operato, inde ſequ…
ſtatim atque applicaretur alic…
ti peccatum mortale, vel ve…
mitterentur ei mediatè, cuiu…
oppoſitum experientia doce…
adeo falſum eſſe, quod ſacrif…
ſæ producat immediatè ex op…
rato præfata gratię auxilia, co…
terque remittat mediatè pe…
opere operato. Reſpondetur…
qui conferuntur ex opere ope…
ue mediatè, ſiue immediatè…
dia à Chriſto Domino inſtitut…
duplici differentia; alij enim…

aliquem actum eius cui confe-
s alij qui illum non important;
ri claſſe continentur ſpecialia,
alia auxilia ſingulorum ſacra-
um nouæ legis: in poſteriori
bitualis gratia, & cæteræ vir-
quæ ſimul cum illa conferun-
ſacramenta: Inter quæ iſta
nctio, quod ſpectantia ad po-
m claſſem ſtatim conferuntur,
mentum applicatur ſubiecto
enti obicem, quia nihil aliud
t ex parte ſubiecti; at quæ
oris claſſis non conferuntur
c ſacramentum, vel cauſa il-
pplicatur, ſed tantum oppor-
npore pro exigentia ſubiecti,
que eius cooperatione tan-
iqua conditione, qua ſemel
e, effectus non ponitur effica-
on quidem ex defectu virtutis
, vel cauſæ ad cauſandum il-
ex defectu conditionis ad il-
ſſariæ ex parte ſubiecti. Igi-
donum gratiæ excitantis, &
nis quod dicimus obtineri ex
erato per ſacrificium Miſſæ,
d conſequenter peccata re-
huius quoque primi generis,
Deus nullum habentem vſũ
uſtificat, ſine aliquo conſen-
ę voluntatis, & aliqua vete-
iſplicentia, non propterea
, ex eo quod conuerſio ho-
tatu peccati ad ſtatum gra-
mper fiat ad ſacrificij Miſſæ
m, tolli ab eo modum agen-
re operato reſpectu dicti ef-
uidem ad hunc agendi mo-
ue dicatur infallibiliter ope-
cit quod Deus intuitu illius
mpore, pro vt expedit ad
iam, iuxta ſuam prouiden-
t præfata gratiæ auxilia, ijs
s offertur; eaque quantum
auſent in ipſis remiſſionem
m, vbi non reperitur obex
vel obduratæ voluntatis.
etiam ſequitur, cur remiſſio
per ſacrificium Miſſæ im-
mediate ex opere operato & infalli-
biliter, non autem remiſſio peccato-
rum; quia nimirum remiſſio pænæ non
pertinet, ſicut remiſſio culpæ, ad inte-
riorem hominis ſanctitatem, ideoque
illa poteſt fieri immediatè in adultis
exiſtentibus in gratia, abſque aliquo
eorum actu, per applicationem meri-
torum Chriſti Domini in hunc finem
factam, cuiuſmodi eſt oblatio ſacrifi-
cij Miſſæ, ſecus autem remiſſio pec-
cati vt diximus.

Si quis autem inquirat, an illud to-
tam ſemper remittat pænam, reſpon-
detur ſemper ex inſtitutione Chriſti
Domini aliquid eius remittere, non ta-
men ſemper totam, ſed vel pro ipſa
taxatione Chriſti Domini, qui iſtum
effectum, quo ad ſuam latitudinem
determinauit, ſicut & gratiam per ſin-
gula ſacramenta conferendam; vel
etiam intra iſtam quantitatem à Chri-
ſto Domino determinatam pro diſpo-
ſitione eius pro quo Miſſæ ſacrificium
offertur. Prima pars conſtat ex ſenſu,
& praxi vniuerſalis Eccleſiæ, quæ ſę-
pius repetit Miſſæ ſacrificium pro vna,
& eadem anima defuncti in Purgato-
rio, vt ſupponitur, exiſtentis, quod
certè non faceret, ſi tota pæna remit-
teretur per vnicum Miſſæ ſacrificium,
cum animæ in Purgatorio exiſtentes,
quia ſunt in gratia, & extra ſtatum
peccandi, nullum ponant obicem ef-
fectui ſacrificij Miſſæ pro illis oblati.
Altera etiam patet ex eo quod ſacra-
menta nouæ legis, etſi cauſent gratiam
ex opere operato, eam tamen maio-
rem vel minorem producunt pro ma-
iori, vel minori diſpoſitione ſubiecti:
igitur cum in ſacrificio Miſſæ nulla
appareat ratio diuerſitatis quo ad pro-
ductionem ſui effectus, remittet quo-
que pænam temporalem pro diſpoſi-
tione eius, pro quo ſacrificium illud
Miſſæ offertur, vt docet S. Thomas
3.p.q.79. art.5. in corp. Quo in caſu
patet requiri ad talem effectum ali-
quem eius actum, qui ſi non ponatur,
nec etiam ponetur effectus remiſſionis

tantitatis pænæ, tali actui, vel diſpoſitioni maiori correſpondentis.

Quod ſacrificium Miſſæ nedum propitiatorium, ſed etiam impetratorium ſit, quæ eſt altera concluſionis noſtrę pars conſtat ijſdem rationibus, quibus prima; & quo ad gratias actuales præuenientes, quibus, tempore à diuina prouidentia deſtinato iuſti excitantur ad pios motus, & augmentum iuſtitiæ, peccatores autem ad pænitentiam, & conſequenter cauſat, vt ſtatim diximus, peccatorum etiam mortalium remiſſionem, quo ad culpam & pænam; dicendum eſt eodem quidem modo illarum eſſe impetratorium, ac diximus eſſe culpæ & pęnę propitiatorum nimirum ex opere operato: non tamen bonorum, vel beneficiorum temporalium, pro quibus certum eſt poſſe offerri ſacroſanctum Miſſę ſacrificium, vt clare teſtantur quę de Miſſis votiuis diximus ſupra, & in Patribus habentur. Licet enim ſit indecens ordinare tantum ſacrificium primo & per ſe ad res aliquas temporales, & caducas, vel tanquam ad ſuum finem vltimum; minimè tamen indecens eſt illud ordinare ad petenda beneficia tanquam cauſam ad ſuum effectum, idque ſecundario tantum; imo potius ad ſummam eius perfectionem ſpectat, qua continet omnes differentias ſacrificiorum tam legis naturę, quam Moſaicę, in quibus plura fuerunt oblata ſacrificia pro beneficijs temporalibus. Iacob enim Geneſ.38. obtulit ſacrificium pro itineris proſperitate; & Dauid. 2. Reg. cap. vlt. pro auertenda peſte. Quod autem eiuſmodi bonorum temporaliũ nec mediatè, nec immediatè ſit impetratorium ex opere operato Miſſę ſacrificium, inde patet quod iſta impetratio non fundatur in aliqua ſpeciali promiſſione ipſi annexa, ſed ſolum in ipſa natura ſacrificij, & generalibus promiſſionibus impetrandi per orationem quod à Deo petimus.

Decima quinta concluſio. Sacrifi-

ficium Miſſę, quatenus eſt ac
ſti Domini eſt valoris in ſe in
ad ſufficientiam, non tame
actualem influxum, & efficie
concluſio eſt certiſſima.
explicatione, & ſequentium
dum eſt quantitatem valoris
ſacrificij Miſſę duplicem eſſ
intenſiuam, quę attenditur
ſacrificij ſecundum ſe conſid
teram extenſiuam quæ men
ſubiectis, ad quę ſe extend
rum ex multitudine, vel pau
rum, quibus applicari poteſt
ſio procedit de prima quant
de valore intenſiuo; qui c
ſit triplex, primus enim ori
te rei oblatę, principaliſq
marij offerentis; Secundus
Eccleſię, quę voluit omnia
vel potius ſatisfactiones m
ſiue in gratia factas fidelium
teritorum, quam pręſentium
per Miſſam; Tertius deniq
uotione Sacerdotis offerenti
prima parte Concluſionis
ſacrificium Miſſę in ſe eſſe
finiti quo ad ſufficientiam, i
da eſt de valore primo modo
ſiue orto ex parte rei oblatę
que offerentis. Et hoc mod
cta probatur, quia ſacrificiu
ex parte rei oblatę, primarij
rentis ſacerdotum miniſterio
prorſus, vt iam probauimus
ſacrificio crucis, vtrobiq; en
ſtus Dominus eſt tam princ
ferens, quam res oblata, t
dos, quam hoſtia, ſola offe
tione diuerſa; ea igitur rati
ſacrificium cruentum crucis
niti valoris quo ad ſufficie
tenta hoſtiæ, & offerentis di
eadem quoque attenta in
Miſſę incruento, fatendum
eſſe eodem modo valoris inf
que non impeditur ex hoc qu
ficium Miſſę offerat viſibilite
cerdotes tanquam per ſuos
cum enim eorum actio ſe ha
m

applicantis actiua paſſiuis, uit, nec reſtringit virtutem entiam ſacrificij crucis; licet nito per ſacrificium Miſſæ no- icetur virtus eius; quæ eſt ſe- ars noſtrę concluſionis, qua is ſacrificium Miſſę etiam ex oblatæ, primarijque offeren. eſt Chriſtus, conſideratum, ij ſeu valoris duntaxat finiti, ctualem influxum & efficien- ę enim fiunt in nobis per il- ſint dona gratię, ſiue remiſ- temporalis, ſiue aliqua be- emporalia non ſunt intenſiue t ſatis patet.

à priori huius eſt Chriſti Do- untas, qui noluit ordinare ſa- crucis, nec ſacrificium Miſ- ferendum, & applicandum fructum intenſiuè infinitum, x hypotheſi talis fructus da- noſque eſſemus capaces il- quo non diſputamus in præ- t damnati ideo non ſunt de mpti, quoniam Chriſtus de n ordinauit ad hoc meritum nis, alias ex ſe pluſquam ſuf- icut nec noſtram redemptio- ummauit per ſuũ ſanguinem ciſione effuſum, aut per ali- pera ſua, ſed per mortem a ſcilicet præfatam ſui ſan- Circumciſione effuſionem, alia opera non ordinauit ad ctum..

autem nec Chriſtus Dominus it ſacrificium Miſſæ ad con- fructum infinitum, quate- plicatiuum ſacrificij crucis finiti, quo ad ſufficientiam, ita acceptauerit illud, col- oſteriori, ex eo quod iuſſit n Miſſæ, vt oſtendimus ſu- rari vſque ad conſummatio- li; fruſtra enim hoc fieret; cũ ſufficeret, ad impetrandum neficia pro quouis tempore; odum quia Chriſtus per ſa- crucis ſemel peractum, depo- ſuit pluſquam ſufficiens pretium redẽ- ptionis totius generis humani, non eſt amplius neceſſe illud ab eo repeti, vel aliud ſacrificium in eius locum ſucce- dere, vt ait Apoſtolus Hebr. 10. ſed tantum quod per ſacrificium Miſſæ idem ſubſtantialiter cum illo, ſolaque offerendi ratione diuerſum applicetur nobis eius virtus, vt explicuimus ſu- pra. Deinde perpetua Eccleſiæ pra- xis, qua ſæpius iteratur ſacrificium Miſſæ pro eadem re; clarum eſt argu- mentum illam iudicare, effectum eius quo ad influxum, ſeu applicationem virtutis ſacrificij crucis, eſſe quid in ſe finitum.

Multo magis, ſi conſideretur hoc ſacrificium, quo ad alios duos valores, ſiue vt offertur in perſona Eccleſiæ, nec non priuato ſacerdotis nomine, dicendum eſt illud eſſe pretij tantum finiti quo ad eumdem actualem influ- xum: idque adhuc non ex opere ope- rato, ſed ex opere operantis, cum ita præcisè conſideratum fundetur in ſanctitate, & deuotione agentis, quæ ſunt aliquid finitum; Imo ſi attendatur fructus Miſſę penes valorem, qui re- ſpondet actioni ſacerdotis, nomine priuato offerentis, fieri poteſt, vt hac ex parte, & quatenus hoc modo pro- deſt, ij pro quibus offertur nullum fru- ctum percipiant, quia ex hypotheſi ſacerdos offerens eſt in peccato mor- tali; & ſic iuxta hunc fructum, rectè dici poteſt Miſſam pij, & deuoti Sa- cerdotis eſſe meliorem, quam mali; ſecus autem ſi conſideretur vt offe- rens vel in perſona Chriſti Domini, vel in perſona Eccleſiæ; cum enim fructus Miſſæ correſpondens huic va- lori non pendeat à bonitate, vel ma- litia ſacerdotis, ſi quidem tunc agit in perſona Chriſti Domini, & vt miniſter totius Eccleſiæ; ex hac propterea par- te Miſſa mali ſacerdotis dicitur æqui- ualere Miſſæ ſacerdotis ſancti.

Decima ſexta concluſio. Valor ſa- crificii Miſſæ eſt etiam infinitus quo ad extenſionem; iſta quoque conclu-

ſio eſt æque certa ac præcedens, eodem ſenſu intellecta, nimirum de valore quo ad ſufficientiam, quatenus nullum dari poteſt ſubiectum in infinitum, ad quod virtus eius ex ſe non poſſit ſe extendere; licet de facto quo ad efficaciam, ſeu actualem influxum non ſe extendat ad omnia etiam finita, vnde ſecundùm hoc valor eius eſt quidem finitus extenſiuè, non tamen alio modo.

Vt autem intelligatur pro quibus de facto poſſit offerri ſacrificium Miſſę, Theologi ſolent diſtinguere ſeptem hominum genera, quatuor *viuentium*, ſcilicet *fideles iuſtos*, ad quos etiam reductiuè pertinent Catechumeni iam vniti Chriſto Domino, & Eccleſiæ per fidem licet non ſint baptizati; *fideles peccatores*, non tamen excommunicatos; *excommunicatos*, & *infideles*, ad quos pertinent Catechumeni, qui ſe quidem in fide inſtrui permittunt, nondum tamen credunt: tria item *defunctorum*, nimirum ſanctos in cælo regnantes; fideles in Purgatorio exiſtentes; & damnatos in inferno. Supponendum inſuper eſt ſacrificium Miſſæ poſſe duobus modis offerri pro aliquo ſcilicet directè, intendendo imprimis bonum vel fructum illius ei pro quo offertur: Secundò indirectè tantùm, nimirum intendendo bonum Eccleſię, v. g. augmentum illius, ex quo tamen aliorum bonum ſequitur, v.g. conuerſio infidelium.

His prænotatis 1. Theologi communiter docent, ſacrificium Miſſæ prodeſſe omnibus fidelibus, etiam peccatoribus non excommunicatis, licereq; pro eis illud offerre; ſi quidem omnis fidelis, etiam peccator non excommunicatus, eſt capax ſingulorum fructuũ huius ſacrificij; nimirum excitantis gratiæ, & contritionis ad obtinendam remiſſionem peccatorum; item remiſſionis pœnarum temporalium ſuis peccatis iam remiſſis debitorum, ac tandem bonorum temporalium: quæ omnia diximus ſupra, eſſe ſacrificij Miſ-

ſæ fructus, ac bona.

2. Sacrificium Miſſæ poſ
offerri indirectè pro excom
maiori excommunicatione;
licitum eſt illud offerri pro i
to Eccleſiæ, tollendoque ſch
quæ duo cum fiant per conu
excommunicatorum, non po
offerri indirectè pro illis ſa
Miſſæ: directè tamen licitum
ſtante prohibitione Eccleſiæ
nobis, extr. *de ſententia exc*
tionis, quam adhuc limitant
ad prædictos excommunica
ſunt nominatim tales, vel no
ricorum percuſſores; itemq
maces; quia pro excommu
veram pænitentiam iam con
dum tamen ab excommunica
ſolutis, ſacrificium Miſſæ c
ferri poſſe, docent Nauarru
orat. cap. 19. aliique plures,
abſoluantur ſe ſe tanquam e
nicatos gerere debeant; nec
quando à celebrante, non no
cleſiæ, aut eius perſonam ſu
ſed priuato nomine offertur
enim non prohibet ſacerdo
nomine priuato, pro nomin
communicato directè, ſeu m
eius in ſuo, vt dicitur, mem
eum tantum priuat precibus,
gijs publicis, quæ fiunt à
te tanquam ſuſtinente perſo
cleſiæ.

3. Ob eamdem rationem
licere etiam ſacerdoti nomin
directè offerre ſacrificium M
hæreticis, ad eorum conue
maximè, cum illi ordinariè no
communicati nominatim, ſe
à iure, & Canone, aut à iudic
generaliter.

4. Ex communi pariter ſe
ſacrificium Miſſæ poteſt offe
ſolum indirectè pro Paganis,
libus, quatenus licet illud off
incremento fidei, & Eccleſiæ,
per conuerſionem infidelium
etiam ex ſe, & natura ſua licitu

ctè pro eis offerre ; ita docen-
tribus ex praxi Eccleſiæ, & ex
oſtoli 1. Timoth. 2. vbi iubet,
obſecrationes, *& orationes pro*
, quos conſtat tunc temporis
fideles, Tertulliano lib. ad Sca-
ap. 2. Chryſoſtomo homil. 6.
Timoth. & Auguſtino epiſt. 58.
deinceps nullibi reperitur ab
prohibitum.
fortiori dicendum eſt, eam-
re oblationem pro Catechu-
on ſolum qui iam fidem am-
it, nondum tamen Baptiſmo
, ſed etiam qui fide adhuc nō
in ea inſtruuntur. Quia pri-
n explicuimus tom. 3. lib. 3.
p. 5. etſi re, aut numero defe-
ſmi non ſint membra Eccle-
to tamen & voto ſunt talia,
vbi habent fidem charitate
n; atque adeo non eſt cur pro
ficium Miſſę non poſſit offer-
on etiam pro ſecundis, qui cū
leles in hoc ſaltem ſuperent,
t adhuc non credant, ſinunt
inſtrui, & edoceri de reli-
riſtiana, poſſunt etiam præ
tiori ſacrificij Miſſę partici-
putantque nonnulli horum
in Canone, mentionem fieri
, quando hoc ſacrificium di-
ri *pro noſtra*, *omniumque ſa-*
non ſit neceſſe exprimere
n omnes quibus fructus ſa-
plicatur. Nec obſtat quod
ua Eccleſia nondum bapti-
derentur à templo, abſoluta,
nus ſupra, Catechumenorū
n enim excludebantur, vt
r fructu Miſſæ fidelium, ſed
lum erant capaces tanti my-

uendo de defunctis, ac pri-
nctis in Cælo regnantibus,
us ſupra pertinere ad fidem,
ficium Miſſæ poſſit offerri
norem illorum, atque adeo
ſſe, quadam inde accidenta-
dundante in eoſdem; quate-

nus imprimis offertur Deo in gratiarum actionem pro beneficiis in illos collatis. Secundò, ad petendam gratiam vt poſſimus eos imitari. Tertiò, vt Deus velit eos apud ſeipſum eſſe noſtros patronos, & interceſſores. Quartò vt eos tali etiam commemoratione veneremur, vt patet ex orationibus, quibus Eccleſia vtitur tam in officio, quam in Miſſa de Sanctis; & hoc modo ſacrificium eſt illis tantum impetratorium indirectè, in quantum ſcilicet à Deo petimus aliquid pro nobis, ex quo tamen gloria redundat in Sanctos; nam ſacrificium Miſſæ, vt eſt propitiatorium, vel ſatisfactorium, offeri non poteſt pro illis, cum careant culpis, & pænis. Atque hoc etiam modo poteſt offerri pro baptizatis morientibus ante vſum rationis in gratiarum actionem, ſicut poteſt ante illorum mortem offerri pro aliquo bono temporali illis obtinendo, vel pro ſimili malo ab eis auertendo.

7. Ad fidem quoque ſpectat, ſacrificium Miſſæ poſſe offerri pro defunctis, qui ſunt in Purgatorio, eiſque prodeſſe ad remiſſionem pœnæ; quæ in quibuſdam aliquando tota remittitur per hoc ſacrificium, & aliquando relaxatur tantum; de quo fuſius infra, agentes de Purgatorio.

8. Demum eadem fides docet, ſacrificium Miſſæ nullo prorſus modo poſſe offerri pro damnatis ſiue illi deceſſerint cum ſolo peccato originali, vt infantes, qui moriuntur ante ſuſceptionem Baptiſmi, ſiue etiam cum vno ſolo mortali peccato. Cui non obſtat, quod Sanctus Auguſtinus in Enchiridio cap. 110. ait ſacrificium Altaris prodeſſe defunctis, *vel ad hoc vt ſit plena remiſſio, aut certè tolerabilior fiat eorum damnatio*; nomine enim damnationis ibi intelligit pænam Purgatorii, quæ, vt ſtatim dicebatur, in quibuſdam aliquando tota remittitur per hoc ſacrificium, & aliquando relaxatur tantum. Hanc autem eſſe mentem Diui Auguſtini patet ex verbis antecedentibus,

dentibus, vbi adducta defunctorum diuiſione in tres præfatas claſſes, de damnato ait, eſt talis in malo, *ut nec his* (nimirum ſacrificio Miſſæ, & eleemoſyna Eccleſiæ, de quibus ibi agit) *valeat, cum ex hac vita tranſierit, adiuuari*.

Quia autem inter animas defunctorum in Purgatorio exiſtentium quædam poſſunt eſſe Catechumenorum, eorum videlicet, qui iam Deo per fidem, & charitatem vniti deceſſerunt, antequam realiter Baptiſmum ſuſcipere poſſent, diſputant inter ſe Doctores an ſacrificium Miſſæ poſsit pro illis offerri, fructuoſumque eſſe; aliqui enim negant; alij verò affirmant dicentes primò, attenta ſolum natura huius ſacrificij, & abſtrahendo à prohibitione Eccleſiæ, poſſe illud validè & licitè offerri directè pro illis, cum ſint capaces ſpecialis eiuſdem effectus ſacrificij Miſſę, ſcilicet remiſſionis pænæ temporalis adhuc ab illis debitæ, & pro qua detinentur in Purgatorio: Secundò non licere, habita ratione prohibitionis Eccleſiæ, cuius diſpoſitioni Chriſtus Dominus reliquit applicationem huius ſacrificij his vel iſtis, hoc vel iſto modo faciendam, prout illa iudicaret expedire pro locorum, temporum, & perſonarum ratione; ſicut ex dictis ſupra, modum diſpenſandæ Euchariſtiæ eiuſdem diſpoſitioni commiſit; Tertiò licere conſequenter, & indirectè, cum enim ſub nomine omnium fidelium defunctorũ in Purgatorio exiſtentium, pro quibus Eccleſia in ſolemni eorum commemoratione orat in Miſſa, nullo prorſus excluſo, vt patet ex collectis, contineantur Catechumeni cum viua fide defuncti, ſi adhuc in Purgatorio exiſtant, cenſetur Eccleſia pro illis conſequenter, & indirectè orare; atque adeo id licere, dicendum eſt, cum liceat facere quod vniuerſalis Eccleſia facit. Quibus non obſtat, ſi dicatur ſacrificiũ Miſſæ applicari non poſſe niſi baptizatis, ſicut illi ſoli Euchariſtiam ſu-

mere poſſunt: Reſpondetur
ſparem eſſe rationem Eucha
eſt ſacramentum, & vt eſt ſa
vnde licet ſolis realiter bapti
baptiſmali charactere inſign
mo modo adminiſtrari poſ
Baptiſmus eſt ianua omniu
mentorum; Attamen vt eſt ſa
poteſt etiam Catechumenis
indirectè applicari, cum ad
pęnæ, cui adhuc in Purga
obnoxij, nihil aliud requir
ex parte ipſorum, niſi quod
uina gratia, non autem quo
habeant characterem baptiſ

Verum autem ſacrificium
ſis applicatum profit ex ope
to, an ſolum ex opere opera
ſentiunt quoque Theologi.
ne vtendum puto, & dicendu
ſe tantum ex opere operanti
ratur priuato ſacerdotis no
opere autem operato, ſi ſe
eſt, illud offerri poſſe in perſ
ſti pro illis, iuxta dicta. Qu
uerſaliter verum eſt reſpect
pro quibus ſiue directè, ſiue
offertur vno, vel altero mod

Similiter quia valor, ind
ctus ſacrificii Miſſæ, ex tripl
ximus, oritur capite, primò
in perſona Chriſti Domini
in perſona Eccleſiæ; tertiò, p
luti nomine ſacerdotis, atte
deuotione; ſi inquirat aliq
cerdos celebrans poſſit pro
excludere aliquos à fructu M
ſpondetur primò cum licitè
quamquam excludere à fruc
niente ex duobus primis cap.
ſi enim nullum detur Chriſti
vel Eccleſiæ pręceptum de o
hoc, vel iſto in particulari,
men actu poſitiuo aliquem n
ſum ab Eccleſia excludere à
blicæ orationis, vel publici o
iuſmodi eſt Miſſæ ſacrificium
ſona Chriſti, & Eccleſiæ obla
que in vtriuſque meritis fun
priuata authoritate non licet

blica ſunt diſpenſanda perſo-
empublicam, cuius hæc ſunt
pectantibus, ex affectu illius
cæ erga ſua membra. Secun-
ondetur, ſacerdotem validè
m hoc ſacrificium non poſſe,
lit, quemquam baptizatum,
ſia non præciſum, aut etiam
ea non excluſum, excludere
itate fructus prouenientis, ex
obus capitibus, ſed dummo-
ſit obex in illo, participabit
neralitate, ex opere operato,
retur talis fructus, vt oritur
s Chriſti; ex opere verò ope-
tento ſolo meritorum Eccle-
e. At loquendo de fructu
nte præcisè à meritis ipſius
celebrantis; reſpondetur
uia hic fructus eſt ſub eius
atque adeo pendet ab eius
ne, ſicut & noſtri actus meri-
nc poſſe ſacerdotem validè
uerit excludere ab eius par-
e, non tamen licitè, quia id
ſe contra preceptum charita-
gendo proximo, & talis ex-
luſio de ſe importat quod-
m proximi.
dictum fuit, fructum ſacrifi-
ei correſpondentem, ſecun-
in perſona Chriſti offertur,
principalis offerens, impe-
oſſe à ſacerdote validè offe-
debet intelligi, quaſi Chri-
nus ſemper de nouo ſatisfa-
ud, vt eſt propitiatorium,
quibus vt ſic offertur, &
uid illis mereatur, vt eſt im-
n: Hæc enim duo valde di-
, exercere actum veræ ſatiſ-
vel etiam meriti, & applica-
ſatisfactionis iam olim pro
la depoſitum; ſimiliter ap-
um in ſtatu viæ exercitum,
m pro obtinendis aliquibus
ta bona nouo quodam actu
hominibus: Etſi ergo ſacri-
ſæ, vt eſt à Chriſto, tanquã
li offerente, hoc ſenſu ſit

, vt ait Tridentinum ſeſſ. 14.
xtò demum ſatis communi-
llatur myſterium reconcilia-
medicina, remedium, indul-
remiſſio, crucifixio hominis
s, cordis confractio, & com-
veteris hominis in puluerem
, aliiſque ſimilibus nomini-
s prænotatis pro explicatione
Catholicæ ſit,
Concluſio. Datur in Eccle-
ſti remedium aliquod, quo
oſt Baptiſmum commiſſa re-
r, ſiue qui peccant poſt Ba-
Deo reconciliantur. Iſta
eſt de fide, illamque ſecta-
gant, vnde fuſiori non indi-
atione, ſuperiori autem to-
10. cap. 22. oſtendimus contra
s, nullum dari peccatum tã
vel etiam tantam peccatorum
inem, quæ per pænitentiam,
tione Sacramenti, aut in ra-
rtutis ſumptam deleri non.
Deindè clarè patebit ex infra
, ſemel enim probato, pœni-
eſſe Sacramentum in noua
Chriſto Domino inſtitutum
ittendis peccatis poſt Baptiſ-

mum commiſſis, manebit quoque probatum contra Nouatianos, dari in Eccleſia externum quoddam remedium, quo peccantes poſt Baptiſmum poſſint Deo reconciliari. Vndè aduertendum eſt vbi interdum ab aliquibus probatur noſtra concluſio nonnullis Scripturæ, & Patrum teſtimonijs, quæ docent opus eſſe pœnitentia peccatoribus iam baptizatis: item peccata remitti pænitentibus baptizatis, eiuſmodi teſtimonia ſic præcisè conſiderata non eſſe efficacia ad refellendam hæreſim Nouatiorũ. Hæc enim duo valdè diſtinguntur, oportet Chriſtianos, qui poſt ſuſceptum baptiſmum peccatum mortale perpetrarunt, ſeriam de illo pænitentiam agere. Et datur in Eccleſia poteſtas remittendi peccata baptizatis; nec primum infert neceſſario ſecundum, ſi quidem in lege veteri pænitentia erat adultis peccatoribus neceſſaria, in cuius tamen legis Sacerdotibus nulla vigebat poteſtas ad remittendum Iudæis peccata. Igitur cum Nouatiani primum admitterent, ſecundum autẽ negarent, teſtimonia illa quæ docent eſſe opus pænitentia peccatoribus iã baptizatis, nihil vrgent contra ipſos, ſed illa duntaxat quibus Chriſtus Matth. cap. 18. promiſit Apoſtolis, & eorum in Sacerdotio ſucceſſoribus poteſtatem remittẽdi peccata baptizatis & illam eis de facto confert Ioan. 20. *Quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata, & in cælis*. Item, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt*.

Secunda Concluſio. Memoria baptiſmi iam ſuſcepti non eſt illud ſpeciale remedium, quod Chriſtus Dominus inſtituit pro remittendis peccatis baptizatorum. Iſta etiam concluſio eſt de fide contra Lutherum, & Caluinum locis ſuperiùs citatis. Definita habetur in Concilio Tridentino ſeſſ. 14. can. 1. & 12. dùm expreſsè ait, remedium iſtud eſſe illud, quod

nos Catholici vocamus Sacramentum pænitentię, & damnat ſub anathemate hanc hęreticorum aſſertionem, *Satiſfactio pænitentium non eſt alia quam fides, qua apprehendunt Chiſtum pro eis ſatisfeciſſe*. Quæ Eccleſiæ definitio licet Catholicis ſufficiat, quia tamen aduerſarij illam paruifaciunt; probatur primò veritas noſtræ concluſionis omnibus illis Scripturæ locis Matt. 16 & 18. Ioannis 20. quibus remiſſio peccatorum promittitur, & proponitur mediante poteſtate iudiciali, & clauibus, quibus peccata poſſunt retineri aut ſolui,; ſed hoc non poteſt exerceri ſola memoria baptiſmi, & fide remiſſionis, ſed iudicio, & manifeſtatione peccatorum facta Sacerdotibus; nec poteſt exerceri ſupra non baptizatos, ſed ſupra fideles; pænitentia ergo pro baptizatis, ſeu remedium in Eccleſia à Chriſto relictum, quo peccantes poſt baptiſmum poſſint Deo reconciliari, non eſt memoria baptiſmi ſuſcepti, cum fide remiſſionis peccatorum, ſed aliquid ab ea diſtinctum.

Deindè in poteſtate clauium, & in Spiritu Sancto Apoſtolis dato, deſignatur actus, ſcilicet ſoluendi, & retinendi peccata non ſua, ſed aliorum, dicitur enim Ioan. 20. *Quorum remiſeritis, remittuntur; quorum retinueritis, retenta ſunt*; vbi particula *quorum*, non propria, ſed aliorum peccata deſignat: licet ergo per baptiſmum, & alia Sacramenta detur gratia, & remiſſio peccatorum, tamen retentio nō poteſt cadere niſi ſuper peccata manifeſtata & dicta; alioquin indiſcretè procederet Sacerdos aut Miniſter, ſi ſine manifeſtatione culparum, illud retineret, & nollet impertiri remiſſionem, ſeu Sacramentum ipſum remiſſiuum impendere; memoria igitur baptiſmi cum fide remiſſionis, cum nihil importet de iudicio, & poteſtate clauium quæ poſſit ſoluere, & retinere; hoc enim fieri non poteſt niſi cum cognitione cauſæ, & iuriſdictione iu-

dicis legitimi, qui pro me
aut retineat, aut ſoluat; ne
in ſua cauſa poteſt eſſe iud
ipſum ſoluat aut retineat, v
condemnet; remedium e
Chriſto inſtitutum pro rec
peccatoribus baptizatis no
in ſola memoria baptiſmi cu
miſſionis vt dicunt aduerſari

Idque adhuc probatur c
ad hominem, ſeu argumento
principijs deſumpto; iuxta q
remedia à Chriſto Domin
ad ſalutem neceſſaria conti
preſsè in ſacris litteris, ſ
expreſsè non habetur quod
baptiſmi iam ſuſcepti ſit
neceſſarium fidelibus poſt b
mortaliter peccantibus pro
da ſalute: talis ergo memo
ſpeciale illud remedium, q
ſtus Dominus inſtituit pro
dis peccatis baptizatorum,
cetur concluſione ſequenti,
petit Sacramento pænitenti

Secundò probatur autho
trum, qui agentes de remed
ſto Domino inſtituto pro o
remiſſione peccatorum po
mum, vocant illud *baptiſm*
ſum, vt S. Cyprianus lib.
S. Auguſtinus epiſt. 23. & pat
bus, quos ijdem Patres requ
ſim in pęnitentia baptizat
memoria baptiſmi iam ſuſc
eſt aliquid laborioſum, v
enim facilè eſt ſibi in mem
ducere baptiſmum iam ſu
imo facilius, quam eum pri
pere, cuius tamen compara
pellant remedium à Chriſto
inſtitutum pro remiſſione pe
obtinenda baptizatis *baptiſm*
rioſum: remedium ergo illu
à Chriſto in Eccleſia relictu
eſt baptiſmi iam ſuſcepti me

Quod adhuc probatur di
tiſſimum authoritate Diui A
Prima habetur epiſt. 23. ſtati
Semel, inquit, *perceptam parum*

iam non amittit niſi propria im-
, ſi ætatis acceſſu malus euaſerit ,
nim etiam propria incipiet habere
, quæ non regeneratione (id eſt
ento baptiſmi) *auferantur, ſed*
atione ſanentur . vbi ſatis patet
las particulas *non regeneratione,*
curatione , ſumi aduerſatiuè,
oſitè , atque adeò ſignificare
ionem iſtorum remediorum .
authoritas habetur lib. 2. de
inis coniugijs cap. 16. vbi ait :
n à Catechumenis factum eſt(ſci-
ccatum illud homicidij , quo
orem adulteram interficit , nã
de adulterio, & homicidio
dulteræ *) baptiſmate abluitur* ,
aptizato, pænitentia, & reconci-
ſanatur. Quod autem lib. 1. de
concupiſc. cap. 33. dicit re-
em peccatorum poſt ſuſceptũ
um commiſſorum , & libera-
ab omnibus alijs ſequentibus
ſſe accepto referendam Sacra-
aptiſmi , nihil fauet aduerſa-
n enim loquitur de memoria
i , ſed de ipſo baptiſmo in re
, quatenus baptizato eſt ra-
redditur poſtmodum capax
ndi remedij à Chriſto inſtituti
ittendis peccatis poſt baptiſ-
tratis , cum ſit ianua ad reci-
lia Sacramenta . Quam eſſe
uguſtini mentem conſtat ex
textu .

iter vbi interdum aliqui Pa-
tiſmi Sacramentum vocant
iam , ita illud appellant , ra-
ectus , ſeu remiſſionis pecca-
quam qui baptizantur acci-
atione enim huius genericæ
ntiæ baptiſmus poteſt voca-
entia , licet ſpectatus iuxta
m, & præciſam ſuam rationẽ
Sacramentum à pænitentia,
ubiecto, miniſtro, forma,ma-
ffectu ab inuicem differentia.
uoque ratione nonnunquam
gentes de efficacia baptiſmi
endum peccata vtuntur illis

verbis Ioann. 20. *Quorum remiſeritis peccata , &c.* quibus Sacramenti pænitentiæ inſtitutio continetur; nec non etiam vt oſtendant poteſtatem remittendi peccata ſoli Eccleſiæ fuiſſe cõceſſam, duobus tamen modis, ſcilicet pro nondum baptizatis , per baptiſmum; pro baptizatis verò, & poſtea aliquo peccato infectis , per Sacramentum Pænitentiç, vtpotè ex Auguſtino locis citatis , alia curatione vt ſanentur , & reconcilientur indigentibus .

Tertia Concluſio. Pænitentia , vt eſt in vſu Eccleſiæ , quo nimirum pænitentes manifeſtant cum dolore, ſignis exterioribus ſua peccata Sacerdoti , accedente forma abſolutionis per eum prolata, eſt verum propriéq; dictum nouæ legis Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum. Iſta pariter concluſio eſt de fide , definita in tribus Concilijs Generalibus , Conſtantienſi ſeſſ. 15. Florentino in decreto Eugenij , Tridentino ſeſſ. 14. can. 1. *Si quis dixerit, in Catholica Eccleſia pænitentiam non eſſe vere, & propriè Sacramentum pro fidelibus , quoties poſt baptiſmum in peccata labuntur, ipſi ideo reconciliandis , à Chriſto Domino noſtro inſtitutum; anathema ſit* .

Prima huius veritatis probatio habetur Matth. cap. 16. v. 19. & cap. 18. v. 18. *Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata, & in Cælo:* & *quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cælo* . Tum Ioannis 20. v. 21. vbi quam hic promittit poteſtatem peccata remittendi ac retinendi , poſt reſurrectionem contulit Apoſtolis dicens eis : *Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos* . Deinde, *hæc cum dixiſſet, inſufflauit, & dixit eis* : *Accipite Spiritum Sanctum : quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis : & quorum retinueritis retenta ſunt* .

Ex quibus ſic arguo, pænitentia, vt eſt in vſu Eccleſiæ, verum eſt proprieque dictum Sacramentum nouæ legis, ſi ha-

ſi habet omnes conditiones, aut ritus ad illud requiſitos, cuiuſmodi ſunt ſignum externum, promiſſio gratiæ per illud exhibendæ, & Chriſti Domini inſtitutio pro toto tempore, quo Eccleſia durabit; ſed pœnitentiæ, vt eſt in vſu Eccleſiæ tria prædicta competunt; verum igitur eſt proprieque dictum ſacramentum nouæ legis. Maior cum ſit certa, probatur minor, diſcurrendo per ſingulas eius partes.

Et primum quod ſignum externum reperiatur in pænitentia patet; quia Chriſtus loco citato Ioann. 20. tradidit Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus tanquam iudicibus poteſtatem remittendi peccata pænitentibus baptizatis; igitur, quemadmodum vbi aliquis ex poteſtate ſibi per ſuperiorem tradita ad inſtar iudicis, remittit alicui pænitenti peccatum, ibi tam ex parte illius tanquam iudicis, quàm ex parte pœnitentis tanquam rei, qui tunc abſoluitur, datur ſignum aliquod externum, ſeu aliquis ritus ſenſibilis huiuſmodi abſolutionis; ita quoque ſuppoſito quod Chriſtus poteſtatem remittendi peccata baptizatis pænitentibus ad inſtar iudicij fori exterioris, vt patet ex verbis ipſius Ioann. 20. inſtituere voluerit, inſtituit ſimiliter ſignum aliquod externum, quo pænitentes explicarent, ſe hæc & illa peccata commiſiſſe, & ea deteſtari, ſacerdotes autem vt iudices habita eorum cognitione illa abſoluerent, vt patet ex analogia ad iudicium fori exterioris.

Secundò iiſdem Chriſti verbis Ioãnis 20. eo ipſo quod promittitur remiſſio peccatorum, promittitur etiam collatio gratiæ, per quam, vt ſupra ſuo diximus loco, fit remiſſio peccatorum.

Tertiò demum id eſſe ex inſtitutione Chriſti, patet quoque, quia ibi ait: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos &c. Accipite Spiritum Sanctum*, ſignificans his verbis poteſtatem remittẽdi peccata, vt ſatis intelligitur ex immediatè ſequentibus, *quoru[m] [remiſe]ritis peccata, remittuntur eis*; [...] clarè ſignificant eam à Chri[ſto] inſtitutam pro toto tempore [...] cleſia vſque ad finem mun[di] [du]ratura.

Quod aiunt aduerſarij, h[...] Ioannis locum intelligendu[m] [...]tum de poteſtate data Apo[ſtolis prae]dicandi Euangelium, & ann[unciandi] ſeu declarandi remiſſionem [pecca]rum eſſe factam, non autem [de Sacra]mento Pænitentiæ, eſt qui[...] textui violentum. *Primo* [...] Chriſtus primum ait. *Sicut* [*miſit me*] *Pater, & ego mitto vos*; ſed [...] miſſus cum poteſtate remitt[endi] peccata, & non tantum dec[larandi] eſſe remiſſa, Matth. 9. [...] Chriſtus ait Apoſtolis, coru[m...] ſacerdotio ſucceſſoribus, ſe [...] tere ſicut miſit ipſum Pater [...] *inſufflauit, & dixit eis accipi[te Spiritum]* *Sanctum, quorum remiſeritis* [...] *remittuntur eis*, apertè ſigni[...] hac ceremonia inſufflandi, [...] tibus verbis, ſe Apoſtolis, [...] mario habebat remittendi pe[ccata po]teſtatem dediſſe tanquam [...] ſtris, non autem declarandi [...] eſſe remiſſa; proptereaque [...] 2. Corinth. 5. ait de ſeipſ[o...] Apoſtolis *dedit nobis miniſ[terium re]conciliationis*; quibus verbis [...] tantum Euangelij declaratio[...] & inſuper Sacramentorum [...] iſta reconciliatio peragatu[r...] ſtrationem, ſubintelligi oſten[...] ſequuntur: *Quoniam quidem* [...] *in Chriſto mundum reconcilia[ns ſibi, non] reputans illis delicta ipſorum* [...] *in nobis verbum reconciliati[onis. Pro] Chriſto ergo legatione fungim[ur, tan]quam Deo exhortante per nos* [...] dem Chryſoſtomus homil. 1[...] tam epiſtolam ad verba illa [...] *quod igitur ait, pro Chriſto* [...] *fungimur, idem eſt, ac ſi dicer[et...]* *vice: nos enim ipſius muneri ſ[...]* Vt ergo modus quo Chriſtu[s...]

Deo homines in peccato con-
non fuit ſola exhortatio, ſed
proprie dicta poteſtas, qua il-
ttebat peccata; ita quoque mo-
o ibi Apoſtolus ait ſe & alios
os pro Chriſto legatione fun-
xercere miniſterium reconci-
, præter exhortationem, ſeu
em prędicandi Euangelium,
adhuc adminiſtrationem Sa-
orum, qua per poteſtatem ſi-
iſto traditam peccata remitte-
undò id ipſum euincit, quod
citato Ioannis loco non di-
orum declaraueritis peccata,
miſſa; *ſed quorum remiſeritis*.
uod verbum, *remiſeritis*, de-
mi in eadem ſignificatione,
mitur poſterius, *remittuntur*
illa duo verba, ſeu particulæ
periodo contentę referantur
& eamdem rem ſignifican-
illa poſterior particula, *re-*
eis, non ſignificat nudam de-
em remiſſionis peccatorum;
c ſenſus verborum Chriſti
eſſet iſte, *quorum declaraue-*
ta eſſe remiſſa, *erunt declarata*
a; quæ eſſet ineptiſſima lo-
d ſignificat paſſiuam in pœ-
s remiſſionem peccatorum;
m & illa prior, *quorum remi-*
gnificat correlatiuè actiuam
n remiſſionem ab Apoſtolis,
n in ſacerdotio ſucceſſori-
ndam, iuxta ſibi datam a
oteſtatem.

ndò probatur veritas noſtræ
nis perpetua Eccleſiæ tradi-
a ſemper creditum eſt, & ha-
re ad fidem pertinēte, quod
n externum quo peccantes
iſmum Deo reconciliantur,
ia appellatum, ſit verum
e dictum nouæ legis Sacra-
cæteris diſtinctum, deque
e intelligi præfatum Sancti
ocum cap. 20. Qui id teſtan-
cent tam Græci quàm Lati-
videri poſſunt apud Coc-
cium tom. 2. lib. 7. art. 1. agentes
enim de pænitentia baptizatorum,
eam talem deſcribunt, vt agnoſcant in
ea poteſtatem à Chriſto Domino da-
tam ſacerdotibus pro remittēdis pec-
catis etiam occultis, nec non eorum-
dem remiſſionem, quod eſt rem nomi-
ne Sacramenti nouæ legis propriè di-
cti importatam, pænitentię tribuere,
vt ſtatim oſtendimus. Præcipui ex La-
tinis Patribus, qui eius mentionem fa-
ciunt, ſunt Tertullianus lib. de præ-
ſcript. cap. 40. vbi agens de Sacra-
mentis nouę legis, quæ diabolus æmu-
latur, & enumerans baptiſmum, &
pænitentiam, clarè oſtendit ſe vtrum-
que pro Sacramento habuiſſe, ſiue
exiſtimaſſe pænitentiam, ſicut & ba-
ptiſmum eſſe Sacramentum; vnde ibi-
dem duas diſtinguit *initiationes Sacra-*
mentales, vnam per baptiſmum, alte-
ram per pænitentiam. Cyprianus lib.
de lapſ. non longe à fine. Ambroſius
lib. 1. de pænitentia cap. 7. vbi con-
ferens pænitentiam cum baptiſmo,
vtrumque vocat myſterium, quod eſt
idem ac Sacramentum; aitque nomen
Dei operari remiſſionem peccatorum
in vtroque, idque per poteſtatem Sa-
cerdotibus traditam à Chriſto Domi-
no, quod etiam repetit lib. 2. cap. 2.
Pacianus epiſt. 1. ad Sympronianum
Nouatianum: *Nunquam*, inquit, *Deus*
non pænitenti comminaretur, niſi igno-
ſceret pænitenti. Solus hoc, inquies, Deus
poterit. Verum eſt: ſed & quod per ſuos
ſacerdotes facit, ipſius poteſtas eſt. Nam
quid eſt illud, quod Apoſtolis dicit: Quæ
ligaueritis in terris, ligata erunt & in
Cælo &c. Cur hoc, ſi ligare hominibus ac
ſoluere non licebat? An tantum hoc ſolis
Apoſtolis licet? Ergo & baptizare ſolis
licet, & Spiritum Sanctum dare ſolis, &
ſolis gentium purgare peccata: quia to-
tum hoc non alijs, quam Apoſtolis impe-
ratum eſt, quod ſi vno in loco, & reſolu-
tio vinculorum, & ſacramenti poteſtas
datur, aut totum ad nos ex Apoſtolorum
forma & poteſtate deductum eſt, aut nec
illud ex decretis relaxatum eſt: Ego,
inquit,

inquit, fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat 1. *Corinth*. 3. *Hoc ergo ſuperædificamus, quod Apoſtolorum doctrina fundauit*,

Hieronymus varijs in locis, vt epiſt. 8. ad Demetriadem cap. 6. & 65. ad Pammachium, & Oceanum cap. 2. ad cap. 3. Iſaiæ, & in Danielem, vocans pænitentiam peccantium poſt Baptiſmum, ſecundam poſt naufragium tabulam, hac loquendi formula ſignificare voluit, eam eſſe propriè dictum Sacramentum à baptiſmo diſtinctum; quod perſentiens Caluinus lib. 4. inſtitut. cap. 19. §. 17. nec habens quod reſpondeat, pro ſuo more non minus ſuperbe, quam impie Hieronymum, aliosque Patres eodem loquendi modo vtentes contemnit: *Mendacium ergo, & impoſtura fuit*, inquit, *quod de Sacramento Pænitentiæ commenti ſunt. Ementitum hoc ſacramentum ornarunt, quo decebat elogio, ſecundam eſſe tabulam poſt naufragium: quia ſi quis veſtem innocentiæ in baptiſmo perceptam peccando corruperit, per pænitentiam reparare poteſt. Sed dictum eſt Hieronymi. Cuiuſcunque ſit, quin plane impium ſit, excuſari nequit; ſi ex eorum ſenſu exponitur*; ſcilicet quod tali loquendi forma ſignificare voluerint pænitentiam eſſe verum nouæ legis Sacramentum à baptiſmo diſtinctum. Idem Hieronymus lib. 1. contra Pelagianos verſus finem, adducens quædam ignorantiæ peccata ab exemplis Scripturæ ſubiungit: *Iubetur* &c. *tamdiu ibi eſſe, quamdiu ſacerdos maximus moriatur*, id eſt redimatur ſanguine Saluatoris, *aut in dono baptiſmatis, aut in pænitentia, quę imitatur baptiſmatis gratiam per ineffabilem clementiam Saluatoris*. Vbi pænitentiam in fidelibus lapſis æquiparans baptiſmo, in eaque docens peccata remitti, ſicut in baptiſmo, poteſtate à Christo Sacerdotibus tradita, ſatis clarè indicat verum eſſe Sacramentum, ſicut & baptiſmum. Quam poteſtatem in ſacerdotibus ſupponens epiſtola ad Heliodorum verſus finem,

iterum pænitentiam baptiſ[...]
næ coniungit, tanquam ve[...]
illis Sacramentum, in quo [...]
Sacerdotes remittuntur, h[...]
An de his audeam dicere, [...]
ſuis vrbibus commorentur? a[...]
his quicquam loquar, qui Ap[...]
dui ſuccedentes Chriſti corpu[...]
conficiunt, per quos & nos Ch[...]
mus, qui claues Regni Cælor[...]
tes, quodammodo ante diem [...]
dicant.

Similiter Diuus Auguſti[...]
de Baptiſmo cap. 20. Sacra[...]
ptiſmi, ſiue per aquam, [...]
Confirmationis, ſiue per ol[...]
cramento Euchariſtiæ co[...]
pænitentiam, quam vocat [...]
poſitionem, clarè ſignific[...]
habuiſſe cum cęteris pro [...]
mento. Sicut & epiſt. 180. [...]
ratum, vbi eamdem pænit[...]
nomine reconciliationis [...]
Baptiſmi iungit, tanquam [...]
quibus vita æterna haberi [...]
vnde ſubdit, *Si miniſtri de*[...]
ctis ſcilicet ſacramentis m[...]
quantum exitium ſequatur [...]
iſto ſeculo, vel non regene[...]
vel ligati? Quantus eſt etia[...]
delium ſuorum, qui eos ſe[...]
æternæ requie non habebun[...]
lib. 1. de adulterinis coniu[...]
in fine; & lib. 2. cap. 6. ide[...]
tentia & reconciliatione [...]
zatos aſſerit, quod de Bap[...]
Catechumenos, eamdemq[...]
vtrique tribuit; intellexit i[...]
tentiam eſſe Sacramentum [...]
diſtinctum, per quod ſac[...]
Chriſti inſtitutione, & c[...]
Ioannis 20. remittant pecca[...]
ptiſmum patrata.

Sed contra hanc verita[...]
objiciunt aduerſarij, ad rat[...]
cramenti requiri verbum, [...]
tum iuxta tritum Theolog[...]
loquium ex Diuo Auguſti[...]
ptum, ſed in hoc ritu Cath[...]
nitentiæ nullum habetur [...]

ſeu elementum, nec Chriſtus
s pro illa vllum præſcripſit
; igitur non eſt Sacramentum
dictum .
ndetur ad hoc argumentum
minorem quoad vtramque
cuius falſitas ſatis patet ex
uſiuſque patebit ex ſtatim di-
materia, & forma huius Sa-
. Interim ad id quod vrgent,
nullum pro eo verbum pre-
, dicitur illud ſatis intelligi
& conditione, qua iſtud Sa-
m inſtituit ; cum enim illud
t, vt diximus , per modum
iudicij, in quo pænitens age-
rei, & teſtium ſimul, Sacer-
iudicis; quemadmodum in
teriori iudex profert ſenten-
a abſoluit, vel damnat reum;
ue voluit, vt ſacerdos tan-
gitimus iudex pronuntiaret
m abſolutionis à peccatis re-
ſis, his verbis contentam,
à peccatis, quæ ſunt forma
ramenti, ſicque verbum ac-
d elementum, & fieret ali-
ramentum. Quæ ſententia
ſufficienter habetur in ver-
s Chriſtus locis citatis tam
quàm inſtituit hoc ſacramē-
ut enim ex hoc quod Chri-
nus inſtituendo Sacramen-
ſmi ait Apoſtolis, vt bapti-
omine Patris, & Filij, &
ncti, etiam aduerſarij no-
lent pro legitima eius for-
rba, *Ego te baptizo in nomi-
& Filij, & Spiritus Sancti*;
ex hoc quod loquendo de
to Pænitentiæ dixerit: *Que-
ueritis ſuper terram &c. vel
miſeritis peccata*; pro legiti-
e huius Sacramenti forma
debent præfata verba, *Ab-
ccatis*.
ſtant aliqui ex aduerſarijs,
dixiſſe, *quod ſolueritis, ſolue-
miſeritis remittetur*; ſolue-
& remittere, non eſſe loqui;

ſed aliam actionem exercere, quæ non ſit locutio, & quæ poſſit etiam fieri ſine verborum prolatione, inanis quædam ſubtilitas eſt, ſicut & quod aiunt, eamdem rem fore materiam, & formam, ſeu quod verba, quibus pænitens confitetur ſua peccata Sacerdoti: item & verba, quibus Sacerdos pænitentem abſoluit, ſubeant in pænitentia noſtra ſacramentali, vicem materiæ, & formæ, ſicque totum compoſitum ex illis, conſtet ſolis verbis: ac demum, quod ſi hæc poteſtas ligandi, & ſoluendi eſſet ſacramentalis, ac proindè per aliqua verba exprimenda, æque ſacramentum eſſet ligare, atque ſoluere; parique proindè ratione dicendum, *Ego te ligo à peccatis*, quod tamen nullus vnquam aſſeruit.

Ad primam enim reſpondetur inſtantiam, primò eam retorqueri poſſe contra Sacramentum Baptiſmi, eiuſque formam, nam baptizare non eſt etiam loqui, ſed aliam actionem exercere, quę non ſit locutio, & quæ poſſit etiam ſine verborum prolatione peragi; Secundò dicitur, quod eo ipſo, quod Chriſtus dedit Apoſtolis, & eorum in Sacerdotio ſucceſſoribus poteſtatem abſoluendi à peccatis iuridicè per analogiam ad forum externum; cuius praxis eſt, vt ſententia proferatur ore iudicis, aliquibus verbis abſolutionem importantibus, eiſdem ſimul iuſſit, dicendo *quæcumque ſolueritis, &c.* vt ſicut in baptiſmo deberet pronuntiari verbum *baptizo*, ſignificans materiam eius proximam, ſeu actionem circa baptizandum exercendam, ita quoque in pęnitentia deberent pronuntiari verba, *Abſoluo te à peccatis*, ad ſignificandum exercitium poteſtatis Sacerdotibus conceſſę pro abſoluendis, & remittendis baptizatorum peccatis. Ideo autem, vbi abſolutionem non impendit, non dicit Sacerdos, *Ego te ligo à peccatis tuis*, quia Sacramentum eſt primò & per ſe inſtitutum ad ſanctificandum eum cui confertur; ligatio autem peccatorum

eſt

eſt aliquis effectus tantùm ſecundarius illius poteſtatis à Chriſto collatæ Apoſtolis, & ſucceſſoribus, non poſitiuus, ſed negatiuus duntaxat, ſi quidem in re eſt negatio abſolutionis, vel remiſſionis. Vndè cum Sacramentorum formæ debeant exprimere ſuum effectum primarium, ſintque cauſæ inſtrumentales poſitiuæ, & hoc verbum, *ligo te à peccatis*, nihil tale ſignificet; propterea fit, vt pertinere non poſſit ad veram formam Sacramenti pęnitentiæ; è contra verò hoc, *abſoluo te*, id iure ſibi vindicet. Per quod patet ad tertiam inſtantiam. Ad ſecundam dicitur minimè ſequi, quod eadem res, ſeu ſola verba in ſenſu ab aduerſarijs accepto ſint ſimul materia, & forma huius Sacramenti; ſed in alio, qui eſt veriſſimus, quo Theologi per hanc particulam, *res*, in materia Sacramentorũ nouæ legis, non intelligunt ſemper *veras res*, quatenus *res* diſtinguuntur à *verbis* proprijſſimè ſumptis; nec item per *verba* ſemper in omnibus, & ſingulis nouæ legis Sacramentis *verba* proprijſsimè ſumpta intelligunt; ſed per *res* intelligunt illud ſenſibile in Sacramento quod magis confusè ſignificat gratiam: per *verba* autem id quod magis diſtinctè illam exprimit: ſicque docent *verba*, & *res* ſumpta tantùm analogicè poſſe ſufficere in aliquibus Sacramentis nouæ legis. Quare cum contritio & Sacramentalis confeſſio ſignificent minus expreſsè gratiam remiſſiuam peccatorum: verba autem abſolutionis Sacramentalis magis expreſsè, indè eſt, vt nullũ ſequatur abſurdum, quod eadem res ſecundum rationem genericam ſumpta, diuerſo tamen modo conſiderata, ſit reſpectu vnius eiuſdemque Sacramenti materia, & forma; vt in iſto ſunt materia contritio, & Sacramentalis confeſſio, licet verbis facta; forma autem abſolutio, verbis etiam illam continentibus facta.

Secundò obijciunt, Chriſtum adhuc mortalem non remiſiſſ[e] poenitentibus, V. g. Mari[æ Magda]lenæ, paralytico, mulieri [...] per Sacramentum pœnite[ntiæ ...] adeo nec Apoſtolos per illu[d ...] ſiſſe; illi ſiquidem eodem [...] miſerunt, quo Chriſtus [...] nec conſequenter remitter[e ...] Sacerdotio ſucceſſores.

Reſpondetur hoc arg[umentum] omninò friuolum eſſe, etc[...] ſtus, nec etiam dictis, aut [...] nis remiſit peccata per ba[ptiſmum] & tamen aduerſarij non ne[gant] eſſe Sacramentum, quo A[poſtoli] remiſerunt, & in dies remi[...] dum originalia, ſed & act[ualia quæ] præcedunt baptiſmum. [...] dicunt Apoſtolos, ſi remi[ſerunt pec]cata pœnitentibus baptiz[atis] eodem modo remiſiſſe, qu[o Chriſtus] Dominus, hoc negandum [...] hac particula *eodem modo*, [...] *terno*, vt debet accipi ad [...] argumenti. In Chriſto en[im ...] no, cum poteſtas remitten[di ...] & conferendi effectus Sa[cramentorum] nouæ legis fuerit poteſta[s ...] tiæ, per quam conſequen[ter ...] Sacramenti poteſt ſine illo [...] in Apoſtolis autem & co[...] ſoribus fuerit, & ſit tantù[m ...] rialis, & diſpenſatoria, a[...] annexa ritui, & modo S[...] Deo inſtituti; non ſequi[tur ...] Chriſtus Dominus potuit [...] peccata, quibus voluit ab[...] mento pænitentiæ, id qu[...] rint Apoſtoli, ſed tantùm [...] ſcriptum Chriſti, aut per [...] baptiſmi, aut per Sacram[entum pœ]nitentiæ ordinatum ad r[...] peccata poſt baptiſmum ia[m] commiſſa.

Tertiò obijciunt, pænit[entiam ...] nunc eſt neceſſaria, fuiſſ[e ...] veteri teſtamento, in quo [...] fuit propriè aliquod Sacr[amentum].

Reſpondetur pænitenti[am ...] quæ nunc eſt neceſſaria, [...]

ege naturali, & ſcripta neceſ-
non autem in ratione Sacra-
ad quam ſolum fuit eleuata in
ia, vt vidimus. Quia vt ait
Thomas 3. p. quæſt. 84. art. 7.
Nondum erat inſtituta poteſtas
, quæ à paſſione Chriſti deriua-
per conſequens nondum erat in-
, quod aliquis doleret de peccato,
poſito ſubÿciendi ſe per confeſſio-
ſatisfactionem clauibus Eccleſiæ,
onſequendæ veniæ, virtute paſ-
hriſti. Vndè quamuis in lege
, & in lege Moſaica fuerit ali-
cramentum inſtitutum in re-
peccati actualis, ne deficeret
a contra morbum quotidianũ
idem Sanctus Doctor in 4.
1. quæſtiuncula 3. ad 2. illud
rat diuerſæ rationis, & ſpe-
acramento pænitentiæ legis

ſit certum, etiam certitudine
tra hæreticos noſtri tempo-
ximus in noſtra concluſione,
n Dominum abſolutè primũ
horem, & inſtitutorem hu-
menti pænitentiæ, quod nunc
in lege Euangelica; quia
illo multa reperiuntur, diffi-
e poteſt vtrum illud inſtitue-
d ea omnia; nec non quo
. Circa primum enim non-
tores antiqui, Alenſis 4. p.
2. D. Bonauentura in 4. diſt.
art. 1. q. 3. & Marſilius in 2.
. docent Sacramentum pæ-
uiſſe quidem à Chriſto in-
quantum ad formale, ſeu
ad poteſtatem abſoluendi,
uo ad materiale, ſeu quan-
ſam peccati confeſſionem ex
amentum integratur; quam
iſſe tantùm inſinuatam à
omino, & ab Eccleſia, &
inſtitutam, atque à Diuo
romulgatam verbis illis:
i alterutrum peccata veſtra,
Circa ſecundum verò, quo
tempore facta primùm à
Chriſto fuerit huius Sacramenti inſtitutio, diuerſa quoque ſunt doctorum placita: Armacanus enim lib. 11. de quæſt. Armenorum cap. 14. & 15. ait, illud fuiſſe inſtitutum Matth. 28. & Lucæ 24. quando Chriſtus miſit Apoſtolos prędicare Euangelium, ne diminuta poteſtate incederent. Alij volunt ex authore de oper. Card. apud Cyprianum, fuiſſe inſtitutum in nocte Cænę; alij dum præcipitur à Chriſto Matth. 4. 17. *Pęnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum*: alij quando declaratur medium neceſſarium ad ſalutem. Lucæ 13. *Niſi pænitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis*: alij demum quando Chriſtus poſt reſurrectionem dixit diſcipulis ſuis, Ioann. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* Verum quidquid ſit de his omnibus ſententijs ante Concilium Tridentinum, nunc poſt illud ſit.

Quarta Concluſio. Sacramentum pænitentiæ immediatè à Chriſto inſtitutum eſt, tam quoad formale, ſeu poteſtatem abſoluendi à peccatis, quam quoad materiale, ſeu confeſſionem eorundem. Ita ex Tridentino ſeſſ. 14. cap. 1. & can. 1. vbi ſic habetur: *Si quis dixerit in Catholica Eccleſia pænitentiam non eſſe verè, & propriè Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum anathema ſit*: At ſi aliqua pars huius Sacramenti non eſſet immediatè à Chriſto inſtituta, non poſſet abſolutè, vel totum Sacramentum dici à Chriſto inſtitutum; ab ipſo igitur immediatè inſtitutum eſt, tam quoad formale, quam quoad materiale; Et quãuis Concilium explicitè non vtatur iſta particula immediatè; ita tamen debere illud intelligi, clarè demonſtrat tum modus loquendi, tum quod aliũ non cognoſcit Sacramentorum authorem, quam Chriſtum, tum denique quia confeſſionem ipſam, de qua præcipuè eſt controuerſia, docet ſeſſione citata cap. 5. & can. 6. eſſe ex Chriſti mandato, vt infra dicemus, vbi etiam ſoluemus argumenta in contrarium.

nempe contritio, confeſſio, & ſatisfactio, qui quatenus in pænitente ad integritatem ſacramenti, plenamque & perfectam peccatorum remiſſionem, ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione pænitentiæ partes dicuntur. Et can. 4. *Si quis negauerit ad integram, & perfectam peccatorum remiſſionem requiri tres actus in pænitente, quaſi materiam ſacramenti pænitentię, ſcilicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, & tres pænitentiæ partes dicuntur, anathema ſit.* Vbi dum contritio dicitur pars huius ſacramenti, ſumitur in ampla ſignificatione, quatenus etiam complectitur attritionem ex motiuo ſupernaturali conceptam, quæ eſt contritio imperfecta, vt infra explicabitur. Similiter dum Concilium nõ appellat hos actus materiam, ſed quaſi materiam, non vtitur illa particula quaſi, quia veræ materiæ rationem in hoc ſacramento non habeant, modo explicato, hoc eſt materiæ circa quam, vel potius contra quam operatur ſacramentum, eam delendo, vel deſtruendo, ſicut morbi dicuntur materia medicinæ; ſed quia eius generis materia non ſint, quæ extrinſecus adhibeatur, vt aqua in Baptiſmo, Chriſma in confirmatione, vt ait Catechiſmus Romanus de Sacramento Pœnitentiæ num. 14.

Et ſi autem hi actus ſint materia proxima, ſeu partes huius ſacramenti, cum hac tamen differentia quod contritio, & confeſſio ſunt materiales partes ei eſſentiales, vt pote coniunctæ abſolutioni ſacerdotali, ſicque quatenus inſunt ſuo toti ſacramentali, practicè ſignificantes gratiam remiſſiuam peccatorum, quę tunc conceditur pęnitenti; at ſatisfactio non eſt pars eſſentialis, ſed tantum pars integrans ſacramenti pænitentiæ ex parte illius, vt pote primò per ſe tantum ordinata ad remiſſionem pænę temporalis, non autem peccatorum quo ad culpam per infuſionem gratiæ ſanctificantis. Vnde ſine illa ſaltem in re ex-

hibita poteſt valide ſacramen
miniſtrari, vt patet in moribu
autem ſine contritione, & c
ne; ideoque etiam contritio, &
ſio, tanquam partes material
tiales debent præſupponi for
abſolutioni, non autem ſat
cum ſit pars integralis tantu
ſacramenti, ſaltem in re exhib
dicitur, quia nonnulli volun
ipſa conſiderata in voto & pr
vt nimirum in contritione in
ſit huic ſacramento eſſentia
rum cum votum ſeu firmum
tum alicuius rei, non poſſit e
ris neceſſitatis quam ipſamet
ius eſt tale votum, vel propc
ſemel ſatisfactio in re exhibi
pars eſſentialis, ſed tantum
ſacramenti pænitentię, ac pr
poſſit dici de eſſentia eius po
partis, ſed tantum de integr
iſta quoque tantum erit vo
vt eſt præcisè tale. Hoc tan
impediri, credunt aliqui,
factio dici etiam poſſit de
eiuſdem ſaltem per modum
ti, & obliqui, ſiue per modu
ni habitudinis tranſcendenta
ſentialis; omne enim compo
ue ſubſtantiale, ſiue acciden
ſentialem dicit ordinem ad p
etiam integrantes. Vndè inc
ri, quod licet abſque ſati
nondum in re exhibita, ſed
poſita, poſſit aliquando ſalua
ſacramenti pænitentiæ; imo
voto explicito ſatisfactionis,
derio eam adimplendi; qua
rum moribundus confeſſus
ſine impoſita pænitentia, r
abſque voto implicito ſatis
At cum talis ordo non ſit v
propriè implicitum, hoc eſt
votum explicitum; ſed imp
tum, quatenus quælibet res
nem, & inclinationem ad
ſuam perfectionem, vt ex
ſupra agendo de neceſſitate
ſtiæ, qua ratione votum ſat

et contritio, vt tamen dicens ad ſatisfactionem, tenquam m pænitentiæ in re integra-nc eſt quod contritio ſit qui-; eius eſſentialis, non autem ſatisfactio, ad quam ordina-ie in re, neque in voto pro-o, vt à contritione virtualiter .

oc intelligitur, quod ait Diuus 3. p. q. 90. art. 2. ad 2. nimi-ſfactionem vt eſt in propoſito gratiam, & vt eſt in execu-gere illam, ſicut & baptiſmus s: per ſatisfactionem enim vt poſito, non poteſt intelligi ius aut explicitum, aut impli-oprié, ſi enim ſatisfactio in re ollatiua, vel cauſatiua gratiæ, nus votum ipſius; igitur dum s Thomas ſatisfactionem in ferre gratiam, loquitur de roprié ſumpto, hoc eſt de ſa-ie tanquam termino habitu-el ordinis tranſcendentalis, bet ad illam, ſeu quod idem ntritione, vt talem ordinem ite, ob quem ſatisfactio in propoſito eſt ipſamet contri-ce verſa; quare Diuum Tho-uere ſatisfactioni in voto gra-litatem, eſt idem prorſus ac uere contritioni quę eſt pars s ſacramenti pęnitentiæ. Sa-autem in executione, ſeu in re ugere gratiam ex opere ope-n autem ex opere operato: ita o modo eſt remiſſiua pœnæ, ſpicit delendam, ſicut pro-ateriam: vt reſpectu gratiæ, ntum augeat, & cauſet ex ope-ntis pro maiori, vel minori ſua one.

quando idem Sanctus Doctor diſt. 21. q. 1. ad 1. & 3. actus tis nimirum contritionem, & onem, eſſe tantum diſpoſiti-on autem efficienter cauſatiuos atque adeo non eſſe partes eſ-s ſacramenti pœnitentię, lo-quitur ſolum de huiuſmodi actibus ſecundum ſe, & vt ſunt actus ſolum virtutis pœnitentiæ: cum enim duobus modis poſſint conſiderari, iſto nimirum, & inſuper vt ſunt à Chriſto Domino eleuati ad eſſe materiæ proximę huius ſacramenti, qua ratione dicunt habitudinem ad eius formam, eique coniunguntur, vbi adminiſtratur: Sanctus Thomas priori duntaxat modo vult iſtos actus nullam habere efficientiam circa gratiam remiſſiuam peccatorum, ſed eſſe tantum meram diſpoſitionem, non autem ſi poſteriori conſiderentur modo, ſic enim efficienter ſunt cauſatiui gratiæ peccatorum remiſſiuæ, tanquam materia proxima, vel partes materiales eſſentiales ſacramenti pęnitentiæ, vt idem Sanctus Thomas ait in quęſt. diſput. de poteſtate q.28. art.8. ad 1. & 2. qui tamen docet 3. p. q. 86. art. 6. id ipſis ſecundario tantum conuenire, & ratione alterius, ſcilicet formæ abſolutionis; Actus, inquit, humani qui ſunt ex parte peccatoris materialiter ſe habent in ſacramento pænitentiæ: omne autem ſacramentum producit effectum ſuum, non ſolum virtute formæ, ſed etiam virtute materiæ, ex vtroque enim eſt vnum ſacramentum: vnde ſicut remiſſio culpæ fit in baptiſmo non ſolum virtute formæ, ſed etiam virtute materię, ſcilicet aquæ, principaliter tamen virtute formæ, ex qua ipſa aqua virtutem recipit; ita etiam & remiſſio culpæ eſt effectus pænitentiæ, principalius quidem ex virtute clauium, quas habent miniſtri, ex quorum parte accipitur id quod eſt formale in hoc ſacramento; ſecundario autem ex vi actuum pænitentis, pertinentium ad virtutem pænitentiæ, tamen prout hi actus aliqualiter ordinantur ad claues Eccleſiæ.

Cum huc vſque dicta, ſint inter Doctores Catholicos certa poſt Conciliũ Tridentinum docens actus pænitentis eſſe quaſi materiam huius ſacramenti: quia tamen non explicat, an ſint mate-

materia proxima, ſeu partes intrinſecè illud componẽtes, atque adeò quid ſupponat in recto, ideo circa hoc diuiſi ſunt inter ſe Theologi, de quo agemus infra, poſt explicatam eiuſdem formam, vnde ſit.

Septima concluſio. Iuridica abſolutio à peccatis eſt forma ſacramenti pænitentiæ. Iſta concluſio, generice loquendo de forma huius ſacramenti, eſt certa, ita docente Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 3. & probante analogia huius ſacramenti inſtituti ad exemplar iudicij fori externi, vt diximus ſupra, in quo ſententia iudicis habet rationem formæ, ſicut crimina rei, de quibus eſt conuictus, habent rationem materiæ; hoc enim ſuppoſito, cum in eo ſacerdos abſoluens ſit iudex, vt ait præfatum Concilium ſeſſione citata cap. 6. & can. 2. eius autem ſententia ſit abſolutio, vt patet ex verbis Chriſti Domini, *quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*; non enim alia ratione, poſt debitam eorum confeſſionem ſacramentaliter factam, intelliguntur remitti, quam abſolutione; manifeſtè ſequitur, formam ſacramenti pęnitentiæ, eſſe iuridicam abſolutionem à peccatis quoad reatum culpę.

Octaua concluſio. Hęc iuridica abſolutio eſt eſſentialis pars huius Sacramenti; patet tum quia veluti generice loquendo, eſt eius forma, atque adeo pars eſſentialis; tum quia omnia nouæ legis ſacramenta conſtant verbis, quæ per eorum miniſtrum ſuis rebus coniunguntur, & effectum ſuum ſacramentalem expreſſius ſignificant, tanquam parte eſſentiali; igitur cum ſacerdos iuridice abſoluens ſit miniſter huius ſacramenti, vt dicetur infra, & ſententia per eũ lata ſit abſolutio à peccatis, in qua præcipua vis huius ſacramenti ita conſiſtit, vt iuncta confeſſioni doloroſæ de peccatis, remiſſionem illorum, expreſſius, ſiue diſtinctius exprimat, quam contritio, & confeſſio minus expreſsè ſignificant

vt conſtat ex terminis
perfici ſtatim dicemus;
iuridicam ſacerdotis ab-
peccatis, eſſe eſſentialem
menti pænitentiæ partem

Nona concluſio. Co
ma ſacramenti pænitenti
ſpecie, ſunt hæc, vel al
lentia verba à ſacerdote
te abſoluo à peccatis tuis;
eſt de fide, tam ex Script
oſtendimus, quàm ex tra
tenta in decreto Eugenij
Florentino, vbi ſic hab
huius Sacramenti ſunt ve
nis, quæ Sacerdos profert,
te abſoluo à peccatis tuis: E
no ſeſſ. 14. cap. 3. *Docet*
cta Synodus, Sacramenti P
mam, in qua præcipuè ipſiu
in illis Miniſtri verbis poſ
te abſoluo à peccatis tuis.

Ratio autem eſt, quia
quę ſignificat id quod fi
mentum, cenſenda eſt ei
niens, cum formæ ſacram
practicæ ſimul & ſignific
verbis *Ego te abſoluo à pe*
gnificatur id quod fit pe
tum Pænitentiæ, nimir
peccatorum à ſacerdote f
habet poteſtatem iuriſdic
hęc prima particula, *Ego a*
tat actum iudicialem, qu
tanquam iudex proferens
remittit peccata: deinde p
denotat determinatè ſubi
perſonam cui talis remiſſi
cè: illa demum, *à peccatis*
tur cuiuſnam rei fiat remi
non eſſe à cenſuris, ſed ab
tis; præfata igitur verba, *E*
uo à peccatis tuis, conuenien
ma ſacramenti pænitentiæ

Quod dicunt aliqui ho
abſoluo, male coniungi cum
no, *a peccatis* & conuenient
mitto, quam *ſoluo*, vel *abſol*
nus ſolutio propriè eſt vi
cuiuſmodi non ſunt peccat

ſimum, quidquid ſit enim an-
rma, *Ego remitto tibi peccata tua*,
iualens alteri, *Ego te abſoluo*,
ue eius loco valide vſurpari,
alide, quia licitè non poteſt
vſum vniuerſalis Eccleſiæ; iſta
uenientiſſima; tum quia Chri-
p. 18. S. Matthæi promittens
lis poteſtatem remittendi pec-
is eſt verbo ſoluendi, tum quia
a paſſim in ſcripturis vocantur
, Pſalm. 118. *Funes peccatorum*
lexi ſunt me: Prouerb. 5. *Iniqui-*
capiunt impium, & funibus pec-
ſuorum conſtringitur: Iſaiæ 62.
incula colli tui captiua filia Sion.
ſimilia loca communiter Pa-
licant de peccatis, quatenus
eccatoris detinetur illis tan-
quibuſdam compedibus, funi-
vinculis.

mquis autem aliqui Theologi
formam ſacramenti pæniten-
ere eſſentialiter eſſe verbalem,
d ore ſacerdotis abſoluentis
ur modo illo humano, quo
niter loquimur, ſed vel ſcri-
el nutum, vel quoduis aliud
xternum ſufficere quo efficax
intentio ſacerdotis tunc ab-
s pænitentem ſufficienter ex-
r, ſicut infra dicemus poſſe
ænitente peccatorum confeſ-
& etiam matrimonium validè
itur inter baptizatos nullum
s impedimentum, per ſigna
vel per nutus, aut per ſcriptu-
nmunis tamen ſententia, ma-
onformis Conciliis Florenti-
creto Eugenii, & Tridentino
cap. 3. & 6. eſt, quod forma
nti Pænitentiæ, ſeu abſolutio
ſſentialiter eſſe vocalis, ſeu
erdotis iuridice proferri. Cu-
à priori eſt ſola Chriſti Do-
litutio, qua id voluit, quæque
noteſcit per praxim Eccleſiæ,
mpore Apoſtolorum vſque ad
nunquam aliter abſoluit ſuos
tes; vnde etiam Patres loquē-
tes de pænitentia, ſub nomine impoſi-
tionis manuum dicunt eam nihil aliud
eſſe quam *orationem ſuper hominem*,
intelligentes per precem & orationem,
verba formæ huius ſacramenti, ſicut
ſupra notauimus eos etiam vocaſſe
verba formæ conſecrationis Euchari-
ſticæ, precem, & orationem.

Nec caret fundamento in Scriptu-
ra loco ſæpius citato Ioann. 20. *quo-*
rum remiſeritis peccata, remittuntur eis,
verbum enim remitto, aut aliud illi
æquiualens, quo Chriſtus formam hu-
ius ſacramenti inſtituit, vt oſtendimus
ſupra analogice ad verba, quibus in-
ſtituit formam baptiſmi, *Baptizantes*
eos, nedum ſignificat remiſſionem pec-
catorum, quam facit in pænitente; ſed
etiam explicat miniſtrum hic & nunc
illam facere ex poteſtate ſibi à Chriſto
Domino tradita: vbi autem forma ſa-
cramenti alicuius eſt talis, vt non de-
beat tantum ſignificare terminum quē
producit, ſiue id quod facit; verum
etiam actionem miniſtri in actu exer-
cito, ſeu explicare actionem, & vſum
poteſtatis, tunc forma talis ſacramen-
ti debet neceſſario, & eſſentialiter eſſe
vocalis, ſeu humana voce pronuntiari
à miniſtro, vt patet in Sacramentis Ba-
ptiſmi, Confirmationis, & Extremæ
Vnctionis, vbi eorum verba hoc vtrū-
que ſignificant, & ideo ſunt eſſentia-
liter proferenda à miniſtro voce hu-
mana; forma igitur ſacramenti pæni-
tentiæ debet eſſentialiter eſſe verbalis
ſeu vocaliter, & ore miniſtri pronun-
tiari.

Per quod patet ad primam obiectio-
nem, diſparemque eſſe conditionem
accuſationis ſacramentalis factæ per
confeſſionem ore proprio pęnitentis,
vel aliquo tantum illius ſcripto, aut
nutu, à conditione abſolutionis ſacra-
mentalis, ex eo potiſſimum, quod
Chriſtus ad accuſationem non requi-
ſierit, vt eſſentialiter fieret proprio ore
pænitentis, vt patet ex praxi Eccleſiæ,
quemadmodum requiſiuit ad formam
abſolutionis, vt pronuntiaretur voca-
liter,

iter, ſeu humana voce ſacerdotis abſoluentis. Cuius diſcriminis hæc eſt ratio congruentiæ, quod confeſſio pænitentis tenet ſe ex parte materiæ Sacramenti Pænitentiæ, ad quam non requiritur, vt proprium effectum in ſacramentis ſignificet tàm expreſsè, quàm eorum forma, vt patet ex eorumdem analogia ad compoſitũ phyſicum: vndè cum confeſſio facta per nutus & ſigna ſignificet remiſſionem peccatorum confusè, & indeterminatè, ſufficienter tamen pro componendo Sacramento Pænitentiæ, quando ſubiicitur abſolutioni per ſacerdotem vocaliter prolatæ; forma verò non pronuntiata, ſed ſolum repræſentata aliquo ſigno exteriori non tam expreſsè illam ſignificet, vt enim ait Auguſtinus lib. 3. de Doctrina Chriſtiana, inter ea quæ ſignificant, *verba proprie ſumpta primatum obtinent*: Indè Chriſtus ita inſtituit hoc ſacramentum pænitentiæ, vt confeſſio poſſet validè fieri per ſigna, & nutus, vel etiam ſcripto: forma verò abſolutionis minimè.

Ad ſecundam obiectionem ex matrimonio deſumptam, reſpondetur ideo Chriſtum congruenter inſtituiſſe, vt validè contraheretur inter baptizatos nullum habentes impedimentum, per ſigna tantum, vel per nutus, aut per ſcripturam, quia nimirum eſt in genere cõtractus qui iſtis ſingulis modis validè fieri ſolet: at Sacramentum Pænitentiæ eſt in genere iudicij; in quo licet non ita eſſentialiter reqniratur ſententiam iudicis ferri verbo eius vocali, quin abſolutè aliter fieri poſſit, hoc eſt per ſcripturam, aut aliquod aliud ſignum externum; quia tamen ſecundum modum ordinarium, quo fit, & exercetur iudicium, ad cuius normam Chriſtus inſtituit Sacramentum Pænitentiæ, ſententia abſolutionis ore iudicis vocaliter pronuntiatur, in eoque maximè elucet iudiciaria poteſtas, inde Chriſtus ad illam in ſacerdote oſtendendam, congruenter

voluit formam abſolutionis
cramento fieri vocaliter, ſub
litatis eius abſque iſta ſolet
Conuenientibus omnibu
gis, quod verba illa, ſcilicet
tur tui, vſque ad iſta, *Eg*
&c. tum quæ ſubſequuntur
mini noſtri &c. non ſint d
abſolutionis ſacramentalis
lorem ſacramenti neceſſar
ait Tridentinum ſeſſ. 14. c.
Eccleſiæ Sanctæ more l
adiungantur; difficultas in
circa iſta verba: *Ego te abſ*
nibus peccatis tuis, in nomin
Filij, & Spiritus Sancti; Dur
in 4. diſt. 22. quęſt. 2. num.
mat, omnia & ſingula verba
ta eſſe de eſſentia formæ hu
menti; Maior in 4. qu. 12.
Soto lect. 4. de confeſſione
tem, *Abſoluo te à peccatis tu*
extremo Dominicus Soto
22. quęſt. 1. art. 1. §. vltim
videtur, iſtud verbum, *abſo*
riè prolatum, ad valorem
nis ſufficere. Verior tamen
quam poſt Diuum Thoma
tur communiter Theologi
forma abſolutionis eſſentia
tur in illis verbis, *Ego te abſ*
& in ſolis iſtis, *abſoluo te*
pronomine, *Ego*, vt pote q
bo primæ perſonæ *abſoluo*,
ſubintelligitur.

Ratio eſt, quia his ſoli
gnificatur principalis effec
menti Pænitentiæ; etſi eni
differentia ſint ad ſignifica
abſolutionem à cenſuris, p
mento, voto &c. quam à pe
ſideratis tamen omnibus c
tijs in quibus proferuntur,
ſupra pęnitentem, qui ſua p
feſſus eſt ſacerdoti, determ
ſignificandam abſolutionem
tis, quę eſt principalis effe
ſacramenti, ideoque hęc ver
catis tuis, non ſunt de eſſen
ipſius; multoque minus illa,

&c. non enim ideo neceſſaria
forma baptiſmi, & confirmatio-
preſſio Sanctiſſimæ Trinitatis,
fectus illorum ſacramentorum
ur principaliter à Deo, & mini-
ter tantùm ab homine, alioquin
na omnium ſacramentorum, de-
eri talis expreſſio, cum in om-
llis eadem ſit dependentia mi-
cauſa principali; ſed quia Ba-
s inducit hominem ad fidem,
ræcipuum myſterium eſt Tri-
& Confirmatio roborat ad eius
onem, quæ ratio non currit in
ento Pænitentiæ, propterea que
quitur, debere tres perſonas di-
xprimi in eius forma, ex eo
xprimantur in forma Baptiſmi
firmationis. In ſolo autem ver-
luo, non contineri ſufficienter
a abſolutionis, non minus cer-
, cum in ea exprimi debeat, ab-
nem cadere ſupra talem perſo-
linquentem, accuſatam, côn-
pænitentem, & confeſſam ta-
ılaria peccata; vnde Chriſtus
us Ioann. 20. dixit: *Quorum*
tis peccata &c. vbi & perſonam
, & peccata manifeſtata à pæ-
præſente: igitur particula *Te*
ius eſt de eſſentia formæ huius
nti, quam formæ Sacramenti
i, & Confirmationis. Ex ea-
ticula *Te*, vel æquiualenti col.
abſolutionem dari non poſſe
præfata enim particula, ex-
d perſonam præſentem diri-
ſt, iuxta Chriſti inſtitutionem;
Euchariſtia verba, *Hoc eſt*, ad
n præſentem referuntur: vn-
Sacerdos non poteſt conſe-
nem abſentem, ita nec pœni-
bſentem ſacramentaliter ab-

ter, ſuppoſito, quod forma
is huius Sacramenti com-
llis duobus verbis, *abſoluo te*,
n eſt, gratiam ſacramenta-
iſſiuam peccatorum produci
ti extrinſecè terminatiuo pro-

lationis eorum, quamuis ad perfectiorem ſignificationem formæ addat Sacerdos verba ſequentia, *à peccatis tuis*: Si quidem Sacramenta cauſant gratiam, quando ſignificatio eſſentialis iam eſt completa: igitur ſuppoſito, quod ante illa verba, *à peccatis tuis*, ſignificatio eſſentialis abſolutionis ſacramentalis ſit completa, quia perficitur illis duobus verbis, *abſoluo te*, manifeſtè ſequitur gratiam ſacramentalem, remiſſiuam peccatorum, produci in inſtanti extrinſecè terminatiuo prolationis dictorum verborum.

Demum cum ſola mutatio eſſentialis reddat ſacramentum inualidum, & de eſſentia formæ Sacramenti Pænitentiæ tantum ſit, vt per modum actus iudicialis proferatur, docent vna nimiter Theologi, quibuſcumque verbis, quę iudicialem ſententiam ſignificant, vtatur ſacerdos in forma abſolutionis, Sacramentum fore validum; vt ſi diceret, *remitto tibi peccata tua*, vel *delicta tua tibi condono*, vel ſi fieret modo imperatorio dicendo, *abſoluatur Petrus à peccatis*, vel etiam *practico* indicatiui modi paſſiui verbi, dicendo *abſoluitur Petrus à peccatis*, cū & iſtis modis ſententia iudicialis poſſit validè ferri, vt patet ex formulis iudiciorum; Sicut & ſi forma proferretur ſub hac conditione, *ſi non es abſolutus, ego te abſoluo*; validum quoque eſſet Sacramentum; quæ tamen conditio, & aliæ ſimiles non debent adhiberi, etiam mentaliter, niſi ob rationabilem cauſam. At ſi cōditio de futuro apponeretur formæ, dicendo, *Ego te abſoluo modo reſtituas*, aut *ſi reſtitueris*, redderet illam inſufficientem, & nullam; quia talis conditio ſuſpendit verborum formæ ſignificationem, & effectum, quæ tamen verba, quia continent ſententiam ſupremi Iudicis, à quo nulla eſt appellatio, debent habere ſignificationem abſolutam, cuius ſignificatum fiat, quando pronuntiatur; quia in re ſuperant rationem matrimonij, quod quia naturam contractus ſequitur, poteſt

conditionatè iniri. Eadem ratione, quod nimirum hoc ſacramentum ſit à Chriſto inſtitutum ad inſtar veri, & propriè dicti iudicij, cuius ſententia eſt abſoluta, non deprecatoria, quæ iuridicè pronuntietur non deprecatoriè; neque enim Chriſtus inſtituens hoc Sacramentum dixit; *peccata illorum, pro quibus oraueritis, remittentur eis*; ſed ſimpliciter, & abſolutè, *quorum peccata remiſeritis remittuntur eis*; vnanimiter Theologi docent, abſolutionem modo deprecatorio pronuntiatam, eſſe inualidam, vt ſi Confeſſarius dicat, *abſoluat te Deus*, vel *abſoluaris à Deo*, quia hęc formula eſt tantum deprecantis, & non iuridicè, per veram, ac propriè dictam ſententiam abſoluentis pænitentem: quod ſi ſupponatur eſſe *imperantis*, adhuc eſt nullum, quia tunc imperium iſtud fit Deo cui ſacerdos imperare nō poteſt: Item ſi abſolutionis forma enuntietur per modum optatiuum erit nulla, cum ſic tantum ſignificet deſiderium ſacerdotis non autem actum iuridicum, quo ex vi ſuæ poteſtatis abſoluit de facto pænitentem. Si quis abſolutionem daret in plurali, honoris cauſa, valida quidem eſſet, peccaret tamen Sacerdos illa vtens, quia recederet à communi forma Eccleſię. Tandem docent aliqui poſſe ſacerdotem vnica abſolutione abſoluere multos in caſu naufragij, & imminente periculo mortis, ſicut vna abſolutione baptizari poſſunt multi. Id tamen negant alij.

Per quod etiam patet ad vltimum Concilij locum ex cap. 6. ibi enim conformiter ad dicta ſeſſ. 6. cap. 16. & can. 9. damnat eos, qui volunt impium ſola fide iuſtificari, & nullatenus oportere, cum ſuæ voluntatis motu pręparari, atque diſponi; non autem intendit veram contritionem, vt condiſtinctam ab attritione, eſſe ad id etiã in pœnitentiæ ſacramento, abſolutè, & non ad melius eſſe tantum, neceſſariam; Si enim perfecta contritio vtrobique, eſſet neceſſaria, hoc eſt tam in ſacramento, quam extra illud, ad quid Concilium ſeſſ. 14. cap. 4. diſtinxiſſet de illa extra ſacramentum; & dixiſſet per illam hominem Deo reconciliari, non tamen ſine ſacramenti voto, ſi etiam in ſacramento ad id inſuper abſolutè neceſſariam eſſe credidiſſet: Deinde docet attritionem, quam ibi deſcribit, & diſtinguit à contritione perfecta, eodem modo diſponere ad iuſtificationis gratiam in Sacramento Pænitentiæ impetrandam; quo contritio, priuſquam hoc ſacramentum in re ſuſcipiatur, diſponit: ſed contritio vltimo & ſufficienter diſponit ad præfatam gratiam extra ſacramentum obtinendam: Ergo Tridentinum, omnibus bene penſatis & debitè inter ſe collatis videtur clarè intendere, & docere attritionem ſimili modo, id eſt proximè, & ſufficienter in ſacramento diſponere ad iuſtificationem, atque adeo abſolutè non eſſe neceſſariam perfectam contritionem, ſed tantum ad melius eſſe.

Quamobrem cum quidam Claudius Seguenot notas, ſeu obſeruationes quaſdam feciſſet ad Sanctum Auguſtinum lib. de Virginitate, & ſcripſiſſet, *attritionem de peccatis inſufficientem eſſe pro accipienda remiſſione peccatorum in Sacramento Pænitentiæ, contritionem ex perfecta charitate eſſe ad id neceſſariam*, & conſequenter ad hunc errorem addidiſſet, *abſolutionem ſacramentalem, nihil aliud eſſe quam declarationem iuridicam peccati iam remiſſi*, facultas Pariſienſis multis ſuper has pręhabitis deliberationibus tam 1. Iunij, quam 1. Iulij anni 1638. totum iſtud hac cenſura notauit: *Quæ tradit de attritionis inſufficientia, & contritionis ex perfecta charitate, abſoluta neceſſitate ad recipiendum ſacramentum pænitentiæ; & quæ addit, & approbat de abſolutione, quod nihil aliud ſit, quam declaratio iuridica peccati iam remiſſi, damnauit quoque facultas, & cenſuit has propoſitiones eſſe quietis animarum perturbatiuas, communi & omnino tutæ praxi Eccleſiæ contrarias, efficaciæ ſacramenti pænitentiæ imminutiuas, & inſuper temerarias ac erroneas*. Hactenus celeberrima facultas, inhærendo doctrinæ ſacri Concilij Tridentini.

Quam facultatis Pariſienſis cenſuram non eo protulimus animo inurendi aliquam notam huic ſententiæ, ſed mere hiſtoricè, cum Sanctiſſimus D. Noſter Alexander Papa VII. felicis recordationis. in decreto ſuper hanc rem edito feria 5. Maij 1667. in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ Sãctæ Sedi reſeruatæ, alijſque pænis eiuſdem Sanctæ Sedis arbitrio taxandis, præceperit *Cunctis, & ſingulis fidelibus quocumque gradu, ac dignitate etiam Epiſcopali, & maiori, imo & Cardinalitia fulgentibus, vt ſi deinceps de materia attritionis præfatæ*, hoc eſt, *quæ concipitur ex metu gehennæ excludens voluntatem peccandi cum ſpe veniæ, an ad impetrandam gratiam in Sacramento Pænitentiæ, requirat inſuper aliquem actum dilectionis Dei, aſſerentibus quibuſdam, negantibus alijs, & inuicem aduerſam ſententiam cenſurantibus, ſcribent, vel libros, aut ſcripturas edent, vel docebunt, vel prædicabunt, vel alio quouis modo pænitentes, aut ſcholares, cæteroſue*

roſue erudient non audeāt alicuius Theologicę cenſuræ; alteriuſue iniuriæ, aut contumeliæ nota taxare alterutram ſententiam, ſiue negantem neceſſitatem aliqualis dilectionis Dei in præfata attritione ex metu gehennę concepta, quæ hodie inter Scholaſticos communior videtur, ſiue aſſerentem dictę dilectionis neceſſitatem, donec à Sancta Sede fuerit aliquid hac in re definitum.

Secundò probatur veritas noſtræ concluſionis authoritate Diui Auguſtini lib. de catechizandis rudibus cap. 17. vbi ait: *Qui autem propter beatitudinem ſempiternam, & perpetuam requiem, quę poſt hanc vitam ſanctis futura promittitur, vult fieri Chriſtianus, vt non eat in ignem æternum cum diabolo, ſed in regnum ęternum intret cum Chriſto, vere ipſe Chriſtianus eſt*; Sed quæ ex Auguſtino ibi reperitur diſpoſitio in his qui Sacramentum Baptiſmi fructuosè percipiunt, ſeu iuſti fiũt recipiendo illud, eſt tantum vera attritio, vt patet ex motiuo ab eo adducto, eiuſdemque prorſus rationis, cum illa quam nos requirimus in ſacramẽto pœnitentiæ; igitur ex mente præfati Sanctiſſimi Doctoris, attritio, quæ ex ſpeciali auxilio Dei, tam gratiæ excitantis, aut præuenientis, quam adiuuantis concipitur ex metu gehennæ, vel deſiderio vitæ æternæ iuncta Sacramento Baptiſmi eſt diſpoſitio adultis ſufficiens ad gratiam baptiſmalem; cumque eadem ſit ratio ſacramenti pænitentiæ, & ſacramenti baptiſmi, ſi quidem vtrumque dicitur ſacramentum mortuorum, non ſupponens, ſed dans vitam gratiæ, vt mox dicemus, ſi ex Auguſtino attritio iuncta baptiſmo, eſt diſpoſitio ſufficiens ad remiſſionem omnium peccatorum illi præexiſtentium; iuxta eumdem quoque dicendum eſt, illam iunctam ſacramento pęnitentiæ eſſe diſpoſitionem ſufficientem ad impetrandam pænitenti baptizato remiſſionem ſuorum peccatorum mortalium. Et ſi enim baptiſmus, & pœnitentia in eo diffe-

rant, quod prędictus actu
mento pænitentiæ ſit eius
non autem in ſacramento
hęc tamen differentia, aut
les, non ſunt ſufficiens rati
vtrumque ſacramentum ſi
rum, attritio in ſacramento
ab adulto ſuſcepto, ſit ſu
ſpoſitio ad iuſtificationem,
In ſacramento pænitentiæ.

Tertiò varijs probatur
quarum prima fundatur in
ius ſacramenti pænitentiæ
citur mortuorum, nec adu
gant. Vnde ſic arguo ſa
quæ dicuntur mortuorum
nunt contritionem perfecta
ritate formatam, tanquam
nem neceſſario requiſitam
ſam eorum receptionem; ſe
tum pęnitentiæ eſt vnum è
tis, quæ in Eccleſia vocant
rum; ad fructuoſam ergo
ptionem non requiritur co
fecta, tanquam diſpoſitio a
ceſſaria. Maior huius ar
qua eſt difficultas probatur
male principium vitæ ſp
gratia ſanctificans, quæ et
eodem inſtanti temporis in
quo habet perfectam co
ſeu ex amore formali Dei
nia, vt concedunt omnes
cum talis contritio ſit vltin
xima diſpoſitio ad gratia
cantem; Suppoſito igitur
cramentum Pœnitentię in
ſit ſacramentum mortuoru
Patres, & Theologi vocan
ſignificant, quando compa
tentem, qui in hoc ſacram
uitur, Lazaro cui reſtitueb
per Chriſtum, non debet
ponere contritionem perfec
quam diſpoſitionem neceſſ
hoc ſe habet per accidens,
lius eſſe, ſufficitque abſolu
cum infra veram contritio
detur alia melior diſpoſitio
dem attritio iuncta ſacrame
ti

tinendum eius effectum. Si quis reſpondeat, perfectam contritionem non eſſe vltimam, & infallibilem diſpoſitionem ad gratiam & peccatorum remiſſionem, etiam extra Sacramentum, obtinendam; ſtare non poteſt, attenta doctrina Concilij Tridentini ſeſſ. 14. cap. 4. *Docet*, inquit, *præterea, etſi contritionem hanc aliquando charitate perfectam eſſe contingat, hominemque Deo reconciliare, priuſquam hoc Sacramentum actu ſuſcipiatur, ipſam nihilominus reconciliationem ipſi contritioni ſine ſacramenti voto, quod in illa includitur, non eſſe adſcribendam.* Vnde etiam in Bulla Pij V. & Gregorij XIII. contra Michaelem Baium damnatur ſimilis propoſitio; vt dicetur concluſione ſequenti.

Altera ratio, quæ coincidit cum hac prima, eſt, quod hoc Sacramentum, vt ait Diuus Thomas 3. p. q. 80. art. 4. ad 2. eſt inſtitutum vt medicina ad tollendum peccatum: at medicina non ſupponit morbum ſublatum, ſed tollit: Igitur ſicut ex hoc quod Sacramentum Pænitentiæ, vna cum baptiſmo, eſt ſacramentum mortuorũ, vitæque ſpiritualis per peccatum mortale amiſſæ reparatiuum, non debet ex ſe ſupponere illam in ſuſcipiente; ita quoque ex hoc quod ſub alia metaphora dicatur medicina animæ lethaliter per peccatum mortale vulneratæ, eiuſque per gratiam ſanatiua, ex ſe non debet in ea ſanitatem ſupponere, ſed illam cauſare; nec conſequenter ſupponere peccatum iam per contritionem perfectam ſublatum, ſed illud tollere.

Tertia ratio eſt, quia vnumquodque ſacramentum nouæ legis, eſt aptũ facere ſeipſo immediatè id, ad quod eſt primò, & per ſe inſtitutum, quia agit ex opere operato, & iſte modus operandi hoc poſtulat, vt etiam concedunt aduerſarij; Sed pænitentia eſt aliquod ſpeciale ſacramentum nouæ legis; id autem ad quod eſt primò & per ſe inſtitutum, eſt prima gratia ſanctificans, ſeu reparatiua, aut ſanatiua, nec non hominis baptizati in peccata lapſi, Deo reconciliatiua, vt eſt dictũ; Hoc ergo totum eſt aptum facere, vel præſtare ſeipſo immediatè; quod tamen non haberet, ſi perfecta contritio, vt condiſtincta ab attritione, eſſet ſimpliciter, & abſolutè neceſſaria in baptizato de ſuis peccatis pænitente, & ad hoc ſacramentum accedente, ſed illud in eo iam præſupponeret tãquam efficacia perfectæ contritionis prius acceptum, vt probatum eſt.

Quartò, ex communi Theologorum proloquio, vnumquodque ſacramentum nouæ legis ſuum producit effectum in eo ſubiecto, in quo nullum reperit obicem; ſed in ſubiecto per veram attritionem diſpoſito, ſacramentum pœnitentiæ nullum reperit obicem; ea igitur eſt ſufficiens diſpoſitio ad obtinendam in eo gratiam iuſtificantem, & non requiritur neceſſario vera, aut perfecta contritio; Maior huius argumenti eſt omnino certa; vnde probatur minor, diſcurrendo per ſingulas veræ attritionis, de qua hic agitur, & à nobis requiritur, conditiones.

Nam primò ſecundum fidem ex Concilio Tridentino, eſt actus bonus, ſiquidem verum donum Dei, & Spiritus Sancti impulſus, non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantum mouentis, quo pænitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat; ſed huiuſmodi actus, vt ſatis patet, vbi iungitur ſacramento pænitentiæ, nullum ponit obicem eius effectui, ergo non eſt cur ex hoc capite illum non producat in pænitente talem actum habente.

Secundò, illa attritio eſt actus ſupernaturalis, tam ex parte principij, cum, vt ſupponimus eliciatur ex vi auxilij diuini; quam ex parte obiecti, ſeu motiui; cum, vt ſimiliter ſupponimus, fiat ex motiuo ſupernaturali, quia fit ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu, nec non cum ſubiectione ad claues

Eccleſiæ, & paſſionem Chriſti, quæ omnia ſunt motiua ſupernaturalia. Quantum enim ad primum ſciendum eſt turpitudinem peccati poſſe conſiderari duobus modis. Primò, vt opponitur honeſtati virtutum moralium ordinis plane naturalis; Secundò, vt opponitur honeſtati virtutum moralium per ſe infuſarum, correſpondentium virtutibus ordinis naturalis; licet autem attritio concepta ex conſideratione turpitudinis peccati priori modo ſumptæ ſit naturalis, vt pote ex ſolo motiuo naturali orta, atque adeo etiam iuncta ſacramento ſit inſufficiẽs ad eius effectum; quod aſſerimus de quacumque attritione naturali, tam ſi cognita ſit, vt talis, quam ſi exiſtimetur vt ſupernaturalis, cum alias ſit in ſe naturalis; attamen attritio concepta ex turpitudine peccati poſteriori modo, quatenus nimirum voluntas pænitentis ex deformitate, quam peccatum habet ad rectam rationem, vt eleuatam ad ordinem ſupernaturalem, illud deteſtatur, eſt etiam entitatiuè ſupernaturalis, cum eius motiuum ſit ordinis ſupernaturalis: neque peccata talem haberent turpitudinem, ſi eſſent tantum commiſſa ab homine ad ſolum finem naturalem ordinato. Idem dici poteſt proportione ſeruata de gehennę, & pænarum metu; in illo enim includitur voluntas efficax fugiendi pænam æternam vt dignam odio, non quomodocumque, ſed iuxta cognitionem, & reuelationem fide Catholica acceptam.

Et, quia vitare, & deteſtari culpam, vt cognitam tantæ pænæ cauſam, per fidem ſupernaturalem, importat aliquid ſupernaturale in tali deteſtatione ex parte ſui motiui fit vt eiuſmodi deteſtatio ſit ſupernaturalis: valdeque diſtincta ab ea quæ reperitur in Gentilibus naturæ lumine ſolum peccata ſua cognoſcentibus, ac deteſtantibus. Denique eo ipſo quod iſta attritio, vel peccatorum deteſtatio iungitur ſacramento Pænitentiæ ea mediante con-

feſſione ſubijciendo clauibu
& paſſioni Chriſti, adhuc
non eſſe ſupernaturalis, qu
Chriſti non eſt medicina na
que Chriſtus mortuus eſt
temporalibus acquirendis,
tollenda peccata, vt ſunt c
tatem, vel honorem, aut ali
porale; neque claues Ecc
riunt niſi Regnum Cælorum
adeo ex hoc capite iſta att
ſolum nullum ponit obicem
to pænitentię, ſed cum ſit
ralis non poteſt non eſſe
valde proportionata ad reci
in eo gratiam iuſtificantem.

Tertiò, in homine ſic de
peccatis, eaque per confeſ
ciẽte clauibus Eccleſiæ null
reperitur affectus ad illa, e
etiam capite nullum hab
quin fructuosè recipiat ſac
pęnitentiæ; iſta conſequent
ſi antecedens eſt verum, pr
telligentia recolendum eſt
ſupra cap. 14. duplicem di
bere timorem ſeruilem,
modo quo timor, vel met
aliquod bonum ſit, vel ma
tur, poteſt concipi ex pęna
pter pænam: Prior metus
is, quo odium pęnæ, & fug
homini tota ratio tam finali
impulſiua, ſeu motiua facie
bonum, vel ab aliquo pec
nendi, quatenus homo ita e
vt malum vitet ſolummodo
conſtituatque in fuga eius
finem, ſeu in bono iſti pæ
rio: Poſterior metus ſeruili
fuga pænæ, & malum illi op
non eſt homini ex metu op
mus finis, ſed tantum prox
tamen refertur ad honeſtum
teriorem, puta beatitudine
ſeu ad Deum vt proprium
mum bonum, quo ſic ope
vult priuari. Inter quos du
hæc eſt differentia, quod pri
dicatur ſeruilis per excellen

genere, vnde ad diſtinctionem poſterioris ab aliquibus explicatur cum addito ſeruiliter, vel cum ſeruilitate ſeruiens, quia ſola pœna, & nullo alio motiuo inducit hominem ad aliquid fugiendum vel operandum, quod eſt proprium ſeruorum, ſeu mancipiorum; poſterior autem appellatur tantum ſeruilis retento nomine ſui generis, quia ita mouet hominem ad operandum, vt non ſit illi tota ratio eum inducens ad agendum, nec euitationẽ pęnæ, aut bonũ quo hæc illum priuaret, conſtituit ſibi finem vltimum. Etſi igitur verum ſit quod prior ille timor ſeruilis relinquat in operante ex illo, aliquem affectum formalem, vel ſaltem virtualem ad peccatum, atque adeo dolor, vel attritio ex illo concepta, non ſolum non remouet obicem, ſed potius illum ponit, cum ſit actus hoc modo peccaminoſus; Attamen dolor ille, vel attritio quæ concipitur ex ſeruili quidem, ſed non ſeruiliter ſeruiente metu, qualis eſt, quam dicimus requiri, & ſufficere ad fructum ſacramenti pęnitentiæ, excludit tam virtualem, quam formalem affectum peccandi in homine illam eliciente; alias, vt ait Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 19. art. 4. oporteret, *quod timor ſeruilis ſimpliciter eſſet malus, ſicut adulterium ſimpliciter eſt malum*, quod tamen eſt contra fidem ex Tridentino ſeſſ. 14. cap. 4. expreſsè declarante, *illam contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat, cum ſpe veniæ, non ſolum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei eſſe, & Spiritus Sancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantum mouentis*; quibus ſanè verbis clarè ſignificatur metum ita conceptum nec eſſe filialem, quia non eſt ex dilectione charitatis, ſeu iuſtitię Dei, nec etiam ſeruiliter ſeruilem, quia cum ſit peccaminoſus, redderique proinde hominem magis hypocritam, non poteſt vocari donum Dei, & Spiritus Sancti impulſus, ſed eſſe ſeruilem, à filiali, vel amore, vt dicunt Theologi, caſto diſtinctum, quia non eſt ex dilectione charitatis, à ſeruiliter autem ſeruili, quia ita procedit ex metu pœnæ æternæ ignis peccato mortali debitę, vt non ſiſtat pœnitens in ſimplici fuga, & priuatione doloris, ſeu cruciatus ęterni, qui eſt conſecutio boni huic pęnæ contrarij, tanquam in vltimo fine, vt facit, qui metu ſeruiliter ſeruili timet, ſed inſuper hunc ipſum ęternæ pœnæ metum refert ad æternam beatitudinem, vt bonum ſibi per virtutem fidei, & ſpei Chriſtianæ propoſitum.

Qua ratione cum negari non poſſit eſſe aliquid honeſtum, & ſupernaturale, quatenus ſcilicet pœnitens ex tali metu mouetur ad dolendum de peccato, & ad bene operandum, ne priuetur vita æterna, ſeu Deo vt bono ſibi proprio per virtutem ſpei expectato, negari etiam non poteſt quin attritio in timore ſeruili ita fundata excludat tam virtualem, quam formalem affectum peccandi in pœnitente cum illa ad ſacramentum pœnitentiæ accedente, alias non eſſet actus bonus, ſed malus, quod eſt, vt diximus contra fidem.

Ex quibus intelligitur, quomodo etiam voluntas hominis ſic de ſuo peccato attriti immutatur ſufficienter, ab eaque tollitur deordinatio, quæ eſt conuerſa ad aliquod bonum commutabile, pro vt requirit Diuus Thomas 3. p. q. 86. art. 2. agens de pœnitentia, vel contritione ſecundum ſuam rationem genericam, quomodo diximus ſupra Concilium illam ſumpſiſſe ſeſſ. 14. cap. 4. cum enim ex eodem S. Thoma loco citato ad 1. duplex ſit deordinatio voluntatis, vna habitualis, quæ tranſacto actu peccati mortalis, tandiu remanet in voluntate eius qui peccauit, quandiu peccatum illi per infuſionem gratiæ ſanctificantis

non

non eſt remiſſum: altera actualis, quæ conſiſtit in actuali affectu voluntatis ad peccatum: inter quas cum hæc etiã ſit diſtinctio, quod ad infuſionem gratiæ ſanctificantis per aliquod ſacramentum mortuorum, non requiritur priorem deordinationem tolli priuſquam ſacramentum adminiſtretur, vt patet in Baptiſmo, non tantum infantium, vt S. Thomas ibi expreſsè docet, ſed etiam adultorum qui cum ſola attritione de peccatis ſuis actualibus recipiunt fructuosè baptiſmum; ſecus autem poſteriorem; cuius ratio eſt, quod ſacramenta nouæ legis, cum agant ex opere operato, producunt gratiam, obice ablato à ſuſcipiente illa; qui obex in ſacramento mortuorũ, eſt actualis deordinatio, ſeu affectus voluntatis ad peccatum commiſſum, quia habitualis præcisè conſiderata, nõ eſt loquendo propriè aliquis obex; inde fit quod diſpoſitio ad ſacramentum pænitentię neceſſaria, cum ſit ſacramentum mortuorum, non debeat eſſe diſpoſitio auferens habitualem deordinationem, qualis eſt perfecta contritio, ſed ſufficit diſpoſitio auferens actualem deordinationem; igitur cum actus attritionis ex ſupernaturali motiuo elicitæ auferat illam, ſeu affectum voluntatis ad peccatum, quod commiſit, vt probauimus, erit quoque ſufficienter immutatiuus voluntatis hominis ſic de ſuo peccato attriti, eiuſque deordinationis ablatiuus, vt ſacramentum pænitentiæ, quod eſt ſacramentum mortuorum, conferat illi proprium ſuum effectum, id eſt gratiam reparatiuam, & ſanatiuam, ſeu peccatorum remiſſiuam; ſupplendo quod deeſt iſti actui, vt diſpoſitiuo ex operę operantis, competitque perfectæ contritioni, ad gratiam iuſtificationis. Vnde ſacramentum pænitentiæ, iuxta commune Theologorum axioma, dicitur facere ex attrito contritum: at ſi ſubiectum per contritionem prius diſpoſitum exigeret, nunquam faceret de attrito contritum; ſed tale ſemper ſupponer[e]
igitur non requiritur abſo[...]
tio, ſed ſufficit ſola attritio[...]
cta abſolutione ſacerdota[...]
ni æquiualet, & tam bene[...]
tiam, & remiſſionem pecca[...]
ſa vera contritio.

Quartò hæc eadem att[...]
ex Concilio aſſerimus [...]
riam, & ſufficientem ſacra[...]
nitentiæ iunctam ad eius [...]
cludit verum propoſitum[...]
dandę, nec non impoſte[...]
di peccata; quod poſſe [...]
aliquo actu charitatis vera[...]
ſumptæ, patet ex citato C[...]
ſeſſ. 14. cap. 4. illud etia[...]
attritioni, de qua nunc ag[...]
ait illam excludere volu[...]
candi, & ſpem veniæ hab[...]
nexam: at excludere vol[...]
candi in rei veritate, & [...]
Concilij, eo loci, nihil a[...]
quam firmum propoſitu[...]
dæ vitæ, & impoſterum [...]
cata; ex hoc ergo adhuc [...]
dum eſt attritionem à Co[...]
ptam, & ſacramento pæni[...]
ctam, eſſe ſufficientem diſ[...]
vt in illam habente nullus [...]
eius effectum.

Quintò demum & vlti[...]
tritioni competit etiam ſu[...]
teſtari peccata propter D[...]
nihil ei vndequaque deeſt[...]
ſacramento pęnitentiæ [...]
eius effectum. Pro quo a[...]
eſt, poſſe aliquem deteſta[...]
ta propter Deum duobus [...]
mò propter Deum vt fine[...]
proximum, & immediatu[...]
ſummè bonum, & amabil[...]
propter Deum, ita vt finis [...]
& immediatus non ſit De[...]
ille ſui ipſius, quo exhorr[...]
tum, vitam æternam vt bo[...]
naturale ſibi Chriſtiano p[...]
gruum exoptat, pænas ver[...]
tanto bono contrarias odi[...]
men, vt ſummum, & vlti[...]

eius proprium, ſit ei finis vltimus. Etſi igitur deteſtari peccata propter Deum primo modo ſoli cõpetat charitati, vel contritioni illa perfectæ, non autem attritioni, alias non eſſet attritio, ſed perfecta contritio; poſterior tamen modus conuenit noſtræ attritioni, qui licet ſit minus perfectus priore, ſuam tamen habet ſupernaturalem bonitatem per ordinem ad Deũ vt obiectum ſpei Chriſtianę virtutis Theologicæ, ſicut & hæc virtus ſpei ſuam habet perfectionem, minorem quoque perfectione charitatis; vnde licet attritio ex ſe non ſit ſufficiens, aut infallibilis diſpoſitio ad gratiam extra Sacramentum, ſicut eſt perfecta contritio, ſufficienter tamen eſt deteſtatiua peccati, vt iuncta ſacramento illam obtineat.

Nec amor ille ſui ipſius in quo proximè fundatur attritio iſta poteſt dici abſolutè malus, nec ea conſequenter mala, vel ad minus inſufficiens diſpoſitio ad gratiam iuſtificationis in ſacramento pænitentiæ; datur enim ex S. Thoma 1. 2. q. 77. art. 4. & 22. q. 19. art. 6. duplex ſui ipſius amor, vnus ordinatus alter inordinatus, ſeu poteſt duobus modis elici, nimirum ordinatè, vel inordinatè, inordinatè quando quis ſeipſum amat, & bonum ſibi proprium optat, aut malum illi contrarium timet, vſque ad contemptum Dei, vt ait Diuus Auguſtinus lib. 14. de Ciuitate Dei cap. 28. ordinatè verò elicitur, quando quis ſeipſum diligit, ſeu bonum proprium, propterea quod eſt ſibi congruum, & malum iſti bono oppoſitum eſt ſibi nociuum, non tamen in eo bono vltimum finem ſibi pręfigit, nec malum ei oppoſitum tanquam principale malum refugit, ſed totum iſtud vlterius ordinat ſaltem virtualiter ad Deum vt vltimum bonum ſibi proprium, & per ſpem Chriſtianam à ſe expectatum; Quamuis ergo amor ſui ipſius primo modo cõſideratus ſit ſemper malus, nequaquã tamen ſi ſecundo modo ſpectetur; in quo attritionem fundari diximus, quẽ dari de Deo, eiuſque honori minimè repugnare docet Diuus Thomas, locis citatis.

Ex his poteſt etiam intelligi quomodo hæc eadem attritio includat, aliquem verum amorem Dei ſuper omnia, quamuis non eliciatur ex ea ſupernaturali dilectione, quę eſt propria charitati: vt enim quis in rigore Theologico dicatur amare Deum ſuper omnia, ſufficit quod plus ſecũdum æſtimationem, ſeu appretiationem eum diligat, quam quodcunque bonũ creatum; hoc autem reperitur in attritione à nobis aſſerta; ſi quidem in omni dilectione quæ habet duos fines, vnum proximum & immediatum, alterum vlteriorem, & vltimum, ad quẽ prior ille refertur; ibi, quod habet rationem finis vltimi plus æſtimatur, quam quod habet rationem prioris, ſeu immediati duntaxat finis, quia hic ad illum ordinatur, & æquus rerum æſtimator pluri facit bonum illud, quod eſt ſibi finis, quam illud quod eſt ſibi medium ad illud: Igitur cum in attritione, de qua loquimur, deteſtatio peccatorum orta ex metu æternæ pænæ priuantis hominem in æternum ſupernaturali beatitudine includens aliquem amorem ſui ipſius, ſit tantum homini ſic attrito finis proximus, & immediatus, quem vlterius ordinat ad Deum, vt ſuum vltimum finem, à ſe tamen tanquam bonum ſupernaturale ſibi Chriſtiano valdè cõueniens poſſidendum, alias ſi aut formaliter, aut virtualiter ita non ordinaretur, non poſſet dici actus bonus, donum Dei, Spirituſque Sancti impulſus, fatendum eſt in hac attritione includi aliqualem amorem Dei ſuper omnia, qui vt expreſsè docet S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 3. ad 3. eſt amor concupiſcentię, quia eſt Dei, non vt ſimpliciter, & immediatè in ſe, & ſecundum ſe eſt ſumme bonus, qua ratione eſt obiectum amicitiæ, ſeu charitatis, ſed vt eſt amanti tanquam fini cui, ſummum

mum bonum: neque propterea talis amor ſui ipſius poteſt vere dici fruitio, ſed potius vſus; quoniam qui illum elicit, ſeu amat ſeipſum, in eo vltimate non quieſcit, aut ſiſtit, ſed vlterius refert ad Deum vt ſummum bonum increatum proprium homini ſeipſum amanti.

Si dicat aliquis attritionem ita à nobis huc vſque explicatam, non eſſe amplius attritionem, ſed veram contritionem, licet non ita perfectam, atq; adeo noſtram coincidere ſententiam cum illa, quam impugnamus.

Reſpondetur id minime ſequi in eo ſenſu, in quo aduerſarij volunt, vt poſtea dicemus, contritionem ſaltem imperfectam eſſe neceſſariam ad iuſtificationem in Sacramento pænitentiæ, quia nimirum licet non ſit ita perfecta, ſemper tamen eſt intra eamdem ſpeciem contritionis ex amore Dei ſuper omnia proximè, & immediatè, tanquam ex ſuo formali motiuo procedentis: vbi noſtra attritio ſolum à nobis vocatur imperfecta, eo ſenſu quo aſſerit Concilium, diſtinguiturque eſſentialiter à vera contritione; ſicut enim ſpes, & charitas ſunt diſtinctæ virtutes, ſic etiam iſtæ duæ peccatorum deteſtationes, prima ſcilicet propter Deum, vt finem proximũ, & immediatum in ſeipſo ſumme bonũ, & amabilem, qualis reperitur in vera contritione; ſecunda autem propter Deum non quidem immediatè, aut proximè, ſed vltimatè, qualem reperiri in attritione oſtendimus, debent eſſe eſſentialiter diſtinctæ, cum ſub alia, & alia formali ratione tendant in Deum.

Quintò probatur noſtra concluſio de ſufficientia attritionis ad iuſtificationem cum ſacramento pænitentiæ, ex hoc quod, vt probauimus ſupra, abſolutio in eo non eſt ſolum declaratio iuridica peccati iam remiſſi, ſed vera illius remiſſio, quod pertinet ad fidem, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 6. & can. 9. vt vidimus ſupra;

nam ſi Sacramentum pæ
ceſſario exigeret ſubiectu
contritionem iam diſpoſi
tio ſacramentalis Sacerdo
actus iudicialis, quo vere
tur peccata confitenti, ſe
niſterium pronuntiandi,
remiſſa ei fuiſſe; vt ergo i
tra fidem, ita & illud, qu
tritio ſit neceſſaria diſpo
ctuoſam ſacramenti pæni
ptionem.

Probatur autem ſeque
ſupponens per ſe, & nece
ta iam remiſſa, non potel
illorum remiſſiuus, ſed a
iuridica declaratio remiſſ
dem; at abſolutio ſacram
& neceſſariò ſupponeret
rijs, peccata iam remiſſa,
quirit in confitente vera
nem, cum qua infallibilit
tur gratia ſanctificans ta
ſua vltima, & proxima di
ergò non eſſet actus iud
vere remitterentur pecca
ſed ad ſummum iuridic
remiſſionis eorumdem. E
explicatur maior huius.
quia licet non repugnet a
eſt per ſe tale, non eſſe p
tale, ſicut Sacramentum E
quod eſt ſacramentum pe
poteſt per accidens eſſe ſa
mortuorum, vt commu
Theologi; tamen videtur n
inuoluere contradictione
eſſe per ſe tale, & nunquam
tale, v. g. quod Euchariſti
ſe eſt ſacramentum viuoru
ex ſe produceret gratiam
vel augmentatiuam; ita
non repugnet, quod abſ
mentalis in re exhibita, p
non remittat peccata, qu
rit illa remiſſa in confitent
vt ſupponimus, veram co
cum voto ſacramenti, repu
hanc eamdem abſolutione
ſe remiſſiuam peccatorum

la nunquam remittat,ſed ſem-
iſſa ſupponat, vt contingeret,
olunt aduerſarij, vera contritio
& neceſſario præſupponeretur
utionem ſacramentalem, &
iceret vera ſolum attritio, vt
rimus.
, id ipſum probatur ex digni-
efficacia Sacramentorum, qui-
a lex præcellit veteri, atque
cramentum Pænitentiæ, mo-
emedio, quo antiquitus pec-
nittebantur; quod tamen non
i vera contritio eſſet diſpoſitio
io prærequiſita ad fructuoſam
nti pęnitentiæ receptionem;
n illud, nec eſſet beneficium,
ium efficax, ad remittenda
, cum illa iam condonata per
onem ſupponeret, nec etiam
e,ſed lege antiqua longe gra-
n non afferret facilitatem aſ-
æ, vel obtinendæ remiſſionis
um, ſed potius eam longè
rem redderet: nam vbi in le-
i ad eam ſolus actus contri-
fficiebat, nunc inſuper requi-
onfeſſio omnium peccatorum
m poſt baptiſmum commiſſo-
undum ſpeciem, & numerum
nſtantias, ſaltem mutantes
quo onere, nec non ſatisfa-
o peccatis ad libitum Sacer-
itam pęnitentiam iniungen-
um in lege noua grauius, ac
eſt pleriſque Chriſtianorum;
quod ad diſtinctionem Ba-
r aquam, non immerito, vt
s ſupra, vocatur à Patribus
s laborioſus, non autē quod
ratur neceſſario contritio: ad
itur conſolationem, maio-
ſacramenti pęnitentiæ digni-
& efficaciam, dicendum eſt
Dominum ita illud inſtituiſ-
fructuoſam eius receptionem
ireretur neceſſario vera con-
d ſufficeret attritio illi æqui-
uo ad effectum, iuncta ſacra-
non enim dubitamus, quin
contritio collata cum attritione ſit iſta perfectior, quinque forſan ex parte operantis ſit dignius obtinere,per cõtritionem, remiſſionem peccatorum; verum attenta dignitate, & efficacia Sacramenti pænitentiæ inſtituti à Chriſto Domino in noua lege præ veteri etiam ſuaui, & leui, aſſerimus ad illud pertinere, quod fideles in illo ex attritis fiant contriti,non quod attritio intrinſecè, aut entitatiuè mutetur in contritionem, ſed quod iuncta Sacramento pænitentiæ, vbi valor,remiſſio nimirum peccatorum, non eſt ex opere operantis, ſed ex opere operato,eſt æquiualenter vltima ad eam diſpoſitio tollendo omnem obicem, ſicut vera contritio eſt talis formaliter in eam habente.

Quas rationes omnes paucis verbis comprehendit ſuperius allata facultatis Pariſienſis cenſura, dum ait hanc opinionem de neceſſitate contritionis, & alias ibi allatas, *eſſe quietis animarum perturbatiuas, communi, & omnino tutæ praxi Eccleſiæ contrarias, efficaciæ Sacramenti Pęnitentiæ imminutiuas*. Quę etiam rationes ita ſunt efficaces contra hanc opinionem, vt non videatur procedere niſi ex mera naturæ huius Sacramenti ignorantia, vnde veteres Theologi, qui pro illa citantur, in tantum illam tenuere, aut quia nonnulli crediderunt; poteſtatem abſoluendi à peccatis, quam Chriſtus Dominus dedit Apoſtolis, eorumque in ſacerdotio ſucceſſoribus, non eſſe operatiuam, ſed duntaxat declaratiuā; aut verò alij credentes eſſe operatiuā, exiſtimarunt tamē ſacerdotes per eam in ſacramento pænitentiæ non remittere peccata, quo ad culpam,& coram Deo, ſed tantum vel quo ad reatum pænę ętern æ, vel quo ad aliquam partem pænæ temporalis adhuc debitæ, vel aliquid aliud ſimile, quod ſupponit peccata à ſolo Deo iam remiſſa quo ad culpam; qui ſunt duo turpiſſimi, poſt Concilium Tridentinum, errores circa ſacramentum Pænitentiæ,

tiæ, conſequenter tamen ad quos locuti ſunt, aſſerentes, contritionem neceſſario ad illud prærequiri, ob neceſſariam connexionem, quam habet hęc præuia contritionis neceſſitas, cũ hoc, aut quod abſolutio ſacramentalis ſacerdotis non ſit actus iudicialis, ſed nudum miniſterium pronuntiandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata; aut quod non ſit collatiua gratiæ reparatiuæ, & ſanatiuæ, cum, vt probauimus ſupra, illam neceſſario ſemper ſupponat in pænitente, ſed alicuius alterius effectus, vt dicebant præfati authores ante Concilium. Quę quia poſt illud dici non poſſunt, ideo authores, qui poſt illud ſcripſere, vt eludant vim noſtrarum rationum, ad alias ſolutiones recurrunt.

Primò enim reſpondent aliqui, attritionem ſufficere quidem ad valorẽ ſacramenti, non tamen ita vt ex ea ſequatur immediatè iuſtificatio, ſed quia vi ſacramenti pęnitens ex actu imperfecto attritionis tranſit infallibiliter ad actum perfectum contritionis, vt ad proximam, & vltimam diſpoſitionem ad gratiam ſanctificantem.

Secundò alij, vt Dominicus, & Petrus Soto, primus in 4. ſent. diſtinct. 12. quæſt. 1. art, 4. Secundus verò in ſua inſtitutione ſacerdotum de confeſſione lect. 8. reſpondent ſufficere quidem attritionem à nobis explicatam, ad remiſſionem peccatorum in ſacramento Pęnitentiæ, dummodo tamen bona fide æſtimetur à pęnitente, vera contritio.

Tertiò demum alij diſtingunt duplicem contritionem; vnam perfectã, ad quam neceſſario requiritur charitas actualis perfecta; aliam imperfectã, ad quam non requiritur neceſſario charitas actualis perfecta, ſed ſufficit inchoata, & imperfecta; adduntque primam contritionem habere vim excludendi peccatum per ſe ſolam, & ſine Sacramento, non verò alteram; iſtamque conſequenter dicunt eſſe diſpoſitionem neceſſariam ad Sacra-

mentum Pænitentiæ,
pænitens obtineat ren
rum peccatorum.

Verum omnes iſta
nec ſatisfaciunt authori
nec vim eneruant noſtr
non Prima, quia Conci
attritionem eſſe ſufficie
nendam contritionem,
in Sacramento Pæniter
dam diſponere; niſi c
dent, crederent actum c
tentum, eſſe ipſammet
liter iuſtificantem, qu
mus error. Deindè q
lium ait, attritionem
mento eſſe diſpoſitione
fectum, loquitur de di
xima, ad diſtinctionem
tionis à ſeipſa extra ſac
ratione eſt tantum diſp
igitur attritio iuncta ſac
nouo actu contritionis
diſpoſitio ad fructuoſa
pænitentiæ receptionen
doctrina Concilij ſeſſ.
betur, competere att
cum ſacramento in ord
nendum pęnitentem ad
ficantem, quod compe
perfectæ ſine illo; ſed c
cta abſque Sacramento
re, ex eodem Concilio
vltima diſpoſitio ad grat
tem, ergo & attritio iun
to erit vltima quoque
gratiam diſpoſitio. T
lium loquitur de diſpo
ſequitur infallibiliter
ſacramenti, cum opere
operato; vbi nullum rep
ſed omnis qui cum att
ad ſacramentum, non eli
ter actum contritionis,
rientia conſtat; id ergo
tritio vltimò diſponit n
tio, ſed ipſamet gratia ſa
cata remittens. Neque
cramentum Pænitentiæ
ex attritis contriti, aut q

nperfecto attritionis tranſeamus
bilicer ad actum perfectum con.
is, vt ad proximam diſpoſitio-
d gratiam; aut quia noſtra attri-
intrinſecè, vel entitatiuè con-
ſed tantum æquiualenter, qua-
ſicut perfecta contritio extra
mentum, cum voto tamen illius,
maliter proxima, & vltima di-
o ad gratiam iuſtificantem, ita
ttritio iuncta huic Sacramento
uiualenter talis ad eumdem ef-
, attenta dignitate, efficacia, &
Sacramenti.

unda etiam reſponſio non ſatiſ-
ſiquidem attritio quantumuis
de æſtimata contritio, ſemper in
itate eſt ſolummodo attritio, er-
ei veritate attritio eſt ſufficiens
tio ad effectum Sacramenti Pę-
æ, quod nos aſſerimus; vnde
reſtat controuerſia, an attritio
in hunc finem bona fide æſti-
pænitente contritio; quod om-
egari debet; Tum quia nemo
accedere ad Sacramenta cum
diſpoſitione, quam de facto re-
ır; ſed reipſa ſola attritio requi-
l ſacramentum pænitentiæ, vt
ic vſque probatum eſt; non eſt
eceſſaria attritio bona fide pu-
ntritio; ſed ſufficit attritio etiā
, & eſtimata attritio. Tum quia
c Sacramentum neceſſaria eſſet
bona fide putata contritio, il-
eſſet Sacramentum mortuo-
quatenus homini ſibi conſcio
mortalis nunquam liceret ad
cedere, ſed ſemper requirere-
d exiſtimaret ſe eſſe viuum per
, æxiſtimando ſe habere veram
ionem, quæ eſt vltima diſpoſi-
animæ vitam per gratiam ſan-
tem: Tum quia illa æxiſtima-
ad hoc tantum poteſt condu-
quis accedendo ad hoc Sacra-
n cum ſola attritione, excuſe-
anſgreſſione præcepti; cum enim
ſtimatio ſit error, atque adeo
ffit eſſe diſpoſitio in homine

ad gratiam, ad hoc ſolum poteſt iuuare, vt ipſe accedendo excuſetur à tranſgreſſione præcepti; ſed nullibi extat pręceptum de non accedendo ad hoc Sacramentum cum ſola attritione, aut de accedendo ad illud cum contritione putata; imo repugnat naturæ huius Sacramenti, quod eſt Sacramentum mortuorum; ſique Chriſtus pęnitentē obligaſſet ad contritionem putatam, obligaſſet ad falſum, quod eſt abſurdum, cum talis exiſtimatio falſa ſit, ac difformis obiecto; non requiritur ergo ad effectum huius Sacraméti quod attritio illi iuncta bona fide exiſtimetur contritio. Tum denique quia in Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 4. nulla facta mentione bonæ fidei, tanquam conditionis deſideratæ ex parte pænitentis, habetur, ſimpliciter, & abſolutè prędictam attritionem iunctam Sacramento Pænitentiæ, eſſe diſpoſitionem ſufficientem ad remiſſionem peccatorum mortalium.

Tertia demum reſponſio inſufficiēs eſt, aut reducit controuerſiam ad quæſtionem de nomine, eamdemque in re eius authores tenent nobiſcum ſententiam. Quoniam illa contritio imperfecta, ad quam dicunt neceſſariam non eſſe charitatem actualem perfectam, ſed ſufficere imperfectam, atque adeo ſine Sacramento Pænitentiæ non eſſe per ſe peccati excluſiuam, vel dicitur imperfecta, eo ſenſu, quo ex Cōcilio attritio vocatur contritio imperfecta, quia non concipitur propter Deū vt finem proximum, & immediatum in ſeipſo ſumme bonum, & amabilem, ſed vt ait Concilium, ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennę & pænarum metu, ſemper tamen vltimate ad Deum ordinatis; Vel dicitur imperfecta, quatenus intra eamdem ſpeciem charitatis, vel dilectionis Dei ſuper omnia, vt infinite boni, & amabilis, datur magis perfecta, vel minus perfecta charitas ſecundum gradus tantum maioris, vel minoris intenſionis, competente ſemper illis vera,

& eſſentiali ratione virtutis charitatis: Si dicatur primum eſt mera quæſtio de nomine, aduerſarijs vocantibus contritionem imperfectam, quod nos ad tollendam omnem æquiuocationem vocamus attritionem, prout contradiſtinguitur à perfecta contritione, dicimuſque cum Concilio ſufficientem eſſe diſpoſitionem ad Dei gratiam in Sacramento Pænitentiæ impetrandã. Si dicatur ſecundum refellitur primò, quia diſtinctio huius duplicis contritionis, niſi per contritionem perfectã ea intelligatur, quæ in puro, & caſto Dei amore fundatur, per contritionem verò imperfectam, ea quæ iuxta Concilium *vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur*, nullum prorſus habet fundamentum neque in Scriptura, neque in traditione, neque in Patribus, neque in Concilijs imo potius repugnat Tridentino nullam aliam diſtinctionem contritionis perfectæ, & imperfectæ agnoſcenti quam explicatam; cum tamen, ſi quam fingunt aduerſarij, aliquod fundamentũ habuiſſet, illa ſolum & non alia ad intentum ſuum vti debuiſſet: ergo aut ipſorum diſtinctio coincidit cum illa Concilij & noſtra, aut omnino fictitia eſt.

Secundò implicat in ipſis terminis, quia eo ipſo; quod illa contritio, quam vocant imperfectam, voluntque eſſentialiter eſſe à noſtra attritione diſtinctam, fundatur in puro & caſto Dei amore, quemadmodum tenentur aſſerere, vt ſit quid à noſtra attritione eſſentialiter diſtinctum, eo, inquam, ipſo, quod in præfato fundatur amore, quantumuis remiſſo, & comparatiuè ad amorem, vel charitatem perfectorum imperfecto, non poteſt non eſſe vltima & proxima diſpoſitio ad iuſtificationem ſine ſacramento, quantum alia quęcumque in magis perfecta charitate fundata. Si quidem quæcumque charitas, quantumuis parua, & remiſſa, omne peccatum mortale

excludit, & cum eo incon
ex Diuo Thom. 3. p. q. 70.
Minima, inquit, *gratia*
cuilibet concupiſcentiæ, &
peccatum mortale, quod
tranſgreſſione mandatorum
ma enim charitas plus dil
quam cupiditas millia auri
Ratioque ipſa id ſuadet,
tia charitatis eſt, quod ſit
Deum tanquam in vlt
ſummè bonum, & ama
nulla poteſt dari charita
uis parua, remiſſa, aut in
hominem non incliuet,
proximè, & immediat
tanquam in vltimum fin
que; quæ non excludat
tum mortale, per quod
vt vltimo fine auertitur
homo ſimul eſſet conuer
ſus à Deo vt vltimo fin
ctorium igitur eſt, quod
uerſarij, dari contritio
ctam in puro, & caſto De
vera charitate fundatam
cramento, & per ſe ſol
vim excludendi peccatu
niſi per contritionem
idem intelligant, quod
cilio attritionem ſuperiu

Ex quibus omnibus
pro materię dignitate,
dictis, manifeſtè patet,
derni Doctores, qui p
ſcripſerunt, & docuer
in ſufficientiam, contritio
ceſſitatem ad gratiam iu
Sacramento Pænitentiæ
reticis noſtri temporis,
nent contra ipſos noſtra
eſſe actum bonum, vt p
lio Dei donum, & Spiri
pulſum; tum quia non
ſaltem eſſe diſpoſitione
qua qui illam habet
iuſtitiam parat etiam ext
tum, quod certè negant
tendentes huiuſmodi a
cere hominem hypocrita

orem. Verum autem ex hoc, aſſerant hanc attritionem non re;ſed requiri neceſſario contri- ad Dei gratiam in Sacramento entiæ impetrandam, ſint aliqua a digni, nõn eſt noſtrum dicere, ctis, & ſingulis fidelibus pro- e Alexandro VII. in ſuperius decreto, ſolique Sanctæ Sedi, us fuerit, reſeruante. Solum contra illos, qui tenent hanc ionem neceſſario requiſitam imperfectam vt ſe ſola & ſine ento non ſit vltima diſpoſitio ficationem; nihil vrgere argu- inde deſumpta,quod hoc ſacra- n ſit ſacramentum mortuorum, deo primæ gratiæ, ſeu repara- llatiuum; quod in eo abſolutio ntalis non tantum ſit declara- ed verè operatoria remiſſionis rum; ſed in hoc decipiuntur, icinantur, quod malè diſtin- ontritionem perfectam, & im- m, vnde controuerſia cum duci poteſt ad quæſtionem de , valetque ratio in qua expli- omnes conditiones noſtræ at- , oſtendendo nihil ipſorum oni imperfectæ conuenire, o quod, vt aiunt, non ſit ſe ſo- e ſacramento peccati excluſi- d etiam non competat noſtræ i. Cum illis autem qui ne- requirunt contritionem ita n in hoc Sacramento, vt etiã in re ſuſcepto ſit excluſiua valent omnes ſupradictæ ra- tantaque eorum ſententia po- cenſura digna, quantum ma- inus pugnat cum dictis fidei us, ſcilicet quod ſacramentum tiæ ſit cauſa gratiæ reparati- mine baptizato lapſo;& quod olutio ſacramẽtalis ſacerdotis iudicialis, non autem nudum um pronunciandi,& declarã- a eſſe peccata confitenti; vt Concilium ſeſſ. 14. can. 9. objiciunt peccata contra fi-

dem, & ſpem commiſſa non poſſe re- mitti per Sacramentum Pænitentię, quin actus virtutum eiuſmodi tanquã aliquæ diſpoſitiones illorum remiſſio- nem præceſſerint; atque adeo pari iu- re, cum omnia & ſingula peccata actualia ſint contra charitatem, vt po- te quæ illam deſtruunt, non poſſe re- mitti etiam in Sacramento Pœniten- tiæ,ſine vera contritione, quæ ſit cha- ritate perfecta: Hæc, inquam, obie- ctio nullius eſt momenti, ob diſparem rationem actuum fidei, & ſpei, quo ad iuſtificationem adulti impij, ab acti- bus Theologicæ charitatis; ſuperna- turales enim actus fidei, & ſpei præ- requiruntur tanquam fundamenta iu- ſtificationis adultorum, vt explicat Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 6. & 8. *Nec enim*, inquit, *poſſunt moneri vtiliter ad dolorem concipiendum de peccatis, niſi fide diuina credant impium à Deo iuſtificari per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, & confidant Deum ſibi, propter Chriſtum, propitium fore*: at vnio per charitatem cum Deo, & Chriſto, in Sacramento Pænitentię, quod eſt Sacramentum mortuorum, non ſupponitur, ſed intenditur, & quæritur; ideoque actus verę, & per- fectæ charitatis non præſupponitur in eo neceſſario ad iuſtificationem pæni- tentis, ſicut actus fidei & ſpei dolo- rem eius regulantes, vt ſit ſupernatu- ralis.

Similiter quod objicitur ex Sacris Scripturis, eas tam in nouo, quam in veteri Teſtamento requirere in pæni- tentibus perfectam contritionem, pro accipiẽda peccatorum remiſſione quo ad culpam, non pugnat contra noſtrã concluſionem; Illæ enim intelligendę ſunt tantum de dolore ad remiſſionẽ peccatorum neceſſario in pænitente, vel tempore legis naturæ, & Moſaicę, ſeu ante inſtitutionem Sacramenti Pę- nitentiæ, vt dum Deuter. 4. dicitur; *Cum quæſieris Dominum tuum, inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris eum, & tota tribulatione animæ tuę*. Et Eze-

ch. 18. *Facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum*; Vel de diſpoſitione requiſita in adulto pænitente baptizato ad accipiendam remiſſionem peccatorum ſuorum quo ad culpam extra Sacramentũ Pænitentię, vt dum dicitur 1.Corinth. vlt. *Si quis non amat Ieſum Chriſtum, ſit anathema*; & 1. Ioann. 3. *Qui non diligit, manet in morte*; illo enim vtriuſque legis tempore perfectam contritionem fuiſſe neceſſariam docet Concilium ſeſſ. 14. cap. 4. Nos autem hic agimus de remiſſione peccatorum accipienda in Sacramento Pęnitentiæ, cuius tamen Sacramenti in his, aut alijs ſimilibus Scripturæ locis nulla fit mentio; vndè libenter cõcedimus adultum, qui extra Sacramẽtum Baptiſmi, vel Pænitentiæ eſt ſolummodo attritus de ſuis peccatis mortalibus, manere in morte, ſeu habituale peccatum in eo remanere, quamdiu pręciſè habet ſine ſacramento nudam attritionem de ſuis peccatis, & ad eumdem ſenſum dici etiam poſſe anathema; qui tamen ſenſus non eſt Diui Pauli, vt enim expreſsè Sanctus Thomas ibi notat, loquitur de hæreticis, & ijs, quos ſui peccati non pænitet.

Eodem quoque modo intelligenda ſunt nonnulla Sanctorum Patrum teſtimonia, quibus aſſerunt, ſine charitate neminem iuſtificari, *pænitentiam*, inquit Auguſtinus ſerm. 3. de Nat: *certam non facit, niſi odium peccati, & amor Dei*; vel enim loquuntur de iuſtificatione, quæ fit extra Sacramentum, ſicut & loquitur Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 6. vbi agens de diſpoſitionibus adultorum ad iuſtificationem, inter illas enumerat *diligere Deum tanquam omnis iuſtitiæ fõtem*: vt patet ex cap. 4. antecedenti; vel ſi de iuſtificatione, quę fit in Sacramento quandoque loquuntur idem Patres; ſolum intendunt charitatem concomitanter ad iuſtificationem requiri, quia nimirum etſi dum peccator iuſtificatur in Sacramento vel Baptiſmi,

vel Pænitentiæ, non ſupp
ſario diligens Deum ſup
vi tamen Sacramenti c
lis, non actu, ſed habitu
ſuſceptione charitas ha
funditur, quæ eſt, aut ip
aut virtus eſſentialiter a
quens iuxta diuerſitate

Supereſt vt ad con
concluſionis intelligen
uiter explicemus. Pri
virtutem formaliter pe
à nobis explicata. Secu
do euadat ſui coniuncti
mentum Pænitentiæ vl
ad gratiam; illamque c
bens dicatur fieri ex at
Tertiò qualis ſit eiuſd
ralitas.

Circa primum dico b
tionem directiuè quid
virtutes fidei, & ſpei ſ
formaliter autem non
tutis, ſeu non procede
tute, ſed à motione & a
Sancti. Nec enim attri
ſpoſitio perfecti ad ope
perfecta diſpoſitio; co
eſt perfecta diſpoſitio,&
tute infuſa pænitentiæ
charitate. Nihilominu
dum in alijs virtutibus
aliqui actus imperfecti
reductiuè pertinentes a
multa pia deſideria, &
uendi, aut operandi in
temperantia, vel iuſtit
niunt ex auxilio diuino
virtute pænitentię, ac
quantumuis ſupernatu
ſupponimus concipiunt
te ex motiuo ſupernat
timore condemnationis
plicuimus ſupra, & reſp
ſtitutionem Chriſti in
to, cuius paſſione, & ſa
rat quis ſua peccata de
ex ſe non ſunt vltima a
ficantem diſpoſitio; p
ctiuè ſolum pertinent a

entiæ, directè autem vtque actus ab elicitus contritio, vt pote vltimatè ponens pænitentem ad gratiam, vel a ſecundum multos Pænitentia nō inguitur à virtute charitatis, adeo- contritio eſt actus elicitus chari-, vel quia licet pænitentia, & cha- s ſint virtutes eſſentialiter inter ſe inctæ, quod eſt verius, vt pote di- ſa habentes obiecta formalia, cha- s enim habet proprium actum di- re Deum propter ſummam boni- m, & per modum amicitiæ tende- n illum, pænitentia autem habet prium actum operari ad deſtructio- peccati, vt eſt offenſiuum Dei, tamen huiuſmodi actus, qui eſt s contritionis perfectus, non ope- r ad deſtructionem peccati, vt eſt nſiuum Dei, niſi vt habet rationem mi boni, ſiue propter Deum ſum- dilectum, tanquam propter finem erantem, & dirigentem, inde eſt d contritio, tanquam actus chari-, non elicitus, ſed imperatus ne- in ſacramento, ſed etiam extra d eſt vltima diſpoſitio ad iuſtifica- em, vt ait Concilium his verbis, *t præterea, & ſi contritionem hanc ando charitate perfectam eſſe con- at hominemque Deo reconciliare ſquam hoc Sacramentum actu ſuſci- r, ipſam nihilominus reconciliatio- ipſi contritioni ſine Sacramenti vo- quod in illa includitur non eſſe ad- endam.*

gitur proprius actus charitatis eſt gere Deum propter ſummam bo- tem, & per modum amicitiæ ten- in illum; imo etiam dolere de ato præcisè, vt tali bono oppoſi- uia eiuſdem eſt virtutis amare bo- , & odiſſe malum contrarium; rius verò actus pænitentiæ, vt ſpe- è diſtinguitur à virtute charitatis, olor de peccatis propter Deum me quidem dilectum, non tamen ndo in dilectione Dei ſecundum aut in diſplicentia peccati ſic illi ſiti, ſed quatenus ille dolor mo- dificat dilectionem per modum ex- piationis, & vindictæ peccati; & ſic eſt propter Deum ſumme dilectum, tan- quam propter finem imperantem, & dirigentem, non tanquam propter ra- tionem formalem ſpecificam. Vnde ſi dicatur per hoc diſtingui contritio- nem ab attritione, quia eſt propter Deum ſumme dilectum, id negandum eſt, ſi intelligatur propter Deum ſum- mè dilectum abſolutè, & ſecundum ſe; concedendum verò, ſi per hoc quod eſt propter Deum ſummè dilectum, in- telligatur quoque, vt modificatur, & determinatur ad ſatisfaciendum pro peccato. Ideoque contritio non di- ſtinguitur ab attritione per hoc quod ſit formaliter actus charitatis. Chari- tas enim elicitiuè non producit ipſum diligere, niſi diligendo Deum abſo- lutè & in ſe, eodemque modo dolet, ac deteſtatur peccatum ſibi oppoſitū: non autem ſub tali modo, ſcilicet vt cui eſt ſatisfaciendum, vel cuius vin- dicanda iniuria; atque adeo dilectio Dei abſolutè conſiderata eſt diuerſæ ſpeciei à contritione, vel pænitentia, & imperat illam; cum ſolum vt modi- ficata, & determinata ad eliciendum dolorem per modum expiationis, & ſatisfactionis, conſtituat eſſentialiter ſpeciem virtutis pænitentiæ; dolere ſi quidem de peccato propter Deum etiam ſumme dilectum, cui cum dicta modificatione, nimirum eſt ſatisfaciē- dum, vel cuius vindicanda iniuria, dicit ſpeciale motiuum ſufficiens ad conſtituendam eſſentialiter aliam ſpe- ciem virtutis à charitate diſtinctam, ſcilicet pænitentiam..

Quod etiam Concilium videtur ſupponere, ſeu contritionem non eſſe actum charitatis elicitum, verum ab ea formatum aut imperatum, dum ait contritionem ea perfectam hominem Deo reconciliare, quod enim aliud perficit diſtinguitur ab illo, igitur ſi ex Concilio, contritio charitate perfici- tur, eas inter ſe diſtingui neceſſe eſt.

Quæ

Qua tamen ratione dicemus infra attritionem ſupernaturalem eſſe ſufficientem ad remiſſionem peccatorum venialium in homine iuſto, etiam extra ſacramentum, poſſet quoque dici eam eſſe elicitiuè à virtute pęnitentiæ ſimul cum auxilio diuino, nec ab iſto tantum prouenire; melius tamen dicendum eſt contrarium; cum attritio, quantumuis ex motiuo ſupernaturali elicita, & vera contritio de proprijs peccatis, ſint actus differentes ſpecie, vt pote habentes propria obiecta formalia diuerſa.

Quantum ad ſecundum, quomodo nimirum prædicta attritio, cum alias ex ſua natura præcisè conſiderata ſit aliqua tantum remota diſpoſitio ad gratiam, poſtea euadat ſui coniunctione ad Sacramentum pęnitentiæ vltima diſpoſitio ad illam: primum dico ita eſſe ex voluntate Chriſti Domini, qui inſtituendo hoc ſacramentum, voluit, vt quando ſuſciperetur à pænitente de omnibus, & ſingulis ſuis peccatis mortalibus attritione ſupernaturali à nobis explicata informato, tunc in illo produceret gratiam peccatorũ remiſſiuã ſacramento pænitentiæ propriam, ſeu eius operi operato correſpondentem. Hoc manifeſtè ſequitur admiſſa ſemel ſententia de ſufficientia huius attritionis ſuperius tradita; tota ſiquidem efficientia ſacramentorũ nouæ legis eſt ex libera Chriſti Domini inſtitutione, ſpecialique eius determinatione; ſuppoſito igitur quod Sacramentum Pænitentiæ applicatum baptizato pæniten̄ti de omnibus, & ſingulis peccatis ſuis mortalibus ex prædicta ſupernaturali attritione, conferat gratiam remiſſiuam illorum; hæc efficacia ſacramenti pænitentiæ debet ei competere ex ipſa Chriſti Domini inſtitutione, ac in tali caſu determinatione.

Idque à poſteriori probant omnia argumenta, quibus ſupra oſtendimus ſufficientiam huius attritionis in ratione talis diſpoſitionis, proptereaque

Chriſtum minorem diſpoſi
luiſſe pro fructuoſa recept
mentorum, quæ communit
eſſe mortuorum, quam pr
dicuntur eſſe viuorum: Vr
ſra veram contritionem, no
ri melior diſpoſitio pro
effectui huius Sacramenti
ſupernaturalis attritio, di
eius ſufficientiam eſſe ex
mini inſtitutione. Etſi en
le peccatum mortale nullo
teſtatum ſit ſufficiens obex
menti, etiam mortuorum,
illud tamen aliquo modo
etſi non omnimoda perfect
dici non poteſt: attritio
iam deteſtatum peccatum
ita perfectè: adeoque volu
eam eſſe ſufficientem diſp
pro ſacramentis mortuoru
ſacramentum pænitentiæ in
dandam primam gratiam,
nem peccati poſt baptiſmu
ſi; non tamen ad ſacrament
quę ex ratione ſpecifica ſo
gratiæ augmentum; licet
trarietate ad ſuſceptionem
ti viuorum accedatur, mu
dari per accidens etiam pr
tiam; tunc autem ſine contr
cedi dicunt, quando quis
gens ſe cum diſpoſitione n
ta, ſeu ſufficiente accedere
ſcipit. Attritionem verò
deteſtationem peccati oſte
pra, pateque ex eo quod
peccati ſit motus ab eo vt à
quo, at qui atteritur iam rec
cato, quamuis non ita perfe
terminum ad quem accedat
tritio charitate perfecta;
igitur non manet tunc habit
catum, vt obex ad gratiam
uam, aut remiſſiuam, ſi qu
receditur ab illo; etſi nondu
mino ponatur homo, quou
tiam habeat; ſufficit enim
obice proportionatè ad talem
quod recedat à peccato.

Dicendum eſt ſecundò, attritionem alias ex ſe inſufficientem vt ſit vltima diſpoſitio ad gratiam in ſacramento pœnitentiæ; non reddi ſufficientem per hoc quod illi iuncta fiat intrinſecè contritio, ſed tantum extrinſecè, ipſa formaliter, & intrinſecè manente attritione; ita Diuus Thomas in 4. diſt.17.quęſt.2. & communiter Theologi.

Prior pars probatur, quia duorum actuum ſpecie differentium neuter intrinſecè tranſit in alterum: cum enim actus conſtituantur intrinſecè, & formaliter in ſua ſpecie per propria obiecta formalia, oporteret vnum iſtorum actuum mutare proprium obiectum eique aliud nouum ſubſtitui, quod videtur implicare; ſed ex dictis ſupra, contritio, & attritio etiam ſupernaturalis ſunt actus differentes ſpecie, habent enim diuerſa ſpecie, & formaliter diſtincta obiecta, & motiua: attritio igitur quantumuis ſupernaturalis iuncta ſacramento pænitentiæ non fit intrinſecè vel entitatiuè contritio, ſed tantum extrinſecè; quæ eſt altera pars probanda, & ſic probatur, quia tunc aliquid denominatur tale tantum extrinſecè, quando forma ſic illud denominans, ita eſt ei extrinſeca, vt tamen aliquam habeat cum eo connexionem, aut quia eſt in eodem ſubiecto, aut alia ſimili ratione; qualis eſt in noſtro caſu illa æquiualentiæ; ſed attritio iuncta ſacramento, ſic eſt in pœnitente, ſupplente defectum eius efficacia Sacramenti, vltima diſpoſitio ad accipiendam gratiam iuſtificationis, vt ſimul etiam accipiat virtutem pænitentiæ, ratione cuius habitualiter eſt contritus; ab ea igitur attritio extrinſecè tantum denominari poteſt contritio, nec non per æquiualentiam ad illam, quatenus, vt iuncta ſacramento eſt æquiualenter vltima diſpoſitio ad diuinam gratiam, ad quam contritio habet quod ſit ex ſe formaliter, & vltimo diſpoſitiua. Si quidem attritio per talem iunctionem nec eminenter, nec formaliter eſt contritio. Verùm pœnitens accipiendo per attritionem Sacramento iunctam, tanquam per vltimam diſpoſitionem prædictam pænitentię virtutem ſibi ſimul cum gratia iuſtificante infuſam, illum ſui informatione reddentem habitualiter contritum, rectè dicitur ex attrito fieri intrinſecè contritus; ſic enim loquendo, exprimimus aliquam mutationem fuiſſe in eo factam, non quidem alicuius actus, nimirum attritionis in contritionem, ſed illius, tanquam ſubiecti, per receptionem alicuius ſupernaturalis ei de nouo infuſi.

Cumque attritio iuncta Sacramento pænitentiæ ſit pars illius, nec repugnet eſſentiales partes materiales huius ſacramenti etiam concurrere ad effectum ipſius; indè ſequitur eum concurrere effectiuè ad conferendam pænitenti gratiam remiſſiuam ſuorũ peccatorum; Cum enim ex dictis ſit tunc æquiualenter vltima diſpoſitio ad hãc gratiam, debet poſſe tunc præſtare tantum ſuo ſubiecto, quantum præſtaret ei vera contritio, alias non rectè diceretur eſſe illi æquiualens, non quidem in ratione contritionis, ſed vltimæ diſpoſitionis ad gratiam; ſed vera contritio, ſi tunc adeſſet, tanquam pars huius Sacramenti concurreret effectiuè, ſimul cum abſolutione ſacramentali, ad conferendam pænitenti gratiam peccatorum remiſſiuam; idem igitur aſſerendum eſt de attritione: modus autem, quo iuncta huic Sacramento, manens eadem entitatiuè, ac ante illam coniunctionem erat, concurrat tamen effectiuè, inde repetendus eſt, quod ſui coniunctione ad hoc Sacramentum, vt ſit ſufficiens eius pars ex Chriſti Domini inſtitutione, non ſolum ad validitatem, ſed ad valorem eiuſdem, ſicut probauimus ſupra, vis eius ad iſtum, non quidem ex opere operantis, ſed ex opere operato, à Deo eleuatur. Crederem tamen hanc eſſe quo ad hoc differentiam inter attritionem, & contritionem, quod

attritio ſolum vt eſt pars Sacramenti Pœnitentię à Deo eleuata cauſat in illud ſuſcipiente gratiam ex opere operato; at verò contritio, nedum vt eſt pars illius, vbi ad maiorem perfectionem elicitur à pænitente, illam cauſat ex opere operato, ſed etiam ex opere operantis, quemadmodum cauſaret illam extra Sacramentum, quod cum attritioni non competat, neque etiam illi competere poteſt iunctę Sacramento, cuius vis in producenda gratia attenditur potiſſimum penes opus operatum, non autem penes opus operantis. Aut verò dicendum, quod attritioni conuenit virtus operans, & diſponens veluti negatiuè ad effectum huius Sacramenti, auferendo nimirum obicem peccati, per deteſtationem illius, remotè extra Sacramentum, proximè autem in illo, cum eius effectui, peccatum nullo modo deteſtatum nō poſſit non habere rationem obicis, vt per ſe patet: at contritio eſt diſpoſitio vltima poſitiua reſpectu talis effectus.

Quo ad tertium de ſupernaturalitate huius attritionis, quam ei competere debere iam ſupra notauimus, explicando eius naturam, & conditiones, cum varia ſint Doctorum placita, de illa modo fuſius agendum eſt, præſupponendumque ex iam dictis duo in attritione iuncta Sacramento diſtinguenda eſſe, vel conſideranda, nimirum quod habeat rationem partis, ſeu materiæ componentis ipſum Sacramentum antecedenter ad eius effectum, tum quod ſit diſpoſitio ad illum. Qui Doctores tenent dari non poſſe Sacramentum informe, id eſt, carens effectu gratię, quę eſt forma iuſtificans, & quod tamen in ſe ſit verum, & validum Sacramentum, conſequenter aſſerunt attritionem ſub vtraque conſideratione debere eſſe ſupernaturalem: qui verò admittunt dari aliquod Sacramentum informe, diuiſi ſunt, cum enim vnanimiter doceant, attritionem in ratione diſpoſi-

tionis conſideratam debe
ſupernaturalem, attamen
tur in ratione materiæ &
menti præciſè, ita vt Sacra
lidum conſtituat, nonnull
illam ſufficere, quod ſit
peccatorum naturalis, &
motiuo orta, etiamſi cogn
lis. Alij dicunt per ſe ad
ri dolorem ſupernaturalen
dens tamen ſufficere na
exiſtimetur eſſe ſupernat
demum volunt debere e
turalem; ita vt ſi in re n
quantumcumque exiſtim
ſe, Sacramentum ſit nullu
tentia videtur verior; igit
aſſero, quod vt actus pa
materia huius Sacrament
ter, & indiſpenſabiliter
quod ſint actus ſupernatu
neque per ſe, neque per
ri Sacramentum, niſi verè
dolor ſit ſupernaturalis,
quiritur ex inſtitutione
quæ verò conditiones,
quiruntur, à nobis ſuperi
magis pertinent ad ratio
tionis, vt Sacramentum
ctum; vnde non repugn
ſine ipſis Sacramentum
tamen fructuosè fieri, vt
fra.

Interim probatur iſta
mò authoritate Diui Th
84. art. 1. ad 2. vbi ait, *q*
cramento actus humani ſ
ria, qui proueniant ab inſ
terna, vndè materia no
Miniſtro, ſed à Deo intus
ctus enim Thomas, dum
requirit in hoc Sacramen
manos ab inſpiratione in
nientes, ſatis ſignificat i
eſſe ſupernaturales, cum
ſupernaturales actus ſo
mum deſignari.

Id ipſum habetur ſecut
cilio Tridentino ſeſſ. 14. c
te, *Quod ſunt quaſi materi*

tentis, qui quatenus in pænitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam remiſſionem peccatorum ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione partes pænitentiæ dicuntur. Dum enim ait, actus pænitentis ea ratione eſſe partes pænitentiæ; qua requiruntur ex Dei inſtitutione ad integritatẽ ſacramenti, ad plenamque, & perfectam remiſſionem peccatorum, tali particula *ex Dei inſtitutione*, denotari videtur, attritionem in ſacramento pænitentiæ non ſolum debere eſſe in ratione diſpoſitionis ſupernaturalem: verum etiam in ratione materiæ: ſi quidem ea ratione actus pænitentis sũt materia huius ſacramenti, qua ſunt partes illius, cum non ſint partes tanquã forma, ſed tanquam materia; igitur cum huiuſmodi actus pænitentis eſſe ex inſtitutione Chriſti partes huius ſacramenti ſit aliquid ſupernaturale, Chriſti namque inſtitutio, & integritas ſacramenti non eſt quid ordinis naturalis, ſed ſupernaturalis, cum fundetur in redemptione Chriſti, quæ eſt aliquid ſupernaturale, dicendum quoque eſt, totam rationem, & formalitatem, qua iſti actus ſunt nedum diſpoſitio ad gratiam, verum etiam materia tantum ad validitatem huius ſacramenti, ſupernaturalem eſſe.

Vndè hæc eſt differentia inter materiam huius ſacramenti, & illam v.g. baptiſmi, aut Euchariſtiæ, quod cum iſta habeant pro materia aliquod inanime, nimirum baptiſmus, aquam, Euchariſtia autem panem, & vinum, quod ſola extrinſeca denominatione ſubijcitur, & ordinatur ad formam, quæ tali materię adhibetur, materia eorum non debet eſſe, aut præſupponi intrinſecè ſupernaturalis, etiam ſi forma ſit talis, ſed tantum dicitur extrinſecè talis, denominatione proueniente, & reſultante ex ordinatione miniſtri, qui eam adhibet, & ordinat de facto ad formam, & ad componendum Sacramentum, à Deo tunc ſolum ſupernaturaliter eleuatum ad producendam, vel phyſicè, vel moraliter gratiam, ſi nullum in ſuſcipiente recipiat obicem. At verò in ſacramento pænitentiæ, cũ materia non adhibeatur à miniſtro, ſunt enim actus humani, non ab ipſo eliciti, ſed à pænitente, Deo intus operante, atque adeo per ſe ſacerdos non ordinet materiam ad formam, quia ipſe non ſubijcit peccata clauibus, ſed ſupponit ordinatam à pęnitente, imo quia forma huius ſacramenti eſt abſolutio per modum ſententiæ, & iudicij, non debet proferri niſi iuxta allegata, & confeſſa à reo; inde fit, quod ſemel admiſſa ſupernaturalitate abſolutionis, ipſa quoque confeſſio, & accuſatio rei, qua ſe ſubijcit tali ſententię, debeat procedere à voluntate ſupernaturali ordinata ad claues Eccleſiæ, & ad ſanguinem Chriſti, quę ordinatio non poteſt conuenire actui illi humano per denominationem extrinſecam à miniſtro prouenientem, ſed intrinſece illi competit per ordinem, & tendentiam ad obiectum, & mediante aliquo motiuo, quod non poteſt eſſe ordinis naturalis, qui enim ex illo ſubijcit peccata abſolutioni ſacramentali, non verè ſubijcit ea clauibus Eccleſię, & paſſioni Chriſti, quia ſanguis eius non eſt medicina naturalis, neque Chriſtus mortuus eſt pro rebus temporalibus comparandis, neque ad tollenda peccata vt cauſantia infamiam apud homines, vel inflictionem pænæ temporalis per iudicem humanum infligendæ, aliaque ſimilia; neque claues Eccleſiæ aperiunt niſi Regnum Cælorũ; & qui conſequenter ex motiuo naturali accedit ad hoc ſacramentum, cum nec quærat Regnum Cælorum, neque medicinam ſanguinis Chriſti, non ſubijcit propriè, & verè peccata ſua clauibus Eccleſiæ, nec ſanguini Chriſti.

Meritò ergò, magnoque pondere ſacrum Concilium Tridentinum loco ſuperius citato ait: actus pænitentis ea ratione eſſe partes ſacramenti, quatenus ad integritatem eius, & ad plenã remiſſionem peccatorum ex Dei inſti-

tutione requiruntur, ſignificans hac particula, *ex Dei inſtitutione*, neque eſſe partes, neque materiam ſacramenti, quatenus ſolum ex natura rei, aut in ratione virtutis ad remiſſionem peccatorum requiruntur, ſic enim potius ſunt diſpoſitio, quam materia, ſed quatenus ex inſtitutione Dei requiruntur; quæ inſtitutio Dei cum in hoc conſiſtat, quod actus pænitentis non ſolum ſint dolor de offenſa Dei ex motiuo ſupernaturali, ſeu dicente reſpectum aliquem ad Deum, vt gratię authorem (id enim etiam ante inſtitutionem huius ſacramenti ex ipſa natura virtutis Pænitentiæ habebant) qua etiam ratione ſunt diſpoſitiones ad gratiam, ſed quod ſint dolor cum ſubiectione ad claues Eccleſiæ, intendendo per modum iudicij ſacramentalis expiare peccata; concludendum eſt actus pænitentis nedum in ratione diſpoſitionis ad gratiam conſideratos debere eſſe ſupernaturales, verum etiam ſi conſiderentur præciſè in ratione materiæ, tali eorum ſupernaturalitate conſiſtente ex inſtitutione Chriſti in dicta ſubiectione; qua proinde deficiente ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, deficit materia Sacramenti, & Sacramentum eſt nullum; licet à ſacrilegio excuſetur, qui ad illud accedit habens dolorem duntaxat naturalem, bona tamen fide ab ipſo exiſtimatum ſupernaturalem. Huicque doctrinæ ex Concilio deſumptæ concordat ea Diui Thomæ in 4. diſt. 17. q. 3. art. 4. vbi diſtinguens confeſſionem, vt eſt actus virtutis, & vt eſt pars ſacramenti ait, quod vt eſt actus virtutis, *eſt actus meritorius, vt autem eſt pars ſacramenti, ordinat confitentem ad Sacerdotem, qui habet claues Eccleſiæ; & tamen hęc confeſſio poteſt eſſe in eo qui non eſt contritus.* Quibus verbis Sanctus Doctor clarè explicat rationem partis ſacramenti, ſeu materiæ per illam ordinationem pænitentis ad abſolutionem ſacramentalem Sacerdotis, quam ordinationem oſtendimus eſſe aliquid ſupernaturale, cum-

que dicat talem partem, ſ
poſſe eſſe in eo, qui non
manifeſtè ſequitur actum
præciſè conſideratum in
teriæ huius Sacramenti,
ſupernaturalem modo e
non ſolum in ratione diſp

Nec ſequitur, ſi ad val
cramenti pœnitentiæ req
re & non ſufficeret exiſt
naturalitas materiæ, pro
ſcientias anxiari debere,
dubitare poſſemus de v
cramenti, dubitando de
litate noſtri actus.

Dicimus enim, quod
quod, vt ſacramentum ſit
requiratur quoque ſup
eiuſdem materiæ in rati
tionis ad gratiam iuſtifica
ſequitur rationabilis anxi
tente, quia ſi id inuincibi
putatque ſe habere ſuffi
ſpoſitionem, excuſatur à
cet non conſequatur effe
menti; ita quoque cum
illo, qui exiſtimans bona
actum eſſe ſupernaturale
in re talis non eſt, accedi
cramentum, quantumuis
lidum, inquietari non de
magis, quo ſupernatural
quo ad validitatem Sacra
eſt adeo nobis occulta ac
pernaturalitas in ratione
ad fructuosè illud recipie
quo ſciendum eſt, ſupert
requiſitam ad materiam
menti dupliciter cognoſci
modo in ſe immediatè, a
ſuis motiuis, quæ non po
occultari, vt pote per inte
poſita; quemadmodum e
aliorum ſacramentorū du
que poſſunt cognoſci, pr
dendo ipſam ſubſtantiam
tiam aquæ in Baptiſmo, p
in Euchariſtia, ſecundò i
dentibus, quibus ſenſib
ſcimus, hoc eſſe aquam,

, & illud vinum: & hoc ipſo quod
liantibus accidentibus communi-
notis res iſtæ cognoſcuntur, con-
ntię miniſtrorum non manent an-
aut ſcrupuloſæ, ſed tranquillæ, &
tæ, quamuis interdum poſſit per
dens contingere, quod aliquis fal-
, & patet hoc eſſe vinum, vel
m, quod in re non eſt, & tunc nõ
ciatur Sacramentum, etſi bona
miniſter procedat. Ita quoque
actus contritionis, & confeſſio-
on poſſint in ſe immediatè vide-
habeant ſupernaturalitatem, mo-
amen ſupernaturalitatis, quibus
tur obiectum talium actuum, non
nt latere, cum ſint aliquid fixũ,
intellectum propoſitum; vndè
oſcit facile pænitens an mouea-
motiuo naturali, an verò ex ſu-
turali, ſeu ex tendentia, & ordi-
claues Eccleſię Chriſtique paſ-
n, vt explicuimus, ad quæren-
remedium pro ſuis peccatis?
interrogatus à Confeſſario, quo
o accedat? ſtatim reſpondet;
notiuum nunquam latet; quod
tam ex parte miniſtri, vt co-
t materiam ſacramenti, quam
te pænitentis, vt illam exhibeat,
motiuis cognoſcit, ſeu per-
ſupernaturalitatem, non in ſe.
en aliquando per accidens ali-
n hoc fallatur, reputando ex
ntia, aut alio modo, pro moti-
ernaturali, id quod tale non eſt,
ummodo naturale, nihil mirum
iente materia, deficiat quoque,
llum ſit ſacramentum, ſicut in
cramentorum materijs.
è quando quis deprehendit ſe
upernaturalitatis habuiſſe in
tenetur confeſſionem, vt pote
repetere, quod tamen rariſſi-
tinget, ſemper enim iudicandũ
pernaturalitate penes motiua,
dmodum in actu fidei iudica-
s illum habere ſupernaturalem
uis credendi; neque eſt vnde
r, aut anxientur in conſcien-tia, an habeant vel non habeant fidem ſupernaturalem, cùm tamen ſit certiſſimum neminem ſaluari poſſe ex adultis, ſi in re non habeat fidem ſupernaturalem.

At loquendo de alijs conditionibus in actibus pænitentis requiſitis, vt ſint debitæ diſpoſitiones ad effectum Sacramenti, ſeque ex parte voluntatis tenentes, vt ſunt efficacia propoſiti peccata in poſterum vitandi, ſufficientia examinis, aliaque ſimilia cùm non dependeant ſolum ex motiuo, & obiecto actus, quod ab intellectu cognoſcitur, & proponitur, ſed ex conatu, & diligentia quam adhibemus, quod eſt valde contingens, & difficile cognitu, ſtante enim voluntatis noſtræ mutabilitate, ſępe credimus nos adhibere in aliquo negotio ſufficientem diligentiam, & fallimur, quia plus facere poſſemus, & non facimus; ideoque Chriſtus pro ſuauitate ſuæ prouidentiæ, & ſi voluerit, quod ab huiuſmodi conditionibus penderet Sacramenti Pænitentiæ fructus, noluit tamen quod eius quantum ad materiam validitas ab illis penderet, ſed à ſupernaturalitate à nobis explicata, ne ſi iſtæ conditiones ita cognitu difficiles requirerentur ex parte materiæ, ita vt ſine illis Sacramentum eſſet inualidum, ſemper conſcientiæ manerent dubiæ de validitate Sacramenti, & tenerentur repetere confeſſiones, quod eſſet valde oneroſum; ſicut pro eadem ſuauitate ſuæ prouidentiæ, voluit attenta difficultate contritionis habẽdæ, quod attritio cum Sacramento Pænitentiæ in noua lege ſufficeret ad accipiendam remiſſionem peccatorum, vt huc vſq; probauimus, & explicuimus, paulo fuſius, aliquorum ſuaſu, & hortatu vndè ſit.

Decima quarta concluſio. Actus contritionis charitate perfectus, cum voto tamen ſuſcipiendi debito tempore Sacramentum Pęnitentię, eſt ſufficiens extra illud diſpoſitio ad obtinẽdam remiſſionem peccati mortalis.

Iſta concluſio eſt certa inter omnes Theologos, ſignanter autem procedit de actu contritionis charitate perfecto, quia loquendo de illo præciſè, ſecundum quod eſt actus virtutis pænitentię à charitate diſtinctæ, illamque non includit vt dirigentem, & imperantem, non eſt ſufficiens diſpoſitio extra Sacramentum Pænitentiæ ad effectum ipſius, ſed tantum cum illo, ſicut de attritione diximus.

Iſta concluſio ſic explicata eſt certiſſima, vnde cum Siluius Doctor Duacenſis oppoſitam prius docuiſſet in prima editione tractatus de pęnitentia Duaci 1618. quod nimirum contritio charitate perfecta, non ſemper, imo nec frequenter, annexam haberet remiſſionem peccatorum ante ſuſceptionem ſacramenti, niſi in articulo mortis, & in caſu neceſſitatis, in quo nequit pænitens adire confeſſarium; poſtea in tertia editione eiuſdem operis, illam retractauit, ſeu correxit, dicens, ſe id non intellexiſſe de contritione perfecta, ſed de imperfecta, quæ communiter attritio appellatur, quæque ante ſuſceptionem ſacramenti non affert ſecum gratiam iuſtificantem; nec immerito eximius ille Doctor hanc retractauit ſententiam, vt pote contrariam varijs Scripturæ, Patrum, Conciliorum, Summorumque Pontificum authoritatibus.

Nam 1. Ioann. 3. 14. dicitur, *Qui non diligit, manet in morte*; & cap. 4. *Deus charitas eſt: & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo*: ex quo loco, & ſimilibus, quibus abundat Scriptura, colligunt Patres charitatem, atque adeo contritionem illa perfectam ſufficientem eſſe diſpoſitionem ad obtinendam remiſſionem peccati mortalis extra Sacramentum Pænitentiæ, licet non ſine voto illius; *Vbi charitas eſt*, inquit Chryſoſtomus homil. 7. in 2. ad Timoth. *omnia ſublata ſunt mala*. Et infra: *Plenitudo legis eſt charitas: cuncta nempe ſcelera, quæ pacē perturbant, vbi charitas fuerit ſoluuntur.*

Id ipſum docet Conc
citata ſeſſione 14. cap. 4.
ex Bullis Pij V. & Gregor
tra Michaelem Baium in
inter propoſitiones iſtæ
Charitas perfecta, & ſincer
corde puro, & conſcientia b
non ficta, tam in Catechun
in pænitentibus, poteſt eſſe ſi
peccatorum: Item. *Charit*
eſt plenitudo legis non eſt ſe
cta cum remiſſione peccator
in caſu noſtræ concluſion
tritionem, & cum charita
& cum voto ſuſcipiendi
coniunctam, non remittitur
tra caſum neceſſitatis, aut
actuali ſuſceptione Sacram

Quod aliqui reſpondet
Pontifices in his propoſit
nare tantum, *poſſe habitu*
tem ſtare cum peccato, om
tum eſt eorum menti, tu
quem damnare intendu
ea charitate, quæ vt diſ
ritur ad remiſſionem pec
ſacramento obtinendam
dubio eſt actualis: tum q
tritio charitate actuali
ſit formaliter expulſiua
tualis ab anima, ſed ſoli
tuali ipſi formaliter op
niat, nihilominus eo ipſ
tima diſpoſitio ad illam
nendam, quę ſecum def
ter remiſſionem peccator
tiuè ſaltem concurrit ad
ſionem, ideoque nedum
bitualis, vel gratia ſancti
charitas actualis, aut con
fecta ſunt cum peccato
compoſſibiles.

Et in hoc fundatur
concluſionis ratio; quod
ritate perfecta eſt vltima
gratiam iuſtificantem,
ſamet gratia iuſtificans,
non poteſt eſſe diſpoſiti
quendo ad ſeipſam, cum
tionem, & formam exer

cauſalitas: igitur quemadmodum in formis naturalibus, inter ipſas & vltimam ad eas diſpoſitionem datur connexio infallibilis, ita quoque in ordine ſupernaturali inter gratiam iuſtificantem, & vltimam ſuam diſpoſitionem qualis eſt contritio charitate perfecta, datur eadem connexio neceſſaria, & infallibilis; igitur qua ratione gratia ſanctificans eſt formaliter peccatorum remiſſiua, eorumdemque expulſiua, dicendum eſt actum contritionis charitate perfectum, ſufficientem eſſe diſpoſitionem ad obtinendam remiſſionem peccati mortalis, nec ad illam obtinendam, ex natura rei neceſſariam eſſe abſolutionem Sacerdotis, aut coniungendam eſſe cum Sacramento Pænitentiæ, ſed id ſolum ipſi conuenire ex inſtitutione Chriſti in lege Euangelica.

Vnde eſt ſecunda ratio; Actus contritionis charitate perfectus, non minori præditus eſt virtute ſecundum ſe in lege Euangelica, & poſt inſtitutionem ſacramenti pænitentiæ, quam fuerit ante illam in lege naturæ, & in lege Moſaica; ſed in his legibus, contritio charitate perfecta habebat ex ſe vim ſtatim obtinendi gratiam peccatorum remiſſiuam: eamdem ergo habet vim in lege Euangelica, poteſtque etiam extra ſacramentum talem gratiam obtinere, licet non ſine illius voto, vt ait Concilium loco citato, & iam ſupra explicuimus.

Quod igitur Concilium ſeſſ. 13. c. 7. ad dignam ſuſceptionem Euchariſtiæ, non ſit contentum ſola contritione in eo qui conſcius eſt peccati mortalis, ſed requirat inſuper ſacramentalem confeſſionem, non prouenit ex hoc, quod crediderit, actum contritionis charitate perfectum ex ſe non ſufficere ad iuſtificationem ſine Sacramento pænitentiæ in re ſuſcepto, alias in caſu neceſſitatis nunquam permiſiſſet, vt permittit, acceſſum ad Sacramentum Euchariſtiæ, cum ſola contritione, ſine Sacramento Pænitentiæ in re, ſed tantùm id voluit propter reuerentiam tanto Sacramento debitam; cum enim incertum valde ſit, an ſemper peccator tam perfectam habeat contritionem, attenta eius difficultate, quæ ex ſe ſufficiat ad obtinendam iuſtificationẽ extra ſacramentum pænitentiæ, quæ tamen iuſtificatio per ſe requiritur ad Euchariſtiam cum ſit ſacramentum viuorum, faciliorem, certioremque viã ſtatuit, vt nimirum fideles præmiſſa ſacramentali confeſſione, in qua minor, vt vidimus ſupra, dolor ſufficit obtinendę gratiæ, ita ad illam iuſtificati accederent.

Similiter ex hoc quod ait Diuus Auguſtinus tract. 13. in Ioannem, *Preſſuris peccatorum neminem carere niſi cum ad fontem baptiſmi peruenerit*: atque adeo, cum ſit par ratio, nemini peccata poſt baptiſmum commiſſa remitti antequam ſacramentum pænitentiæ ſuſceperit; inde, inquam male colligitur, actum contritionis charitate perfectum non eſſe ſufficientem, vltimãque ex ſe diſpoſitionem ad accipiendam gratiam iuſtificantem; dum enim ait Auguſtinus, præuiè ad allata verba, quod *quantumcumque Catechumenus proficiat, adhuc ſarcinam iniquitatis ſuæ portat. Non illi dimittitur, niſi cum venerit ad Baptiſmum* &c. primò poteſt intelligi de eo quod communiter accidit, quia nimirum pauci Catechumeni habent ante baptiſmum actum perfectum contritionis, ideoque communiter & fere omnes, quantumcumque in maiori myſteriorum fidei cognitione proficere ſemper poſſint, manent in peccatis donec baptizentur: Secundò tamen melius, & textui Sancti Auguſtini ac menti conformius dicendum eſt eum ibi locutum fuiſſe de Catechumenis, qui ad Baptiſmum accedere negligunt, vbi commodè poſſunt, quique conſequenter in tali diſpoſitione verum Baptiſmi votum habere dici non poſſunt; *Ne quis arrogans*, inquit Auguſtinus, *eo quod habeat abundantiam alicuius gratiæ, dedignaretur*

retur baptizari Baptiſmo Domini; ſtatim ſubdit alia verba: *Quantumcumque Catechumenus proficiat, adhuc ſarcinam iniquitatis ſua portat*. Cæterum ſicut loquendo de Catechumeno perfectè contrito, ſeu veram charitatem habente, cum voto Baptiſmi, ſuo tempore in re ſuſcipiendi, dubitari non poteſt, quin ſufficienter ſit diſpoſitus ad gratiam regeneratiuam, ita quoque dici debet de baptizato relapſo, perfectè etiam, ſeu ex vera charitate contrito, cum voto Sacramenti Pænitentiæ, ſuo etiam tempore recipiendi, eum ſufficienter eſſe diſpoſitum ad gratiam reparatiuam, ſeu ſanatiuam obtinendam.

Cum omnes fere Theologi conueniant in hoc, quod contritio ſuperius explicata concurrat, non quidem formaliter, ſed diſpoſitiuè ad expulſioné peccati, controuertitur inter illos num inſuper ad illam effectiuè concurrat; negant enim communiter Diſcipuli Doctoris ſubtilis poſt ipſum: affimant verò diſcipuli Doctoris Angelici, Diui Thomæ, qui tamen diuiſi ſunt: aliqui enim cauſalitatem effectiuam, tam phyſicam, quam moralem in ordine ad expulſionem peccati, contritioni attribuunt, alij verò moralem tantum admittunt, ſeu meritoriam.

Qui tamen conciliari poſſunt, ſi dicatur actum contritionis, præciſè vt eſt meritorius ex opere operantis, concurrere tantum moraliter ad remiſſionem, vel expulſionem peccati; ſi autem conſideretur vt eſt pars, ſeu materia Sacramenti eleuata à Deo ad productionem effectus ſacramentalis ex opere operato Sacramento correſpõdentis, dicendum eſt actum contritionis vel attritionis illi iunctum, non ſolum moraliter, ſed etiam phyſicè ad talem effectum concurrere, iuxta opinionem communiter in Schola Diui Thomæ receptam, quod Sacramenta nouę legis non ſolum morali, ſed & etiam phyſica cauſalitate gaudent reſpectu effectus ſacramentalis.

Circa huius contritio
extra Sacramentum diſp
ſtificationem, & proport
attritionis cum Sacram
nimirum de ſingulis pec
culari neceſſario ſit habe
vel attritio: ſciendum e
poſſe tribus modis elice
peccatis ſuis. *Primò*, e
tot deteſtationes, & dolo
miſit peccata. *Secundò*,
examen conſcientiæ, & r
lud omnibus peccatis i
dolendo de illis omnibu
dem actu, qui tamen vir
illa peccata ſe extendat;
nitens eſt ita diſpoſitus
eius peccata, ſigillatim
nerentur, ſingula etiam
que diſplicerent, virtute
& deteſtationis. *Tertio*
tendo examen conſcienti
tis ſingulis, & in partic
moriam reductis, verè ta
citer dolendo de omnibu
& in confuſo apprehenſi
iam ſæpius notauimus,
eſt, nimirum contritio
poſſe conſiderari modis:
ſe, & ſimpliciter pro vt
ria habentibus peccatum
lege naturæ, & Moſaica;
coniunctionis, quam ha
noua ex Chriſti Domin
ad confeſſionem ſacramen
mum aduertendum eſt d
huc eſſe pœnitentiam, ſ
nem pro duplici genere
vnam mortalium: alteram
quæ eſſentialiter inter ſe d
pra oſtendimus cap. 8. Qu
tatis circa propoſitam di
illa non procedit de venia
enim certum ſit omnia mo
remitti tam in Sacramen
tiæ, quam extra, venialib
miſſis: item vnum veniale
ne alio; quia poſſunt ve
ſtare cum gratia ſanctifican
quoque eſt pænitentem, vt

teri, vel deteſtari peccata mortalia ſufficienter in ordine ad conſequendã illorum remiſſionem, non debere omnia & ſingula peccata venialia, quæ habet deteſtari. Difficultas ergo ſolum eſt de mortalibus, an nimirum ad cõtritionem mortalium tot requirantur deteſtationes, totque dolores, iuxta modum in primo notabili explicatum, quot ſunt mortalia peccata pænitentis.

Circa quod communiter docent Theologi, optimum quidem eſſe, & ſalubre pænitenti, excitare in ſeipſo tot deteſtationes, quot habet peccata, negant tamen id eſſe neceſſarium ad veram contritionem, & ad effectum eius obtinendum; ſed ſufficere vnam tantum deteſtationem, & vnum duntaxat dolorem ſe ſe virtualiter extendentem ad omnia peccata pęnitentis; cum enim in moralibus virtuale, & expreſſum æquentur, virtualis contritio de omnibus peccatis in particulari incluſa in primo & expreſſo actu contritionis eorum in generali erit ſufficiens diſpoſitio ad remiſſionem illorum.

Maior difficultas eſt, an eadem cõtritio requirat ad iuſtificationem aliquod examen conſcientiæ, & commemorationem omnium peccatorum ſimiliter mortalium; pro cuius reſolutione, ſupponenda quoque ſunt dicta de ipſa tempore legis naturæ, & Moſaicæ, vel tempore legis Euangelicæ; item in iſta de ipſa extra ſacramentum pęnitentiæ; vel vt eſt illi iuncta. Quibus ſuppoſitis primò communiter aſſerunt Theologi cum Diuo Thoma in quæſt. diſputatis de veritate quæſt. 28. art. 5. ad 3. contritionem ſecundum ſe ſumptam, non requirere aliquod examen conſcientiæ, vel commemorationem peccatorum ad iuſtificationem; ſi enim id requireret, vel eſſet ex præciſa ratione eius, vel ex aliqua ordinatione Dei, non primum; quia ex ſtatim dictis, ad illam, vt ſit diſpoſitio ad iuſtificationem, ſufficit, quod ſit verè, & efficaciter deteſtatiua omnium peccatorum mortalium in genere, & in cõfuſo apprehenſorum, cum propoſito illa inpoſterum vitandi, & pro illis ſatisfaciendi; ſecundum etiam dici non poteſt, contritionem ſcilicet exigere aliquod examen conſcientiæ ex ordinatione Dei; talis ſiquidem ordinatio nullibi extat. Negari tamen non poteſt, quin tale examen ſit quandoque valde vtile, iuxta illud Regis Ezechiæ cap. 38. dicentis Deo, *recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*. Secundò etiam communiter docent Theologi contritionem baptizatorum, ſeu in ſtatu legis nouæ conſideratam, neque extra ſacramentum Pænitentiæ, neque illi iunctam, poſtulare ex ſe, & præciſa ſua ratione aliquod examen conſcientiæ ob rationem ſtatim allatam. Dicitur contritionem iunctam quoque Sacramento pænitentiæ non exigere ad iuſtificationẽ examen conſcientiæ, & recordationẽ, ſeu enumerationem ſingulorum peccatorum mortalium pænitentis, ex ſe, aut ex præciſa ſua ratione, quia id propriè non requiritur in ſacramento pænitentiæ ex parte contritionis, prout eſt diſtincta pars huius ſacramenti à confeſſione, & abſolutione; ſed requiritur pręcisè ex parte confeſſionis, & abſolutionis. Cum enim hoc ſacramentum ſit in genere iudicij, in quo reus qui ſe accuſat iuridicè in ordine ad remiſſionem omnium capitalium ſuorum delictorum recipiendam, nullum debet omittere, vt patet in foro exteriori, quando Princeps dat alicui inſigni reo abolitionem ſuorum criminum: Iudex autem proferens ſententiam abſolutionis; non abſoluit niſi cum cognitione cauſæ, atque adeo ſingulorum capitalium criminũ iſtius rei: inde fit, vt quidem tam ex parte confeſſionis debito modo faciendæ, quam ex parte abſolutionis etiam rite impertiendæ, diſtinctum examen, diſtinctaque enumeratio ſingulorũ peccatorum mortalium ſit neceſſaria in Sacramento Pænitentiæ ad remiſſionem

nem illorum: non autem præciſè ex natura, & ratione contritionis, etiam quatenus eſt pars Sacramenti Pænitentiæ.

Quod ſpectat ad quantitatem contritionis, ſeu quantus debeat eſſe dolor eius, ad obtinendam extra Sacramentum pœnitentiæ, cum illius tamen voto, remiſſionem peccatorum; obſeruandum eſt triplicem diſtingui poſſe quantitatem in deteſtatione, & dolore voluntatis. Prima eſt penes multitudinem graduum, intenſiua dicta. Secunda eſt penes maiorem durationem, extenſiua dicta. Tertia penes moralem æſtimationem, appretiatiua dicta, qua nimirum pænitens plus æſtimat fugam peccati, quam cuiuſcũque alterius mali, vel aſſecutionem boni; quam tertiam appretiationis quantitatem à prima diſtingui, nec cũ illa coincidere experientia docet in patre duos filios habente, vnum primogenitum quidem, & iam grandæuum; alterum adhuc tenellum, quem ſæpe intenſius amat, magis tamen appretiatiuè primogenitum. Sic primò communiter docet Theologi contritionem, vel charitatem qua perficitur non debere habere neceſſario certum aliquem intenſionis gradum infra quem non ſit ſufficiens extra Sacramentum ad obtinendam remiſſionem peccatorum; nec item determinatum aliquem voluntatis conatum in deteſtando peccato, & dolendo de illo. Ratio eſt, quia charitas quantumuis remiſſa ſemper eſt verè, & eſſentialiter charitas, cui Scripturæ, & Patres abſolutè, nullaque facta limitatione graduum eius promittunt peccatorum remiſſionem, contritioni igitur illa perfectæ idem prorſus concedendum eſt. Vnde quando in diuinis Scripturis particula illa, ex toto corde, & ſimiles adhibentur dilectioni quam debemus habere erga Deum, vel contritioni quam ex illa debemus elicere de peccatis, non important ſummum aliquem conatum in diligendo Deum,

vel dolendo de peccatis
ſignificat nos ita debere
re, vt nihil repugnans e
& dilectioni admittamu
eum ſuper omnia amare
vt mox dicemus, & ſupr
cuimus cap. 26.

Secundò quoque c
Doctorum ſententia, ver
nem non poſtulare nec
minatam aliquam ſuæ du
ram, vt ſit ſufficiens ad iu
ſacris litteris, & Sanctis
que docentibus Deum
cata verè ex amore ſuo c
facta mentione alicuius c
poris, imò potius dicent
tiam dijudicari non ad t
nem, & menſuram, ſed
affectum. Quod & ipſa
quia contritio cum ſit
internus voluntatis, nec
nec ſecundum ſuam pro
formalem conſiderata vl
determinatum durationi
num, vt patet ex illius d
in breuiſſimo tempore a
momento poteſt à pec
Deum conuertente elici
neceſſario determinatu
durationis moram, vt ſi
iuſtificationem.

At tertiò docent omn
tritionem poſtulare nece
teſtatio peccatorum, &
conceptus, ſit ſummus a
eſt, vt homo pluris facia
catum, quam ſubire quod
num, & præferat fugam
talis cuicunque bono.
tamen non eſt ad contri
re comparationem inter
da potius quam Deum o
ſufficit deteſtari ſuper o
tanquam offenſam Dei
tens ſit præparatus pro
velle Deum offendere, v
Imo, licet proſit interd
eiuſmodi comparationes
tet ex Apoſtolo Roman.

abit à charitate Christi, *an tribu-? an angustia &c.* viris tamen im-ectis id non expedit,ne tententur, ıccumbant tentationi. Quando n eiuſmodi comparationes in-tem veniunt pænitenti, ſi velit illa mala in particulari aliquem-n elicere, tenetur velle iſta mala-is ſubire, quam mortaliter Deum dere, vel offendiſſe; ſique animo ıaret, & dubitaret quid in tali eſſet facturus,non eſſet abſolutio-gnus, ex ſuppoſitione quod ha-peccatum mortale, cum nec cõ-s, nec attritus eſſet. Etſi contritio ata quo ad effectus, qui eam ali-do conſequuntur, poſſit eſſe ni-ea nimirum excitante in appetitu iuo tantum dolorem, vt grauis us inde ſequatur, ideoque tunc itio voluntatis ſit temperanda, la morbi reſultantia, ſi poſſit, im-nda; nihilominus ſi eadem vo-tis contritio ſecundum ſe ſpecte-on poteſt eſſe nimia quo ad intẽ-n; quia Deus non poteſt nimium i, *modus enim amandi Deum*, *eſt odo*, ex Diuo Bernardo, neque de peccatis quo ad affectum-eſſe nimius; cum peccatum ſit tę malitiæ contra Deum infini-& infinite bonum.

ltimò circa præceptum eliciendæ tionis primò conueniunt omnes heologi dari ſpeciale præceptũ habenda poſt peccatum mor-ommiſſum; quale autem ſit illud is diuini poſitiui, an iuris diuini lis, diſtingunt, ſecundum quod contritionis poteſt conſiderari is modis: Primò, abſtrahendo à o ex quo elicitur, & à fine ad ordinatur ab eo qui illum elicit; dò,vt de facto hic & nunc exer-ex hoc, vel illo motiuo,in hunc, ım finem; ſique primò conſide-nodo, communiter etiam do-um Diuo Thoma 3. p. qu. 84. ad 1. eam eſſe de præcepto iuris lis, etiam diuini, vtroque enim

illo iure tenemur reſarcire modo illo quo conuenienter poſſumus iniuriam à nobis Deo per peccatum mortalē illatam, quod cum melius fieri non poſſit, quam per actum pęnitentiæ, vel contritionis de illo, tenemur quoque ad talem actum de præcepto tam pure naturali, quam diuino. At ſi ſpectetur ſecundò modo, hoc eſt, quo ad finem reconciliationis pænitentis cum Deo, vel etiam vt ſit à pęnitente in compenſationem iniuriæ, quam per peccatum mortale intulit Deo, & à quo etiam acceptatur, eſt tantum iuris diuini poſitiui; nullo ſi quidem iure Deus tenebatur hominem in ſtatu peccati mortalis conſtitutum ſibi reconciliare, aut contritionem in compenſationem iniuriæ ſibi per peccatũ mortale illatæ acceptare, cum actus contritionis non habeat à iure naturali quod compenſet talẽ iniuriam, vt pote valoris & bonitatis valde inferioris ad malitiam peccati mortalis; hoc ergo illi tantum competit ex ordinatione diuina in ſacris litteris nobis reuelata, dum exhortantes peccatores ad ſui cum Deo reconciliationẽ, & ad compenſandam, pro vt poſſunt in hoc ſtatu, iniuriam ipſi per ſua peccata illatam proponunt actum veræ,& perfectæ contritionis tanquam mediũ ad id opportuniſſimum Ieremiæ c. 18. & 36.Ezechielis 18.Marci 1.& Actor. 1. pręfatum autem præceptum quatenus primò modo conſideratum iuris naturalis, ac diuini eſt, pertinet ad pręceptum naturale de Deo diligendo, & aliud communiſſimum de reſarciendo iure Dei lęſo.

Quando autem obliget præceptum eliciendæ contritionis, varia ſunt Doctorum placita, probabiliora ſunt, Primo illud non obligare ſtatim atque peccatum eſt commiſſum; etiam ſi tũc nullum illius eliciendæ impedimentũ occurrat: neque vbi & quando peccata memoriæ occurrunt; quod etiam ad viros religioſos extenditur; Secundò non obligare diebus feſtis; Tertiò

obligare in duobus tantum caſibus, ſecundum quod contritio poteſt conſiderari duobus modis; primò ſecundum ſe, & ſine ordine ad aliquid faciendum, vel ſuſcipiendum; ſecundò cum tali ordine; primus ergo caſus in quo contritio ſecundum ſe obligat, eſt quando præſens, & euidens mortis periculum occurrit, quod peccator poteſt præuidere, vel de quo rationabiliter poteſt dubitare; ratio eſt, quia quilibet tenetur vitare certum periculum æternæ damnationis, ad quam vitandam, quia contritio eſt medium extra Sacramentum adulto peccatori omnino neceſſarium, tenetur illius actum elicere, non habens, vt ſupponimus copiam Confeſſarij, ſeu ſuſcipiendi Sacramentum Pænitentiæ in re cum ſola attritione. Alter caſus, in quo contritionis preceptum obligat, veluti per accidens, ſeu ratione alterius, eſt quando peccatori exercenda eſt, vel ſuſcipienda actio, quæ ſtatum gratiæ ſanctificantis requirit in illam actionẽ exercente, vel ſuſcipiente, nec tamen vllus adeſt ſacerdos, qui illius confeſſionem excipiat, eumque ſacramentaliter abſoluat; ratio eſt, quoniam qui obligatur ad finem, obligatur & ad media tali fini conſequendo neceſſaria, igitur cum in hoc caſu non detur aliud medium obtinendi gratiam neceſſariam ad miniſtrandum, vel ſuſcipiendum aliquod ſacramentum; vt ſupponimus, manifeſtè ſequitur tam ſuſcipientem, quam miniſtrantem debere neceſſario exercere actum contritionis.

Decima quinta concluſio. Sacramentalis confeſſio iure diuino eſt neceſſaria. Etſi veritas huius concluſionis ſatis pateat ex dictis ſupra, quod confeſſio pænitentis in Sacramento Pęnitentiæ ſit pars eius eſſentialis, nihilominus ad maiorem explicationem tum neceſſitatis eius, quam aliarum conditionum ad eam ſpectantium, ponimus hanc concluſionem; ſupponimuſque pro eius intelligentia, nomi-

ne ſacramentalis confeſſi
à Catholicis accuſatione
ſeu peccatorum ſuorum
doti ad eorum remiſſione
virtute clauium Eccleſię
malis ratio confeſſionis
ſit accuſatio, illius mater
ta, cauſa efficiens, ſit
cauſa finalis remiſſio pec
verba Sacerdotis abſolu
denda. Eſt autem confe
talis actus externus virtu
tiæ, quatenus fit ad com
iniuriam Deo illatam pe

Hæretici igitur noſtri
Lutherani, quam Caluini
eludẽda tam Scripturæ,
teſtimonia, exiſtiment li
bonam, & vtilem confeſ
ſecretam, vulgo auricula
vt Lutherus varijs in loci
de captiuit. Babilon. tit
Pænit. tom. 2. edit. Vni
fol. 80. pag. pag. 1. *Oc*
Confeſſio, quæ modo celebr
modo tamen placet, & vti
ria eſt, nec vellem eam
gaudeo eam eſſe in Eccleſi
ſit ipſa afflictis conſcienti
medium: tum in diſputat
ſcribitur; ſumma doctri
tia, eodem tomo fol. 45
de confeſſiones fidei à L
poſitę, & editæ Auguſta
& aliæ hanc approbant,
confeſſionem. Item Cal
inſtitut. cap. 4. §. 12.
etiam ſequuntur eius di
inquam, præfati hæreti
aliqualem confeſſionis e
& ſecretæ vtilitatem,
abſolutè confeſſionem ſa
eſſe de iure diuino nece
autem Catholici affirma
mus, Confeſſionem ſac
peccatorum mortalium
baptiſma commiſſorum,
ri ſacerdoti, eſſe iure diu
ſeu ex Chriſti Domini in
ceſſariam lapſis in pecca

ſuſceptionem baptiſmi. Quam
en neceſſitatem non dicimus eſſe
lutam, aut in ratione medij, quaſi
illa in re peccator nunquam poſ-
btinere remiſſionem ſuorum pec-
rum, cum ad illam ſufficiat con-
o cum voto confeſſionis in ea, vt
nus ſupra, incluſo, vbi confeſſio
moraliter eſt impoſſibilis: vnde
difficultas inter nos, & aduerſa-
ad hoc reducitur, num ſtante con-
onis commoditate ſit aliquod præ-
um diuinum peccatori de illa fa-
da, ſicuti adulto de baptiſmo in
ſcipiendo; quod negant hæretici,
autem affirmamus: concluſioque
xplicata eſt de fide, pluribus in
cilijs definita Lateranenſi ſub In-
entio III. Conſtantienſi, & Tri-
ino ſeſſ. 14. cap. 5. & can. 6. & 7.
int qui illam colligunt ex illo Ia-
5. *Confitemini alterutrum peccata*
a; vbi volunt Apoſtolum promul.
legem confeſſionis à Chriſto
nino inſtitutæ. Cui expoſitioni nõ
at particula *alterutrum*; nam hæc
miles, vt *inuicem*, *alij alijs*, non
per ſignificant officium omnino re-
ocum, quaſi quod vnus præſtat
i, & ipſe debeat idem præſtare
o, ſed tantum accommodatè ad
de qua eſt ſermo, exempli gratia,
ndo Apoſtolus Epheſ. 5. ait, *ſu-*
i inuicem in timore Chriſti, non in-
it omnes omnibus ſubijci debere,
t quilibet inferior ſubſit ſuperio-
Pari ratione, quando S. Iacobus
Confitemini alterutrum peccata ve-
mens illius eſt non ſoli Deo, ſed
ines hominibus, ijſque qui habẽt
riſto Domino poteſtatem remit-
i peccata, ſeu ſacerdotibus. Ve-
quia iſte locus, ſicut & alius Act.
vbi dicitur, *quod multi credentium*
ebant confitentes, & annuntiantes
ſuos: apud aliquos Sanctos Pa-
, & interpretes habent alium ſen-
ideo non tam illis inhærendum,
n illi S. Ioannis cap. 20. vbi, vt vi-
is ſupra Chriſtus inſtituit Sacra-

mentum, ſeu tribunal Pænitentiæ, ad modum, aut inſtar fori exterioris: igitur quemadmodum in iſto, vt aliquis iudex abſoluat iuridicè reum aliquem modo legitimo, & prudenti, ſtatus rei, crimen, qualitas debent prius tali iudici innoteſcere; quod ſi crimen ſit ei occultum, & ignotum, velitque reus ab eo iuridicè abſolui, debet illud iudici manifeſtare, & ſeipſum apud illum accuſare, veniamque petere; alias indignus cenſebitur abſolutione, & iudex non poterit ferre iuridicè ſententiam abſolutionis: Ita quoque, cum Sacerdos in Sacramento Pænitentiæ abſoluat iuridicè tanquam iudex propriè dictus, à Chriſto Domino conſtitutus, fideles à peccatis poſt baptiſmum cõmiſſis; & hæc peccata ſint Sacerdotibus incognita, vt pote ſecreta, & occulta; eorumque præterea veniam ab illis, tanquam à iudicibus deprecentur pęnitentes, manifeſtum eſt eos teneri propalare, & explicare ijſdem ſua peccata; quæ explicatio cum nihil ſit aliud quam ſacramentalis confeſſio; dicendum eſt eam iure diuino abſolutè neceſſariam eſſe in re, vel in voto, modo ſuperius declarato.

Secundò probatur veritas noſtræ concluſionis continua Eccleſiæ traditione, qua Sancti Patres certi eiuſdem teſtes ita ſemper explicuerunt præfatum Sancti Ioannis locum cap. 20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis &c.* vel inde aſſeruerunt neceſſitatem confeſſionis ſacramentalis. Quorum teſtimonia videri poſſunt apud Coccium tom. 2. Theſauri Cathol. lib. 7, art. 3. nec non apud Pamelium in ſuis annotationibus ad librum S. Cypriani de lapſis annot. 98. & in Tertullianum lib. de pænitentia cap. 9. Qui ex Græcis id expreſſius nobis tradiderunt, ſunt, Irenęus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 9. vbi de quibuſdam fæminis à quodam Marco hæretico ſeductis ait: *Hę ſępiſſimè conuerſæ ad Eccleſiam Dei confeſſæ ſunt.* Origenes homil. 17, in S. Lucam interpretans

illud, *vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*, ita ſcribit: *Et nos ſi peccauerimus, debemus dicere, peccatum meum notum tibi feci*: vbi particula *debemus* ſignificat obligationem, cuius exequendæ modum ſtatim explicat, eſſe confeſſionem peccatorum Sacerdoti factam: *Si enim*, inquit, *hoc fecerimus, & reuelauerimus peccata noſtra non ſolum Deo; ſed & his qui poſſunt mederi vulneribus noſtris atque peccatis, delebuntur peccata noſtra ab eo, qui ait, ecce delebo vt nubem iniquitates tuas, & ſicut caliginem peccata tua*. Vnde homil. 5. in cap. 7. Leuitici exponens illud Deuter. 31. *Sacerdos qui obtulit, edet illud in loco ſancto*, de Sacerdotibus nouę legis hęc habet: *Sacerdotes Eccleſiæ peccata populi accipiant, & ipſi imitantes Magiſtrum, remiſſionem peccatorum populo tribuant*. Athanaſius ſerm. in illud Euangelij, *profecti in pagum*, verſus finem: *Nos ipſos*, inquit, *examinemus num ſoluta ſint noſtra vincula* (en examen conſcientiæ præmittendum confeſſioni) *vt in melius proficiamus, quod ſi nondum ſoluta ſint vincula, tradas teipſum diſcipulis Ieſu* (en ſacramentalis confeſſio facienda Sacerdoti) *adſunt enim qui te ſoluant poteſtate ea quam à Saluatore acceperunt* (en iuridica abſolutio per ſacerdotem confeſſarium) *quæcumque ligaueritis, inquit, in terra, erunt ligata, & in Cælis, & quæcumque ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in Cælis, & ſi quibus remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Baſilius in regulis breuioribus interrogat. 229. *Vt vitia corporis nequaquam quibuſuis temere homines aperiunt, ſed ijs tantummodo qui rationem qua ea curãda ſunt teneant, eodem modo etiam peccatorum confeſſio fieri debet, apud eos, videlicet, qui ea poſſint curare*: quibuſque, vt ait interrogat. 288; *credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei, ſi quidem rationem hanc in Pænitentia, etiam veteres illos cernimus ſequutos fuiſſe*. Diuus tandem Chryſoſtomus homil. 30. in Geneſim expreſſam mentionem fa-

ciens de ſacramentali co[n]
in hebdomada ſancta fieri
ſcribit: *Quia in magnam h*
dam peruenimus, Dei grati
ximè & ieiunij curſus inte
gis continuandæ ſunt preces
diligens, & pura confeſſio
Ad quam ſacerdotis
requiſiuiſſe clarè conſtat
ſacerdotio, vbi ſic ait:
multa quidem arte opus eſt,
rant Chriſtiani, vltro ſibi
Sacerdotum curationi ſe ſe
oportere. Et lib. 3. expre
cerdotes Leuiticos non
pra corporali, ſed tantum
lepra iudicium tuliſſe: Sa
tem Euangelicos, non decl
ſed planè ſanare à lepra ſp
bus cum ſatis clarè hic
ctor ſuam aperuerit ment
ritatem Catholicam, mir
facie hæretici ſuum cont
glorientur, ex quibuſdam
eius locis malè ab ipſis in
dicemus in ſolutionibus
rum, interim tranſeo ad
tinos.

Ex his igitur eamdem
magis expreſsè nobis tra
tullianus lib. de pænitenti
ait: *Is actus, qui magis Gr*
exprimitur, & frequentatu
geſis eſt, qua delictum Dom
confitente, non quidem vt
quatenus ſatisfactio confeſſi
tur, confeſſione Pęnitentis
tur: quam confeſſionem c
dote fieri etiam ſolitam fu
ex hoc quod ibidem ait;
Presbyteris aduolui, & cari
niculari; alludendo ad mo
que à fidelibus obſeruatur
cerdotibus ſacramentaliter
ta confitentur. Quod etiam
la haberent publica pecca
peccata Sacerdoti ſecretè,
lariter confiterentur, conſ
lib. de Baptiſmo cap. 20. N
gratulandum eſt, ſi non publi

iniquitates, aut turpitudines no- . Cyprianus lib. de lapſis verſus n: *Quanto*, inquit, *& fide maiores, nore meliores ſunt, qui quamuis ſacrificij, aut libelli facinore con- i, quoniam tamen de hoc vel cogi- it, hoc ipſum apud Sacerdotes Dei ter, & ſimpliciter confitentes exo- eſim conſcientiæ faciunt, animi ſui is exponunt, ſalutarem medelam s licet, & modicis vulneribus ex- nt, ſcientes ſcriptum eſſe, Deus non rtur?* vbi verba hæc, *confitentes ologeſim conſcientiæ faciunt, animi ndus exponunt*, idem prorſus ſi- cant, ac ſe ſe de proprijs peccatis illatim exponendo apud Sacer- n accuſant: illis autem alijs ver- *cientes ſcriptum eſſe, Deus non irri-* ita ſignificatur hanc peccatorum ſſionem eſſe vtilem pænitenti, vt n paulo poſt Cyprianus eius ne- tem expreſſerit iſtis; *Confitean- guli delictum ſuum, dum adhuc liquit, in ſaculo eſt, dum admitti io eius poteſt, dum ſatisfactio, & o facta per Sacerdotes, apud Do- s grata eſt*: Hæc enim verba, *dum qui deliquit, in ſaculo eſt &c.* ſa- otant pænitentes omiſſa tali cō- e ſibi pro tempore, & loco poſ- non fore apud Deum, & in con- a ſecuros. Hilarius can. 18. in th. *Ad terrorem*, inquit, *metus i, quo in præſens omnes contine- immobile ſeueritatis Apoſtolicæ m præmiſit, vt quos in terris li- t, id eſt peccatorum nodis innexos rint, & quos ſoluerint, confeſſione t veniæ receperint in ſalutem, hi ica conditione ſententiæ in Cælis abſoluti ſint, & ligati.* Vbi per lam *confeſſione*, declaratur mo- o Apoſtoli, & eorum in ſacer- ucceſſores poſſunt peccatorum oluere; per alias autem parti- ræcedentes, *quos in terris liga- id eſt peccatorum nodis innexos rint*, ſignificatur peccatorum o, & alligatio per carentiam ve-

niæ illorum ex omiſſione confeſſionis. Ambroſius lib. 2. de pænit. cap. 6. *Si vis iuſtificari, fatere delictum tuum, ſoluit enim criminum nexus, verecunda confeſſio peccatorum*; & cap. 9. ait, multos fuiſſe qui libenter confitebantur priuatim ſacerdotibus, ſed publicè in Eccleſia id facere renuebant. Ruffinus in Pſalm. 31. *Licet Deus dimittat peccata, ex quo homo in voluntate pænitet; tamen confitendum eſt miniſtris Eccleſiæ, quia niſi confiterentur, ex ſua inobedientia damnarentur.* Auguſtinus lib. 50. homiliarum, homil. 12. docet peccatorum confeſſionem fuiſſe à Chriſto inſtitutam his verbis: *Deus noſter quia pius eſt, & miſericors, vult vt peccata confiteamur in hoc ſæculo, ne pro illis poſtmodum confundamur in futuro.* Quã confeſſionem debere fieri Sacerdoti clarè teſtatur homil. 41. eiuſdem libri, dum ait hominem debere abſtinere à peccatis, *quia ſi ad vltimum vitæ ſteterit, neſcit ſi ipſam Pænitentiam accipere, ac Deo & Sacerdoti peccata ſua confiteri poterit*; & homil. 49. *Nemo ſibi dicat, occultè ago, apud Deum ago, nouit Deus qui mihi agnoſcit, quia in corde ago; ergo ſine cauſa dictum eſt, quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in cælo; ergo ſine cauſa ſunt claues datæ Eccleſiæ Dei, fruſtramus Euangelium Dei, fruſtramus verba Chriſti, promittimus nobis quod ille negat*: Huiuſmodi enim conſequentijs deductis ex voluntaria omiſſione confeſſionis peccatorum faciendæ Sacerdotibus, apertè denotatur confeſſionem ſacramentalem de peccatis eſſe abſolutè neceſſariam ex diuina inſtitutione pro obtinenda eorum remiſſione; tum etiam quod paulo poſt alludens ad illam ceremoniam confeſſionis in Eccleſia vſitatam, qua pænitens, vt iam ſupra ex Tertulliano vidimus, prouoluitur ad genua Sacerdotis eum abſoluentis, ſubiungat hæc alia verba: *Et reſiſtit mihi filius peſtilentiæ, & erubeſcit genu figere ſub benedictione Dei*, nomine *benedictionis Dei*, intelligens abſolutionem, ſeu

formam

formam eius, qua peccata explicata ſacramentali confeſsione remittuntur. Ac tandem ibi ſumpto argumento à Theodoſio Imperatore, non erubeſcẽte confiteri publicè peccatum publicè commiſſum, illudque ſubmittere clauibus Eccleſiæ, inferat alios tali Imperatore inferiores multo minus debere erubeſcere confiteri Sacerdoti peccata ſua occulta, eaque ſacramentali abſolutioni ſubijcere. Quod etiam facit pro confeſſione ſecreta, & auriculari. Vndè quando idem Auguſtinus lib. 10. confeſſ. cap. 3. damnat confeſſionem propriorum peccatorum factam hominibus, tanquam & confitenti, & illam audientibus inutilem, his verbis: Quid mihi ergo cum hominibus vt audiant confeſſiones meas, quaſi ipſi ſanaturi ſint omnes languores meos, curioſum genus ad cognoſcendam vitam alienam, deſidioſum ad corrigendam ſuam, nihil facit contra nos in fauorem aduerſariorum, qui licet negent confeſſionis neceſſitatem, non tamen negant vtilitatem; quare dicendum eſt eo loci Diuum Auguſtinum loqui de publica confeſſione peccatorum, vel de ea cognitione peccatorum pænitentis, quam alij extra confeſſionem ſacramentalem poſſunt conſequi, vt ſuæ curioſitati ſatisfaciant, non autem de ſacramentali, de qua hic agitur. Vndè iure merito infra dicemus abrogatam fuiſſe hanc conſuetudinem manifeſtandi quædam peccata de conſenſu ipſorum pænitẽtum ad maiorem eorum correptionem & humilitatem.

Ex quibus omnibus clarè apparet, quam temere, & falſo Sectarij noſtri temporis aſſerant ſacramentalem confeſſionem initium à Monachis habuiſſe, apud quos frequens erat, vt patet ex S. Ioanne Climaco in Scala Paradiſi gradu 4. & Theodoro Studite orat. funebri in S. Platonem: deinde legem vniuerſalem de neceſſitate confeſſionis ad ſalutem fuiſſe editam in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio

III. pro ptereaque eſſe ex
inſtitutione. Etſi enim p
mus Pontifex in cap. *om*
ſexus, determinauerit te
confeſſionis, eius tamen
ante in Eccleſia viguiſſe
traditionem eſſe conſtat
pra, quam à maioribus
nos quoque tranſmiſere
Patres Concilij Lateran
nocentio III. celebrati.
nullius prorſus moment
contrarium adducunt ha
debitur ex ſolutionibus

Primò obijciunt; in l
ſtra longe grauiori null
ceſſitatem confeſſionis ſ
neque publicæ, neque ſe
nendam remiſſionem p
credibile ergo non eſt C
ge ſua Moſaica benignio
tuere voluiſſe.

Reſpondetur ad hoc
concedendo antecedens
conſequentiam; primò
ſuauitas, aut grauitas v
alia non attendatur pen
alterum earum præceptu
omnia, ſeu penes totam
Euangelica ita compara
cam ſit iſta longe ſuaui
nihil proinde impedit q
ſit abſolutè talis, etiam
tur præceptum confeſſio
talis, vel Sacramentu
aliqualem importare gr
lex vetus non habuiſſet
remiſſionem peccatoru
men verum non eſt, vt
tur ſecundò, legem adh
eſſe hac ex parte grauio
ſaica, ſed longe faciliore
attritio iuncta Sacram
tiæ operanti ex opere
nullum reperit obicem,
vt dictum eſt ſupra, qu
ſufficiebat. Deindè licet
dam confiteri peccata, e
ſima; illud tamen eſt ad
& ſuaue, cum totum ced

pænitentis, inde reportanti s plura bona conſilia, & remedia ſpiritualia contra peccata ſua, non minus ac ęgrotus à Medico, cui ſuas aperit infirmitates, vt docent Patres, propertereaque hortantur pænitentem, vt Origenes homil. 2. in Pſalm. 37. quod circumſpiciat diligentius cui debeat confiteri peccatum ſuum, probet prius Medicum cui debeat cauſam languoris exponere; & ex alia parte nihil accipiat incommodi, cum peccata ſua ſoli reuelet ſacerdoti, qui tenetur ad ſeruandum ſigillum confeſſionis.

Per quod etiam patet ad alteram Caluini obiectionem lib. 3. inſtitut. c. 4. ſect. 18. vocantis confeſſionem carnificinam conſcientiarum, præterquam enim ſibi contradicit, ſi enim confeſſio eſt conſcientiarum carnificina, quomodo ait illam eſſe earum exonerationi, & conſolationi vtilem; quod & aſſerunt præcipui eius diſcipuli, imo Molinæus vnus ex illis in nouitate Papiſmi part. 2. pag. 141. contra Cardinalem Perronium, relatis quæ ab iſto Eminentiſſimo Cardinali dicũtur circa neceſſitatem confeſſionis Sacramentalis ſacerdoti faciendæ, ait opus non fuiſſe quod id probaret, *cum nos*, inquit, *hoc idem credamus*, *& doceamus*: Præterquam, inquam, ita ſibi aduerſarij contradicunt, inſuper dico vocari non poſſe confeſsionem carnificinam conſcientiarum eo quod pænitentes teneantur illam facere ſingulorum peccatorum mortalium, quaſi ſit impoſsibilis iuxta illud Pſalm. 18. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me*, & illud aliud Pſalm. 27. *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum*; Confeſsio enim à Chriſto requiſita, & ab Eccleſia Catholica edocta, in eaque v ſitata maiorem non exigit diligentiam, quàm quæ adhiberi ſolet in rebus valdè ſerijs, & magni momenti, tam pro illarum, quam perſonarum qualitate, vt infra dicetur; quamque Caluinus ipſe requirit in confeſsione peccatorum, quam ſoli Deo vult fieri: igitur ſicut diſcuſsio iſti præuia non eſt impoſsibilis, ita nec illi, quæ ſacramentaliter eſt facienda ſacerdoti; & ſicut etiam prima iam facta, ſecundum Caluinum adhuc rectè poſſumus dicere, *delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me*; quia fieri poteſt, vt aliquod peccatum omiſerimus præter voluntatem; ita nec nobis oberit ignorantia, vel obliuio, ſi poſt diligens conſcientiæ examen, confiteamur illa mortalia, quæ cognoſcimus commiſiſſe. Meritò igitur Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 5. ait: *Sed, & impium eſt, Confeſſionem, quæ hac ratione fieri pracipitur, impoſſibilem dicere: aut carnificinam illam conſcientiarum appellare: Conſtat enim, nihil aliud in Eccleſia à pænitentibus exigi, quem vt, poſtquam quiſque, diligentius ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuę ſinus omnes, & latebras explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominum, & Deũ ſuum mortaliter offendiſſe meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuerſum eadem confeſſione incluſa eſſe intelliguntur, pro quibus fideliter cum Propheta dicimus, ab occultis meis munda me Domine. Ipſa verò huiuſmodi confeſſionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia grauis quidem videri poſſet, niſi tot, tantiſque commodis, & conſolationibus leuaretur, quæ omnibus digne ad hoc Sacramentum accidentibus per abſolutionem certiſſimè conferuntur*; Quibus ſane verbis, ac cæteris alijs in præfato capite contentis nihil conſultius dici poterat ad reprimendas Nouatorum calumnias fingentes laborem in præcepto, quibuſque ſcitè adaptari poteſt illud Tertulliani lib. de pænit. cap. 9. de alijs ſimilibus dicentis: *Pleroſque hoc opus vt publicationem ſui aut ſuffugere, aut de die in diem differre præſumo, pudoris magis memores, quam ſalutis*.

Tertiò obijcitur, ſi confeſsio ſacramentalis peccatorum mortalium eſſet de iure diuino poſitiuo, ſeu ex inſtitutione

tutione Chriſti neceſſaria ad obtinendam eorum remiſsionem, vel hoc intelligitur de confeſsione publica, vel de confeſsione ſecreta apud ſolum ſacerdotem; at de neutra aſſeri poteſt huiuſmodi neceſsitas, falsò igitur à nobis aſſeritur. Probatur minor in qua eſt difficultas, quo ad priorem confitendi modum publicè, ex Concilio Tridentino citato ſtatim capite, vbi hæc habentur verba, *Etſi Chriſtus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publicè confiteri poſſit, non eſt tamen hoc diuino pręcepto mandatum, nec ſatis conſultè humana aliqua lege præciperetur, vt delicta, præſertim ſecreta, publica eſſent confeſſione aperienda*; Talis ergo confeſsio non fuit ex Concilio à Chriſto inſtituta. Idem quoque probatur de modo confitendi ſecretò apud ſolum Sacerdotem; quia quod eſt à Chriſto inſtitutum, iureque diuino neceſſariũ tolli non poteſt, vel abrogari per Eccleſiam; ſed hæc confeſsio ſacramentalis ſublata fuit, & abrogata per Nectarium Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum tempore Theodoſij, propter quoddam ſcandalum ex occaſione confeſsionis ortum, vt referunt Socrates lib. 5. hiſt. cap. 19. Sozom. lib. 7. cap. 16. & lib. 9. cap. 33. Nicephorus lib. 12. cap. 25. quam abrogationem cæteræ Eccleſiæ ſunt amplexatæ; vt ijdem Hiſtorici notant; & ipſemet S. Chryſoſtomus Nectarij ſucceſſor paſſim illam approbat, vt homil. 2. in Pſal. 50. *Non dico*, inquit, *vt confitearis conſeruo, qui exprobret, dicito Deo*; & homil. 4. de Lazaro: Secreta igitur confeſsio ſacramentalis peccatorum mortalium non eſt iure diuino, aut ex inſtitutione Chriſti neceſſaria, ad obtinendam eorum remiſsionem.

Cum duæ ſint inter Doctores Catholicos circa hanc rem ſententiæ, iuxta has dupliciter etiam reſpondebimus argumento. Prima eſt Chriſtum

Dominum inſtituiſſe q
cepiſſe, confeſsionem o
torum mortalium eſſe f
cerdoti, non tamen dete
dum illam faciendi ſecre
ſed liberum reliquiſſe, v
vel Eccleſiæ vno, aut al
dinanti. Cui ſententiæ,
Card. Perronius in reſp
gnę Britanniæ Regem c
uet praxis primitiuæ Ec
duplex illa fuit peccator
pro duplici genere pec
cretorum ſcilicet, & pub
vt pęnitentes omnia ſua
publica, ſi quæ haberen
ta explicarent ſacerdoti
nem ſacramentalem, eam
Quod ſi contingeret eſ
blica, tunc Sacerdos
excipiendis publicorum
confeſsionibus per Ep
cialiter deputatus, pro d
denti iudicio iniungeba
peccatori, in partem ſati
publicè de illis vel illi
blicis accuſaret. Nega
teſt, quidquid ſit an tali
blica fieret nec ne in or
tionem accipiendam à S
quid, inquam, ſit de ho
poteſt, quin confeſsio
catorum, imo etiam ſec
publicè facta Sacerdoti,
illi deeſſet vel ex parte p
ex parte ſacerdotis, ſuff
valida: Igitur, cum Sac
legis in tantum ſint vali
ſunt conformia ſuæ in
Chriſtum factæ, videtur
ſum non determinaſſe c
Sacramentalem eſſe ſecr
ſed tantum præcepiſſe c
vt ſic omnium peccator
eſſe faciendam ſacerdoti
rò Eccleſiæ arbitrio rel
minationem modi illam
cretò an publicè.

Altera ſententia eſt, n
tendi peccata ad aurem S

tè, fuiſſe à Chriſto Domino inſti-
n.

itur iuxta primam ſententiam re-
detur primò ad argumentum, neu-
confeſsionis modum eſſe de iure
o, aut à Chriſto inſtitutum, &
eptum, ſed tantum confeſsionem
; Quod autem, vt ait præfatus
enti ſsimus Cardinalis Peronius,
ſia ex indulgentia, vtque parce-
ominum verecundię, ſtatuerit mo-
confitendi peccata ad aurem Sa-
tis, ſeu ſecretè, ſublata, vel non
a publica confeſsione; non eſt
Sectarij noſtri temporis de illo
erantur, cum fuerit potius leni-
am aggrauare iugum confeſsio-
ramentalis, proindeque materia
lationis, & gratiarum actionis
, quam offenſionis, calumnian-
propterea Eccleſiam. Cumque
r talis indulgentia, iuxta hanc
tiam ſit quid pertinens ad poli-
vel diſciplinam Eccleſiaſticam,
lum ſua propria principia con-
re nos non valent, vel quod il-
cipiamus, vel ad illam recipien-
deles teneri aſſeramus; ipſiſmet
uniter fatentibus, eam eſſe in
a authoritatem, vt quæ ad di-
am ſpectant ſtatuere, & ad illa
obligare poſsit.

ndò reſpondetur iuxta ſecun-
ntentiam, ſolam ſecretam con-
em eſſe de iure diuino à Chri-
mino inſtitutam, & præceptam;
bationem in contrarium primò
aliqui, Nectarium à Nouatia-
eticis deceptum, quorum con-
eſte Socrate apud Baronium
ann. 56. plus nimio vtebatur,
ionem è ſua Eccleſia ſuſtuliſ-
od ſi eſſet verum, nihil tale
um faueret Sectarijs, imo po-
ugnaret, ſi enim Nectarius ſe-
abrogauit confeſsionem, argu-
eſt, illam prius in Eccleſia vi-
eoſque proinde mentiri, aut ſi-
adicere, dum aiunt cum Cal-
Antidoto Concilij Tridentini
oth. Theol. Tom. V. Par. II.

ſeſſ. 6. cap. 15. per mille annos nullum fuiſſe vſum confeſsionis ſacerdotalis in Eccleſia, *donec*, inquit, *Innocentius III. cum pauculis cornutis beſtijs*, (ſic impudens hæreſiarcha vocat mille ducentos Patres, ſanctitate, & doctrina conſpicuos, qui Concilio Lateranenſi ſub præfato Pontifice interfuerunt) *laqueum hunc populo Chriſtiano induit, quem Tridentini Patres adſtringunt.*

Sed melius reſpondetur ſecundò, ſecretam peccatorum confeſsionem nunquam abrogaſſe Nectarium, quam & Conſtantinopoli, & in toto Oriente retrò poſt eius tempora obſeruatã fuiſſe, habetur ex Synodo Orientalium Conſtantinopoli in Trullo habita, & ad copiam demonſtrat hodiernus quoque Græcorum confitendi vſus. Ab eo tamen defecere tantiſper Græci Sacerdotes, dum ſacrum facturi vixdum confitentur, ſolo actu contritionis cõtenti, vbi habent mortalia, ſed non propterea negant confeſsionem ſacramentalem. Cuius adhuc negligentiam in Synodo Florentina ipſis exprobrauit Eccleſia Latina; Falſumque eſt prauum huncce morem ab ipſa Eccleſia Græca vnquam approbatum fuiſſe. Si quidem eum, ante annos 400. repreſsit Synodus Germani Amathuntis Epiſcopi. Imo eos quotidie admonet lex inſerta diuinę Liturgiæ, ne ad eam celebrandam accedant niſi præuia confeſsione.

Nectarius ergo ſuſtulit tantum quãdam conſuetudinem ad pænitentiam publicam pertinentem, in eoque ſitã, quod, vt iam notauimus, manifeſtatio aliquorum criminum fieret vel ab ipſis pænitentibus, vel de conſenſu eorumdem à quodam pænitentiario ad hoc munus ab Epiſcopo deſignato. Cum enim ex hac conſuetudine, ad correptionem, & humiliationem pænitentis, atque aliorum ædificationem inſtituta, ortum fuiſſet nihilominus ſcandalum quoddam ingens, tempore Nectarij, quia nimirum nobilis cuiuſdam matronæ publicè pænitentiam

agentis, crimen quod cum Diacono commiſerat, manifeſtatum fuit; Nectarius munus illud pænitentiarij, delicta ſcandaloſa populo detegentis, abrogauit. Vel vt alij volunt, publicam abrogauit confeſſionem, eo tempore coram multis fieri ſolitam; De qua publica confeſſione intelligendus eſt etiam Chryſoſtomus loco ab aduerſarijs citato, dum ſolam coram Deo factam confeſſionem admittere videtur; hæc enim verba: *Non dico vt confitearis conſeruo tuo, qui exprobret*; apertè denotare videntur eum fuiſſe locutum de confeſſione publica, ex qua opprobrium & confuſio pænitentium ſequi ſolebat; vt etiam ait homil. 4. de Lazaro, & homil. 31. in epiſtolam ad Hebræos. Dum autem ſubiungit, *dicito Deo*, non excludit omnem confeſſionem homini faciendam, atque adeo ſecretam, & auricularem, quia, cum ſacerdos illam audiat, & à peccatis abſoluat, vt Chriſti Vicarius, non ponit in numero cum illo, ſeu non condiſtinguitur ab ipſo Chriſto; ideoque cõfeſſio ſecretè facta Sacerdoti ſoli Deo cenſetur fieri, vt dicetur infra agendo de ſigillo confeſſionis.

2 Si quis autem inquirat, quænam ex duabus præfatis ſententijs videatur probabilior, reſpondetur talem videri ſecundam, vt pote Concilio Tridentino conformiorem; vbi ſeſſ. 14. cap. 5. hæc habentur verba poſt ſuperius in obiectione adducta: *Vnde cum à Sanctiſſimis, & antiquiſſimis Patribus magno vnanimique conſenſu, ſecreta confeſſio ſacramentalis, qua ab initio Eccleſia Sancta vſa eſt, & modo etiam vtitur, fuerit ſemper commendata, manifeſtè refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuentum humanum eſſe, atque à Patribus in Concilio Lateranenſi congregatis initium habuiſſe, docere non verentur.* Et can. 6. dicit anathema aſſerentibus, *modum ſecretè confitendi ſoli ſacerdoti, quem Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat, alienum eſſe ab inſti-*

tutione, & mandato Chr
tum eſſe humanum. Vbi
humanum videtur Conc
gere inſtitutionem, vel t
Eccleſia factam, vt collig
cap. 5. in quo opponit p
no, legem humanam, &
manum, tanquam alteru
condiuidens adæquatè l
ſic argui poteſt, quod
tholica circa receptione
cramenti nouæ legis ſem
uit, & obſeruat, nec pot
cenſetur eſſe à Chriſto
thore talis ſacramenti in
tenus inſtituendo ſubſta
ſimul etiam voluit præſc
atque adeo dici non po
humanum; ſi quidem v
tauimus tom. 3. lib. 3.
differunt traditiones d
Apoſtolicis, & Eccleſia
dus ſecretè confitendi
ita ſemper fuit ab Eccle
obſeruatus, & nunc etia
vt ſit per eam immutab
Concilio citato cap. 5.
conſulte humana aliqua le
vt delicta præſertim ſe
eſſent confeſſione aperien
tantum per Eccleſiam
teſt, quod ſatis conſult
humana lege precipi ali
nunc fiat, vel quam oli
rit, eum errare non poſ
dei, & conſequenter
conſultè in illis præcipe
go confitendi ſecretè, ſe
ti ad aurem fuit à Chriſ
inſtitutus, vt ab Eccle
immutari, vel ordinat
peccatorum non fiat ſec
blicè, aut fiat tam publ
cretè, vt vult prima ſen
Ad cuius primam rat
xi primitiuæ Eccleſiæ
ſpondetur, primò confe
publicam propriè non f
talem; cum enim pænit
nia ſua peccata tam pu

...rent, quam occulta explicuiſſent ...doti per confeſſionem ſacramen..., eamque ſecretam, illis dunta... pænitentiario excipiendis publi... pęnitentium confeſſionibus per ...opum ſpecialiter deputato iniun...ur, vt ſe publicè quidem, de his ...is peccatis publicis accuſarent, ...quam tamen de ſecretis. Vnde ... confeſſio, ſeu accuſatio, quæ erat ...a, erat eſſentialis ſacramento pę...ię: poſterior verò minimè, ſed ... accidentalis, quia fiebat alijs ... ſacerdoti, nimirum populo prę... & non in ordine ad abſolutioné ...endam à populo, ſed tantum ad ...m partem ſatiſfactionis. Quam ... conſuetudinem, præfatumque ...entiarij munus, tanquam aliquã ... additionem ſacramentali con...i factam per Epiſcopos occaſio...reſis Nouatianorum, vt refert ...es, abrogauit Nectarius, & eius ...lo aliæ Eccleſiæ Orientales, vbi ...onſuetudo vigebat; ſecundum ...etiam publici pænitentes habe...ocum ab alijs diſtinctum in Ec...

...ius autem Pęnitentiæ publicæ ...omia in Eccleſijs pręſertim ...a libus quatuor gradibus com...debatur, fletu, auditione, ſub...e, conſiſtentia, quibus quatuor ...ntium claſſes diſtinguebantur, ...m, Audientium, Subſtratorum, ...entium. Singulas ſtationes ...s certis annis decurrebat pro ... grauitate: niſi, vna ſibi aut al...iſſa beneficio Eccleſię, & Epi...ctà ad tertiam tranſiret, vel ... Eas verò non inchoabat ni... accepta ab Epiſcopo benedi...& manus impoſitione, quę ini...at pænitentię, & à veteribus ...olet, manus impoſitio in pæ...m. *Flentes* extra Eccleſiam ... & cum lachrymis, ac lugubri ...ropriam confitentes iniquita...recabantur fideles, vt pro ſe ...ordiã à Deo impetrarent. Hos

tamen non ſub dio, aut temporis iniurijs expoſitos fuiſſe probabilius eſt, ſed in aliquo exteriori veſtibulo ſubſtitiſſe; quare hyemantes, quos aliqui in Canone 17. Concilij Ancyrani interpretantur hyeme, & pluuijs iactatos, melius cum alijs intelliguntur fuiſſe Energumeni ſeu à dœmonibus vexati, quamuis aliter Zonaræ & Balſamoni videatur. *Audientes* intra Eccleſiæ veſtibulum interius ſtabant, ſiue in ipſo templi aditu, & loco, qui poſtea à Græcis Narthex appellatus eſt; inde Pſalmorum cantum, ſcripturarũ veteris, & noui teſtamenti lectiones, conciones, vel homilias ab Epiſcopis alijſue habitas audientes, quibus abſolutis è Narthece extra portas dimittebantur. Vnde veriſimilius eſt locum Græcis Narthecem dictum, non fuiſſe templi porticum, ſed locum interiorem ad portas Eccleſiæ; atque adeo illis aſſentiendum non eſt, qui Narthecem, & Audientes extra muros, & Eccleſiæ ambitum fuiſſe volunt. *Subſtrati* ad ambonem vſque Eccleſiæ ingrediebantur, vbi genua flectentes purgabantur Epiſcoporum orationibus, benedictionibus, manuum impoſitionibus; ante oblationem tamen ſacrificij cum Catechumenis recedebant. Statio hæc propriè laborioſa erat pęnitentia. Pœnitentes enim illi ieiunijs, vigilijs, & auſteriori vitæ generi obligabantur. *Conſiſtentes* cis ambonem ad Sanctuarium ſedebant; orabant cum fidelibus; precibus, ceremonijs, omnibuſque ſacris myſterijs aderant, hoc ſolo ab alijs diſtincti, quod nec ipſi quidquam ad altare offerendi ius haberent, nec Euchariſtiæ participandi. Hoc autem quarto conſiſtentiæ nimirum gradu decurſo, cum iam, vt diximus ſupra, à Sacerdote pœnitentiario, per confeſſionem ſacramentalem eamque ſecretam de omnibus ſuis peccatis tàm publicis, quàm ſecretis hi pœnitentes abſoluti prius fuiſſent, ſolum per manus impoſitionem Epiſcopi reconciliatoriam ius il- lis

lis ad oblationem, & Euchariſtiam dabatur, & in totum Eccleſiaſticæ communioni reddebantur. Ex quibus ſatis patet nunquam in primitiua Eccleſia fuiſſe ab ea introductum, vel præceptum modum confitendi peccata publicè ſacramentaliter; ſed potius cum præfatus mos publicæ accuſationis introductus fuiſſet, eum poſteà à Nectario abrogatum fuiſſe, non autem ſecretam confeſſionem, vt volunt Sectarij. Eo enim tempore ita vnus erat Presbyter pœnitentiarius excipiendis publicorum pęnitentium confeſſionibus per Epiſcopum ſpecialiter deputatus, quem à Nectario dicimus ſublatum fuiſſe, vt tamen plures adhuc eſſent alij ſacerdotes, quibus fideles publica non habentes peccata, ſed occulta ſolum confiterentur; conſtatque ex eo quod Patres expreſsè dicant ſingulos peccatores etiam occultos tunc confeſſos fuiſſe ſua peccata; moneantque inſuper fideles, vt Origenes homil. 2. in Pſalm. 37. quod quærant prudentem ſacerdotem, habeantque delectum eius: Vnum enim tantum ſacerdotem, cuiuſmodi erat prædictus Presbyter pęnitentiarius, non fuiſſe ſufficientem audiendis confeſſionibus ſingulorum fidelium totius vnius Eccleſiæ, manifeſtè patet, nec vbi vnus tantum conſtitutus fuiſſet medicus ſpiritualis, ibi propriè potuiſſe fieri delectum à pęnitente.

Quod ſi prioribus ſeculis aliqui fideles, cum, vt ait Concilium, *Chriſtus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publice confiteri poſſit*; ſi, inquam, aliqui olim fideles, ita eis, cum ſint famæ ſuæ Domini, cuius iacturam legitimis de cauſis ſubire poſſunt, libero à Chriſto relicto, nonnunquam conſilio Sacerdotis, vel contritionis æſtu non ſolum publica, ſed etiam occulta peccata publicè propalabant, aut ſacramentaliter confitebantur, id tamen

ab Eccleſia, præſertim
ta peccata, nunquam
præceptum, imo potius
prehenſum, vt pote co
cam regulam, in illis,
talem confeſſionem cog
Cuius rei locupletiſſim
teſtimonium in epiſtol
Magni ad Epiſcopos Ca
etiam, inquit, *contra Ap*
lam preſumptionem, qua
à quibuſdam illicita vſ
mitti, modis omnibus cons
ri: ne de ſingulorum pecc
libellis ſcripta confeſſio,
tur, cum reatus conſcien
ſolis ſacerdotibus indica
ſecreta. Quamuis enim
videatur eſſe laudabilis,
morem Dei apud homi
non veretur, tamen qu
ſunt huiuſmodi peccata,
tiam poſcunt non timean
moueatur tam improbabi
ne multi à pænitentiæ r
tur &c. Sufficit enim ill
primum Deo offertur, t
doti, qui pro delictis pæn
tor accedit. Vnde mani
modum confitendi pe
Sacerdotis ſeu ſecretè,
Domino inſtitutum, n
feſſionem vt ſic, atque
illum auferre non poſſ
publice peccata confit
vt tamen poſſet, ſi Ch
determinaſſet, ſed Ec
facultatem reliquiſſe
modum faciendi conf
vel publicè.

Per quod etiam pa
rationem in eo fundat
quis confeſſionem pe
ſecretorum palam fac
ma cauſa, & ſemoto
ſacramentalem eorum
à Sacerdote recipere
aliud obſtaret, id enim
timus, negamus au
Chriſtum Dominum,

hunc confitendi modum ſecretè: n duobus modis aliquid poteſt inigi eſſe præſcriptum fieri: primus quo ſuperior ita determinat in ticulari modum exequendi ſuum ceptum, vt non relinquat ſuo inori liberum exequi illud alio mo propter quamlibet cauſam de noei occurrentem, ab eo iudicatam neſtam, etiam ſi alias tota ſubſtanſui præcepti demandaretur execuni; alter modus eſt, quo ſuperior determinat in particulari modum quendi ſuum preceptum, vt quameius inferior non poſſit ab vllo alio gi illud aliter, ſeu alio modo, quam ſpeciali, quem ſuperior determiit exequi, poteſt tamen ipſemet erior, cui factum eſt tale præceptũ, liberali conſenſu eiuſdem ſui ſuperis, illud ſalua eius ſubſtantia alio do exequi, vbi, & quando talis inior prudenter iudicabit id expedire, ximè ſi ſit in re ab ipſo ſolo depẽte, quia nimirum ſuperior hunc præcepti exequendi modum inſti in bonum ſui inferioris; cuius iuſque modi determinandi rationẽ, ſuperiores iubeant ſua præcepta uari, quotidiana multis in rebus empla non deſunt: Quia ergo Chri inſtituendo confeſſionem Sacrantalem fieri ſecretè, poſteriorem duobus nunc explicatis modum eſt uutus, vt nobis à poſteriori conſtat vſu Eccleſiæ, tam loco citatò San Leonis, quam Concilij Tridentini, e voluit pænitentem teneri tantum retè confiteri peccata ſua ſecreta, occulta, nec poſſe cogi per Eccleſin ad ea publicè confitenda: ei tan, cum, vt diximus ſupra, ſit famæ dominus, cuius Chriſtus Eccleſiã hoc noluit eſſe dominam, liberum iquit legitimis de cauſis, quales t à Concilio adductæ, confiteri am publicè peccata occulta ſi vel, indeque ſacramentaliter ab illis r Sacerdotem abſolui.

Ex dictis hucuſque habetur 1. confeſſionem ſacramentalem ita eſſe de iure diuino neceſſariam, vt hæc eius neceſſitas tantum ſe extendat ad mortalia non autem ad peccata venialia, quia poſſunt alijs remedijs remitti, & quamuis verba Chriſti, *quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis* ſe ad illa extendant, quia ibi loquitur generaliter, & verba eius debent accipi ſecundum materiam ſubiectam; ita vt intelligantur de quacumque materia capaci remiſſionis, cuiuſmodi ſunt peccata venialia: nihilominus poſteriora illius verba, *& quorum retinueritis, retenta ſunt*, non poſſunt ſe ad venialia extendere, quia debent accipi ſecundum ſubiectam materiam: vnde cum illorum ſcilicet verborum materia ibi explicetur ea eſſe, quæ poteſt claudere cœlum, & cuius remiſſionis carentia ex defectu confeſſionis non ſolum retardat ingreſſum cæli, ſed omnino claudit; peccata autem venialia cœlum non claudant, quia non deſtruunt gratiam, licet ingreſſum in cælum retardent; propterea non ſunt materia neceſſaria ex Chriſti Domini præcepto confeſſionis ſacramentalis, ſed tantum libera, & ſufficiens, vt iam ſupra notatum eſt.

Patet inſuper quoſnam hoc præceptum diuinum de facienda ſacramentali confeſſione obliget?, ſolos nimirum baptizatos, qui annos diſcretionis attigerint, id eſt qui ad eum etatis annum peruenerint, quo cognoſcunt quid ſit peccare, quid ſit agere ſecundum rationem, & virtutem; cum enim prius ſit aliquem habere ſufficientem materiam confeſſionis ſacramentalis, quam ad illam faciendam teneri; quia omne Sacramentum petit materiam ſufficientem, vt perficiatur: materia autem neceſſaria Sacramenti Pænitentiæ ſit peccatum mortale; ſufficiens veniale, quod vtrumque poteſt ſolum reperiri in homine qui attigit annos diſcretionis, vt ſupponimus; manifeſtè ſequitur diuinum preceptum de facienda confeſſione ſacramentali, eos dunta-

duntaxat baptizatos obligare, qui attigerint annum diſcretionis. Qui tamen annus non eſt idem in omnibus, & ſingulis, nam cum iudicium rationis ſit celerius in aliquibus, in alijs tardius, iſte etiam annus eſt alius, & alius pro diuerſa conſideratione perſonarũ: quod pertinet ad prudentem confeſſarium dijudicare.

Quantum verò ad tempus, quo hoc idem præceptum obligat, recolenda ſunt ſuperius dicta de contritione, nimirum aliquem poſſe duobus modis obligari ad ſacramentalem confeſſionem. Primò per ſe, id eſt abſolutè, & ſimpliciter. Secundò per accidens, & ratione alicuius alterius agendi, vel ſuſcipiendi, v. g. ſumendæ Euchariſtiæ, vel celebrandæ Miſſæ. Quoad vtrumque modum proportionaliter debemus diſcurrere de confeſſione, ac de contritione, per accidens nimirum baptizatum ſibi conſcium peccati mortalis, teneri ad confeſſionem ſacramẽtalem, quoties agit, vel ſuſcipit aliquid, cui neceſſario præmittenda eſt confeſſio ſacramentalis; per ſe autem obligari in manifeſto, & euidenti periculo mortis, non autem ſtatim atque peccauit; neque etiam diebus feſtis ex præciſa ratione feſti. Vnde baptizatis ob ſua crimina damnatis ad mortem confeſſio ſacramentalis denegari non poteſt; quęque fuit in contrarium ante annum 1396. conſuetudo in aliquibus Galliæ Prouincijs, regia conſtitutione Caroli VI. data Pariſijs ann. 1396. die 12. Februarij abrogata eſt; cui etiã longe ante reſtiterat Sũmus Pontifex Cęleſtinus I. anno Chriſti 428. epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliæ cap. 1. vbi de hac denegatione Sacramenti Pænitentiæ grauiter conquerens ait: *Quid hoc aliud eſt, quam morienti mortem addere, eiuſque animam ſua crudelitate, ne abſoluta eſſe poſſit, occidere?* & paulo poſt: *ſalutem ergo homini adimit, quiſquis mortis tempore ſperatam pænitentiã denegauit*. Et Iulius I. ſecundo ſuo decreto relato d. 26. quæſt. 6. cap.

ſi presbyter, ait *eum fore r*
rum, *ſi pænitentiam morie*
gauerit; vbi nomine pæn
dubio intelligitur Sacram
nitentiæ, ſicut & loco cit
ni, nam pænitentia, vt eſt t
tritio de peccatis, & vera
teſtatio, cum conſiſtat in a
tum pænitentis, non verò
à Sacerdote: è contra verò
tum Pænitæntię dependea
ter ab eius miniſterio, c
Summi Pontifices locis cit
tantum intelligi de vero
Sacramento, aliquibus a
rientibus denegato.

Illis ergo minimè aſſent
to, qui aſſerunt quaſdam o
Eccleſias grauiſſimis pecca
morientibus pęnitentiam c
ſeu viaticum abſolutionis
ciliationis, ſi id intelligan
mento Pænitentiæ, vel de
ſacramentali, aut reconcili
Deo per illam: ſed, ne di
Eccleſias turpiter erraſſe c
ceptum diuinum, quæ in
exortam Montani, Nouati
reſim, caſtigationis cauſa
diſciplinæ ſtatuiſſe leguntu
intelligenda ſunt de pænit
ad aliqualem eius ceremo
dentalem, & externã, qua
fuiſſent ſacramentaliter a
cretè, Deoque reconciliati
adhuc publici, & grauiſſim
res, cum Eccleſia, quam
uerant, & offenderant, re
per manus impoſitionem E
ita ad Euchariſtiam admitti
tum obſeruatione quidem
riori licet pręfatis peccator
morientibus alicubi dene
rit, poſtea in Concilio N
tutum fuit, neminem in fi
etiam, hoc eſt Euchariſtia,
uimus ſupra agentes de illa
debere.

Si quis inquirat, an pecc
ſciens ſe tantum habere pec

lia, tunc in euidenti periculo mortis conſtitutus teneatur confiteri quando & vbi eſt copia confeſſarij. Reſpondent communiter Theologi non teneri ſpectando præciſè præceptum diuinum, cum huiuſmodi peccata ex inſtitutione Chriſti non ſint materia neceſſaria huius ſacramenti, ſed ſufficiens tantum, ac ſimpliciter libera pænitentibus: per accidens tamen teneri, primò, ratione ſcandali, quod inde oriri poſſet, ſi tunc omitteret confiteri: Secundò, ad vitandum peccatum præſumptionis: tertiò, ne ſeipſum deciplat, ſibi nimium blandiendo, putans ſe habere tantum venialia, cum tamen haberet & mortalia, quæ tunc ei indirectè remitterentur ſimul cum venialibus quæ confitebitur. Quas ob cauſas aliaſque ſimiles Eccleſia tantoperè curat Sacramentum Pænitentiæ ægrotis miniſtrari, legemque ſtatuit in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. & refertur cap. *cum infirmitas*, extra. *de pœnitent. & remiſſion.* ſub pœna priuationis ingreſſus Eccleſiæ Medicis, vt quando contigerit eos vocari ad infirmos, ante omnia moneant illos, & inducant ad faciendam peccatorum confeſſionem: fuitque renouata à Pio V. in Bulla quæ incipit *ſuper gregem*; vbi prohibet Medicis ne tertio ad ægrotum accedant, niſi reſciuerint eum fuiſſe ſacramentaliter confeſſum, vetatque eos admitti ad doctoratum, niſi ſolemniter iurent ſe id ſeruaturos.

His ita explicatis circa neceſſitatem ſacramentalis confeſſionis iure diuino, quod attinet modo ad neceſsitatem eiuſdem de præcepto, ſeu de iure Eccleſiaſtico; quidquid ſit, vtrum ſola inſtitutione ſacramentalis confeſsionis per Chriſtum facta, abſque vllo de illius praxi præcepto, potuiſſet Eccleſia illius vſum præcipere nec ne? de quo ſalua fide diſputant inter ſe Theologi; certum eſt Eccleſiam, re aliter ſe habente, id eſt ſtante neceſsitate ſacramentalis confeſsionis ex inſtitutione Chriſti, eam quoque potuiſſe & debuiſſe præcipere, pro vt de facto præcipit, tam de venialibus peccatis, quam de mortalibus, non tamen eodem modo, ſed de venialibus quatenus Eccleſia poteſt obligare fideles ad confitendum ea, quantum ſcilicet requiritur ad materiam ſufficientem Sacramento pænitentiæ; non autem ad omnia, & ſingula. De mortalibus vero, ad omnia & ſingula, quæ per ſufficiens examen occurrunt memoriæ pænitentis. Cuius diſcriminis ratio eſt, quia mortalia habent inter ſe connexionem quo ad remiſsionem, cum vnum ſine alio remitti non poſsit, ſecus autem venialia: vnde licet ſit in præcepto confeſsio omnium mortalium tanquam materia neceſſaria huius ſacramenti, non tamen confeſsio omnium venialium, ſed eorum tantũ, quę pęnitentes voluerint ſeligere, tanquam materiam eius ſufficientem. Quod autem Eccleſia, ſi non omnes fideles, aliquos ſaltem ad confeſsionem ſacramentalem aliquorum venialium obligare voluerit, colligunt cõmuniter Doctores ex Clementina, *Ne in agro Domini*, de ſtatu Monachorum, vbi Benedictini obligantur confiteri ſingulis menſibus; ſimiliter Moniales ex Tridentino ſeſſ. 25. cap. 10. Quamuis non deſint aliqui cum Soto in 4. diſt. 18. quæſt. 1. art. 1. ſentientes, hoc debere intelligi ſi habeant aliqua mortalia, non autem ſola peccata venialia.

Per Lateranenſe autem Concilium ſub Innocentio III. can. 21. *Eccleſia ſtatuit*, vt ait Tridentinum ſeſſ. 14. c. 5. *non vt Chriſti fideles confiterentur, quod iure diuino neceſſarium, & inſtitutum eſſe intellexerat, ſed vt præceptum confeſſionis, ſaltem ſemel in anno, ab omnibus, & ſingulis, cum ad annos diſcretionis perueniſſent, impleretur: vnde iam in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarũ fidelium fructu, obſeruatur mos ille ſalutaris confitendi, ſacro illo, & maxime acceptabili tempore Quadrageſimæ, quem*

morem

morem hæc Sancta Synodus maxime probat, & amplectitur tanquam pium, & omnino retinendum. Quare etiam dicendum eſt, annuam confeſſionem, quo ad ſubſtantiam conſideratam, ita eſſe de iure diuino vt tamen quo ad hanc circumſtantiam, & determinationem temporis anni, ſit tantum de iure Eccleſiaſtico, non per modum conſilij tantum, vt videtur explicare Concilium Lateranenſe Durandus in 4. diſt. 17. quæſt. 14. ſed præcepti, vt patet ex eo quod vocetur ſtatutum: item ex eo quod pœnæ tranſgreſſoribus imponantur, quod fieri nec ſolet, nec debet in conſilijs propriè dictis. Quando autem annua confeſſio ſit facienda, vt præcepto eius ſatisfiat, cõmuniter Theologi docent *Primò* quouis anni die illi ſatisfieri poſſe, ſi habeatur ratio iuris communis, quia cap. *omnis vtriuſque ſexus*, præcipitur tantum, vt ſemel in anno confiteamur, nec iſtud determinat, vel ad Quadrageſimam, vel ad Paſcha, vel ad aliud tempus, & Concilium Tridentinum loco citato ait conſuetudinem confitendi in Quadrageſima, eſſe piam, & laudabilem, non autem vtitur verbo præcepti, & ſacramentalis confeſſio fit in Paſchate, non vi præcepti de annua confeſſione, ſed vi præcepti de recipienda communione in Paſchate, quæ iure diuino prærequirit confeſſionem mortalium peccatorum. *Secundò*, annum in annua confeſſione non eſſe cõputandum incipiendo ab vltima confeſſione, ſed ita vt illius anni initium ſit menſis Ianuarius, & finis December, vel incipiat à Paſchate, & intra illud tempus ſemel confiteri teneantur fideles, hoc enim ſonare *ſemel in anno* ſatis conſtat. *Tertiò*, qui omiſit toto anno confiteri, teneri prima data occaſione confiteri. *Quartò*, qui ſemel eſt confeſſus in anno, ſi poſt iſtam cõfeſſionem meminerit alicuius peccati mortalis in confeſſione obliti, & moralem adhibuit diligentiam in faciendo examine, & confeſſione ſacramen-

tali, non teneri iterum iſt
fiteri, quaſi huic præcept
fecerit. *Quintò*, qui pro
tat ſe non poſſe confiteri
debere anticipare tempus

Porro firmiter tenenc
decretum felicis record.
xandri VII. editum feri
Septembris ann. 1665. h
ſatisfieri non poſſe per
voluntariè nullam: ſed r
eſſe validam ſacerdotali
coniunctam; dicunt Do
dam, & non *formatam*, v
quia ſaluo præfato decret
an confeſſio ſacramentali
quæ ſit informis, & tame
ſi pars affirmans ſit vera
iuxta illam verum, pr
confeſſionis ſatisfieri non
feſſionem voluntariè null
debere eſſe validam; qu
tantum vera, & propriè d
talis confeſsio, qualis i
affirmantem erit confeſsio
valida; Si autem vera ſit
vera quoque manebit eac
tio. Vnde qui quantum
parte ſui, confeſſus eſt o
legitimè, cui tamen ſac
malitia, vel ex ignorantia
dit abſolutionem ſacram
non peccet, quia vt ſupp
litas ſacramenti non fuit
ria, tenetur tamen iterum
cramentaliter eadem pecc
do ſacerdotalem ab illis a
vt ſatisfaciat huic Eccleſi
ſi modo hunc nouerit def

Tandem cum obligati
cepti poſsit conſiderari d
Primò ratione materiæ.
tione ætatis, ſeu perſonæ
tur ſua peccata; communi
rum ſententia, obligatione
confeſsionem conſiderata
materiæ, ſolum per ſe ſpec
ptizatos, qui habent pecca
poſſe tamen fieri per acci
quis habens tantum venia

onfeſsionem ob rationes ſuperius
ıs de obligatione præcepti diuini;
ſi aliquis ita ſanctè viueret, vt ne
aliter quidem peccaret, qui tamen
s eſt moraliter impoſſibilis, etſi
obligaretur præcisè ex vi prędicti
epti ad annuam confeſſionem de-
materiæ ſufficientis, nihilominus
mouendum ſcandalum, quod ex
ſione præcepti Eccleſiaſtici alijs
poſſet, deberet ad Sacerdotem ac-
re, & quam humillimè declarare
llius peccati etiam venialis eſſe
onſcium. Si autem obligatio ad
am confeſſionem ſpectetur ratio-
atis, ſeu perſonæ, quæ peccata
onfiteri debet, illi tantum bapti-
ıac lege tenentur, qui ad annos
etionis peruenerunt, vt iam dixi-
upra. Aduertendum eſt tamen,
etſi pueri obligentur hac lege;
n, ſi eam tranſgrediantur non
tendo ſemel in anno ante 14. an-
non incurrere pænas, & cenſuras
contra eius violatores; cum Ec-
non intendat eos ita obligare,
et ex cap. 1. extra. *de delictis pue-*
.

n quod attinet ad qualitatem cō-
ıis ſacramentalis, primum quod
rit breuiter explicandum, eſt,
ı eſſe poſſit aliqua confeſſio ſa-
entalis quæ valida ſit, & infor-
ıoc eſt an aliqua confeſſio ſacra-
ılis poſſit eſſe talis, vt conſtet
ous ſuis partibus eſſentialibus,
men conferat gratiam ſanctificā-
ropter quoddam impedimentū,
ıblato, abſque tamen dictæ con-
ıis repetitione, gratia ſacramen-
quæ alias erat ei bene diſpoſito
enda, de facto conferatur. Vnde
ıon vocari hoc ſacramentum in-
, eo quod careat forma ſacramē-
oſolutionis (hoc enim non eſt
entum) ſed quod caret forma
icante ſubiectum, id eſt, ipſa
quæ eſt effectus ſacramenti; Et
utatur inter Theologos, an poſ-
ri Sacramentum Pænitentiæ,

quod in re verum ſit ſacramentum cō-
ſtans ſua materia, & forma, careat ta-
men effectu gratiæ iuſtificantis. Aliqui
tum veteres, tum recentiores negant;
alij tamen communius affirmant ſe-
quentes Diuum Thomam, quem in
hac ſententia eſſe dubitari non poteſt,
cum de hoc faciat expreſſum articu-
lum, & reſoluat poſſe dari confeſſio-
nem informem, in 4. diſt. 17. quæſt. 3.
art. 4: quæſtiunc. 1. qui locus correſ-
pondet in additionibus ad 3. p. q. 9.
art. 1. Vndè rectè ait Ioannes à Sanct.
Thom. quęſt. 84. de Sacramento Pœ-
nitentiæ diſput. 33. art. 6. intolerabi-
lem præcipitationem eſſe, hanc ſen-
tentiam nota aliqua vel cenſura inu-
rere, præſertim cum in praxi ab om-
nibus fere ſeruetur, quia non repetun-
tur confeſſiones, de quibus tamen po-
ſtea cognoſcitur, aut dubitatur fuiſſe
informes; de qua pręfatus author, alij-
que Thomiſtę ibidem conſulendi ſunt,
plures adferentes modos eam expli-
candi, quod ſufficit hic pro inſtituti
noſtri ratione inſinuaſſe; alias fuſius
explicandum.

Circa qualitatem confeſſionis, quæ
dicitur debere eſſe veram, ſeu fidelem,
nunquam enim licet mentiri, & potiſ-
ſimum coram iudice, qualis eſt Sa-
cerdos excipiens confeſſionem, quia
eſt præceptum negatiuum, notant cō-
muniter Theologi fidelitatem confeſ-
ſionis duo poſtulare. Primum eſt, vt
pænitens non plus, neque minus affir-
met, quam commiſerit. Secundum
eſt, vt confiteatur certa pro certis, du-
bia pro dubijs: nam ſi confiteatur pro
certo, quod ei dubium eſt, exponit ſe
periculo falſa confitendi. Quod ſi
quod ei dubium eſt, fiat poſtea certum,
tunc illud pro certo confitebitur. Quia
autem peccatum eſſe dubium duplici-
ter contingere poteſt, primo enim
oriri poteſt ex motiuo poſitiuo; ſecun-
do ex negatiuo. Quando enim quis
dubitat ſe commiſiſſe tale peccatum,
poſſunt adeſſe rationes, & motiua
ſuadentia caſum, & aliæ rationes ſua-

dentes oppoſitum; vel tandem ſunt rationes mouentes ad dubitandum pro altera tantum parte. Si ergo ſit iudicium probabile ſuadens pænitenti ſe non commiſiſſe peccatum, vel ſi commiſit non peccaſſe mortaliter, vel ſi ſit mortale ſe iam confeſſum fuiſſe, communiter aſſerunt Doctores huiuſmodi peccata dubia non eſſe materiam neceſſariam pęnitentiæ, ſeu pænitentem non teneri ad illa confitenda. Hoc enim commune eſt in qualibet materia, vt poſſit quis ſequi iudicium probabile, ſaltem vbi non habet aliud probabilius. Si verò iudicium ſuadet ſe feciſſe peccatum mortale, & illud non confeſſum fuiſſe, neque adſit motiuum ſuadens oppoſitum, tunc obligatur cõfiteri peccatum dubium, cum nullum ſit, vt ſupponitur, probabile iudicium eum à tali obligatione liberans. In dubio autem negatiuo, id eſt, ex nullo motiuo ſuadente peccatum commiſsũ eſſe, ita vt pro neutra parte adſint rationes probabiles ad aſſenſum alterius partis, vnde vt pendulus hæret animus communiter quoque docent Theologi pænitentem obligari ad illius confeſſionem ſi certus ſit ſe feciſſe peccatum mortale, dubius verò de confeſſione, ita vt non inueniat motiuum ad aſſenſum probabilem alterius partis. Si quidem obligatio confitendi mortalia eſt omnino certa, ſicuti & peccatum commiſſum, ſed nullatenus conſtat de confeſſione: ergo tenetur illam facere.

Maior eſt difficultas de peccato dubio an fuerit commiſſum? & an fuerit mortale? communis eſt tamen ſententia cum Diuo Thoma in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 1. peccata mortalia ſic dubia eſſe materiam neceſſariam confeſſionis, ſiue dubitetur an commiſſum ſit? ſeu an ſit mortale? vel an ſit ſacramentaliter confeſſum. Ratio potiſſima, eſt vniuerſalis praxis totius Eccleſiæ, fundata in inſtitutione huius ſacramenti à Chriſto Domino per modum tribunalis, ad quod recurrere tenentur fideles pro obti
ne ſuorum peccatorum
no obligatione, qua te
fugere ad Deum per co
te inſtitutionem huius
autem obligabantur a
de peccatis mortalibus
exponerẽt periculo dan
næ, maximè in articul
poſt inſtitutionem Sac
tentiæ, quemadmodu
voluit obligare ad man
cultiſſima peccata cor
dubia, in quibus adh
tantus non eſt rubor,
peccatis. Idque valde
ipſam naturam, & rem
quia vt rectè aduertunt
eſt dubium de lege, a
Etſi igitur vbi eſt ſolum
lege, exempli gratia de
ti, vel de impoſitione l
ter doceant, tale votum
quia quamdiu non co
impoſitum aliquod on
& poſſidemus noſtram
qua ſpoliari non poſſu
dubia. Vnde etiam ex
obſeruetur tale votum
ritur periculum. Opp
dicendum eſt in dubio
quando exinde pericul
proximo oriri poteſt,
ctum ſit dubium, nihil
lum eſt certum, quia ad
ficit dubium; obligati
non tantum regulatu
factum, ſed penes per
eſt certum; ſicut ſi qu
lens dubius ſit an aliqu
fera, tenetur non iacula
ex natura rei, etiam cit
Sacramenti Pænitentię
homines pro iſtis pecca
curare remedium, &
Deum; iuxta quod ait
ta Pſalm. 18. *ab occulti*
me, vbi etiam includun
ex parte ſunt occulta:
quod pro talibus dubij

ad Sanguinem Chriſti, qui pro pænitentibus alligatus eſt Sacramento Pænitentiæ, ea humiliter confitendo.

Quemadmodum qui peccata mortalia dubia modo explicato non confiteretur, faceret contra fidelitatem confeſſionis, peccaretque mortaliter, ita etiam qui celaret peccatum mortale, quod tenetur confiteri. Quia eſt de integritate confeſſionis, ad quam, iuxta ſtatim dicenda, pænitens tenetur confiteri quodcunq; peccatũ mortale non confeſſum ſacramentaliter; idque eſt in materia graui, & ſpectante ad eſſentiam Sacramenti Pænitentiæ: celare igitur in tali caſu peccatum mortale, quod tenemur confiteri, peccatum quoque mortale eſt. Additum eſt, quod tenemur confiteri, quia ſi illud peccatum fuiſſet confeſſum in alia precedenti confeſſione valida; vel reticeretur ob aliquam iuſtam cauſam, propter quam confeſſio dimidiari poteſt, vt mox dicemus, tunc talis reticentia peccati mortalis, nec mortale, nec veniale peccatum eſſet, quia pænitens obligatur confiteri tantum mortalia non confeſſa validè ſacramentaliter, vel retenta, aut celata ſine legitima cauſa. Qui confiteretur tantum venialia, quæ non commiſit, ita vt nullum ex illis commiſerit, peccaret etiam mortaliter, quia ſua culpa reddit ſacramentum nullum tàm ex parte materiæ, quàm ex parte formæ, quod eſt notabilem inferre Deo, & Sacramento irreuerentiam. Confiteri tamen multa peccata ſiue mortalia, ſiue venialia, & inter illa confiteri vnum veniale, quod pænitens ſcit ſe non feciſſe, eſſe tantum peccatum veniale docetur communiter, quia eſt mendacium tantum in materia leui.

Altera qualitas ad confeſſionem neceſſario requiſita eſt integritas, ſiue quod fiat de omnibus mortalibus non confeſſis, quę poſt ſufficiens conſcientiæ examen occurrunt memoriæ; idque iure diuino ſignificato illis verbis Ioann, 20. *Quorum remiſeritis, & quorum retinueritis*; nam illa retentio denotat negationem remiſſionis peccatorum mortalium, quæ ſcienter à pænitente celantur. Quare non ſufficit ad hanc integritatem confeſſionis confiteri vnum peccatum mortale, alias non debitè confeſſum, vni ſacerdoti, & alterum alteri; ſed vt confeſſio ſit, & dicatur integra, debet fieri vni & eidem Sacerdoti de omnibus & ſingulis peccatis mortalibus nunquam ſacramentaliter confeſſis, quę occurrunt memoriæ pænitentis poſt diligens conſcientiæ examen. Vnde patet pænitentes teneri ad illud adhibendum, & cum tali diligentia qualis arbitrio viri prudentis deſideratur in re graui, & valde ſeria pro ratione perſonæ, temporis, quod effluxit ab vltima confeſſione, & negotiorum quæ geſſit, quia hæc integritas confeſſionis haberi ſine tali examine non poteſt. Ad eamdem integritatem neceſſe eſt confiteri omnia, & ſingula peccata mortalia ſecundum ſpecies ſuas, numerum, & circumſtantias ſpeciem mutantes, ita expreſsè docente Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 5. tenenturque ſacerdos confeſſarius ad illam perficiendam pænitentem interrogare, quando neſcit modum ſeipſum accuſandi in confeſſione; quia ſacerdos eſt iudex à Deo conſtitutus, vt cognito ſtatu pænitentis eum abſoluat: ſi igitur ex confeſſione pænitentis non valeat in ſufficientem tum pænitentis ſtatus, tum illius peccatorum notitiam deuenire, tunc ex vi officij iudicis quo fungitur, debet pænitentem interrogare.

At quia inter circumſtantias, quarum explicatio requiritur ad integritatem confeſſionis, datur circumſtantia cõplicis, difficultas eſt inter Theologos, vtrum poſſit omitti: exempli gratia pænitens habet ſororem vnicã, cum qua inceſtum commiſit, quam tamen Sacerdos confeſſarius exiſtimat eſſe vitæ integerrimæ, petitur an pænitens poſſit hoc peccatum confitendo,

do, circumſtantiam perſonæ, nimirum ſororis ſuæ, quæ mutat ſpeciem, omittere. Aliqui enim, graues etiam authores affirmant, alij verò negāt cum Diuo Thoma in 4. diſt. 16. q. 3. art. 2. quæſtiuncula 5. videturque fuiſſe expreſſa S. Bernardi ſententia cap. vlt. opuſculi *de formula honeſtæ vitæ*, vbi hoc documentum tradit: de nullo prorſus ſiniſtre loquaris; quantumcūque ſit verum, vel manifeſtum niſi in confeſſione, & hoc vbi aliter non poteſt manifeſtari peccatum tuum. Igitur iuxta hanc ſententiam, quæ eſt magis communis, pænitens quidem debet, in tali caſu, confeſſarium quærere, cui perſona, cum qua ipſe peccauit non ſit nota, & apud eum peccatum ſuum omnimode confiteri: vel debet, ſi fieri poteſt, differre confeſſionem donec alium ſacerdotem idoneum repererit; quod ſi neutrū poſſit, tenetur tunc peccatum ſuum tale, quale fuit commiſſum, indicare; ita exigente integritate confeſſionis, quę etiā debet eſſe integra materialiter, vbi nulla ſubeſt legitima cauſa celandi aliquod peccatum mortale, aut omittendi aliquam circumſtantiam mutantem ſpeciem, qualis cauſa in hoc & ſimilibus caſibus non reperitur; ſi quidem in vnoquoque noſtrum eſt ius longe maius ad ſeruandam famam ſuam, quam proximi, ſed hoc non obſtante poſſumus, & debemus occaſione integritatis per Chriſtum Dominū requiſitæ in confeſſione ſacramentali, explicare crimen noſtrum apud ſacerdotem, cum euidenti periculo bonæ illius æſtimationis, quam de nobis cōcepit, & adhuc habet: multo ergo magis tenemur etiam hanc circumſtantiam, quæ mutat ſpeciem, aperire, & indicare confeſſario, perſonam complicem: maximè cum perſona complex committendo peccatum, quod pænitens ſic confitetur, dederit etiam occaſionem huic ſuæ infamiæ apud hunc eumdem ſacerdotem, cui pœnitens iſte ſacramentaliter confite-

tur, vt per ſe patet.
Vnde quando authore
ſententiæ dicunt, Chriſtu
do hoc Sacramentum no
aliquid facere contra ius
ius eſt non diffamare pro
ſaltem non reuelare crim
cultum; Reſpondetur hoc
quando id quod dicitur e
naturæ, manet omnibus
ſtantijs veſtitum, manetq
teria integra: ſecus autem
tatur per concurſum cau
ſuperuenientis, tunc enim
teſt illud omittere quod
tur eſſe iuris naturalis;
ſunt exempla, v. g. eſt de
propriam tueri vitam, &
homines ex amore Dei,
corpus in ſeruitutem redi
illud maccrare, quamuis
deant vitam ſuam fore
Item in hoc eodem Sacr
nitentiæ, ſi conſideretu
ipſum ius naturæ; & abſt
cauſa iuſtiſſima, poſſumus
lare actus interiores noſtra
etiam ſecretiſſimos, quiq
dierunt etiam minimo ext
& tamen ſi actus illi ſint
talia, tenemur, illo præce
quo Chriſtus Dominus n
ad confeſſionem ſacramen
illos etiam explicare Sace
bunali pænitentiæ. Igitur
ma etiam detur cauſa in
declarandi ſocium peccati
integritas confeſſionis, pæ
impeditur iure naturali,
celare peccatum occultum
vel illum non diffamare,
ſocium in confeſſione ſ
propalet, vt enim ius illud
ſtitur hic & nunc dicta ci
cauſæ iuſtæ, & legitimę, n
conſideratur, vt ſimplicite
tè pręceptum aliquod iu
ſed vt aliquid inferius quo
re debet diuino iuri poſitiu
ſione ſacramentali integrè

Præterquam dici poteſt declarationem illam complicis, propriè loquendo, non eſſe diffamationem illius, quia vt docet Diuus Thomas 2.2.quęſt.73. art. 2. *tunc tantum propriè & formaliter eſt detractio, ſeu diffamatio, quando peccatum occultum alterius ita refertur, vt tamen cauſa legitima referendi illud, deſit, eſtque intentio diffamandi proximum*; quæ duo in præſenti caſu deficiunt, adeſt enim legitima cauſa integritatis confeſſionis, ſupponimuſque pænitentem declarare ſocium peccati in hunc finem, non autem diffamandi proximum, ita vt eiuſmodi diffamatio ſit per accidens annexa confeſſioni faciendę de hoc & huius ſpeciei peccato, ad quod ſacramentaliter confitendum ipſæ pænitens habet ius. Deindè cum Sacerdos ita illud reſciat à pænitente, vt teneatur ad illud ſeruandum ſub ſecreto, nec poſſit vti tali ſcientia, eſt idem, loquendo moraliter, ac ſi confeſſarius neſciret. Quod ſi apud ipſum aliqualiter diffamatur perſona complex prouenit ex culpa ipſius, quæ committendo crimen illud, ſe ſe expoſuit tali periculo, cum debuerit noſſe peccatum iſtud eſſe confitendum tale ſecundum ſpeciem, quale fuit in ſeipſo factum.

Per quod etiam patet ad aliud exēplum oppoſitæ ſententiæ dicentis, parem eſſe obligationem reticendi perſonam complicem in pænitente qui non poteſt ſuum peccatum mortale confiteri ſacramentaliter niſi declarãdo perſonam complicem, ac in confeſſario, qui non poteſt etiam integrè confiteri ſuum peccatum niſi ſimul declaret peccatum perſonæ ſibi ſacramentaliter confeſſæ, etiam ei cui tunc confitetur notæ. Reſpondetur enim id eſſe falſum, ſiue eamdem eſſe quo ad hoc vtriuſque obligationem, nam in pænitente, vt diximus, reperitur cauſa rationabilis, & legitima tunc propalandi ſocium criminis; quæ cauſa rationabilis ponit iſtam criminis alieni manifeſtationem extra prohibitionem ab ipſo iure naturæ factam: at in confeſſario minime, quia nullus poteſt dari caſus in quo liceat confeſſario reuelare peccatum ex ſola vera ſacramentali confeſſione cognitum, vt dicetur infra agendo de ſigillo confeſſionis.

Et ſi ergo negemus circūmſtantiam complicis, cuius explicatio, & indicatio eſt ad confeſſionis integritatem neceſſaria, poſſe interdum omitti, quia, vt vidimus, nunquam datur cauſa huiuſce omiſſionis præponderans præcepto integritatis materialis confeſſionis; non propterea tamen aſſerimus illam ſic eſſe de iure diuino poſitiuo, vt aliquando non poſſit omitti, aut rationabiliter æſtimari tale ius non obligare; v. g. in caſu ſtatim adducto confeſſarij non potentis abſque peccato perſonam ſui pęnitentis declarare, cuius tamen circumſtantia eſt cognitu neceſſaria pro integritate confeſſionis, quando non poteſt aliter confiteri ſuū peccatum, quam manifeſtando talem perſonam, & peccatum illius ſibi per confeſſionem ſacramentalem explicatum, & cognitum, alias enim diceretur frangere ſigillum confeſſionis, cuius ſeruandi præceptum, cum præpōderet præcepto integritatis materialis confeſſionis; vbi ſimul concurrunt iſtud poſterius cedere priori debet.

Item quando pænitens tenetur ex aliquo præcepto confiteri nec poteſt alteri, quam alicui, à quo verè prudēter timet graue damnum ſibi inferendum, ſi in confeſſione ei aperiat hoc vel illud peccatum, cōmuniter Theologi docent tunc eum confeſſionem diuidere, aut dimidiare poſſe, ſeu peccato hoc omiſſo poſſe reliqua confiteri, modo habeat intentionem confitendi peccatum illud tempore debito alteri ſacerdoti poteſtatem habenti, tunc ſolum indirectè remiſſum, quodque proinde clauibus iterum directè ſubijci debet, ea fere ratione ac ille qui contritus cum confeſſione in voto obtinuit extra ſacramentum remiſſionem

nem peccatorum, adhuc tenetur illa tempore debito ſubijcere clauibus per confeſſionem ſacramentalem.

Præterea quando pænitens in articulo mortis conſtitutus non poteſt ſingula ſua peccata mortalia declarare, ſed inchoata illorum confeſſione vox ei præripitur, vel ſenſus deficit, vel anima eius præuidetur ſeparanda à ſuo corpore antequam perfecerit integram peccatorum confeſſionem, tunc confeſſio poteſt, imo debet diuidi, eſtque valida, & fructuoſa, ſi nihil aliud deſit. Ratio eſt, quia vrgenti aliqua graui neceſſitate moralis ſeu formalis integritas, qua quædam peccata mortalia in particulari, & alia tantum in genere explicantur ſacramentali confeſſione, cum dolore ſupernaturali ſe ſe ad illa omnia extendente, ſufficit, quia ſic eſt de ijs omnibus peccatis, quæ talis homo tunc poteſt confiteri iuxta viri prudentis iudicium, ſicut qui præmiſſo diligenti conſcientiæ examine non confitetur aliqua mortalia inuoluntariè oblita: ſed in caſu propoſito occurrit neceſſitas, qua, vt ſupponimus, pænitens poteſt vnum duntaxat, aut alterum peccatum mortale confiteri diſtinctè, & in particulari, nec poteſt vlterius alia diſtinctè proſequi, & inſuper preceptum de ſacramētali confeſſione peccatorum facienda, eo meliori modo quo illa poteſt fieri, obligat, ergo talis confeſſio non tantum eſt ſufficiens, verum etiam pœnitens tenetur ſic illam facere. Et ita quoque ordinatur in Rituali Romano tempore Pauli V. edito. Idem aſſeri debet de militibus vrgente prælio, & nauigantibus inſtante naufragio; quando nimirum prælium ineundum eſt, vel plures patiuntur naufragium, ſacerdos verò eſt vnicus, vel ſunt pauciores numero ſacerdotes, quam pænitentes, nec prælium, nec naufragij periculum patitur moram ſufficiētem, pro diſtincta confeſſione ſingulorum mortalium facienda, licere tunc, imo oportere dimidiare confeſſionem. Si-

que etiam, vel ob breui
ris, vel multitudinem
paucitatem ſacerdotu
rum, vel aliam cauſam
vnuſquiſque militum n
fiteri confeſſario præſe
aliquod peccatum in p
cent communiter Theo
vt eiuſmodi milites pr
ſario edant externa qu
ri doloris, quæ viſu,
ſenſu percipiantur à co
enim accuſatio peccat
teſt fieri verbis propriè
tus & ſigna ſufficiunt,
non poſſunt explicari
ſufficit ea explicare co
quo poſſunt, ſaltem in
genere, oſtendendo
doloris de illis; vt pat
ribundo ita diſpoſito
poſſit, qui, ſi dederit
nis, ſubijciendo ſe clau
poſtulando confeſſariu
te illius aduentum, vſu
tat, vel ita ſēſu, & anim
nullum amplius edat d
poteſt, audita teſtium
tione; validè, & ſacra
ſolui per ſacerdotem p
tenetur & debet ſace
tem ſub conditione ab
betur ex Rituali Roma
centis de ęgrotante i
conſtituto, *Si etiam c*
rium ſiue per ſe, ſiue per
abſoluendum eſſe.

Quando tamen impo
vt æger nullum confite
nec generatim, nec ſpe
ce, nec nutu vllum de
catis ſignum; nec ante
cerdotem confeſſariu
eſt in rigore Theolog
poſſe ſacramentaliter
conditione illa, ſiue tac
ſa, *ſi nimirum ſis ſufficie*
oppoſitaque ſententia
parentis pietatis quam
ad validitatem alicuius

uæ legis non ſufficit remotum eius ſubiectum, vel materia remota,& forma ei per miniſtrum quomodocumque applicata, ſed proxima eius materia debitè diſpoſita requiritur eſſentialiter; in præſenti autem caſu etſi detur quidem ſubiectum remotum,& materia remota Sacramenti Pænitentię, nimirũ adultus Catholicus aliquo mortali peccato infectus, item & miniſter idoneus,materia tamen proxima deeſt omnimodè, nimirum aliquis actus verè pænitentis,id eſt de proprijs peccatis accuſatio verbo, vel aliquo ſigno facta confeſſario, & de illis dolor internus aliqua ratione manifeſtatus exterius, ſacramentaliter igitur abſolui non poteſt. Cui non obſtat commune dictum, ſcilicet, *melius eſſe dare Sacramentum dubium*, *quam nullum*, hoc enim debet intelligi de dubio rationabili, id eſt fundato in aliqua prudenti ratione, vt dum infans naſcitur cum periculo vitæ, & ſolum paruam partem manus, vel pedis exhibens extra vterum baptizatur ſaltem ſub conditione, quia ibi vera eſt ablutio exterior corporis, quæ eſt vera materia proxima baptiſmi,non quidem totius, vel alicuius eius notabilis partis, ſed tantum minimæ, de qua ſolum dubiũ eſt, an denominet hominem ſimpliciter ablutum; ideoque tunc melius eſt, imo tenetur miniſter ſaltem ſub conditione baptizare infantem: at in noſtro caſu cum nulla appareat rationabilis cauſa dubitandi de legitimitate materiæ proximæ Sacramenti Pœnitentiæ, nullo modo poteſt conferri;ne tamen ſacerdos præſens ſuo videatur muneri deeſſe, poterit ægro bene precari,& communem illam precem, qua rogatur Deus remittere fidelibus peccata poſt generalem confeſſionem factam ante Miſſæ introitum pronuntiare per modum puræ precis, non autem abſolutionis ſacramentalis.

Quia inter peccati circumſtantias dantur aliquæ, quæ licet non mutent eius ſpeciem, notabiliter tamen illud aggrauant, vt ſi quis furatus eſſet decem millia nummorum aureorum, difficultas eſt inter Theologos vtrum ad integritatem confeſſionis ſit neceſſaria illarum explicatio; aliqui enim affirmant, alij verò negant aſſerentes id tantum eſſe de conſilio, non verò de præcepto, attenta præcisè integritate confeſſionis, ita vt ſi teneatur,qui furatus eſt immenſam aliquam ſummam, id aperire in confeſſione, non teneatur ad hoc propter integritatem confeſſionis, ſed propter ſatisfactionem, ſeu reſtitutionem ſibi iniungendam; quam ſi pænitens ex ſe vellet, & poſſet facere, ſufficeret in hac ſententia pænitenti declarare ſe commiſiſſe peccatum furti in re perueniente ad peccatum mortale, ſeque velle pro illa debitè ſatisfacere.

Vtrum autem qui habet peccata quædam reſeruata, à quibus confeſſarius non poteſt eum abſoluere, poſſit diuidere, ſeu dimidiare confeſſionem, quando pręceptum eius inſtat, ita vt ſuperior audiat tantum caſus reſeruatos, ab ijs pænitentem abſoluat, pro reliquis non reſeruatis ad inferiorem eum remittendo: vel è contra ſi adſit neceſſitas confitendi, quia præceptum communionis Paſchalis vrget,vel alias eſt periculum ſcandali, aut infamiæ, vtrum pænitens tunc poſſit confiteri ſacerdoti inferiori ſola peccata non reſeruata, cum animo confitendi ſuperiori reſeruata. Etſi non deſint aliqui docentes, quando ſuperior occupatus non poteſt audire integram confeſſionem pro vt coaleſcit ex reſeruatis, & non reſeruatis, eum poſſe ſolos caſus reſeruatos audire in ſacramentali confeſſione, & ab illis pænitentem ſacramentaliter abſoluere, illum pro non reſeruatis ad ſacerdotem inferiorem remittendo, qui de illis eumdem abſoluat; nihilominus iure merito hæc ſententia Theologis communiter non placet, cum talis dimidiatio confeſſionis, ſeu talis confeſſio dimidiata in nulla neceſſitate etiam morali, vel ex

parte

parte pænitentis, vel ex parte confeſſionis fundetur, ſed in mera voluntate ſuperioris, qui nec vult integram omnium peccatorum mortalium confeſſionem excipere, nec ſuas partes alteri committere, qui pænitentem ab omnibus tam reſeruatis, quam non reſeruatis abſoluat.

In caſu igitur, quo ſuperior occupatus, aut alia ex cauſa non poſſit, vel nolit audire integram pænitentis confeſſionem pro vt coaleſcit ex reſeruatis, & non reſeruatis, vt omnibus incommodis quæ poſſunt oriri occurratur, debet audire à pænitente caſus reſeruatos, condignam ei pro illis pœnitentiam iniungendo, eum abſoluere tantum à cenſuris ſi quas habeat, & remittere ad inferiorem cum poteſtate illum abſoluendi tam à reſeruatis, quã non reſeruatis. Tali enim medio dignitas, & authoritas ſuperioris ſeruatur: item rigor canonum, quia pænitens ſiſtit ſe coram ſuo iudice ſuperiori; ſaluatur quoque integritas confeſſionis, quia pænitens ab omnibus ſuis peccatis mortalibus abſoluitur ſacramentaliter per vnicum ſacerdotem: ſubuenitur denique neceſſitati ſuperiorum, qui poſſunt iſta via breuiſſimo tempore quamplurium perſonarum caſus reſeruatos audire, quæ nullatenus inde grauantur, tunc enim tenetur etiã ſuperior ad ſigillum confeſſionis, cum ei expoſita fuerint peccata in ordine ad Sacramentum Pænitentiæ.

In caſu autem neceſſitatis, v.g. infamiæ, ſcandali, aut ad vitandum aliud graue damnum, quod prudenter iudicatur futurum, pænitens tunc non valens adire ſuperiorem, poteſt confiteri inferiori peccata tam reſeruata, quã non reſeruata, & ab illis abſolui, ſi modo ex parte ſui nullus ſit obex: à non reſeruatis quidem, quoniam ſacerdos inferior apud quem confitetur habet, vt ſupponitur, ſufficientem iuriſdictionem, ſicque pænitens directè abſoluetur ab illis: à reſeruatis autem indirectè, quia vnum mortale peccatum nõ

poteſt ſine alio remitti, v
cumbit onus pęnitenti il
ſacerdoti ſuperiori conf
igitur caſu datur neceſſit
aut dimidiandi confeſſi
cata quædam reſeruata.

Habetur ex dictis inte
terialem confeſſionis, v
lis neceſſariam quidem
men eſſe de eſſentia ſac
lutè loquendo, ſed inte
taxat formalem, ſeu mo
lem, quæcumque illa ſi
enim poteſt fieri de omn
& tunc debet fieri, inte
aliquibus tantum; & ill
tunc poſſibilia. Vnde
quo accidenti non dic
peccata abſolutè, ſed qu
ci poſſunt, non mutatur
tialiter requiſita, & form
nuntur res in alio ſtatu,
integritas reducitur ad
cata, quam ſint in re,
modo, & moraliter non
Integritas ergo quæ eſt
ceſſaria eſt ad confeſſion
gritas quæ hic & nunc
humano modo, & hęc q
lis, ſemper eſt neceſſaria

Quæ demum pertinen
quo pęnitens poteſt aut
ta ſua coram ſacerdote c
tiora ſunt. *Primò*, non e
ſacramenti pænitentiæ vt
proprijs verbis pæniten
graue peccatum eſſe illi
vocali ſeu orali confeſſio
pria voce ſuiſque verbis
ſubeſt cauſa rationabilis,
dote confeſſario peccata
taliter confiteri; quia ho
generalem Eccleſiæ con
agere in re maximi mom
imminueret verecundiam
ſcentiam, quam debet pę
re de peccatis ſuis, & qua
cipere ſi proprio ore ſa
ſenti confiteatur. *Tertiò*,
teſt, quoniam v. g. mutu

confiteri, quam per nutus, ſigna, vel ſcripturam, quam legendam exhibeat ſacerdoti confeſſario ſibi præſenti, quando præceptum confeſsionis vrget, rationabilem habere cauſam ita confitendi, imo aliqui volunt ad id teneri, quod de ſignis, & nutibus certũ puto, dubium autem de ſcriptura, maximè ſi rationabiliter ſibi aliquod graue damnum timeret peccata ſua ſcribendo, cui prouidere non poſſet; ſi enim poſſet, v. g. in charta peccata ſecundum ſpeciem ſolum ſcribendo, nihil affirmando, & nihil negando, tum in altera parte numerales characteres figere, cumque coram ſacerdote venerit ſe accuſaturus, nutu vel digito ei demonſtrare peccatum in charta ſcriptum quod confitetur, ſimulque numerum è regione depictum, quo pacto nullum pænitenti damnum, etiam ex malitia ſacerdotis poteſt oriri; probabilius eſt pœnitentem mutum, qui aliter non poteſt, hoc modo teneri ad confitendum ſua peccata, hæc enim propriè loquendo non eſt publica peccatorum ſecretorum confeſsio, ad quã nullum obligari certum eſt. Neceſſe autem eſſe quod pęnitens aliquo ſigno exteriori coram ſacerdote vtatur, ad ſignificandum hanc ſcripturam eſſe ſuam confeſsionem, ſeque per illam ſacramentaliter apud eum accuſare, patet, vt conſtet confeſſario de ſtatu pænitentis; aliaſque nuda potius & ſimplex narratio, quam ſacramentalis accuſatio penſari deberet.

Quartò, qui non poteſt niſi per interpretem confiteri, etiam ſi indè nullum ſibi periculum, & damnum timeat, ad id tamen non teneri, ſaltem quoad occulta & ſecreta peccata ex vi præcepti de confeſsione facienda vel Diuini, vel Eccleſiaſtici, cum vtrumque non obliget eum, qui habet ſolum dicta peccata, ad confitendum ea palã & coram alio ſeu diſtincto à ſacerdote. Attamen, qui ſolum habet peccata mortalia ſecreta, nec poteſt niſi per interpretem confiteri, ſi contritionis præceptum vrget, licet ex vi præcepti de confeſsione facienda non obligetur eo modo confiteri, probabile eſt, ſi careret contritione teneri ex vi charitatis erga Deum & ſeipſum, etiam ex præcepto virtutis pęnitentiæ per interpretem confiteri. Quia in hypotheſi facta tenetur quilibet ſuæ ſaluti prouidere ex lege charitatis, & quantum eſt in ſe pænitentiam agere cum fructu, exẽpli gratia, quando eſt in periculo vel articulo mortis, ſed in tali caſu nullũ, vt ſupponitur, habet alium modum, quo peccata ſua explicet confeſſario, quam illa per interpretem confitendo, & præterea ſupponitur carere contritione: ex vi igitur charitatis & virtutis pęnitentię probabile eſt talem obligari per interpretem confeſſario ſibi præſenti peccata ſua confiteri. Dixi probabile, quia non videtur omnino certum, ex eo quod ille talis poſſet aliquo modo æquiparari muto, & ſic in propoſito caſu per nutus & ſigna confiteri peccata ſua mortalia, & ita cum ſola attritione alias ſufficienti accipere illorum remiſsionem.

Quintò, non licere pænitenti peccata ſua confiteri per nuntium, ſiue per litteras abſenti confeſſario, neque confeſſario abſentem pęnitentẽ abſoluere per nuntium vel per litteras; etſi enim ſententia affirmans prius habuerit nõ paucos patronos, hodie poſt decretum Clementis VIII. die 19. Iulij an. 1603. editum, omnino reijcienda eſt; ſicut & alia, quod ſacerdoti liceat, audita confeſsione pœnitentis, eius ore proprio facta; eum abſoluere poſt diſceſſum ſuum, per internuntium, vel per litteras. Quamuis enim hæc ſententia à præcedenti aliquantum differre videatur, ad eam tamen ſe etiam extendere præfatum Summi Pontificis decretum, patet tum ex motiuo, quo illud edidit, ſcilicet quod non liceat in vllo caſu perficere Sacramentum Pænitentiæ inter abſentes; tum ex reſponſione Pauli V. in cauſa ſuper hac re pendente die 14. & 20. Iulij, nec nõ

18. Auguſti anno 1605. Cum modo Theologi confeſsiones inter abſentes factas tam in primo, quam in ſecundo caſu exiſtiment eſſe illicitas, non deſunt tamen aliqui cenſentes eas eſſe validas, cum Sacramentum Pænitentię poſsit ſimul eſſe validum, & informe, atque adeo præfatos Summos Pôtifices tantum de licito, & illicito, non autem de valido locutos fuiſſe. Nihilominus verior eſt oppoſita ſententia, nimirum, realem ſeu corporalem præſentiam, tam pęnitentis peccata ſua ſacramentaliter confitentis, quam ſacerdotis iſtum pænitentem per verba formæ abſoluentis, ita requiri ad validitatem Sacramenti Pęnitentiæ, vt poſitis omnibus alijs conditionibus, hac vna deficiente, tale ſacramentum ſit nullum, & irritum. Vt videtur colligi ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 2. declarante inſtitutionem Chriſti Domini eſſe, vt pænitens corporaliter prę́ſens confiteatur ſacerdoti corporaliter præſenti, & ab eodem, vt corporaliter prę́ſente abſoluatur.

Decima ſexta concluſio. Satisfactio, quæ eſt Sacramenti Pœnitentiæ materialis pars tertia, rectè definitur voluntaria pœnæ à confeſſario iniunctæ toleratio ad compenſandam iniuriam Deo per peccatum illatam, & ad redimendam grauiorem pœnam promeritam. Pro cuius definitionis intelligentia notandum eſt, quod ſicut datur duplex pœnitentia; vna quæ eſt virtus, & altera ſacramentum, ita quoque datur duplex ſatisfactio; vna quæ ſit virtutis pęnitentiæ, altera quæ ſit pars Sacramenti Pænitentiæ à Chriſto Domino inſtituti, quæque rectè poteſt appellari ſacramentalis, ad differentiam prioris, de hac agimus in præſenti, cumque ſatisfactio generatim ſumpta ſoleat definiri, mitioris pænæ toleratio, ad redimendam grauiorem promeritam; vt autem eſt actus virtutis pęnitentiæ, quod ſit voluntaria pænæ toleratio, ad compenſandam iniuriam Deo per peccatum illatam;

nos dicimus ſacramen
ctionem rectè definiri c
concluſione allata; cui
breuiter ſingulæ partes

Primò dicitur *volu*
ſpontanea, & libera pe
voluntatis, alias ſi eſſet
cta; non foret Deo ac
demptiua pænę promer
eſt alicuius incommod
ruptæ afflictiui, & culp
à confeſſario iniuncta, p
ligandi, quæ importat
tem obligandi pænitem
ctam pænitentiam; vt
ctio ſit ſacramentalis, d
ſacramenti imponi, &
tionis aliquatenus info
hoc eſt perpeſſio pęna
compenſandam iniuriam
tum illatam; nam pæni
punitione, ac vindicati
reparare læſam Dei mai
que diuini violationem
ſuum irrogatam; *& ad*
grauiorem pænam promer
ctio enim eſt leuioris p
ad redimendam grauio
tam; ſi quidem pleru
mortali remiſſa, pænaq
debita, vel per contriti
te perfectam, vel reale
Pænitentiæ ſuſception
debitum alicuius pœ
exoluendę ad cuius re
factio ordinatur; vt no
lium Tridentinum ſeſſ.
cens ſatisfactionem, qu
nitentiæ eſſe pro pæn
quæ, vt ſacra Scriptura d
per tota remittitur: item
Sancta Synodus declarat
eſſe, & à verbo Dei alien
Domino nunquam remitt
ſa etiam pæna condonetur
definit ſub anathemate e
12. *Si quis dixerit, tota*
cum culpa remitti ſemper
ctionemque pænitentium
quam fidem, qua appre

ſtum pro eis ſatisfeciſſe anathema ſit. De quo redibit ſermo capite ſequenti agendo de indulgentijs contra ſectarios, eas negantes, nec non omnem noſtram ſatisfactionem, hoc potiſſimum fundamento falſo, quod culpa ſemel à Deo remiſſa, nihil quicquam pænæ temporalis reſtat luendum in ſatisfactionem peccati.

Hæc cum procedant de ſatisfactione pro pęna, non autem de ſatisfactione in pęna, ſiue ſatispaſſióne pro opere ſatisfactorio ſumpta, iſta quoque definiri poteſt, eſſe opus pænale, afflictiuum, & punitiuum: ſiue ſit ſponte aſſumptum, ſiue à Deo immiſſum, ſiue à confeſſario iniunctum, patienter toleratum, ad placandum Deum, & exoluendum pænę reatum; cum enim, vt ſtatim notauimus, reatus aliquis pęnæ; remiſſo quo ad reatum culpæ peccato, remaneat ſatis communiter in iuſtificatis, manifeſtè etiam ſequitur dari aliqua opera verè, & propriè ſatisfactoria, quibus illi poſſint Deo pro illa ſatisfacere. Quod ſufficienter patet ex dictis ſupra cap. 16. vbi oſtendimus aduerſus ſectarios poſſe & debere iuſtos bonis operibus promereri vitam æternam; quæ enim eſt proportio operis verè meritorij ab homine exerciti ad augmentum aliquod gloriæ in altero ſeculo accipiendæ, ea eſt imo maior operis ſatisfactorij ab homine in ſtatu gratiæ exerciti ad pęnas temporales peccato ſuo quo ad culpam remiſſo reſiduas: igitur ſi datur meritum augmenti gratiæ ſanctificantis, & gloriæ æternæ, ſeu dantur quædam hominis in gratia conſtituti opera, meritoria augmenti gratiæ ſanctificantis & glorię; multo magis dicendum eſt dari etiam pia quædam opera à iuſto homine exercita, quæ ſint ſatisfactoria temporalis pænæ, quam ſupponimus ei pro peccatis ſuis, quoad culpam remiſſis, manere exoluendam.

Quia autem bona opera, ſeu in ſtatu gratię ſanctificantis, & ex illa facta ſunt in multiplici differẽtia; alia enim ſunt præcepti, vt ieiunium quatuor temporum, Quadrageſimæ, & aliorum id genus dierum; alia meri tantum conſilij, vt auditio Miſſæ diebus non feſtiuis, ieiunium extra dies non præceptos. Item prædictorum bonorum alia ſunt pænalia, alia non pænalia; priora proprie ſunt illa, quæ aliqualem afflictationem, vel dolorem, aut quid ſimile inferunt corpori, vel bonum aliquod ſenſibile illi delectabile, aut vtile ſubtrahunt, cuiuſmodi eſt ieiunium, proprij corporis caſtigatio voluntariè ſuſcepta, item vocalis oratio, & eleemoſyna; poſteriora verò ſunt illa, quæ, vt ſic præcisè conſiſiderata, ne minimum quidem doloris, ſeu afflictionis, vel quid ſimile inferunt corpori, aut aliquod bonum ſenſibile ſuo ſubiecto delectabile, vel vtile ſubtrahunt, quales eſſe poſſunt aliqui actus dilectionis Dei mere interni, ab hominibus admodum perfectis, & ſanctis eliciti. Demum hæc bona opera pænalia, alia ſunt aſſumpta ex libera voluntate ſuſtinentis illa, vt ſunt voluntarię corporis caſtigationes; alia ab extrinſeco inflicta patienti, & neceſſario ab illo toleranda, cuiuſmodi ſunt flagella à Deo nobis immiſſa: item pęnæ corporeę à reis ſententia iudicum ſuſtinendæ; ad quod poſterius pænarum genus patiens ſe ſe duobus modis habere poteſt; primò vt illas acceptet, & patienter toleret; ſecundò verò minimè illas acceptet, nec patienter toleret, Cum, inquam, tot ſint bonorum operum genera difficultas eſt inter Theologos, an omnia & ſingula ſint loquendo propriè ſatisfactoria pænę temporalis, poſt culpam peccati remiſſam, adhuc reſiduæ, & luendæ; de quibus omnibus quid ſentiendum ſit aperietur in ſequentibus.

Primum igitur dico confeſſarium non ſolum poſſe, ſed etiam debere, quando pænitens eſt illius faciendæ capax, iniungere illi ſatisfactionem ſalutarem, & rationabilem; dicitur

debere, per poteſtatem ligandi, & retinendi peccata; quod ad culpam, negando abſolutionem indiſpoſitis; quo ad pænam, obligando ad illius vicariæ tolerationem, ſatisfactio enim eſt grauioris pænę promeritę redemptio, per vicariæ mitioris perpeſſionem; idque Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 8. & antiqui canones expreſsè præcipiũt confeſſarijs, ne alias ſacrilegè ſacramentum mutiletur parte ſua integrali. Debet huiuſmodi ſatisfactio eſſe *ſalutaris*, id eſt ſaluti pænitentium proficua, & quę ſit non tantum præſeruatiua futurorum peccatorum, ſed & vindicatiua præteritorum. Item *rationabilis*, ſiue vt loquitur Tridentinum *conueniens*, id eſt iuxta dictamen prudentis confeſſarij, congrua qualitati, grauitatique peccatorum, & ſtatui pænitentium: antiqui enim illi canones, qui vulgo pænitentiales dicuntur, non amplius obligant. Vndè ſi confeſſarius imponeret ſatisfactionem longè minorem, quam facultas pænitentis, & grauitas criminum ferret, etſi ſufficeret pro integrando ſacramento; nec non etiam ad validitatem illius, ſi nullam imponeret, cum non ſit pars eſſentialis, ſed integralis Sacramenti Pœnitentiæ, peccaret tamen grauiter, ſaltem in ſecundo caſu.

Dico ſecundò opera pænalia debere iniungi ordinariè in ſatisfactionem ſacramentalem; ea autem communiter reuocantur ad orationem, ieiunium, & eleemoſynam; ratio prioris partis eſt, quia homo plus ſibi tribuit per peccatum, quam ei debeatur, Deo autem minus; igitur ad ponendum aliquo modo æqualitatem, iuſtum eſt, vt auferat à ſe bonum aliquod, vel delectabile, vel vtile: quod ſit per tria præfata opera; quæ eſt altera pars probanda, nam ad ieiunium quælibet corporis afflictio facile reuocatur; omnia opera miſericordiæ ad eleemoſynam; omnia quæ Deo impenduntur ad orationem. Hæc autem tria à Theologis communiter aſſignantur, quia debemus

Deo ſatisfacere ex bonis
ſtra autem bona ſunt, quia
ra, vel animę, quibus ora
det, vel corporis, quibus i
fortunæ, quibus eleemoſyn
det. Dictum eſt præfata o
iniungi *ordinariè*, quia al
iuſta cauſa, pia & merit
quædam poſſunt imponi,
pænalitatis, ſeu moleſtiæ h
meriti; ſicuti etiam prob
na opera aliqua lege diui
mana pręcepta poſſe in ſa
imponi, ea ratione qua Co
dentinum docet ſeſſ. 14. c
13. flagellis à Deo nobis
tienter toleratis nos poſ
Deo; non enim vera ſatiſ
requirit, vt quod præſta
ſationem iniuriæ, ſit indeb
quod voluntariè liberè, &
præſtitum, quod tamen
ſeu liberum non reperitur
à Deo nobis immiſſis, cu
illa independenter à noſt
bera; quemadmodum igi
ctio, quæ interuenit in
non impedit, quin per
Deo ſatisfacere, ita etiam
opere laborioſo, eſſe al
titulo debitum, non imp
etiam ſimul ſit ſatisfacto
aliæ conditiones ad veram
ſam ſatisfactionem nece
ſint.

Dico tertiò pænitent
ceptare ſub peccato mort
& rationabiles ſatisfactio
feſſarijs iniunctas; etſi eni
ctores probabiliter docea
pænitentem de peccatis
do ſatisfactionem per bo
eſt tantum actus virtutis
abſque aliquo ei adiuncto
uenente) non teneri illa
ti ſæculo, ſeu vita de fac
aliquo exteriori actu exe
de ſuis peccatis etiam mo
trito ſufficere, vt ſit verè
tia paratus illam exerc

quando ab aliquo ſuo ſuperiori imponitur ei, vel poſt mortem in Purgatorio, attamen loquendo de ſatisfactione ſacramentali,ſeu eleuata à Deo, vt ſit pars integralis Sacramenti Pænitentiæ, certum eſt pænitentem teneri ſub mortali eam acceptare,& implere: alias enim ſacrilegè mutilaret ſacramentum: non pareret ſuo iudici, Vicario Chriſti,legitimè iudicanti,& imperanti: reſiſteret poteſtati, & Dei ordinationi, conſequenterque damnationem ſibi acquireret. Quod tamen limitant aliqui ad non adimpletam poſtea pænitentiam pro mortalibus confeſſis, ſecus autem ſi ſola fuerint peccata venialia.

Dico quartò conuenientius eſſe pęnitentiam iniunctam implere poſt abſolutionem quam ante illam, quia ſic ſatisfactio iniuncta magis prodeſt, nimirum tam ex opere operantis, quam ex opere operato. Item ſi pœnitentia iniuncta adimpleatur in ſtatu peccati mortalis.

Dico quintò,tunc non valere ad remiſſionem pænę temporalis coram Deo obtinendam, quamdiu qui illam implet eſt in peccato mortali,valet tamen ad hoc vt pęnitens dicatur ſatiſfeciſſe præcepto confeſſarij, nec obligetur ad eam iterandam; vbi tamen mortale peccatum recedit, reuiuiſcit.

Dico ſextò, circa mutationem ſatisfactionis ſacramentalis, ſeu pænæ à confeſſario iniunctæ, eam, quæ in totum, vel in partem, abſolutè vel moraliter eſt impoſſibilis, aut irrationabilis, ab initio, vel lapſu temporis; à quocunque confeſſario interpretandā eſſe talem, atque adeo expertem obligationis. Item ſatisfactio impoſita in meram punitionem peccatorum præteritorum, & non ad cautelam recidiui, euaneſcit iuxta probabilem multorum opinionem, per ſubſequens lucrū indulgentiæ de iniunctis pænitentijs plenariæ, vel correſpondentis quantitati eiuſmodi ſatisfactionis; idem eſt aſſerendum, ſi confeſſarius habeat poteſtatem concedendi ſimilem indulgētiam; eius enim conceſſione poterit quoque tollere obligationem eiuſmodi ſatisfactionis. Confeſſarius, qui ſatisfactionem iniunxit, poteſt eam mutare, modo moraliter adhuc duret idem iudicium pænitentiale, & ſentētia non tranſierit in rem iudicatam:durare autem dicitur tempore eiuſdem diei, quin & multorum ſequentium, ſi interea in confeſſione ſubſecuta explicentur quædam pertinentia ad præcedentem. Hoc autem tempore elapſo, ſi pęnitens accedat ad eumdem confeſſarium, & ab eo poſtulet pænitentię iniunctæ mutationem; non poterit ea fieri, niſi per iudicialem rurſus cauſæ cognitionem, & conſequenter per nouam confeſſionem peccatorum, pro quibus inflicta fuit. Sed hæc iterata confeſſio facta eidem ſacerdoti memori pręteritorum peccatorum, poterit paucis expediri, ſi pænitens animo contrito dicat, ſe eadem peccata confiteri, & petere impoſitæ pænitentiæ commutationem in aliam. Si autem fiat alteri ſacerdoti erit de integro repetenda confeſſio peccatorum: quorum ſi quædam alias ſint reſeruata, cenſebitur reſeruatio ſublata, per abſolutionem confeſſarij præcedentis,ad hoc facultatem habentis. Cœterum ad mutationem pænitentiæ, eſt impertinens, quod confeſſarius eam mutaturus ſit ſuperior eo, qui eandem iniunxit, quia nullus purus homo, eſt in hoc foro ſuperior confeſſario, qui abſoluit, & ligat vt Vicarius Chriſti illiuſque authoritate.

Pænitens quoque non poteſt propria authoritatę commutare ſibi pœnitentiam à confeſſario impoſitam, etiam in euidenter meliorem: tū quia cum non exequatur ſententiam iudicis,non ſatisfacit eius præcepto;quemadmodum non ſatisfacit Eccleſiæ pręcepto, qui loco vnius ieiunij ad quod ex eo tenetur, duo facit ad quę Eccleſia eum non obligat, aut alia meliora opera. Tum etiam, quia illa opera, cum

cum non ſint pænitenti iniuncta virtute clauium, rationem ſacramentalis ſatisfactionis habere non poſſunt, atq; adeo nec integrare Sacramentum Pœnitentiæ. Si tamen fiat impotens ad eam quę ſibi à confeſſario impoſita eſt, vt ſi propter infirmitatem ieiunium iniunctum adimplere non poſſit, nec ad talem pænitentiam faciendam tenetur, nec ad illam in aliam commutandam, præſertim ſi iniunctum ieiunium alicui certo diei addictum fuiſſet v. g. vigiliæ alicuius feſti ſolemnis, aut alteri diei; cum enim talis pænitētia eſſet addicta, vt ſupponimus certo tempori, illo elapſo, non amplius obligaret; ſicut quia præceptum de recitando officio, vel de audiendo ſacro, certo tempori annexum eſt, eo elapſo non amplius obligat: quod etiam verum eſt in eo, qui vel ex obliuione, vel ex negligentia ſimile ieiunium omiſiſſet, alio enim die ieiunare non teneretur, ſed tantum de omiſſione dolere, eamque ſuo tempore confiteri. Secus autem ſentiendum eſt de pænitentia iniuncta independenter à tempore, qui enim illam ſuo non impleuit, alio tenetur implere: Pænitens autem ad id tenetur quamprimum cō mode poteſt, vel ſaltem antequam nouam confeſſionem faciat; quia antequam ad nouum ſacramentum conficiendum accedat, debet pręcedens perficere.

Septimò tandem, & vltimo ſatisfactiō ſacramentalis duplicem ex opere operato habet effectum, nempè remiſſionem pænæ temporalis, ex peccatis iam condonatis remanentis, & auxilia quædam ſupernaturalia ad facilius præcauenda peccata in futurum; id cum ſit inter omnes Theologos certum, difficultas eſt inter illos, vtrum etiam cauſet ex opere operato augmētum gratiæ habitualis, negant enim aliqui, affirmant verò alij, videturque eſſe ſententia Sancti Thomę in Summa 3. p. quæſt. 90. art. 2. vbi cum ſecundo loco ſibi obieciſſet: *In ſacramentis*

noue legis confertur grat
habitum eſt. Sed in ſa
confertur aliqua gratia
ctio non eſt pars ſacrame
det: *Ad ſecundum dice*
tisfactio confert gratian
propoſito, & auget eam p
cutione, ſicut etiam baptiſ
vt ſupra dictum eſt.

Concluſio decima ſ
Sacerdos eſt miniſter Sa
nitentię, ſeu ſoli vero ſa
ſio ſacramentalis pecc
valide fieri. Probata
Sectarios Sacramenti P
ſtentia, tum explicatis
nec non conditionibus
tibus, quantum ſufficit a
tiam, nunc agimus de
dem, ſimulque de con
eo neceſſarijs tam ad v
ad licitam miniſtratione
dicimus eum ſolum eſ
dotem; quod tam clar
verbis Chriſti Domin
quorum remiſeritis pec
Apoſtolis eorumque in
ceſſoribus dictis; tum
Patrum inde aſſerentiu
Chriſtum Dominum ſo
eorum in ſacerdotio ſu
diſſe poteſtatem remitt
taliter peccata baptizat
nique ex perpetuo Ecc
fideles ſolis ſemper ſa
cramentaliter confeſſi ſ
iori nunc probatione
ſuppoſitis præſertim hu
in decurſu huius capitis
uis in aliquo caſu neceſ
rum confeſſio poſſit ab
zato in abſentia ſacerd
licitè fieri laico, vel ali
ſacerdoti, imò Venerab
lud Sancti Iacobi *Con*
trum peccata veſtra, & L
quæſt. 8. ſupplementi a
dant talem confeſſionem
ducentem ad actum hum
tritionis, & ad accipien

ilium in re aliqua graui, certum eſt
en illam non eſſe ſacramentalem,
inquam conſequenter eſſe in prę-
o. Obligatio enim confeſſionis,
ex iure diuino, ſiue Eccleſiaſtico
eſt ad ſimpliciter accuſandum nos
eccatis, ſed eſt tota & tantum ad
itendum illa ſacramentaliter ſub-
endo clauibus Eccleſiæ; & præce-
n iſtud eſt tantum de confeſſione,
erè, & propriè ſacramentali. Vn-
ichardus ſequens oppoſitam ſen-
iam fallitur, quando ait, ad id nos
gari in caſu neceſſitatis: ſique lai-
xcipiens confeſſionem pænitentis
lo dicto tentaret abſoluere, præter
iſſimum peccatum quod commit-
, fieret ſecundum aliquos irregu-
, ſi hoc eius factum eſſet valde
icum, vel de eo eſſet conuictus in
io, ratione talis infamiæ.

ecundò dico, quod etſi ſoli ſacer-
poſſit valide fieri confeſſio ſacra-
talis, non eſt tamen ſufficiens mi-
r eius, vi ſolius integræ, & com-
æ ſuæ conſecrationis in ſacerdo-
, ſed præter illam adhuc iure di-
requiri in eo, vt habeat poteſta-
iuriſdictionis, per quam habeat
uos ſibi in foro conſcientiæ ſubdi-
in quos ferat iuridice ſententiam.
d eſt ita certum poſt Concilium
lentinum ſeſſ. 14. cap. 7. vt oppo-
ſententia Armacani lib. 11. quæſt.
en. cap. 1. exiſtimantis ſacerdo-
valide ordinatum poſſe quoque
le abſoluere ſacramentaliter, non
n licitè, quia faceret contra pro-
ionem Eccleſiæ, non ſolum teme-
, verum etiam erronea cenſeatur
mnibus Theologis. Quique ſo-
pro illa ſententia caſus afferri nul-
lunt roboris, nam vel in illis ha-
ſacerdotes iuriſdictionem ab Ec-
a, vt in articulo mortis, item ſe-
lum multos pro venialibus pecca-
nec non mortalibus antea tamen
eſſis, & remiſſis ſacramentaliter,
vbi habent ſacerdotes titulum
ratum; & ſic mirum non eſt, eos

tunc valide poſſe abſoluere per iuriſ-
dictionem ab Eccleſia habitam, vel
per expreſſum ſuperiorum conſenſum,
vel per tacitum, qui vocatur ratihabi-
tio de præſenti, defectu cuius iuriſdi-
ctionis vno aut altero modo ab Eccle-
ſia collatæ, confeſſio in quocunque
caſu eſt inualida, nec vi abſolutionis
ſacerdotis ea carentis, pænitens obti-
net remiſſionem ſuorum peccatorum,
ſed duntaxat vi ſuæ contritionis, ſi il-
lam habeat: neque bona fides ipſius
facit, vt ſit abſolutus ſacramentaliter,
nam bona fides nunquam ſupplet ſub-
ſtantialia, & eſſentialia ſacramentorũ,
& quando agendo de illis bona fides
dicitur præſtare quantum veritas, id
intelligitur de excuſatione à peccato
incurrendo, non autem de ſupplendo
aliquo ad ſacramentum eſſentialiter
requiſito, ſicut non facit aliquam rem
eſſe de fide, bona fides credentis illam
eſſe talem, aut fuiſſe à Deo reue-
latam.

Quam autem ſacerdotes vi ſuæ or-
dinationis concedunt omnes Theologi
habere incompletam poteſtatem ab-
ſoluendi baptizatos à ſuis peccatis in
Sacramento Pænitentię, diſputant an
ſit ita præciſè conſiderata, aliqua iu-
riſdictio propriè loquendo, ſaltem in-
choata, quæ compleatur per aſſigna-
tionem ſubditorum? an verò ſit tantũ
poteſtas, qua ſacerdos deputatur à
Deo, & à Chriſto Domino ad operan-
dum remiſſionem peccatorum in ba-
ptizatis lapſis, per ſententiam iuridi-
cam, vbi & quando habebit à ſuperio-
re iuriſdictionem ſibi coniunctam?
aliqui enim priorem, alij verò poſte-
riorem ſequuntur dicendi modum cũ
Diuo Thoma in 4. diſt. 17. & 19. Quod
etſi videatur quæſtio magis de nomi-
ne quam de reipſa, poſterior tamen
videtur melior, Concilioque Tridenti-
no conformior expreſsè ſignificanti
ſeſſ. 14. cap. 7. poſſe communiter da-
ri ſacerdotem tota ordinatione pres-
byterali inſignitum, qui tamen ca-
reat omni iuriſdictione; quod non eſ-
ſet

ſet verum ſi dicta poteſtas incompleta propriè loquendo eſſet aliqua iuriſdictio, quantumuis ſolum inchoate.

Tertiò cum iuxta Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III. decretum, *omnis vtriuſque ſexus*, præcipiatur annuam confeſſionem debere fieri proprio ſacerdoti, vel alieno de licentia priori, difficultas eſt inter Theologos, non quiſnam aliquo communi vſu, & modo loquendi hominum dicatur proprius ſacerdos, ſed tantum quiſnam ſit talis ad mentem, & ſenſum præfati Concilij; aliqui enim nomine proprij ſacerdotis ſignificari volunt eum, quẽ vulgo dicimus *Curatum*, ita vt hęc vox, *proprius*, ſumatur in dicto decreto, pro vt opponitur huic alteri *communis*. Alij verò, quorum ſententia eſt probabilior, & communior inter Theologos, exiſtimant nomine proprij ſacerdotis, ibi intelligi omnem eum ſacerdotem, cui cura animarum incumbit ex officio, ſeu qui ex vi ſuæ dignitatis, vel officij habet ordinariam iuriſdictionem in ſibi ſubditos: vnde cum *Summus Pontifex*, ex vi ſupremæ ſuæ dignitatis habeat curam totius Eccleſiæ, & ordinariam iuriſdictionem in vnumquemque fidelium; ſimiliter & *Epiſcopus* iuriſdictionem ordinariam in vnũquemque ſuorum diœceſanorum. *Parochus*, ſeu Curatus ſimiliter iuriſdictionem ordinariam in vnumquemque ſuorum parochianorum: item & Prælatus alicuius ordinis; aut conuentus in vnumquemque ſui ordinis, & conuentus; fit vt illi omnes & ſinguli ſint, & dicantur proprij ſacerdotes in iſto capite, vnuſquiſque eorum reſpectu animarum ſibi ex officio commiſſarũ: nomine verò ſacerdotis alieni, cum ibi ſacerdotem ſignificari, cui non incumbit ex officio cura animarum, reſpectu quarum dicitur alienus, ſed vel nullam habet in illas iuriſdictionem, vel ſi quam habeat, habet tantum aut ex delegatione, aut ex commiſſione, aut ex priuilegio eius, qui reſpectu iſtarum animarum eſt, & dicitur pro-

prius ſacerdos modo
explicandi modum it
Theologi putant ex
Ioannis XXII. quæ in
nis, vbi quidam Ioan
intelligens in prædicto
nenſi ſolum Parochum
per iſtam particulam, *p*
indeque inferens, nec
mum Pontificem, po
parochiani ſtante dec
ſi non teneantur omnia
ſemel in anno, proprio
id eſt, vt ille ibidem e
confiteri, reprehenditu
poſitio fundata in præf
termini, *proprius ſacerd*
Apoſtolica damnatur
nea; ex hac, inquam
nonnulli Theologi pu
plicandi modum, ita
pertineat ad fidem, v
placet alijs cum nec S
ſex ibi, nec aliquod G
lium id expreſsè defini
rior quidem eſt, non t
ſaltem quo ad nos. C
quod aliqui Summi Po
ne proprij ſacerdotis,
ſuis etiam extrauagant
ligant, quem vulgo C
mus, ita enim verè int
men nec Summum Po
ctu omnium fidelium
nec Epiſcopum reſpect
ceſanorum, nec quem
dotem habentem iuriſ
nariam in aliquos fidel
excludant ab illa ſignifi
quam hæc particula pr
ſumitur in citato cap.
ſexus.

Quartò etſi curatus
proprij ſacerdotis intel
ctu ſuorum parochiano
do ſolum ad ius, poſſun
ſolius Summi Pontificis
Epiſcopi, vel alterius ſu
dictionem ordinariam i
validè confiteri alieno ſ

rato renitente. Ita communiter
eologi contra dictum Ioannem de
liaco, in alieno ſacerdote pro au-
ndis confeſſionibus parœcianorum,
quirentis conſenſum proprij eorum
rochi, vel Curati. Imo quantum
ectat ad confeſſiones factas alieno
erdoti, de licentia Summi Pontifi-
, hoc eſt adeo certum, vt Ioannes
ior in 4. diſt. 17. quæſt. 7. conclu-
ne 2. dixerit Alexandrũ ſucceſſorem
nnis XXII. edidiſſe extrauagantẽ,
e incipit, *regnans in excelſis*, in qua
utat eos omnes qui tenent oppoſi-
n hæreticos, & ibidem paulo poſt
ert fuiſſe petitum in Concilio Con-
ntienſi, & Baſileenſi, vt hæc Ale-
dri V. extrauagans reuocaretur, ſed
il fuiſſe obtentum. Porro dum
nmus Pontifex, vel Epiſcopus dat
no ſacerdoti licentiam audiendi
feſſiones, & ſacramentaliter abſol-
di ſuos ſubditos, id facit vtendo
communi, ſeu prædicto Concilij
eranenſis decreto remanente ſaluo
ntegro, non autem diſpenſando in
; vnde etiam ſubditus quando cõ-
ur ſacramentaliter tali alieno Sa-
loti, loquendo propriè, non vtitur
enſatione, ſed iure tantum com-
ni.

Quintò, vt ſacerdos aliquis, qui-
que ille ſit, non Parochus, ſeu be-
cium parochiale non obtinens, ne-
licitè, ſed & validè abſoluat in
amento Pœnitentiæ aliquem ſe-
rem pænitentem indiget approba-
e Epiſcopi non omnis tamen, aut
ſuis, ſed illius, qui eſt ſacerdotis
narius per reſpectum, & compara-
em ad miniſterium audiendi con-
nes harum, & iſtarum perſonarũ,
ui ſacerdos confeſſarius ſubeſt, in
ne ad miniſterium Sacramenti Pœ-
ntiæ, cuique de tali miniſterio, be-
vel male geſto, tenetur reſponde-
& ſic ſpeciali titulo ſubijcitur ei.
ntelligitur communiter Decretũ
cilij Tridentini ſeſſ. 23. c. 15. de
m. *Decernit Sancta Synodus, nul-*
lum etiam regularem, poſſe confeſſiones
ſecularium, etiam ſacerdotum audire, nec
ad id idoneum reputari, niſi, aut paro-
chiale beneficium, aut ab Epiſcopis, per
examen (ſi illis videbitur neceſſarium)
aut alias, idoneus iudicetur, & approba-
tionem quæ gratis detur, obtineat, pri-
uilegijs, & conſuetudine quacumque
etiam immemorabili non obſtantibus.

Hanc autem approbationem à Tri-
dentino requiſitam ſentiunt aliqui, ni-
hil aliud eſſe, niſi meram, & ſimplicẽ
teſtificationem Epiſcopi, vt talis per-
ſona eſt, & non, vt eſt Epiſcopus, qua
ſcilicet ipſe declarat, hunc ſacerdotem
eſſe aptum ad confeſſiones audiendas,
quia eiuſmodi ſimplex teſtificatio ſa-
tis ſuperque videtur eſſe ad intentum
Tridentini. Alij verò exiſtimant, eſſe
ſententiam, ſeu iuridicam teſtificatio-
nem, quam idem Epiſcopus, vt Epi-
ſcopus, profert de dicta aptitudine.
Cum enim approbatio requiſita à Tri-
dentino ſit quid coniunctum, & perti-
nens ad completam iuriſdictionem
confeſſarij, quemadmodum ipſa iuriſ-
dictio, quæ confertur confeſſario,
procedit ex poteſtate iuriſdictionis
Epiſcopi, vt ſic, ita quoque procedat
& approbatio neceſſe eſt. Iuxta quam
ſententiam, quæ videtur probabilior
ſequitur nullam eſſe approbationem
factam ab Epiſcopo excommunicato
vitando, quia, vt ſupponimus, ab ex-
communicato vitando, vel tollitur, vel
ſuſpenditur omnis iuriſdictio. Contra
ex priore ſententia ſequitur, validam
eſſe, nam illa mera teſtificatio non ori-
tur à poteſtate iuriſdictionis, neque
ab aliquo, quod per excommunicatio-
nem tollatur, vel ſuſpendatur.

Ad huius approbationis validita-
tem non requiritur, quod fiat præmiſ-
ſo examine, aut detur gratis, vel etiã
in ſcriptis, debet tamen eſſe de facto
obtenta, aut verbo, aut ſcripto, ſuffi-
citque quod Epiſcopus, ſeu Ordina-
rius det illam exterius, ita vt ſi vere, &
in conſcientia iudicet hunc ſacerdotem
non eſſe idoneum audiendis confeſſio-
nibus,

nibus, imo ſecundum multos nolit interius eum approbare, nihilominus exterius, & actu externo, ſiue verbo, ſiue ſcripto illum probet, ſufficienti ſit iuriſdictione præditus, vt poſſit valide Sacramentum Pænitentiæ miniſtrare. Quod ſi illam concederet compulſus per metum grauem, nonnulli putant validam fore, melius alij inualidam, quia conceſſio approbationis, ſicut & iuriſdictionis eſt quædam donatio, meticuloſa autem donatio inualida eſt. Nulla ſimiliter foret, ſi per dolum, & errorem extorqueretur, concernentem ad cauſam finalem, vel ad aliquid ſubſtantiale, vt ſi v. g. per dolum, vel errorem Epiſcopo ſubmitteretur vnus pro alio: dicitur nullam fore, ſi dolus concernat ad cauſam finalem, vel ad aliquid ſubſtantiale, quia ſi extorqueatur per dolum v. g. per commendationem, falsò concinnatam, quaſi alicuius Principis, ſecundum multos erit valida, quia commẽdatio eiuſmodi non videtur eſſe cauſa finalis, ſed ſolum impulſiua: veriſimile enim non eſt, Epiſcopum nolle dare licentiam excipiendi confeſſiones, ſi commendatio falſa eſſet.

Vt hæc approbatio abſoluta, ſeu vniuerſalis eſſe poteſt, quando Epiſcopus, vel Ordinarius illam ita concedit, nec non etiam iuriſdictio, poteſt quoque pro arbitrio eius, eſſe determinata, ſeu limitata ad perſonas certi cuiuſdam generis, ſeu conditionis, ætatis, vel ſexus, vel etiam oppidi; imo vnius duntaxat Parochiæ ab ipſo ſpeciatim determinatæ. Eadem authoritate poſſunt ab eo caſus reſeruari; reſeruatio autem caſuum eſt reſtrictio approbationis vel iuriſdictionis à legitimo ſuperiore inducta confeſſariis alias approbatis, per quam reſtrictionem ij non valeant aliqua peccata ſacramentaliter abſoluere; quod poſſe Summum Pontificem pro toto Orbe, Epiſcopum verò pro ſua Diœceſi, clarum eſt ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 7. Quibus in caſibus, quibuſq; ex capitibus acquiritur iuriſdictio adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ, & etiam abſoluẽdi à reſeruatis, per expreſſum, vel tacitum Eccleſiæ ſuperiorumque eius conſenſum, videtur quoque poſſe acquiri approbatio, ſiue cenſeri quis approbatus, vt per ſe patet. Notandum hic, quod cum ſacerdotes multis in locis ex veteri quadam praxi ſibi inuicem valide adminiſtrarent Sacramentum Pænitentiæ, nulla ab Epiſcopo, ſeu Ordinario approbatione petita, id fuiſſe à Concilio Tridentino reuocatum loco ſuperius citato, de qua tamen reuocatione aliquibus adhuc dubitantibus, non poteſt de ea amplius dubitari, poſt multas declarationes Cardinalium, & maximè poſt decretum Innocentij X.

Quantum ſpectat ad probitatem, & doctrinam in confeſſario approbato requiſitam conueniunt omnes Theologi probitatem, aut improbitatem vitæ & morum nihil referre ad miniſtrãdum hoc Sacramentum validè, ſufficereque quod ſit in gratia vt licitè illud miniſtret. Maior difficultas eſt de doctrina, non ſolum quia difficile eſt ad vnguem decernere, ad quem gradum aſcendere debeat ſcientia in confeſſario, cuius munus eſt Iudicis, Magiſtri, & Medici quo ad ſalutem pænitentis, verum etiam quia nonnulli Theologi docent confeſſarium niſi ſciat diſcrimen inter lepram, & leprã, id eſt inter peccatum mortale, & veniale in caſibus communiter contingentibus, inualidè confeſſiones excipere, quod tamen alij communius negant. Sed omnes conueniunt, quod ſi quis ſacerdos, etiam ab Epiſcopo approbatus, exponat ſe adminiſtrando huic Sacramento abſque doctrina ſufficienti proportione morali ad conditionem pænitentis, extra caſum neceſſitatis, & quando eius inſufficientia non poteſt ſuppleri per ſufficientem doctrinam pænitentis, peccat grauiſſime.

Vltimo loco breuiter agendum eſt de

confeſſionis, ſic dicto, per
iem ſigilli epiſtolici, quo
ſignantur, vt ijs contenta,
peantur; quare definitur cõ-
ecta obligatio celandi con-
ſacramentalem pænitentis,
feſsarij, quia ipſe ſolus ha-
obligationem ſecreti con-
Per ſe, inquam, nam per
& per participationem, ha-
i huius obligationem, qui-
tè vel illicitè, mediatè vel
habent participationem
s, cum onere ſuo tranſeun-
erpres, auditor &c. *directa*,
liatè reſultat ex diuina in-
acramenti Pænitentiæ, *obli-*
aturalis poſitiuique diuini,
ſtici, cap. *omnis vtriuſque*
. Sacerdos, de pænitentia,
ndi, id eſt, tenendi ſecre-
onem, ſiue accuſationem
pęnitentis, ordinatam ad
m ſacramentalem; etiam
ecipiat, ob ſui indiſpoſi-
feſſarij inhabilitatem, ſi-
uſam. Sub ſigillum con-
ectè cadunt omnia pror-
tis peccata tum mortalia,
; illorum circumſtantiæ; &
Indirectè autem, & redu-
ea, quæ nihil ſunt horum,
occaſione dicta ſunt in
& quę propalata cederent
pænitentis, vel Sacramenti

us ſigilli obligationem
logi tantam, tamque ſtri-
nullum caſum ab illa ex-
umque ſit ille, & quale-
um, vel damnum etiam
ię, vel vniuerſi reſpiciat.
n de licentia pænitentis
feſſarius poſſit reuelare,
confeſſione audiuit; di-
eſt, ſecundum quod ſen-
icultatis poteſt eſſe du-
de conſenſu pænitentis,
onem poſt completum
Sacramentum repetentis

aliquid ex peccatis à ſe confeſſis, vel etiam omnia, poſſit ſacerdos qui hanc eius confeſſionem excepit, ea alijs reuelare: poſterior an de eiuſdem pænitentis licentia, aut conſenſu poſſit confeſſarius alijs reuelare eius peccata, quorum notitiam ſolummodo habet ex eius confeſsione ſacramentali. Iuxta primum igitur ſenſum omnes Theologi conueniunt in partem affirmantem, quia hæc notitia peccati eſt omnino extra hoc ſacramentum, & aliunde orta quam ex illo, atque adeo non cadit ſub eius ſigillum ſacramentale, ſed ad ſummum ſub ſecreto iuris naturæ, cui cum pęnitens author talis peccati poſsit ob aliquem bonum finem cedere in præiudicium ſuæ famæ, poteſt quoque confeſſarius de licentia ipſius illud reuelare. At in poſteriori ſenſu diuiſi ſunt, aliqui enim negant, alij verò magis communiter affirmant, debere tamen fieri ex maxima cauſa boni, & cautiſsimi viri arbitrio ad ipſius pænitentis ſalutare conſilium & medelam, maximamue vtilitatem, quę maximo iudicio perpendatur, ne temere reuelatio fiat. Ad quam adhuc tunc non ſufficit conſenſus à pęnitente extortus, ſeu coactè datus, nec interpretatiuus, ſeu etiam virtualis, ſed debet eſſe liberrimus, formalis, & expreſſus.

Quia autem quandoque fit, vt inferior aliquis confiteatur ſacramentaliter ſuo ſuperiori optimam alias de illo opinionem habenti, quem tamen ex ſola ſacramentali confeſsione cognoſcit eſſe peruerſum, aliquoque officio indignum; ſimiliter vt confeſſarius ex ſacramentali confeſsione alicuius, cognoſcat malum aliquod ſibi eſſe paratum, v. g. venenum; quod tamen aliunde neſcit; & ſi aliqui exiſtiment licere confeſſario in his, aut ſimilibus caſibus licere confeſſario vti ſcientia per confeſsionem ſacramentalem cõparata, ſiue vſum notitiæ per ſolam confeſsionem Sacramentalem acquiſitæ, eſſe licitum, dummodo ex tali vſu nulla poſsit oriri reuelatio, ſeu mani-

feſtatio directa, vel indirecta peccati pænitentis; melior tamen ſententia ſimpliciter, & abſolutè negat dari caſum, in quo liceat confeſſario vti ſciētia per ſolam confeſsionem ſacramentalem habita: idque firmiter tenendū eſt poſt decretum Clementis VIII. anno 1594. 26. Martij editum, quo vſus talis notitię prohibetur;

Reuelationem autem vnius etiam admodum leuis peccati venialis, vt per ſacramentalem tantum confeſsionem cogniti, eſſe peccatum mortale, nec in hac re, ſolam leuitatem materiæ excuſare reuelantem à culpa peccati mortalis communis eſt Doctorum ſententia. Pæna ſacerdoti reuelanti peccatum aliquod à ſe ex ſacramentali tantum confeſsione cognitum, nunc imponenda ex ſacris canonibus, eſt perpetua depoſitio, & in arctum monaſterium perpetua detruſio.

Concluſio decima octaua. Effectus ſacramenti pænitentiæ eſt gratia habitualis remiſsiua peccatorum poſt baptiſmum cōmiſſorum, in primis mortalium, tum minus principaliter venialium, pænarumque illis debitarum, ac demum meriti bonorum operum per mortale peccatum mortificatorum reuiuiſcentia, ſubſequens ad poſitionem primi effectus, ſcilicet ad remiſſionem peccati mortalis. Gratia quæ eſt effectus pœnitentiæ, vt ratione ſui eſt gratia habitualis remiſsiua peccatorum, ita ratione actualis annexæ, eſt bene diſpoſitiua ad deteſtationē peccatorum præteritorum, & fugam futurorum. Quæ cum ſatis pateant ex dictis tam de proprio & genuino ſenſu verborum formę huius Sacramenti; item de confeſsione ſacramentali, de præcepto contritionis & id genus alijs, omnibus & ſingulis eo tendentibus, vt Deum à nobis per peccata offenſum, reconcilient; quæ reconciliatio hominis cum Deo includit remiſsionem peccatorum, aliaque omnia ad ipſam ſubſequentia; tantum ſit de Sacramento Pænitentiæ pro præſenti inſtituto; quæ enim fuſius, & magis in pa
culari circa illud diſputantur à Th
logis moralibus, non ſunt hu
loci.

CAPVT LXXII

De indulgentijs aduerſus Lutheran
& Caluiniſtas eorumque
ſequaces.

QVæ de hac materia fuſius in
ſtatu noſtro Polemico de a
Iubilæi aduerſus Sectarios ſcripſim
ea breuius intra huius capitis lim
contrahemus; & incipiendo à nom
indulgentiæ, per illud nos Cath
nihil aliud intelligimus, quam co
nationem, vel remiſsionem pænæ
poralis alias debitę, ac luendæ d
no iudicio propter peccata actua
iam ante quo ad culpam ſublata, &
leta, quæ quidem remiſsio, vel r
xatio fit à Prælato extra Sacram
tum ex diſpenſatione theſauri Ec
ſiaſtici. Cuius definitionis, ſeu
tius deſcriptionis bonitas patet,
explicat naturam, aut quaſi genus
differentiam ſui definiti, ſecundū q
huiuſmodi res illa poſſunt habe
Nam primo dicitur, quod ſit con
natio, vel remiſsio in quo conueni
omnibus alijs remiſsionibus, quæ
dum in ſacris litteris, & Patribus
rum etiam in alijs Scriptoribus in
gentię dicuntur; quod enim Iſa.
61. dicitur *prædicare captiuis remi*
nem, Sanctus Lucas cap. 4. redd
prędicare *captiuis indulgentiam*, &
codice Theodoſiano lib. 9. tit. 38
lege 3. remiſsio pænarum, ob i
crimina debitarum, quam aliqua
publicæ lætitiæ cauſa faciebant Im
ratores vocatur *Indulgentia*. Vnde c
ſtat Laurentium Valla Grammatic
deceptum fuiſſe, dum lib. 4. *Eleg*
tiarum reprehendit Theologos, q
vſurpent nomen indulgentiæ in
nam partem, ſiue ad ſignificandam
laxationem *pęnæ temporalis*, quæ p
ticul

gitur, vt diſtinguatur be-
dulgentiæ, à Sacramentis
inſtitutis ad gratiam cõ-
el primam vel ſecundam,
ad remittenda peccata:
verò nullo modo gratiam
d eam præſupponit iam
& ſolas pænas diſſoluit,
latam iam mortalem cul-
nt. Quia tamen ſacramen-
que cum gratiæ collatio-
n pænas æternas mutant
es, verum etiam aliqua ex
tunt eaſdem temporales
condonatis debitas, ideo
ulgentia relaxatio *pęnæ*
tra ſacramentum, à Prala-
licet Summo Pontifice,
: qui ſoli habent ordina-
tem diſpenſandi theſauri
, tanquam bonorum Ec-
unium diſpenſatores, vt
. Additur, *luendæ diuino*
uidem Indulgentia non
as debitas humano iudi-
xteriori Eccleſiaſtico, aut
um dicitur, *ex diſpenſa-*
i Eccleſiaſtici, nam cum
a, maneat adhuc pœna
liuino iudicio ſubeunda:
ti poſſit, aut in altera vita
o; aut in hac per propriã
m, ſiue in Sacramento
à ſacerdotibus impoſitam,
ſpontanee ſuſceptam, aut
isfactionem alienam, non
li intentione applicatam,
n Eccleſiæ membrum vult
propria intentione ſatiſ-
iam alteri membro com-
d etiam generali, & impli-
enſationem eorum, qui in
ſunt, Indulgentia non eſt
iua niſi hoc vltimo modo,
tionem ſcilicet theſauri

omine indulgentiæ nihil
telligamus, aſſerentes ea-
n Eccleſia, ſic hæretici in
illas negant, aut negare

debent, vtque veritatem eludant, nullam omnino ſupereſſe pænam exoluendam poſt remiſſam ſemel peccati culpam volunt; vnde tanquam primũ huius controuerſiæ fundamentum oppoſitum ſtatuendum eſt, igitur ſit.

Prima concluſio, plerumque culpa mortali remiſſa, vel per contritionem, vel realem Sacramenti Pænitentiæ ſuſceptionem, remanet debitum alicuius pænæ temporalis exoluendæ. Iſta concluſio eſt de fide; cuius ſenſus eſt, ita pænam æternam damni, & pænam æternam ſenſus peccato mortali iuſte debitam, quod attinet ad remiſſionem vtriuſque in adultis per veram pænitentiam, inter ſe diſtingui, vt pæna æterna damni per ſe quidem hoc ipſo tota relaxetur, quod remittitur peccatum mortale ſecundum reatum culpæ, id eſt ſecundum illud malum priuationis gratiæ, & amicitiæ diuinæ, atque adeo iuris ad vitam æternam, quod homini attulerat. At pæna ſenſus hoc ipſo etiam quod peccatum mortale quo ad culpam remittitur, relaxetur quidem ſecundum perpetuitatem durationis, vt amplius non ſit in inferno ęternaliter luenda, non tamen ſecundum ſe tota ſimpliciter; loquendo de conuerſionibus, vel iuſtificationibus adultorum baptizatorum poſtea in peccatum lapſorum, quæ fiunt ſecundum legem, ac prouidentiã ordinariam, non autem de quibuſdã extraordinarijs, & inſignibus, à Deo factis, concurrentibus ſimul ex parte pænitentis intenſiſſimis actibus contritionis, & charitatis, quales fuerunt illæ S. Pauli Apoſtoli, & S. Mariæ Magdalenæ; vt expreſsè docet Diuus Thomas 3. par. quæſt. 86. art. 5. ad 1. *Dicendum quod Deus totum hominem perfecte curat, ſed quandoque ſubito, ſicut ſocrum Petri reſtituit perfectæ ſanitati, ita vt ſurgens miniſtraret illis, vt legitur Lucæ 4. quandoque autem ſucceſſiue, ſicut dictum eſt de cęco illuminato Marci 8. & ita etiam ſpiritualiter, quandoque tanta commotione conuertit cor hominis,*

minis, vt ſubitò perfectè conſequatur ſanitatem ſpiritualem, non ſolum remiſſa culpa, ſed ſublatis omnibus peccati reliquijs, vt patet de Magdalena Lucæ 7. quandoque autem prius remittit culpam per gratiam operantem, & poſtea per gratiam cooperantem ſucceſſiue tollit peccati reliquias. Ideoque non negamus abſolutè remitti aliquando per pænitentiam, omnem reatum culpæ, & pænæ non ſolum æternæ, ſed etiam temporalis, verum ita ſemper, vel ordinarie fieri.

Concluſio ſic explicata probatur primò pluribus veteris Teſtamenti authoritatibus, & locis, vbi legimus quoſdam poſt obtentam remiſſionem culpæ, atque adeo poſt reconciliationem cum Deo factam, fuiſſe diuinitus, ob quædam genera peccatorum temporali pęna punitos, non tantum cauſa cuiuſdam cautelæ, & medicinæ, vt ſcilicet ea ratione haberent pij, ac iuſti homines, vnde patientiam, & reliquas virtutes exercerent, vt volunt Sectarij, ſed etiam reuera in vindictam peccatorum, quæ eſſent iam remiſſa, & condonata.

Primum exemplum habetur Geneſ. 3. vbi ipſi Adamo, de quo dubium nõ eſt, quin aliquando tandem reconciliatus fuerit per gratiam cum Deo ex Sapient. 10. propter illius tamen peccatum comminatus eſt ita Deus: *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo &c.* quam pęnam maledictionis, poſt obtentam etiam remiſſionem culpæ, & conſequenter poſt recõciliationem cum Deo factam pertulit. Item Exodi 32. poſtquam Deus populo Iſraelitico, tum propter eius pœnitentiam, tum propter Moyſis interceſſionem, peccatum idololatriæ miſericorditer remiſiſſet, nihilominus ait: *Ego autem in die vltionis viſitabo, & hoc peccatum eorum.* Item lib. 2. Regum cap. 12. Deus ad contritionem Dauidis de ſuo peccato adulterij cum Berſabe, & homicidij viri eiuſdem, ſtatim rei remiſit totam culpam iſtius

peccati, vt habetur ex Sacro Te
Dixit, inquit, *Dauid ad Natham,*
caui Domino, dixitque Nathan ad
uid, Dominus quoque tranſtulit pec
tuum, non morieris; & ita hun
cum interpretantur Sancti Patres
ſertim Ambroſius ſua priore A
gia Dauid cap. 2. & Auguſtinus li
contra Fauſtum cap. 67. Nihilon
tamen ibidem legitur, culpa ian
miſſa, temporaliter punitum fu
morte filij, non ſolum in admon
nem cauendi de cætero, ſed etia
quamdam commiſſi antea ſceleris
dictam, condonata licet æterna p
vt Diuus Auguſtinus loco ſtatim
to præclarè oſtendit, ſcripturaqu
ſa; ibi enim Nathan ad declaratio
remiſſionis culpæ Dauidi à Deo f
cauſam referens mortis filij eius,
ait, vt caueas in futurum, ſed *quo*
blaſphemare feciſti inimicos Domini
pter verbum hoc, id eſt occaſione h
tui adulterij, & homicidij, *filius*
natus eſt tibi, morte morietur, ſcilice
pænam, & vindictam peccati. Ita e
poſt Auguſtinum explicat hunc
D. Gregorius lib. 9. Moral. cap.
Sic Dauid, inquit, *audire poſt conſe*
nem meruit, Dominus tranſtulit pe
tum tuum, & tamen multis poſt cruc
bus afflictus, ac fugiens reatum cu
quam perpetrauerat, exoluit. Den
lib. 1. Reg. cap. 24. eidem Dauidi
pænitenti de peccato ambitionis c
numerationem populi admiſſo, da
illi optio, vt eligat in pænam pec
bellum, peſtem, aut famem. Ex c
bus, & alijs ſimilibus exemplis
patet veritas noſtræ concluſionis.
enim non ſemper poſt peccatum
miſſum, ordinarie, & communiter
litus ſit, aut ſoleat Deus infligere p
nas temporales ijs, qui peccauerun
tamen ex illis extraordinarijs iam a
tis punitionibus rectè concluditur, a
quam temporalem pęnam, ex certa,
ordinaria Dei lege omnibus eſſe co
ſtitutam, ad cuius redemptioné eiu
modi temporales pænæ infligi in h
vita poſſint.

Quia

...m aduerſarij poſſent cre-
...pondere ad tam illuſtria
...amenti exempla, aliam
...ionem eſſe temporis noui
... ſeu gratiæ, quibus homi-
... cumulatiſſimè per Chri-
...pti: Secundò probandum
...ſdem noui Teſtamenti au-
...homines etiam nunc, poſt
...lpam, pænæ adhuc tem-
...cere. Sic enim apud San-
...um, & Lucam cap. 3. San-
... Baptiſta concione ad tur-
... vult illas non tantum age-
...iam de ſuis peccatis, ſed
... *fructus pænitentiæ*, non
... indifferenter, ſed *dignos*
... hac loquendi formula cla-
...as pænitentiam ſeu con-
... peccatis commiſſis, à bo-
..., ex illa exercitis, ſuppo-
...ſequenter aliquid pœnæ
...oſt culpam remiſſam re-
...uius relaxationem à Deo
... bona opera, quæ ab eo
...ructus digni pænitentię, ha-
...rtionem in ratione alicu-
...ionis: vt rectè expendit
...orius homil. 30. in Euan-
...Diuus Paulus 1. Corinth.
...ultos eorum, qui indignè
...ant Sacramento corporis
...pænam peccati morte pu-
... cum ait: *Ideo inter vos
...illes, & dormiunt multi:*
... ante mortem dimiſſo iam
... conciliatos Deo fuiſſe,
...olus monet cum addit, *à
...ipimur, ne cum hoc mun-*
...; deinde quando ait. *Si
...emus, non vtique indica-*
...s horum verborum eſt ex
... concione 3. de Lazaro,
...s pro noſtris peccatis pu-
...er voluntariam nimirum
..., ſeu ſatisfactionem præ-
...eum, ab eo propter peccata
...lio ſeculo nō puniremur.
...m in Scriptura interdum
...m, vbi peccata remittit,

amplius eorum recordari nolle, aliudque ſimile, debet intelligi de recordatione, qua is velit talia peccata punire, aut mulctare damnatione æterna. In quam etiam ſententiam ſcripſit Apoſtolus Rom. 8. nihil eſſe damnationis ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu.

Quod adhuc poteſt intelligi, de remiſſionibus à Deo factis, concurrentibus etiam ex parte pęnitentis tam perfectis pænitentiæ, & charitatis actibus, vt etiam dimittatur omnis prorſus reatus pęnæ. Quod autem alia quadam ratione Deus peccatorum quoad culpam præcisè remiſſorum recordetur, mulctando videlicet illa pænis temporalibus, quia non ſemper pæna peccatis debita ſatis exoluitur ipſis actibus humanis, qui in iuſtificatione concurrunt, patet ex alijs iam allatis Scripturæ teſtimonijs.

Tertiò eadem veritas probatur authoritate verbi traditi in Sanctis Patribus contenti, quorum tęſtimonia non refero, quia videri facile poſſunt apud Doctores, prę ſertim apud Coccium tom. 2. Theſauri Catholici lib. 7. art. 4. nec illa negant aduerſarij; imo Caluinus lib. 3. inſtitut. cap. 4. ſect. 38. libenter agnoſcit Patres, ſeu vt illos vocat *veteres omnes*, quorum libri hac de re extant, ſtare à partibus noſtræ propoſitionis, quos propterea ait in hac parte *eſſe lapſos, aut nimis aſpere, ac durè eſſe loquutos*.

Merito igitur Sacrum Concilium Tridentinum eos hac via indulgentiarum valorem, operum omnium ſatiſfactoriorum neceſſitatem, ac denique Purgatorij veritatem eludere putantes condemnauit ſeſſ. 6. cap. 14. dicens ſatisfactionem, quæ eſt pars pænitentiæ, eſſe pro pæna temporali, *quæ*, inquit, *vt Sacræ Scripturæ docent, non ſemper tota remittitur*; item ſeſſ. 14. cap. 8. in his verbis: *Sancta Synodus declarat falſum omnino eſſe, & à verbo Dei alienum, culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuerſa pæna condonetur*: quod idem definit ſub anathe-

anathemate can. 12. *Si quis dixerit totam pænam ſimul cum culpa remitti ſemper à Deo, ſatisfactionemque pænitentium non eſſe aliam, quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis ſatisfeciſſe anathema ſit.*

Quartò temporalem adhuc pænam poſt remiſſum peccatum plerumque ſupereſſe exoluendam probatur ex antiquo vſu Eccleſię in imponendis tot grauiſſimis pænis publicè, ac ſolemniter pænitentibus, vt ſuperiori capite attigimus. Hoc enim non tantum externæ eiuſdem diſciplinæ cauſa, aut in veræ pænitentiæ internæ quoddam teſtimonium vſurpatum eſt, ſed etiam vt ipſi Deo illata iniuria aliquo modo compenſaretur, & publicis illis ſatisfactionibus maximam præ ſe difficultatem ferentibus redimeretur pœna peccatis debita adhuc reſidua, vt teſtantur, & docent omnes Patres.

Quintò probatur varijs rationibus, ſeu congruentijs, cum enim Deus abſolutè potuiſſet per quemcumque actum contritionis, & dilectionis Dei ſuper omnia remittere omnem reatum pænæ, & culpæ, aut per actum attritionis cum Sacramento Pęnitentiæ, intuitu abundantiſſimæ, ac ſufficientiſſimæ redemptionis Chriſti Domini, abſque vlla alia ex parte noſtri ſatisfactione neceſſario requiſita, vt patet in baptiſmo fructuoſè per adultum recepto; non deſunt tamen plures congruentes rationes, quibus ſuppoſita ſemel Dei voluntate, ac lege de non acceptanda Chriſti ſatisfactione pro toto debito offenſæ, id eſt quo ad pænam etiam temporalem, ſine vllo prorſus reſpectu ad ſatisfactionem à nobis offerendam ex meritis, ac gratia ipſius Chriſti, quæ lex fuit nobis per diuinarum Scripturarum, traditionis, Conciliorum, & Patrum oracula promulgata, non deſunt, inquam, plures congruentiæ probantes ita fuiſſe vndequaque conueniens, maximeque decens.

Prima eſt, quoniam miſericordia Dei ita ſuperexaltat iudicium, [...] men iuſtitiæ eius præiudicare no[...] beat, nec enim ſolũ Deus miſer[...] ſed etiam iuſtus, nec ſola miſe[...] dia, ſed etiam iuſtitia eſt inter[...] ac eſſentiale Dei attributum, dic[...] Scriptura, *Vniuerſæ viæ Domini* [...]*ricordia & veritas*; *Miſericordia* [...] *iudicium cantabo tibi Domine*: *I*[...] *& Pax oſculatæ ſunt*. Quemadm[...] ergo diuina miſericordia elucet [...] miſſione peccati mortalis, quo a[...] nam æternam damni, & ſenſus p[...] fuſionem gratiæ ſanctificantis, [...] erant pęnę debitæ peccato morta[...] eſt offenſa infinita contra Deum, [...] ſioque à bono incommutabili: it[...] diuinæ iuſtitiæ locus ſupereſſe d[...] in hoc, quod homo ſatisfacere[...] aliquo reatu pęnæ temporalis [...] quentis ad peccatum mortale, in [...] tum eſt inordinata quædam conu[...] ad bonum commutabile, iuſtu[...] enim, vt qui voluntati ſuæ plus i[...] ſit, quam debuit, contra volun[...] ſuam aliquid patiatur, & qui a[...] eſt creaturis, per creaturas puni[...] iuxta illud Deuter. 25. *Pro menſ*[...] *enim delicti, & plagarum modus* [...] & Apocalip. 18. *Quantum glorifi*[...] *ſe, & in delicijs fuit, tantum da*[...] *tormentum & luctum*.

Secunda ratio eſt, vt membra C[...] ſti myſtica iam per baptiſmum [...] coniuncta, & vnita conformar[...] cum capite ſuo: dum autem cond[...] ta iam culpa patimur pro aliquo [...] pænæ temporalis reſiduæ, Chriſt[...] ſu, qui pro peccatis noſtris ſatisf[...] & ex quo adhuc omnis noſtra in [...] faciendo ſufficientia eſt, conforme[...] ficimur, certiſſimam quoque ar[...] inde habentes, quod ſi compatim[...] & conglorificabimur.

Tertia ratio eſt propria ipſius p[...] nitentis vtilitas, cui dum aliquid [...] pereſt ſatisfaciendum, faciliùs prop[...] ſatisfactionibus tollit reliquias pe[...] torum, & illis medetur: ſunt au[...] iſtæ reliquiæ procliuitas, & inclin[...] ad malum

, difficultas ad bonum: t in peccato duo ſunt, auer- & conuerſio ad creaturas, icem Deus à nobis ſatisfa- igit: vnam quę ſit ipſamet ac deteſtatio offenſæ Dei m ſumme dilectum, hæc itur auerſioni à Deo, eſt- diſpoſitio ad receptionem uſtificatio fit extra Sacra- ut etiam attritio cum Sa- uam ſuperiori capite ſatis eſſe ſufficientem diſpoſi- iuſdem gratiæ receptionē; ę conſiſtat in tolerandis flictionibus ad redimenda u melius reatum peccati , vt non ſolum homo pri- tatibus illicitis, ſed etiam lias prohibitæ non eſſent, uctus dignos pœnitentię. em attritio, quam ſupe- explicuimus, quamque cientem eſſe vnà cum Sa- ſpoſitionem ad impetran- , ſufficienter quoque in- em opponatur auerſioni dendo voluntatem actua- ndendi, aut amplius pec- t ex ibidem dictis. Etſi ex ſe talem voluntatem , quam habitualem effi- xcludat, ſicuti actus con- ritate perfectus, propte- oſſit eſſe vltima diſpoſi- am cum illa neceſſario nde rectè ait Diuus Tho- uum Auguſtinum 2. 2. t. 9. timorem ſeruilem, io fundatur poſſe habe- oluntatem peccandi, ſci- liter, non autem actuali- r ſeruilis bonus, de quo mque Concilium appel- ci, & impulſum Spiritus ita vocari non poſſet, ſi eſſet, aut cum actuali luntate coniungeretur; ſufficienter excludit, vt iecto illam habente non

reperiri obicem gratiæ per Sacramentum Pęnitentiæ cauſandæ, quod eo ipſo quod eſt Sacramentum mortuorum non requirit ſubiectum in gratia, aut viuens iam per illam, quale eſt habens neceſſario perfectum contritionis actum, ex dilectione Dei ſuper omnia formaliter, ſed mortuum per peccatum, illius tamen remiſſioni nullum ponens obicem per actualem peccandi voluntatem, quam ab attritione excludi clarè docet Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 4. vbi de illa loquens ait, *Si voluntatem peccandi excludat, cum ſpe veniæ*, pænitentem extra Sacramentum, ea ſibi parare viam ad Iuſtitiam, in Sacramento autem diſponere ad impetrandam gratiam. Quod enim aliqui dicunt Concilium ibi adiunxiſſe illas particulas, *ſi voluntatem peccandi excludat*, vt ſignificaret ſe loqui de conſideratione turpitudinis peccati; quę ſit ex fide, per dilectionem operante, mera videtur eſſe imaginatio, contra apertam Concilij mentem, ibi expreſsè diſtinguentis attritionem, quam vocat contritionem imperfectam, & de qua dicit, *ſi voluntatem peccandi excludat*, parare viam extra Sacramentum ad iuſtitiam, in illo autem diſponere ad gratiam, à contritione charitate perfecta, hominem Deo reconciliante priuſquam Sacramentum Pænitentiæ actu ſuſcipiatur, à qua tamen minimè illa attritio diſtingueretur, ſi etiam procederet ex fide per dilectionem operante, vt ſatis patet. Illa igitur conditionalis appoſita fuit à Sacro Concilio addita, quia vt notauimus ſupra cum vna ſit ſpecie contritio charitate perfecta, plura tamen ſunt attritionis genera, alia enim poteſt eſſe naturalis, alia ſupernaturalis, alia excludens voluntatem peccandi, alia non, vt quæ procedit ex timore ſeruiliter ſeruili, & ſic de alijs; Concilium excludere voluit à ratione diſpoſitionis remotæ vel proximæ attritionem naturalem, aut actu peccandi voluntatem non excludentem, eam-

que ſolum admittere, quæ illam excludat, quæque ſit cum ſpe Chriſtiana veniæ, atque adeo ſupernaturalis, vt explicuimus ſupra.

Quod enim inſuper aduerſarij dicunt timorem ſeruilem eſſe naturalẽ, atque adeo attritionem in timore ſeruili fundatam eſſe etiam naturalem; cum Diuus Thomas in 3. diſt. 34. ar. 2. quæſtiunc. 2. ad 2. id videatur aſſerere, ibi enim propoſito argumento, *Omnis actus virtutis ex aliquo amore procedit: ſed actus timoris ſeruilis non procedit ex amore charitatis: ergo procedit ex amore libidinoſo: ergo eſt malus*; reſpondens ait: *quod actus timoris ſeruilis quando bonus eſt, non eſt ex amore gratuito, neque ex amore libidinoſo; ſed ex amore naturali, quo quis vult conſiſtentiam, & bene eſſe ſui ſubiecti; & ideo horret omnem pœnam, ſiue quam experientia docet, ſicut in timore naturali, ſiue quam fides demonſtrat ſicut in ſeruili*. Reſpondetur hoc falſum eſſe de omni timore ſeruili, nec id aſſerit Diuus Thomas, imo contrarium, diſtinguens expreſsè timorem ſeruilem conceptum ex horrore pœnæ, quam fides demonſtrat, quique proinde elicitur ex motiuo ſupernaturali, à timore naturali proueniente ex horrore pœnæ, quam experientia docet, & conſequenter ex motiuo pure naturali; quare idem Diuus Thomas loco citato 2. 2. quęſt. 19. art. 9. docet timorem ſeruilem eſſe à Spiritu Sancto, licet nõ ſit numerandus inter ſeptem dona Spiritus Sancto, ſed ſolus timor filialis, ſiue caſtus; quia timor ſeruilis cũ ſine charitate eſſe poſſit, propterea annexam habere poteſt voluntatem peccandi habitualem, ex actuali peccato relictam, ſecus autem filialis, qui eo ipſo quod eſt vnum ex ſeptem donis Spiritus Sancti, quæ ſine charitate habituali non habentur, excludat neceſſe eſt omnem prorſus peccandi voluntatem. Quod Sacrum Concilium Tridentinum clarè ſignificauit loco citato dicens: *Illam contritionem imper-*

fectam, quæ attritio dicitur, qu
ex turpitudinis peccati conſide
vel ex gehennæ, & pœnarum n
cipitur, ſi voluntatem peccandi
cum ſpe veniæ &c. verum do
eſſe, & Spiritus Sancti impul
adhuc quidem inhabitantis, ſc
gratiam aut charitatem ſanc
ſed tantum mouentis per actu
lia, *quo pœnitens adiutus viam*
iuſtitiam parat. Et quamuis ſi
mento Pœnitentię per ſe ad i
nem perducere peccatorem
quod paulo ante dixerat poſ
tionem charitate perfectam
eum ad Dei gratiam in Sacram
nitentiæ recipiendam diſponit

Vltima demum ratio fun
grauitate peccatorum poſt b
commiſſorum, cum enim p
quodlibet qualecumque, &
cumque ſit, ſemper remitta
culpam ad quamlibet veram
tionem charitate perfectam
cramentum Pęnitentiæ, in ill
debitam attritionem, plerac
peccata ſint inæqualis mal
alijs maiora, vt igitur illorum
fiat conſentanee ad æquitate
ſtitiam Dei, quæ reddit v
ſecundum opera ſua, conue
vt qui cum minori dolore d
catis admodum grauibus r
tur Deo, ſiue extra, ſiue int
mentum, hęreſque vitæ æter
uo conſtituitur, ſic accipiat
nem pœnæ æternæ ſuis pecc
talibus debitę, vt tamen in
compenſationem aliquot eti
temporales illi exoluendæ
Aliterque conſequenter in g
cipiatur, qui ante baptiſ
ignorantiam deliquit; alite
ſemel à peccati iugo, ac ſerui
ratus, acceptoque Spiritus S
no, voluntarijs, & iteratis p
tionibus, templum Dei, qu
nos violare non formidauit.
baptiſmo ita omnis omnino
cum culpa remitti debuit,

s actualia prçter originale pec-
abentibus, ex diſpoſitione diui-
rouidentiæ, quia in baptiſmo,
tis omnino commorimur,& qua-
ſepelimur cum Chriſto Rom. 8.
nen conſtituerit Deus peccata
aptiſmum iterato commiſſa, &
eni tentiam remiſſa, pęna aliqua
orali eſſe ordinariè punienda, ne
illis abſque vlla ſatisfactione
is, occaſione inde accepta, faci-
noua laberemur.
intò probatur noſtra concluſio
iuè, hoc eſt ſoluendo præcipua
ſariorum obiecta dicentium pri-
illa ſequi copioſiſſimam non
, & cumulatiſſimam Chriſti Do-
edemptionem; ſecundo minus
obis profuiſſe, quam peccatum
ocuerit, contra illud Apoſtoli
5. *Non ſicut delictum, ita & do-
ſi enim vnius delicto multi mortui
multo magis gratia Dei, & do-
in gratia vnius hominis Ieſu
i in plures abundauit*; ſed ex ve-
noſtræ concluſionis neutrum ſe-
: non eſt igitur cur ſectarij ra-
iliter illam negent.
rimò non fuiſſe propterea non
iſſimam Chriſti redemptionem
, tum ex eo quod ipſamet bona
ſatisfactoria, quibus ab adultis
pænæ temporalis poſt amicitiā
eo recuperatam adhuc debitæ
itur, ſint effectus redemptionis
i, gratiæque per illam obtentæ,
latæ: tum quia ſufficit ad infini-
ſatisfactionis Chriſti, quod
m eſt de ſe ſit in adultis poſt
um mortale pænitentibus re-
omnis pænæ, ſicuti re vera
ando applicatur per Sacramen-
aptiſmi. Cæterum ſuppoſito
quod ipſi Chriſto ex voluntate
ui Aeterni Patris, congruum
fuerit, ob rationes ſtatim addu-
on ſolum ſuam, ſed etiam no-
ſimul offerre ſatisfactionem
vt etiam ex vi ſatisfactionis no-
ebitum illud, quo ad pœnam

duntaxat temporalem ſpectat, ſolue-
retur, nulla ratione dicenda eſt pro-
pterea inſufficiens Chriſti Domini re-
demptio, aut ſatisfactio, nec iniuſtus
Deus, quod noſtram adhuc exigat.
Quemadmodum etſi vnica ſanguinis
Chriſti guttula abundantiſſimè ad
omne peccati debitum perſoluendum
potuiſſet ſufficere, nulla tamen fuit
iniuſtitia aliquid amplius pro eiuſmo-
di debito accipere ab ipſo Chriſto
Domino; nempè totum etiam ipſius
ſanguinem in paſſione, ac morte effu-
ſum, vt maior ipſius erga homines
amor, & dilectio appareret.

Secundò ſtante noſtrç concluſionis
veritate, gratia quoque Chriſti, vt de-
bitè applicata ſubiecto, ſemper eſt po-
tentior peccato Adæ, pluſque Chri-
ſtus nobis profuit, quam Adam no-
cuit; hoc enim vnicum, quod Adam
tanquam noſtrum caput commiſit pec-
catum, inficit poſteros, alia verò eius,
vt priuatæ perſonę peccata, minimè:
At gratia Chriſti debitè applicata non
tantum prius illud peccatum remittit,
ſed quęcunque alia; ſicque *delicto ſu-
perabundauit gratia*, ex Diuo Thoma
3. p. q. 89. art. 2. ad 2. Et cum pecca-
tum illud Adę ſui communicatione
inducat ſolum pænam damni, & non
ſenſus, gratia autem Chriſti Domini
alicui communicata, præter ius ad vi-
tam æternam, quod ei confert, remit-
tat ei & pænæ ſenſus æternitatem, li-
cet in eo relinquat aliquod pænę tem-
poralis adhuc luendæ debitum, rema-
net ſemper peccato Adæ potentior, &
ſuperabundans omni, & cuicunque
delicto, ſiue quo ad numerum, ſiue
quo ad veritatem, ſiue quo ad vtrum-
que ſimul.

Ex quibus omnibus ſatis, vt puto,
conſtat veritas noſtræ concluſionis,
ſeu per pænitentiam non ſemper re-
mitti omnem reatum pænæ tempora-
lis, in quo aduerſus Sectarios conue-
niunt omnes Orthodoxi, quamuis in-
ter illos nonnulla ſit controuerſia;
primò quænam, & qualis ſit illa tem-

poralis pæna, & vbinam exoluenda, quæ luenda relinquitur pænitenti poſt culpæ remiſſionem; Secundò vtrum ille pœnę temporalis reatus remaneat ex ſola Dei voluntate, an verò ex natura ipſius iuſtificationis per infuſionem gratiæ habitualis.

Circa primum certior videtur ſententia, quę ait, pęnam hanc temporalem, quæ remanet exoluenda peccatori pœnitenti, poſt obtentam iam culpæ condonationem, eſſe illammet pęnam ſenſus, quam in inferno pati debuiſſet, ſi impęnitens remanſiſſet, remota ſolum æternitatis duratione. Ita vt primario quidem, & per ſe deberet ſecundum prouidentiæ diuinæ legem poſt hanc vitam perſolui, nempe in Purgatorio, vbi nimirum pænæ non differunt à pœna ſenſus inferni, niſi ſecundum durationem, eo quod illa inferni eſt æterna, in illo enim nulla eſt redemptio, pœnæ autem in Purgatorio ſint temporales. Vnde iuxta hanc ſententiam, modus ille loquendi communis, quo dicitur per pœnitentiam fieri commutationem pęnę æternæ in temporalem, non videtur proprius, & exactus; ſi quidem non fit vera commutatio pœnę in pænam, ſed eadem pæna ſenſus remanet exoluenda, ſeparata ſolùm ab ea æternitatis, nec non loci circumſtantia.

Quanta autem ſit pœna illa temporalis poſt culpam remiſſam relicta, & à pænitente luenda, non poteſt certo definiri; tantùm certum eſt inter Catholicos ſic eſſe ex certa, & ordinaria Dei lege conſtitutam multis poſt hanc vitam luendam in Purgatorio pœnam temporalem aliquam, vt tamen redimi poſſit indulgentiarum conceſſionibus, ieiunijs, eleemoſynis, alijſque pijs, ac laborioſis operibus huius vitæ.

Circa ſecundum autem duæ ſunt ſententiæ prima affirmans reatum pænę temporalis poſt remiſſam culpam remanere ex ſola Dei voluntate; ſecunda verò ex ipſa iuſtificationis natura. Quæ duæ ſententiæ facile poſſunt conciliari, ſi dicatur prior vera intellecta de iuſtificatione præciſè, & ſecundum ſe conſiderata, nam iuſtificatio abſtrahit ab vtroque, etenim poteſt fieri ſine vllo reatu pænæ temporalis, remanente etiam in iuſtificato cum minima diſpoſitione, ſufficienti tamen, vt patet in Baptiſmo fructuosè recepto per adultum, cum ſola attritione ſupernaturali remittente ei omnia prorſus peccata tam quoad reatum pœnæ, quam culpæ. Poteſt item iuſtificatio fieri etiam in adulto, perfectiori modo, nimirum cum vera contritione de ſuis peccatis diſpoſito, tali nihilominus reatu pęnæ temporalis in eo remanente, ſicque non habet ex propria formali ſuà ratione ſumpta præciſè, quod relinquat in iuſtificato reatum pęnæ alicuius temporalis.

Poſterior verò ſententia eſt vera intellecta de eo, quod ſecundum legem Dei ordinariam exigit natura ipſius iuſtificationis per infuſionem gratiæ habitualis, ob rationes, & congruentias ſuperius allatas.

Secunda concluſio. Datur in Eccleſia Chriſti authoritas concedendi indulgentias. Iſta concluſio eſt de fide contra Lutherum, & Caluinum ſecutos Vvaldenſes, tum Vvicleſum, & Huſſitas, negantes præfatam authoritatem; quam ſic probo.

Chriſtus Dominus contulit Eccleſiæ poteſtatem conferendi indulgentias, ſi dedit eidem Eccleſię facultatem remittendi ex diſpenſatione theſauri Eccleſiaſtici reatum pænę temporalis peccatis iam quo ad culpam condonatis diuino adhuc iudicio debitæ; ſed Chriſtus cæleſtis ſponſus Eccleſiam ſponſam tali inter alias poteſtate dotauit ad maiorem eius decorem, fideliumque vtilitatem: ergò conceſſit illi authoritatem concedendi indulgentias. Maior huius argumenti eſt certa, cum Catholici per poteſtatem concedendi indulgentias, nihil aliud intelligant, quam facultatem

hriſto Eccleſiæ communica-
ittendí pænam temporalem
xplicato. Minor ergo pro-

authoritate Scripturæ Matt.
dabo claues Regni Cælorum, &
ue ligaueris ſuper terram erit
r in cælis, & quodcumque ſol-
r terram, erit ſolutum, & in
em Matth. 18. & Ioannis 20.
emiſeritis peccata remittuntur
n enim præfata Chriſti verba
ralia, quæ nihil penitus exci-
bent intelligi de ſolutione,
ne cuiuſcũnque vinculi, aut
enti actualem fidelibus beati-
retardantis, atque adeo ne-
remiſſione peccatorum quo
n, verùm etiam quo ad pœ-
raque enim re vera impedit
cęleſtis gloriæ conſecutio-
culpa ſatis conſtat, nihil
quinatum introibit in illam:
tiam dicitur Matth. 5. *Non*
c reddas nouiſſimum quadrã-
non ſolum de abſolutione
in Sacramentis, verum etiã
Siquidem Chriſtus ita ge-
ccleſiæ tribuens facultatem
i peccata, id omni modo, &
ibuit quibus & Eccleſię eſ-
deceret quoque bonitatem
eiuſque gloriam expediret,
ſt omnis Eccleſiaſtici mini-
vnus quidam modus ſic re-
eccata eſt, vt poſſint iam
quo ad culpam, etiam ex-
entum remitti quo ad pæ-
oralem reſiduam, beneficio
num Chriſti, & Sanctorum
ommunis Eccleſię theſauri:
madmodum in Eccleſia da-
itas abſoluẽdi homines pec-
è diſpoſitos à culpis qui-
applicando illis per Sacra-
aptiſmi, vel Pœnitentiæ
rita, ita quoque datur au-
ſdem abſoluendi extra Sa-
à pænis temporalibus, ſi
iduæ, applicando illis Chri-
ſti, & Sanctorum ſatisfactiones, quibus infra oſtendemus conſtare theſaurum Eccleſiaſticum, nec non expiari poſſe reatum eiuſmodi pænarum.

Nec refert quod Chriſtus in prææallegatis authoritatibus nullam fecerit in ſpecie mentionem huius remiſſionis, quæ fit per indulgentiarum cõceſſionem; ad illam enim comprehendendam ſufficiebat modus ille loquẽdi generalis, & vniuerſalis Chriſti Domini. Vnde nec etiam expreſſit in ſpecie modum remittendi peccata in Sacramento, vel miniſterio Sacramenti Pænitentię, vt illa verba tam de remiſſione, & abſolutione in illo, quam extra illud commodius intelligerentur. Ratio autem, cur reatus culpæ ſoluatur in Sacramento, reatus verò pœnæ extra illud, eſt in promptu, licet enim poteſtas ſoluendi, ac remittendi locis citatis tradita ſit generalis, debent tamen omnia ſolui, pro vt exigit eorum natura. Cum ergo culpæ mortales non remittantur ſine infuſione gratię, talis autem infuſio non datur ſecundum prouidentiam Dei ordinariam miniſterio humano, niſi per Sacramenta, manifeſtè patet eas quoque non remitti ſine illis, ſecus autem reatum pænæ remanentis poſt condonatam, ac remiſſam iam culpã, quia ad id non requiritur infuſio gratiæ, ſed ea iam adepta præſupponitur, neceſſe namque eſt culpam eſſe obliteratam, antequam pæna actu relaxetur, ſtultiſſimumque eſſet petere veniam, aut indulgentiam reſpectu pœnæ, quamdiu maneret culpa, eiuſque deformitas, nec peccator eſſet reconciliatus Deo.

Secundò in hoc tollit omne dubiũ traditio perpetua Eccleſię vſu, veterumque Patrum teſtimonio confirmata; cumque iam ab Alexandro III. qui pręfuit Eccleſię circa annum Domini *1160.* vſque ad præſens tempus, indulgentiarum vſum viguiſſe ipſimet fateantur ſectarij; ſolum nobis probandum eſt illum tunc non incepiſſe, aut

rem

rem nouam in Eccleſia, vt ipſi turpiter hallucinantur, non fuiſſe. Indeque patet primò, quod Summi Pontifices, qui per hos quadringentos ab Alexandro III. annos vixere, variaſque indulgentias conceſſere, nunquam de illis tanquam de re aliqua noua; aut nouiter inſtituta locuti ſunt, ſed planè vt de antiqua, & in qua diſpenſanda ſemper habuerit Sedes Apoſtolica legitimam authoritatem, per authoritatem ſoluēdi, & ligandi ſibi à Chriſto conceſſam. Secundò, quia longè ante Alexandrum III. Pontifices antiquiores plures conceſſiſſe indulgentias clarè habetur in monimentis Eccleſiaſticis. Nam Paſchalis II. in Concilio Lateranenſi Generali, & numeroſiſſimo conceſſit indulgentiam quadraginta dierum ijs, qui ad prædictum Concilium venerant, teſte Abbate Verſpergenſi, qui tunc viuebat in Chronico ann. 1116.

Vrbanus II. circa annum Domini 1096. in Concilio Claromontano ijs, qui Crucesignati ad bellum Hieroſolymitanum proficiſcerentur aduerſus Sacarenos, Duce Gofrido Bullonenſi, conceſſit indulgentiam his verbis, *De miſericordia Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli authoritate confiſi ipſi minutas pro delictis ſuis pœnitentias relaxamus.* Vt refert S. Antoninus 2. p. Hiſt. tit. 16. cap. 1. §. 23.

Sergius III. qui ſedit circa annum Domini 844. conceſſit indulgentias trium annorum, & trium quadragenarum viſitantibus Eccleſiam S. Martini in Montibus in die feſto eiuſdem Eccleſiæ, vt antiquiſſimus lapis marmoreus in altari maximo eiuſdem Eccleſiæ inſcriptum habet.

Sed aſcendamus adhuc ſuperius; Leo III. qui præfuit Eccleſiæ circa annum 803. indulgentiam cōceſſit in Eccleſia S. Mariæ Aquiſgrani, & etiam ijs fidelibus, qui celebrarent feſtum S. Suitberti, vt teſtatur S. Lugderus in epiſtola ad Riofridū Traiectēſem Epiſcopum, quæ extat apud Surium tom. 2. in initio Martij vbi ſcribit cap. 9. *Idem S. Leo Papa anno Dominicæ Incarnationis 803. cum magna ſolemnitate ſuorum Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum ad Imperatorem Carolum in Germaniam veniēs, & ab eodem Imperatore imperialiter cum ſuis ſuſceptus, inter multa pietatis ſua opera, inſtantiā eiuſdem Sereniſſimi Imperatoris, & Regis, Aquiſgrani in Palatio dedicauit Eccleſiam perpetua Virginis Mariæ, donans eamdem Baſilicam multis indulgentijs.* Et infra. *Coloniæ Agrippinæ tam ad Sanctum Martinum, quam in Capitolio Altaria conſecrauit, & multa alia Monaſteria, & Altaria, Capellas per Alemanniam, & Galliam vbique multas indulgentias conferendo.* Item, *Obtulit idem Sanctus Papa eidem Eccleſiæ ſpeciales indulgentias cunctis fidelibus celebrantibus feſtum Sancti Suitberti Epiſcopi, & ad diuina confluentibus.*

Ecce quam in multis Regnis, & Eccleſijs prædicatum eſt hoc verbum, nimirum indulgentias eſſe, quod non à nobis proceſſit. Sed aſcendamus ad ſuperiora adhuc tempora, id eſt ad ætatem Gregorij Magni ante annos nongentos.

Hic enim Summus Pontifex ſtationes Romæ inſtituit, additis etiam indulgentijs, vt & perpetua traditione conſtat, & refert Diuus Thomas in 4. diſt. 20. quæſt. 1. art. 8. Durandus ibidem q. 3. & Altiſſiodorenſis vtroque antiquior lib. 4. ſuæ ſummæ tract. 6. Onuphrius Patauinus tract. de Stationibus. Vnde licet apud Diuum Gregorium in eius operibus, quę nunc extant, fiat ſolum mentio Stationum, & Litaniarum, non autem indulgentiarum, quas ipſe ſtationibus addiderit; magni tamen momenti eſt authoritas præfatorum authorum id ex traditione teſtantium.

Sed inſuper in Regeſto eiuſdem S. Gregorij lib. 7. epiſtola ad Recaredū Sancti Martyris Hermenegildi fratrē Regem Viſigottorum, ſatis clarum haberi

videtur indulgentiæ exemplũ ſ
rmula ſit ab ea, qua nunc Pō-
oſtri vtuntur, diuerſa, quod
refert: *Clauem ergo*, inquit,
*m à Sacratiſſimo B. Petri Corpo-
us benedictione tranſmiſimus, in
ferrum de catenis eius incluſum*;
rationem, *vt quod collum eius
yrium ligauerat, veſtrum ab om-
ccatis ſoluat.* Non enim Diuus
ius eo loco intellexit remiſſio-
eccatis quo ad culpam, ſi qui-
on obtinentur, niſi in Sacra-
ntellexit igitur quo ad pœnas
diuino, peccatis iam remiſſis,
, quę quidem abſolutio nihil
d, quam indulgentia, de qua
quimur, & quam Diuus Gre-
vocat benedictionem, vetere
illo tempore vſitato.
le exemplum habetur in eodẽ
piſt. ad Secundum, nec non lib.
. ad Theotiſtum, & lib. 5. epiſt.
hildebertum Regem Francorũ.
xemplum B. Gregorij de mit-
ndulgentijs, non ſolum imita-
etiam quodammodo interpre-
ſt poſtea Gregorius VII. ita
Alphonſo Regi Hiſpaniarum
Regeſti: *Ex more Sanctorum
vobis clauiculam auream, in
atenis B. Petri benedictio conti-
ut omnipotens Deus, qui illum
ili potentia nexibus ferreis libe-
ius meritis, & interceſſionibus
omnibus peccatorum veſtrorum
abſoluat, & ad gaudia perducat*
Eſt autem obſeruandum in
o vtriuſque Gregorij, eos mi-
uem paruulam, quæ erat ſi-
indulgentiæ per poteſtatem
conceſſæ, in qua poteſtate
runt B. Petro Romani Pontifi-
am nunc alijs verbis ſignificant
s, authoritate Petri &c. & mit-
non clauem, ſed litteras, quas
Bullas, quibus videmus claues
s, aut depictas tanquam perpe-
dem poteſtatis ſigna.
iam aſcendimus ad tempora

Gregorij Magni, quibus etiam Henriches tract. de Indulgentijs cap. 3. n. 2. refert Sanctum Iſidorum Hiſpalenſem dediſſe indulgentiam 40. dierum. Sed nec à D. Gregorio primum, aut à ſeculo eius proceſſit adhuc verbum hoc, & dogma de indulgentijs, nam de S. Syluestro, qui præfuit Eccleſię circa finẽ tertij ſeculi, & in principio quarti, Romæ in Sacello Sanctæ Crucis in Hieruſalem legitur, quod ad petitionẽ Sanctæ Helenæ: *Sacellum illud conſecrauerit, & multis Sanctorum Reliquijs ornauerit, multiplicemque peccatorum veniam viſitantibus indulſerit.*

Sed ante hoc etiam tempus indulgentiarum vſum in Eccleſia fuiſſe clarè teſtatur quod ait Cyprianus epiſt. 11. 12. 13. & 14. item ſerm. de lapſis, in gratiam Martyrum, qui carceribus detinebantur, & ab Epiſcopis hanc veniam pro pœnitentibus poſtulabant, eis factas fuiſſe remiſſiones ſecundum miſericordiam; & Cypriano adhuc antiquior Tertullianus lib. ad Martyres cap. 1. vbi hanc remiſſionem, quã nos indulgentiam, ipſe pacem appellat; & quamuis lib. de pudicitia cap. 22. iam factus hæreticus inuehatur in indulgentias, negetque quod antea citato loco lib. ad Martyres conceſſerat, poſſe videlicet ad preces ipſorum indulgeri lapſis reconciliationem, cuius rationem affert, quia non ſuperſunt Martyribus ſatisfactiones, quas cum lapſis communicare poſſint: *Sufficiat*, inquit, *Martyri propria delicta purgaſſe: Ingrati, vel ſuperbi eſt in alios quoque ſpargere, quod pro magno fuerit conſecutus:* & paulo poſt ſic Martyrem alloquitur. *Si peccator es quomodo oleũ facula tua ſufficere, & tibi, & mihi poterit?* Hæc tamen & alia ſequentia Tertulliani verba clarè oſtendunt; iam illius temporibus hanc fuiſſe conſuetudinem de qua nunc agimus, vt in gratiam Martyrum, & intuitu paſſionum ipſorum darentur pænitentibus indulgentiæ, non enim reprehendit niſi quod videbat ſuis temporibus ob-

ſeruari;

ſeruari ; nec tamen eius reprehenſio curanda eſt, ſed contemnenda potius , quia iam hæreticus erat, vnde illam ſolum attulimus , vt ex iſta hominis iam hæretici reprehenſione praxim , & vſum veteris Eccleſiæ in elargiendis indulgentijs cognoſceremus.

Præterquam dici poteſt Tertullianum abſolutè non reprehendiſſe talem vſum , ſed potius quamdam eius immoderationem ; ſicut & fecit Cyprianus epiſt. 11. vt optimè notauit ibi Pamelius , in hoc præcipuè quod aliqui Martyres darent , vel peterent pacem pro indignis,& ſcandaloſis pęnitentibus, neque enim Martyres dare poterant, cum ſępe eſſent laici , ſæpe mulieres, ſed ſolum rogare Epiſcopos pro vere pænitentibus , vt darent eis veniam, & pænas relaxarent. Quæ adhuc pænarum relaxatio , ſeu indulgentia fiebat ab Epiſcopis ad preces Martyrum , non ſolum vt Martyres honorarent , & ad conſummandum martyrium vehementius accenderent, ſed etiam quia ex traditione nouerāt , merita Martyrum poſſe communicari pænitentibus , & acceptari à Deo paſſiones eorum pro ſatisfactione,quæ lapſis pænitentibus deerat, vt colligitur ex verbis ipſius Cypriani epiſt.14. vbi ait: pęnitentes , qui libellum a Martyribus acceperint, eorum auxilio iuuari apud Dominum in delictis ſuis: nō enim dicit ſolum apud Eccleſiam , ſed apud Dominum . Vndè etiam clarè habetur , huiuſmodi remiſſiones , quæ extra Sacramentum fiebant, non ſolum fuiſſe pænarum debitarum in foro Eccleſiaſtico propter peccata notoria , & ſcandaloſa , quibus pænitentiæ publicæ imponi ſolebant, ſecundū canones pænitentiales, vt contendunt hæretici, hac ratione putantes euadere antiquum indulgentiarum in Eccleſia vſum , ſed maximè pænarum Purgatorij, vt in foro diuino, ſeu foro animæ ſubeundarum, vt omnes docēt Patres, qui de hac materia egerunt , vnanimiter aſſerentes, huiuſmodi pæ-

nas , quæ primis Eccleſiæ ſe
mittebantur , verè fuiſſe De
ctorias , earumue imminuti
ipſi adhuc erant debitæ . Qu
agnoſcentes Sectarij , eo tan
fugiunt,vt dicant Patres aut
licè ; & impropriè locutos fu
ſi propriè locuti ſint , eorun
tias non eſſe ſcripturarum re
ferendas .

At quam inanes ſint & ex
ta cauſa prouenientes huiuſ
ſponſiones nullus nō iudicab
rerum arbiter : Quo ad prim
quis vnquam credat omne
Patres in hac re ſemper fuiſſe
impropriè, præſertim cum a
nullum prorſus adducant, qu
ſè oppoſitum docuerit , nul
abſurdum , quod nos recurre
ad aliquem improprium
modum veterum Patrum .
ad ſecundam reſponſionem,
que Catholici aſſerimus Pat
tentias nullatenus eſſe ſcript
regulæ anteponendas, ſed m
tamus, Patres rectius, quam
diuinas intellexiſſe Scriptura
inter nos & ipſos aliqua de
tur controuerſia, cum nec ip
nec nos in noſtra cauſa iudi
poſſimus, recurrendum eſſe
perſonas, aut arbitros, qui ill
dicent : quibuſque meliores
poſſunt, quam Sancti , & ve
iuſcunque ſeculi Patres irref
Catholicæ veritatis Doctore
do præſertim in illa vnanimi
ueniunt , vt alias diximus . V
ipſi,ex conceſſis ab aduerſarij
tes de pænis, quarum fiebat a
ſia remiſſio ſecundum miſeric
pęnitentibus, aſſerant verè fu
Deo , eiuſque iuſtitia ſatisf
minimè audiendi ſunt ſectari
ſitum docentes, fuiſſeque co
cleſia duntaxat tales . Deind
huiuſmodi remiſſio, cuius me
faciunt Patres,reperiturque i
adhuc Concilijs,Ancyrano ca

ꝛno can. 2. Niceno can. 11.
ſi can. 60, Carthaginenſi IV.
fuit S. Auguſtinus can.75. &
latenſi II. can. 16. & alijs, fie-
ratia quadam, vnde opportu-
ierum feſtorum, qui præcipuè
ſia celebrantur, ſolita erat fie-
tiam relaxaſſet pænam iudicio
lebitam, quæ pænitentijs illis
s redimenda erat, nulla facta
n illa pænitentibus gratia, imo
llatum magnum ſpirituale de-
ım. Si quidem longe fuiſſet
us conſtitutas pęnitẽtias adim-
& ea ratione pænam ſeueriſſi-
uino iudicio debitam redime-
relaxatis, & condonatis eiuſ-
ænitentijs, manere interim
os ad ſatisfaciendum Deo,
foro. Demum ſibi contradi-
uerſarij, dum admittentes pę-
s ab Eccleſia impoſitas fuiſſe
n interdum relaxatas, negant
iſſe indulgentiarum vſum; cum
ſmodi pænitentiæ grauiſſimæ,
imæ in eum finem potiſſimum
fuiſſent placandi Deum, ſa-
ndo ei pro pœna alioquin de-
diximus in prima concluſione,
pœnitentiarum remiſſio, & re-
non potuit non eſſe vera, pro-
dicta indulgentia, de qua mo-
ius.

ſmet denique Apoſtolorum
ibus indulgentiarum vſum
quod ait Clemens Romanus
onſtitut. Apoſtolic. cap: 10.
curè teſtatur: *Sed neque Lai-
mittimus facere vllum opus Sa-
e, vt Sacrificium, aut Baptiſ-
ut manus impoſitionem, aut be-
iem magnam, & paruam*: ibi
t eruditè adnotauit Franciſcus
us Societatis Ieſu, benedictio-
gnam vocat Clemens remiſ-
peccatorum magnorum, quæ
dicuntur, & pænarum infer-
eis debentur.

am verò benedictionem ap-
emiſſionem reliquiarum pecca-
torum, id eſt pænarum, quæ debentur pro peccatis magnis prius remiſſis, & paruorum peccatorum, quæ dicuntur venialia. Item hac authoritate concedendi indulgentiam, quæ ad paruam, vt mox dictum eſt, benedictionem pertinet, vſum fuiſſe S. Paulum Apoſtolum 2. Corinth. 2. valde veriſimile eſt, remiſſa pæna temporali Corinthio illi inceſto, poſt remiſſum iam peccatum.

Catholice igitur traditionis cum hoc ſit proprium, euidenſque argumentum eam eſſe talem, quæ ita ſemper in Eccleſia viguit, obſeruataque fuit, vt non inueniatur eius origo, niſi ad prima aſcendatur Eccleſiæ tempora; ſatis patet ex dictis indulgentiarum vſum perpetuo in Eccleſia ſeruatum, cuiuſque deſignari non poteſt certus author, & locus, & tempus in quo exoriri cæpit, patet, inquam, hunc vſum inter Catholica dogmata ab Apoſtolis tradita, & ad nos tranſmiſſa computandum eſſe, ſiue Eccleſiæ poteſtatem ineſſe concedendi indulgentias.

Qua ſtante, & attenta traditione, omnes qui talem in Eccleſia poteſtatem negauerunt, pro hæreticis habiti ſunt, vt Vualdenſes, qui etiam pauperes de Lugduno appellati ſunt, Ioãnes Vviclefus ipſos ſecutus, & iſtum Huſſitæ, tum Lutherus, & Caluinus omnes vno ore blaſphemantes indulgentias eſſe impijſſimas Pontificum fraudes, & impoſturas, & contra illos pluribus in Conciliis Generalibus veritas earum declarata eſt Lateranenſi ſub Innocentio III. cap. 62. Lugdunenſi ſub Innocentio IV. lib. 6. tit. de pænit. Viennenſi, ſub Clemente V. Clementina 2. de pænit. & remiſſ. Conſtantienſi ſ. 8. ac demum Tridentino ſeſſ. 25. decreto de Indulgentijs cuius hęc ſunt verba: *Cum poteſtas conferendi indulgentias à Chriſto Eccleſię conceſſa ſit, atque huiuſmodi poteſtate, diuinitus ſibi tradita, antiquiſſimis etiam temporibus illa vſa fuerit: Sacro-*

ſancta Synodus indulgentiarum vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & Sacrorum Conciliorum authoritate probatum, in Eccleſia retinendum eſſe docet, & præcipit, eoſque anathemate damnat, qui aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas cõcedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant. Tum in his concedendis moderationem adhiberi cupit, præcipitque omnes prorſus abuſus caueri.

conſenſu, tam Eccleſiæ Orientalis, quam Occidentalis. Etſi enim Græci in aliquibus ceremonijs ad eius adminiſtrationem ſpectantibus à Latinis differant, vt dicemus in ſequentibus, ea tamen ab illis pro verò nouæ legis Sacramento habetur, cum ſacra myſteria, ſeu ſacramenta, tot ſint numero apud illos, quot apud Latinos, nimirum ſeptem, ex quibus vnum eſt Extrema Vnctio. Sic poſteriores Græci, multis tamen ab hinc annis ad noſtra tempora, hunc numerum traditione à maioribus accepta, in eorumque Eccleſia conſtanter ſeruata, hunc numerum docent, atque teſtantur. Emmanuel Calecas in libro, quem inſcripſit *de fide, & principijs Catholicę fidei &c.* cap. 6. Simeon Archiepiſcopus Theſſalonicenſis in libro de ſeptem Sacramentis; Gregorius Protoſyncellus, qui in Concilio Florentino locum tenuit Patriarchæ Alexandrini, & tandem poſtea creatus fuit Conſtantinopolitanus Patriarcha in Apologia aduerſus Marcum Epheſinum, vbi expreſſam numeri ſeptenarii Sacramentorum nouæ legis mentionem faciens, ait: *Verum etiam Latini baptizatos vngunt vnguento, atque vt nos vnum ex ſeptem Sacramentis Eccleſiæ ritum vnguenti aſſerunt*. Vnde apparet, quam mendaciter Martinus Kemnitius in 2. part. examinis Concilij Tridentini dixerit, ſeptenarium numerum Sacramentorum apud Græcos tentatum, Armenis verò obtruſum fuiſſe, cum etiam extet antiquum eorum Euchologium, continens ritus eorumdem Eccleſiaſticos, atque inter cœtera ſigillatim tradens, qua ratione adminiſtranda ſint à Parochis Eccleſiæ ſacramenta; nec à Kemnitio, vlloue alio aſſignari poſſit tempus, quando vel alias antea, vel poſtea in Concilio Florentino Latini perſuadere Græcis conati ſunt, aut potuerunt, vt ſeptenarium numerum ſacramentorum acceptarent; ſi quidem nunquã eiuſmodi controuerſia inter Gręcos,

cos,& Latinos extitit, ſeu agitata fuit; ſed potius vt ait præfatus Gregorius ambo illum vnanimiter tenuerunt. Proptereaque Hieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus in ſua cenſura aduerſus Auguſtanam confeſſionem lib. 1. cap. 7. maiorum in hac parte traditioni inhærens expreſsè eundem numerum aſſerit, & in illo Extremam Vnctionem reponit.

Igitur cum id quod vniuerſa tenet Eccleſia, ita vt nec poſſit notari locus, tempus, vbi & quando inſtitutum fuerit, nec per quas perſonas, nec quomodo omnes, & ſingulas particulares Eccleſias inuaſerit, nõniſi Apoſtolica authoritate traditũ rectiſſimè credatur; ad eam quoq; referẽda eſt veritas noſtræ concluſionis, ſcilicet Extremam Vnctionem eſſe Sacramentum nouæ legis propriè dictum, & à Chriſto Domino inſtitutum; cum eius per vniuerſam Eccleſiam vſus, à ſectarijs notari non poſſit, vbi & quando ſuum habuit principium, nec ſub quo Pontifice, nec per quas perſonas, nec quomodo ad omnes, & ſingulas Eccleſias particulares peruenerit; quod enim dicunt Concilium Cabilonenſe primum omnium illius meminiſſe, potius eſt contra, quam pro ipſis, ſi quidem facit mentionem eius, non tanquam rei nouæ, aut nouiter inſtitutæ, ſed antiquiſſimę, dum ait cap. 48. *decreta Patrum conſonare documento Sancti Iacobi.*

Secunda concluſio. Chriſtus Dominus inſtituit Sacramentum Extremæ Vnctionis, poſt ſuam reſurrectionem. Cum certum ſit apud omnes Catholicos hoc Sacramentum fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutum, dubitatur tamen inter illos, quando ab eo facta fuerit eius inſtitutio, ſicut licet ſit certum, etiam apud Sectarios, Baptiſmum eſſe verum nouę legis Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, neſcitur tamen præcisè vbi, & quando id contigerit: Igitur, aſſerentibus aliquibus Doctoribus, Chriſtum inſtituiſſe Sacramentum Extremæ Vnctionis Mar-

ci 6. quando Apoſtolos ad
dum miſit cum poteſtate ſa
firmos per ſacram Olei vn
alijs autem in nocte cœnæ
ordinauit Apoſtolos in Sa
qui ſoli ſunt huius Sacrame
ſtri; nos multò probabilius
mus id non contigiſſe ante,
Chriſti reſurrectionem; cum
cramentum Extremæ Vncti
ponat in miniſtro poteſtate
tendi peccata, quam Chri
contulit Apoſtolis, niſi poſt
ſurrectionem, quando nem
xit Ioann. 20. *Accipite Spir*
ctum, quorum remiſeritis pecc
tuntur eis; & inſuper, vt a
tinum ſeſſ. 14. de Extrema
pœnitentiæ conſummatiu
matum ſit à Patribus, eiuſq
ſupponat effectum Sacrame
tentiæ, conueniens non fuit
te iſtud inſtitueretur; atque
babilius videtur, vna cum
to Pænitentiæ, aut conſec
illud, Sacramentum Extren
nis fuiſſe à Chriſto inſtitutu
ſtolis reuelatum, quando A
præbuit ſeipſum viuum poſt
ſuam in multis argumentis, p
draginta apparens eis, & loq
gno Dei: Vt enim ait S. Le
de Aſcenſ. Dom. poſt init
dies, qui inter reſurrectionen
Aſcenſionemque fluxerunt,
tranſiere decurſu, ſed magna i
firmata Sacramenta, magna f
ta myſteria.

Tertia Concluſio. Mat
ta Sacramenti Extremæ Vn
oleum oliuarum ab Epiſcop
ctum. Eſt de fide ex citato
textu, *Vngentes eum oleo,*
hunc ſenſum ſemper intelle
ſia, vt expreſsè ait Tridenti
14. cap. 1. & Florentinum
de vnione Armenorum;
modum enim ſola aqua na
materia remota baptiſmi, &
nis triticeus, vinumque de

ria Euchariſtiæ; quoniam aqua
liciter dicta, ſignificat in com-
i modo loquendi ſolam natura-
panis, ſolum panem triticeum;
num, ſolum vinum vitigineum;
uoque, cum oleum propriè, ac
liciter dictum, quale eſt illud,
l præſcribit Apoſtolus, ex vi vo-
& iuxta communem loquendi
um, ſignificet oleum ſolum, quod
liuarum baccis exprimitur, rectè
er Eccleſia intellexit materiam
otam huius Sacramenti eſſe oleũ
e, quod à Chriſto congruè aſ-
otum fuiſſe in talem materiam,
o patet, quod aptiſsimum ſit ad
ficandum varios huius Sacra-
ı effectus.

lud autem debere eſſe ab Epiſco-
enedictum, ſunt qui doceant ex
particula *in nomine Domini* colli-
um eſſe, non ſolùm ſignificante
Sacramentum fuiſſe à Chriſto
nino inſtitutum, vt notauimus ſu-
ſed inſuper debere benedici, *in
ne Domini*, eius materiam; itaut
in nomine Domini, referatur
am dictionem *oleo*, ſitque ſenſus
vngentes eum oleo benedicto,
um inuocatione diuini nominis
ecrato; verùm licet non dubite-
vnum & eundem Scripturæ lo-
plures ſenſus litteraliter ſimul
ittere poſſe, quia tamen id ſatis
conſtat de iſto Iacobi ex præciſis
verbis debemus recurrere ad tra-
onem Apoſtolicam, ita nos do-
em, vt teſtatur Beda in cap. 6.
ci, vbi huius Sacramenti inſtitu-
em ſubindicatam, ſeu adminiſtra-
fuiſſe, iam ſupra notauimus:
è patet, inquit, *ab ipſis Apoſtolis
s Sancta Eccleſię morem eſſe tradi-
, vt Energumeni, vel alij quilibet
i vngantur oleo, Pontificali bene-
one conſecrato*. Idem conſtat ex
rius citata epiſtola Innocentij I.
ecentium; ex Concilio Vvorma-
i cap. 72. tum Aquiſgranenſi ſub
oulco Pio Imperatore, tit. 2. c. 8.

nec non ex perpetuo Eccleſiæ vſu.

Ita autem oleum eſt materia remo-
ta eſſentialiter neceſsaria huius Sacra-
menti, vt etiam valida ſit materia
eiuſdem oleum balſamo mixtũ, quod
Chriſma ſolet appellari, dummodo
tamen per talem mixtionem olei na-
tura, vel ipſius communis vſus non
corrumpatur. Quemadmodum enim
mixtio aquæ; vel alterius liquoris vi-
ni naturam non corrumpentis, mate-
riam calicis non tollit; ita nec mixtio
balſami, alteriuſue liquoris, olei na-
turam non deſtruentis materiam ex-
tremę vnctionis tollit. Quare in ca-
ſu, quo non poſſet haberi purum
oleum, poſſet Sacerdos ad hoc Sacra-
mentum conficiendum vti Chriſmate
etiam confirmationis, ſecundum non-
nullos, licet alij negent, ob diuerſi-
tatem benedictionum, vtriuſque ma-
teriæ. Vbi autem ab Innocentio I.
vt notauimus ſupra, oleum infirmo-
rum vocatur Chriſma, quomodo etiã
vocatur in Pontificali Romano in eius
benedictione; *Vt ſit*, inquit, *Chriſma
tuum perfectum Domine nobis*, nomine
Chriſmatis latiori ſignificatione intel-
ligitur ſimplex oleum, vel vnctio ex
illo facta.

Quod Armeni Presbyteri feria 5.
maioris hebdomadæ fideles omnes
in Eccleſia, poſt pedum lotionem ab
Epiſcopo factam, inungant, quam-
uis non oleo, cum maxima ſit ſuis in
prouincijs olei caritas, ſed butyro,
quod tamen ijſdem ferè verbis tunc
ab Epiſcopo benedicitur, quibus in-
firmorum oleum benedici ſolet, atque
his præter alia: *Sanctifica Domine hoc
butyrum*, vt ſit medicamentum om-
nium ægritudinum, & ſanitatem af-
ferat animabus, corporibuſque illo-
rum, quibus applicatur; haud ita ſu-
mendum eſt quaſi credant oleum non
eſse materiã neceſsariam extremę vn-
ctionis, ſed ſufficere ad illam butyrũ
loco olei; ſi quidem hæc ab ipſis non
ſit vnctio, per modum Sacramenti;
ſed ſolùm ad excitandam populi de-

uotionem in memoriam illius vnctionis, quam Maria Magdalena Domino exhibuit, vti explicant, cum butyrum benedicunt; & inſuper ad præſeruandos fideles per talem vnctionem à morbis, alijſque malis, quæ contingere poſſent: proptereaque Presbyter non alia membra inungit, niſi ſolos pedes, ab Epiſcopo prius lotos; ac, dum vngit, nullam prorſus verborum formulam profert, vt indicet, ſe extra Sacramentum id facere. Errant tamen in hoc, quod talem ceremoniam appellent traditionẽ Apoſtolicam, cum Eccleſia Catholica nunquam illa vſa fuerit, ſed ſoli Armeni in vnctionis Mariæ Magdalenæ memoriam illam introduxerint; Cuius adhuc vnctionis Chriſtus non exercitium, ſed Euangelicam duntaxat narrationem, in vniuerſo mundo futuram,, prẹnunciauit.

Quia autem oleum infirmorum debere eſſe benedictum,& ab Epiſcopo, dupliciter intelligi poteſt, nimirum, vel eſſe de eſſentia Sacramenti, vel tantùm dẹ præcepto: aliqui Theologi exiſtimarunt benedictionem Epiſcopi eſſe tantum neceſſariam de prẹcepto, ita vt Extrema vnctio poſsit validè dari in oleo non conſecrato: verior tamen ſententia eſt, hanc benedictionem eſſentialiter requiri, non tamen immediatè, adeò vt oleum ſit ſemper ab Epiſcopo immediatè benedictum, ſed ſufficere, quod ſit ab illo benedictum mediatè, id eſt per Sacerdotem ex ipſius commiſſione. Prima pars patet ex Concilijs Florentino, & Tridentino locis citatis, diſertis verbis dicentibus oleum hoc infirmorum debere eſſe benedictum, quod non tam accuratè feciſſent, ſi talis benedictio non eſſet neceſſario requiſita ad eſſentiam huius Sacramenti; vbi enim quid requiritur ſolùm de neceſſitate præcepti, vel id explicant, vel illud tantum ponunt in obliquo, vt cum materiam calicis exponunt, non aſsignant vinum aqua

mixtum, ſed vinum cui mo[...]
aqua admiſceri debet, vt [...]
Florentinum: Tridentinum [...]
22. cap. 7. expreſsè ait, præ[...]
tantum eſse Eccleſiæ, vt S[...]
aquam vino in calice offere[...]
ſceant. Igitur dum aſsigna[...]
riam Sacramenti Extremæ v[...]
cum in recto aſſignent oleum[...]
ſcopo benedictum, tali modo[...]
di videntur ſignificare id eſ[...]
ſarium nedum neceſsitate p[...]
verum etiam neceſsitate tali[...]
menti. Cuius ratio à priori [...]
Chriſti Domini eius authori[...]
tas, quæ à poſteriori nobis in[...]
tum per declarationes Conc[...]
tum per vniuerſam, & nunq[...]
ctenus immutatam praxim E[...]
quæ in nullo prorſus caſu, e[...]
ceſſitatis, adminiſtrat hoc Sa[...]
to in oleo ſimplici, ſeu non [...]
cto. Vndè cum Emanuel S[...]
Aphoriſmis impreſsionis Co[...]
anno 1599. verbo *Extrema* [...]
ſcripſiſſet aliquando dari *in* [...]
conſecrato, iſtud fuit Romæ [...]
tum.

Non eſſe autem de eſſenti[...]
Sacramenti, quod oleum ſit [...]
ſcopo immediatè benedictum [...]
ſecratum, quæ eſt altera par[...]
ſententiæ, dicitur propter G[...]
qui ex antiquiſsima conſue[...]
miniſtrant Sacramentũ Extre[...]
ctionis in oleo à ſimplici Sa[...]
benedicto ex commiſsione [...]
Epiſcopi, quam conſuetudine[...]
mens VIII. ſufficienter appro[...]
ſua inſtructione ſuper ritibus [...]
rum data ad Epiſcopos Latino[...]
Domini 1595. quæ habetur [...]
Bullarij, & refertur à Petro A[...]
lib. 5. de Sacramentis cap. 2. v[...]
fatus Summus Pontifex agẽs [...]
huius Sacramenti ait expreſsè [...]
ſunt cogendi Præsbyteri Græci [...]
Sancta, præter Chriſma, ab E[...]
Latinis diæceſanis accipere: cum [...]
modi olea ab eis in ipſa oleorum [...]

cra[...]

torum exhibitione, ex veteri ri-
tiantur, ſeu benedicantur. Chriſ-
m, quod nonniſi ab Epiſcopo,
ıxta eorum ritum, benedici poteſt
r accipere.

ır ad eſſentiam Sacramenti Ex-
vnctionis non requiritur, quod
eum ſit immediatè ab Epiſco-
edictum, ſed hoc fieri poteſt
ici Sacerdote, quia tamen ex
pi commiſsione, ideo dicitur
mediatè benedictũ, qui enim
m ſibi ſubordinatum facit, per
lliter facere dicitur. Vndè Pa-
Concilia, quæ aſſerunt oleum
ere benedici ab Epiſcopo, lo-
r tantùm de miniſtro ordina-
non de extraordinario, ſeu
miſsionem Epiſcopi. Qua-
ſicut Græci Sacerdotes ex
raxi ſuæ Eccleſiæ, poteſtate
s Epiſcopis olim conceſſa, &
mum Pontificem tacito con-
probata, validè conſecrant
m: ita etiam, multoque ma-
lex Sacerdos ex conceſſione
Pontificis poterit illud oleum
ere; quam tamen non poteſt
ico, ad quem huius Sacra-
miniſtratio nullo modo po-
inere, ſicut pertinet ad Sa-
n.

autem ſit de eſſentia olei,
materia remota huius Sacra-
t ſit benedictum, ſeu conſe-
nodo explicato, Chriſtus ta-
determinauit ritum, aut
illud benedicendi, ſiquidem
Scriptura, neque ex tradi-
bi reperitur, ſed eam reli-
ram Eccleſiæ. Neque etiam
benedictionem quidquam
imprimitur; ſed tantum ei
r imperium Dei contentum
dictione, & obedientialis
ntia magis veluti determi-
t per virtutem ſuperadditam
nè potens ad producendam
uic Sacramento propriam,
ando debitè applicabitur.

Quando oleo infirmorum proprio ſuo ritu conſecrato, oleum non benedictum adderetur ſenſim, & in tam parua quantitate, vt prius oleum benedictum cenſeretur moraliter remanere, & conſequenter illud quod eſt ſuperadditum, denominari benedictum, communis eſt ſententia valere Sacramentum extremæ vnctionis cum eo collatum; multoque magis cum oleo benedicto præcedentis anni; cuius tamen vſus ita eſt illicitus, niſi grauis vrgeat neceſsitas, v. g. dum timetur præpropera infirmi mors, vt ſecundum aliquos ſit peccatum mortale, aut ſaltem iuxta alios veniale.

Quarta Concluſio. Vnctio eſt proxima materia Sacramenti Extremæ Vnctionis. Iſta concluſio eſt de fide, ex illo S. Iacobi *vngentes eum oleo*; & ratio eſt in promptu, quia materia proxima Sacramentorum, quæ conſiſtunt in vſu, nihil eſt aliud quam vſus, vel applicatio materię remotæ ad ſubiectum idoneum, vt patet in baptiſmo: ſed Extrema vnctio eſt Sacramentum in vſu conſiſtens, habens pro materia remota oleum oliuarum benedictum, cuius vſus, ſeu applicatio eſt vnctio; illa igitur eſt proxima huius Sacramenti materia. Quæ vnctio ſi agatur de neceſsitate Sacramẽti non debet fieri in formam Crucis; aut in aliquam aliam ſpecialiter determinatam, cum nec S. Iacobus, nec Patres, aut Concilia de illa agentia id requirant. Peccaret tamen, ſaltem venialiter, qui ſine aliqua rationabili cauſa, quæ tamen videtur non poſse dari, illam formam crucis omitteret, quia eſſet contra communem vſum Eccleſiæ in adminiſtrando hoc Sacramento, à quo nunquam in Sacramentis adminiſtrandis licet ſine graui cauſa recedere. Quantum ad eiuſdem vnctionis quantitatem eodẽ modo Theologi de illa diſcurrunt; ac de ablutione baptiſmali eam ſcilicet fieri debere in ea quantitate, vt ratione illius infirmus dicatur moraliter, &

prudenti

prudenti iudicio vnctus; nec eſt neceſſe eam fieri immediato contactu Sacerdotis illam adminiſtrantis, ſed ſufficit eam intermedio aliquo veluti inſtrumento adminiſtrare. Si neceſſitas vrgeat, vt ſi infirmus timeatur deceſſurus ſine hoc Sacramento, communis eſt ſententia, adhiberi poſſe plures Sacerdotes, quorum ſinguli ſuas vnctiones peragant, verum ſinguli ſub ſuis formis; nullo tamen modo poteſt alter vngere, & alter formam proferre. At ſi Sacerdos non poſſit progredi ad perficiendum hoc Sacramentum, ſuppleri ab alio Sacerdote poſſunt, quæ reſtabunt.

Maior difficultas eſt inter Theologos, an multiplex vnctio v.g. quinque ſenſuum ſit de eſſentia huius Sacramenti; cum enim omnes conueniant, abſque peccato mortali, non poſſe extra neceſſitatem omitti vnctiones quinque ſenſuum, nempè oculorum, aurium, narium, oris, manuum, vel locorum his ſenſibus vicinorum, ſi fortè quis aliquo ex his careat; nihilominus contendunt multi, vtrum omnes illæ vnctiones ita ſint eſſentiales huic Sacramento ex parte materiæ proximæ, vt vna vel altera earum omiſſa Sacramentum ſit nullum, aliqui enim affirmant, alij verò negant, volentes vnam duntaxat ſufficere ad eſſentiam Sacramenti. Quæ tamen duę ſententiæ poſſunt aliquatenus conciliari, notando poſſe duobus modis intelligi hoc Sacramentũ vna tantùm, aut altera vnctione adminiſtrari reliquis omiſſis; Primo ſi faciendo vnicam tantum vnctionem Sacerdos in forma huius Sacramenti non ſolùm exprimat ſenſum illum, quem tunc inungit, ſed etiam omnes alios ſenſus, ſic proferendo formam, *per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam pijſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquiſti per viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum*: Secundo ita vt Sacerdos in forma Sacramenti faciat tantùm

mentionem vnius ſenſus,
inungit, V.g. ſi oculos ta
gens, ita formam proferat;
Sanctam Vnctionem, & ſuam
miſericordiam indulgeat tibi
quidquid deliquiſti per viſu
enim priorem ſententiam
Sacramentum extremæ vnc
mo modo collatum, eſſe
ſubſtantiam, & eſſentiam
ſiue ad illam ſufficere poſſe
tum vnctionem, modo om
explicentur in forma iuxta
poſitum; cum ſecunda au
tia, ad dictam eſſentiam r
re vnam tantum vnctione
ma vnum duntaxat ſenſum
te. Qui volunt expreſsè q
ctiones diſtinctas quinque
eſſe eſſentiales huic Sacr
parte materiæ, ita vt vna
omiſſa Sacramentum ſit n
requirunt tamen ex nece
inungendos eſſe vtroſque
vtraſque aures &c. ſed pu
lorem eius ſatis eſſe, vnu
vnam aurem, &c. inungi,
ceſſitatis, id eſt pericu li
mortis, vel ſimilis. extr
peccatum mortale vtroſqu
inungere; quia grauis hæ
viſa eſt Eccleſiæ.

Similiter ſi de valore
loquamur, à quocunque
tato ordine incipiatur vn
quocumque digito fiat, a
cumque parte manus infir
niunt omnes validum fore
tum; ſi verò ſermo ſit de
communiter docent Theo
eſſe ſaltem mortale, quo
gito exhibere vnctionem,
rem manum non Sacerdot
at inuertere ordinem vnc
vt prius vngantur aures,
li, aliqui dicunt eſſe pecc
tale, alij autem veniale ta
adſit contemptus, & ſcan

Quinta Concluſio. Fo
menti extremæ vnctioni

m ſanctam vnctionem, *& ſuam* *am miſericordiam indulgeat tibi* *ius quidquid per viſum deliqui-* petendo illam ſupra vnumquē- nſum qui inungitur, & ſimul illum in forma exprimendo. mmuniter omnes Theologi ex lio Florentino in decreto Eu- Tridentino ſeſſ. 14. de extrema ne, nec non ex Rituali Roma- obantque eius conuenientiam quod comprehendat omnia ad neceſſaria; illa enim particula, *us* ſignificatur cauſa principalis; tem, *per iſtam ſanctam vnctio-* nſtrumentalis, alia, *tibi indul-* *uidquid deliquiſti*, præcipuus s; & particula *tibi* ſubiectum; *ſum*, ait aliam particulam, ſenſum qui tunc inungitur ex- item, ſubiectum veluti proxi- tum denique in iſta forma re- modus deprecatorius iuxta il- acobi, *orent ſuper eum*, dum di- *er ſuam pijſsimam miſericordiam* *eat tibi Dominus*.

grauis difficultas eſt, & con- ia inter Theologos, an forma Sacramenti neceſſario, & eſ- ter deprecatiua eſſe debeat, ēq; conferri non poſſit ſub for- icatiua, dicendo, *vngo te Oleo* *&c.* aut ſub imperatiua, di- *vngatur N. Oleo Sancto*, *&c.* enim exiſtimant indicatiuam, peratiuam formam ſufficere ditatem huius Sacramenti, fun- antiquis huius Sacramenti quæ videntur eſſe modo in- ; Eccleſia enim Mediolanen- oribus Diui Ambroſij vteba- forma: *Vngo te Oleo ſanctifi-* *nomine Patris*, *& Filij*, *&* *Sancti*, *vt more militis vncti* *tus ad certamen*, *aereas poſſis ſu-* *oteſtates*: Item in antiquo Ri- ud Menardum in obſeruatio- d S. Gregorij Sacrament. ad- habetur hæc forma: *Vngo ocu-* *de oleo ſanctificato*, *vt quidquid* *illicito viſu deliquiſti*, *huius olei vnctio-* *ne expietur*, *per Dominum noſtrum Ie-* *ſum Chriſtum*. *Vngo aures has ſacrati* *Olei liquore*, *vt quidquid delectatione* *noxia auditus admiſſum eſt*, *medicina* *ſpiritualis euacuet &c.* tandem in libro Sacramentali Veneto, confirmato per Leonem X. forma quoque eſt indica- catiua, *Vngo te Oleo ſanctificato*.

Alij nihilominus Theologi magis communiter docent ad validitatem huius Sacramenti requiri formam de- precatiuam; quæ ſententia tribuitur Diuo Thomæ 3. par. in ſupplemento, quæſt. 29 art. 8. vbi ſic concludit: *Ideo in hoc Sacramento non poteſt eſſe* *forma indicatiui modi*, *ſicut in alijs Sa-* *cramentis*. Cumque ſit conformior verbis Diui Iacobi, *orent ſuper eum*, & Eccleſię vniuerſalis vſui, videtur etiam probabilior. Etſi enim huius Sacra- mēti forma, oratio aliundè dici poſſet, quamuis non eſſet deprecatiua, eo ni- mirum ſenſu, quo aliqui SS. Patres, præſertim Auguſtinus tract. 80. in Ioannem omne verbum ſacramentale, quod operatur cum elemento vocant verbum vel orationem, & preces fi- dei, non quod eius efficacia fundetur in fide miniſtri, vel ſuſcipientis, ſed quod habeatur per fidem ſupernatura- lem, illaque ſola intelligatur; quia tamen magis propriè, & communiter iuxta ſenſum fidelium, oratio pro de- precatione ſumitur, probabilius eſt Diuum Iacobum in eo ſenſu dixiſſe, *orent ſuper eum*, atque adeo formam huius Sacramenti debere eſſe neceſſa- rio per modum deprecationis, maxi- mè cum talis ſit ex vſu vniuerſalis Ec- cleſiæ, nedum enim in Latina, ſed & in Græca verbis conſtat deprecato- rijs. De Latina patet ex dictis; Græ- ca autem talis eſt ex Arcudio lib. 5. de Sacramentis cap. V. Latinę correſpon- dens, vt ait, quo ad ſenſum: *Pater* *Sancte*, *Medice animarum*, *& corporum*, *qui miſiſti Vnigenitum filium tuum* *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum om-* *nem morbum ſanantem*, *& à morte libe-* *rantem*,

rentem, ſana quoque hunc ſeruum tuum à corporali ſpiritualique infirmitate, qua continetur, & viuifica eum per gratiam Chriſti tui, potentia pretioſæ, & viuificæ crucis, precibus Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ Mariæ ſemper Virginis, patrocinijs honorabilium incorporearum cęleſtium diuinarum virtutum; honorandi glorioſi Prophetæ, Præcurſoris, & Baptiſtæ Ioannis, Sanctorum clarorum, ac celebratiſſimorum Apoſtolorum, Sanctorum glorioſorum, ac egregiorum victorum Martyrum, Sanctorum, ac deiferorum Patrum noſtrorum, Sanctorum ſanandi vim habentium Coſmæ, & Damiani, Cyri, atque Ioannis, Pantaleemonis, ac Hermolai, Sampſonis ac Diomedis, Photij & Aniceti, Sanctorum atque iuſtorum Deigenitorum Ioachim, & Annæ, omniumque Sanctorum. Quoniam tu Deus noſter es fons curationum, tibique gloriam offerimus, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum Amen.

Cur autem Chriſtus Dominus inſtituere voluerit formam huius Sacramenti verbis deprecatorijs, variæ ſunt congruentiæ, tres pręcipuas adducit Sanctus Thomas loco citato, vbi videri poſſunt, interim reſpondeo ad formas in contrarium allatas.

Primumq; dici poſſet, ſi tales formæ ſint veræ indicatiuę, Sacramentumque Extremæ Vnctionis ſub illis validè collatum credatur, ſequi tantum noſtram ſententiam non eſſe de fide, ſed ſolum probabiliorem, vt pote verbis Diui Iacobi, quibus promulgauit hoc Sacramentum, conformiorem, nec non magis vniuerſalis Eccleſiæ praxi; vndè ſequitur, has duas formas indicatiuo, & deprecatorio modo prolatas non eſſe ſpecie eſſentiali diſtinctas, ſicut nec quæ indicatiuo, aut imperatiuo modo pronuntiantur, ſed accidentali tantum; aut ſi ſpecie eſſentiali diſtinguerentur, vt voluit aliqui, adhuc dici poſſet, quod ſicut ex multis Theologis valdè probabile eſt, Chriſtum aliquorum Sacramentorum formas, vel materias determinaſſe ſ[...] genere, & poteſtatem eas de[...] di in ſpecie ſuæ Eccleſiæ re[...] vnde creditur ortam eſſe di[...] illarum formarum, diuerſor[...] tuum adminiſtrandi aliqua [...] ta in Latina, & Grǽca Eccleſ[...] tatur ab aliquibus ſpecie [...] cuiuſmodi ſunt potiſſimum [...] menti ordinis, valide inquit[...] ti ſub materia ſpecie diuerſ[...] Eccleſia Latina Sacerdotes [...] per contactum calicis, & p[...] Græca verò per ſolam manu[...] ſitionem; ita poſſet dici de [...] to Extremæ Vnctionis, illud [...] validè conferri poſſe per fo[...] precatiuam, & indicatiuam [...] illæ ſpecie differant, ideo[...] cleſia Mediolanenſi, & V[...] forma indicatiua olim val[...] collatum; & ſi in alijs E[...] forma tantum deprecatoria [...] ſoleat.

Secundò reſpondetur & [...] Diuo Thoma loco citato, [...] in vſu Ambroſiano, quod e[...] locum in Veneto per Leon[...] probato, prolata per mod[...] tiui, nimirum, *vngo hos ocul[...] ctificato*, eſſe tantum diſpo[...] formam huius Sacramenti, [...] per eiuſmodi verba intent[...] determinatur ad actum hui[...] rij, reliqua autem verba, [...] nent modum deprecatoriu[...] eſſentia, vt patet in vtraqu[...] Ambroſiana quidem, apud [...] uenturam in 4. diſt. 23. ar[...] etiam poſt ipſum memine[...] nus, Ricardus, & Gabriel [...] vbi poſt dicta verba, *vng[...] oleo ſanctificato*, per verbu[...] uum prolata, ſequuntur iſta[...] toria, *vt more militis vncti[...] tus ad certamen, aereas poſſu[...] poteſtates*: in Veneta autem [...] *quid illicito viſu deliquiſti, [...] vnctione expietur per Chriſt[...] num noſtrum*; vnde iſtę for[...]

licet incipiant modo indicatiuo, tamen terminantur & formaliter effectus exprimitur modo plane precatorio, ideo eſſentialiter ſunt precatoriæ, ſubſtantialiterque ex- ...um noſtra, & ideo cenſeri de- ...lidæ.

...od autem forma huius Sacra- ...ſit per modum orationis de- ...oriæ, cum aliæ reliquorum ...nentorum ſint per modum abſo- ...ationis; Secundum tamen mo- ...gendi, ſeu producendi gratiam ...ipiente, non eſt minus propte- ...cax, certa, & infallibilis, quam ...lijs ſacramentis, & tam bene ...cit illam ex opere operato, quam ...a ſacramenta, cum enim radix ...modi agendi ſit Chriſti Domini ...tio, tam bene potuit inſtituere, ...na huius ſacramenti per modũ ...ationis prolata, ageret ex ope- ...ato, quam ſi proferretur per ...m abſolutæ orationis, ſuumque ...in ſortiretur infallibiliter, nullo, ...ponimus, obice reperto in illud ...ente.

...n autem in prefatis formis tum ..., tum Græca plures continean- ...ticulæ, communiter Theologi ... in forma Latina, iſtas tantum ...iles, *per vnctionem indulgeat ti-* ...*inus*, eſſe de eſſentia illius: in ... autem iſtas, *Pater*, *vel medice* ...*rum, ſana ſeruum tuum ab animi* ...*ine*, docet Petrus Arcudius lib. ...acram. cap. 5. in quibus parti- ...um non exprimatur, vt in for- ...ina actus vnctionis, dicendum ... neceſſario exprimi debet, aut ...n Grecorum eſſe inualidam, ...ò non requiri eſſentialiter ta- ...preſſionem, ſeu ſufficere quod ...xerceatur actus licet verbis non ...atur; diſtinguique in hoc Sa- ...um Extremæ Vnctionis ab alijs ...etiam conſiſtentibus, quod in ...cum forma ſit abſoluta neceſſa- ...eat exprimi actio miniſtri, ſe- ...tem in forma Sacramenti Ex- tremæ Vnctionis, quæ eſt deprecatoria.

Qui Doctores volunt quinque vnctiones diſtinctas quinque ſenſuum eſſe de eſſentia huius Sacramenti, ſimiliter volunt quinariam pronuntiationem huius formæ eſſe eſſentialem, ita vt pronuntietur ſuper vnumquemque ſenſum, dum ille inungitur, expreſſo eius nomine; Qui autem volunt ſufficere ad eſſentiam huius Sacramenti vnicam vnctionem, expreſſis tamen in forma alijs ſenſibus, dum vnus tantum v. g. oculus inungitur, dicendo, *per iſtam ſanctam vnctionem, & pijſſimam ſuam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum*, vt iam notauimus ſupra, negant quoque eſſe de eſſentia formæ huius ſacramenti, vt quinquies pronuntietur, ſed ſufficit vnica modo explicato omnes comprehendens ſenſus.

Sexta concluſio. Proprius ac primarius Sacramenti Extremæ Vnctionis effectus eſt, gratia Spiritus Sancti, cuius vnctio delicta, ſi quæ ſint adhuc expianda, & peccati reliquias abſtergit. In hac concluſione ſub his terminis comprehenſa cõueniunt omnes Theologi, cum ſub ijſdem ſit Cõcilij Tridentini ſeſſ. 14. cap. 2. de effectu huius ſacramenti: at inter ſe diuiſi ſunt in explicando, quid ibi per reliquias peccatorum intelligi debeat: Aliqui enim per reliquias peccatorum intelligunt peccata, quæ interdum relinquuntur in anima poſt confeſſionem, & communionem infirmi, ſiue quia per inaduertentiam omiſſa ſunt in confeſſione, ſiue quia poſt illam, & ſanctiſſimi viatici ſumptionem fuerunt commiſſa, atque adeo gratiam horum peccatorum remiſſiuam, eſſe proprium, ac primarium huius ſacramenti effectum. Verum hęc ſententia, quæ eſt Bellarmini cap. 8. de Extrema Vnctione nonnullorumque aliorum, non videtur vera; Sacramentum enim Extremæ Vnctionis,

nis, verè eſt Sacramentum viuorum, quia vt ait Diuus Thomas 3. parte in ſupplem. quęſt. 1. art. *adhibetur ſecundum modum cuiuſdam medicationis, ſicut Baptiſmus per modum ablutionis: medicina autem eſt ad pellendum infirmitatem, unde hoc Sacramentum principaliter eſt inſtitutum ad ſanandum infirmitatem peccati, ut ſicut baptiſmus eſt quædam ſpiritualis regeneratio, & pænitentia quædam ſpiritualis ſuſcitatio; ita & Extrema Vnctio ſit quædam ſpiritualis ſanatio, uel medicatio. Sicut autem corporalis medicatio præſupponit corporalem uitam in medicato, ita ſpiritualis ſpiritualem; & ideo hoc* Sacramentum *non datur contra defectus, quibus ſpiritualis uita tollitur, ſcilicet contra peccatum originale, uel mortale, ſed contra illos defectus, quibus homo ſpiritualiter infirmatur, ut non habeat perfectum uigorem ad actus uitæ gratiæ, uel gloriæ. Et hic defectus nihil aliud eſt quam quædam debilitas & ineptitudo, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali, uel originali, & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc Sacramentum.* Proprius igitur ac primarius, ſiue per ſe primò intentus Extremæ Vnctionis effectus non eſt remiſſio peccatorum ex inaduertentia in cōfeſſione à moribundo omiſſorū, aut poſt illam & viatici receptionem cōmiſſorum; taliaq; proinde peccata minime poſſunt intelligi per reliquias peccatorum, dum ait Concilium hoc Sacramentum inſtitutum eſſe ad tollendas reliquias peccatorum.

Cui nedum fauet adducta ex Diuo Thoma ratio, verum etiam ipſemet loquendi modus Concilij, dicta enim peccata propriè loquendo nec ſunt, nec dici poſſunt reliquiæ aliorum peccatorum, quæ infirmo per confeſſionem remiſſa ſunt: ſi quidem vt aliquid dicatur propriè eſſe reliquia alterius, non ſufficit quod illi ſuccedat; nox enim diei ſuccedit, & vice verſa dies nocti, & tamen nec nox poteſt dici reliquia diei, nec dies noctis; ſed

inſuper requiritur, quod ſ
effectus illius; quomodo oſ
& aliæ partes corporis Sanct
rum reliquię appellantur; la
tem, debilitas, macies & pa
ex ægritudine relinquuntu
reliquiæ dicuntur, quia ſu
illius. Quo etiam ſenſu Di
mas in prologo lib. 4. ſent
ad Annibaldum, vocauit Sa
quaſdam diuinæ Incarnationi
quoniam à Verbo Incarnat
que eius in cruce morientis
runt, vt riuuli à fonte, &
cauſa: Igitur cum peccata
commiſſa poſt confeſſionem
cum, non ſe habeant ad ali
feſſionem remiſſa, vt partes
vel vt effectus ad cauſam, il
liquiæ vocari nequeunt, ſ
noua, & diſtincta peccat
bent.

Secunda ſententia docet,
peccatorum eſſe peccata
nondum remiſſa, atque ac
ſionem venialium eſſe prim
ius ſacramenti effectum, ſig
verbis illis D. Iacobi, *ſi in p*
dimittentur ei; ſed hæc qu
tentia, quæ eſt plurium ant
Theologorum, non videtur
terquam enim ob rationem
peccata venialia nondum re
poſſunt dici propriæ reliqui
rum, duas inſuper ration
Diuus Thomas, cur effectus
& primarius Extremæ Vnct
conſiſtat in remiſſione pecca
nialium, prima eſt, loco cita
pænitentia ſufficienter etiam i
delet uenialia, quo ad culpam
3. par. quæſt. 65. artic. 1.
deletionem uenialis peccati n
itur infuſio gratiæ: unde cum
Sacramento nouæ legis gratia
tur; nullum ſacramentum no
ſtituitur directè contra ueniale
litur per quadam ſacramentali
per aquam benedictam, & a
modi.

ertia ſententia per reliquias pec-
um intelligit pænas temporales ,
remanent poſt peccatum remiſ-
adhuc exſoluendæ , ita vt remiſ-
uiuſmodi pænarum ſit effectus
rius, & primarius Sacramenti Ex-
ę Vnctionis , ſed hæc ſententia
ſt vera, etſi enim huiuſmodi pœ-
ctè vocari poſſint peccatorum
iæ , & vt dicetur infra ſecunda-
emitti per hoc Sacramentum ; ni-
minus tamen eiuſmodi remiſſio
aquam dici poteſt proprius , &
arius illius effectus . Id enim vel
ligeretur de omnibus pænis illis
oralibus , vel tantum de aliqua
m parte; non primo modo, pro-
enim cuiuslibet ſacramenti no-
gis effectus eſt gratia, per quam
iè loquendo non fit eiuſmodi pę-
n remiſſio,ſed tantum per puram
dam condonationem ſine infu-
gratiæ, vt patet in indulgentijs :
r cum Extrema Vnctio ſit ali-
Sacramentum nouæ legis,atque
per ſe ordinatum ad producen-
gratiam, proprius , primariuſque
tus non poteſt eſſe remiſſio dicta-
pænarum primò modo; nec etiam
dò tum ob eamdem rationem ,
etiam quia alia ſacramēta habent
ommune , vt digna ſui ſuſceptio-
fundendo gratiam , remittant ſi-
etiam aliquid iſtius pænæ tempo-
quod & competit adhuc Sacrifi-
Miſſæ , licet vt ſic non ſit Sacra-
um; id ergo proprius non eſt,pri-
oque intentus Sacramenti Extre-
Vnctionis effectus .

ultoque minus vera eſt quarta eo-
ſententia, qui pro tali effectu aſ-
rent reſtitutionem priſtinæ ſani-
; primò quia Sacramenta nouæ
primò per ſe non ordinantur ad
m aliquod temporale, qualis eſt
as corporis,ſed ad bonum animę,
ernum : Secundò quia proprius,
imarius effectus ſacramenti ſem-
onitur in ſuſcipiente, quando il-
non reperit aliquod peccatum

tanquam obicem; dantur autem multi infirmi digne ſuſcipientes Sacramentum Extremæ Vnctionis , quibus tamen non reſtituitur priſtina ſanitas ; reſtitutio igitur illius non eſt proprius primariuſque huius ſacramenti effectus . Nec refert quod Diuus Iacobus primo loco illum referat dicēs , *oratio fidei ſaluabit infirmum*, tum quia multa primo loco recenſeri ſolent , quæ tamen non ſemper primario intenduntur; tum quia verbum ſaluabit tam de ſanatione , & ſalute animæ , quam corporis rectè poteſt intelligi .

Quinta igitur, eaque vera ſententia eſt Diui Thomę , & Diſcipulorum eius, aliorumque plurium aſſerentium primarium, & proprium effectum huius ſacramenti eſſe, ęgroti animam alleuiare, & confirmare , magnam in eo diuinę miſericordiæ fiduciam excitando; qua infirmus ſubleuatus , & morbi incommoda, ac labores leuius fert , & tentationibus Dœmonis calcaneo inſidiantis facilius reſiſtit , vt explicuit Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 2. ſeu quod in idem recidit , proprius ac primarius effectus huius ſacramenti, ſecundum ſe , & ratione ſui, eſt gratia habitualis ſaluatiua, & alleuiatiua ęgroti, ratione actualis annexæ, eſt bene diſpoſitiua ad finalem perſeuerantiam in adepta ſaluatione , & alleuiatione : Aut eſt gratia habitualis ex pacto Dei fundās ius ſpeciale in infirmo , qui vngitur , ad auxilia gratię, quibus confortetur, & roboretur eius animus in ſpe, & fiducia diuinæ miſericordiæ, nec non contra languorem, & debilitatem ad operandum bonum , partim ex peccatis præcedentibus, partim ex infirmitate relictum,ſimulque iuuetur ad eliciendum actus ſupernaturales, fortiterque ſuſtinendos,ac vincendos inſultus diaboli , quibus maximè in illo vltimo agone ſolet impugnare infirmum.

Prima ratio deſumitur ex hoc quod in ſacramentis primarius effectus , & finis coincidunt, ſed ex Concilio Tri-

dentino in proœmio de Extrema Vnctione finis in quem eſt inſtituta eſt munire hominem firmiſſimo præſidio in fine vitæ contra tentationes dæmonum circa fiduciam diuinæ miſericordiæ; gratia igitur id præſtans primarius erit ac proprius huius ſacramenti effectus, pro vt idem Concilium poſtea explicuit cap. 2.

Altera ratio eſt ex eodem Concilio, quia proprius, primariuſque eius effectus eſt tollere reliquias peccatorũ quæ nihil aliud ſunt, quam animi languor, & debilitas ad operandum bonum, partim ex præcedentibus peccatis, partim ex infirmitate relicta; gratia igitur roborans, & confortans contra illa, proprius erit ac primarius eiuſdem effectus.

Tertia, quoniam ille eſt proprius, primariuſque alicuius ſacramenti effectus, qui maximè ſignificatur per eius formam, & materiam; ſed forma ſacramenti Extremæ vnctionis, cum ſit deprecatoria maximè ſignificat neceſſitatem diuinæ gratiæ ad roborandum infirmum, contra dictum languorem, & debilitatem; ſimiliter vnctio olei, quæ eſt materia huius ſacramenti, rectè ſignificat luctam, & certamen hominis moribundi cum dœmonibus: ſicut olim athletæ oleo vngebantur, vt ad luctam & certamen ſe præpararent; diuina igitur gratia hæc omnia præſtans, dicenda eſt proprius, primariuſque effectus iſtius ſacramenti.

Cum autem effectus Sacramentorum alij ſint proprij, & primarij primo & per ſe ſemper intenti, alij autẽ ſecundarij, aliquando etiã per ſe ſecundario intenti, aliquando per accidens ſolùm, vt ſæpius notauimus; quãuis Sacramentũ extremæ vnctionis non poſſit habere pro effectu primario, neque etiam ſecundario per ſe intento remiſſionem peccatorũ, vt volunt aliqui, Sacramentum enim viuorum, quale eſt apud omnes Sacramentum extremæ vnctionis, non tribuit neque per ſe primò, neque per ſe ſecundò

tum per accidens primam g
atque adeò neque per ſe pri
que per ſe ſecundo remittit
mortalia; per accidens tam
mittit, vt docet Diuus Tho
citato, cum enim gratia robo
do explicato, quæ eſt effe
Sacramenti, ſecum non con
peccatum, ideo ex conſeq
inuenit peccatum aliquod,
tale, vel veniale, quo ad
tollit ipſum, dummodo non
obex ex parte recipientis,
ctè expreſſit Diuus Iacobus
Et ſi in peccatis ſit, remittentu
non Concilium Tridentinu
effectum huius Sacramenti e
cta ſi quæ ſint adhuc expianda
ti reliquias abſtergere: cuius
tionis ſenſus eſt, hoc Sacra
habere duplicem effectum
communem ſibi, & alijs Sac
viuorum, atque adeò per
tantùm, videlicet abſtergere
ſi quæ ſint; vt eſſent peccat
lia ex inaduertentia, alioue
confeſsione vltima omiſſa,
illam & viatici ſumptionem
ſa, quorum tamen, etſi illa t
fiteri non poſſet, ſufficiente
habuiſſet dolorem infirmus
ad Extremæ vnctionis ſuſcep
alium verò proprium ſibi, n
abſtergere reliquias peccator

Hoc etiam Sacramentum
re eodem ſaltem modo pec
nialia, nec non conſequente
temporales remanentes ex
poſt remiſſam culpam, non
omnes, communis eſt docto
tentia diſsidentium ſolum in
plicando; qui etiam docent h
Sacramentum habere pro ſuc
veluti per ſe ſecundario, con
nitatem corporis, quando ex
ſaluti animæ ſuſcipientis illud

Quando autem Extrema v
mittit peccata, ſiue id fiat p
dens, ſiue ſecundario per ſe
di

tatem opinionum, loquendo
è de peccatis mortalibus, illa
it non mediante excitatione ad
nem, vel contritionem, ſed
iatè per infuſionem gratiæ ſã-
tis ipſi propriam; Sacramenta
ouæ legis, quale eſt illud Ex-
vnctionis conferunt immedia-
iam ſanctificantem, cuius pro-
: remittere peccata; vndè ſi in-
laborans peccato mortali eli-
actum attritionis, deinde illo
ractato amiſerit vſum ſenſuũ
rum, & accipiat Sacramentũ
cet actus ille attritionis non
ret actu, ſed tantùm virtute,
ſinet accipere remiſsionem
di ſui peccati mortalis: cuius
lens argumentum, quod Ec-
vbi nouit infirmum eſſe Ca-
m, ſi ille in eo ſit ſtatu, vt nec
ec ſigno poſſit confiteri, ad-
at ei hoc Sacramentum, quod
non faceret, niſi exiſtimaret
li infirmo, licet tantùm attri-
m remittere mortalia.
vero remiſſio peccatorum ſit
huius Sacramenti, aut per ac-
aut ſecundarius; prius tamen
llud, *delicta ſi quæ ſint expian-*
rgere, tum *peccati reliquias*,
rimarius effectus; quia da-
ùm adultis valdè infirmis, qui
que habere poſſunt adhuc ali-
cata mortalia omiſſa, vel per
tiam, vel quæ præ eorum in-
: eis non poſſunt remitti per
ramenta, quia ea nullo modo
recipere, vt ſupponitur; vnde
ctus huius Sacramenti impe-
er prædicta mortalia, cum ille
ſus ab eorum remiſſione per
effectus per accidens, aut
rij, dicat augmentum gratiæ
antis, habentis ius ſpeciale
ia infirmi roboratiua, vt ex-
us, & proindè ſupponat pri-
atiam, vt ordine executionis
latur obex peccatorum ſi quis
terea fit vt à Concilio, nec
non in forma huius Sacramenti prius exprimatur remiſſio peccatorum, quæ tunc etiam fiat ex opere operato, ſi quę ſint expianda, & ad illam remiſſionem, tanquam ad poſitionem debitæ præparationis ad primarium eius effectum, qui eſt infirmum confortare, & roborare contra languorem, & debilitatem ad operandum bonum, partim ex peccatis iam præcedentibus quantumuis alias remiſſis, partim ex infirmitate relictum, ſtatim ille ſequatur, & ponatur; non quod detur tunc duplex habitualis gratia, ſed quod prius ordine executionis detur, vt remiſſiua peccatorum in noſtra ſententia per accidens, ſi quæ reperiat in infirmo ſuſcipiente, quam vt alleuiatiua, & confortatiua animæ illius; licet per ſe tum ordine dignitatis, tum ordine intentionis detur prius vt alleuiatiua, quam vt peccatorum remiſſiua. Nullumque eſt inconueniens, vt id quod non eſt per ſe tale, per accidens in aliquo caſu ſit tale, vt ſupra diximus de Euchariſtia; quæ licet per ſe non ſit Sacramentum mortuorum, ſed viuorum, atque adeo productiua gratiæ nutritiuæ, non autem peccatorum remiſſiuæ, per accidens tamen dicitur iſtam quoque producere in non ponente obicem.

Ex dictis facilè intelligitur, quomodo dicatur, proprium eſſe huius Sacramenti, vltimo diſponere hominem ad introitum gloriæ, cum proprius eius effectus, vt vidimus, ſit illum iuuare ad reſiſtendum tentationibus dœmonis, & ad perſeuerandum in bono, tunc cum mors imminet, roboretque ſpem, & magnam in eo miſericordiæ diuinæ fiduciam excitet. Vnde quemadmodum Baptiſmus, & Confirmatio dicuntur Sacramenta fidei, Confeſſio Sacramentum Pœnitentiæ, & Euchariſtia Sacramentum amoris: ita Extrema vnctio, Sacramentum ſpei iure vocari poteſt.

Quando autem producat ſuum effectum dependet ex diuerſitate opi-

nionum,

nionum, qui enim modo ſuperiùs explicato tenent vnicam vnctionem ſufficere ad validitatem huius Sacramēti, conſequenter tenere debent, illum ea perfecta produci; qui autem quinariam requirunt, poſt vltimam duntaxat vnctionem producitur; ratio eſt quia Sacramentum non producit ſuum effectum niſi ſit eſſentialiter completum, igitur ſi per vnicam vnctionem ita completur poſt illam eum producit, ſi autem per quinque, non niſi poſt vltimam eum producit: vt enim ait Diuus Thomas in ſupplemento quæſt.30 art.1.ad 3. *Quando ſunt multæ actiones ordinatæ ad vnum effectum, vltima eſt formalis reſpectu omniū præcedentium, & agit in virtute earum; & ideo in vltima vnctione gratia infunditur, quæ effectum Sacramento præbet.*

Septima Concluſio. Solus Sacerdos eſt validus, & ſufficiens miniſter Sacramenti Extremæ vnctionis. Iſta concluſio eſt de fide ex cap.5. S.Iacobi expreſsè dicentis: *Inducat Presbyteros Eccleſiæ*, quo nomine tam ex circunſtantijs textus, quam ex traditione in perpetuo Eccleſiæ vniuerſalis vſu, Patrumque teſtimonio fundata, intelligi Sacerdotes charactere Preſbyterali inſignitos definierunt Concilia, Florentinum in decreto vnionis, Tridentinum ſeſſ.14. cap.3. & can. 4. *Si quis dixerit Presbyteros Eccleſiæ, quos B. Iacobus adducendos eſſe ad infirmum inungendum hortatur, non eſſe Sacerdotes ab Epiſcopo ordinatos, ſed ætate ſeniores in quauis communitate, ob idque proprium Extremæ vnctionis miniſtrum non eſſe Sacerdotem anathema ſit.*

Dum autem ait S. Iacobus, *inducat Presbyteros Eccleſiæ*, in plurali non intelligitur plures ab eo requiri, qui adminiſtrent hoc Sacramentum, ſed idem ſignificat, ac inducat, vel vocet aliquem ex Sacerdotibus, per figuram, quam Rethores vocant *enallagen*, qua numerus pluralis ponitur

loco ſingularis, ſicut etiam
Angelus apparens Ioſeph
functi ſunt, qui quærebant an
ri, cum tamen de hac ipſa
ibi vnum tantum recenſeat
defuncto, inquit, *Herode*,

Quod Innocentius I. in
ad Decentium exponens h
Diui Iacobi locum, *indu*
teros Eccleſiæ, ait: *Non eſt*
fidelibus ægrotantibus intell
qui Sancto oleo Chriſmatis
ſunt, quo ab Epiſcopo confec
lùm Sacerdotibus, ſed omnib
nis vti licet in ſua, aut ſuo
tate; nihil fauet Thomæ
inde olim docenti lib. 2.
cap. penult. quod tempo
tis, quando non adeſt Sac
non Sacerdotes validè p
Sacramentum miniſtrare,
notauimus ſupra, verba il
debent intelligi de paſsiu
de actiuo, vt ſit ſenſus, q
ſcuè fideles omnes Chri
ſoli Sacerdotes, vt forſan
mos erat, oleo infirmo
poſſint: ſed non quod p
ceat omnibus inungere,
verbis immediatè ſequen
quod reſpondent aliqui i
nocentio de vſu actiuo
extra Sacramentum Ext
nis laicis quoque licito,
falſum; cùm expreſsè d
vnctione loquatur, vel d
Epiſcopis, vt Presbyteris
à fortiori ſubiungit.

Quæ in varijs hiſtorijs
cis narrantur, & leguntur
infirmos tranſmiſsis, qu
ſemetipſos, etſi Sacerdotes
ſe vngebant, aut ab alijs
dotibus vngebantur, & in
nabantur, non intelligu
cramento Extremæ vnctio
què pro illo citantur à no
de alijs vnctionibus non S
libus, vt rectè ait Diuus
ſupplem. q. 31. art. 1. ad

s, inquit, *non erant ſacramenta-*
rū ex quadam deuotione recipien-
talem unctionem, & ex meritis
tium, uel oleum mittentium, con-
antur effectus ſanitatis corporalis
atiam ſanitatum, non autem per
m ſacramentalem.
tum etſi ad validè miniſtrandũ
Sacramentum requiratur, nec
ſſiciat Sacerdos; attamen vt li-
& abſque peccato conferatur
caſum neceſſitatis, non ſufficit,
ebet qui miniſtrat, vel eſſe pro-
Sacerdos ſuſcipientis, ſicut ſunt
Epiſcopus, Curatus, vel de-
a proprij Sacerdotis habere iu-
ionem ſupra infirmum, & ſic ei
acramentum adminiſtrare; ita
ate iure canonico, imo prohi-
religioſis Sacerdotibus ſub pœ-
ommunicationis in Clementi-
le priuilegijs, ne adminiſtrent
cramentum Clericis, aut lai-
ne licentia proprij Sacerdotis;
tamen intelligunt communiter
es extra caſum neceſsitatis; ſi-
t extra illum ex præſumptione,
eligioſus qui bona fide, & cũ
ignorantia adminiſtraret hoc
entum ſeculari ſine debita li-
, non incurreret hanc excom-
ationem, quia tunc non cenſe-
ræſumpſiſſe, & Summus Pon-
n præfata Clementina ait ex-
, qui præſumpſerint. At ſæcu-
acerdos, qui etiam id præſu-
licet peccaret, dictæ tamen
municationi non eſſet obnoxius
ciat tantùm mentionem Reli-
um, lexque pænalis non debeat
i extra verba legis, nec in pœ-
s valeat argumentum à ſimili,
aiori ad minus, vel è contra;
ob cauſam, quia illa excom-
tio loquitur tantùm de infir-
ericis, vel laicis, ſi Sacerdos
ſus præſumeret conferre hoc
entum alteri religioſo ſine li-
proprij eius Sacerdotis, li-
ccaret, prædictam tamen cen-

ſuram non contraheret.

In caſu quoque extremæ neceſsitatis communiter aſſerunt doctores nedum validè, ſed & licitè poſſe Sacerdotem excommunicatum poſſe iſtud ſacramentum adminiſtrare; quia rigor Eccleſiaſticæ diſciplinæ non debet, iuxta intentionem Eccleſiæ vergere in damnum euidens animarum, quale hic ſupponitur: quod ſi alius Sacerdos ibi occurrat non excommunicatus, nec ſuſpenſus tunc adminiſtrabit illud, & huius rei licentiam accipiet à iure, non autem ab ipſo paſtore, vel proprio Sacerdote nominatim excommunicato, aut ſuſpenſo, quia talis delegatio eſt aliquis actus iuriſdictionis, quam nominatim excommunicati, & ſuſpenſi non poſſunt validè exercere.

Qui Sacerdos ſine debita licentia, extra caſum neceſsitatis, in quo illa poteſt præſumi, cum in his actionibus, quæ, non vt validè, sed, vt licitè fiant, dependent à Superiore, non requiratur niſi probabilis eiuſdem conſenſus; iure ita diſponente; nec etiam fiant in præiudicium proprij Sacerdotis, ſed vt ei, & eius ſubdito, opus charitatis exhibeatur, qui, inquam, alienus Sacerdos extra caſum neceſsitatis, in quo iuriſdictionem ad hoc ſacramentum requiſitam habet per ratihabitionem de præſenti proprij Sacerdotis abſentis, vel ab Eccleſia, eo modo quo docent communiter Theologi, quemlibet ſacerdotem poſſe in caſu neceſsitatis quoſlibet abſoluere, ex iuriſdictione ſibi per Eccleſiam conceſſa in tali caſu, illud adminiſtraret, ijdem Theologi communiter aſſerunt illum grauiter peccaturum, quia in re graui vſurpat iuriſdictionem alterius: quod aliqui tamen limitant, ſi quis ſæpe id faceret, non autem ſi ſemel aut iterum; ſic enim leue quid eſſe illis videtur.

Proprius ſacerdos ex iuſtitia, & obligatione ſui officij ſub mortali, alij enim ſacerdotes, ſolùm ex charitate,

tate, tenetur hoc ſacramentum administrare ſuis ouibus, ſiue expreſsè, ſiue tacitè petentibus: quæ tacita petitio videtur adeſſe, quoties infirmus grauiter decumbit, nec ſacerdotem excludit, immo ſi excludat debet ab eo perſuaderi. Licet enim infirmus, vt dicetur infra, non obligetur, ſaltem regulariter, ſub mortali Extremam Vnctionem recipere, qui poteſt ſuo iuri cedere, non tamen ita proprius ſacerdos, qui vt Paſtor, debet in illo graui articulo ſuis ouibus de ſpiritualibus remedijs prouidere. Tempore tamen peſtis, docent multi, ſi peſte infecti ſint confeſſi, vnde cenſeantur eſſe in gratia, poſſe Extremam Vnctionem abſolutè omitti, nec teneri proprium ſacerdotem, quando, adhibitis remedijs, adhuc ſubeſt periculum vitæ ſuæ, hoc ſacramentum porrigere; ſed addunt alij cum Suares de Extrema Vnct. diſp. 44. ſect. 3. nu. 20. eum obligari, adhibere conuenientia remedia, quibus poſſit ſine morali periculo Extremam Vnctionem conferre, de quibus conſuli poteſt præfatus author.

Quantum autem ad apparatum, ſeu ſolemnitatem, qua debeat legitimus huius Sacramenti miniſter illud adminiſtrare; docent etiam communiter Theologi, quod ſuperpelliceo, & ſtola indutus, ſecus fore mortale, & potius ſi veſtes non ſuppetant, omitti debere Extremæ Vnctionis collationem affirmant aliqui, ſed probabilius negant alij, quia in hoc Sacramento leuis iudicandus eſt defectus veſtium, quare illæ cedere ſolidæ decumbentis vtilitati debent, ſacerdos, inquam ſic indutus, atque aſſociatus Clerico, ingreditur in locum ægroti, eumdemque, confiteri ſe ſacramentaliter volentem, libenter audit, tum preces antecedentes ad Sacram Vnctionem deuotè fundit, quas preces, non poſſe ſub peccato mortali, omitti niſi vrgente neceſſitate docent communiter Theologi, niſi excuſet paruitas materiæ, vt ſi ex illis modica p[...] retur. Mox Pſalmos Pæn[...] ac Litanias, quæ tantum ſu[...] ſilio, recitari genibus flex[...] tibus curat, dum ipſe inter[...] ſenſus digito vngit admodu[...] ſimul pronuntiata forma, p[...] qualibet vnctione, ipſè iden[...] ca tergit goſſipio, vel ſtupa [...] vel ſimili, illa mutando a[...] vnctiones, quę in vaſe mun[...] ad ea comburenda, combu[...] nerēs in ſacrarium proiectu[...] dem recitat orationes conſe[...] ſacram vnctionem, ſub eo[...] ti mortalis reatu, niſi nece[...] ſet, vel parua materia, vt [...] de orationibus anteceden[...] hoc Sacramentum miniſt[...] lumine, peccatum non [...] omnes.

Quod diximus Sacerdo[...] co aſſociari debere, non e[...] ſarium, quin eo deficient[...] cus adhiberi, qui etiam, ſi [...] non ſit, ſine vllo poteſt ſa[...] Sacramentum ſolus confer[...] nis enim vti non licet, nec [...] do ad preces, nec multo m[...] gendo ſenſus infirmi vncti. [...] ficientibus viris omnibus, [...] bet ſacerdos ſibi reſponder[...] que pręſtare, quam fæmina [...] adhibere; cum ex vna pa[...] neceſſarium in hac functio[...] adiutorem ſeu reſpondent[...] ti adeſſe, & ex alia fæmina[...] crorum canonum prę́ſcrip[...] ſemper debeant, ab imme[...] ſacramentorum miniſterijs [...]

Quamuis vnicus ſacerd[...] ad ſacramentum hoc totun[...] grum adminiſtrandum, poſ[...] quo ad eius valorem plure[...] tes illud adminiſtrare, non [...] ſenſu, quod vnus eorum tan[...] infirmum, & alius ſolus pr[...] mam verborum, vt aſſer[...] Theologi, ſed eo ſcilicet iu[...] eorum, quod vnus ſacerd[...]

ſenſum infirmi, vel duos vngat, idemque ſimul formam verborum correſpondentem iſti vnctioni, vel ſi duas peragat actiones, ſimul duas formas verborum illis correſpondentes proferat cum debita intentione, & alius ſacerdos ſucceſſiuè ſecundam, aut tertiam vnctionem perficiat ſimiliter cum ſua forma, & ita de reliquis vnctionibus, & proprijs earum formis. Cui ſucceſſiuæ vnctioni per diuerſos ſacerdotes primùm fauet ſententia docens, in eo caſu quo ſacerdos completa prima actione moritur, alium omiſſa illa prima poſſe reliquas perficere, etſi melius, ac certius ſit, quod ſecundus ille ſacerdos repetat illam, longa præſertim mora intercedente inter ipſam, & reliquas: Tum ritus Græcorum, quo, vt dicetur infra, ſeptem vel tres Presbyteri ſucceſſiuè vngunt ægrotum.

Quo tamen modo, licet ſufficienti, & valido, quia nunc eſt contra communem Eccleſiæ Latinæ ritum, vnitaſque perſonæ miniſtri eſt longe conuenientior, vt patet in conficienda Euchariſtia, licet etiam in ea poſſet valide vnus ſacerdos conſecrare corpus Chriſti ſub ſpecie panis, & alter ſanguinem ſub ſpecie vini, longeque etiam eſt certior pro eius fructu participando, nullus abſque vrgenti neceſſitate, v. g. præproperæ mortis primi ſacerdotis debet illo vti, alioquin grauiſſimè peccabit.

Non pauci adhuc Theologi docent, plures ſacerdotes nedum ſucceſſiuè, ſed inſuper validè, ſimul, & ſemel adminiſtrare hoc ſacramentum, ita vt, dum vnus vnum ſenſum vngit proferendo ſimul formam tali vnctioni correſpondentem, alius ſacerdos ſimul, eodemque tempore alium ſenſum inungat, ſimul quoque proferendo formam vnctioni iſtius ſenſus correſpondentem, & alij ſacerdotes ita peragant reliquas vnctiones. Cuius pariter modi vſus non eſt licitus, niſi in caſu neceſſitatis, quo vnus ſacerdos non eſt ſufficiens pro inungendis omnibus, & ſingulis quinque ſenſibus, antequam infirmus expiret, ſi modo omnes illi ſacerdotes vnum tantùm numero intendant perficere ſacramentum vnctionis, ſi quidem in adminiſtratione ſacramentorum accidentalia poſſunt licitè omitti in caſu neceſſitatis, niſi detur ſpecialis aliqua lex Eccleſiæ id prohibens; at ſucceſſio vnctionum, præcisè vt eſt ſucceſſio, eſt tantum aliquid accidentale huius ſacramenti; hoc ergo ſuppoſito licitè poteſt omitti in caſu neceſſitatis talis ſucceſſio; additur autem illa conditio, ſi modo omnes illi ſacerdotes intendant perficere vnum duntaxat numero Sacramentum Extremæ Vnctionis, quia aliter id facere, intendente nimirum quolibet ſacerdote tunc perficere hoc Sacramentum independenter ab alio, eſſet in eodem morbo ſecundum eundem ſtatum perſeuerante, adminiſtrare ſæpius hoc Sacramentum, ſuppoſita maximè illa ſententia, quæ aſſerit illud vnica duntaxat vnctione perfici poſſe; quod eſt modo prohibitum, & illicitum, vtrum autem fieret etiam inualidè talis huius ſacramenti multiplicatio, dicetur infra agendo de eius reiteratione.

Cum mos ſit Orientalis Eccleſiæ, vel Græcorum ſeptem vocare presbyteros, qui Extremam Vnctionem ęgrotis adminiſtrent; quem etiam morem aliquando in nonnullis Latinorum Eccleſijs obſeruatum fuiſſe, refert Nicolaus Serarius opuſcul. tom. 2. opuſculo de Extrema Vnctione: *Fuit*, inquit, *quibuſdam in locis ea olim conſuetudo, vt ad ægrotorum vnctionem ſeptem ſacerdotes accederent, & totos ſeptem dies pro illis obſecratio fieret*. Eiuſdem meminit Diuus Thomas lib. 4. contra Gentiles cap. 83. *Quia*, inquit, *hoc Sacramentum perfectæ curationis effectum habet, & in eo requiritur copia gratiæ, competit huic Sacramento vt multi Sacerdotes interſint, & vt oratio totius Eccleſiæ ad effectum huius Sacramenti*

menti coadiuuet. Vnde Iacobus dicit, *Inducat Presbyteros Eccleſiæ, & oratio fidei ſanabit infirmum. Si tamen vnus ſolus Presbyter adſit, intelligitur hoc Sacramentum perficere in virtute totius Eccleſiæ, cuius miniſter exiſtit, & cuius perſonam gerit*. Ad hoc idem alludit Rainerius Ord. Prædicat. qui claruit anno 1254. dum agens contra Vvaldenſes cap. 5. & eorum errores enumerans ait, Sacramentum Vnctionis eos reprobare, quia tantum diuitibus datur, & propter plures ſacerdotes ibi neceſſarios; cum, inquam, ex his ſatis conſtet, multos olim in nonnullis Latinorum Eccleſijs vocatos fuiſſe Presbyteros, & etiam nunc vocari in Eccleſia Orientali, pro adminiſtrando ęgrotis Sacramento Extremæ Vnctionis, circa hoc aliqua notanda ſunt; Primumque dico, validè, & etiam licitè, imo magis congruenter, vt ait Diuus Thomas loco citato, hoc Sacramentum, per plures ſacerdotes fieri, ſi eorum præſentia duntaxat requiratur, vt per orationem effectui eius coadiuuent.

Secundò ſi plures ſacerdotes ſimul formam pronuntient, & ſimul vngant, nedum validè, ſed & licitè, vbi Eccleſia nihil in contrarium ſtatuiſſet, adminiſtrarent hoc Sacramentum, ſi tamen intenderent omnes ſimul perficere vnum duntaxat Sacramentum, ſicuti in Miſſa Ordinationis omnes ſacerdotes conſecrant. Tertiò validè quoque, & etiam licitè, vbi nulla eſſet lex in contrarium, conferretur hoc Sacramentum per plures ſacerdotes ſucceſſiuè, ſi vnus vnam vnctionem cum forma ipſi correſpondente faceret, alius autem aliam, & ſic de reliquis vſque ad vltimam: Quartò ſi per plures ſacerdotes ſimul, & ſemel fierent omnes vnctiones, pronuntiarenturque ab vnoquoque formæ ſenſibus quos vngerent proportionatæ, vt dictum eſt ſupra. Vnde tota difficultas de neceſſitate plurium ſacerdotum pro adminiſtratione huius Sacramẽti ad duo

reducitur; Primò vtrum
ad validitatem Sacramenti
dictis modis; Secundò v
res ſacerdotes ad maiore
in hoc Sacramento confer
nitatem requiſiti, ſucceſſiu
ægrotum, toties iterare po
formas, & vnctiones à præ
iam adhibitas.

Circa primum, quida
Theſſalonicenſis apud Pe
dium lib. 5. de Sacram. ca
mat ad validitatem huius
plures requiri ſacerdotes, ſ
rum, aut etiam plures, ſed
ductus verbis Diui Iacob
Inducat Presbyteros Eccleſiæ
munis Theologorum ſent
cleſiæ praxi potiſſimum fu
ad validitatem huius ſacra
cere vnicum ſacerdotem,
rentem; cuius ratio eſt ex
ma 3. p. q. 76. art. 6. qui
cipalis author Sacramenti
ſtus eſt, vna perſona eſt;
qui ipſum repreſentat,
perſona eſſe debet; ſique p
Sacramento adminiſtranc
alicubi vocatos fuiſſe, hoc
eius validitatem, ſed ad m
taxat ſolemnitatem; nec v
mul validè illud conferre;
ſed vt vno validè illud co
terim alij multiplicatis i
bus diuinam opem ægrot
tu implorare, ac ſalutem
gnitate implorare poſſent.
ſata Diui Iacobi verba, vt
mus ſupra, attenta valida
ſit de magis congrua, au
huius Sacramenti admi
per enallagen numeri dict
habent aduerſarij vndè col
eo quod Apoſtolus dixer
Presbyteros Eccleſiæ, non vn
xiſſe Presbyterum; cum fr
ſcripturis numerus multit
pluralis accipiatur pro ſing
præter ſuperius adductum
ait Apoſtolus loquens de

ſeorum 11. *Obturauerunt ora leo-* *lapidati ſunt, ſecti ſunt, circuie-* *in melotis, & pellibus caprinis*: men qui obturauit ora leonum, fuit Daniel; & qui lapidatus eſt Ieremias fuit, & qui ſectus eſt Iſaias. Idque iuxta cõmunem lo-di modum, cui ſæpe ſcriptura ſe nmodat; communiter enim dici-, confitenda ſunt peccata ſacer-us, in ægritudine vocati ſunt me-cum tamen vni duntaxat ſacer-noſtra propalemus peccata, & ſæ-e vnus medicus curet ægrotum. l igitur Iacobus Apoſtolus dixe-*ducat presbyteros*, perinde eſt ac iſſet, inducat vnum ex presbyte-Dici etiam poteſt numero plura-m fuiſſe, vt ſignificaret omnes, os ſacerdotes valide poſſe iſtud mentum adminiſtrare, quod non arum fuiſſet, ſi dixiſſet, inducat yterum.

od obijcit præfatus Simeon, Epi-m non ordinari ab vno Epiſcopo, etiam Extremam Vnctionem nõ eragendã ab vno Presbytero, ob ritatẽ D. Iacobi, nullius eſt mo-, Primò, quia nõ eſt ſimilis ratio, lem in canonibus Apoſtolorum ſsè dicitur, vt ſint duo, vel tres, pauciores vbi ordinatur Epiſco-loco autẽ Diui Iacobi numerus nõ exprimitur, & commode per yteros, & vnum, & multos poſ-s intelligere: idque ex conſuetu-Eccleſiæ, quæ ſua praxi explicat ritatem Diui Iacobi, qui, vt di-, potius qualitatem miniſtri, numerum commendare voluit. ldò, ſi plures presbyteri requi-ur ex vi verborum Apoſtoli ad tatem Sacramenti, vt vult Si-, eſſet hoc de iure diuino, At tres Epiſcopos, aut ſaltem duos i ad conſecrationem alterius nõ e iure diuino, dicemus capite ſe-i, ſed ordinatione Apoſtolica ſancitum fuiſſe; vndè ſi vnus opus alterum conſecraret ſine aſſiſtentia reliquorum, peccaret qui-dem contra Sanctionem Apoſtolicam, & Eccleſiaſticam: attamen Sacramen-tum Ordinationis valeret: nulla igitur ex parte Simeonis argumentum vrget, qui etiam nullo alio fundamento, quam ingenioſis ſimilitudinibus re-rum, aut congruentiarum, ſtatuit nu-merum ſeptenarium, & trinarium pre-sbyterorum, qui aut Sacramento Ex-tremæ Vnctionis aſſiſterent, aut illud ſucceſſiuè perficerent.

Quantum ad ſecundum, dicendum quoque eſt, vbi plures ſacerdotes hu-ius Sacramenti collationi aſſiſtunt, eos valide non poſſe, toties iterare for-mas, & vnctiones à præcedentibus presbyteris iam adhibitas; ſique mo-do apud Græcos ſeptem, vel tres pre-sbyteri ſucceſſiuè vngunt ægrotos, ta-lis ritus videtur eſſe merus abuſus, graueque peccatum; etſi enim Extre-ma Vnctio, cum characterem non im-primat, vt ſupponitur ex definitione Eugenij IV. reiterari poſſit nouo ſu-perueniente mortis periculo, licet in-firmitas non ceſſauerit, eodem tamen periculo mortis perſeuerante, iterari, nec licitè omnes, nec validè poſſe, ma-gis communiter docent Theologi, hoc enim ſecundum nullibi reperitur ex-preſsè definitum, ſolumque habetur ex Concilio Tridentino, *eſſe hanc vn-ctionem infirmis adhibendam, illis verò præſertim qui tam periculosè decumbunt vt in exitu vitæ conſtituti videantur: vn-de & Sacramentum exeuntium nuncupa-tur: Quod ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc vnctionem conualuerint, iterum huius Sacramenti ſubſidio iuuari pote-runt, cum in aliud ſimile vitæ diſcrimen inciderint*. Deindè quia, licet vbi Ec-cleſia Græca conuenit cum Latina in aliquo fidei dogmate, id pro tali ha-bendum eſſe credatur vnanimiſque ille conſenſus vniuerſalis Eccleſiæ ſit certiſſimum diuinæ traditionis argu-mentum: vbi tamen interdum variat, maximè in Sacramentorum admini-ſtratione, cum circa illam diuerſas conſuetu-

conſuetudines, ac cerimonias diuerſæ Eccleſiæ pro diuerſitate regionũ ſemper in vſu habuerint; non ita eſt facilè certò dijudicare, quæ ex antiquo vſu ſeruentur, aut per abuſum irrepſerint, quæque ad eſſentiam pertineant, nec ne; ideo, licet præſens conſuetudo Græcorum in adminiſtrando hoc Sacramento pro abuſu habenda ſit, ſi hoc modo fiat vt poſtquam vnus Presbyter totum Sacramentum peregerit, alter ſuccedat, & exceptis aliquot precationibus ad eſſentiam Sacramenti minimè ſpectantibus, quæ diſtinctæ ſunt ab illis, quas prior recitat, reliqua æque, ac primus, aut præcedens conficiat, & abſoluat; oleo ſacro in iungendo ęgrotum, eaſdemque partes corporis, nec non eadem prorſus Sacramenti forma vtendo: Etſi, inquam, talis huius Sacramenti iteratio ſit magnus abuſus, vtrum tamen ſit contra fidem, inualidaque ſit ſecunda, aut tertia, & ſic deinceps eius collatio, non eſt fide certum, verior nihilominus videtur pars affirmatiua.

Ratio autem vtriuſque eſt, quia licet Sacramentum hoc ex ſe ſit iterabile, vt pote non imprimens characterem, attamen confertur tanquã quoddam remedium contra morbum, vt afferentem mortis periculum, & ratione eius occaſionem diabolo inſidiandi ęgrotanti per iniectionem tentationum contra ſpem, & fiduciam de Diuina Miſericordia: igitur vbi idem perſeuerat mortis periculum in infirmo, cenſetur etiam in eo perſeuerare idem ius ſpeciale, quod vi huius Sacramenti, durante hoc morbo ſuſcepti, habet ad accipiendum ſpecialia auxilia gratiæ, vt reſiſtat prædictis tentationibus dæmonum, quia gratia habitualis, quæ eſt effectus huius Sacramenti, vt fundat ius illud, determinatur ad totum tempus iſtius eiuſdem periculi; atque adeo eodem periculo ſic durante, repetitio, vel iteratio huius Sacramenti, maximè ſi vna fiat immediatè poſt aliam, non poteſt non

eſſe illi iniurioſa, quaſi e
gratię collatiuum non eſſet,
que illicita; nec non etia
da, ſtante eadem prorſus
riali, tum formali eiuſdem
circa quod exercetur identic
conſecrata prius ab aliquo
hoſtia, eam alius, vel idem
denuo conſecraret, inualidè
ret. A contrario autem, vb
uum, & diſtinctum periculu
à precedenti: ibi rectè pote
Extrema Vnctio, vt dicetur
hoc vt nouum ius acquirat
pro habendis iterum ſpecial
lijs huic Sacramento corre
bus contra præfatas dæmon
tiones.

Nec obſtat, ſi dicatur in
Latinorum Eccleſijs, eam
ſuetudinem fuiſſe, vt iam
ſupra, quod ad ægrotorum
ſeptem quoque Sacerdote
rent, & totos ſeptem dies pr
ſecratio fieret. Reſpondetu
tot aderant Sacerdotes, to
bus ægrotum conueniebar
quidem pro incolumitate ei
fudiſſe, vt facilius impetrar
& ſanitatem decumbenti, n
men toties iteraſſe forma
xiſſe ægrotum; aut ſi inunx
non feciſſe per modum Sa
iterando videlicet formam
quas tantum preces ab ea
adhibendoq; etiam aliud fo
pariter ab oleo infirmor
ctum: De qua re accipe v
thæi Galeni in promptuari
gico Catecheſi 182. *Ad hæ*
non fiebat illud perfunctoriè
ranter, ſed vbi æger non con
redibant eodem Sacerdotes p
vngentes, non quidem Sacra
toties repetentes, ſed ſtatis pr
ctione curantes laborantia me
benteſque Sacroſanctam Euc
Cum prius Catecheſi 181.
thor dixiſſet: *Quid enim*
raram contingere ſanitatem

habeatur ratio partium affectarum, noſtri maiores totis ſeptem diebus ...bant? Et Catecheſi 180. *Vnde ...us olim non ita parcè actum, vt ... ſed tota infuſa, delibutaque fuiſ... ora, neque tantum organa ſenſuũ, ...nes illæ partes inungebantur, in ... potiſsimum graſſabatur. Idque ...um per continuos ſeptem dies. Ne... ...ùm à Sacerdotibus, verum etiam ... infirmis, aut eorum amicis, niſi ...on erat tunc Sacramentum.*

...nclusio octaua. Subiectum ca... ...acramenti Extremæ Vnctionis ... recipiendi, eſt ſolus baptiza... ...iuus, adultus, & infirmus cor... ...ea infirmitate qua laboret cum ...lo vitæ. Priuſquam explicemus ...s huius concluſionis particu... ...andum eſt in ſuſcipiente hoc ...entum hæc duo poſſe diſtin... ...apacitas ad recipiendum Sacra...m, & ſufficiens diſpoſitio ad ...ructuosè, & vtiliter recipien... de primo agitur in præſenti ...ſione, poſtea dicetur de ſecun... ...em ſciendum eſt duplex quo... ...ſtingui debere ſubiectum in Sa...to, vnum remotum, totale ſeu & hoc eſt homo, qui recipit ...entum; alterum proximum, ...rticulare, & eſt illa hominis ...cui Sacramentum externum, ...num Sacramentale applicatur à ...o, in præſenti concluſione ...tantum de ſubiecto priori mo... ...icimuſque omnes conditiones ...ntentas ad validitatem Sacra... Extremæ vnctionis eſſe neceſ... ...n tali ſubiecto.

...num quod *ſolus Chriſtianus*, id ...aractere baptiſmali inſignitus ...x illius pertinet ad fidem, ex ...iui Iacobi verbis, *infirmatur ... vobis*, particula enim *vobis* ...ur ad ſolos Chriſtianos, ad quos ...at; deindè patet ex hoc quod ...nus in re ſuſceptus, eſt omnium ...n Sacramentorum ianua, & per ...n re ſuſceptum, homo fit capax aliorum Sacramentorum recipiendorum; vndè qui meritò ſolùm Eccleſię membra ſunt, vt Catechumeni iam credentes, ſed nondum baptizati, huius Sacramenti capaces non ſunt, donec numero ad illam pertineant per regenerationem ſpiritualem baptiſmi in re ſuſcepti.

Secundò quod debeat eſſe *viuus* clarè ſignificatur iſta particula, *infirmatur*, nec non alijs, *inducat Presbyteros Eccleſiæ, oratio fidei ſaluabit infirmum*: qui enim tantum infirmatur, & qui curat aliquem vocari, ſaluariq; ab infirmitate dicitur, ſupponitur viuere, vt ſatis per ſe patet. Grauiter ergo reprehendendus eſt Armeniorũ abuſus, qui, vt notauimus in principio huius capitis, moribundos ægrotos hoc ſalutari Sacramento fraudantes, execrabiliori cum ſacrilegio mortuorum cadaueribus, Sacerdotum tamen duntaxat, illud applicant: *Perficimus*, inquiunt, *huius vnctionis Sacramentum ſupra defunctos Sacerdotes: vngimus enim illos, quaſi luctatores, vt cum prauis ſpiritibus huius aeris viriliter decertare valeant.* Quo in abuſu Apoſtolicæ præceptioni directè contrario, vniuerſaliſque Eccleſiæ praxi, Conciliorum decretis, & omnium Patrum doctrinæ, plura continentur abſurda, primò enim ſacrilegè inungunt ſubiectum omninò incapax tum effectus primarij huius Sacramenti, qui eſt animæ ſanitas, tum effectus ſecundarij, qui eſt ſanitas corporis, cum enim talis animæ ſanitas, vel robor ſpirituale, vt explicuimus ſupra, non habeatur niſi per gratiam ſanctificantem, quomodo poteſt ad animam ſeparatam, iamque extra ſtatum vitæ tranſmitti per Sacramentum cadaueri datum; Secundò fatuum omnino eſt, quod non omnium hominum, ſed tantum Sacerdotum corpora ſe dicãt vngere, vt præparentur ad certamen, aut luctam cum prauis ſpiritibus; quaſi aliorum cadauerum animæ ſeparatæ, aut viribus fortioribus ſint prædi-

tæ;

tæ ; aut Sacramenti iſtius auxilio indignæ ; aut luctari, ac certare non debeant ; quæ omnia ſunt valdè abſurda ; nec minus adhuc ſi dicant has animas eſſe incapaces huius Sacramenti, ſecus, autem animas Sacerdotum defunctorum ; quibus enim rationibus iſtæ ſunt capaces, aut incapaces, illæ quoque tales dicendæ ſunt, vndè cum ſecundum fidem ſint incapaces cæteræ animæ receptionis fructus huius Sacramenti per inunctionem cadauerum ipſarum, tales quoque ſunt animæ Sacerdotum defunctorum.

Tertiò quod ſuſcipiens hoc Sacramentum debeat eſſe *adultus*, qui habeat, vel ſaltem habuerit aliquando vſum rationis, communiter docent Theologi, primumque id colligunt ex verbis Apoſtoli, *inducat Presbyteros Eccleſiæ*, hic enim loquendi modus denotat vſum rationis in ſuſcipiẽte ; tum ex praxi vniuerſalis Eccleſię ; tum quia ſecundum inſtitutionem Chriſti Domini, ij ſoli ſunt capaces alicuius Sacramenti validè ſuſcipiendi, qui propriorum eius effectuum ſpiritualium, vel in toto, vel in parte ſunt capaces ; Sacramenta ſiquidem conferuntur Chriſtianis propter ſuos fines, & proprios effectus : ſed ſoli adulti qui habent vſum rationis, vel ſaltem aliquando habuerunt, ſunt capaces proprij effectus ſpiritualis huius Sacramenti, qualis eſt gratia alleuians infirmum, illum roborans, & confortans aduerſus tentationes, & inſultus dęmonum contra ſpem & fiduciam in Deo collocandam, item remiſſio peccatorum, modo ſuperius explicato, vt per ſe patet ; ſoli igitur adulti, qui habent, vel ſaltem habuerunt vſum rationis ſunt capaces validæ ſuſceptionis huius Sacramenti, non autem infantes ante illum, perpetuoque amentes.

Nec refert quod infantes ſint capaces ſanitatis corporis recipiendæ ; cum enim reſtitutio priſtinæ ſanitatis

ſit tantum effectus quidam
lis, & corporeus, ad quem c
non primo & per ſe eſt in
trema vnctio, ſed ad ſumm
dario, vbi ita placuerit D
nec illum cauſat, aut conf
diante ſuo primario effectu;
que eſt, quod quicunque e
primarij, ſit etiam incapax
pro vt procedit à tali cauſ
enim cauſari poſſe dubium
ipſo quod non eſt proprius
cramenti effectus.

Nihil inſuper refert, qu
mitiua Eccleſia legatur d
Sacramentum Euchariſtiæ
etiam ante vſum rationis ; l
nihil refert, infantes enim
ces alimoniæ, & conſequ
Euchariſtia detur per qua
logiam ad cibum corpore
tes etiam poſſunt cum fr
percipere : hæc enim aug
in manducante, in ordine
vnitatem, & coniunctio
Chriſto, quatenus corpus
Chriſti Domini ſunt veru
potus, cuius vnionis auge
dam, & ſimplicem ſump
& potus ſpiritualis, infans
eſt capax, cum nullus in
ſit obex : at ſpecialis grati
ti Extremæ vnctionis eſt i
operandum, ſcilicet ad re
tentationibus Diaboli te
tremi morbi, cuius operat
nondum eſt capax, cum
rationis, & proindè non e
ius Sacramenti ita illu
tantis.

Per quod etiam patet
inſtantiam, quæ deſumi p
cramento Confirmationis
huc infantes ſunt capaces
ſpecialis gratia eius ſit in
operandum, roborando ſ
firmatum aduerſus tenta
fidem per tyrannum iniji
par enim eſt quo ad hoc in
conditio Extremæ vnction

tutione, & conditione Confirmationis, quod hæc abſtrahat à morbo periculoſo, & inſuper, quod ius illud quod confert pro habendis ſpecialibus auxilijs ad fidem conſtanter profitendam, non ſit tantum pro certo aliquo, & determinato tempore ſuæ vitæ, ſed quouis tempore illius, quo fides erit profitenda coram tyranno: vnde prȩterquam quod confirmat gratiam in baptiſmo collatam, mirum non eſt ſi infanti ſtatim baptizato validè conferri poſſit, cuius etiam ſemel collati virtute, cum ſit initerabilis, quia imprimit characterem, poſſit quacumque data occaſione, quouiſq; tempore conſtanter fidem coram tyrannis profiteri: At Sacramentum Extremæ vnctionis eſt determinatum ad certum tempus, ſcilicet ad ſolum tempus morbi periculoſi, quo durante accipitur, & quoties accidit alius talis morbus repeti poteſt; atque adeò ius quod acquiritur in adminiſtratione Extremæ vnctionis eſt tãtum pro habendis illis ſpecialibus auxilijs durante tali morbo; quibus cum infans baptizatus laborans morbo periculoſo non poſsit tunc vti, nec alio ſequenti tempore, ſi redeat ad ſanitatem, poſſit reducere prȩdictum iſtud ius ad vſum, quia ſi poſtquam adoleuerit incidat in nouum morbum periculoſum debet accipere hoc Sacramentum, fit vt pro ſtatu ſuæ infantiæ non poſsit acquirere ius ad habendum auxilia ſpecialia gratiæ correſpondentia extremæ vnctioni, nec per conſequens ſit capax illius validè accipiendæ, ſicuti eſt capax Confirmationis, eo quod ſit capax gratiæ ipſi correſpondentis.

Etſi autem infantes, perpetuoque amentes inualidè inungantur, pueri tamen ſeptennes, cum ſupponantur vſum rationis obtinuiſſe, validè, & licitè ſecundum multos Doctores vnguntur, putantes etiam neceſſe non eſſe, vt mortaliter peccare potuerint, cum ſit ſatis, ſi potuerint venialiter; vndè non videntur laudandi illi, qui requirunt puerum exceſsiſſe pubertatem; quamuis enim iuxta aliquorum probabilem opinionem, his ſeptem annorum pueris non liceat dare viaticum, pro quo ſuſcipiendo expectandus eſt decimus circiter annus, tamen licebit, debebitque dari Extrema vnctio, quia hæc ſunt Sacramenta diſparata, & Extrema vnctio non exigit tantam diſcretionem, quantam illorum opinio requirit ad ſumendam Euchariſtiam.

Quamuis etiam plures non deſint, qui aſſerant poſſe quoque, & debere his dari viaticum. An autem ſatis ſit ad validam, licitamque vnctionem, ſolùm poſſe peccare, ſaltem venialiter, vndè licitum ſit, ſiue pueris ſeptennibus, ſiue alijs maioris ætatis illam conferre immediatè poſt baptiſmum, quando moraliter certum eſt, nondũ eos ne venialiter quidem peccaſſe, duplex eſt ſententia; affirmant enim aliqui, putantes ſolum requiri potentiam peccandi, negant alij, quia ſic non verificaretur forma huius ſacramenti, quæ dicit, *Indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti*. Probabilior eſt prima ſententia, non eo tamen quo dicitur fundamento, ſed quia proprius huius ſacramenti effectus non eſt remiſſio peccatorum, vt ſecunda tenet ſententia, ſed gratia alleuians, & roborans infirmum contra tentationes dæmonum, vt ſupra explicuimus, quibus cum omnes vſum rationis habentes ſint obnoxij, etiamſi nullum aliàs peccatum habeant, erunt quoque dictæ gratiæ, atque adeo ſacramenti illam conferentis capaces. Si autem dubitetur an puer ſeptennis vſu rationis polleat, docent etiam aliqui debere inungi, ſed ſub conditione, dicentes negotia, in quibus nihil amittendum timetur, ſed potius lucrum ſperatur, audacter eſſe tractanda.

Dictum eſt in concluſione ſub diſiunctione adultum, qui habeat, vel habuerit vſum rationis eſſe capacem huius

huius Sacramenti, ex praxi enim vniuerſalis Eccleſiæ, qui poſt vſum rationis in phrænesim; vel in amentiam inciderunt, hoc Sacramento frui poſſe certum eſt; Sacramenta enim nouæ legis, de quorum numero eſt Extrema vnctio, nõ requirunt actualẽ, & formalem ſuſcipientis conſensũ, quando de facto recipiuntur, ſed ſufficit interpretatiuus, qui præſumitur eſſe in quolibet fideli, volente ſaltem in mortis articulo ritu Chriſtiano decedere, vndè ni conſtet eſſe in peccató mortali, debet illi hoc ſacramentum conferri. Cauendum tamen ſemper eſt, ne, quo ad phræneticos, ſit periculum irreuerentiæ, eo enim exiſtente, non eſse vngendos, communis eſt ſententia.

Quartò quod, vt quis validè ſuſcipiat hoc ſacramentum, præter conditiones iam allatas, debeat eſſe infirmus corpore, & ea infirmitate, qua laboret cum periculo vitæ, docent communiter Theologi; tanquam quid certiſsimum, colliguntque ex verbis Diui Iacobi, *infirmatur quis in vobis*, quibus iuxta praxim Eccleſiæ, non quæcunque ſed periculoſa intelligitur infirmitas reſpectu ægri, vndè in Græco pro eo verbo, quod habet vulgata noſtra editio, *infirmatur*, habetur *aſtenei*, quod, iuxta vim ſuæ ſignificationis, ſignificat eſſe ſine viribus. Tum ex fine huius Sacramenti, qui ex Tridentino ſeſſ. 14. ante primum caput de extrema vnctione, eſt, finem vitæ hominis firmiſsimo quodam præſidio munire aduerſus diaboli verſutias. Dictum eſt tamen infirmitatem debere eſſe ſolum talem, qua infirmus laboret cum periculo vitæ, ſeu iudicetur prudenter & probabiliter eſſe tale periculum, non autem qua ſit, vel videatur conſtitutus in exitu vitæ; ad collationem enim huius ſacramenti ſaltem licitam, addunt alij, & validam, ſufficit quod infirmus ſit in primo ſtatu. Concilium enim Tridentinum dum cap. 3. ait, *eſſe hanc vnctionem infirmis adhibendam, illis*

verò præſertim, qui tam pe
cumbunt, vt in exitu vitæ co
deantur; illa particula,
denotare videtur, alijs in
culosè decumbentibus ſal
imo & validè, adhiberi po
non ita periculosè decum
exitu vitæ conſtituti vid
autem dicatur collationem
cramenti dependentem fo
nione hominum, qui iud
infirmum periculosè lab
non, reſpondetur nullum
ueniens, quod ſaltem l
quid ſit de valida, ſac
collatio pro hominibus in
quæque humano debent
do, dependeat ab eorum
proportione enim ſeruat
aliquis ſe eſſe in gratia,
ſit, ſaltem licitè, quid
fructuosè, de quo diſput
gi, ſumere poteſt Sacra
chariſtiæ; ſimiliter ſacerd
ti, quem ex ſignis ext
eſſe talem, etiam ſi in re
licitè, quamuis non fruc
impendere abſolutionem
do ſaltem licitè poterit
trema vnctio infirmo, pr
probabiliter iudicato eſſe
vitæ, etiam ſi non ſit in
periculo. Cui conſonat
Florentinum, dum ha
conditionem ita exprim
cramentum niſi infirmo d
te timetur, dari non deb
omni infirmo de cuius m
dari debet, ſed quand
mortis ex tali infirmitate
probabile, iuxta pruden
tunc prudenter timetur
talis infirmi: ergo tunc
tè poteſt ei adminiſtrari
mentum, quamuis non
ſemel ſit verum, quod va
latio eſſentialiter annecta
ro mortis periculo, ſec
quos.

Imo aliqui Theologi d

in dubio, an infirmus ſit in dicto periculo, debere illi miniſtrari hoc Sacramentum; quique docent, expectari debere, donec conſtet de periculo, negant tamen cum omnibus alij Theologis, expectandam eſſe vitæ deſperationem; ratio eſt quia tunc Extrema vnctio eſt conferenda, quando ſenſus, & mens recipientis vigent, vt nimirum reuerenter,& cum maiori diſpoſitione recipiatur. In quo tamen rigorosè loquitur Catechiſmus Romanus p. 2. de Vnct. cap. 6. nu. 9. *Grauiſſimè*, inquit, *ij peccant, qui illud tempus ægroti vngendi obſeruare ſolent, cum iam, omni ſalutis ſpe amiſſa, vita, & ſenſibus carere incipiat*. Verùm huiuſmodi dictum leniunt aliqui doctores dicentes, ad mortalem culpam incurrendam requiri, vt tanta dilatio, dedita opera, & ex negligentia fiat: vel etiam quando infirmus aliud Sacramentum ſuſcipere non poteſt. Demum ſi nullum, etiam probabile iudicium interueniat de periculo infirmi, imò nec prudens hæſitatio, Sacerdos tamen nondum ſatis verſatus in viſitandis infirmis, & dignoſcendo ſtatu infirmitatis putet bona fide ſubeſſe periculum, & hac credulitate ductus, conferat ei hoc Sacramentum, tunc validum non fore communiter ſentiunt Theologi; etſi enim bona fides poſſit excuſare à peccato, nunquam tamen poteſt ſupplere eſſentialia alicuius Sacramenti, vt patet in eo, qui bona fide baptizaret in aqua roſacea, quam crederet bona fide ſufficere, aut eſſe veram, & naturalem aquam: ſuppoſito igitur, quod ſaltẽ infirmitas periculoſa, ratione cuius prudenter poteſt metui de morte infirmi, ſit conditio eſſentialiter requiſita in ſubiecto huius Sacramenti, vt dictum eſt; illa deficiente, quamcumque bonam fidem habeat Sacerdos, Sacramentum hoc inualidè ei conferetur.

Vndè etiam ex defectu huius conditionis nullum erit ſi detur Chriſtiano ſano, licet iam iam morituro per ſuſpendium ex ſententia iudicis, vel in prælio, vel in naufragio, quia ſola propinquitas mortis non ſufficit, ſed inſuper requiritur quod procedat ex infirmitate, ſeu ægritudine corporis; attamen ſi damnatus ad mortem interim incideret in periculum vitæ per morbum & ægritudinem antequam, mors ei infligatur, multi doctores putant, tunc quantum eſt ex parte huius conditionis eſſe capacem huius Sacramenti, etſi conſuetudo loci id ferat, poſſe licitè ei conferri.

At omnes ij, qui ex vulnere ſiue in prælio, ſiue extra prælium recepto, quicquid aliqui dicant, qui volunt, vt, præter vulnus morbus aliquis accedat, qui ex morſu viperæ, vel rabidi canis, atque adeo qui ex veneno quocumque, qui ex ſenio, qui ex humorum inordinatione, qui ex naturæ debilitate, vt etiam mulieres, quæ ex prægnatione, vel puerperio, iudicantur verſari in probabili mortis periculo iuxta prudentis iudicium, poſſunt Extremam vnctionem ſuſcipere, etiamſi in lecto non iaceant, iuxta communem ſententiam, cum nihil referat ad Sacramentum vnde proueniat infirmitas, an ab extrinſeco, an ab intrinſeco, ſed ſufficiat quod illa reperiatur in corpore:

Ex dictis patet præſentem morem Græcorum, qui pœnitentes quamuis ſanos, & beneualentes in omnibus ijs corporis partibus adhibita quoque forma Sacramenti non aliter, atque infirmos inungunt, nulla ratione probari poſſe. Si tamen illos inungerent non per modum Sacramenti, adhibitiſque alijs cautelis, non adeo improbandum fore hunc ritum, ait Arcudius lib. 5. de Sacramentis cap. 4. vbi etiam eius originem refert, quadruplicemque vnctionem fuiſſe, atque etiamnum apud Græcos vigere, & florere. Olei in Sacramento, eiuſdẽ olei extra Sacramentum, & olei ſimpliciter ſigno crucis benedicti in lam-

pade exiſtentis, poſtremo alterius miraculoſi ex aliqua imagine, vel corporibus Sanctorum ſcaturientis.

Concluſio nona. Loquendo de particulari huius Sacramenti ſubiecto, ſeu de partibus hominis baptizati adulti morbo periculoſo laborantis, quibus hæc Sacramentalis extrema vnctio debet applicari, ſunt quinque ſenſus exteriores, ſeu ſedes quinque ſenſuum exteriorum, quarum aliqua qui carent, exempli cauſa, qui ſunt truncati manibus, vel habent aures abſciſſas, ſunt inungendi in partibus vicinioribus: ita communiter omnes Theologi quoad vtramque partem, & patet ex Tridentino loco citato, nec non ex ipſis ritualibus, aut manualibus Eccleſiarum; vbi illud expreſsè adnotatur vt obſeruandum; cuius rei plures etiam congruentiæ non deſunt. Vtrum autem & quomodo iſtæ quinque vnctiones ſint de eſſentia huius Sacramenti, iuxta diuerſitatem opinionum patet ex dictis ſupra concluſione 4. vbi etiam notauimus Sacerdotes, ad diſtinctionem non Sacerdotum in exteriori manu debere inungi, dũ cis extremæ vnctionis Sacramentum miniſtratur, cum iam fuerint in vola manus Sacro Chriſmate vncti.

Cæterum omnes conueniunt aliarũ partium, vt pedum, ac renum vnctiones neceſſarias non eſſe; imo reijciendas, quæ habent aliquam indecentiã, vt eſt illa renum, in mulieribus; imo viris ipſis loco renum inungitur pectus in quibuſdam locis: alij verò addunt vnctionem cordis, vel pectoris, ſcapularum, & capitis, maximè in ijs qui non ſunt confirmati, vt dicitur fieri Coloniæ, & Venetijs: alij denique addunt vnctionem illius partis, in qua infirmus ſentit maximum dolorem, qua in re debet vnuſquiſque ſequi morem Diœceſis, vel Eccleſiæ in qua eſt.

Maior difficultas eſt circa ritum in hac re, à Græcis obſeruatum, qui licet dum oleum infirmorũ conſecrant,

mentionem ſenſuum facia[...]
tet ex eorum Euchologio, il[...]
omnes non inungunt, ſed f[...]
mentum, ambas genas, ita [...]
deatur vnctio in capite ad [...]
crucis, deinde pectus, tum [...]
idque ex vtraque parte, poſt[...]
des; vtrum nimirum hoc S[...]
tum ita adminiſtratum ſit [...]
Qui enim Doctores volunt, [...]
proximam huius Sacramenti [...]
da eius collatione, eſſe qui[...]
ſuum vnctiones, conſequen[...]
re tenentur præfatum Græco[...]
eſſe inualidum; ſecus autem [...]
cent, ſufficere vnctionem, [...]
ſenſus, aut alterius cuiusli[...]
corporis.

Concluſio decima. Loc[...]
diſpoſitionibus animæ ad S[...]
tum Extremæ vnctionis fruc[...]
cipiendum neceſſarijs, infi[...]
illud recipit ante amiſſum [...]
ſuum exteriorum, & loque[...]
adhuc ſe præparauit per S[...]
tum pœnitentiæ, tenetur il[...]
mittere Extremæ vnctioni: [...]
iam in ſtatu morbi periculo[...]
rit Sacramentum pænitentiæ[...]
habet peccata mortalia à te[...]
timæ confeſſionis commiſſa [...]
illa oblita, quorum occurri[...]
moria, tenetur præmittere S[...]
tum pœnitentiæ, ſuſceptio[...]
Sacramenti. Ita communit[...]
logi: Ratio eſt, quia hoc S[...]
tum eſt viuorum, atque ad[...]
rit ſtatum gratiæ in ſuſcipien[...]
qui eſt in peccato mortali, c[...]
perare non poſſit niſi per S[...]
tum pænitentiæ, cui ſoli pe[...]
uenit remittere peccata po[...]
mum commiſſa à Chriſtian[...]
ſcente illa, & potente ea c[...]
manifeſtè ſequitur, infirmu[...]
ſtatu peccata mortalia habe[...]
neri præmittere illorum conf[...]
ſuſceptioni Extremæ vnction[...]
ſolum ea ratione, qua præ[...]
confeſſionis maximè tunc vr[...]

etiam attenta conditione huius Sacramenti, quod cum ſit viuorum, non remittit per ſe peccata, ſed illa ſupponit iam remiſſa per gratiam habitam per Sacramentum pænitentiæ, aut extra illud per actum contritionis. Certum eſt enim apud omnes, infirmum habentem impotentiam ad confitendum Sacramentaliter, & laborantem peccato mortali, ſi verè ſit contritus, tunc Extremæ Vnctionis Sacramentum accipiendo, obtenturũ primarium eius effectum.

Imo putant multi, quod ſi quis bona fide exiſtimaret, ſe eſſe in ſtatu gratiæ, tamen re vera non eſſet, aut etiam haberet ſolum actum veræ attritionis, cognitum quoque, vt talem de ſuo peccato mortali, cum intentione illud confitendi Sacramentaliter vbi poſſet, eum adhuc capacem fore recipiendi fructuosè hoc Sacramentum, peculiareque illi eſſe, vt cum ſola attritione, quæ ſufficeret Sacramento pœnitentiæ, mortalia quoque remittat, ſupplendo veluti vices Sacramenti pęnitentiæ, cuius eſt conſummatiuum ex Tridentino. Cui ſententiæ fauet praxis Eccleſiæ, quæ vbi videt hominem, quem nouit eſſe Catholicum, caſu repentino incidiſſe in euidens periculum mortis, amiſſo vſu ſenſuum exteriorum, & loquela, nullo alio diligenti examine præmiſſo de eius contritione, ſolet ſtatim, vt aliquod auxilium ei afferat, & illi prouideat de remedio contra peccata non confeſſa Sacramentaliter, adminiſtrare ei hoc Sacramentum, etiam ſi tunc illud non petierit, nec poſitiuè dederit aliqua ſigna contritionis, quod certè non faceret Eccleſia, ſi pro accipiendo fructu huius Sacramenti iudicaret in tali caſu contritionem abſolutè, & ſimpliciter eſſe neceſſariam, & attritionem non ſufficere; nam probè nouit homines communiter non ita facilè elicere actus verę contritionis, quin potius ne faceret iniuriam Sacramento, vbi ſigna contritionis non videret, omnino abſtineret ab eius adminiſtratione, ſicut in Rituali Romano monet faciendum, quando infirmus phreneſi, aut amentia laborans poſſet veriſimiliter aliquid facere contra reuerentiam huius Sacramenti, vel ad ſummum præciperet Sacerdoti, illud tantum ſub conditione tacita, vel expreſſa, quod nimirum talis infirmus ſit contritus, ei conferre, quemadmodũ in eodem Rituali Romano præſcribitur faciendum, quando peracta prima, vel ſecunda vnctione, & reliquis nondum perfectis dubitatur an infirmus viuat, quorum duorum cum neutrum præcipiatur obſeruandum, indè colligunt authores huius ſententiæ iudicare Eccleſiam in tali caſu attritionẽ ſufficere ad conſequendum proprium huius Sacramenti effectum: docent tamen ſuſcipientem, ſi poſtea conualeſcat, teneri, Sacramentaliter confiteri peccata mortalia non confeſſa.

Quia autem ſuſcipiens hoc Sacramentum, non debet eſſe excommunicatus, propterea ſi ſit, vel timeatur eſſe eiuſmodi, erit prius, ſiue abſolutè, ſiue ſub conditione, *ſi indiget*, abſoluendus; pro eo enim articulo quilibet Sacerdos hanc abſoluendi poteſtatem habet, eo tamen modo, & cum ijs oneribus, quæ ſolent imponi, ſi ſit excommunicatio reſeruata.

Demum plures etiam ex recentioribus tenent Sacramentum Extremæ vnctionis poſſe eſſe validum, & informe, poſtea autem reuiuiſcere; hoc eſt, poſſe conſtare omnibus eſſentialibus, tam ex parte materiæ, & formæ, quam ex parte miniſtri, & nihilominus defectu diſpoſitionis prærequiſitę in ſubiecto, ei non conferre proprium effectum, & remoto iſto impedimento, per ſufficientem dolorem de peccatis, iuxta diuerſitatem opinionum, ei poſtea proprios ſuos effectus conferre, durante tamen morbo in eodem ſtatu, nam cum ius accipiendi ſpecialia auxilia huic Sacramento correſpondentia, ſit determinatum ad

durationem morbi, & perſeuerantiam eius ſecundum eumdem ſtatum, vt diximus ſupra, ſi ſtatus morbi mutetur notabiliter, infirmus non recuperabit prædicta auxilia, cum illud prædictũ ius expirauerit: ideoque ratione noui periculi, & iſtius mutationis, debet iterum accipere hoc Sacramentum, vt mox dicetur.

Concluſio vndecima. Sacramentũ Extremæ vnctionis ſpectatum ſecundum ſe non obligat ſaltem ſub mortali, adultos fideles periculoſè ęgrotantes ad ſui ſuſceptionem. Iſta concluſio eſt communis inter Theologos poſt Diuum Thomam in 4. diſt. 23. art.1. quæſt.3. ad 1. Quia omnis obligatio Sacramenti fundatur, vel in neceſſitate medij, quatenus effectus ille ad quem producendum in nobis eſt inſtitutum, eſt ad ſalutem neceſſarius, nec poteſt alio modo à nobis obtineri, ſicut eſt baptiſmus reſpectu infantium. Vel fundatur in neceſſitate præcepti, quatenus datur aliquod præceptum obligans homines ad Sacramentum recipiendum, V.g. Euchariſtiam: At in neutro capite iſtorum poteſt fundari obligatio recipiẽdi Extremam vnctionem; ſi ergo conſideretur tantum ſecundum ſe, ſecluſiſque alijs circunſtantijs, de quibus ſtatim, nulla in infirmo fideli adulto datur obligatio illam recipiendi. Maior huius argumenti cum ſit certa, probatur minor, cuius etiam prima pars ſatis patet ex dictis, ſecunda autem ex hoc, quod tale præceptum nullibi extat, non apud S. Iacobum, nullo præceptiuo verbo, ſed potius exhortatiuo vtentem, tradendo hoc Sacramentum tanquam remediũ valde vtile Chriſtianis adultis periculoſè ægrotantibus; vnde à Concilio II. Cabillonenſi cap. 48. Extrema vnctio non vocatur præceptum, ſed *documentum* S. Iacobi; Non item in aliquo Eccleſiæ vniuerſalis ſtatuto; ſique aliquod emanatum legitur ex aliquo particulari Concilio, præterquam

quod, vt tale non poteſt ob
nes, & ſingulos fideles, ad
non agitur de huius Sacram
ptione, ſeu paſſiua adminis
quæ propriè reſpicit infirm
loſè decumbentes, ſed de a
propriè reſpicit Parochos
etſi teneantur, vel per ſe
ſufficientes vicarios, vt dixi
agendo de miniſtro huius S
ti, non licet propterea infe
æquale præceptum pro infi
lud recipiendum; cum ma
ceptum factum proprijs Sa
de adminiſtrando hoc S
ſuis ſubditis intelligatur,
expreſſa, vel tacita eorum
tione.

Dictum eſt hoc Sacram
cundum ſe non obligare
mortali adultos fideles
ægrotantes ad ſui ſuſceptio
non deſunt aliqui doctores
illud obligare ſub veniali; a
verum eſt nullum extare pr
de illius ſuſceptione, dicer
meram eius omiſsionem, ſe
circumſtantijs, nullum incl
catum, nec mortale, nec v
xi ſi nullum extet præceptu
enim doctores putant D.Ia
imperatiuum *inducat*, pra
lium, & hortationem, inſu
tare præceptum diuinum,
ſtolum promulgatum, cui
fauet Concilium Tridentinu
cap.3.

Inſuper dictum eſt hoc
tum non obligare, ſi conſid
tum ſecundum ſe, & abſolu
dine ad ægrotantem, ſeclu
attentis ſpecialibus quibu
circunſtantijs, V.g. loci, v
quod eius conſuetudo ſit,
extremè laborantes illud re
quod ex eius omiſſione fi
ſcandalum, vel quod infir
non recipit ex aliquo conten
quia illud ſciens omittit, c
deat ſe affligi grauibus tent

quas putet ſe non poſſe ſuperare ſine hoc Sacramento; In his enim, & alijs ſimilibus circumſtantijs omnes Theologi concedunt illud poſſe adultum periculosè ęgrotantem interdum obligare ad ſui receptionem, ita vt omiſſio illius nedum ſit venialis, ſed poſſit interdum eſſe mortalis.

Etſi autem ex dictis ſupra, Extrema vnctio, perſeuerante eodem prorſus mortis periculo, iterari, nec licitè, nec validè poſſit, quia ſemel habita ſufficit pro eodem periculo, vt ex vſu Eccleſiæ conſtat antiquiſsimo, omnes tamen admittunt, iterandum eſſe in diuerſis infirmitatibus; imò ſi nouum ſuperueniat periculum, licet infirmitas non ceſſauerit, quia tunc cenſetur alia noua infirmitas periculoſa, atque adeo nouo remedio, nouoque indigens diuinæ gratiæ auxilio. Solùm difficultas eſt inter illos, quonam modo hoc nouum periculum cognoſci poſſit, ad hoc enim aliqui non requirunt maius temporis interuallum, quam, quod requiritur, vt infirmus dicatur prius periculum euaſiſſe, ſeu fuiſſe extra illud; alij nouum adeſſe, vel ſuperuenire periculum exiſtimant, ad iterandam extremam vnctionem, ſi, illam recepit exiſtens in periculo mortis, deindè per aliquot dies illud euaſit; vt ſi per menſem conualuit à periculo mortis, poteſt item recipere hoc Sacramentum, ſi iterum incidat in graue eiuſdem mortis periculum; alij denique putantes eſſe inane, ad iterandam Extremam vnctionem, expectare vnius anni, aut menſis interruptionem, definiunt in communi, inter periculum tranſactum, & periculum nouum in eadem infirmitate, debere eſſe notabile, id eſt tantum, vt vtrumque periculum, non ſolum ſecundum apparentiam, & effectus, ſed in reipſa poſſit dici diſtinctum, ita vt æger, medio tempore, prudenti iudicio poſſit dici fuiſſe extra periculum mortis, quo ad illum morbum attinet. At Rituale Romanum his breuiter verbis rem expedit: *In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debere, niſi diuturna ſit, vt, cum infirmus conualuerit, iterum in periculum mortis incidit.*

Denique, cùm cauſa ſuſcipiendi hoc Sacramentum, non ſit morbus ſimpliciter, ſed morbus periculoſus, ita vt quoties idem morbus de non periculoſo mutatur in periculoſum, conſtituat infirmum ſub noua neceſſitate hoc Sacramentum iterandi; inde ſequitur, quod ſi quis illud ſuſcepit tempore, quo morbus non cenſebatur periculoſus, poſſit rurſus illud ſuſcipere, cum re vera periculoſus efficitur, non ſolum, quia, vt diximus probabile eſt, non fuiſſe prima vice validum; verum etiam, quia eſto fuiſſet, mutato morbo de non periculoſo in periculoſum, conſtituitur infirmus ſub noua neceſſitate illud recipiendi.

Quantum autem ad tempus, quo miniſtrari poteſt hoc Sacramentum, nihil determinatum habetur, vnde quacumque hora, & die miniſtrari poteſt; ſolum in tempore interdicti prohibitum id inuenitur cap. *quod in te* de pænit. & remiſſ. Excipi tamen ab hac prohibitione debere eos, quibus pro illo tempore conceſſum eſt priuilegium, item ex pietate Eccleſiæ, quando moriturus Sacramentum pęnitentiæ recipere non potuit, docent communiter doctores, cum in hoc caſu Extrema vnctio ſit medium valdè probabiliter neceſſarium ad animæ infirmi ſalutem, vnde præſumitur Eccleſia illam non prohibere, ſicut nec tunc prohibet collationem Sacramenti Pœnitentiæ.

Ex omnibus huc vſque dictis facilè colligitur hoc Sacramentum rectè definiri, quod ſit Sacramentum, quo per Sacerdotalem orationem in Sacramenti forma contentam, oleique vnctionem, infirmo gratia confertur ſaluatiua, alleuiatiua, & conditionate remiſſiua peccatorum: vel Extrema Vnctio, eſt Sacramentum, quo

quo fideles periculosè ægrotantes, per vnctionem ex oleo ſacro, ſub certa verborum forma factam, accipiunt gratiam habitualem ſaluatiuam, & alleuiatiuam, ſimulque cum illa ius ad habenda auxilia ſpecialia ad ſpem, & fiduciam concipiendam Diuinæ Miſericordiæ, ad ſuperandas dæmonum tentationes in moleſtijs morbi perículoſi, remiſſionem peccatorum, ſi quæ ſint, nec non corporis ſanitatem, ſi expediat; cuius definitionis vel deſcriptionis partes ſingulæ cum explicatæ ſuperius fuerint, nihil ſupereſt dicendum, niſi quod ſicut in alijs Sacramentis tria diſtingui ſolent, vnum quod eſt res tantum, alterum quod eſt Sacramentum tantum, & aliud quod eſt res, & Sacramentum ſimul, ita & in iſto. Vnde in hoc Sacramento res tantum eſt gratia ipſi propria; Sacramentum tantum, eſt ipſa externa vnctio, ſeu potius compoſitum ex vnctionibus, & verbis: res & Sacramentum ſimul, eſt ſpiritualis animi hilaritas: nam hęc & ſignificatur externo ſymbolo vnctionis, & ſimul ſignificat vlteriorem animi ſanctitatem; vt enim ait Sanctus Thomas in ſupplem. q. 30. art. 3. ad 3. *In hoc Sacramento res & Sacramentum non eſt character, ſed quędam interior deuotio, quæ eſt ſpiritualis vnctio.* Differt autem ab Euchariſtia, quod hęc, cum habeat rationem conuiuij, cauſet deuotionem, & hilaritatem in anima per modum refectionis, & inebriationis ſpiritualis: at verò Extrema Vnctio, cum admodum medicinæ ſpiritualis inſtituta ſit, dictam deuotionem, animique hilaritatem cauſat, per modum vnctionis ſpiritualis, potentias animæ lętificantis, & roborantis contra dæmonum tentationes, & languorem ſpiritualem ex peccatis præcedentibus, & præſentia morbi prouenientem.

quo

CAPVT L

Oſtenditur aduerſus Luthe-
uinum, eorumque ſequac
eſſe verum proprieque
legis Sacramentum, tum
ſpectant breuiter explic

IAm ſupra cap. 36. eg
dinibus ſecundum q
tuunt diuerſos in Eccleſia
ad eius hierarchiam pert
muſque illos eſſe octo, vi
ſcoporum, Presbyterorum
rum, Subdiaconorum, Ac
Exorciſtarum, Lectorum,
rum; quorum quatuor pr
maiores, & ſacri, quia hab
continentiæ ſibi annexu
que in illis poſſunt tange
quatuor autem vltimi mi
ſacri vocantur, quia id n
nec habent ſibi annexum
tinentiæ. Diuiduntur e
in hierarchicos, & non h
Etſi enim larga quadam ſ
omnes dici poſſint hierar
nus omnes ſunt deputati
aliquod miniſterium Eccl
minus ſtrictè loquendo d
rarchia, tres tantùm ſunt
rarchici, Epiſcopatus, Pre
& Diaconatus; Actiones
chicæ ex Diuo Dionyſio ſ
illuminare, & perficere;
omnes eſſe in Epiſcopo,
quatenus remittit peccata
te, quatenus prædicat Eu
perficiente, quatenus conf
ſimplex autem Sacerdos p
luminat, quatenus remit
pænitentibus ſibi ritè con
conus tandem illuminat, q
bet etiam poteſtatem conc
docendi alios rudimenta f
Cum igitur loco citato
nibus ordinibus ſub dic
egerimus contra hæreticos
tra eoſdem agimus de illis

Sacramenti; vtrum nimirum ordo ſit verum, proprieque dictum nouæ legis Sacramentum, quia autem nomen ordinis ſub hac conſideratione duobus adhuc modis ſolet vſurpari; Primo prout ſignificat certum quemdam ſtatum hominum, in Eccleſia deſtinatorum ad celebrandum Sacramentum Euchariſtiæ, vel ſpecialiter ei inſeruiendum, ex vi ſuæ conſecrationis; Secundò pro vt ſignificat actionem ipſam, vel ritum, quo poteſtas conficiendi Euchariſtiam, vel ſpecialiter, & ex officio inſeruiendi eius celebrationi confertur hominibus: quo pacto conſecratio hominis in ſacerdotem, etſi vocatur communiter ordo, tamen ad diſtinctionem prioris ſignificationis, potius debet appellari ordinatio; vnde inter iſtas duas acceptiones hæc eſt diſtinctio: quod ordo priori modo ſumptus, ſit terminus ordinationis ſumptæ poſteriori modo, ſicut calor eſt terminus calefactionis, ſitque aliquid permanens in homine: ordo verò ſumptus poſteriori modo, ſit cauſa efficiens illius, & tantum conſiſtat in actione; Quia, inquam, nomen ordinis prefatis duobus modis poteſt vſurpari, dum in preſenti inquirimus, vtrum ordo ſit Sacramentum, ſumimus illum in poſteriori ſignificatione, pro ſacra nimirum ordinatione.

Pro cuius intelligentia notandum eſt primò, duas iſtas quæſtiones valdè differre inter ſe, an ordo, vel ordinatio ſit Sacramentum propriè dictum, & an quilibet ordo, vel ordinatio ſupradictorum miniſtrorum ſit Sacramentum proprie dictum: nam ad primam ſufficit, quod ratio Sacramenti proprie dicti competat alicui ordini, maximè autem ſacerdotio, ad quod cæteri ordinantur, vt ordo dicatur abſolutè eſſe Sacramentum; ad ſecundam autem requiritur, vt omnes, & ſinguli ordines ſuperius recenſiti habeant in ſe rationem Sacramenti.

Secundò obſeruandum eſt pertinere quidem ad fidem, iuxta veriorem ſententiam, quod omnia nouæ legis Sacramenta immediatè à Chriſto fuerint inſtituta, poſt definitionem Concilij Tridentini ſeſſ. 7. can. 1. his verbis: *Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Chriſto inſtituta, anathema ſit*. Etſi enim illa particula *immediatè*, non expreſsè habeatur in illis verbis, illam tamen ſubintelligi à Concilio, colligunt communiter Theologi ex eo quod alias differentia ab eo aſſignata inter ceremonias ſacramentales, & ipſa Sacramenta (quod nimirum illas poteſt Eccleſia mutare, & inſtituere ſalua ſubſtantia Sacramentorum) nulla eſſet, ſi Eccleſia poſſet etiam inſtituere, & mutare ipſa ſacramenta, v. g. loco Sacramenti Ordinis, aliud ſubſtituere.

At verò non pertinet ad fidem, quod Chriſtus Dominus immediatè inſtituendo omnia ſacramenta determinauerit in ſpecie, ac veluti materialiter, eorum materiam, & formam, ſed vel in ſpecie, vel genericè tantum aliquas inſtituerit, ſcilicet vt loco materię adhiberetur ſignum aliquod ſenſibile verè ſignificatiuum effectus talis ſacramenti; & loco formę adhiberentur verba eumdem effectum ſufficienter exprimentia; relinquendo poteſtati Eccleſiæ determinationem materialem talis ſigni, taliumque verborum, quod eſt idem, ac Chriſtum illa non inſtituiſſe quidem purè materialiter, ſed materialiter formaliter, vt iam notauimus ſupra cap. 55.

Sic autem rem ſe habere in Sacramento Ordinis, quod nimirum Chriſtus non determinauit in ſpecie materiam, & formam illius, ſed genericè tantum inſtituit, vt loco materiæ adhiberetur ſignum aliquod ſenſibile, ſignificatiuum poteſtatis, quæ traditur, & loco formæ adhiberentur verba, eamdem poteſtatem ſufficienter exprimentia talis ſigni ſenſibilis, taliumque verborum prædictam poteſtatem ſignificantium determinatione Eccleſiæ relicta, docent plures Theologi;

legi; videturque omnino ita eſſe dicendum; eo quod determinatio huius ſigni, horumque verborum diuerſa ſit apud Latinos, & Græcos, in Eccleſia enim Greca cum ordinatur Sacerdos, Epiſcopus non porrigit illi calicem cum patena, nec profert verba illa, quæ in Latina proferri ſolent: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium*; ſed tantum manus imponit cum pallio, dicens: *Diuina gratia, quæ ſemper infirma ſanat, & quæ deſunt ſupplet, promouet N. venerabilem Diaconum in Presbyterum. Oremus igitur pro eo, vt veniat ſuper ipſum gratia Sanctiſſimi Spiritus*. Similiter Diaconus in Eccleſia Græca non ordinatur, ſicut in Latina, per traditionem libri Euangeliorum, cum prolatione horum verborum, *Accipe poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia Dei*: ſed per ſolam manuum impoſitionem, & hæc verba: *Diuina gratia, quæ ſemper infirma curat, & imperfecta perficit, promouet N. reuerendum Subdiaconum in Diaconum. Oremus igitur pro ipſo, vt veniat ſuper ipſum gratia Sanctiſſimi Spiritus*. Vt habetur apud Petrum Arcudium lib. 6. de Sacrament. cap. 8. & Eminentiſſimus Cardinalis de Lugo diſput. 2. de Sacrament. in genere ſect. 5. teſtatur ſe vidiſſe Romæ Græcos Epiſcopos hoc ritu ordines conferentes. Igitur, cum dici non poſſit vnum aut alterum ex his ritibus conferendi ordines eſſe inualidum, de Latino patet, de Græco probant ſequentes rationes; primò quia vſurpatur non ſolum à Schiſmaticis, ſed etiam ab ijs, qui ad vnionem cum Eccleſia Romana acceſſerunt; idque etiam Romæ in propria Eccleſia, ſciente & tacitè ſaltem approbante Summo Pontifice: Secundò, quia ordinati à Græcis non iterum ordinantur à Latina Eccleſia, quando à Schiſmate recedentes ad illam conuertuntur: Tertiò, quia in Concilio Florentino coacto ex Græca, & Latina Eccleſia, Latini hac de re nullum dubium Græcis mouerunt; ſed illos pro

veris Epiſcopis, & Sacc
buerunt; durumque eſ
vero ſacerdotio caruiſſe,
carere; maximè cum ex
tur in cap. *quod tranſlat*
de temporibus ordinand
corum ordinationes eſſe
inquam, dici nequeat, in
ca Sacerdotium, & Diac
lidè conferri, licet diuer
cleſia Latina materia, &
feſtè ſequi videtur, Chri
bam, non determinaſſe
teriam, & formam huiu
ſed genericè ſolum inſti
materiæ adhiberetur ſig
ſenſibile, ſignificatiuum
quæ traditur; & loco fo
rentur verba eamdem p
ficienter explicantia.

Quod cum reperiatur
Eccleſia Latina, & Gra
quoque in vtraque ſeru
ſentialia à Chriſto inſtitu
materiæ, & formæ forma
ratarum, ſeu vt ſubiace
diuinæ, nec non propri
non debere dici vtriuſ
formas, & materias in co
ius ſacramenti, eſſe eſſe
formaliter diuerſas, quan
natio ſigni ſenſibilis, præ
ſtatem ſignificantis, diu
Græcos, & Latinos: in
Eccleſia Latina pro diue
bus: ſiquidem tempore A
& initio Eccleſiæ, detern
ſigni ſenſibilis facta eſt
ad manus impoſitionem
Gregorius IX. cap. *Pre*
cramentis non iterandis
sè affirmat, manus impoſi
Sacerdotes ordinantur, e
troductum ab Apoſtolis,
ſic ordinaſſe Diaconos A
byteros Act. 14. & 1. Tim
ritum Græca Eccleſia hu
uauit: Latina verò, ad
preſſionem poteſtatis p
collatæ, tale ſignum ſenſi

onem inſtrumentorum, cum præta verborum forma determinauit. que igitur, vt dicebam, Eccleſia t ex præſcripto Chriſti eſſentialia s Sacramenti, tantumque diffe- penes purè materialem, aut accialem determinationem ſigni ſens, & verborum.

uod explicari ſolet exemplo deto ex Sacramento Matrimonij: no Chriſtus Dominus inſtituit pro ria, & forma, conſenſum contraium externis verbis, alijſue ſignis eſſum; quæ tamen ſigna minimè minauit in particulari, ſed relica communi vſui, & voluntati rahentium. Igitur quemadmo- talia ſigna in Sacramento Matriij ſunt quidem determinata à ſto, ſecundum rationem ſuam alem, ſiue ſignificationem, quas voluit determinatè eſſe talia, rém certam determinatè ſignifint; indeterminata tamen ſecun- eſſe materiale: ita quoque inſtimateriam Sacramenti Ordinis, ndum rationem formalem determtam, qua nimirum determinatè ficaretur hic & nunc ordinato triceitam poteſtatem Eccleſiaſticá; terminatam verò ſecundum eſſe riale, quatenus reliquit in pote- Eccleſiæ, per traditionem huius lius rei, huius poteſtatis collam ſignificare. Attamen ſicut non cuiuſque poteſtate, per quoduis um, quiduis ſignificare, ſed hoc let à communi vſu, ita non eſt in ſtate alicuius particularis Eccle- vel Epiſcopi, per cuiuſuis rei tranem, prędictæ poteſtatis collatio- ſignificare, ſed hoc pendet ab Ec- determinatione, quæ inſtituit, oc fieret in Sacerdotio per tradim calicis cum vino, & patenæ pane; & in Diaconatu, per tranem libri Euangeliorum, & ver- is reſpondentibus, & ſic de cæte- rdinibus.

nde colligendum eſt vltimò, quod ſicut ex dictis diuerſitas huiuſmodi materiarum, formarumque illis correſpondentium apud Græcos, & Latinos, nec non apud Latinos pro diuerſis temporibus, formalis non eſt, ſed materialis tantùm modo explicato; ita non poteſt dici Sacerdotium vel Diaconatum collata tempore Apoſtolorum, vel quę modo conferuntur in Eccleſia Græca, eſſe ſpecie diſtincta à noſtris, ſed tantùm accidentaliter: quia licet habeant diuerſas materias, & formas, illa tamen diuerſitas non eſt formalis, ſed tantùm materialis, eo quod ordinentur ad eumdem effectum ſignificandum, & cauſandum, & vnitas vel diuerſitas ſpecifica, aut formalis ſigni, ex vnitate, vel diuerſitate ſpecifica aut formali rei ſignificatæ ſumatur.

His prænotatis pro intelligentia controuerſiæ, nec non pro explicando, quomodo in Eccleſia Græca ſeruentur etiam, vt in Latina, omnia quæ ſunt eſſentialia Sacramento Ordinis ex parte materiæ, & formæ, iuxta Chriſti inſtitutionem, atque adeo quantum ad hoc validæ ſint illius ordinationes, omnes hęretici noſtri temporis negant abſolutè Ordinem eſſe Sacramentum, ex Lutheranis Lutherus ipſe lib. *de captiuitate Babylonicà*, cap. *de Ordine*, Kemnitius in examine Concilij Tridentini ad c.2. & can.3.4. & 5. ſeſſ. 23. Ex Caluiniſtis Caluinus etſi enim lib.4. inſtitut. c. 14. §. 20. non dedignetur ordinem appellare Sacramentum modo non numeretur inter Sacramēta ordinaria, tamen c.29. §. 22. negat illum propriè eſſe Sacramentū idem ſentit Petrus Martyr in locis communibus claſſe 3. cap. 8. & cæteri alij eius diſcipuli. Contra quos pro explicatione veritatis Catholicę, nos ſequentes ponimus concluſiones.

Concluſio prima. Ordo abſolutè eſt verum proprieque dictum nouæ legis Sacramentum. Iſta concluſio eſt de fide: habeturque definita in Concilio Florentino in decreto Eugenij,

genij, tum in Tridentino ſeſſ.23.can.3. *Si quis dixerit, Ordinem, ſiue ſacram ordinationem, verè, & propriè Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tantum ritum quemdam eligendi miniſtros verbi Dei, & Sacramentorum anathema ſit.* Hoc idem, vt communi omnium conſenſu in Eccleſia per traditionem receptum, ſupponunt antiquiſſima Concilia, vt Chalcedonenſe can. 2. vbi ordinationem pecunia emptam vocat *gratiam venalem*, & alia dum paſſim agunt de ordinatione maximè Sacerdotum. Vnde ſic probatur noſtra concluſio. Ad hoc vt Ordo ſit, & dicatur abſolutè verum, proprieque dictum nouæ legis Sacramentum, ſufficit quod Sacerdotium ad quod cæteri ordines tanquam ad ſuum finem, & complementum referuntur, ſit tale; ſed Sacerdotium, vt ſequenti concluſione dicetur, eſt verum proprièque dictũ nouæ legis Sacramentum, Ordo igitur abſolutè eſt etiam tale. Dico abſolutè, provt nimirum abſtrahit tam à Sacerdotio, quàm à cæteris ordinibus; quoque ſolùm modo eſt de fide, ſecundum omnes, quod Ordo ſit Sacramentum; etſi enim ſatis communiter doctores exiſtiment ſeptem ordines tot eſſe diſtincta Sacramenta, quia nimirum Concilia Florentinum, & Tridentinum, dum definiunt Ordinem eſſe legis nouæ Sacramentum, enumerant ſeptem ordines, non faciendo vllam diſtinctionem inter eos, quo ad Sacramenti rationem. Alijs tamen multis hoc non videtur ſufficere ad definitionem huius veritatis; imo illa indiſtinctio, qua vtitur Conciliũ in re tanti momenti, ſicuti eſt multiplicatio, nec ne ſex aliorum Sacramentorum eſſentialiter diſtinctorum, videtur eſſe argumentum, quod de cæteris ordinibus præter Sacerdotium nihil definire voluerit, an etiam eſſent vera, propriè que dicta nouæ le-

gis Sacramenta, præſertim
can.1. expreſsè dicat, ea
nec pauciora eſſe, quam
quem numerum præcisè ſ
Ordo, vt etiam præcisè c
cerdotium, ſit verum Sac
Igitur licet ad fidem per
ter Sacerdotium dari i
Catholica alios ordine
iores, & minores, per
per gradus quoſdam in S
tendatur, vt expreſsè de
lium ſeſſ.23. can.2. non
videtur conſtare, quod o
dines ſint vera, & diſti
menta.

De Presbyteratu vulgo min
tio dicto.

Secunda Concluſ

PResbyteratus eſt ve
prièque dictum nou
cramentum, iſta concluſi
de. Dum enim Conciliu
num in Decreto Eugenij r
dinem pro ſexto Sacramen
gis, explicanſque eius ma
tim ponit exemplum de pr
nec non etiam Concilium
ſeſſ.7. can.1. & ſeſſ.23. ex
Sacramento Ordinis impr
racter indelebilis, colligit
ſemel ordinatos, non po
fieri laicos; hiſce loquendi
rè ſignificare, & indicar
duo præfata Concilia, qu
teratus ſit verum, propriè
nouæ legis Sacramentum.

Loca Scripturæ, ex qu
tur hæc veritas, ſunt Luc
Corinth. 11. *Hoc facite in*
memorationem; Act.13. v.
ritus Sanctus dixit: *Segr*
Saulum, & Barnabam, &c.
ſubiungitur: *tunc ieiunantes*
tes, imponenteſque eis manus
runt illos, qui etiam cap 14
cuntur *conſtituiſſe per ſingul*

ſbyteros; vbi verbum *Cheirotonein*, vtitur textus Græcus, ordinare ſacris ordinibus initiari ſignificat. le Græcis *cheirotonia* eſt ipſa ordi-o, vt explicat S. Hieronymus in 58. Iſaiæ, dicens, *Cheirotoniam ordinationem Clericorum, quæ non ad imprecationem vocis: ſed ad im-ionem manus impletur*: Item Zo-s interpretans primum canonem ſtolorum. In Concilio quoque diceno can. 5. ordinationes vo-ur *Cheirotoniai*; demum Patres ci, vbique ferè, dum agunt de natione miniſtrorũ, vtuntur ver-*heirotonein*, quod nos ordinare, conſecrare in Sacerdotem, Epi-um, vel Diaconum ſolemus dice-Vnde patet, quam à vero aber-hæretici dicentes; *Cheirotonian*, nanuum impoſitionem, non ſi-care ordinationem, nec eſſe cere-iam eius, ſed ritum ferendi ſuf-j, quo ſcilicet populus extolle-nanum, vt oſtenderet eum, qui batur, eſſe dignum Eccleſiaſtico ſterio; aut vero hanc manuum ſitionem nihil fuiſſe aliud, quam onem, qua deſtinatos miniſterio nendabant Deo; huiuſmodi in-n, interpretationes, nedum vio-, ſed omnino contrariæ ſunt Sa-extui locis citatis, vbi nulla pror-t mentio populi, imo potius c.14 ur abſolutè de Paulo, & Barna-uod conſtituerunt *illis*, nimirum lis ibi nominatis, *per ſingulas Ec-presbyteros*; deinde illa manuum ſitio ſecundum aduerſarios erat tio illarum in altum, fiebatque populo, vt aiunt; at iſta de qua 3. Act. nec non 1. Timoth. 4. v. i ait: *Noli negligere gratiam, quæ eſt tibi per prophetiam cum impo-manuum presbyterij*; item cap. 5. *manus citò nemini impoſueris*; & eundem Timoth. 1. v. 6. *propter cauſam admoneo te, vt reſuſcites m Dei, quæ eſt in te per impoſitio-nanuum mearum*; iſta, inquam, manuum impoſitio, de qua his locis eſt ſermo, erat quædam extenſio manuum conſecrantis ſuper caput eius, qui ordinabatur, & conſecrabatur, qua ſignificabatur, modoque adhuc ſignificatur in ſacra ordinatione, eum quodammodo non eſſe amplius ſui iuris, ſed mancipari Deo, vt illi & eius populo circa ſacra miniſteria inſeruiat potius, quam ſibi; per hanc igitur manuum impoſitionem, intelligi non poteſt ritus ferendi ſuffragij, ſed ſacra ordinatio, rituſque illam faciendi.

Quod nec etiam per eandem intelligatur oratio, qua deſtinati miniſterio commendabantur Deo, patet primo, quia loco citato Act. cap. 13. diſtinguitur expreſsè oratio ab impoſitione manuum, dum dicitur, *tunc ieiunantes, & orantes, imponenteſque eis manus dimiſerunt illos*: Secundò, quia ſi iſta manuum impoſitio eſſet tantum oratio, & commendatio alicuius apud Deum, quando Apoſtolus 1. Timoth. 5. v. 22. ait: *manus citò ne impoſueris*, ſenſus Apoſtoli deberet eſſe iſte, ne cito ores pro aliquo, & quando Concilia, & Patres prohibent Cheirotoniã circa hos & illos, ſenſus eſſet eos prohibere orationem fieri pro his, & illis; quod eſt omnino abſurdum; hæc igitur impoſitio manuum, de qua his agitur locis fuit ſolemnis ritus, quo aliqui vocabantur, ſeu conſecrabantur ad miniſterium Eccleſiaſticum, vt fatetur Caluinus rei veritate adactus lib. 4. inſtitut. cap. 3. §. 13. notatque expreſsè hanc manuum impoſitionem non fuiſſe factam à multitudine populi, ſed à ſolis eorum prælatis; vnde hoc ſuppoſito inter nos, & ipſum ſola difficultas eſt an talis vocatio, vel conſecratio, aut ordinatio presbyterorum, quæ fiebat per huiuſmodi manuum impoſitionem fuerit verum Sacramentum, quod ipſe & eius ſequaces negant, nos autem Catholici affirmamus, & probamus ex citatis Scripturæ locis.

Illud enim eſt verum, propriéque dictum nouæ legis Sacramentum, cui competunt omnes conditiones talis Sacramenti, quia, vt iam multoties notauimus, ad hoc non requiritur, vt expreſsè in Scriptura ita vocetur, ſed ſufficit quod res per illud ſignificata in ea habeatur, conueniatque alicui ritui, vt ſit Sacramentum; ſed Presbyteratui, vel potius in illum ordinationi competunt omnes conditiones eſſentialiter requiſitæ ad rationem Sacramenti nouæ legis ex præfatis Scripturæ locis, nam primum in illa reperitur, ſignum aliquod ſenſibile à Chriſto inſtitutum, nimirum *manuum impoſitio*, quæ eſt ceremonia quædam valde ſenſibilis, vt per ſe patet, admittuntque ipſi hæretici, ſicut & quod ſignum hoc externum ſit à Chriſto Domino inſtitutum; ſiquidem Caluinus loco citato §. 16. agens de hac manuum impoſitione, & eius vtilitate ait, *hanc ceremoniam non eſſe inutilem ex eo quod ſit profecta à Spiritu Sancto, qui nihil fruſtra in Eccleſia inſtituit:* at quæ ſunt à Spiritu Sancto inſtituta in Eccleſia, cenſentur & per Chriſtum inſtituta, cum ipſe ſit author nouæ legis, dubitari igitur non poteſt, quin à Chriſto Domino tale ſignum inſtitutum fuerit, ſi vt concedunt aduerſarij, profectum eſt à Spiritu Sancto; deinde cum ex mox dicendis hæc manuum impoſitio ſignum ſit practicum, & collatiuum gratiæ ſanctificantis, nō poteſt non eius inſtitutio tribui Chriſto, qui ſicut ſolus eſt mediator Dei, & hominum quoad redemptionem; ita etiam ſolus eſt author, & inſtitutor mediorum ſenſibilium, quibus gratia talis redemptionis hominibus applicatur, qualis eſt gratia ſanctificans, omniaque ei annexa auxilia.

Quod autem hæc, de qua agimus, manuum impoſitio, ſit ſignum practicum, & collatiuum gratiæ, quæ eſt altera conditio ad Sacramentum requiſita, patet ex duobus locis citatis 1. Timoth. cap. 4. & 2. eiuſdem cap. 1.

vbi particula, *gratia*, ſig
tiam iuſtificantem; tum,
ſteriori loco explicans
quæ & qualis ſit illa grati
motheo quā alijs datur in
ſtatim ſubiungit, *non eni*
Deus ſpiritū timoris, ſed v
lectionis, & ſobrietatis; iſta e
tare gratiam ſanctificante
tet; tum quia ibi agit de ij
rant data Timotheo in ſua
ad benè & vtiliter exeque
munus Sacerdotale, de
nere procul dubio eſt gra
cans; propterea que de
Patres, maximè Chriſoſto
doretus, & Theophilactus
terpretati ſunt loca; nec
aduerſarij, ex Lutheranis
in examine Concilij Trid
& can. 3. 4. 5. ſeſſ. 23. e
autem Beza ad eundem
Quo inſuper efficientiam
tiæ ab Apoſtolo tribui ill
exteriori, ſcilicet impoſi
tanquam cauſæ inſtrum
quam Deus illam princi
ſat, manifeſtè denotat pa
Vt reſuſcites, inquit, *grat*
eſt in te per impoſitionem m
rum. Sed quæ pertinent
cramenti effectum fuſius
cabuntur, nonnullæque
obiectiones ſoluentur.

Præfati quoque ſigni
quæ eſt tertia conditio a
tum requiſita, ſatis conſt
tuo Eccleſiæ vſu, quo ſe
cra ordinatione hæc man
tio adhibita eſt, cuiuſque
Concilia, & Patres dum
illa: quæque adhuc obſer
Eccleſia Græca, quam i
cet in iſta inſuper pro ſig
addatur traditio calicis, c
patenæ, cum pane triticeo
illi correſpondente, vt
tur.

Tandem quod Chriſtu
his etiam verbis, *hoc faci*

commemorationem, Lucæ 22. & 1. Corinth. 11. poteſtatem Sacerdotalem, ſeu ordinationem præsbyteralem inſtituerit, vt definit Tridentinum, quã deinceps Apoſtoli ſeruauerunt, vt patet ex adductis Scripturæ locis, quibus & probauimus illam eſſe verè & propriè vnum, ex ſeptem S. Eccleſiæ Sacramentis, ſi enim aliqua ordinatio Eccleſiaſtica ſit verè, & propriè Sacramentum, id maximè verum eſt de ordinatione presbyterali omnium potiſſima, & ad quam omnes aliæ inferiores ordinantur; talem, inquam, ordinationem à Chriſto Domino fuiſſe inſtitutam præfatis verbis rectè deducit, & definit Tridentinum ſeſſ.22. cap.1. & can.22. Tunc enim poteſtas, quæ antea nunquam fuit, cenſetur inſtitui, quando ſigno exteriori actus ei correſpondens præcipitur fieri ab aliquo, & eius ſucceſſoribus, ſemper & vſque ad finem mundi, vt ſatis etiam patet in inſtitutione Magiſtratuum Reipublicæ ciuilis: Igitur cum Chriſtus Dominus his verbis, *hoc facite, &c.* præceperit Apoſtolis, & eorum in Sacerdotio ſucceſſoribus, eadem enim quæ tunc, poſtea fuit, & nunc eſt Eccleſia, exercere actum ordinationis noſtræ presbyterali correſpondentem, ſcilicet offerre ſacrificium Euchariſtiæ, vt ſuperius diximus, tunc Chriſtus inſtituit poteſtatem, ſeu ordinationem ſacerdotalem.

Si quis objiciat nos velle concluſionem noſtram eſſe de fide ex dictis ſcripturæ locis, cum tamen ſolummodo pluribus diſcurſibus Theologicis, quales ſunt præcedentes, indè illam deducamus; quod repugnat fidei, quæ non diſcurſu, ſed ipſa Dei reuelatione immediata innititur.

Reſpondetur ad hoc argumentum quod non ſolum pugnat contra præſentem, ſed & omnes alios diſcurſus Theologicos, quibus veritates fidei probamus, vel potius explicamus, hęc duo valdè diſtingui, nimirum explicari ſyllogiſmo, quaſi expoſitorio aliquam veritatem fidei, & illam per diſcurſum tantùm deducere, vt oſtendimus tom. 1. lib. 1. Primum enim quia conſiſtit quaſi in nuda, & ſimplici expoſitione terminorum, eſtque potius ad iuuandum intellectum in illis apprehendendis, quam ad cauſandum iudicium, & inferendum aſſensũ intellectus ex præmiſſis, non impedit quin aſſenſus ille, qui poſt modum datur, ſit verè ſupernaturalis fidei actus, cum præmiſſæ in tali ſyllogiſmo ſint duntaxat aliquod applicatiuũ, ita exigente natura intellectus humani, qui eſt propriè diſcurſiuus, non verò aliquid propriè cauſatiuũ aſſenſus: at in poſteriori, quia aſſenſus præmiſſarum cauſat aſſenſum concluſionis, huiuſmodi aſſenſus, vt ſic formaliter, & præcisè ſpectatus, non eſt ſupernaturalis fidei. Quas ergo tam in hac veritatẽ fidei, quam in alijs probationes ex ſcripturis, aut diuina traditione adducimus, ſunt primi generis, locis enim pro noſtra concluſione citatis, habetur, ſacræ ordinationi, quæ fiebat per manuum impoſitionem, competere omnes conditiones requiſitas ad rationem ſacramenti propriè dicti, atque adeo illam eſſe tale ſacramentum.

Authoritati diuinæ ſcripturæ accedit & illa traditionis, qua ſemper in Eccleſia ſacra ordinatio maximè preſbyteralis habita eſt pro vero ſacramento, vt patet ex vſu, & conſenſu Eccleſię Græcæ, & Latinæ, veterumque vtriuſque Patrum teſtimonijs, quę communiter citantur à Theologis, & in vnum collecta reperiuntur apud Coccium to.2. theſaur. lib.8. vbi conſuli poſſunt. Interim cætera quæ ad hoc ſacramentum pertinent breuiter explicabimus.

Primum quod attinet ad eius materiam, cum ſacramentorum materia duplex ſit, vna remota, altera proxima, in hoc quoque ſacramento preſbyteratus, vel ordinationis presbyteralis, duplex diſtingui poteſt materia,

remo-

remota , & proxima; remota eſt illa , per cuius traditionem ordo presbyteralis confertur, nimirum calix cum vino, & patena cum hoſtia; proxima verò vtriuſque traditio; tum vltima impoſitio manuum ab ipſo ſolo Epiſcopo facta ipſi ſacerdoti, cum formis inferius adducendis. Dicitur vltima impoſitio, nam in ſolemnitatibus Ordinationis ſacerdotis pręcedit alia impoſitio manuum, facta ab Epiſcopo ordinante, & ab alijs tribus ſaltem, ſacerdotibus ordinationi aſſiſtentibus, ſuper caput ſacerdotis ordinandi, ſicut etiam præcedunt aliæ ceremonię, puta impoſitio veſtium ſacerdotalium, ſacra vnctio manuum, &c. quæ omnia licet magni momenti, de ſubſtantia tamen nequaquam ſunt, quicquid dicant aliqui putantes hanc præcedentem manuum impoſitionem eſſe de eſſentia:

Quare duplex eſt huius ſacramenti materia proxima, ſcilicet calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectio, & dicta vltima manuum impoſitio.

Maior difficultas eſt inter Theologos, vtrum manus impoſitio ad ordinationem ſacerdotis eſſentialiter requiratur, vel ſola traditio calicis, & patenæ cum vino, & hoſtia, totam eſſentiam ordinationis ſacerdotum ex parte materiæ conſtituat. Aliqui enim volunt ſolum iſtam traditionem totã ſacerdotis ordinationem conſtituere, ſubindeque manuum impoſitionem non eſſe de illius eſſentia, ſed integritate tantum; ſi conſideretur hæc manuum impoſitio, vt diſtinguitur à porrectione inſtrumentorum, quam aliqui volunt eſſe aliquam manuum extenſionem, aut impoſitionem, atque adeo non poſſe non eſſe de eſſentia, ſi illa porrectio eſt de eſſentia, imo iſtã eſſe de eſſentia, non quia eſt præciſè inſtrumentorum traditio, ſed quædam manuum extenſio; alij autem volunt vtramque eſſe de eſſentia. At ſi ſemel verum eſt, ordinationem ſacerdotis, & Diaconi apud Græcos eſſe validam, quę tantum fit per ma-

nus impoſitionem abſque
mentorum porrectione, q
modo legitur fuiſſe facta
primitiua, videtur dicend
aut alteram ſufficere ad e
validitatem huius ordina
quas tamen opiniones, ſ
eſſe debet, Apoſtolos fui
cerdotes inſtitutos à Chri
cæna, vt definit Tridenti
can. 2. Quod ſi quis inſt
fuiſſe ordinatos ſine ritu
ſpondetur primò, poten
non fuiſſe ſacramentis a
que adeo potuiſſe Apoſt
ne Sacramento ordinare
reſpondetur, Chriſtum
ſine verbis dediſſe eis
conſecrandi in vltima
nimirum, *hoc facite in*
memorationem; & ſaltem
externo habuiſſe porrecti
& calicis conſecrati. Q
initiandi Sacerdotes Chri
ſe, Sacramentum eſſe, &
illud inſtituiſſe, patet ex
tamen vt eius materiam, &
cęterorumque ordinum, ſ
menta, genericè ſolum in
determinatè ſolùm ſecun
nem formalem, nimirum
teriæ adhiberetur non qu
ſignum ſenſibile, ſed ſign
poteſtatis, quæ traditur,
mæ, verba eamdem pote
cienter exprimentia, ind
autem, ſecundum eſſe ma
linquendo illius determi
poteſtati Eccleſię, vt ſupra
& docent communiter Th

Iuxta has diuerſas op
uerſimode quoque debet r
ratione Sacerdoti conferat
ſacrificandi, ſeu conficie
corpus, & ſanguinem, & a
peccatis; qui enim ob Ecc
cè vſum tenent, manuum
nem ſufficere ad validam o
Sacerdotis, conſequenter
bent vtramque poteſtatem

rri. Qui autem tenent tam ma- impoſitionem, quam inſtrumẽ- porrectionem, vt ſunt quid in- diſtinctum, eſsentialiter requiri am duas materias partiales pre- ratus, conſequenter docent per n porrectionem, eiuſque prola- ormam præcisè conferri munus candi: ita vt ante vltimam ma- impoſitionem, ſacerdos validè crare poſſit Sanctiſſimum Chriſti s, & ſanguinem; vt de facto va- onſecrat in Miſſa ordinationis, concelebrat cum Epiſcopo, an- n accipiat, ſaltem formaliter, per um impoſitionem poteſtatem ſendi à peccatis. Vnde patet in ntentia has duas poteſtates eſſe e diſtinctas; nec priorem à po- i dependere; ſique fortè per er- , vel quid ſimile, tradita eſſet prior poteſtas, non verò poſte- im validè non poſſe abſoluere; tamen caſu eſſet ſolum ſupplẽ- ia prior iam ſuum effectum ha- ;ſuumque characterem impreſ-

iper, cum in hac ordinatione terali, completè, & adęquatè erata duæ præfatæ diſtinguan- eſtates; vna in verum Chriſti ni corpus, & ſanguinem: altera pus eius myſticum id eſt, in fi- ad peccata illis remittenda, & t diſtinctis temporibus collatę; n vltima cæna, poſterior poſt ctionem Chriſti Domini, vt ns ſupra agendo de Sacramen- hariſtiæ, & Pœnitentiæ: duo perianiur ſigna ſenſibilia, & diſtincta, nec non duplex gratia tur, vt dicetur infra; docent ali- amquamq; iſtarũ ordinationum tiuè ſumptarum habere in ſe em Sacramenti; illas tamen ſi- mptas vnum ſolummodo tota- ompletum facere, ad eum fere n, quo duę ſpecies conſecratæ & vini diuiſim ſumptæ, dicun- o Sacramenta, quæ tamen ſi- mul iunctę vnum tantum completum & totale componunt. De quo infra.

Quantum ad contactum materiæ requiſitum ad validitatem huius Sacramenti, Theologi communiter docent practicè ſufficere, ſi cum calice ſolam patenam, vbi ſit hoſtia, ordinandus tangat, ſufficienter enim dicitur acceptare hoſtiam, dum acceptat vas, in quo illa eſt: ſicuti de facto non tangitur vinum, ſed calix, in quo illud continetur. Sufficit quoque ad eamdem validitatem, ſi tradatur hoſtia immediatè in manum Sacerdotis, vel ſi tradatur hoſtia, & vinum ſimul immixta in calice, quia id quod per ſe, & de eſſentia requiritur, eſt traditio illarum ſubſtantiarum, & ſolum ob congruentiam, ex præcepto Eccleſiæ, vſurpatur patena, & calix. Item ſatis eſt, tangere calicem, in quo ſit vinũ, & cui ſuperimpoſita ſit patena cum hoſtia, ſine neceſſitate tangendi phyſicè ipſam patenam, quia calix, & patena ipſi ſuperimpoſita videntur facere vnum: & ex alia parte, ſicuti ſufficit ad ipſum vinum moraliter & humano modo tangendum, ſi tangatur vas illud continens, ita nunc ſufficiet tangere calicem continentem ſupra ſe patenam, in qua ſit hoſtia, ad hoc vt morali modo dicatur, & ipſa patena cum hoſtia tangi. At verò ex præcepto, ſeu ſaltem antiqua conſuetudine, tum patena, tum calix vinum, & panem continentia tangenda ſunt. Propter eamdem rationem, deſumptam à natura contactus moralis, ſufficit etiã ad valorem ordinationis ſecundum multorum ſententiam, ſi tangatur calix, & patena, velo aliquo cooperta, vel ſi tradantur in diſco, v. g. vel in ara portatili, ſi hæc immediatè, non verò calix, & patena tangantur, vt ſic enim etiam ipſa moraliter, & humano modo tanguntur. Nec eſt etiam neceſſe prædicta tangere tota manu, ſeu pugno, ſeu aperta palma, ſed ſatis eſt tangere extremis digitis; imò, quia ſatis eſt tangerę vna manu, putant aliqui

qui ſatis quoque eſſe, ſi vno extremo digito tangantur, quia ſic ſufficientiſſimè quælibet res eſt, & dicitur tacta.

Cum autem ex dictis ſupra vinum de vite, & panis triticeus, ſint vera Sacramenti Euchariſtiæ materia, ſi aliud vinum in calice, aut alius panis in patena porrigeretur, inualida eſſet ordinatio; & quamuis, ſi deeſſet alterutrum, v. g. eſſet ſolum vinum in calice, vel ſola hoſtia in patena, forſan ſpeculatiuè loquendo; ſuſtineri poſſet, eſſe validam, quia, dum datur poteſtas conſecrandi vnam ſpeciem, indiuiſibiliter datur poteſtas conſecrandi, & aliam, tamen, quia cum ſummo rigore vtraque requiritur ab antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine, propterea communiter dubia videtur Theologis, ſaltem practicè, eiuſmodi ordinatio alterutra ſpecie carens, ideoque ſub conditione repetenda; nec non etiam ſi vinum in calice tanta eſſet aqua dilutum, vt dubitaretur an tanta mixtio aquæ illud abduxiſſet ab abſoluta denominatione vini, v. g. in caſu, quo tota aqua, & totum vinum, quibus vrceoli conſueti paris magnitudinis pleni ſunt, calici infunderetur. Ad quam reiterationem facilem reddendam, vbi propter dictos aut ſimiles caſus, eſt ſub conditione exhibenda, multi docent etiam poſſe fieri quolibet anni tempore, à quocumque Epiſcopo, in Oratorio priuato, & abſque cæteris ceremonijs, ſupplendo ſolum id, in quo adeſt dubiũ. Ratio eſt, quia ſolemnitates, alias requiſitę, ſunt inſtitutæ pro ordinatione abſoluta, non autem pro ordinatione conditionata; tunc enim propriè non eſt ordinationem celebrare, ſed quod imperfectè præſtitum eſt, ſupplere.

Etſi autem aliqui exiſtiment ad valorem ordinationis ſacerdotalis, quod calix, cui vinum infunditur, ſit conſecratus, nec non patena, cui hoſtia ſuperponitur, probabilius tamen alij docent contrarium, quidquid ſit de

ſubdiaconatu, de quo in
teria propria ſacerdotij
vinum, quæ vt ſtatim di
ſi dentur in manus ipſa
ſufficientiſſima ſunt ad
nis, cum ſolum propter
tradantur in calice, & p
adeo ſi deficiant, non
Sacramenti.

Ad eum tamen requir
tactus materię, ſiue phyſi
ralis, iuxta diuerſitatem
ſimul fiat cum prolation
çent omnes Theologi;
lum, quod aliqui putant
tatem contactus materiæ
nis formæ debere eſſe ph
eodem prorſus tempore
ſufficere moralem, id e
poſt, ſiue paulo ante, ita
ſtantia ſit valde exigua.
nulli exiſtiment eum, q
calicem, & patenam, du
proferebatur, ſed modo
ante, vel paulo poſt, poſ
maiorem animi ſui quie
ditione reinitiari, id ta
neceſſarium.

Sicut apud Latinos
tialis proxima huius Sa
duplex, vt vidimus, nim
calicis cum vino, & pat
ſtia, tum vltima manus i
quoque datur duplex fo
quarum vnaquæque prof
ſcopo, dum materiam
dentem tradit inter or
Prima eſt, *Accipe poteſta*
ſacrificium Deo, Miſſaſqu
tam pro viuis, quam pro d
tera, *Accipe Spiritum Sanc*
remiſeris peccata, remitt
quorum retinueris retenta

Apud Græcos, ſicut v
datur materia proxima ſa
mirum manuum impoſi
vlla inſtrumentorum por
quoque vnicam habent
verbis comprehenſam,
tia, quæ ſemper infirma ſan

deſunt ſupplet, promonet N. venerabilem Diaconum in Presbyterum.

Quæ vtriuſque Eccleſiæ diuerſitas in ordinando ſacerdote non obeſt vnitati ſacerdotij earumdem,quia,vt iam diximus, eſt diuerſitas tantum materialis, quatenus Chriſtus Dominus inſtituit materias, & formas huius Sacramenti Ordinis, non cum omnimoda determinatione materiali, ſed reliquit aliqua determinationi Eccleſiæ; inſtituit enim veluti in genere, aut ſecundum rationem formalem, vt Epiſcopus per aliquod ſignum externum communicaret ordinando poteſtatẽ: quale autem hoc ſignum eſſet,voluit, vt Eccleſia determinaret; quod in Græcis determinatum eſt ad manuum impoſitionem, vel extenſionem ſuper ordinandi caput, ab ipſis vocatam Cheirotoniam; in Latinis autem eſt extenſio eiuſdem manus, qua porriguntur, ſeu traduntur ordinando inſtrumenta, vniuſcuiuſque ordinis poteſtati correſpondentia, tum alia manuum ſuper ipſum ordinandum impoſitio, quam, vt diximus ſupra, volunt aliqui Doctores eſſe de eſſentia ordinationis presbyteralis, alij autem de integritate ſolum, & ad maiorem, aut expreſſiorem duntaxat poteſtatis per illam collatæ ſignificationem, ſi conſideretur talis extenſio, vt diſtinguitur ab illa, quæ fit per inſtrumentorum ab Epiſcopo traditionem, quæ non poteſt non eſſe eſſentialis ordinationi, ſi ſemel talis eſt illa traditio, ſecundum ipſos.

Dictum eſt, Græcis vnicam eſſe formam ordinationis ſacerdotalis, quia nimirum vnica eſt eiuſdem materia apud eos, nimirum manus impoſitio, abſque vlla inſtrumentorum traditione, non quod iſta etiam non exhibeantur, ſed quia exhibentur ſine vllis verbis, peractis iam ſacris ordinibus, & nulla fit eorum mentio in orationibus conſecratorijs,proptereaque apud ipſos de facto, & vt nunc ſe res habet, eorum traditio non eſt materia huius Sacramenti, quamuis poſſet eſſe, vt eſt apud Latinos, ſi aliter & vna cum forma exhiberentur.

Circa huius Sacramenti effectum, ea ratione, qua eſt verum, proprieque dictum Sacramentum, dicendum eſt, illud conferre gratiam ſanctificantem digne illud ſuſcipientibus, vt patet ex citatis ſuperius locis epiſt. 1. & 2. ad Timotheum, quibus non obſtat, quod ibi agens Diuus Paulus de eius ordinatione, & gratia per illam accepta, faciat mentionem multarum gratiarum, quę propriè ſunt tantùm gratiæ gratis datæ, eiuſmodi enim gratiæ, quæ peculiariter fuerunt tunc collatæ S. Timotheo, non excludunt gratiam ſanctificantem, de qua loquitur Apoſtolus, dum admonet eum, *vt reſuſcitet gratiam Dei*. Iſta autem gratia, eſt ipſamet gratia habitualis, vel ſanctificans pro vt connotat pactum ex parte Dei,& ſpeciale aliquod ius in ſuſcipiente ſacerdotium ad accipienda ſpecialia auxilia proportionata actibus, & officijs illi proprijs, vbi, & quando illa debebit exercere.

Quia autem in Sacerdote hęc duo diſtinguenda ſunt, nimirum poſſe validè conficere, vel adminiſtrare Sacramentum, & poſſe ſibi fructuosè, vel abſque peccato vtiliter illud conficere, vel adminiſtrare, ad quod requiritur dicta gratia ſanctificans, ſeu gratum faciens ex parte ipſius, ita hæc gratia eſt primarius quidem ordinationis ſacerdotalis effectus, in dignè illam ſuſcipiente, vt inſuper detur alius eius proprius effectus nimirum character, id eſt, nota aliqua ſpiritalis animæ ſuſcipientis ſacerdotium impreſsa, & indelebiliter inhærens, eum faciens idoneum,qui validè conficiat, vel adminiſtret Sacramentum quando adhibet eſſentialia, abſtrahendo ab eo quod ſit in gratia, vel in peccato mortali; qui effectus præcisè ſpectatus, cum in ordinatione primò per ſe, & dire-

& directè ſit in bonum alterius, rectè poteſt appellari gratia gratis data, eſto ſit etiam ſecundario in bonum ordinati. Eſt autem inter duos iſtos effectus diſtinctio, quod ordo ſacerdotalis non ſit præciſè Sacramentum propriè dictum per habitudinem ad poſteriorem effectum, ſcilicet characterem, eſto ille ſit aliquis proprius eius effectus, ſicut nec baptiſmus per habitudinem ad proprium ſuum characterem, ratione cuius homo redditur ſubiectum capax recipiendorũ aliorum Sacramentorum; ſed per habitudinem ad priorem effectum, ſcilicet ad gratiam ſanctificantem, quia Sacramentum proprie dictum, qua præciſè Sacramentum eſt, ordinatur ad ſanctificandum ſuſcipientem per gratiam ſanctificantem in noua lege, & per habitudinem ad talem ſanctificationem conſtituitur formaliter in eſſe Sacramenti, ex communi Theologorum ſententia.

Eſt hęc & alia inter hos effectus diſtinctio, quod gratia, vbi validè fit ordinatio, ſimulque illam ſuſcipiens eſt ritè diſpoſitus, ſemper coniungitur cum charactere, at verò character non ſemper coniungitur cum gratia, nimirum in eo, qui non ſupponitur ritè diſpoſitus, & tamen validè ei confertur ſacerdotium, vnde fit, vt ſacerdos, cui ſecundum fidem indelebiliter ineſt character ſacerdotalis, poſſit ratione illius, ſine gratia ſanctificante, validè, quamuis non licitè, producere actus illi correſpondentes, ſcilicet conficere Euchariſtiam, & abſoluere fideles à peccatis, quando adhibet quæ illis ſunt eſſentialia. Eſt tamen per accidens quod character, qui eſt ſecundarius huius Sacramenti effectus, reperiatur ſine ſuo primario, nimirum gratia, ſicuti eſt per accidens, quod non producatur defectu debitæ diſpoſitionis in ſubiecto; minimeque ſequitur in tali caſu ordinationem non habere rationem Sacramenti, quia, vt multoties notauimus,

ad hoc non requiritur, q
menta ſemper actu produc
ſed ſufficit quod illam in
& ex opere operato prod
ſint, vbi nullum reperiu

Similiter patet ad obiec
nullorum dicentium, O
mentum ordinari per ſe a
tionem ſuſcipientium, at
cerdotium non eſſe tale,
ordinatur ad ſanctificat
rum, quam ad ſuſcipien
inquam ex dictis ad ha
nem; Sacerdotium ſiqu
pro primario effectu aug
tiæ, vt quis ſit idoneus mi
ptereaque primò & per
ad ſanctificationem ſuſci
cundariò autem ad ſancti
aliorum. Quamuis non
reſpondeant, ſufficere a
Sacramenti, quod ordin
ctificationem ſuſcipienti
ſe primò, vel per ſe ſecu
mantes ſacram ordinatio
dinari ad ſanctificatione
tium per ſe primò, ſed t
ſecundò; quatenus ordi
ſecundò ad dignam adm
Sacramentorum, quæ di
ſtratio cum eſſe non po
gratia ſanctificante ipſum
per dictam ordinationem
producitur.

Quod attinet ad ordin
cerdotalis miniſtrum, ce
fide, ſolum Epiſcopum v
priè Epiſcopali ordinat
cratum, eſſe iure diuino
miniſtrum illius; docent
communiter Theologi id
po competere, vt ſimple
etiam ex diſpenſatione S
tificis non poſſit ordinare
nec vllum extat huiuſmo
tionis, & priuilegij exem
tamen extet circa reliqu
vt dicetur infra agendo
que.

De ſubiecto ordinatio

taliſ, quo ad valorem, certum eſt illius capacem eſſe ſolum baptizatum, & quidem maſculum, vnde excluditur fœmina, & is, qui ianuam Sacramentorum, id eſt baptiſmum non eſt ingreſſus. An autem is, qui ſimul fæmina eſt, & maſculus quem Hermaphroditum appellamus, ſit capax ſacerdotij, aut alterius ordinis? varijs circa hoc diſtinctionibus vtēdum eſt; ſi enim in eo præualet ſexus virilis, Theologi communiter docent eſſe ordinis capacem, ſicut & matrimonij; attamen putant aliqui eſſe irregularem, licet alij negent; verum etſi in rigore talis non eſſet, cum alijs omnino tenendum eſt, illum non eſſe ordinandum, quia in ſe monſtruóſum eſſet, hominem aliquo tandem modo fæminam ordinari. Is autem in quo præualet fæmineus ſexus, ordinum capax non eſt, ſecundum omnes. At de eo, in quo vterque ſexus præualet, quod tamen nunquam eſſe,ſed neceſſario vnum preualere nonnulli putant, aliqui affirmant, capacem eſſe ordinis,aliqui negant,ſed concordant omnes non eſſe ordinandum. Eum quoque qui nullum ſexum habet, quales aliquos natos eſſe referunt hiſtoriæ, & de vno Liuius Decad. 4. lib. 1. tenendum eſt, incapacem ordinis eſſe, quia verè non eſt vir. Qui autem ex muliere erupit in virum, non eſt incapax, neque ex hoc capite irregularis; ſiquidem præſens ſtatus debet attendi, in quo iam eſt vir, & in nihilo fęmina. Quod ſi ita erumpat in virum, vt etiam remaneat fęmina,idem dicendum, quod ſtatim dictum de hermaphrodito. At ſi ex viro degeneret quis in mulierem, quod euenire poſſe difficile videtur, in tali caſu, eſſet incapax ordinis, quia ſecundum præſentem ſtatum fæminam eſſe ſupponitur. Maior difficultas eſt ſi antea fuerat ordinatus, amittatne characterem ſacerdotij, poſſetque ne conſecrare valide? Reſpondent aliqui, ipſum fuiſſe verum ſacerdotem, & ſacerdotis characterem per huiuſmodi mutationem non amittere, inualidè tamen in poſterum conſecraturum, vel abſoluturum à peccatis; ſicuti, inquiunt,anima Sacerdotis extra corpus characterem ſeruat, quia is eſt indelebilis, cum tamen non poſſit vallidè conſecrare, quia exercitium ordinis conceditur compoſito, id eſt homini, non verò ſolum animæ, ita Cardinalis de Lugo.

Quod ergo ait Apoſtolus ad Galat. 3. *In Chriſto Ieſu non eſſe maſculum, neque fæminam*: & legitur in primitiua Eccleſia fuiſſe Presbyteriſſas, & Diaconiſſas, id minimè intelligendum eſt, quaſi mulieres ſint capaces habendi, aut de facto habuerint in Eccleſia aliquem gradum ſecundum aliquam habitudinem ad Sacrificium Miſſæ. Diuus enim Paulus loco citato loquitur tantum de adipiſcenda iuſtificatione, quatenus Chriſtus Dominus nullum reſpuit cuiuſcunque ſit conditionis, nationis, & ſexus ab illa. Deputationes autem presbyteriſſarũ, & diaconiſſarum in primitiua Eccleſia non erant propriè ordines,ſed tantum quædam nomina officij, & miniſterij, quod quibuſdam mulieribus committebatur exequendum circa alias mulieres;nulla verò publica munera obibant in Eccleſia: ideoque nullo modo tanquam ordinatæ conſtituebantur in illa,vt habetur diſt.32. cap. *Mulieres*, & Concilium Nicenũ can. 19. diaconiſſas recenſet inter laicos. Nec obſtat, quod præeſſent mulierum ingreſſui in templum, vt colligitur ex S.Clemente lib.2.Conſt. Apoſtol. cap. 57. ſicque eſſent oſtiariæ, & oſtiariatus apud nos ſit propriè ordo Eccleſiaſticus. Nec item quod legantur aliquando recepiſſe manuũ impoſitionem, & dicantur ordinatæ, vt diſt. 74. cap. *nemo*; non enim præerant iſti mulierum ingreſſui in templum, vt illas ad aſſiſtendum ſacrificio Miſſę admitterent, ſicut noſtri oſtiarij,ſed cum tunc temporis locus virorum

rum in Eccleſia eſſet diſtinctus à loco mulierum, ne vel per malitiam, vel per ignorantiam, vel aliam occaſionem, locum virorum ingrederentur; ſicque permiſcerentur illis, & oriretur ſcandalum. Iſta verò manuum impoſitio, vel ordinatio Diaconiſſarum non erat ſacramentalis, vel ordinatoria, ſed ceremonialis tantum quædam benedictio, quæ tamen in Concilio Aurelianenſi II. dicitur facta contra canonum interdicta, cum ſemper inter laicos remanerent, totumque illarum munus eſſet circa mulieres, vt illis ingredientibus templum aſſiſterent, vel etiam illas, dum præparabantur ad baptiſmum, nudarent, ne à viris conſpicerentur, alijſque ſimilibus præeſſent neceſſitatibus. Presbyteriſſæ autem vocabantur, vel viduæ longe ſeniores, vt patet ex citato cap *mulieres*, vel illæ, quarum mariti erant ſacerdotes, & tamen viuebant cælibes; ſicut & illæ, quarum mariti erant Epiſcopi, & tamen cælibes viuebant, dicebantur Epiſcopæ, vt patet ex Concilio Turonenſi II. can. 20. & Altiſiodorenſi can. 21. Quæ ſufficit breuiter attigiſſe; de his enim fuſius conſuli poſſunt Eſpenſeus lib. 1. digreſſion. cap. vltimo, nec non Morinus lib. de ſacris ordinat. par. 3. exercit. 10. Solum aduertendum eſt, Diaconiſſarum ordinationem, & miniſteria ante annos ferè ſexcentos ceſſaſſe in Occidente; in Oriente verò iam deſierat viuente Balſamone anno 1191. vt ipſemet ait in notis ad can. 15. Concilij Chalcedonenſis.

Etſi Durandus exiſtimet pueros baptizatos, qui carent vſu rationis, incapaces eſſe ordinis, communiter tamen Doctores affirmant, eos capaces eſſe, cuiuſcunque ſint ætatis, colliguntque ex cap. *vnico*, extra. *de clerico per ſaltum promoto*, vbi qui neſciens fuit ordinatus, non iubetur iterum ordinari, ſed illi conſulitur miniſtrare in ordine aſſumpto. Ratio autem eſt, quia Sacramenta non conſi-

ſtentia in actu ſuſcipientis,
lidè conferri, licet ſubie
actu non intendat, dumm
habeat voluntatem repugn
patet in Baptiſmo, Confirm
Euchariſtia, quæ etiam anti
bantur paruulis, & in Ext
ctione: Sed ordo propriè
cus eſt Sacramentum non
in actu ſuſcipientis, ſed in
poteſtate ſpirituali, quæ p
ferri puero, quamuis eam a
cere non poſſit; non enim e
tia conferendæ poteſtatis, v
quis eam accipit, ſtatim e
exercere; omnis ergo maſcu
zatus cuiuſcunque ſit ætati
pax Sacramenti ordinis.

Qui tamen ita ſunt ordi
recitationem horarum, ne
cælibatus obligantur, niſi
ſi vouerint ſua ſponte Ecc
ſtatum profiteri, quia iſta c
poſſunt imponi abſque pr
actuali conſenſu, vt patet e
latum, & ex cap. *cum dilecti*
de his quæ vi, metuſque c
Quod ſi ita in infantia ordi
lint profiteri ſtatum Eccleſi
poſſunt quidem ad nuptias
ſed manent omnino ſuſpenſ
dicti ab executione ordinis
muni Doctorum ſententia;
ctum ſtatum profiteri velin
que habere ordinem ſuſcep
ætatem à iure requiſitam
vti non poſſunt donec ill
ſcantur, ex cap. *vel non eſt c*
tra *de temporibus ordination*
ex ratione, extra. *de ætate, q*
& ordine præficiendorum. E
adepta, poſſunt abſque vlla
tione vti ordine in infantia
& ratione ignorantiæ, & b
excuſabuntur à ſuſpenſione
in extrauaganti Pij II. *contr*
tos ante legitimam ætatem.

Loquendo nunc de ſubi
nationis ſacerdotalis, quo
eius receptionem, primò vt

ſacerdotium ſuſcipiat debet eſſe confirmatus, multoque magis tonſura Clericali, & cæteris ordinibus ſacerdotio præuijs munitus, qui tamen per ſaltum ad illud ordinaretur ſine ipſis, eſſet validè ordinatus, Secundò, cum ordinatio ſacerdotalis ſit verum, proprieque dictum Sacramentum nouæ legis, non mortuorum, ſed viuorum, qui illam ſuſcipit, debet eſſe in ſtatu gratiæ.

Tertiò non debet eſſe irregularis, vel ſimili affectus impedimento, & licet grauiter peccet, qui nedum ſacerdotium, ſed & cæteros ordines cum irregularitate, ſuſcipit, non contrahit tamen aliam irregularitatem, nec aliã cenſuram, niſi ſit inſuper excommunicatus. Quia tamen irregularis licitè ordines ſuſceptos exequi non poteſt, propterea interdum dicitur nulla, & irrita, hoc eſt, quo ad executionem, & veluti, quo ad effectum, nõ autem abſolutè, irregularem enim, aut aliqua cenſura irretitum, validè ordinari poſſe, ſi cætera neceſſaria adſint, communiter docent Theologi.

Quartò debet habere ætatem à lege præſcriptam, & quamuis in ſacris canonibus, alia ætas decreta olim pro Ordinibus ſuſcipiendis fuerit, hodie tamen diſpoſitiones Concilij Tridentini ſunt obſeruandæ, requirentis prò Sacerdotio 25. annos, *nullus in poſterum*, inquit ſeſſ. 13. cap. 12. *ad presbyteratus ordinem ante 25. ętatis ſuæ annum promoueatur*; ſatis autem eſſe ſi hic annus, & alij ad cęteros ordines ibidem requiſiti ſint incepti, etiam per vnum diem, concors eſt Doctorum ſententia, nec non illos debere incipere à die natiuitatis, non autem à die conceptionis.

Quintò debet eſſe ſufficientibus litteris peritus, ita decernente Tridentino ſeſſione citata cap. 12. & ſeſſ. 14. cap. 3. de reformat. vbi iubet examen debere præcedere ordinationem, fierique à proprio Epiſcopo, vel ab alio ex eius commiſſione; & pro Sacerdotio ordinandum *eas habere litteras, quibus poſſit populum docere de his, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, ſciatque adminiſtrare ſacramenta*. Cum autem plures ſint illiteratorum gradus, & ex alio capite non eadem pro omnibus ordinibus ſcientia requiratur, diſputant inter ſe Doctores, quinam defectus illius ſit neceſſarius ad incurrendam irregularitatem ex defectu ſcientiæ prouenientem, vtque qui ſic ordinatur, peccet grauiter, ſicut qui, & illum ordinat, & inſuper ipſe ſic ordinatus illicitè ordines exerceat. Qui eſt omnino illiteratus, ſeu in eo gradu, quod tantum ſciat legere, & ſcribere lingua materna, eſt ita irregularis, vt nemo illum diſpenſare, niſi Summus Pontifex poſſit.

Sextò debet titulum habere patrimonij, vel beneficij, vel religioſæ paupertatis, ſeu illius, quam ſolemniter emittunt religioſi, ex Tridentino ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat. Cuius diſpoſitionis ratio fuit, vt ordinatus in ſacris haberet, vnde ali honeſtè poſſet; proptereaque quantitas beneficij, vel patrimonij, arbitrio Epiſcopi remittitur, qui ſecundum varias regiones ſufficientem ſummam determinet. Ad ordines autem minores non expoſtulari eiuſmodi titulos ex iure communi, ſaltem hodie, communiter aduertunt Doctores.

Septimò qui ab alio, quam à proprio Epiſcopo vult ordinari, ab iſto debet obtinere licentiam, quæ licet poſſit dari oretenus, quia Concilium requirit duntaxat conſenſum proprij Epiſcopi, ſolet tamen ad maiorem, faciliоremque fidem faciendam expediri per litteras patentes, quæ vocantur *dimiſſoria*, quia ſubditum dimittunt ad alienum Epiſcopum: appellantur etiam *Reuerenda* ob reuerentiam illis debitam; nec non *commendatitiæ*, & *teſtimoniales*, quando præter

ter dictam licentiam continent ordinandi morum approbationem; quæ vbi fit ſeparatim vocantur litteræ tãtùm *commendatitiæ*, & *teſtimoniales*, quas aliqui putant, de iure non poſſe dari niſi ab Epiſcopo domicilij, quia mores, qui in his litteris ſunt approbandi, ſolum illi ſolent eſſe noti, non alijs; cum tamen ſolas dimiſſorias cõcedere poſſit proprius Epiſcopus, ſiue originis, ſiue beneficij, ſiue domicilij. Qui culpabiliter ordines, etiam minores, etſi de minoribus negent aliqui, recipit ab alieno Epiſcopo ſine licentia, ſeu dimiſſorijs, ſeu ſine litteris commendatitijs proprij Ordinarij ſuſpenditur per Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 8. de reformat. ab ordine, quamdiu Epiſcopo proprio iudicabitur expedire: ipſe vero Epiſcopus ſcienter, vel mala fide operans (non igitur per rationabilem ratihabitionem) ſuſpenditur per annum à collatione Ordinum, ſiue omnium, vt plures aſſerunt, ſiue ſolum illorum, quos malè confert, vt alij dicunt.

Octauo debet fieri ordinatio intra debita tempora, iſta autem ſunt, ſecluſo priuilegio, pro ordinibus maioribus, id eſt Subdiaconatu, Diaconatu, & Sacerdotio, quatuor Sabbata quatuor anni temporum, Sabbatum ante Dominicam Paſſionis, & Sabbatum Sanctum: qui ordines cum conferantur inter celebrationem Miſſæ, ſatis patet debere conferri, de mane: Pro Epiſcopatu quilibet dies Dominicus, de mane. Pro ordinibus minoribus præter ſex Sabbata addicta pro conferendis maioribus, adduntur quicumque dies Dominicus, vel feſtum de præcepto, etiam ſi ſolum in ea Diœceſi, aut Ciuitate, vbi conferuntur, tale feſtum celebraretur. Ex generali conſuetudine, in die Veneris ante prædicta ſex Sabbata, addunt alii in feria quarta quatuor temporum, conferri etiam poſſunt, quo

ſic ſequentis diei labor
nuatur. Et quamuis
ad conferendos Ordine
nores, ſignetur tempus
men etiam poſſunt à p
ri. At prima tonſura
ordo, ſed diſpoſitio,
tantum ad illum, quoc
ue feſto, ſiue profeſto
poteſt. Qui ſcienter,
ordinatur in ſacris, ex
iure ſtatuta ſine diſpe
ditur, quod etſi aliqui
dinem ſic ſuſceptum,
tendunt ad omnes alio
tea ſuſceptos.

Nono tandem ſerua
ſtitia, cum enim Sacr
cipiant, vt Ordines co
nandis cum certo tem
lo inter vnum, & alte
quod ita conſtitutum
per exercitia inferioris
mouendus ad ſuperio
hæc interualla tempo
interſtitia, quæ ſine
ſeruanda ab omnibus
religioſis, præſcinde
gijs, idque ſub mort
ex communi ſenten
grauis, qui tamen il
obſeruat, non incurrit
aut irregularitatem a
le autem inter Ordin
iores, ſiue minores
ſe interſtitium,
bitur à Tri
no ſeſſ.
c. 11.

e Epiſcopatu, alias majori Sacerdotio dicto.

Concluſio Tertia.

Piſcopatus eſt Sacramentum verè, & propriè dictum. Iſta conio eſt certiſſima, ſic abſolutè ſumſique nonnulli Theologi videnllam negare, intendunt ſolum, eſſe Sacramentum ex æquo ditum à ſimplici ſacerdotio, de quo ox dicemus, diſputant inter ſe tores, non autem, quod non ſit lutè Sacramentum, vt pote ſelum ipſos eſſentialiter includens rdotium, cuius eſt extenſio, vel plementum.

nde ſic probo concluſionem; Saotium nouæ legis eſt verum proque dictum Sacramentum, vt ndimus ſupra; Sed Epiſcopatus, ox dicemus, aut eſt, aut includit tialiter verum proprieque dictum e legis Sacerdotium, propterealicet ordinatio per ſaltum valeat ijs ordinibus, non tamen in Epiatu, vt ſi quis ex Diacono, ante eptum presbyteratum conſecrar in Epiſcopum, cum prius ſit eſcerdotem, quam habere poteſtaſpiritualiter generandi, ſeu creanresbyteros; quemadmodum in ralibus prius eſt eſſe vere, & eſialiter hominem, quam verè; & riè eſse alterius hominis patrem generationem; Hoc ergo ſtante, poteſt non eſse Sacramentum ve& propriè dictum, eaque certitu, nimirum fidei, qua certum eſt, rdotium, ſeu ordinationem Salotalem nouæ legis eſſe Sacramẽ verè, & propriè dictum; indeque bauimus ſupra eſse quoque tale inem abſolutè ſumptum.

l igitur de quo ſalua fide inter ologos diſputatur, eſt vtrum copatus, ſeu ordinatio Epiſcopat Sacramentum ex æquo diſtinctum à Presbyteratu, vel ordinatione Presbyterali; cum enim omnes Catholici conueniant, Epiſcopatum quidem eſse gradum quemdam, ac dignitatem in Eccleſiaſtica Hierarchia ſimplici ſacerdotio ſublimiorem, vt contra hæreticos oſtendimus ſupra cap. 36. aliqui tamen exiſtimant Epiſcopatum, nec eſse ordinem, nec Sacramentum à ſacerdotio diſtinctum, ſed ſolum eius extenſionem, & complementum, admittentibus alijs præfatam diſtinctionem abſolutè. Nos autem hac in re diſtinguimus; puto enim primò, ſi conſiderentur Presbyteratus, & Epiſcopatus in ratione ordinis, illos eſse inter ſe diuerſos, ac diſtinctos, difficile enim eſt concipere Epiſcopatum eſse gradum quemdam, ac dignitatem in Eccleſiaſtica Hierarchia ſimplici ſacerdotio ſublimiorẽ, vt nos fides docet, & quod non ſit ordo ab iſto diuerſus, ac diſtinctus, ſaltem in ratione ordinis, ſicut certum eſt cæteros ordines ita inter ſe diſtingui, licet certum non ſit, eos omnes, vera eſse Sacramenta.

Secundò exiſtimo, ſi conſiderentur in ratione Sacramenti, valde probabiliter dici poſſe, quod etiam ſub hac ratione diſtinguantur, non quidem abſolutè, ſed veluti partialiter, ita vt ſint duo veluti partialia Sacramenta, vnum totale, & completum facientia in ratione ſacerdotij, eo fere modo, quo notauimus ſupra poſse dici in ordinatione ſacerdotali, duas eius partes, quarum vna eſt per inſtrumentorum traditionem, altera per manuum impoſitionem, diſiunctiuè ſumptas, habere rationem Sacramenti, quæ tamen ſimul ſumptæ vnum ſolummodo totale, & completum faciant, alias multo plura, quam par eſt, multiplicarentur nouæ legis Sacramenta.

Tertiò dico probabilius eſſe, quod nec Epiſcopatus ſit Sacramentum partialiter à Presbyteratu diſtinctum propriè loquendo, ſed tantum Sacerdotij

dotij vtrique communis extenſio, perfectiſſimumque eius complementum. Sicut etiam probabilius eſt, in ordinatione Sacerdotali impoſitionē manuum, vt diſtinguitur à traditione inſtrumentorum, & per illam præcisè confertur, iuxta diuerſitatem opinionum poteſtas in corpus Chriſti myſticum, prius collata alia in verum eius corpus, & ſanguinem conſecrandum, eſſe quoque extenſionem, & complementum iſtius.

Hæc ſententia ſic explicata, quæ eſt magis communis, maximè inter diſcipulos Diui Thomæ, probatur primò, quia tota ordinum diſtinctio, ſi quæ ſit in ratione Sacramenti, ſumitur penes habitudinem ad Euchariſtiam, ſiue ad verum Chriſti Domini corpus, & ſanguinem in ea conſecrā-dum; Sed Epiſcopatus non aliam dicit habitudinem ad Euchariſtiam, præter eam, quam importat ſimplex Sacerdotium; non enim poteſt in ea magis Epiſcopus conſecrare corpus, & ſanguinem Chriſti, quam ſimplex Sacerdos: Epiſcopatus ergo in ratione Sacramenti conſideratus, non eſt Sacramentum totaliter, aut partialiter diſtinctum à ſimplici Sacerdotio, ſed mera eius extenſio; aut complementū intrinſecum, quo, vt dicetur in ſolutionibus argumentorum, Epiſcopus præter poteſtatem conſecrandi Euchariſtiam, in quá conuenit cum ſimplici Sacerdotio, habet virtutem transferendi eamdem poteſtatem in alios, & ad conſecrandum, & ordinandum miniſtros Eccleſiæ; ſi enim per habitudinem illam, quam non dicit ſimplex Sacerdotium, quæque eſt ſolum indirecta reſpectu Euchariſtiæ conſtitueretur Epiſcopatus in ratione Sacramenti totaliter, aut partialiter à Sacerdotio diſtincti, ſequeretur, quod Epiſcopatus ſaltem ſub iſta ratione eſſet inferius Sacerdotio, ipſoque ignobilius, cum poteſtas in corpus Chriſti naturale, propria Sacerdotio, eumque diſtinguens ab Epiſcopatu,

præſtet poteſtati in corpu
quam Epiſcopatus addit
cramentum à ſimplici Sa
ſtinctum, & per quam
iuxta ſententiam, quan
mus; igitur ad vitandum
niens; dicendum eſt Epiſ
eſſe prorſus eſſentialiter
Sacerdotio Sacramentum
tantùm diſtingui, & præ
quatenus poteſtati con
chariſtiam, additur alia c
ordinandi miniſtros eius.

Altera ratio deſumitur
conuenienti iam ſuperiu
quod ſi Epiſcopatus eſſe
Sacramenti diſtinctus à
atque adeo diſtinctum
characterem, poſſet va
ante Sacerdotium, eiuſ
tio eſſet valida, quam
ſicut qui ante Diacona
retur Sacerdos, verus
dos. Ex quo vlterius
quod ſicut Subdiaconus
tum, non præſuſcepto Di
ret Sacerdos, poſſet om
Diaconi validè exercere,
conus, qui non præmiſſo
cōſecraretur Epiſcopus,
omnia munia Sacerdotal
atque adeò conſecrare co
& à peccatis abſoluere, c
eſſet Sacerdos; quia Epi
in ratione Sacramenti diſt
ſimplici Sacerdotio, non
dignitatis quam ipſum,
conſiſtentis in conſecratio
& ſanguinis Chriſti Do
cum nullus admittat Epi
ſaltum ordinatum poſſe
corpus Chriſti, & abſolu
tis, niſi prius ordinetur
cerdos, & iterum conſec
ſcopum, videtur eſſe ma
gumentum, quod Epiſco
tione Sacramenti conſide
diſtinguatur eſſentialiter
Sacerdotio, vt aliud Sac
ſed tantum vt extenſio, &

eius complementum.

Tertia demum ratio eſt, quia non minus, imo magis in ſupernaturalibus fugienda ſunt ſuperflua, quam in naturalibus, atque adeo immultiplicanda entia ſine neceſſitate: ſed Epiſcopus per ſolum characterem Sacerdotalem, vt habet adiunctum aliquem modum phyſicum,& ſupernaturalem, quo completur, & vltimatè perficitur, poteſt munia omnia Epiſcopalia præſtare, V.g. conferre,Sacramentum Confirmationis, & Ordinis; vt patet exemplo Sacerdotalis, qui ſe extendit ad corpus Chriſti myſticum, & poteſtatem recipit abſoluendi à peccatis, abſque noui characteris additione, vel impreſſione, per hoc ſolũ quod modum aliquem ſupernaturalẽ recipiat: alioquin tot eſſent diſtinguendi, & admittendi characteres, quot ſunt actiones ſupernaturales Sacramentales, quæ à Sacerdote vel Epiſcopo exercentur; & ſic alius daretur character ad conſecrandum corpus Chriſti,alius ad baptizandum, alius ad confirmandum, alius ad conferendum Sacramentum Extremæ vnctionis, alius ad abſoluendum à peccatis, quod videtur omnino abſurdũ; deindè ſicut ſufficit ceremonia illa,vel ſignum externum, modo dicendum, in conſecratione Epiſcopali per modũ materiæ, & formæ adhiberi ſolitum, vt per illud character Sacerdotalis extendi, & perfici dicatur, ita quoque,ſi noua gratia in eadem conſecratione producitur, vt videtur probabilius contra aliquos id negantes, ad munia Epiſcopalia nedum validè, ſed & licitè, ac dignè obeunda, ſufficit ad eius productionem eadem ceremonia, idemque ſignum externum; neceſſe igitur non eſt,quod cõſecratio Epiſcopalis ſit Sacramentũ à Sacerdotali diſtinctum,ſed ſufficit quod ſit excellentiſsimum quoddã iſtius in ratione Sacramenti conſideratæ complementum; aliàs multiplicarentur Sacramenta,atq; adeo entia ſine neceſſitate, à qua multiplicatione gratia magis abhorret, vt dicebam, quam natura ipſa, ne dicatur Deus plures actiones ſupra naturam producere, quam ſint neceſſariæ ad effectum ab ipſo intentum.

Sed obijci poteſt primo, quod ſi Ordinatio Epiſcopalis non eſſet Sacramentum formaliter ab ordinatione Sacerdotali diſtinctum, non poſſet probari ex Scriptura Ordinem eſſe Sacramentum; cum loca ex quibus id probatur nimirum 1. Timoth. 4. *Noli negligere gratiam, quæ eſt in te,* &c. *cum impoſitione manuum presbyterij*, & 2. Timoth. 1. *Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum*, intelligantur de ordinatione Epiſcopali,quia agunt de ordinatione Timothei,qui fuit Epiſcopus à Paulo ordinatus.

Secundò, quod Sancti Patres dum loquuntur de conſecratione Epiſcopi, ipſam paſsim appellant Sacramentum.

Tertiò, quod illi conueniunt omnes conditiones ad rationem Sacramenti requiſitæ, nimirum quod per illam noua producatur gratia, vt patet ex duplici teſtimonio Apoſtoli,nec non nouus character à Sacerdotali diſtinctus, quia nimirum noua illi confertur poteſtas confirmandi, nec non ordinandi fideles.

Reſpondetur primò ad hæc argumenta, ea reddere quidem probabilem ſententiam aſſerentem, presbyteratum, & Epiſcopatum inter ſe diſtingui in ratione Sacramenti, modo ſuperius adducto; ſed cum rationes à nobis adductæ videantur reddere probabiliorem oppoſitam, reſpondemus ſecundo ſoluendo ea;& ad primum, negamus ſequelam, ſufficit enim, quod Epiſcopatus ſit complementum intrinſecum, & vltimum ordinis, cum ſit complementum ſacerdotij, illudque proinde eſſentialiter includens, vt ex ſcripturis, in quibus eſt ſermo de ordine, probemus eum eſſe verum ſacramentum: quando-

quidem impoſſibile eſt, quod Ordo compleatur in ratione ſacramenti per Epiſcopatum, & quod Ordo non ſit ſacramentum, ſicut oſtendimus ſupra eundem Ordinem eſſe ſacramentum, ex eo quod Ordo ſacerdotalis ſit ſacramentum.

Per quod etiam patet ad ſecundum, nimirum Patres ideo vocare conſecrationem Epiſcopalem ſacramentum, quia eſt complementum ſacerdotij, ſi loquantur de iſta conſecratione; pro vt diſtinguitur à ſacerdotali; dici enim inſuper poteſt ipſos loqui de ordinatione, & vnctione, quæ non ſolum Epiſcopalis, ſed etiam Sacerdotalis eſt, dum conſecrationem Epiſcopi appellant Sacramentum, quatenus ſimul cum Sacerdotio, & quem ei ſuperaddit modo perfectiſſimum eſt Sacerdotium, perfectiſſimumque proinde Ordinis Sacramentum.

Ad tertium dicimus, ex hoc quod conſecratio Epiſcopalis cauſet gratiã, non propterea ſequi quod ſit Sacramentum à Sacerdotio diſtinctum, cum ad hoc ſufficiat, quod ſit perfectiſſimum quoddam complementum Sacramenti, ſcilicet Sacerdotij, vt patet in ceremonia illa, qua confertur Sacerdoti iam ordinato poteſtas ad abſoluendum à peccatis, per impoſitionem manuum Epiſcopi, & verba illa, *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* licet enim tunc, ſecundum opinionem magis probabilem Sacerdoti noua gratia conferatur, nouo illi muneri correſpondens, vtpotè peculiarem habenti difficultatem, tamen ceremonia illa propriè loquendo non eſt Sacramentum diſtinctum à conſecratione Sacerdotali, quæ fit in contactu calicis cum vino, & patenæ cum pane, in quo character Sacerdotalis imprimitur, ſed tantum extenſio, & complementum Sacerdotij, in ordine ad actũ, corpus Chriſti myſticum reſpiciẽtem, nempè abſolutionem à peccatis; idem quoque, proportione ſeruata dicendum eſt de conſecratione Epiſcopali.

Ad alteram partem ne
ſecrationem Epiſcopalen
primere characterem; ſe
cerdotalem perficit & c
ſando in eo nouum mod
& phyſicum, quem ante
bat, ratione cuius extenc
niſtrandum, & conficiend
Sacramenta, quæ non p
Sacerdos, ſaltem ex vi pr
dinationis, miniſtrare, v
Eſt autem modus ille ind
ipſe character. Quod e
cari poteſt exemplo ſta
poteſtatis phyſicæ ad ab
peccatis, quam recipit,
ſua ordinatione; hæc eni
rationem characteris, ſe
intrinſeci, & phyſici, c
Sacerdotalem in contactu
tea impreſſum, iuxta diue
tentiarum ex dictis ſupra
tis ad corpus Chriſti myſ
ad ipſius mẽbra inſtrume
ſicè purganda à peccatis
ſcopatus in ratione Sac
ctatus nihil aliud eſt, qua
tium perfectum, & conſ
nec magis differre videtu
tio ſimplici, quam vir
puero.

Quantùm ad materiam
ſeu res, & verba, quibus
Epiſcopalis, provt adæq
pitur, communiter aſſign
eius materia partialis, tr
forma partialis triplici pa
riæ correſpondens.

Prima materia partialis
ſitio manuum trium Epiſc
mirum conſecratoris, & d
rum aſſiſtentium, ſuper ca
ordinatur in Epiſcopum; f
reſpondens ſunt hæc verba
tres illi Epiſcopi ſimul pr
cipe Spiritum Sanctum. S
tialis materia eſt, vnctio
manuum electi in Epiſcop
lum conſecratorem Epiſc
tialis forma ei correſpõde

a; quæ pariter ſolus Epiſcopus con-
ecrator tunc profert, ſcilicet *vngatur*
& conſecretur caput tuum cęleſti bene-
dictione in ordine Pontificali, in nomine
atris, & Filij, & Spiritus Sancti.
Item, vngantur manus iſtæ de oleo ſan-
ctificato, & Chriſmate Sanctificationis,
ut vnxit Samuel Dauid Regem, &
rophetam: ita vngantur, & conſecren-
r in nomine Dei Patris, & Filij, &
iritus Sancti. Tertia, & vltima
rialis materia eſt, traditio baculi
ſtoralis, annuli, & libri Euange-
rum, forma ei correſpondens ſunt
ba, quæ inter tradendum iſta inſtru-
nta Epiſcopus conſecrator profert.
Circa quæ nihil aliud occurrit di-
ndum, niſi quod iam notauimus,
riſtum Dominum inſtituendo Or-
es, determinaſſe tantùm eorum
erias in genere, nimirum vt eà eſ-
legitima cuiuslibet Ordinis, etiam
ſcopalis materia, quæ exiſtens ſen
is ſui traditione debita, & ſuffi-
ter facta tam ex parte miniſtri,
m intentionis, ſignificaret tunc de
poteſtatem tali ordini propriam,
ei qui materiam iſtam ſenſibilem,
ignum iſtud ſenſibile acciperet in
ordinatione; forma verò eſſent
ſimul pronuntiata eamdem quo-
poteſtatem ſufficienter exprimen-
particularem autem iſtius ſigni,
erborum determinationem; ſeu
nere, & veluti affigere ſignifica-
n practicã iſtius poteſtatis huic,
li rei ſenſibili, & his vel illis ver-
particulari, reliquiſſe faciendũ
ſiæ, pro vt, & quando illa iudi-
eſſe conueniens: quæ de facto
onſecratione Epiſcopali omnia
dicta determinauit. Quorum
quæ ſint de eſſentia illius, nec
iudicandum eſt ex materia, &
aliorum Sacramentorum à Chri-
o in ſpecie determinatis, quæ,
intur ad illa ſufficere aut de eo-
ſentia eſſe, quando ſufficienter
effectum ſacramentalem ſigni-
& exprimunt; ita quoque aſſe-

rendum eſt de præfatis materijs, & formis conſecrationis Epiſcopalis, nec non cæterorum Ordinum, ab Eccleſia determinatis; ea nimirum ſufficere, & de eſſentia illius eſſe, quæ proprios dictæ conſecrationis effectus ſufficienter ſignificant, & exprimunt; ita vt ſi omnia ad hoc requirantur, omnia quoque ſint de illius eſſentia, ſecus autẽ ſi non omnia requirantur, ſed vnum tantùm, vt eſſet v.g. ſola manuum impoſitio trium Epiſcoporum, conſecratoris ſcilicet, & aliorum duorum aſſiſtentium, cum ſola forma, *Accipe Spiritum Sanctum*.

Sed grauis adhuc difficultas eſt, an præſentia, ſeu cooperatio trium dictorum Epiſcoporum ſit de forma ſubſtantiali conſecrationis Epiſcopalis; vel ſaltem ſit ritus, aut ſolemnitas talis, cuius omiſſio actum inualidum reddat. Cum enim omnes Theologi pro certo habeant, ex conſtitutione Eccleſiæ, requiri ad minus tres Epiſcopos, vt vnus conſecretur, circa propoſitam difficultatem diuiſi ſunt, multi enim, inter quos eſt nouiſſimè doctiſſimus Pater Ioannes Baptiſta Gonet Clypei Thomiſtici to. 5. tract. 7. de Sacram. Ordinis diſp. 4. de Epiſcopatu art. 3. putant probabilius eſſe, tres Epiſcopos neceſſario requiri ad vnius conſecrationem, adeo vt Summus Pontifex in eo diſpenſare non poſſit; alij autem id negant, quibus libenter ſubſcribo, attenta præſertim Sedis Apoſtolicæ praxi in hac re, vt ſtatim videbimus.

Probatur ergò primo, examinando fontes, ex quibus deriuari cenſetur hæc ſolemnitas aſſiſtentiæ trium Epiſcoporum, tanquam quid de iure diuino, ſiue ex Chriſti inſtitutione neceſſarium.

Deriuant authores primò hanc ſolemnitatem ex facto, & verbis Sancti Pauli Apoſtoli 1. ad Timoth. 4. vbi ait: *Noli negligere gratiam, quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij*: inde

enim videtur haberi Ordinationem Timothei in Epiſcopum non à ſolo Paulo, ſed à cætu presbyterorum, ſeu Epiſcoporum, qui manus ſuper conſecrandum imponunt fuiſſe factam: Verum non eſt ita, idem enim Apoſtolus ſeipſum clarè explicans 2. Tim. 1. ait: *Admoneo te, vt reſuſcites gratiam, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum*: vbi ſolas ſuas manus nominat, & addidit particulam *per*, vt denotaret per impoſitionem manuum Pauli, tanquam per cauſam Sacramẽtalẽ inſtrumentariam Deum contuliſſe Timotheo gratiam; quando verò locutus fuit de impoſitione manuum Presbyterorum, non appoſuit particulam *per*, ſed dixit, *cum impoſitione manuum presbyterij*, vt acceſſoriam ſolemnitatem, & non Sacramenti miniſterium demonſtraret. Vndè Theodoretus in eumdem locum ſic dicta verba explicat: *Excites gratiam quam accepiſti per meam ordinationem*, & Theophilactus ibidem: *cum imponerem ego tibi manus, quando Epiſcopum te ſeligebam, & conſecrabam*: Et Hugo Cardinalis in eumdem locum: *quia miniſter fui tuæ conſecrationis*.

Et Sanctus Thomas in commentario, priorem illum locum 1. Timoth. 4. ſic legens, *cum impoſitione manus preſbyteri*, ſubiungit: *alia litera habet manuum presbyteri: ſed quæſtio eſt, cum Epiſcopus debeat ordinari à tribus, quare hic dicitur ſingulari numero presbyteri. Reſpondeo: hoc ideo dicit, quia etſi conueniunt multi: tamen vnus eſt principalis, & alij coaſſiſtentes. Tamen dici poteſt, quod tunc hæc conſtitutio nondum erat, & tum pauci erant Epiſcopi, qui non poterant congregari*. Huc vſque Angelicus interpres Diui Pauli.

Item Gulielmus Eſtius in eumdem locum: *Quæritur*, inquit, *quomodo hic manuum impoſitio tribuatur presbyterio, ſiue Epiſcoporum Collegio, cum Paulus in ſecunda epiſtola videatur eam ſoli ſibi vendicare: Reſpondeo ceremoniam quidem impoſitionis manuũ à pluribus fuiſ-*

ſe adhibitam: ſed ſolum Pa
regiſſe, quæ Sacramento
erant.

Ex quibus omnibus ſati
ta Apoſtolum, ritum hu
lemnitatem aſſiſtentiæ pl
ſcoporum, non fuiſſe ab c
bitam, ſi ibi per presbyte
gatur cætus eorum, de
nonnulli dubitant, tanqu
tioni Epiſcopali eſſential
Paulum ſolum miniſtrum
nationis Epiſcopalis, &
gratiæ in conſecratione T

Alter fons vnde deriua
ribus ſolet hæc eadem ſol
liber 8. Conſtitut. Apo
al. 33. in quo ſic legitur
Cananeus conſtituo à quot
beat ordinari Epiſcopus, ſcil
vel tribus Epiſcopis: Si ve
vno ordinatus fuerit, tum
natus eſt, tum is, qui eu
deponatur: quod ſi neceſſit
vno ordinari, quod propt
nem, aut aliam cauſam pl
poſſint, afferatur decretum
plurium Epiſcoporum. Ci
tutum plura ſunt obſerua
tentum noſtrum clarè vid
ſtrare: primò inſtitution
fuiſſe à Chriſto acceptam
ſtolum Simonem Canan
thorem extitiſſe; alioq
Apoſtoli Pauli dixiſſet:
ego ſed Dominus. Secu
deponatur, præſupponit
ſcopalem ab vno Epiſco
eſſe validum. Tertio va
Epiſcoporum aſſiſtentiu
ſtitutionem non verſari
lia, quæ non poſſunt va
quod ſtatuat in caſu
vno ſolo Epiſcopo con
perfici poſſe, dummod
miſſio plurium Epiſcopo
ſatis conſtat Sacramen
ſupplere non poſſe, atq
dinationis Epiſcopalis va
nimè requiri.

Tertius denique huius ſolemnitatis fons deriuatur ex epiſtola 2. Anacleti Papæ, quæ habetur diſt. 64. cap. *Ordinationes Epiſcop.* & 66. cap. *porro* item diſt. 76. vbi ait Hieroſolymorum primum Epiſcopum, beatum Iacobũ, qui iuſtus dicebatur, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis, fuiſſe ordinatum; quod etiam referens Anicetus Papa epiſt. ad Epiſcopos Galliæ, iſta ſubiungit: *ſi autem non minus quam à tribus Apoſtolis, tantus fuit ordinatus Epiſcopus, patet profectò, eos formam, inſtituente Domino, tradidiſſe, non minus quam à tribus Epiſcopis, Epiſcopum ordinari debere.* Sed nec indè haberi, neceſſario requiri tres Epiſcopos ad vnius conſecrationem, vt valida ſit, patet, quia non potuit Iacobus Apoſtolus frater Domini à Petro, Iacobo, & Ioanne recipere ordinationis Epiſcopalis Sacramentum. Nam vel ſolus Petrus, vt volunt aliqui fuit ab ipſo Chriſto ordinatus Epiſcopus: & ſic cum ſolus Epiſcopus eſſet, ſolus potuiſſet conſecrare primum poſt ſe Epiſcopum; vel quod verius eſt, omnes vndecim Apoſtoli fuerunt ab ipſo Chriſto Domino immediatè conſecrati, & ordinati in Epiſcopos, vt tradit gloſſa ad illa verba 1. Corinth. 12. *Poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos*, & docent Theologi in 4. diſt. 24. tuncque contigiſſe, quando Ioan. 20. dixit eis, *Accipite Spiritum Sanctum; ſicut miſit me viuens Pater, & ego mitto vos*, cum prius in vltima cæna poteſtatem Sacerdotalem illis contuliſſet his verbis, *Hoc facite:* Et ſic clarè patet ordinationem Iacobi in primum Hieroſolymæ Epiſcopum, quæ ſtatim poſt Aſcenſionem à tribus Apoſtolis dicitur facta, non fuiſſe propriam Epiſcopalem ordinationem, ſed deſignationem eius ad Epiſcopatum Hieroſolymitanum: in qua, ſi fortè interceſſit manuum impoſitio à pluribus Apoſtolis, non per modum conſecrationis Epiſcopalis, ſed cuiuſdam Eccleſiaſticæ ceremoniæ, fuiſſe adhibitam certum eſt: cum iam à Chriſto fuiſſet ordinatus, vt ſupponitur, Epiſcopus.

Quod expreſsè docet gloſſa ad dictum cap. *porrò*, explicans verbum *ordinatus*, vt refertur ad ordinationem à tribus Apoſtolis factam, *id eſt ad certi loci adminiſtrationem electus;* & in fine concludit: *Vel dic: ordinauerunt, id eſt inthronizauerunt eum ad adminiſtrationem certi loci; prius enim erat Epiſcopus ſine titulo.* En ergo quam apertè liquet ex primis illis fontibus, ſolemnitatem aſſiſtentiæ triũ Epiſcoporum, haud eſſe talem, tamque neceſſariam, vt eius omiſſio ordinationẽ Epiſcopalem nullam ſiue irritam reddat, quo ad ordinis poteſtatem.

Inſuper hæc eadem ſolemnitas etſi diſtinctè præſcribatur in Pontificali Romano, ex eodem nihilominus ſatis manifeſtè habetur, quod non præſcribatur tanquam de eſſentia conſecrationis Epiſcopalis. *Primò*, quia vbique diſtinguit inter Epiſcopum Conſecratorem, & Epiſcopos aſſiſtentes: illum vbique Conſecratorem, hos non aliter appellat, quam aſſiſtentes. *Secundò*, imo videntur potius nomine Aſſiſtentium indigitari, eo quod aſſiſtentiam præbent electo, erga quem pluries aſſiſtentiam ſuam exercent, quam erga conſecratorem. Vndè ſtatim ſub initium ſic loquitur; *Hora competenti Conſecrator, Electus, Aſſiſtentes Epiſcopi, & alij, &c.* ſemperque tribuit primum locum Conſecratori, ſecundum Electo, tertium Aſſiſtentibus; ſi enim Epiſcopi Aſſiſtentes aſſiſtentiam ſuam præcipuè exhiberent Conſecratori, tanquam eſſentiales eius commiuiſtri in Epiſcopali conſecratione, aut quid eſſentialiter ad illam requiſitum, deberent ſimul cum Conſecratore nominari ante ipſum electum ab ipſis conſecrandum. Imo paulò poſt initium proſequitur Pontificale dicens: *Electus medius inter aſſiſtentes ſibi Epiſcopos*, & in fine concludit: *Conſecratus aſſiſtentibus ſuis*

pro

pro morte gratias agit.

Secundò probatur veritas noſtræ ſententiæ, authoritate S. Dionyſij lib. Eccleſ. Hierarchiæ part. 2. cap. 5. vbi deſcribens ritum ordinationis Epiſcopi, Sacerdotis, & Diaconi, vnius tantùm Epiſcopi ordinantis mentionē facit, & quantum ad hoc pariformiter loquitur de ordinatione, ſiue Epiſcopi, ſiue Sacerdotis, ſiue Diaconi, in quorum duorum vltimorum ordinatione omnes fatentur non eſſe neceſſe plures interuenire Epiſcopos.

Tertiò quia in alijs Sacramentis vnus miniſter ſufficit ad validam eorum adminiſtrationem, & in præſenti materia non affertur principiū Theologicum quo contrarium probari poſſit. Quod igitur primam illam tantum actionem, quæ conſiſtit in impoſitione manuum, & prolatione iſtius formulæ, *Accipe Spiritum Sanctum*, & in qua ſola putant aliqui conſecrationem Epiſcopi eſſentialiter ſitam eſſe, omnes tres illi Epiſcopi ſimul perficiant, non ita accipi debet, quaſi etiā tres illi Epiſcopi ſint neceſſario ad eā requiſiti, ſed alios ob fines extrinſecos, v. g. vt ſint teſtes ſpiritalis matrimonij, quod ordinandus tunc contrahit cum ſua Eccleſia, aut ſignificetur actualis cooptatio eius in numerū Epiſcoporum: hæc enim cooptatio cum fiat nomine Eccleſiæ, & Eccleſia pro vt eſt congregatio Epiſcoporum, tanquam eius Principum, non poſſit repræſentari minori numero, quam ternario, quia vt vulgo dicitur, tres faciunt numerum, ſicut etiam & capitulum, duo verò minimè, indè ſit vt Eccleſia ordinauerit aſſiſtentiam duorum aliorum ſimul cum Conſecratore Epiſcoporum in ordinatione Epiſcopali.

Quartò, in ordinatione Græcorum Epiſcopi aſſiſtentes, nec imponunt manum ſuper caput electi, neque vlla verba pronuntiant, & tamen ab Eccleſia Latina pro veris habentur Epiſcopis, qui ſic fuerunt ordinati, ijſdem

prorſus rationibus,
oſtendimus eorum qu
tes pro veris haberi Sa
ſiſtentia igitur duorum
ſimul cum conſecrato
ponentium, & forman
dentem pronuntiantiu
eſſentia Ordinationis E

Sed quod vltimò re
quia plures Pontifices
tia, vel ſolemnitate
quidquid enim ſit an d
ſint in aliquo alio iure
certum eſt eos non po
in iure diuino pertinen
aut ſubſtantiam Sacram
tur ſi aliqui Pontifices
in præfata ſolemnitate,
duorum Epiſcoporum, ſ
nifeſtum eam non eſſe d
ſubſtantia Ordinationis
Diſpenſarunt autem G
gnus cum Anglis, vt co
reſponſione in regiſtro e
dict. 7. Gregorius XIII.
cha Aethiopiæ; Pius IV
cum quibus paſſim diſpe
à Sede Apoſtolica. Et qu
tiores Theologi, qui h
tatem ad ſubſtantiā ordi
ſcopalis ſpectare aſſerun
ſaluent opinionem, doce
cem vſum fuiſſe diſpenſat
diuino Sacramentorum, ta
ſtare non poteſt, cum ex
ſeſſ. 21. cap. 2. Eccleſia po
lum habeat, vt in Sacrame
ſpenſatione, ſalua illorum
ea ſtatuat, vel mutet, quæ
tium vtilitati, ſeu ipſorum
torum venerationi, mag
iudicarit; ſiue quod idem
quidem in Sacramentis a
cunſtantias, ſeu accidentia
minimè verò, quæ ad coru
tiam, vel eſſentiam pertine
ſi velit vſurpare aliquod S
à Deo inſtitutum, teneatur
omnia, quæ ad dictam eſſe
ctant, licet poſſit mutare a

Igitur ſi Snmmi Pontifices in præ-
ritu, ſeu ſolemnitate aſſiſtentiæ
um Epiſcoporum pro Ordinatio-
piſcopali diſpenſarunt, & in dies
s de cauſis diſpenſant, manifeſtũ
rgumentum huiuſmodi ſolemni-
n non eſſe de iure diuino illi ordi-
oni eſſentialem, ſed ad ſummum
odem iure accidentalem, vel po-
requiri ex ſola conſtitutione Ec-
æ; in qua Doctores antiqui præ-
n diſpenſationem fundarunt. Vn-
Antoninus p. 3. tit. 14. cap. 16.
ſic ait: Petrus de Palude de pote-
Papæ dicit, quod numerus Ter-
us non eſt de ſubſtantia Conſe-
ionis, & quod eſt de inſtitutione
eſiæ; Vnde & Gregorius legitur
enſaſſe cum Anglis.

t quia reſponſio Diui Gregorij,
n aliqui eludere conantur, ma-
n lucem afferre poteſt doctrinæ
vſque traditæ, ideo illam integrã
uco proprijs verbis S. Doctoris li-
ſubducta, quibus interijciam ali-
notas, ſeu conſiderationes. Pe-
igitur S. Auguſtino Anglorum
ſtolo, *Si longinquitas itineris ma-
interiacet, vt Epiſcopi facilè non
nt conuenire: An debeat ſine aliorum
ſcoporum præſentia Epiſcopus ordi-*
? Reſpondet Diuus Gregorius:
*uidem etiam in Anglorum Eccleſia,
a adhuc ſolus tu Epiſcopus inueniris
are Epiſcopum non aliter, quam
Epiſcopis non potes*, non autem vt
corrupte legunt, *ordinare Epiſco-
aliter niſi cum Epiſcopis potes*; qua-
ceret, vt hæc poſteriora verba
ordent primis, quamdiu tu ſolus
copus inueniris in Anglia, certum
e hac lege non [illegible]ri, quam ob
are non põte[illegible] *n quando
ijs Epiſcopi v[illegible] li in ord
m Epiſcopi t[illegible] aſſiſtent*
us [illegible]bis li[illegible] cta S. G
ne[illegible] q[illegible] us Epi
a[illegible] u[illegible] teſtes
[illegible] amen
[illegible] us t

do illis tribuit canon Apoſtolorum
lib. 3. conſtitut. Apoſtol. Clementis
cap. 20. *nam duorum*, inquit, *vel
trium teſtimonium firmius, tutiuſque
exiſtit*. Deindè præfatus Pontifex
ſubiungit; *Sed fraternitatem tuam ita
volumus in Anglia Epiſcopos ordinare,
vt ipſi ſibi Epiſcopi longo interuallo mi-
nimè diſiungantur: quatenus nulla ſit
neceſsitas, vt in ordinatione alicuius
Epiſcopi conuenire non poſſint*: vbi ne-
ceſſitatem allegat tanquam cauſam
vniuerſalem, cur hæc lex non obliget;
quam etiam allegat ſtatutum Simonis
Cananei iam ſupra adductum, *Cum
igitur Deo authore*, proſequitur idem
Pontifex, *ita fuerint Epiſcopi etiam in
propinquis ſibi locis ordinati, per omnia
Epiſcoporum ordinatio ſine aggregatis
tribus, vel quatuor Epiſcopis fieri non
debet*: clare ſignificans iſto numero in-
definito Epiſcoporum eorum aſſiſten-
tiam non eſſe de eſſentia talis ordina-
tionis, id enim ſi exiſtimaſſet, non
tam indefinitè de hac re conſultus
locutus fuiſſet; vbi etiam notandum
eſt, eum non dixiſſe, fieri non poteſt,
ſed *fieri non debet*. Concludit denique
reſponſionem. *Nam in ipſis rebus ſpi-
ritalibus, vt ſapienter, & maturè diſpo-
nantur, exemplum trahere à rebus etiã
carnalibus poſſumus. Certè enim dum
coniugia in mundo celebrantur, coniu-
gati quique conuocantur: vt qui in via
iam coniugij præceſſerunt, in ſubſequen-
ti quoque gaudio miſceantur. Cur non
ergò in hac ſpiritali ordinatione, qua
per ſacrum myſterium homo Deo coniun-
gitur, tales conueniant, qui vel in pro-
fectu ordinati Epiſcopi gaudeant, vel pro
eius cuſtodia omnipotenti Domino preces
pariter fundant*. Quibus iterum ver-
bis habetur, quæ ſint ex mente Diui
Gregorij Epiſcoporum aſſiſtentium
munera; ni[illegible] gaudere in Epiſco-
pi ordina[illegible], & pro eius cu-
ſtodia [illegible] ſine dubio longè
inferio[illegible]am miniſterium in-
ſtru[illegible]iæ Sacramentalis,
qu[illegible] dicti Epiſcopi præ-
ſtarent,

ſtarent, ſapientiſſimus profectò, & accuratiſſimus rituum Eccleſiæ doctor, ac promotor non omiſiſſet; ſicut nec omiſit Apoſtolus Timotheum admonens, vt reſuſcitaret gratiam, quæ in ipſo erat per manuum ſuarum impoſitionem, quando eum Sacerdotem, & Epiſcopum conſecrauit.

Cui veritati huc vſque à nobis ſtabilitæ nihil obſtant nonnulla Conciliorum vt Regienſis cap. 10. Summorumque Pontificum Damaſi epiſt. 4. Ioannis III. epiſtola ad Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, decreta, in quibus irritæ pronuntiātur ordinationes Epiſcopi, minus quam à tribus Epiſcopis factæ. Nam iuxta modum loquendi Sacrorum canonum irrita dicuntur, quæ quamuis ſint valida, & in foro conſcientiæ, aut apud Deum in ſuo eſſe ſubſiſtant: quia tamen à iure ſunt prohibita, & non valent ad producendos legitimos effectus, ideo vocantur irrita, & nulla. Cuius rei plura, & manifeſta ſuppetunt exempla. Concilium enim Nicænum loquens de ordinatione non ſubditi in Sacerdotem ab alieno Epiſcopo facta, ait, *irritam fore huiuſmodi ordinationem*, vt refertur can. *ſi quis auſus* diſt. 71. Item Concilium Chalcedonenſe act. 11. c. 6. Statuit irritam eſſe ordinationem eius, qui abſolutè, id eſt ſine aſſignatione Eccleſiæ ordinatur: & tamen certum eſt tales ordinationes eſſe validas, & in rei veritate ſubſiſtere, & non deberi reiterari; dicuntur nihilominus irritæ vſitato canonum more, quia ſic ordinatus manet ſuſpenſus, atque adeo quo ad exercitium perindè eſt, ac ſi nulla, & irrita fuiſſet ordinatio. Ita hanc dictionem *irrita* interpretatur gloſſa in capitulum Archiepiſcopus diſt. 66. & Cardinalis Turrecremata in cap. *non debet*, diſt. 65. aliique innumeri.

Huic autem ſententiæ ſuffragantur innumeri Doctores, S. Thomas, S. Antoninus cum Paludano locis ſuperius citatis, Azorius, Eſthius, Syluester,

Armilla, Sanchez, Lay
linus, Valentia, Petrus
que plures, quos citant
Auerſa de Sacramento
ſect. 3. & Diana in ſua 8
reſolutionum, item Phi
chæus de Sacramento O

Ex dictis patet nullu
ſe rationabile dubium,
reiterari debeat, etiam c
vel ordinatio Epiſcopi,
nes aliæ ab eo factæ, c
quod fuerit ab vno or
aſſiſtentia aliorum duor
rum, aut ipſis aſſiſtentib
ſitione manuum eorumd
enim ſit de probabilit
ſententiæ, comparatiuè
noſtram tenentes; tam
paratione ad Eccleſiæ tri
noſtræ in facto adhæſit,
bium abſtulit quod ex c
traria oriri potuiſſet, pr
nationibus reiterandis,
dem vſus, ac praxis ci
quorum Epiſcopi ad g
accedentes, etſi Epiſco
nec imponāt manum ſup
cti, neque vlla verba pro
veris habentur Epiſcopis
ordinatio minimè iterat
quam Eccleſia, Summiq
vſu, & facto complectun
ob aliquas Doctorum co
redderetur dubia, mag
aperiretur campus confu
tim circa validitatem Sac
non iterabilium.

Vnde referente Quin
tract. 6. ſingulari 2. Cun
ortum fuiſſet graue, & ra
bium, an quidam ad E
promotus validè fuiſſet
reſolutum fuit debere de
ditione baptizari, ordinar
crari: ita tamen quod plu
porum aſſiſtentia non eſſe
nec expediens, ne defe
propalaret.

Omnem denique ſcrup

tollere debet Breue Apoſtolicum
j IV. circa conſecrationes Epiſco-
rum in partibus Indiarum. In quo
ntifex anno 1562. Primò omnes &
gulos Epiſcopos in Indijs, qui ſine
iſtentia plurium Epiſcoporum, alias
nen fuerant ritè conſecrati; ab hu-
modi exceſſu, ac ſuſpenſionis pæ-
, alijſque propterea incurſis abſol-
, & officio Pontificali vti, ac mini-
are liberè, & licitè concedit.
Secundò facultatem concedit om-
ous, quos pro tempore canonicè ad
iſcopatum aſſumi contigerit, vt à
ocunque Catholico Antiſtite com-
nionem Sanctæ Sedis habente aſſi-
ntibus duobus, vel tribus in digni-
: Eccleſiaſtica conſtitutis canoni-
, conſecrationis munus recipere
eant.
Cum ergo Pius IV. ordinationes
vno tantum Epiſcopo factas non
erit reiterari: ſed ſic ordinatis in-
ſerit Pontificalia adminiſtrare:
etiam conceſſerit, vt in poſterum
vno tantum Epiſcopo, conſecra-
Epiſcoporum in partibus India-
perfici poſſet, huc vſque à nobis
is facem ſuo facto prætuliſſe, &
generali conceſſione omne du-
n de validitate huiuſce conſecra-
is, atque adeo reiterationis eiuſ-
abſtuliſſe omnino dicendum.

De Diaconatu.

Concluſio Quarta.

Ordinatio Diaconatus eſt pro-
priè Sacramentum. Iſta con-
io eſt communis inter Theologos,
que poſt Tridentinum ſeſſ. 23.
3. 4. & 6. ita certam putant, vt
oſita ſententia non poſſit amplius
aliqua cenſuræ nota ſuſtineri.
atio eſt, quia ordinationi Diaco-
s conueniunt omnes conditiones
amenti Ordinis, ſicut ordinatio-
cerdotali; ordinatio igitur Diaco-
natus eſt propriè Sacramentum. Pro-
batur antecedens diſcurrendo per ſin-
gulas conditiones. Et primò eſſe ſi-
gnum aliquod ſenſibile patet Actuū
6. vbi prima ſeptem primorum Dia-
conorum ordinatio facta legitur ma-
nuum impoſitione, quam ceremoniā
ſenſibilem eſſe nullus negare poteſt.
Secundò Diaconorum ordinatio, ſi nō
quo ad materiale ſigni ſui ſacramen-
talis, ſaltem quo ad formale fuit a
Chriſto inſtituta, cum Diaconi, vt paſ-
ſim docent Concilia, & Patres, perti-
neāt ad Eccleſiæ Hierarchiam, quam
pariter docent fuiſſe à Chriſto Domi-
no inſtitutam. Videturque multis
Theologis tam Diaconatum, quam
Subdiaconatum, & cæteros alios or-
dines fuiſſe in vltima cęna inſtitutos,
quando ex Tridentino inſtituit Sacer-
dotium nouæ legis, cui inſeruiendo
ordines iſti ſunt conſtituti. Non fit
autem Subdiaconorum mentio ſicut
Diaconorum in nouo Teſtamento;
quia forſan ob paucitatem fidelium
primis illis temporibus, vnaquęque
Eccleſia non poterat habere tot ho-
mines, quot ſunt ordines: ſed plerum-
que Epiſcopo, & Diacono erat con-
tenta, vt habet S. Epiphanius. Fit
tamen Subdiaconorum frequens men-
tio apud veteres, vt ſupra ſuo loco vi-
dimus.

Tertiò per hanc eamdem ordina-
tionem conferri gratiam dignè illam
ſuſcipienti non obſcurè indicarunt
Apoſtoli, dum loco citato Actum
ordinarunt primos ſeptem Diaconos
adhibita oratione, & manuum impo-
ſitione; nec non Diuus Paulus 1. Ti-
moth. 3. dum requirit vt Diaconi *ha-
beant myſterium fidei in conſcientia pu-
ra*, id eſt vt miniſtrent corpus, & ſan-
guinem Chriſti Domini, ad quod, vt
dicemus infra, potiſſimum deputan-
tur, cum animi puritate, ſic enim in
forma calicis Chriſti Domini voca-
tur *myſterium fidei*; item ibidem, & ad
Titum 1. eaſdem requirit in Diacono
perfectiones quas in Epiſcopo, quod
etiam

etiam faciunt Patres S. Epiphanius hæreſi 79. Sanctus Hieronymus ad cap. 7. Micheæ, alijque plures. Quod denique hæc ordinatio imprimat etiã characterem, cum iterari non poſſit, dicetur infra.

Iam quod attinet ad huius ordinis materiam, & formam ex communi Theologorum conſenſu, vtraque eſt partialis duplex. Prior partialis materia eſt manuum Epiſcopi impoſitio, quæ fit ſuper ordinandum: forma ei correſpondens ſunt hæc verba, *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, & ad reſiſtendum diabolo, & tentationibus eius in nomine Domini*. Poſterior partialis materia eſt traditio libri Euangeliorum facta per Epiſcopum; forma ei correſpondens, *Accipe poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia, tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Domini*.

Circa quæ, quo ad eorum neceſſitatem pro validitate huius ordinationis diſcurrendum eſt eodẽ modo ac ſupra de Sacerdotio; nonnulli enim volunt vnã aut alteram materiam eique correſpondentem formam ſufficere. Vnde Eugenius in decreto fidei ait Diaconatum conferri per libri Euangeliorum traditionem, Concilium autem Carthaginenſe IV. cap. 4. aſſignat pro ordinatione Diaconi impoſitionem manus. Alij verò tenent vtramque eſſentialiter requiri, ſeu ex illis eſſentiam huius ordinationis adæquatè coaleſcere. Qua in ſententia, ſi ſolum traderetur liber Sacer v. g. liber exorciſmorum, aut alius ſimilis, ordinatio non eſſet valida, quia ſic non adeſſent Euangelia, quæ ſignificat forma, quam ordinans profert, *Accipe poteſtatem legendi Euangelium*: eſſet tamen valida, ſi loco Miſſalis, vt ſolet, daretur alius liber continens Euãgelia vel eorum partem; item ſi tota Scriptura, quia Euangelia iam adſunt; quare idem dicendum eſt, ſi tradatur ſolum Teſtamentum nouum, non verò ſi tradatur ſolum vetus Te-

ſtamentum, quia in nouo
gelia, in vetere non ite
traderetur liber contine
Apoſtolorum, Epiſtolas
& Apocalypſim, pro inc
eſſet huiuſmodi ordinatio
ditione repetenda, quia
bus, alijſque prædictis
neatur doctrina Euangel
tamen Euangelia.

Quæ de materia, &
dotij, & Epiſcopatus c
rumque muneribus, illa
fuiſſe in particulari, vel
ſed generice ſolum, vel
Chriſto inſtituta, determ
teriali relicta poteſtati E
bent proportionaliter d
Diaconatu, quàm de cæ
dinibus, ſuppoſito quod
probabiliorem ſententiam
ſtincta Sacramenta,

Præcipuus Diaconatu
gratia ſanctificans, vel e
tum vt fundat ius ad actu
gno, & pio vſu poteſtati
ſum collatæ; ſecundari
character, in quo funda
teſtas; quem characterem
natum imprimi, ſicut &
ordines, ſuppoſito quod
Sacramenta, certum eſt
cter ordinis nihil ſit aliu
gnum quoddam ſpiritale
animę, ratione cuius hon
lidè, & ex officio exerc
functiones Eccleſiaſticas
ad verum Chriſti Domin
ficiendum, in quo quide
hæc poteſtas, vt dicebar
igitur cum omnes, & ſin
conferant ordinatis pote
cendi quaſdam functione
cas in ordine ad verum
mini corpus, dicendum
nes, & ſingulos imprime
rem. Deinde omnia Sa
terabilia imprimunt char
perius diximus agendo c
nere, ſed tam Diaconatus

teri ordines ſunt initerabiles, omnes igitur, & ſinguli imprimunt characterem; de quorum diſtinctione, & ordine inter ſe nonnulla in fine huius capitis dicemus.

Loquendo autem de Diaconi muneribus, & officijs plura ſunt in Pontificali Romano, quæque ſicut & aliorum ordinum fusè proſequitur, probatque ex varijs Conciliorum, & Patrum teſtimonijs Eſpenſæus lib. 1. digreſſionum in primam epiſtolam ad Timothæum à cap. 2. ad decimum vſque; breuiter dico, occaſionem ordinādi primos ſeptem Diaconos fuiſſe quidem natam ex murmure Græcorum; nihilominus tamen tunc Act. 6. illos fuiſſe initiatos verè, & propriè Sacramento Ordinis Diaconatus, vt probauimus, in eoque accepiſſe poteſtatem exercendi actus ſuo ordini iure diuino correſpondentes, prout ad illos deputarentur ab Apoſtolis, eoſque præcipuos ac primarios fuiſſe, inſeruire altari, ſeu aſſiſtere proximè, per quod maximè diſtinguitur à Subdiaconatu, Presbytero ſacrificanti, quod adhuc multa inuoluit miniſteria, ſed præſertim prærogatiuā legendi Euangelium in Miſſa, ex præſcripto Sacerdotis Euchariſtiam miniſtrare, quando vrget neceſſitas, vt item ſacrorum lotioni aſſiſtere; vnde etiam licet ei deferre pixidem, in qua ſint ſacræ formulæ de vno altari in alterum, quia vt docet Diuus Thomas 3. p. quæſt. 82. art. 3. ad 1. Diaconus debet habere poteſtatem ſuper Chriſti corpus in ſacris vaſis contentum, patetque ex quotidiana praxi, qua pro ſolemni proceſſione, vel expoſitione pixidem, ſeu lunulam, in quibus eſt Euchariſtia, educit à ſacrario, vel à ſublimi loco ſumit, adducitque in manu Sacerdotis.

Secundò prædicare, neque enim putandum eſt, tradi illi Euangelij librum, vt eum ſolum legat, verum etiam, vt ſi alias eſt idoneus, illud interpretetur, & fidelibus euulgets, maximè quando adeſt penuria Sacerdotum.

Tertiò baptizare, ſic legitur Act. 8. Sanctum Philippum Diaconum baptizaſſe Eunuchum Candacis Reginæ Aethyopum. Quibus inſuper muneribus aut miniſterijs Diaconorum, legimus Act. 6. curam pauperum, & adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ fuiſſe ab Eccleſia additam, ſed tanquam quid ſecundarium, & minus principale; falſumque eſt proinde quod Caluinus lib. 4. inſtitut. cap. 4. §. 5. & cap. 5. §. 15. Beſa in reſponſione ad tractatum Adriani Saremiæ de diuerſis miniſtrorum Eccleſiæ gradibus ad cap. 7. alijque plures docent ob hunc ſolum finem, aut ſaltem magis principaliter Diaconos fuiſſe inſtitutos vt eſſent miniſtri opum Eccleſiæ, ſeu etiam eleemoſynarum quæſtores, & diſpenſatores menſarum tantum communium, quæ poſt Euchariſticam communionem celebrabantur in primitiua Eccleſia, vnde volunt eſſe non perpetuos, ſed temporarios tantum, & annuos. Quod quantum repugnet ſacro Textui Act. 6. patet ex tot diligentijs, ac ceremonijs tantaque circumſpectione, quibus ibi legitur ſeptem primos Diaconos fuiſſe ab Apoſtolis inſtitutos; occaſione tamen ſumpta ex murmure Græcorum, vt ibidem narratur, & ex eo quod Apoſtoli propter multitudinem fidelium iam non poſſent ſimul, & ſemel orationi, prædicationi Euangelij, & dictis menſis communibus vacare.

Sed cum hæc valdè differant occaſionem faciendi primam Sacramentalem ordinationem Diaconorum potius hoc tempore, quam alios, fuiſſe deſumptam ex dictis motiuis; & Apoſtolos tunc illos ordinaſſe ſolummodo aut principaliter ad miniſterium menſarum communium; primum libenter admittimus, ſecundum autem negamus, aſſerimuſque finalem cauſam totalem iſtius ordinationis fuiſſe

inſeruire menſæ ſacræ, & menſę communi, miniſterium tamen illius fuiſſe pręcipuum, & tali ordinationi ſecundum ſe conſideratę proprium, iſtius autem quid ſecundarium, & acceſſorium. Cum enim in primitiua Eccleſia fideles aliquando poſt ſumptum Euchariſtiæ Sacramentum, vel ante, in quibuſdam Eccleſijs ſimul conuiuarentur, Agapeſque celebrarent, vt diximus ſupra agendo de Euchariſtia, Diaconi autem ex vi ſuæ ordinationis curam haberent ſacrarum mēſarum, ſeu Euchariſtię diſtribuendæ, hanc ob cauſam Apoſtoli ipſis potius quam alijs commiſerunt, vt inſuper haberent adminiſtrationem, & curam menſarum communium, & eleemoſynarum. Altera etiam cauſa potuit eſſe, quod iſtæ diſtributiones eleemoſynarum fiebant maximè ex collectis ſeu oblationibus fidelium factis tempore ſacrificij, vt indicat Diuus Paulus 1. Corinth. 16. & de quibus videri poteſt Baronius tom. 1. ad annum Chriſti 44. num. 67. Indè enim, rectè etiam ab Apoſtolis ſtatui potuit, vt Diaconi, quos ex inſtitutione Chriſti tunc ordinabant ad proximè miniſtrandum altari, iſtas quoque eleemoſynas à fidelibus oblatas reciperent, & poſtmodum pauperibus erogarent.

Si autem inquirat aliquis quomodo ſupradicta munia pręđicandi, baptizandi, & Euchariſtiam miniſtrandi, dicantur propria Diaconis, cum alijs etiam competant ordinibus, vt Lectori explicare, vel prædicare myſteria fidei, nec non Sacerdoti, & Epiſcopo; ſicut & Sacerdoti competit adhuc baptizare, item & Euchariſtiam adminiſtrare. Reſpondetur nullum eſſe inconueniens, quod vnum, & idem munus, ſub diuerſis tamē reſpectibus aut formalitatibus, cōpetat diſtinctis ordinibus. Igitur cum opus prædicationis, ſeu explicatio myſteriorum fidei, rerumque ad illa ſpectantium poſſit tribus modis conſide-

rari. Primùm ita vt Sact
tantum legantur in Eccleſ
non omnes indifferenter,
hæ quam aliæ, quæ etiam
tantum cognitione explic
lo modo inter Miſſarum
Secundò, ita vt omnia
dei nôſtræ rudimenta de
maiori adhuc cum appar
do nimirum exhortation
ter Miſſarum ſolemnia, n
ex diſpenſatione, aut lic
pi. Tertiò, vt maiori a
lemnitate, & apparatu ea
ria populo explicentur
tionis præcisè ſpectatę:
his tribus modis opus p
ſeu explicatio myſterior
næ fidei poſſit conſide
competit lectori, qui ap
num epiſt. 34. reperitur
gelium ſupra Pulpitum
Miſſarum ſolemnia. Se
cono, ſic Act. 7. S. Step
8. S. Philippus, qui eran
guntur prædicaſſe. Simi
ctus Vincentius Martyr
in eius vita. Tertius de
po, de quo propterea
1. Timoth. 3. *Oportet Ep*
Doctorem: & 2. eiuſdem
uangeliſtæ, miniſterium
Vndè Concilium Triden
cap. 2. & iterum ſeſſ. 24
Prædicationem Euangelij
munus Epiſcopi. Compet
plici Sacerdoti, ſed vel q
curam animarum, vel
ab Epiſcopo, vel ex e
ſione.

Similiter cum admin
ptiſmi, etiam ſolemnite
bus modis ſpectari poſſ
ſit ab aliquo tanquam o
miniſtro abſque delega
accepta, ſed vi ſuæ ordi
cundò vt ſit ab aliquo q
ſtro illius, ſed tamen ext
& nonniſi ex commiſſio
perioris, quibus etiam d

poteſt ab aliquo fieri adminiſtratio Euchariſtæ, prior competit Sacerdoti, poſterior Diacono.

Loquendo modo de miniſtro huius Sacramenti, ſolus Epiſcopus verè, & propriè dicta Epiſcopali ordinatione conſecratus, eſt iure diuino ordinarius miniſter Diaconatus, ſicut & omnium aliorum ordinum; & in hoc, quo ad validitatem, omnes Epiſcopi ſunt æquales, validè cuicunque fideli potentes miniſtrare ſacros Ordines; etiamſi aliquis eſſet hæreticus, aut excommunicatus, & diaconatum, alioſque inferiores ordines non ſuſcepiſſet, poteſt enim omnes ordines, quamuis à ſe non ſuſceptos, alteri conferre, dummodo verè ipſe ſit Sacerdos, & Epiſcopus conſecratus, non enim ſatis foret eſſe electum, & confirmatum, ſi quidem ordines confert, v. g. Diaconatum, non ex vi Diaconatus quem habeat, ſed ex vi ordinationis Sacerdotalis, & Epiſcopalis, qui Diaconatum, alioſque ipſo inferiores ordines eſſentialiter non ſupponit, vt iam ſupra notauimus.

Incertum ergo, aut dubium illud remanet, an alij Epiſcopo inferiores, id eſt Sacerdotes communes poſſint ex delegatione Summi Pontificis, extraordinarie Diaconatum, & alios ordines validè conferre. Nam non Sacerdoti, etiamſi ſit Cardinalis tantam poteſtatem delegari non poſſe, quia nec exemplum, nec vlla ratio id perſuadet, certum omnino eſt. Diſtinguendo ergo Ordines in tres claſſes; primò, in Sacerdotium; ſecundò, in Diaconatum, & Subdiaconatum; tertiò, in ordines minores, & etiam tonſuram primam; circa primum, etſi aliqui doctores probabile putent, Sacerdoti poſſe à Summo Pontifice delegari poteſtatem conferendi alteri Sacerdotium, communiter tamen ab alijs negatur, cum enim vt notauimus ſupra, hanc delegationem nunquam conceſſerit Pontifex ab ipſo Eccleſiæ initio, non eſt res tanti momenti facilè admittenda, facilius poſſet concedi delegabilem à Summo Pontifice eſſe ſimplici Sacerdoti poteſtatem conferendi Diaconatum, & Subdiaconatum, quia non tam clarè apparet hic valdè grauis inconuenientia, immo fertur Innocentius VIII. id conceſsiſſe anno Domini 1488. Abbatibus Ciſtercij, & quatuor eiuſdem Ordinis Monaſteriorum, quæ dicuntur quatuor filiæ, Abbatibus pro quibuſcunque Monachis ſui Ordinis. Sed nihilominus id alij negant, & quo ad Innocentium dicunt ipſum ſolum conceſſiſſe, vt dicti Abbates poſſint in ſuis monaſterijs ordinare ſuos non per ſe, ſed per quemcunque Epiſcopum: alij verò negare non valentes hoc priuilegium, dicunt fuiſſe reuocatum per Concilum Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 10. ſed hoc non poteſt dici, nam ibi tantùm agitur de ordinatione ſæcularium, quæ fiebat per Abbates, & de litteris dimiſſorijs, quas ijdem Abbates dabant clericis ſæcularibus; nullum autem habetur verbum de non ordinandis Monachis ſuorum Monaſteriorum, ideoque iſtud Abbatum Ciſtercij vt ſupra, ſuum adhuc retinet vigorem poſt Tridentinum: igitur cum à facto ad poſſe, ſiue ab actu ad potentiam valeat conſequentia, & hæc praxis nunquam fuerit reprehenſa, vel à Summo Pontifice, aut Epiſcopis, ſed potius ipſo vſu confirmata, vt notat Iſambertus de Sacramento Ordinis diſp. 6. art. 1. concludit idem author, ſimplices Sacerdotes, de quorum duntaxat conditione, quantum pertinet ad Ordinum Eccleſiaſticorum collationem, ſunt prædicti Abbates, poſſe per diſpenſationem Summi Pontificis etiam conferre Subdiaconatus, & Diaconatus Ordinis. Quod tamen debet intelligi de Abbatibus conſecratis, & qui ſunt presbyteri, quia ob ſolemnem benedictionem habent aliquam cum Epiſcopis ſimilitudinem. At Sacerdoti

poſſe

poſſe Summum Pontificem concedere facultatem conferendi primam tonſuram, minoreſque ordines communiter docent Theologi, adduntque de facto eam eſſe quibuſdam Abbatibus pro ſuis Regularibus cōceſſam: inter quos videri poteſt Diana p.4. tract.4. reſol.147. p.5. tract.13. reſol.93. & p.7. tract.11. reſol.42.

Qantum ad ſubiectum Diaconatus, iam diximus ſupra, iure diuino ſolum & omnem maſculum baptizatum eſſe capacem Sacramenti ordinis, atque adeo Diaconatus, ſuppoſito quod ſit Sacramentum; vbi etiam explicuimus quid olim fuerint Diaconiſſæ, ſicut & Presbyteriſſæ. In ſuſcipiente Diaconatum, ſuppoſito pariter quod ſit Sacramentum, requiritur, quod ſit in ſtatu gratiæ, ſicut & ille, qui illum confert; dixi ſuppoſito quod ſit Sacramentum, nam qui negant Subdiaconatum, & minores ordines eſſe Sacramenta, conſequenter aſſerunt, ea ſuſcipere, vel miniſtrare ſine tali ſtatu, non eſſe ſaltem mortale; attamen etſi Epiſcopatus iuxta probabiliorem ſententiam non ſit Sacramentum à Sacerdotio diſtinctum, ſed tantum extenſio eius, vt dignè conferatur tam in conſecrante, quam in conſecrato requiritur ſtatus gratiæ, cum ſaltem ſit vltimum Sacerdotij complementum, atque adeo competat ipſi quædam ratio aut modus Sacramenti, qui non competit alijs ordinibus minoribus, aut Subdiaconatui, vt ſupponitur. Aetas in ſuſcipiente Diaconatum requiſitus ex Tridentini præſcripto, ſunt 23. anni incepti; pro Subdiaconatu 21. pro quatuor minoribus nonnulli probabiliter docent requiri annum ætatis 14. tamen probabilius eſt alijs ſatis eſſe ſeptennium completum. Ratio eſt, quia non apparet ratio in cōtrarium; Quoniam tamen communiter non ſtatim à ſeptennio ſcit puer, quod requirit Tridentinum ſeſſ.23. cap.12. de Reformat. pro minoribus, ideo commu-

niter non ſtatim eſt ord
qui Minoribus, & etiam
dinat non ſeptennem, m
care docent multi, quia
hibitio de re graui; exc
primam tonſuram, & n
etiam, ſi hæc vnquam ac

De Subdiaconat

Concluſio quin

ORdinatio Subdiac
cramentum propr
Iſta concluſio eſt ſatis c
ter Theologos, attamen
ad fidem, ſed ea ſalua di
affirmatiuam partem ten
argumento illam proban
probari Diaconatum eſſe
nimirum Subdiaconatui
etiam omnia ad Sacrame
ſita; etſi enim in ſcriptur
tur de Subdiaconis, ſicut
ſufficit ad hoc traditio.
ſuper Subdiaconatum, cæ
dines inferiores, ſicut & I
fuiſſe à Chriſto Domino i
vltima cæna, quando i
cerdotium nouæ legis, cu
do, aut ad cuius celebrat
nes ordines ſunt conſtitu
enim primi pertinent dire
cramentum Euchariſtiæ,
cium Miſſæ, nimirum Pre
Diaconatus, Subdiaconatu
litatus; tres verò reliqui p
diſpoſitionem aſtantium,
cetur.

Quia autem, vt iam ſæp
mus, & in præſenti mate
ob oculos haberi debet, m
Conſenſum matrimonialem debere quoque eſſe externum, vt matrimonium ſit validum, eſt certiſſimum, tum quia nullus contractus ſubſiſtit, niſi fiat externè, debet enim cognoſci ab altero cum quo fit contractus, tū quia matrimonium eſt Sacramentum ac proindè ex inſtitutione Chriſti neceſſarium in eo ſignum ſenſibile; adeò vt, hoc ſtante, doceant multi, fore inualidum matrimonium ſine vtriuſque coniugis externo conſenſu initum, etiamſi Deus vtriuſque conſenſum internum vtrique reuelaret. Quę autem verba vel ſigna requiruntur, vel ſufficiunt ad eiuſmodi conſenſum exprimendum; regula generalis eſt, illa requiri, & ſufficere, quæ certò in circumſtantijs, in quibus efformantur, exprimunt internum conſenſum. Et quamuis aliqui pauci exiſtiment talem conſenſus interni expreſſionē, neceſſario debere fieri verbis, in ijs, qui loqui poſſunt; communiter tamen reijciuntur à cœteris Doctoribus, aſſerentibus, etiam in potentibus loqui, ſufficere quælibet ſigna ad validitatem matrimonij: quilibet enim contractus, qualis eſt matrimonialis ſolis nutibus, vel ſignis, ſcripturaue iniri poteſt. Quare etiam per Procuratorem debitè inſtitutum fieri poteſt, vt docent omnes, & ipſomet vſu conſtat, nec non per epiſtolam; de quibus & eorum praxi conſulendi ſunt Canoniſtæ.

Maior difficultas eſt, an qui, cum poſſit loqui, matrimonium tamen contrahit ſolis nutibus, vel ſignis, peccet ne; aliqui enim dicunt, eſſe veniale, ſi iuſta cauſa non interueniat, quia videtur à ratione alienum, aliquamque proinde deordinationem continens in hoc grauiſſimo contra-

ctu non exprimere con
modiori modo, quo p
verbis; nihilominus, q
manis actionibus, ne ſu
dem obligamur perfect
& certiſſimo agere, ſe
eſt, ſi perfecto, & cer
mus, propterea Theolo
muniter etiam à venia
contrahentem liberant
adeſſe legem naturæ di
nium eſſe à recta ratione
matrimoniali certiſſim
di modum omittere, re
in moralibus non dicta
deformitate, niſi, vt
certo, non autem certi

Si quis autem inqu
prius eſt interrogandu
conſenſum externum
mulier? reſpondent al
eſſe, vt prius fæmina,
vt vir, qui eſt caput m
hac re obſeruanda c
vniuſcuiuſque Eccleſi
tur à Rituali Romano
ſeruando in matrimon
ab eodem tamen Ri
prius vir interrogatu
mina.

Neceſſeque non eſt
ferant ſuum conſenſu
ſi vnus poſt alterum p
modo conſenſus alt
non fuerit reuocatus,
ter perſeuerare cenſea
ex communi ſententia
tractus, nec ratio Sac
rem ſimultatem exig
ſenſum vnius, & alte
monium ſit validum,
tempus concedunt ali
dum alter non reuoca
non tranſeat, alij; ſi
ſi annus alij; ſed id
trio relinquendum vi
particularibus circum
matrimonium eſt Sac
datum in contractu c
lud tempus intercedo

nſenſum vnius, & conſenſum alte-s, quod non deſtruit rationem contractus ciuilis: igitur cum à mul- circumſtantijs pendeat, an ciuilis ntractus iudicetur perſiſtere nec ne tanto, vel tanto temporis inter-lo, rectè quoque eæ circumſtantiæ nper erunt expendendæ in contra- matrimoniali, quo ad hoc.

Circa huius Sacramenti miniſtrū, i aliqui exiſtiment, eſſe ſolum Sa-dotem; vndè inferunt matrimoniū ente Sacerdote factum, licet in one contractus ciuilis ſit validum, men in ratione Sacramenti eſſe lum, nihilominus communiter eologi docent, ſolos ipſos contra-ntes matrimonium, eſſe propriè niſtros huius Sacramenti, ita vt oſita ſententia videatur eis teme-a; primò quia Concilium Flo-tinum in decreto Eugenij expreſ-it: quod *cauſa efficiens matrimonij ılariter eſt mutuus conſenſus per ba de præſenti expreſſus*; vbi parti-a *regulariter* non refertur ad mini-m, aut cauſam efficientem, quaſi quando alius præter contrahentes ſit eſſe huius Sacramenti miniſter, refertur ad conſenſum, qui regu-ter dicitur fieri per verba de præ-ti, quia non ſemper, & neceſſariò debet fieri, vt iam vidimus, ſed quando alia ſufficiunt ſigna. Se-dò quia Tridentinum ſeſſ. 24. ca-vnico ita requirit præſentiam ochi in contrahendo matrimonio, amen ad validitatem eius, non ſit olutè neceſſarium, quod Parochus ſſiſtens proferat aliqua verba, ſed icit vt ſit preſens, & intelligat id od agitur, licet diſſentiat, & con-dicat.

Vndè ſic argui poteſt: is propriè uendo dicitur miniſter alicuius ramenti, qui applicat materiam s, & formam ſubiecto debito: ſed i contrahentes matrimonium ap-cant ſibi, vt perſonis habilibus teriam, & formam huius Sacra-menti, quia ſoli faciunt mutuam tra-ditionem, & acceptationem ſuorum corporum, vt patet ex eorum verbis, quæ mutua traditio, & acceptatio eſt proxima materia, & forma huius Sa-cramenti, ex dictis: Soli igitur con-trahentes matrimonium ſunt propriè miniſtri huius Sacramenti.

Vndè in alijs Sacramentis mini-ſter ordinarius eſt quidem perſona ſacra, dixi *Ordinarius*, propter Ba-ptiſmum, qui poteſt validè conferri per quamlibet perſonam, at in Sacra-mento Matrimonij non ita ſe habet, idque proportionatè naturæ eius; Chriſtus enim Dñus inſtituens matri-monium in Sacramentum, cum nihil immutauerit de illius ratione contra-ctus, ſed tantum eleuauerit illum ad eſſe Sacramenti; cauſæ autem effi-cientes illius proprijque miniſtri in ratione contractus ciuilis eſſent ipſæ perſonę contrahentes mutuò; nam Notarij, vel quilibet alij aſſiſtentes ſunt tantum teſtes honorarij; conſe-quenter voluit illas eaſdem perſonas contrahentes matrimonium ſibi inui-cem adminiſtrare hoc Sacramentum, etiam quando fit per procuratorem, non enim ipſe, ſed mandantes adhuc ſunt eius miniſtri.

Si dicatur in Sacramentis ſuſci-pientem diſtingui debere à miniſtro ea conferente; reſpondetur hoc eſſe falſum vniuerſaliter, debereque iudi-cari ex vniuſcuiuſque Sacramenti na-tura, item & forma: quæ enim ratio-ne alicuius particulæ verborum for-mę ſuæ, vt Baptiſmus, Confirmatio, Ordo, Vnctio, vel ratione ſuę naturæ, vt pœnitentia, important talem di-ſtinctionem, illam neceſſariò requi-runt: quæ verò ex neutro iſtorum capite eam exigunt, poſſunt & ipſum ſuſcipientem ſibi vendicare mini-ſtrum, vt patet in Eucharistia, quia eſt in genere cibi, & potus per analogiã ad corporalem cibum, & potum; vn-dè ſicut qui panem, & vinum confi-cit, poteſt & illud vtrumque ſibi ad-miniſtrare:

miniſtrare: ita Sacerdos conficiens Sacramentum Euchariſtiæ poteſt illud ſibimet ipſi adminiſtrare: ſimiliter quia Matrimonij Sacramentum eſt in genere contractus, cuius cauſæ efficientes, & miniſtri propriè ſunt ipſi contrahentes, vir, & mulier contrahendo illud ſibi inuicem adminiſtrant; neque hoc habet maius incõueniens, quam vbi quis ſe in ſeruum alicui venderet, ſicut enim idem ſimul eſſet vendens, & res vendita; ſubindeque illius contractus cauſa efficiens, & materialis, ita proportione ſeruata coniuges contractum, & Sacramentum matrimonij celebrantes, habent ſecundum diuerſos reſpectus ſimul rationem conficientis, & ſuſcipientis, ſiue cauſæ efficientis, & materialis talis contractus, & Sacramenti; vndè ſi contrahant in ſtatu peccati mortalis, ſequitur eos peccare duplici peccato mortali, primò indignè miniſtrando Sacramẽtum, ſecundò indignè ſuſcipiendo illud, ſicut ſacerdos in eodem ſtatu exiſtens committit quoque duplex peccatum cõſecrando, & ſumendo indignè Euchariſtiam.

Habetur inſuper attenta eadem matrimonij natura, & à cæteris Sacramentis differentia, quod cum iſta ſint de genere rerum illarum, quæ ad ſui confectionem non poſtulant eſſentialiter plures perſonas, ſed vnico tantum miniſtro poſſunt abſolui, vnicam quoque perſonam pro ſufficienti miniſtro ſolum requirunt, etiam Epiſcopatus, vt diximus ſuperiori capite; at verò Sacramentum Matrimonij, quia eſt in genere contractus reciproci, & talis contractus poſtulat duos contrahentes, qui propriè loquendo ſint cauſæ efficientes talis contractus, propterea duos poſtulat eſſentialiter miniſtros; verum quia neuter illorum ſufficit, ſed ex illis duobus vnus totalis coaleſcit miniſter, ideo etiam abſolutè vnus dumtaxat huius Sacramenti miniſter di-

cuntur eſſe contrahen
vnum eſt dumtaxat S
tum quia licet duo ſin
vnicus tamen ſemper
ctus; tum quia Sacran
ſuam vnitatem ab vni
cationis, quatenus
rem ſignificant, ſicut
& non à pluralitate
conſtant, vt patet in E
dè cum matrimonium
cramenti ſignificet v
Domini per gratiam,
cum Eccleſia, & grat
tem, quam confert, p
& aliquo modo co
prædictæ vnioni Chr
ſia; fit vt quia prædi
tia ſanctificans eſt ali
genere moris, matrim
tantum Sacramentum
ctio omnis, licet duo e
quæ coniungit, eſt ta
do vna in ratione con

Quando igitur au
Concilijs, aut Patri
dicuntur huius Sacra
accedenteque eorum
tiam conferri; Reſpo
niſtros præcisè quo ac
ſiue ceremoniam acci
adhibetur à ſacerdoti
velantibus, ac bened
enim Parochi huius c
miniſtri ordinarij; ide
lio Viennenſi ſub Cl
communicantur Reli
nia ſolemnizantes; dic
trimonia abſque ſacer
rio, & benedictione ce
ab Euariſto Papa epiſt.
pos Africanos, largo
ria, contubernia, ſtu
cationes, quia licet ſa
miniſter, veraque olim
lida matrimonia, etiam
cramenti, non tamen
quia benedictio ſacer
fuit ab Eccleſia requiſi
præcepto. Poſt Trid

præſentia Parochi non ſolum eſt de præcepto, verum etiam de neceſſitate Sacramenti, non defectu miniſtri, quia vt diximus contrahentes ſunt ipſimet miniſtri, ſed defectu ſolemnitatis à iure præſcriptæ, & conditionis, ſine qua contractum matrimonialem inualidum eſſe pro ſua authoritate voluit, & decreuit.

Similiter dicitur accedente ſacerdotali benedictione, conferri gratiam coniugibus, qua ſe mutuo diligant, quia licet hæc benedictio non ſit neceſſaria neceſſitate Sacramenti, eſt tamen neceſſaria neceſſitate præcepti, & conſequenter, & ſi non ſit cauſa gratiæ, quam ex opere operato tribuit Sacramentum, bene tamen eſt conditio ſine qua non, qua accedente rectè dici poteſt conferri gratia coniugibus, qui alias recepiſſent ſine illa Sacramentum in peccato mortali, ſtante Eccleſiæ præcepto.

Quod autem Ambroſius Catharinus opuſc. de matrimonio quęſt. 2. docet miniſtrum matrimonij, quatenus Sacramentum eſt, eſſe Deum ipſum, eius verò formam verba illa: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ:* quæ ſemel à Deo prolata in Paradiſo terreſtri, & à Chriſto confirmata Matth. 19. coniugia continuo ſanctificant.

Hoc communiter reijcitur à Theologis notantibus præfatum authorem in eo hallucinatum fuiſſe, quod authorem, & inſtitutorem matrimonij, cum eius miniſtro confundit. Igitur Deus matrimonij fuit author, & inſtitutor; nam in ratione contractus, & officij naturę, ab exordio Mundi illud inſtituit, & in lege Euangelica Chriſtus ad dignitatem Sacramēti talem contractum ſublimauit, ei adiungendo gratiam, *quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem vnitatem confirmaret, coniugeſque ſanctificaret*, vt ait Tridentinum: cæterum primi matrimonij in ratione contractus, & officij, miniſtri fuerunt noſtri protoparentes, qui illud ſibi in Paradiſo miniſtrarunt, quando vir dixit: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea*; cui credendum eſt, æquiualentibus verbis, aut nutibus Euam reſpondiſſe; nunc autem miniſtri eius, tum in ratione contractus, tum in ratione ſacramenti, ſunt ipſi contrahentes baptizati.

Quantum ad proprium huius ſacramenti effectum, eſt gratia habitualis, vel augmentum eius, moderatiua concupiſcentiæ in prolis generatione, moderatiua, inquam, per ſe, ſibique annexas gratias actuales, quibus iuuantur coniuges, ad ſe mutuò ſanctè fideliterque diligendum, caſtè conueniendum, prolemque Chriſtiane educandam. Quæ gratia habitualis, pro vt fundat ius ad has actuales, confertur ſtatim atque totus contractus matrimonialis perficitur, hoc eſt dum tam mutua acceptatio contrahentium verbo, aut nutu exteriori per conſenſum interiorem informato, completur, quam mutua eorumdem traditio. Ratio eſt, quia ſacramenta nouæ legis nō producunt ſuos effectus, niſi quando perficitur eorum ſignificatio, quoad ſuam eſſentiam; ſed ſignificatio matrimonij, quia eſt in genere contractus reciproci, non completur, niſi per mutuam traditionem, & acceptationem ſimul vtriuſque contrahentis; tunc ergo producitur dicta gratia; quæ eſt alia numero in viro, & alia numero in muliere, eſto ſit vnum numero tantum ſacramentum; cum enim vnicus contractus, & vnica coniunctio poſtulet ſua natura duo extrema quæ copulet, ſacramentum verò matrimonij coniungat virum, & mulierem etiam quoad mutuum affectum ſupernaturalem, & mutuus affectus ille fundetur in gratia ſanctificante tanquam ab illo cauſatus, neceſſarium eſt, vt hæc gratia ſacramentalis ſit alia numero in viro, & alio numero in muliere, & af-

fectus mulieris erga virum, ac viceverſa viri erga mulierem, ſint in ratione ſuæ entitatis diſtincti, imo & ſine vno poſſit alter ſubſiſtere, ſi vnus contrahentium aliquem haberet obicem peccati mortalis; cæterum quando nullus eſt obex in vtroque contrahente producitur quoque in eodem inſtanti gratia matrimonialis in vtroque, ſicut fit in alijs ſacramentis.

Huius tandem ſacramenti ſubiectū ſunt vir, & mulier baptizati, nullum habentes impedimentum ſecundum leges diuinas, & humanas, quominus poſſint tradere, & acceptare mutuum corporum ſuorū dominium, ad vſum coniugalem. Quantum ad Baptiſmum, etſi aliqui cum Adriano in 4. exiſtiment illum nō requiri in coniugibus, ſed matrimonia non baptizatorum, qui nunc poſt Chriſti Domini aduentum, & promulgationem eius legis viuunt, eſſe propriè ſacramenta, omnes tamen alij communiter negāt, conceduntque eſſe contractus merè ciuiles, qui tamen ſunt legitimi; quod adeo verum eſt, vt ſi fidelis cum diſpenſatione Summi Pontificis nuberet cum infideli non baptizata, tale matrimonium adhuc non eſſet ſacramētum ex parte coniugis fidelis; Item matrimonium infidelium non fit ſacramentum eo ipſo præcisè, quo baptizantur, vt volunt aliqui, nec quo nouum poſtea eliciunt conſenſum maritalem, vt volunt alij, nec vllo alio tempore quo ambo ſunt ſuperſtites licet baptizati, iuxta probabiliorem ſententiam requirentem ad matrimonium, in ratione ſacramenti cōſideratum, eſſentialiter characterem baptiſmalem, vt pote ianuam omniū ſacramentorum ſuſcipiendorum, & conferendorum à miniſtro ordinario, quod dico propter baptiſmum, cuius miniſtri, ſed extraordinariè, atque adeo illicitè extra neceſſitatem, poſſunt eſſe quicunque infideles. At matrimonium quomodocunque validè contractum inter perſonas ba-

ptizatas ita eſt propriè
vt duæ perſonæ baptiz
tes validè matrimoniu
facere, vt illud non ſit
ſecundum multos, pu
tutione Chriſti ratione
ſacramenti in matrimo
ſeparabiles, vt qui int
ne alia, nihil prorſus e
diſtingunt, & dicunt n
inter Chriſtianos poſſe
in ratione contractus n
uilis, & non in rationē
non intenderent illud
licere tamen illis ſepar
contractus à ratione ſa
que ſub graui offenſa,
Chriſti inſtitutione,
matrimonij in ſacrame
teſt à fidelibus, abſqu
rentia, ratio contractus
cramenti ſeparari.

Etſi qui ſeptenniu
quamuis nondum pub
licitè ſponſalia contral
tionis eſt compos, im
dum multos minor ſep
dem vſu polleat, aut m
alio modo; ad matrin
iura requirunt pubert
duodecimum annum c
fæmina; decimum qu
completum in viro; q
monium, quod ex ſe eſt
maturiore opus eſt iudi
ſponſalia, quæ reſcindi
pitibus poſſunt.

Cum inſuper contra
tur nullum debere hab
mentum; ſciendum eſt,
pedimentum matrimon
li præexiſtens, iure red
ualidum, aut illicitum.
ſitiuum, exempli gratia
men, raptus &c. vel ne
amentia, impotentia, al
chi &c. *matrimonio præx*
cum omne impediment
nij, reddat illud ab initi
aut illicitum, neceſſar

præexiſtere. Si verò ſuperueniat matrimonio validò, v. g. affinitas, impediet tantum vſum illius: aut rati vinculum diſſoluet quidem v. g. votum ſolemnè Religionis; ſed non dirimet propriè, quia efficere non poteſt, vt ab initio validum non fuerit, *Iure* diuino naturali, v. g. error perſonæ, conſanguinitas primi gradus lineæ rectæ, vel diuino poſitiuo, vt olim in veteri lege conſanguinitas gradus ſecundi, & inferiorum, lineæ collateralis, Leuit. 18. vel humano, v. g. crimen, raptus, abſentia Parochi &c. *reddens* matrimonium ab initio ſui inualidum: quod facit impedimentum dirimens; aut illicitum, quod facit impedimentum impediēs duntaxat. Vnde à Theologis diſtinguitur duplex matrimonij impedimentum, impediens tantum, & dirimens: primum definitur eſſe illud, quod impedit contrahendum matrimonium, ſed non inualidat contractum; ſecundum autem illud, quod impedit cōtrahendum matrimonium, & inualidat contractum.

Impedimenta dirimentia ſunt duodecim ex iure antiquo, quibus ſi tria addantur ex iure nouo Concilij Tridentini, omnia ſunt quindecim his vulgatis verſibus comprehenſa, memoriæ iuuandæ cauſa.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.

Et ex Tridentino.

Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis,
Raptaue ſit mulier, nec parti reddita tutæ,
Hæc facienda vetant connubia, facta retractant.

Horum impedimentorum aliqua, vt dicebam, ſunt inducta iure naturę; aliqua iure Eccleſiaſtico. De iure naturæ ſunt illa quatuor; Error in perſona, impotentia perpetua, conſanguinitas in primo gradu rectæ lineæ; patris v. g. cum filia, aut matris cum filio, & ligamen, id eſt ligatum eſſe actuali matrimonio. Cætera ſunt de iure Eccleſiaſtico. Quę autem ſunt de iure naturæ, diſpenſabilia non ſunt; & locum etiam habent in matrimonijs infidelium; quę verò ortum habent ex iure Eccleſiaſtico, poſſunt à Summo Pontifice diſpenſari, & locum nequaquam habent in dictis infidelium matrimonijs. An autem alia poteſtas, præter Summum Pontificem, ſiue Eccleſiaſtica ipſo inferior, ſiue ciuilis, Imperatoria, Regia, aut ſimilis, matrimonij impedimenta validè conſtituere poſſit, diſputant inter ſe, tum Theologi, tū Canoniſtæ.

Impedimenta ſolum impedimentia erant olim duodecim, his verſibus comprehenſa:

Eccleſiæ vetitum, nec non tempus feriatum,
Atque Catechiſmus, ſponſalia, iungito votum,
Impediunt fieri, permittunt facta teneri,
Inceſtus, raptus ſponſę, tum mors mulieris,
Suſceptor propriæ ſobolis, mors presbyteralis,
Vel, ſi pæniteat ſolemniter, aut Monialem
Accipiat, prohibent hæc coniugium ſociandum.

Ex pręfatis duodecim impedimētis, impedientibus tantum, quatuor perſiſtunt in viridi obſeruantia, hoc verſu contenta.

Sacratum tempus, vetitum, ſponſalia, votum.

Illud Catechiſmi, ſiue ſuſceptionis alicuius in Catechiſmo probabiliter eſt ſublatum per decretum Cōcilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 2. quo hæc cognatio ſpiritualis reſtringitur ad ſuſceptorem Baptiſmi de Sacro Fonte. Septem alia videntur abolita conſuetudine contraria: in quibus *raptus ſponſæ*, de alijs intelligendus eſt,

eſt, quam de raptore, & rapta; nam inter eos eſt impedimentum dirimẽs; *morſque mulieris*, ſiue *occiſio propria coniugis*, ſumitur ſimpliciter, ſine circumſtantijs criminis; cum ſic ſit impedimentum dirimens. Scienter contrahere matrimonium, cum impedimento, verè impediente, aut dirimẽte, ex parte ſua, vel complicis eſt peccatum mortale, quia eſt in re graui, contra obediẽtiam Eccleſiæ debitam, & Sacramento reuerentiam.

Quæ de his impedimentis minutius poſſent diſputari, tum de diſpenſatione in illis, nec non ratificatione matrimonij nullius, ratione alicuius impedimenti dirimentis, non obtenta prius diſpenſatione, cum pertineāt ad Canoniſtas, ſufficit præfata breuiter attigiſſe pro explicatione Sacramenti Matrimonij, cuius veritatem contra Hæreticos propugnare potiſſimum intendimus in præſenti. Ex dictis interim patet matrimonium in ratione Sacramenti ſpectatum rectè definiri, phyſice, quod *ſit noua legis Sacramentum quo vir, & mulier baptizati, corporum ſuorum dominium tradunt, & accipiunt*. vel metaphyſicè, quod *ſit Sacramentum, quo ſub præſcripta materia, & forma confertur coniugibus gratia matrimonialis*. Vndè mutuus eorum conſenſus de præſenti, verbis alijſue ſignis ſenſibilibus expreſſus, qui eſt, vt diximus Sacramenti Matrimonij materia, & forma, habet in eo rationem Sacramenti tantum; vnio Chriſti cum Eccleſia per gratiam, & dilectionem, rei tantum, rei autem & Sacramenti ſimul, gratia matrimonialis cauſata per dictum conſenſum, & ſignificatiua huius vnionis.

CAPVT L

Statuitur aduerſus Luth
uinum, eorumque
ci Purgatorij e
tia.

POſtquam Diuus T
parte egit de My
tionis, tum de Sacram
gis vltimo loco tractat
& ſequentibus de ſtat
primumque de locis ſ
lis animarum poſt mo
Cęlo, Inferno, Limbo
rio, cuius vltimi exiſte
gent Hæretici noſtri te
dicemus, contra eos
bus propugnare hic int
Vnde pro intelligent
ſiæ incipiendo ab ipſo
gatorij, quod etiam de
retici, dicentes, nuſqua
Scripturis, atque adeo
Purgatorium, notandu
ineptum omnino eſſe
argumentum, quo, ſub
& rem tollunt, & locun
numeris ſi quidem pa
multarum rerum nom
ris non haberi, & tame
Alias non eſſet myſteriu
nec Incarnationis, Sac
Baptiſmi, & Euchariſtia
men admiſſa non eſſent
cum nec Trinitatis, nec
nis nomina in ſcripturis
nec Baptiſmus, & Euc
Sacramenta appellentur
Sacramenti in illis inue
tici igitur, aut hæc myſ
debent, aut rem Purgato
re, vti admittunt rem T
Incarnationis, rem Sa
Baptiſmo, & Euchariſti
vt infra probabimus, re
Purgatorij ſignificata in
pturis habeatur.
Sed eſt notandum ſe

etiam nomen Purgatorij non ita eſſe à Scriptura, modoque loquendi ipſius alienum, vt non habeat aliquale in ea fundamentum. Nam Chriſtus Dominus Ioann. 15. loquens de Patre ſuo ait: *Palmitem qui fert fructum, purgabit eum:* & Diuus Paulus Hebr. 1. de eodem Chriſto Saluatore dixit; *Purgationem peccatorum faciens*. Etſi enim huiuſmodi loci nihil pertineant ad purgatorias pænas, quibus animæ poſt mortem purgantur; nec ijs nos velimus vti ad illas probandas; ſufficiunt tamen ad oſtendendum contra Hæreticos non incongruum eſſe Purgatorij nomen, quodque ita vocetur locus ille, vbi purgantur fidelium animæ à ſuis peccatis, modo ſtatim dicendo.

Tertiò igitur, Purgatorij nomine Eccleſia Catholica nihil aliud intelligit, quam locum aliquem veluti medium inter Infernum, & Paradiſum, quo poſt mortem, eorum fidelium animæ, quæ vel obſtrictæ adhuc reatu alicuius pænæ temporalis, vel etiam aliquibus peccatis venialibus, ex corpore migrauerunt, ſecundum diuinæ iuſtitiæ rationem cruciantur, quo ad penitus ab eiuſmodi pænis, aut peccatis expurgatæ, cæleſtem beatitudinem, in quam nihil coinquinatum intrare poteſt, conſequi valeant. Vndè apparet quam iniquè, & mendacitèr Kemnitius in Exam. ſeſſ. 25. Concilij Tridentini, inter cętera, quę ad ſtatum huius controuerſiæ pertinere dicit, ponat etiam: *vtrum in altera vita poſt mortem ſit locus reconciliationi cum Deo, quando eam aliquis in hac vita non obtinuit*. Quod ita iſte dicit, quaſi ſententia Catholicorum ſit, poſſe etiam animas in Purgatorio reconciliari cum Deo per gratiam, licet ex hac vita abſque eiuſmodi reconciliatione deceſſerint. Quod nunquam vlli Catholici ſomniarunt, vnanimiter credentes, huiuſmodi animas ex hac vita abſque reconciliatione cum Deo per gratiam decedentes, non ad purgatorium, ſed ad inferni locum deſcendere, vbi nulla eſt redemptio.

Quartò obſeruandum eſt, quod cum in hoc dogmate fidei, exiſtentiæ purgatorij, ſicut & in alijs multis aliqua reperiantur, quæ non ſunt ita certa, ſed ſalua fide inter Catholicos diſputantur, vt quæ de loco eius, itē de qualitate pœnarum, ſiue ignis, quo animæ ibi purgantur, inſuper de ratione, qua torquentur, ſi ille ignis ſit corporeus, cum ipſe ſint ſpiritus; cum, inquam, ita ſe res habeat, malè aduerſarij, ex his & ſimilibus, quæ magis aut minus certa à Catholicis tenentur, & plerumque explicantur, vt exactior notitia Theologica de ipſo purgatorio habeatur, illius exiſtentiam ſimplicitèr, & abſolutè negant, aut eam à nobis rectè probari. Quod eſt valdè notandum, vt fraus Sectariorum, & præfati iam Kemnitij deprehendatur, qui omnia ferè, quę circa purgatorium, vel certo, vel probabiliter à Theologis Catholicis diſputari ſolent, in hanc vnam quæſtionem congerunt, vt ſi, vt dicebam, non omnia illa ſimul omnibus, & ſingulis, ſiue teſtimonijs Scripturæ, & Patrum; ſiue argumentis indè deſumptis, quæ pro purgatorio afferuntur, comprobentur, non illis videatur probari ipſius exiſtentia. Punctum igitur difficultatis totiuſque controuerſiæ inter nos, & illos, eſt, vtrum ad fidem pertineat dari purgatorium ſecundum notionem in tertio notando allatam, & explicatam.

Inter eos qui illud negauerunt, primus recenſeri ſolet Aerius, eiuſque ſequaces qui teſte Diuo Epiphanio hæreſi 75. & Diuo Auguſtino lib. de hæreſ. cap. 53. orationes, & ſacrificia negarunt vllis defunctis prodeſſe poſſe; verum ex hoc præcisè videtur mihi colligi non poſſe, ſimul etiam negaſſe purgatorium, ſiue animas aliquorum defunctorum in eo detineri. Etſi enim perpetuus Eccleſiæ vſus orandi

orandi pro defunctis ſit efficax, & irrefragabile argumentum ad probandum ſemper in Eccleſia fuiſſe fidem exiſtentiæ purgatorij, vt dicemus infra; attamen ex hoc præcisè, quod aliquis neget neceſſitatem ſuffragiorum pro defunctis, non propterea tenetur negare purgatorij exiſtentiam, quatenus poſſet credere, Deum velle animas eorum, quas debent pœnas, ibi vſque ad vltimum quadrantem exſoluere, non admiſſis pro eis vllis viuorum ſuffragijs.

Primi igitur, qui Purgatorium expreſſè negarunt, fuerunt Vvaldenſes, teſte Guidone Carmelita; de Vvicleffo, & Huſſio dubium eſt, cum neque ex Concilio Conſtatienſi, vbi errores illorum duorum hæreticorum damnati ſunt, neque etiam ex Thoma Vvaldenſi, qui eorundem errores diligenter inſectatus eſt, id conſtet. At omnes huius temporis ſectarij Lutherus, & Caluinus lib.3. inſtitut. cap.5. hanc hæreſim, vt plures alias, auidè amplexi ſunt, & pertinaciſsimè tuentur; Quamuis enim varius admodum & inconſtans in hac quæſtione fuerit Lutherus, imo in diſputatione lypſica non ſolùm Purgatoriū admiſerit, ſed etiam conceſſerit illud ex Sriptura poſſe probari, vtrumque tamen poſtea abſolute negaſſe, refert Kemnitius in Exam Concil. Trident. ſeſſ. Contraria ſententia Eccleſiæ Catholicæ eſt de fide, cum qua ſit.

Prima Concluſio, datur Purgatorium. Ita habetur definitum in Concilio Florentino in literis vnionis, Tridentino ſeſſ.6 cap.30. *Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pænitenti ita culpam remitti, & reatum pænæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pænæ temporalis exoluendæ, vel in hoc ſæculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam ad regna cælorum aditus patere poſſit; anathema ſit.* Et ſeſſ. 25. in decreto de Purgatorio. Id ipſum antiquiora ſuppoſuerunt Concilia, Carthaginenſe

III. cap.29. & IV. c.79.
cap.12. Bracharenſe I. c
bantia, eſſe facienda pro
ſuffragia etiam pro ijs e
Sacrificium Altaris; doc
orando, vel offerendo Sa
defunctis ſupponit Purg
per ſe patet.

Hæc Eccleſiæ Cathol
tas, qualem aliàs oſtend
lam Romanam, hoc eſt S
tifici Romano per vniue
ſubiectam, ſicut nobis a
aduerſarijs ſufficere de
ipſa ſit columna, & firm
ritatis, errorum expult
domatrix, Apoſtolicæ tr
ſtos, bonorum morum
ra, ac viua, tamque in
infallibilis fidei regula
ſus falſi proponere poſſ
dum. Vndè S.Auguſtin
ra pro mortuis gerenda
ex Scriptura probaſſet,
ſuffragia viuorum prode
mabus fidelium defun
uertit ſola Eccleſiæ auth
nullum ea de re Script
nium ſuppeteret, ſatis h
confirmari: *Etſi nunqua*
Scripturis veteribus omn
tur; non parua eſt vniuer
in hac conſuetudine clare
qua proindè ibidem cap
de verbis Apoſtoli, prob
inſtitutum orandi pro c
que adeo exiſtentiam pu
vt iam notauimus, licet
ſit eſſe purgatorium, al
gijs pro defunctis, non p
eſſe ſuffragia pro illis ab
torio. Verùm cum auth
rum fidei definitio fund
verbo Dei ſcripto, aut in
bus adæquatè diuina c
uelatio, vtriuſque adhuc
teſtimonia, pro hoc fide
de Purgatorij exiſtentia

Primùm habetur in
mento 1. Machabæorum

ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur: Hæc enim verba non poſſunt intelligi de Beatis in Cælo exiſtentibus, nec de damnatis, fide nos docente, nullam in inferno eſſe redemptionē, & tam ignem inferni, quam illius combuſtionem eſſe ęternam: igitur debent intelligi de intermedio hominum genere, quorum animæ poſt mortem peccatorum reatu aliquo impediuntur, & obſtrictæ tenentur, donec diuinę iuſtitiæ ſatisfiat, vel per illarum pœnas, vel per viuorum ſuffragia, proindeque debet dari locus medius, vbi id fiat, quem nos Purgatorium appellamus. Propterea S. Auguſtinus ex hoc teſtimonio libro ſtatim citato de cura pro mortuis cap. 1. probat orandum eſſe pro ijs fidelium defunctorum animabus, de quibus ipſe lib. 1. de Ciuitate Dei cap. 34. affirmat conſtare, quod pœnis temporalibus excrucientur, donec à peccatis ſoluantur: *Tales enim*, inquit, *fideles conſtat*, quæ particula tollit omne dubium, quod aduerſarij dicunt Auguſtinum habuiſſe de purgatorio, *ante diem iudicij per pœnas temporales, quas eorum ſpiritus patiuntur purgatos, receptis corporibus, æterni ſupplicij ignibus non tradendos*.

Tam euidenti, tamque conuincenti teſtimonio, non habent quod reſpondeant Sectarij, niſi librum hunc, in quo habetur, non eſſe canonicum; ſed falſitas, & vanitas huius reſponſionis ſatis patet ex dictis to. 2. lib. 3. ſect. 1. de canonica eius authoritate. Quæ, illa admiſſa, reſpondent alij, eſſe tantùm exemplum vnius hominis, Iudæ ſcilicet Machabæi, quod non poteſt facere legem, præſertim cum id humana cogitatione cordis ductus, potius fecerit, quam rei veritate, ſi quidem nullum aliud de ea extat in Scriptura, aut exemplum, aut præceptum; Hæc, inquam, & ſimilia, quę reſpondent aliqui ex aduerſarijs, admiſſa canonica huius libri authoritate, ſunt omnino abſurda; dū enim ſacer textus laudat Iudam, dicens, quod *facta collatione duodecim millia drachmas argenti miſit Hieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum, benè & religioſè de reſurrectione cogitans*, &c. deindè concludit pręallatis verbis; *Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur*, clarè indicat, eum in hac re figmentum aliquod, aut adinuentionem vanam ſui cordis non fuiſſe ſecutum, ſicut impiè, & ineptè Kemnitius ex ipſa vi vocabuli *cogitationis* perſuadere conatur; ſed totum illud factum fuiſſe ex conſuetudine Iudæorum, orandi pro defunctis, cuius etſi alibi in Scriptura veteris Teſtamenti nulla fiat mentio, nihil obſtat, fuit enim tunc de ea re, ſicut de nonnullis alijs, viua traditio, idque euidenter demonſtrat factum Machabæi, & ſuorum militum, qui omnes contulerunt ad dictam oblationem, ducti præfata Iudeæorum conſuetudine, credentium defunctos in gratia poſſe eiuſmodi auxilijs iuuari, donec diuinæ ſatisfeciſſent iuſtitiæ; propterea que ibidem dicitur Iudas conſideraſſe, *quod ij, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam*, ſatisfacta prius diuina iuſtitia, vel per illorum pænas, vel per viuorum ſuffragia, ſi quid eis exoluendum ſuperfuiſſet. Id enim non poſſe intelligi de damnatis, aut ſine gratia decedentibus patet, qui cum pietate dormitionem accipere dici non poſſunt.

Alter locus habetur Matth. 12. vbi Chriſtus ait: *Qui peccauerit in filium remittetur ei; qui verò peccauerit in Spiritum Sanctum non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro*. Ex his enim vltimis verbis clarè habetur, dari aliqua peccata, quę poſt mortem, ſiue in futuro ſeculo remittuntur, quod non poteſt intelligi de peccatis mortalibus, ſed de venialibus, atque adeo quod inter infernum morientibus.

rientibus.

rientibus in peccato mortali præparatum,& inter Paradiſum nullo prorſus peccato etiam veniali coinquinatis deſtinatum detur locus intermedius, purgatorium à nobis appellatus, vbi qui decedunt cum quibuſdam peccatis venialibus tantùm, vel nondum plenè ſatisfecerunt pro ſuis peccatis, expurgentur ab eiuſmodi culpis venialibus, aut pęnis debitis, antequam accipiant beatitudinem.

Tertius locus, quo frequentius vtuntur Sancti Patres, eſt Diui Pauli 1. Corinth.3. vbi docet poſt hanc vitam aliquos ſaluari per ignem: *Si cuius opus*, inquit, *arſerit, detrimentum patietur*, id eſt retardabitur à beatitudine, & punietur ignis cruciatu is, cuius opus indigebit purgatione illa ignis, qualia ſunt peccata venialia ibi ab Apoſtolo ſignificata per *lignum, fęnum*, & *ſtipulam*, dicunturque ſuperædificata Chriſto tanquam fundamento, & eius gratiæ, quia nō euertunt illud, *ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem*; id eſt non ita punietur, vt non fiat tandem ſaluus, ſed fiat ſaluus denique per cruciatum ignis; ibi enim illa particula *quaſi* non ſumitur ad ſignificandam metaphoræ ſimilitudinem, vt dicunt aduerſarij conantes hac ratione eludere vim huius teſtimonij, ſed ea potius vſus eſt Apoſtolus emphaticè, magis & ad exprimēdam rei proprietatem, & veritatem. Intendit enim ibi Apoſtolus deterrere fideles, ne ſupra fundamentum ædificēt, *lignum, fænum, ſtipulas*, quandoquidem ſi id faciant, non aliter ſalui futuri ſunt, niſi per cruciatum acerbiſſimum, qualis nimirum eſt cruciatus ignis, vnde hoc loco particula illa *quaſi*, idem prorſus ſignificat, ac ſi diceret, fiet quidem ſaluus, ſed nimirum per cruciatum ignis, qui eſt maximus cruciatus. Sicut eodem ſenſu eadem particula ſumitur; Ioann. 1. dum ait, *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratia, & veritatis*: vbi particula, *qu*
ficat metaphoræ ſimili
minuit rei veritatem, &
vt dicebant Ariani, ſed
emphaſi quadam auget
eſt, mirum non eſſe, ſi
nus erat gratiæ, & ver
doquidem erat vnigeni
ralis Dei filius. Ex me
Pauli poſt hanc vitam ſ
qui per ignem, non per
ni, qui eſt æternus, & v
redemptio, ex ipſiſmet
ergo per ignem tempor
nos purgatorij ignem
quo animæ decedentes
venialibus purgantur, a
mittantur in cælum.

Sed eſto quod illa pa
ſumeretur metaphoricè,
dicunt aliqui, ignem p
ignem, provt ignis imp
poteſt quæuis ingens pæ
ter excrucians ſicut igni
ſatum teſtimonium ma
vi, cum hìc non de q
purgatorii agamus, ſed
loci inter paradiſum,& i
dii, vbi poſt hanc vitam
ciantur animæ, alicui rea
vel culpæ venialis, vel p
ralis, priuſquam ad æter
dinem perueniant, ſiue
tus fiat per verum, propr
ignem, ſiue per ignem
ſumptum pro quacunqu
pæna, de quo erit quæſt

Quartò vbi Apoſtol. a
vt in nomine Ieſu omne
cęleſtium, terreſtrium, &
Diuus Auguſtinus lib.
cap.33. per res infernas,
degentes, intelligit an
torii, ſicut per terreſtres i
mines iuſtos adhuc viue
leſtes autem Sanctos An
uerſim omnes beatos: q
ſunt creaturæ rationabile
tiſsimum nomen Ieſu ve
adorant; dæmones enim

cum illis damnati in inferno illud continuò blaſphemant.

Ex his potiſsimum Scripturæ locis patet contra Sectarios ſufficienter ex illa probari purgatorii exiſtentiam; primò enim obſcuritas, vel difficultas quam in illis ipſi fingunt, nihil obſtat, ſiquidem plerique Scripturæ loci, ex quibus in aliis miſteriis pro fide Catholica argumentari neceſse eſt, ſubobſcuri etiam ſunt, ac difficiles, & non propterea tamen illa aut negantur, aut ex Scriptura non probari dicuntur, adhibito ſtudio ad id neceſſario; imò, licet hæretici, inde plerumque occaſionem arripiant aberrandi à vera ſententia fidei, proprio credentes ſpiritui, Diuus tamen Auguſtinus exiſtimat potius eam in concertatione cum ipſis debere confirmari: *Multi*, inquit, *ſenſus Scripturarum Sanctarum latent, & paucis intelligentioribus noti ſunt, nec aſſeruntur commodius, & acceptabilius, niſi cum reſpondendi hæreticis cura compellit*. Non obſtat ſecundò varietas interpretationum prǽfatorum locorum, illius præſertim, 1. Corinth. 3. præterquam enim eiuſdem loci Scripturæ non vnicus tantùm, ſed plures etiã eſſe poſſunt ſenſus litterales, modo nec inter ſe, nec cum aliis Scripturæ locis, aut fidei dogmatibus pugnent: vt notauit Diuus Auguſtinus lib. 1. de Trinit. cap. vlt. & lib. 12. confeſſ. c. 31. fusèque nos probauimus tom. 1. lib. 3 ſect. 1. inſuper etſi omnes huiuſmodi interpretationes non eſſent litterales, ſed vna tantum, qualis eſt, quam nos aſſerimus de purgatorii exiſtentia, nõ propterea deſinunt eſſe efficaces ad illam probandam, alioquin nullus ferè eſſet idoneus Scripturæ locus ad aliquid in quæſtionibus fidei probandum, cum pauci ſint, qui non habeant diuerſas Patrum explicationes: imò Sectarii ipſi nullum Scripturæ locum ad confirmandum ſua dogmata vſurpare deberent, cum dubium non ſit, quin aliter etiam eiuſmodi loci ab ipſis vſurpati, reperiantur paſſim in Patrum ſcriptis explicati, vt ipſimet libenter fatentur, qui propterea ſuas expoſitiones Patrum expoſitionibus, vbique ferè anteponere conſueuerunt. Præfatorum ergo Scripturæ locorum, maximè illius 1. Corinth. 3. multiplex interpretatio veritati ſententiæ catholicæ nihil obſtat, cum nulla ex illis ei repugnet, nec aliis myſterii fidei, noſtram verò magis communiter Sancti, ac veteres Patres amplectantur, ſitque magis conſona ſacro textui: ſatiſque proindè patet, quod dicebamus, poſse ſcilicet purgatorium ex Scriptura eo certè modo probari, quo alia pleraque fidei dogmata: quæ ipſa etiam non ſemper eiuſmodi ſunt, vt aduerſus proteruum, quales ſolent eſſe omnes hæretici, ita euidenter ex Scripturis ſolis probari poſſint, vt eis cogatur penitus aſſentiri aduerſarius.

Sed quando pro hoc fidei dogmata de purgatorii exiſtentia deeſſent dicta Scripturæ teſtimonia, abundè adhuc ſufficeret illud diuinæ traditionis, qua ſemper in Eccleſia ita creditum eſt; cuius traditionis euidentiſſimum eſt argumentum, vniuerſalis Eccleſiæ conſenſus, Grecæ nimirum, & Latinæ. Quidquid enim ſit an Græcorum nonnulli circa purgatorii exiſtentiam, vel modum errauerint, de quo nunc non diſputamus; antiquã tamen Eccleſiam Grecam vniuerſam, purgatorium abſolutè nunquam negaſſe, nec etiam præſentem negare, primum clarè demonſtrat, quod credidit, & etiam nunc credat, orationes, oblationes, Sacrificium Miſſæ, vno verbo, viuorum fidelium ſuffragia, mortuis prodeſſe, vt dicetur infra, atque adeò purgatorii locum, & pœnas eſſe. Deinde apparet ex Concilio Lugdunenſi II. ſub Gregorio X. in quo eſt illa confeſſio Imperatoris Michaelis Palæologi fatentis purgatorium eſſe, ea penitus ratione, qua in decreto Eugenij IV. in Florentino Conci-

Concilio traditur, nec minus perſpicuè ex actis eiuſdem Concilii Florentini; vbi proponentibus Latinis doctrinam Romanæ Eccleſiæ de medio animarum ſtatu, de loco, de pænis, de igne purgatorii reſponderunt Græci ore Marci Epheſii. *Quæcunque*, ait, *de Purgatorio dixiſtis, & Sanctorum teſtimonia, quæ recitaſtis Græcorum Eccleſia recipit, & legit, parumque inter nos hac in re differt.* Quare liber ille, quem hæretici quidam noſtri temporis aiunt contra Purgatorium à Marco Epheſio ſcriptum, & Baſileenſi conuentui oblatum fuiſſe, merum eſt figmentum, vt eruditè oſtendit Leo Allatius lib. de Purgatorio.

Id autem in quo Græci, & Latini tunc inter ſe parum hac in re differebant, erat, quod ambo vnanimiter ex traditione admittentes Purgatorij exiſtentiam, Latini verum ibi,& proprium ignem corporeum ponebant; Græci verò omni ferè alio pænarum genere admiſſo ſolum ignem reiiciebant. *Neque enim*, inquit ibi textus; *Græci fatentur actionem ignis, vt Itali, ſed operatur tantum oratio, deprecatio, & eleemoſina.* Et rurſum, *Græci enim pœnam, mærorem, et locum pœnæ aſſignant. Itali verò pœnam, purgationemque per ignem.*

Parum ſub finem Concilii ſeſſ. 25. Epiſcopi Græci nomine cæterorum ad Eugenium Papam pro vnione facienda miſſi, Ruthenus ſcilicet, Nicenus, Trapeſuntius, & Mitylenenſis ita loquuntur. De Purgatorio definitum ſic eſt: *Sanctorum animas perfectam in cælis adeptas eſſe coronam, quatenus animæ ſunt; Peccatorum verò animas perfectè luere pœnas; medias autem eſſe in loco tormentorum, ſed ſiue ignis ſit, ſiue caligo, ac turbo, ſiue quid aliud non contendimus.* Quæ doctrina Græcorum communis erat, ab ea Latinorum ſolum differens, quod hæc addebat ignem purgatorium, quam etiam Græci tunc receperunt; *Quod verò*, inquiunt, *de igne purgatorio di-*

citis, hoc etiam ſuſcipimus
nonnulli Græcorum, a
abſolutè negarint, aut
pænarum, aut quid ſim
quod parum refert ad n
tutum, illud tamen Ecc
nunquam negaſſe, vt no
illius iniuria, nec ſine m
cio affirmauit Petrus M
cus; ſufficienter patet ex
que oſtendit Leo Allati
bro de purgatorio, nec
Arcudius de eodem con
duo præclariſsima in ho
ciæ lumina, ſuis vbique
ſpicua.

Qui autem ex Græcis
gis expreſsè doctrinam
tradiderunt, ſunt, Dio
pagita lib. de Eccleſiaſti
cap. 7. p. 3. vbi ait: *Sacer*
ſuper defunctos facit. Pr
diuinam clementiam, vt d
dimittat per infirmitatem
miſſa peccata. Et qua
negent hunc Dionyſium
gitam, de quo fit men
poſtolicis, fatentur tam
fuiſſe elegantiſſimum,
ſimum, atque antiquiſſi
rem, ita Caſaubonus e
Annales Baronii cap. 30.
quit, *Areopagita, verus*
ptor certe antiquiſſimus,
rius, *eruditus ille Scripto*
Dionyſius, quem Areopag
Scriptor ſane antiquiſſim
tiſſimus: Molinæus quo
uitatis Papatus controu
cat eum authorem antic
quo legendo multum p
non eſt igitur cur adue
ſtimonium recuſent in
alijs. Origenes homil.
miam, & homil. 6. in E
quit, *illuc venitur, ſi qu*
bona, et parum aliquid in
lerit, illud parum tanqu
igne reſoluitur, ac purga
remanet aurum purum.

cap.9. Iſaiæ, *purgatorium ignem*, appellat; Gregorius Niſſenus eius frater in orat. pro mortuis bis dicit *expurgatorium ignem*, ſemel *expurgantē* vocat: Gregorius Nazianzenus orat. in Pentecoſt. *ignem purgatorium* nominat Græcè *catharticon*, vel *cathartirion*: Aliique inferius citandi paſſim docentes, orandum eſſe pro mortuis, eoſque iuuari ſuffragiis, ac precibus Eccleſiæ, vt enim hæretici indè videntes demōſtratiuè haberi Purgatorii exiſtentiam, tam ſanctam cōſuetudinem impiè irrident, ita illam totis viribus propugnare conabimur.

Ex Latinis autem Patribus præter eos, qui eamdem conſuetudinem approbant, & laudant, proptereaque clarè ſupponunt purgatorij exiſtentiam, abſolutè adhuc eius meminerunt Cyprianus epiſt.52. ad Antonianum, Ambroſius in cap. 12. Lucæ, Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem, purgatorii locum interpretantes carcerem eſſe illum, de quo Chriſtus ait Matth. 5. *Amen dico tibi, non exies inde donec ſoluas vltimum quadrantem*. Hilarius in illud pſ.118. *Concupiuit anima mea*, &c. *Purgatorium*, inquit, *vocat indefeſſum ignem, in quo grauia ſuſtinentur ſupplicia, per quæ animæ à peccatis expiantur*. Sed omnium clariſsimè Diuus Auguſtinus hanc veritatem paſſim teſtatur; lib.12. de Geneſi ad litter. cap. 33. vbi ad animas fidelium, quæ in loco aliquo inferiori pænis temporalibus expientur, accōmodat illud Philip.2. *In nomine Ieſu omne genuflectatur cœleſtium, terreſtrium, et infernorum*, &c. vt diximus ſupra. Item in Pſal. 37. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me*; per *furorem* ira violentiorem, intelligit damnationem æternam; per *iram* autem pænam temporalem, & ſimilem quam Deus aliquando immittit iuſtis ad eorum emendationem, vtque eam vitent, quam poſt mortem in igne purgatorio, quam ipſe emendatorium appellat, ſoluere deberent: *in hac vita*, inquit, *purges me, et talem me reddas, cui emendatorio igne opus non ſit*. Libro quoque 21. de Ciuitate Dei cap.24. perſpicuè affirmat, conſtare in Eccleſia, quod Spiritus aliquorū fidelium pænas aliquas temporales poſt mortem patiantur, & in Enchiridio cap.67. Vnde ſatis patet, S.Auguſtinum nunquam reuocaſſe in dubium ipſum purgatorium, vt aiunt hæretici, ſed ad ſummum dubitaſſe de qualitate ipſius ignis, vt conſtat ex lib.21. de Ciuit. Dei cap.26. nec non libro de fide, & operibus cap.15. attamen lib.1. de Ciuit. Dei cap. 11. ei ſententiæ adhæret, quæ tenet illum ignem eſſe verum, non metaphoricum.

Circa quæ Patrum teſtimonia obſeruandum eſt, quod tam fuerunt alioqui certi purgatorium eſſe, vt locos etiam Scripturæ quoſdam, qui aliter exponi poſſunt, ad illud tanquam ad dogma fidei certiſſimum accommodare non dubitauerint. Quod tamen nihil fauet aduerſarijs, in præſenti enim non diſcutimus, quā aptè & verè eiuſmodi locos ad purgatorium accommodauerint, neque etiā ijſdem vtimur locis ad confirmandā eius veritatem, ſed inquirimus tantùm quænam fuerit mens Patrum, & aſſerimus eos ſtetiſſe pro illa, tamque certò, vt etiam locos, qui poſſunt aliter explicari, ad illam etiam retulerint. Indeque Petrus Martyr comment. in 1. Corinth. cap.3. ait: *De Patribus quid ſenſerint hac de re non habeo quid aliud referam, niſi maiorem illorum partem in eam ſententiam eſſe propenſos, vt purgatorium concedant.*

Tertiò eadem veritas probari poteſt multis fide dignis hiſtorijs, quibus perhibetur, ipſas quandoque defunctorum fidelium animas viuis apparuiſſe, deque purgatorii pœnis teſtificatas fuiſſe. Quo in genere Diuus Gregorius lib. 4. Dialogorum plura refert exempla; nec non Venerabi-

rabilis Beda; quæ omnia putare fabuloſa eſſe, hominum eſt proteruorum, quales meritò cenſeri debent Sectarij, dum hæc in vniuerſum irrident; obijcientes primò in Scriptura prohiberi, à mortuis teſtimonium quærere, Deuteron. 18, Secundo non poſſe mortuos ad viuos redire, dicente Regio Propheta, *Spiritus vadens et non rediens*, idque Patres frequenter diſputare. Sed reſpondetur ad primum in Scriptura diuina loco citato, & aliis prohiberi, ne magicis artibus ab Ariolis, & aliis ſeductoribus procurata, mortuorum teſtimonia vſurpemus; quod etiam nos conſtanter aſſerimus, intendentes fidem noſtram de purgatorio confirmari poſſe, ijs duntaxat apparitionibus animarum, quas referunt Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, non incantationibus, ſed diuina diſpenſatione aliquãdo contigiſſe. Ad ſecundum reſpondetur, Regium Prophetam intelligendum eſſe de lege ordinaria, quæ non tollit caſus extra ordinarios; vel de reditu ad proprium corpus per reſurrectionem, qui non erit niſi in die judicii: Similiter Patres diſputant quidem non poſſe mortuos naturæ ſuæ vi, & ordinariè ad viuos pro libito remeare, illorumque rebus intereſſe, quin autem diuina diſpenſatione id aliquando fieri poſſit, nuſquam dubitant, aut negant Sancti Patres; imo, quod lib. 1. Regum c. 18. narratur animam Samuelis Sauli apparuiſſe, etſi hæretici inficientur fuiſſe veram animam, communiter tamen Patres, Sacrique interpretes id affirmant; Baſilius epiſt. 80. ad Euſtat. Hieronymus in cap. 7. Iſaiæ, & Auguſtinus lib. de cura pro mortuis cap. 15. qui cum vniuerſim dixiſſet, *mitti quoque ad viuos aliquos ex mortuis, ſicut è contrario quod Paulus ex viuis in Paradiſum raptus eſt*, id primo probat exemplo Samuelis; quodque non ſpectrum aliquod magicum, ſed verè anima ipſius Samuelis tunc ap-

paruerit, rurſus probat e
Eccleſiaſtici, vbi in laudi
lis ponitur, quod etiam
prophetauerit. Deindè
certiori adhuc exemplo
mirum quod Moyſes, qu
Deuteron. 34. defunctus
Elia nihilominus in tran
Chriſti apparuerit Matth
ita in eodem libro, vt ex
ſenſu cap. 13. diſputauera
non intereſſe rebus viu
cap. 15. his verbis conclu
cti per naturam propriam,
bus intereſſe non poſſunt:
colligit, cum Martyres
bus viuorum opitulandi
intereſſe, quod & Hier
contra Vigilantium aſſ
poſſe Martyres aliquando
tumulis, nonniſi diuina
ne peculiari id fieri. Qu
ſit, aparet, quàm falſari
dicant, Auguſtinum cit.
cuiſſe, quod nunquam po
cti ad viuos redire, qua
prætendant impoſſibilita
ditus, vt inde inferant,
omnes hiſtorias, quibus
quandoque defunctorum
animas viuis apparuiſse,
gatorij pœnis teſtificatas

Quod Diuus Auguſti
citato; docet Diuus Th
eius diſcipulus varijs in
quæſt. 89, art. 8. ad 2. &
art. 4. ad 2. nec non qu
5. ad 4. vbi obijcienti ſ
vera Samuelis anima Sa
ſet, ſequi arte dæmonum
fuiſſe, quod videtur imp
habente dæmone talem
di animam alicuius San
adeo fuiſſe aliquod phan
illuſionem imaginariam
chinationibus factam,
ptura Samuelem appella
lent imagines rerum ſuar
bus appellari; reſpondet
cum Diuo Auguſtino, N

dum credere, aliquâ diſpenſatione permiſſum fuiſſe, vt non dominante arte magica, vel potentia, ſed diſpenſatione occulta, quæ Pythoniſſam, et Saulem latebat, ſe oſtenderet ſpiritus iuſti aſpectibus Regis, diuina enim ſententia percuſſurus : quæſtione autem 174. Quod, *etſi dæmones animam alicuius Sancti euocare non poſſint, neque cogere ad aliquid agendum, poteſt tamen hoc fieri virtute diuina: vt dum dæmon conſulitur ipſe Deus per ſuum nuntium veritatem enuntiet: ſicut per Heliam veritatem reſpondit nuntijs Regis, qui mittebantur ad conſulendum Deum Accaron, vt habetur* 4. *Reg.* 1.

Sed eſto, vt etiam ibidem ait Diuus Thomas, quod iſta Samuelis apparitio non fuiſſet vera, ſed præſtigiatoria, ſeu dœmonis ex perſona eius loquentis, id ita exigentibus eius circumſtantijs, eaque præſertim, quod Pythoniſſæ ope, cuius ars magica non poterat ſe extendere ad animam Samuelis, peracta fuiſse videatur; non propterea ſequitur, defunctorum fidelium animas viuis apparere non poſſe virtute diuina, atque adeo fabuloſas eſſe omnes illas apparitiones, quæ in Hiſtoria Eccleſiæ leguntur, aliquarum animarum in Purgatorio exiſtentium, deque eius pænis teſtimonium ferentium, nec non Eccleſię ſuffragia petentium, vt ab illis liberarentur, aut pro illis iam factis gratias agentium.

Quartò probatur rationibus ex dictis huc vſque deſumptis; primamque ſic efformo; Datur purgatorium, ſi inter Paradiſum, & infernum datur locus medius, vbi poſt mortem aliquæ cruciantur animæ, priuſquam cæleſtem beatitudinem adipiſci poſſint, ſed datur talis locus, quicumque ſit ille, datur ergo purgatorium. Maior eſt certa, cum nomine purgatorij nihil aliud hic intelligamus; Minor verò probatur ex Eccleſiæ doctrina, qua habemus homines ex hoc mundo decedentes in triplici ſtatu, vel differentia eſſe poſſe: quidam enim tam poſſunt eſſe boni, ac iuſti, vt nulla egeant purgatione, quia omnino puri ſunt: alij tam mali, vt non poſſint purgari, quales ſunt, qui in peccato mortali moriuntur, aut cum peccato originali decedunt, quibus non eſt ſalus, nec ſpes illius aſſequendæ: tertij, qui nec ſunt tam boni, vt primi, nec tam mali, vt ſecundi; cuiuſmodi ſunt, qui decedunt in ſtatu gratiæ, cum aliquibus tamen peccatis venialibus, quæ cum tali ſtatu nō ſunt incompoſſibilia, aut cum reſiduis adhuc quibuſdam mortalium peccatorum temporalibus pænis: Igitur quemadmodum primis ſtatim poſt mortem aperitur paradiſus, ſecundis infernus abſque vlla redemptionis ſpe: tertijs quoque debet neceſſariò aſſignari locus medius, vbi, aut pro huiuſmodi peccatis venialibus, aut pœnis temporalibus, quibus ſupponimus eos mori obnoxios, atque adeo cum tali debito non poſſe beari, perfectè ſatisfaciant, ac proinde aliquod genus pænę ſatisfactoriæ ſubeant, antequam ad paradiſum perueniant; vndè ait Auguſtinus lib. 50. Homiliarum, homil. 16. *Qui temporalibus pænis digna geſſerunt, per ignem quendam purgatorium tranſibunt, de quo Apoſtolus inquit, ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem*.

Iſta conſequentia videtur omnino certa, ſuppoſita veritate antecedentis fundata in communi Eccleſiæ doctrina de præfata triplici differentia hominum ex hoc mundo decedentium, quam etiam expreſsè tradit Diuus Auguſtinus in Enchiridio cap. 110. & lib. de cura pro mortuis cap. 1. Sique aduerſarij tertiam negant, exiſtimantes, aut nullam omnino ſupereſſe pænam temporalem exoluendam, poſt remiſſam ſemel peccati culpam, iam id ſupra ſufficienter refellimus, agentes de indulgentijs; aut hominem iu-

ſtum

ſtum mori non poſſe cum peccatis venialibus, hoc videtur omnino abſurdum, cum enim, vt ſupra etiam diximus, agentes de diſtinctione peccati mortalis, & venialis, peccata venialia oppoſitionem cum gratia non habeant, immo cum ea ſimul ſtent,& in ſtatu gratię committantur,plerumque fieri poteſt, hominem iuſtum, & in gratia exiſtentem mori cum peccatis venialibus: idque ſatis ſignificant ſuperius allata verba 1. Machabæor. 12. *Sancta, et ſalubris cogitatio eſt pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur*, quod cum intelligi non poſſit de peccatis mortalibus, neceſſariò intelligēdum eſt de venialibus: item quod ait Chriſtus Matth. 12. 32. *Qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro*: alias enim non videretur Chriſtus ibi loquutus prudenter, niſi ibi præſupponeret, peccata quædam eſſe huiuſmodi, vt poſſint remitti in futuro ſeculo, qualia ſunt venialia, quæ communiter Patres intelligunt per lignum, fęnū, & ſtipulas, dum explicant illud 1. Corinth. 3. *ipſe autem ſaluus erit*, qui nimirum illa tantū habere reperietur poſt mortē, *ſic tamen quaſi per ignem*, quia nimirum prius debet expurgari per ignem, quam beetur, vt expreſsè docet Diuus Auguſtinus lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 16. & 24.

Stante,inquam, huius doctrinæ veritate, manifeſtè ſequitur debere dari inter paradiſum, & infernum locū medium, vbi, priuſquam beentur, expurgentur, qui in illo tertio ſtatu ex hac vita deceſſerint; cum enim ex vna parte peccata venialia tantum non inducant reatum pęnæ æternæ, ſed temporalis, manifeſtè patet eos non deſcendere ad inferos; ex alia verò, cum intra Regnum Cælorum nihil admittatur coinquinatum ex cap. 21. Apocalipſeos, quinque conſequenter,qui decedunt cum quibuſ-

dam peccatis venialibu
debitis, perfectè ſatisf
eſt dari locum medium
di homines,antequam
titudinem, ſeu præmiu
tur ab illis culpis veni
que ſatisfactionibus; c
fecerint in hoc ſeculo,
poteſt enim contingere
qui de repente morian
inter dormiendum occ
te ſomnum inciderent i
niale, cuius illos non p
aut ſi illius pænituerit,
mortalium, non tamen
omnis reatus pænæ te
condonatus fuerit, deb
re in futuro,ita exigent
na, ſecundum quam
præmia, & pænas pro
meritis, ac proinde int
& infernum datur loc
adultis, quem nos pu
pellamus.

Altera ratio fundatu
Eccleſiæ pro fidelibus
de enim ſic arguo, da
locus inter paradiſum
medius, atque adeo pu
datur locus, à quo vt
deles defuncti iuuantu
fragijs, & orationib
enim patet illa damna
re, nec etiam beatis p
rum noſtrorum non e
datur locus, à quo vt
deles defuncti,iuuantu
fragijs, vt dicetur co
ma, datur ergo etiam
inter paradiſum, & inf

Quintò patebit ver
Catholicæ ex ſolutioni
num contra ipſam. Pri
ciunt aduerſarij plura
rum Patrum loca, qui
mentio duorum locor
tem, Paradiſi, ſcilicet
gatorium igitur videtu
figmentum.

Reſpondetur, Scripturã, & Patres, quando duo tantùm diſtingunt loca, quibus animæ recipiantur poſt mortem, vel quando duos duntaxat conſtituunt hominum ſtatus, loqui tantum de locis, & ſtatibus perpetuis, cuiuſmodi ſunt paradiſus, & infernus, beatitudo, & damnatio; cæterum ab eis non excluditur locus medius, ſeu purgatorium, vbi ſint aliquę animæ ad certum tempus, donec ſint expurgatæ, vt ſatis patet ex dictis, maximeque ex Diuo Auguſtino; qui etiam dum ſerm. 14. de verbis Domini, & lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 28. negat tertium locum ab Eccleſia agnoſci inter regnum æternum, & Gehennam æternam, dici poteſt, tantum negare talem agnoſci, qualem ſibi fingebat Pelagius aduerſus quem ibi diſputat; contendebat enim paruulos decedentes ſine Baptiſmo eſſe ſaluandos, extra paradiſum tamen; & hoc refellit Sanctus Auguſtinus ex eo quod Eccleſia non agnoſcit talem aliquem locum tertium in quo recipiantur; cum alius non ſit ſalutis, & alius regni æterni locus.

Secundò obijciunt pariter nonnullos Scripturæ, & Patrum locos, quibus videtur ſignificari nullum eſſe locum pænitentiæ, & ſatisfactioni poſt hanc vitam; Reſpondetur eos debere intelligi de peccatis mortalibus, pœniſque æternis eis debitis, non autem de peccatis venialibus, aut pęnis temporalibus adhuc reſiduis, pro quibus aliqui etiam iuſti in hoc ſeculo non ſatisfecerunt, vt diximus ſupra.

Tertiò obijcitur, culpa etiam venialis non poteſt aliter tolli, quam per pęnitentiam, aut aliquem actum meritorium; ſed poſt hanc vitam, nullus eſt locus pænitentiæ, & meriti, ad hoc enim requiritur ſtatus viæ, igitur neque locus purgatorij.

Nonnulli Theologi, tam antiqui, quorum meminit Diuus Thomas in 4. diſt. 21. art. 1. ad 2. quam moderni, hoc argumento conuicti, negant remitti peccata venialia in purgatorio: ſed quia fatentur cum ijs mori ſæpe homines iuſtos, docent, tunc hęc venialia poſt mortem immediatè ipſis remitti per actum amoris Dei ſuper omnia. Quod ſi retorqueatur contra hos authores argumentum, cuius vim effugere conantur, ſcilicet iſtum actum amoris Dei poſt mortẽ jam eſſe extra viam, proindeque incapacem meriti in eorum ſententia, atque adeò non poſſe per illum remitti peccatum veniale; reſpondent aliqui eorum, non eſſe abſolutè extra viam, ſed adhuc reputari debere pro viatore hominem immediatè poſt mortem. Alij verò dicunt homines iuſtos decedentes cum peccato veniali, ſtatim poſt mortem accipere à Deo remiſſionem illius in virtute præcedentium meritorum, quæ exercuerunt in hac vita: vndè non dicuntur poſt mortem mereri, quia non accipiunt remiſſionem eiuſmodi in virtute eiuſmodi actus dilectionis.

Verum iſta ſolutio non ſatisfacit, etſi enim libenter admittamus, interdum in Scriptura per peccata, eorumque remiſſionem ſignificari pœnas illis debitas, ſufficereque abſolutè ad exiſtentiam purgatorij, quod aliquæ pænæ temporales ſuperſint adhuc poſt mortem exſoluendæ, vt concedunt præfati Doctores; nihilominus quia modus loquendi, tàm Scripturæ, quàm Patrum videtur indicare, in purgatorio nedum pœnas temporales reſiduas, ſi quæ ſint, remitti, ſed & culpas veniales, cum quibus aliqui etiam iuſti ex hac vita decedunt; reſpondetur nullum indè ſequi abſurdum.

Primò enim eadem ratione, qua dicti authores fatentur, hominibus iuſtis cum venialibus decedentibus, ea poſt mortem immediatè remitti per actum amoris Dei ſuper omnia, quem tunc eliciunt, quia adhuc reputatur pro viatore homo immediatè

poſt

poſt mortem, poſſet etiam dici, per eumdem actum in purgatorio elicitum, illa remitti: cum enim maior, vel minor diſtantia temporis nec faciat, aut non faciat viatorem, quando ſemel ſupponitur mortuus; certè ſi dicatur adhuc reputari pro viatore homo immediatè poſt mortem, in eoque ſtatu promereri poſſe remiſſionem peccati venialis, non videtur, cur non etiam in purgatorio ante adeptionem beatitudinis, pro hac re viator exiſtimari non debeat.

Secundò etiam dici poſſet, quam ſecunda reſponſio admittit, remiſſionem fieri peccati venialis poſt mortem in primo inſtanti ſeparationis animæ à corpore, in virtute præcedentium meritorum, quæ exercuit in hac vita, eodem quoque modo fieri in purgatorio.

Tertiò demum dicendum eſt cum Diuo Thoma in 4. diſtinct. 21. q. 1. art. 2. remitti directè in purgatorio peccata venialia, non per modum meriti, ibi exiſtentis, aut in hac vita præcedentis, ſed ſatisfactionis, ſublato impedimento complacentiæ de dictis venialibus, hoc enim ſufficit ad remiſſionem peccati venialis, cum non ſit auerſio à Deo, aut quid ſtatum gratiæ, & amicitiæ cum eo deſtruens.

Secunda concluſio. Datur certus quidam purgatorij locus ordinarius deſtinatus à Deo ad purgationem animarum, quæ vel culpas tantum veniales, vel ſatisfactiones temporales ſine peccato mortali habent exſoluendas. Iſta concluſio eſt certiſſima inter Theologos, ad fidem tamen non pertinens, etſi enim illa doceat dari locum purgatorij, nuſquam tamen expreſsè definitum habetur, vbi præcisè ſit, & an ſit certus, determinatuſque locus; vndè aliqui Doctores Catholici nullum certum aſſignant locum purgatorio animarum, ſed aiũt illas ibi purgari, vbi peccauerunt. Noſtra tamen concluſio eſt certiſſima, & inter Theologos communiſſima;

etſi enim ex ſpeciali D
fieri poſſit, vt aliquæ
loco purgentur, ſiue
dinarium purgatorij l
alij extraordinarij loci,
tæ animę, Deo, vt dic
lente, ad tempus cru
quet ex varijs hiſtorijs
tur in vitis Sanctorum
lib. 4. dialogorum San
ex Epiſtola Sancti Pe
miraculis ſui temporis,
tus quidam locus, in
ter animæ purgandæ
quemadmodum & in r
licet aliquando contin
ſpeciali Principis ſente
li aliquo loco incarcer
communiter tamen e
dam, & definitus locus
cerentur rei, & in quo
tur. Quod magis pate
ſione ſequenti.

Tertia concluſio. C
dinarius purgatorij lo
terram, prope infernum
iſta quoque concluſio,
fide, illam tamen certa
munis Theologorum c
Diuum Thomam in 4.
art. 1. quæſtiuncula 2.
ram, ſiue circa centru
quatuor ſinus, vel caui
inferior prope terræ c
net locum inferorum,
ti torquentur; prope c
ſinus, dictus purgatori
pra hunc tertius pro
tium in peccato origina
quartus denique magis
motus, nobiſque vicinu
nus Abrahæ dictus, in
uentum Chriſti anima
Patrum detinebantur.

Ratio congruentiæ n
ſionis eſt, quia cœlum
terra pro viatoribus;
animæ infelices habent
raneum, conformiter ta
cuiuſque conditionem,

videatur eſſe conuenientior ad incarcerandas animas propter deformitatem,& obſcuritatem. Quod autem ille dictus purgatorij locus ſit prope infernum damnatorũ, patet ex eo quod animæ ibi exiſtentes ad tempus ſimili pæna damni, & ſenſus afficiantur, ac damnatę in æternum, vt infra dicemus.

Quod aliqui afferunt ex cap. 2. Act. *Solutis doloribus inferni*, quaſi ibi ſermo ſit de Chriſto deſcendente ad purgatorium, per infernum intellecto,atque adeo quod purgatorium ſit locus etiam ſubterraneus, non videtur eſſe efficax ad hoc probandum, cum præfatus textus variè exponatur à Patribus, multi enim illi intelligunt de doloribus,& tormentis inferorum, qui dicuntur à Chriſto ſoluti, quia ad Chriſtum minimè peruenerunt, & à quibus inter mortuos fuit liber, vt interpretatur Auguſtinus epiſt. 99. *Solutis*, inquit, *doloribus, vt non teneant, non quia tenuerunt*. Alij explicant de doloribus mortis, & ſepulturæ, quos Chriſtus ſoluit, quia nec mortuus eſt in inferno,nec corruptus in ſepulchro. Aliorum denique ſententia eſt, illos dolores fuiſſe carcerem Limbi, in quo erant Sancti Patres, quorum vincula Chriſtus ſoluit, quando poſt mortem eos inde liberauit: abſolutè ergo non eſt efficax probatio ex præfato teſtimonio ad oſtendendum,purgatorium eſſe locum ſubtus terram collocatum prope locum inferorum: Dixi abſolutè, quia ſtante opinione, quod ibi per inferni dolores intelligatur carcer Limbi, ſi ſemel verum eſt, iſtum fuiſſe locum ſubterraneum, propterea que infernum dictum; multo magis id de Purgatorio dicendum eſt.

Similiter cum illa verba in Miſſis Defunctorum cani ſolita, *Libera animas fidelium defunctorum de pænis inferni*, poſſint intelligi, & de facto à multis intelligantur de pænis inferni, modo infra explicando in vltima conclusione,nec etiã poteſt ex authoritate Eccleſiæ deſumi efficax argumentum, ad probandum purgatorium eſſe verſus centrum terræ prope infernum damnatorum.

Certum tamen eſt, vbicumque ſit purgatorij locus, eum eſſe corporeũ, animaſque in eo claudi, & contineri, licet ſit difficultas in hoc explicando, falſamque proinde eſſe ſententiam Philonis lib. de congreſſu, & Origenis, vti refert Hieronimus epiſt. ad Auitum, aſſerentium ſolam conſcientiam accuſantem, & mordentem intra vnumquemque eſſe verum purgatorium. Quod adhuc magis patebit ex dicendis.

Quarta concluſio. Animę in Purgatorio exiſtentes nedum patiuntur pænam damni, & in illis priuatio viſionis diuinæ habet rationem pœnæ, ſed inſuper patiuntur pænam ſenſus. Iſta concluſio eſt certiſſima. Pro cuius intelligentia notandum eſt, quid per vtramque intelligatur pænam: pęna enim damni conſiſtit potiſſimum in priuatione viſionis beatæ, ex qua naturali quędam conſequentia oritur aliqua triſtitia, qua, qui ſic priuantur, dolent ſe priuari tanto bono: quemadmodum enim ex viſione Dei naſcitur in beatis quędam delectatio, ita è contrario in ijs, qui illa priuantur, oritur triſtitia quædam ex carentia tanti boni: Pœna autem ſenſus conſiſtit in dolore aliquo inflicto per extrinſecam, & realem mutationem, quæ efficitur ad modum ſenſibilis mutationis, proptereaque appellatur nomine ſenſus.

Concluſio ſic explicata probatur quoad primam partem, ſecundum quam eſt de fide, ex eo quod nomine purgatorij nihil aliud, ex dictis, intelligitur, quam locus, vbi purgantur animæ iuſtorum, ſi quid purgandum habeant, aut ratione culparum venialium, aut ratione pænarum temporalium, priuſquam ad æternam beatitudinem perueniant, cum nihil coinquinatum

quinatum po ſſit introire in illam; igitur, aut non datur purgatorium, aut animæ in illo exiſtentes patiuntur pænam damni, ſeu priuantur viſione beatifica, donec perfectè expurgentur.

Vtrum autem huiuſmodi priuatio viſionis diuinæ habeat inſuper rationem pænæ, ſeu ferat ſecum triſtitiam, qua animæ purgandæ doleant ſe priuari tanto bono, licet aliqui negent, eo quod huiuſmodi animæ velint omnia conformiter voluntati diuinæ, communior tamen, probabiliorque eſt oppoſita ſententia, quia illud habet rationem pœnæ quod ſolum infligitur alicui ratione alicuius offenſæ: ſed illa priuatio viſionis beatificæ infligitur animabus purgatorij propter culpas quas admiſerunt; ſi quidem ex parte ſui ſtatus, aut quatenus ſunt ſeparatæ à corpore, ſunt in ſtatu ſufficienti ad videndum Deum, & habent vt ſupponimus eius amicitiam; nec difficultas ſe tenet ex parte Dei, qui ſemper eſt paratus dare illis beatitudinem, à qua tantum retardantur ratione culparum, pro quibus in hac vita plene non ſatisfecerunt: priuatio igitur viſionis diuinæ habet in illis rationem pænæ, ſeu cauſat aliquam triſtitiam, qua dolent ſe priuari tanto bono.

Cui non obſtat, quę in contrarium allegatur, earum conformitas ad voluntatem diuinam; nam quotieſcumque aliquid eſt voluntarium ſecundum vnam rationem, & ſecundum aliam eſt inuoluntarium, non deſinit cauſare in voluntate, & appetitu aliquam triſtitiam vel gaudium, quatenus ſcilicet illud eſt contra, vel ſecundum aliquam eius inclinationem, vt conſtat in Chriſto, qui liberè oblatus eſt pro nobis, & tamen dixit triſtem eſſe animam ſuam vſque ad mortem, item in mercatore proijciente ſuas merces in mare ad vitandam ſubmerſionem: igitur licet animę purgatorij conſideratæ in ordine ad diuinam

voluntatem, cui ſe co
benter quidem eiuſmo
attamen quatenus hab
ardens beatitudinis,
tur, nec non ſecundu
tionem, qua vnumqu
quod ſibi nociuum eſ
non grauiter triſtari.

Quod etiam animæ
purgatorio patiantur
quæ eſt altera pars co
tinet quoque ad fide
tamen à qualitate hu
vt mox dicemus: rati
Scripturis, & Patribu
ſtituendi purgatorium
nialis expurgāda, vel
plenda, vt diximus:
na ſenſus inferatur pr
fligentur animæ illis
ſenſus in purgatorio.

Quæ igitur refe
animarum in purgato
à Venerabili Beda lib
canæ cap. 13. Diony
dialogo de iudicio pa
& Ludouico Bloſio
tuali, ſignificantium
loco refrigerij, & ſo
ſent Paradiſo idoneæ
gi metaphoricè, vt ni
eiuſmodi animæ eſſe
purgatorij propter co
ritales, quas accipiun
Angelis illas viſitanti
lantibus, non autem
lutè ſine aliqua pæna
triſtitia ex carentia be
cientur.

Bellarminus tamen
gatorio cap. 7. proba
hunc locum, cuius i
bus fit mentio, eſſe p
marum alias mundaru
integro purgatarum
damni ſentire. Quoc
videtur ſequi, multos
aliquos purgatorij l
ram, & non vnum ſo
ſubtus terram prope

natorum, vt communiter creditur.

Porro hanc pœnam ſenſus, quæcumque ſit illa, quam patiuntur animæ purgatorij, eſſe grauiorem omni pæna huius vitę communiter docent Theologi ex Diuo Auguſtino lib. de cura pro mortuis cap. 16. Diuo Gregorio in Pſalmum 3. Pænitentialem, & alijs; rationemque afferunt, quia ibi eſt locus, & tempus exercendi iuſtitiam, nullaque habetur ratio fragilitatis carnis, ſed planè ſecundum proportionem delicti, ita eſt & plagarum modus, ſeu applicatur ignis, in quo dicemus infra conſiſtere pœnam ſenſus, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ ad inferendum cruciatum; ſed offenſa, quę ibi punitur eſt grauiſſima, vt patet ex dignitate obiecti contra quod fuit facta, exceditque quamlibet aliam malitiam: igitur cum ibi fiat compenſatio ex iuris æqualitate, etiam pæna erit longe grauior qualibet alia pæna huius vitæ.

Hanc tamen pænam non eſſe duraturam poſt extremum iudicium communiter etiam docent Theologi, cum duo tunc futuri ſint ordines, & ſtatus, ſaltem hominum adultorum, beatorum ſcilicet, ac damnatorum, quare in illis animabus, quæ paulò ante extremum iudicium habebunt pęnas aliquas in purgatorio exſoluendas, cruciatus ignis, aut quicumque alius erit intenſior, vt ſic per intenſionem compenſetur, quod deficit in extenſione, & duratione. Quanto autem tempore maneat vnaquæque anima in purgatorio non poteſt definiri; cum id pendeat ex grauitate peccatorum, ac ſeueritate diuini iudicij, quorum vtrumque eſt hominibus ignotum, ſine ſpeciali Dei reuelatione.

Demum eam non poſſe pro ſuo arbitrio inde exire, certum eſt, quia ibi conſtituitur à Deo tanquam in carcere, vndè cum ſe ſe perfectè conformet diuinæ voluntati, ibi ſemper manet, vſque ad præfinitum à Deo tempus, et ſi, quæ indè ad aliquod tempus exeat, vt viuis appareat, fit ex ſpeciali eius diſpenſatione, nec propterea deſinit affligi ab ipſo igne purgatorij, quia illa diſtantia non impedit, cum ſit tantum conditio, ſine qua non, ipſa approximatio, quam Deus ſupplet, ſicut patet in dæmonibus, qui extra infernum diſcurrunt, nec tamen deſinunt cruciari ab igne inferni.

Et quamuis aliqui Doctores exiſtiment, animas purgatorij poſſe exercere actus aliquos dilectionis ſupernaturalis, ratione quorum poſſint promereri eiuſmodi pænarum mitigationem tam quo ad intenſionem, quam quo ad extenſionem, melius tamen alij negant huiuſmodi meritum, nam cum animæ ſtatim poſt mortem ſubeant iudicium particulare, per illam quoque finitur pro ipſis ſtatus merendi, & demerendi; nec obſtat, quod nondum ſint in termino; ita vt potiantur beatitudine; nam ſaltem ſunt in termino operationis meritorię, vnde non poſſunt aliquid ſibi amplius acquirere; propterea Eccleſiaſtici 9. dicitur: *Mortui nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem*; vbi Hieronymus, *Mortui*, inquit, *nihil valent ad id adijcere, quod ſemel ſecum tulere de vita*: Quandò igitur Diuus Thomas in 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 3. affirmat poſt hanc vitam locum eſſe merito animarum; loquitur de merito accidentali, ſeu de ſatisfactione, quæ fit in purgatorio pro peccatis venialibus, & pænis reſiduis mortalium, quam ille ſatisfactionem vocat meritum accidentale, hoc eſt improprium; imo cum ad ſatisfactionem propriè loquendo requiratur ſtatus viæ, & vt eiuſmodi ſatisfactio voluntariè, & liberè aſſumatur in vindictam peccatorum, id autem non reperiatur in animabus purgatorij, dicuntur potius loquendo propriè ſatispati, quam ſatisfacere, quia ad ſatiſpaſſionem pro peccato non eſt ne-

ceſſarius ſtatus viæ, nec etiam vt eiuſmodi paſſio,& pæna liberè aſſumatur, vt ſatis patet in pænis, quæ infligun-tur condemnatis in foro ciuili.

Quinta concluſio. Animæ purgatorij ſunt certæ de ſua ſalute. Pro intelligentia huius concluſionis obſeruãdum eſt, Lutherum ita primùm admiſiſſe purgatoriũ, vt tamen crediderit animas in eo exiſtẽtes damnari poſſe, imo ferè omnes præ deſperatione damnari; à quo errore multum differt opinio quorumdam Doctorum Catholicorum exiſtimantium quidem animas purgatorij in eo de ſua ſalute minimè periclitari, ſed tamen de ea certas non eſſe, Deo ita diſponente ad maiorem earum purgationem ſpiritualem. Igitur concluſio intellecta de certitudine ſalutis excludente aliquod illius periculum, eſt de fide, fuitque ita definitum à Leone X. contra vigeſimum ſextum articulum Lutheri; ſi quidem, vt diximus, animæ in purgatorio exiſtentes non ſunt amplius in via, & poſt mortem non eſt locus meriti, aut demeriti, ſaltem quantum ad ſtatum aut beatitudinis, aut damnationis, quidquid ſit de aliquo merito accidentali, ab aliquibus Doctoribus admiſſo, ſed vt ait Diuus Gregorius lib. 4. dialog. cap. 39. *qualis hinc quiſque egreditur, talis in iudicio præſentatur*: animæ igitur purgatorij ſunt certiſſimæ de ſua ſalute, loquendo de certitudine excludente periculum damnationis, quaſi eſſent adhuc in ſtatu illam promerendi, grauiter peccando.

Vtrum autem iſta certitudo eas lateat, Deo ita volente, ad maiorem, vt dicebam, earum purgationem, etſi nonnulli Doctores ita affirment, probabilior tamen, ac verior eſt oppoſita ſententia, loquendo de lege Dei ordinaria; igitur quidquid ſit, de aliquibus particularibus animabus, an Deus illas ita probare voluerit, vniuerſim dicendum eſt, animas purga-

torij eſſe certas de ſu[...]
lius ignaras non eſſe [...]
animæ ſtatim poſt [...]
corpore iudicantur i[...]
ri, & ſententiam à D[...]
que adeo certo ſciu[...]
ſint ex lata ſententia [...]
animæ in purgatorio [...]
damnationis, ſed ſal[...]
reportauerint, inde [...]
eſſe de ſua ſalute cer[...]
cum animæ damnat[...]
& Deum oderint, an[...]
gatorij experiantur [...]
ſed Deum toto cord[...]
timentes pænas, ſed [...]
ſcipientes pro debit[...]
ſit vt animæ purgat[...]
gant ſe certò eſſe ſal[...]

Sexta concluſio. [...]
gatorij eſt à vero, re[...]
igne, qui eſt eiuſde[...]
igne inferni. Iſta c[...]
certa, imo ſecund[...]
proxima, ad ipſam [...]
net, quamuis enim [...]
purgatorio eſſe aliq[...]
nere, quæ tamen ſi[...]
definitum non inue[...]

Si quidem Conc[...]
ſeſſ. 6. can. 30. ſeſſ. [...]
25. in decreto, ſta[...]
purgatorium in qu[...]
ſuffragijs, & purge[...]
reſiduis pænis, igni[...]
rius tormenti in [...]
non facit, & in C[...]
ſeſſione vltima, cum [...]
Medias animas, i[...]
cata venialia, & re[...]
næ, eſſe in loco torn[...]
ignis ſit, ſiue caligo [...]
aliud non contender[...]
rerent, *animas in i[...]*
torium; in definit[...]
tùm dicitur anima[...]
poſt mortem pur[...]
mentione ignis, a[...]
menti. Vnde app[...]
dem eſſe dari in [...]

pænas ſenſus in genere, earum tamen ſpecies explicatas non fuiſſe.

Hanc tamen eſſe verum, realem, & corporeum ignem communiter docent Theologi, videturque conformius Scripturæ, & traditioni, nam vbi 1. Corinth. 3. dicitur, *ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem*, particula quaſi non eſt diminuens, ſed potius explicatiua modi, quo fiat ipſa ſaluatio, ſeu purgatio in purgatorio, nimirum per verum ignem. Atque ita omnes fermè Patres Sacrique Interpretes exponunt hunc Scripturæ locum, & alios, expreſsè tradentes, & docentes ignem purgatorij eſſe verum, & proprium ignem; Auguſtinus lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 11. Gregorius Magnus lib. 4. dialogorum cap. 29. vnde quando ait, lib. 15. Moral. cap. 17. *ignem gehennæ eſſe incorporeum*, dicunt aliqui illud vocabulum *incorporeum* irrepſiſſe in textum pro particula *corporeum*, quod apparet ex ſequentibus verbis, vbi dicitur, *ignem illum corporaliter exercere*; melius tamen exiſtimant alij nullum ibi mendum eſſe, ſed Diuum Gregorium appellaſſe ignem illum gehennæ *incorporeum*, non eo ſenſu, vt ſit metaphoricus, & imaginarius, ſed quia non indiget pabulo, ſicut noſter ignis, qui non poteſt vrere, niſi in materia ſuſtentetur, eaque nutriatur, vt patet ex eius verbis: *Ignis*, inquit, *corporeus, vt eſſe ignis valeat, corporeis indiget fomentis. At contra gehennę ignis, cum ſit incorporeus, & corporaliter exerceat, &c.* Et licet Patres loquantur de igne gehennæ, ſeu inferni, non negant tamen idem dicendum de igne purgatorij, imo de vtroque ita loquuntur, ſiue diſcurrunt de igne purgatorij, ac de igne inferni, vt Sanctus Cyrillus lib. 10. in Ioannem cap. 14. ibi docens aliquos eſſe ſaluandos per ignem purgatorij, vocet illum æternum propter identitatem naturæ, quam habet cum igne inferni: ſed iſte apud omnes eſt verus ignis, & corporeus: igitur & ignis purgatorij.

Vnde etiam patet altera pars noſtræ concluſionis, qua diximus, ignem purgatorij eſſe entitatiuè eiuſdem rationis cum igne inferni. Et ratio eſt, quia vbi eſt eadem cauſa punitionis, ipſa quoque punitio debet fieri per idem inſtrumentum, vt conſtat ex pœnis quæ infliguntur in foro ciuili; ſed eadem peccata ſaltem quo ad reatum & ſatisfactiones temporales puniuntur in purgatorio ad tempus, quæ puniuntur in inferno in æternum; ignis ergo purgatorij entitatiuè eſt eiuſdem rationis cum igne inferni, vndè ſicut iſte eſt verus, & corporeus ignis, ita & ille. Confirmarique poteſt ex eo, quod iuxta probabilem aliquorum opinionem poſt diem iudicij dilatandus eſt infernus, totumque illud ſpatium occupaturus, quod etiam nunc occupat purgatorium, vbi animæ fidelium defunctorum adhuc purgandæ ſeparatim à damnatis exiſtunt.

Vtrum autem hæc pæna ſenſus purgatorij ſit ab illo igne per efficientiam inſtrumentalem, qua verè, & phyſicè fiat aliqua qualitas ſpiritalis, vel etiam corporea diſconueniens in ipſis animabus; an verò ideo dicantur animæ purgatorij torqueri ab igne, quia ab eo detinentur tanquam in carcere, & cum id conſiderant ſeipſas affligunt; vnde ignis non habet ſe phyſicè ad cruciatum eiuſmodi, ſed tantum obiectiuè, ſeu moraliter, quatenus ſcilicet ex apprehenſione eiuſmodi obiecti ſequitur afflictio in voluntate, & appetitu: vtrumque ſalua fide inter Catholicos diſputatur; prima tamen ſententia de efficientia phyſica videtur conformior modo loquendi Sanctorum Patrum, Diuique præſertim Auguſtini lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 10. vbi ait, animas ardorem, & dolorem inuiſibilem trahere ab ipſo igne, & ab eo torqueri *miris*, ſed tamen veris modis.

Similiter problema eſt, vtrum animæ

mæ purgatorij à dæmonibus torqueā-tur? aliqui enim affirmant, quibus videntur fauere plures viſiones de hac re; quodque, vt diximus, ignis purgatorij eiuſdem ſit rationis cum igne inferni; alij verò negant, quibus fauet, quod licet eiuſdem ſit rationis vterque ignis, non tamen vterque locus inferni, & purgatorij; quodque non deceat animas in gratia Dei exiſtentes, quæque finaliter de dœmonibus triumpharunt, ab eis torqueri. Vndè credibile eſt animas à Sanctis Angelis primum in purgatorium deduci, eaſque per ſe ignem intrare, & ibi tanquam in carcere pati, donec earum tempus impleatur, nec alio opus eſſe tortore; ſi tamen opus eſſet crederem Deum potius Angelis, quam dæmonibus vti, ſaltem ordinariè loquendo; quæ omnia, & his ſimilia ſunt diligenter obſeruanda, & diſtinguenda, ne quæ ſunt dubia, & incerta confundantur cum his, quæ certò ac ſecundum fidem tenenda eſſe, nos Catholica docet Eccleſia.

Septima concluſio. Animæ purgatorij poſſunt iuuari ab Eccleſia. Iſta concluſio eſt de fide, abſtrahendò tamen à diuerſis modis, quo id fiat. Probatur primò ex illo Machabæorum lib. 2. cap. 12. *Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio orare pro mortuis, vt à peccatis ſoluantur*: tum ex alio loco 1. Corinth. 15. *Quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui non reſurgunt, vt quid baptizantur pro illis?* Vbi baptizari non ſignificat aqua tingi, vel lauari, ſed affligi, & cruciari. Quo ſenſu Chriſtus Dominus ait Lucæ 12. *Baptiſmo habeo baptizari*, id eſt pati, & mori debeo; ſatiſque communiter Patres afflictiones pænitentiæ vocant etiam baptiſmum. Vnde præfati loci ſenſus eſt, qui faciunt pænitentiam pro mortuis, ideo facere, quia ſperant reſurrecturos, & ita illum interpretantur multi Patres apud Bellarminum lib. 1. de Purgatorio cap. 6. docentque animas purgatorij ſubſi-

dium poſſe ab Eccleſi[...]

Secundò probatur e[...]
qua ſemper Eccleſia v[...]
Græca tum Latina id c[...]
fierent orationes pro de[...]
uit in Concilio Carthag[...]
IV. Bracharenſi 1. La[...]
Innocentio III. tum F[...]
Tridentino in decretis[...]
rio. Quare in Concilio[...]
macho, *Sacrilegium*, dici[...]
orationibus animas defun[...]
Item in ea ſolitum fu[...]
illis Sacroſanctum Miſſæ[...]
vt patet ex citatis Concil[...]
ximè ex Cabilonenſi; &[...]
ſi II. cap. 14. teſtantu[...]
Græci Dionyſius lib. de[...]
Hierarchia cap. 8. Cyrill[...]
catecheſi 5. Chriſoſtomu[...]
ad populum Antiochenu[...]
miere, inquit, *ab Apoſtolis*[...]
fuerunt, vt in tremendis[...]
functorum agatur commem[...]
enim illis inde multum c[...]
crum, vtilitatem multam[...]
habet homil. 3. in epiſtol[...]
lippenſes, & homil. 21. in[...]
ſtolorum. Ex Latinis au[...]
nus epiſt. 66. reputat ma[...]
plicium priuare aliquem d[...]
eo pietatis officio, quo offe[...]
Sacrificium pro illo. Et[...]
guſtinus lib. de cura pr[...]
cap. 1. nec non ſerm. 32.[...]
Apoſtoli, cap. 28. *Orationi*[...]
Sanctæ Eccleſiæ, & ſacrifici[...]
& eleemoſynis, quæ pro eorum[...]
erogantur, non eſt dubitandu[...]
adiuuari, vt cum eis miſerico[...]
tur à Domino, quam eorum[...]
meruerunt; hoc enim à Patr[...]
tum vniuerſa obſeruat Eccleſi[...]
eis, qui in corporis, & ſangui[...]
ſti communione defuncti ſunt[...]
ipſum ſacrificium loco ſuo c[...]
rantur, oretur, ac pro illis q[...]
ferri commemoretur. Item li[...]
feſſionum refert Sanctam [...]
Monicam, Oſtiæ moritur[...]
ad[...]

adſtantes fuiſſe allocutam, *Ad Altare memineritis mei*. Indeque in vtraque Eccleſia originem habuere, quæ dicebantur *tabulæ diptice*, in quarum altera continebantur nomina viuorum, de quibus fiebat mentio in ſuffragijs Eccleſiæ applicandis, & oblatione incruenti ſacrificij; in altera verò continebantur nomina defunctorum, pro quibus fiebat oratio ab Eccleſia, & commemoratio in oblatione ſacrificij.

Id tandem probatur tam alijs Patrum teſtimonijs, quibus fideles defunctos viuorum precibus commendari voluerunt, quam varijs apud eoſdem exemplis animarum, quæ liberatæ ſunt à purgatorio ijſdem precibus: ſic Tertullianus lib. de Monogamia hortatur viduam vt pro marito defuncto precetur; Ambroſius lib. 2. epiſt. 8. ad Fauſtinum de obitu Sororis perſuadet ei, ne defunctam lugeat, ſed iuuet precibus; & in oratione funerali Imperatoris Valentiniani promittit ſe precaturum, ſanctaque myſteria oblaturum pro anima ipſius, inſuper populum exhortans ad idem præſtandum. Hieronymus epiſtola ad Pammachium laudat eum, quod vxori Paulinæ mortuæ Deum eleemoſynis propitiet. Paulinus epiſt. 5. ad Delphinum, animam fratris ſui defuncti ei commendat, ac denique Diuus Auguſtinus, cum lib. 9. confeſſionum cap. 11. 12. & 13. retuliſſet hiſtoriam Sanctæ Matris Monicæ rogantis eum ac fratrem adſtantem, vt ſui ad Altare meminerent, ibidem tam pro ea, quàm pro Patritio Parente ſuo orationes fundit, enixeque Deum precatur, vt hanc hiſtoriam legentibus inſpirare dignetur, quod eoſdem in ſuis quoque precibus commendatos habere vellent.

Exempla animarum à pænis purgatorij viuorum ſuffragijs liberatarum reperiuntur apud Sanctum Gregorium lib. 4. dialog. cap. 4. vbi ſcribit Paſchaſij animam Sancti Germani Epiſcopi precibus fuiſſe liberatam; & cap. 53. ſe triginta Miſſarum ſubſidio cuiuſdam Monachi animam è purgatorio eruiſſe. Apud Gregorium Turonenſem lib. de Gloria Confeſſorum cap. 5. referentem Sanctum Martinum ſuis precibus impetraſſe, ne Vitalina Virgo diutius in purgatorio torqueretur. Apud Bernardum in vita Sancti Malachiæ narrantem, ſororis illius animam eiuſdem precibus à pænis purgatorij ſolutam fuiſſe. Et in lib. vitæ Sancti Anſelmi traditur, quod is ſacrificiis amici defuncti animam ex purgatorio liberauerit.

Quamobrem hac ſtante traditione de iuuandis animabus purgatorij, pro hæreticis habiti, & in Eccleſia condemnati fuere, qui id negarunt, vt refert de Aërio Epiphanius hæreſi 75 nec non Diuus Auguſtinus lib. de hæreſibus.

Etſi autē huius veritatis ratio à priori ſola ſit diuina volūtas, & inſtitutio, non deſunt tamen plures congruentiæ, ob quas Deus ita ordinauerit.

Præcipua eſt, quia membra vnius, & eiuſdem corporis poſſunt ſe inuicem iuuare, ex Diuo Paulo 1. Corinth. 12. igitur cum animæ purgatorij ſint de Chriſti corpore, quemadmodum & nos ſumus, vt pote ei nobiſcum vnitæ in fide, & ſpe, quia duæ illæ virtutes non euacuantur niſi in ipſo ingreſſu Paradiſi, tum etiam in charitate, congruum fuit, vt attenta hac vnione, animæ defunctorum exiſtentes in purgatorio iuuarentur à nobis precibus alijſque, bonis ſpiritualibus, quibus potiſſimum conſtat communio Sanctorum, quam in ſymbolo fidei profitemur.

Tam claris, tamque euidentibus Sanctorum, ac veterum Patrum teſtimonijs pro veritate Catholica ſuperius

perius adductis plura reſpondere ſolent aduerſarij, ſed quia pleraque ſunt futilia præfatiſque Patribus iniurioſa, quaſi ipſi fabulas aniles ſecuti mentionem fecerint religioſę conſuetudinis orandi pro mortuis, eamque ſuperſtitioſè laudauerint, & commendauerint, illis adducendis ſuperſedeo, vnumque duntaxat, quod aliqui apparenter obijciunt, & quo Patrum authoritates eludere conantur, breuiter proponam, eas videlicet preces, quas pro mortuis factas fuiſſe referunt, ac teſtantur, non fuiſſe vt nunc factas, ad liberandum eorum animas è purgatorio, aut aliquibus pœnis, quas ibi ad tempus perferre deberent, ſed alios ob fines, nimirum vel vt citiùs reſuſcitarent, vel leuius in extremo iudicio igne torquentur, cuius ratio eſt, quod in antiquis precibus pro mortuis mentio quoque fieret Prophetarum, Apoſtolorum, & Martyrũm, illæque funderentur pro animabus in ſomno pacis dormientibus, atque adeo exiſtimatis liberis ab omnibus malis, eo quo pro illis fiebant tempore.

Verum iſta reſponſio, adnexaque ratio, nullius ſunt prorſus momenti; libenter enim admittimus olim in precibus pro mortuis, tam Sanctorum, quàm aliorum factam fuiſſe mentionem, ſed cum magna, vt ipſimet Patres notant differentia. Nam pro Martyribus, & Sanctis Eccleſia non orabat, orabat autem pro alijs: quod ſignum erat, non omnes indigere purgatione, ſed certos quoſdam, qui quod non omnino Sancti erant, habebant aliquid expiandum. Hinc Diuus Auguſtinus tract. 84. in Ioannem ait: *Ideo non ſic Martyres commemoramus quemadmodum alios defunctos, qui in pace requieſcunt, vt etiam pro eis oremus; ſed magis vt orent pro nobis.* Quod & idem aſſerit ſerm. 17. de verbis Apoſtoli cap. 1. *Habet Eccleſiaſtica*

diſciplina quod fideles
Martyres eo loco recita
Dei, vbi non pro ipſ
ria eſt enim pro Mart
nos debemus orationib
Vndè piæ matres ſol
defũctorum filiorum
tyrum ponere, vt ab
iuuarentur, vt appa
Auguſtino lib. de cu
cap. 4. *Cum recolit a*
vbi ſepultum ſit cariſſi
currit locus nomine Ma
lis, eidem Martyri a
commendat.

Diuus ergo Auguſti
ueniens dictum adue
gium, vt rem nobis ra
ret, quibuſnam videlic
prodeſſent viuorum p
nes, aliaque bona ope
guit mortuorum gene
Dulcitij quæſtionibus
Eſt enim, inquit, *quid*
dus, nec tam bonus vt
poſt mortem; eſt verò ta
hæc non requirat, eſt ru
lo, vt nec his valeat,
tranſierit adiuuari. Q
tholici ſolemus dice
rum, nec damnatorum
uorum ſuffragia prode
medijs, quales ſunt an
torio exiſtentes, quib
in æterna recipiantur
aliquid adhuc ſupereſt
Quia tamen certi non
nam ſint ex illarum n
nam verò non, ibidem
guſtinus docet, pro
libus defunctis eſſe ora
inquit: *Cum Sacrificia*
ſiue quarumcumque elee
baptizatis defunctis omn
pro valdè bonis gratiaru
pro non valde malis prop
pro valde malis etiam
adiumenta mortuorum,
viuorum conſolationes

Enchiridio cap. 108. nec non lib. de cura pro mortuis cap. 4. *Quia non diſcernimus qui ſint, quibus ſupplicationes proſint, oportet eas pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint, & debeant peruenire. Melius enim ſupererunt iſta eis, quibus nec obſunt, nec proſunt, quam eis deerunt, quibus proſunt*. Quibus ſanè nihil præclarius dici poteſt, ad purgatorij exiſtentiam, quodque animæ in eo exiſtentes viuorum precibus iuuentur; quidquid ſit an aliqui Patres exiſtimauerint, eas adhuc fieri debere ob alios dictos fines, nimirum vt vel citius aliqui reſurgerent mortui, quos credebant non omnes ſimul eſſe reſurrecturos, ſed ſucceſſiuè, aut in die iudicij minus torquerentur eius igne, quo omnes etiam ſanctiſſimos poſt corporum reſurrectionem torquendos eſſe putabant, de quibus modo non eſt quæſtio, ſed tantùm vtrum animæ in purgatorio exiſtentes, orationibus Sanctæ Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro illis erogantur, vt ait Auguſtinus, adiuuentur. Cuius euidens eſt argumentum, quod ijdem pauci Patres, quibus aduerſarii dictas tribuunt ſententias, non ſolum non aſſerunt ob præfatos duntaxat fines, preces pro mortuis fundendas eſſe, quaſi excludentes ab earum ſubſidio animas purgatorii, ſed expreſsè etiam loquũtur de orando pro ſpiritu, & anima, petendoque à Deo pro ea refrigerio, item de vtilitatibus quas animæ mortuorum ex viuorum precibus, accipiunt, vt patet ex locis Tertulliani, & Cyrilli Hieroſolymitani ſuperius citatis; Diuus autem Ambroſius ait ſe precaturum pro anima Theodoſij, donec ad cælum perueniſſet; quæ omnia & alia ſimilia certè non dixiſſent, ſi credidiſſent non eſſe aliquas poſt mortem purgatorii pænas diem iudicii præcedentes, quibus ſolutis ad æternam beatitudinem peruenirẽt animæ illis obnoxiæ, ſed tantum poſt reſurrectionem mortuorum, eam illis patere, quando etiam corpora prius torta fuiſſent.

Quod autem olim orando pro mortuis diceretur, & etiam nunc in canone Miſſæ vocentur dormientes in ſomno pacis, *Memento Domine famulorum famularumque tuarum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis*, nihil fauet aduerſarijs, etſi enim per eiuſmodi verba excludantur damnati, minimè tamen animæ in purgatorio exiſtentes, & patientes; quæ eo ipſo quod ſunt in ſtatu gratiæ, Deique amicæ, illum ſuper omnia diligentes; ac pænas ſuas cum ſumma ſuæ ad diuinam voluntatem conformitate tolerantes, nec non de ſua etiam ſalute certiſſimæ, non poſſunt non dici rectè dormire in ſomno pacis, quæ tamen pax, cum non ſit perfecta, donec perueniant ad cæleſtem Hieruſalem, quæ per excellentiam dicitur viſio pacis, inde eſt, quod Eccleſia poſt dicta canonis verba, hæc habet alia, *Ipſis Domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus locum refrigerij, lucis & pacis, vt indulgeas deprecamur*, quibus petitur vt ab imperfecta, & inchoata qua gaudent pace ad perfectam, & conſummatam quamprimum tranſeant. Et hoc non habet aliam difficultatem, quidquid obiiciant aduerſarii, quaſi dicamus contradictoria, dum petimus pacem, pro his, quos ſupponimus iam eſſe, aut dormire in pace; petimus enim pacem perfectam, pro habentibus illam tantum imperfectè; quod nullam inuoluit contradictionem. Et ſicut in hacmet vita ſimul gaudere, & triſtari ſub diuerſis reſpectibus poſſumus, vnde aiebat Apoſtolus de ſeipſo, *Superabundo gaudio in omni tribulatione noſtra, quaſi triſtes ſemper autem gaudentes*; ita quoque animæ purgatorii ſimul pacem, & gaudium ha-

bere poſſunt cum dolore ſenſus, illius perfectionem impediente, donec in locum refrigerii, hoc eſt in æternam requiem tandem educantur.

Maior difficultas eſt, quinam ſit proprius illius orationis ſenſus, quæ fit immediatè poſt Euangelium his verbis in Miſſa pro defunctis: *Domine Ieſu Chriſte, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum: &c.* de quo poteſt cõſuli Reuerendiſſimus Pater Raymundus Capiſuccus Sacri Palatii Apoſtolici ſecundo Magiſter in Controuerſijs Theologicis ſelectis, controuerſ. 5. interim breuiter dico in hac oratione, & ſimilibus tantum orari pro animabus in purgatorio exiſtentibus, in ea tamen peti, vt liberentur nedum à pœnis purgatorii, ſed & inferni: Quatenus preſatæ animæ dupliciter conſiderari poſſunt; primò ſecundum præſentem quem eas credimus habere ſtatum, quando pro illis oramus; & in hoc ſenſu petimus eas à purgatorii pęnis quamprimum erui, & ad cęleſtem patriam perduci, ſupponentes eas ibi exiſtere, grauiſſimaque pati tormenta, quibus rectè adaptari poſſunt ſingula dictæ orationis verba, per *pœnas inferni* intelligendo purgatorium ignem, qui iuxta probabiliorem, ac veriorem ſententiam, idem prorſus eſt, atque ignis inferni, vt diximus ſupra; per *profundum verò lacum, & os leonis*, carcerem ſub terram abditum, vbi detentæ expurgantur animæ piorum: dicitur, *ne abſorbeat eas tartarus*, non quaſi nos credamus eas ibi eſſe in aliquo damnationis æternæ periculo; intelligentes per tartarum, infernum; vt ineptè obiiciunt hæretici, ſed per tartarum ſignificantur profundi illius carceris cauernæ, & petitur, ne longius ibi animæ quaſi abſorptę detineantur: qui enim longiſſimo tempore in car-

cere, aut in tenebris ma
congruè dicitur ab e
præſertim ſi ibi ſint g
in purgatorio pœnæ.
Secundò animæ pur
derari poſſunt, quaſ
eo exiſtentes, aut ad il
natæ, ſed tantum ex ho
ficiſcentes, aut in p
ante habitam extremam
ticularis ſententiam; &
ſu rectè dici poteſt, E
re pro animabus purg
eorum adhuc iudicium
eſſet, nec dum lata d
tentia, eamque poſtu
mæ fidelium defunctoru
ab omnibus prorſus pa
inferni. Qua enim rat
Deo ſunt in æternitate
eius præſcientia dicitur
uertere, ea ordinare,
ſent præſentia, aut p
non diſponere de medi
que fini congruis, ead
dicere, quod Deus prę
modocumque fiat hęc
ta diuerſitatem opinion
bonaque Eccleſiæ oper
ctis fienda, multa quo
uorem concedat eis be
iam illa omnia præceſſi
ſentia eſſent ſuffragio
ſubſidia. Vti licet cred
tis iam ſeculis Chriſt
Mundum, quia tamen
repræſentat illam temp
tiam, in qua expectaba
debebat, idcirco ita d
ac ſi præſens eſſet, ſi
nis in Aduentu iiſdem
nis, quibus veteres
vtebantur deſideriis, *R*
ſuper & nubes pluant in
ni Domine, & noli t
que poteſt eiuſmodi
pia deſideria nedum
plurium gratiarum p
ob deuotam tanti be

riam, ſed ad illa inſuper Deum in puncto æternitatis attendiſſe, vt illud generi humano concederet.

Ex huc vſque dictis colligitur animas Purgatorii pluribus modis, ſeu mediis iuuari: primò oblatione ſacrificii Miſſæ tam ex opere operato, quàm ex opere operantis; Sacræ quoque Euchariſtiæ perceptionem illis prodeſſe, etſi negent aliqui, melius tamen, & verius affirmant alii, ex communi Theologorum conſenſu, Eccleſiæque praxi; eaque in ſententia eſt Diuus Thomas in cap. 6. Ioannis lect. 6. ibi tantum negans talem ſumptionem illis prodeſſe ex opere operato, quomodo ſoli ſumenti prodeſt, non autem ex opere operantis. De quo etiam videri poteſt Pręfatus Pater Capiſuccus loco citato.

Secundò eædem animæ iuuari poſſunt orationibus, & ſuffragiis Eccleſiæ; idque dupliciter. Primò, per modum impetrationis, quia oratio eſt aptum, & congruum medium ad impetrandum aliquod leuamen, & auxilium aliis, ac proinde hoc medio poſſunt adiuuari; indeque ex vſu Eccleſiæ, funduntur orationes pro defunctis, quibus à Deo petitur earum liberatio à pœnis purgatorii, nec non etiam inferni, vt ſtatim explicuimus, & tunc eiuſmodi remiſſio fit in virtute orationis factę ab Eccleſia, vel à particulari conſtituto in ſtatu gratiæ: Secundò poſſunt iuuari per eadem ſuffragia, quatenus illa ſunt etiam opera ſatisfactoria, & ſic poſſunt offerri Deo in condignam ſatiſfactionem earum, quas debent animæ purgatorii, quemadmodum & cætera omnia opera ſimiliter ſatisfactoria.

Vltimum medium, quo iuuari poſſunt animæ purgatorii, ſunt Indulgentiæ. Etſi enim aliqui Doctores Catholici, vt Hoſtienſis in Summa lib. 5. tit. de remiſſionibus, & Gabriel in can. Miſſę lect. 57. negauerint eas eſſe capaces indulgentiæ; nihilominus communiter omnes Theologi oppoſitum docent, ex antiquiſſimo Eccleſię vſu, quo plures olim Summi Pontifices leguntur illis conceſſiſſe Indulgentias; nam Gregorius I. & longe ante eum Syluester Papa conceſſit omnibus celebrantibus Romæ in Sacello Beatiſſimę Virginis Liberatricis, vt vnam animam è purgatorio liberare poſſint, vt patet ex antiquiſſimis tabulis dicti Sacelli; & Paſchalis I. circa annum Chriſti octingenteſimum tribuit facultatem educendi pariter animam vnam è purgatorio his omnibus, qui Romæ in Eccleſia Sanctæ Praxedis, quam ipſe à fundamentis excitauit, Sacrificium Miſſę quinque diebus deuotè celebraſſent, ſicut in antiquo marmore eiuſdem Eccleſiæ ſculptum legitur; vbi etiam inſigne miraculum refertur, quod cum ipſe Pontifex pro anima ſui nepotis celebraret, vidit eam ab omnibus purgatorii pœnis ſolutam in Cælum deferri. Hanc autem Indulgentiam ſequentes vndecim Pontifices confirmarunt. Summus quoque Pontifex Ioannes VIII. qui vixit circa annum 874. vt patet ex eius epiſtola ad Epiſcopos ſub Ludouici Regis Regno conſtitutos, conceſſit Indulgentiam omnibus, quos pro defenſione Sanctę Dei Eccleſiæ contigiſſet occidi in bello. Qui vſus concedendi indulgentias pro defunctis ad hæc vſque tempora perſeuerat, declaratumque fuit à Sixto IV. tum à Leone X. in Bulla contra Lutherũ, & in epiſtola ad Cardinalem Caietanum, theſaurum Chriſti, & Sanctorũ communicari poſſe non ſolum viuis, ſed etiam defunctis, illis quidem per modum abſolutionis, iſtis autem per modum ſuffragii, vt dicetur infra. Vnde etiam Gabriel citatus pro contraria ſententia reuocauit illam, ſta-

tim audita Sixti IV. declaratione, vt patet ex illius additione ad lectionem ſupra citatam, vbi etiam refert multas alias indulgentias præter iam dictas pro defunctis conceſſas.

Ratio autem eſt, quia omnia ad valorem indulgentiarum requiſita, in his pro defunctis indulgentiis adeſſe poſſunt; in concedente nempe Pontifice authoritas, eaque in ipſum theſaurum Eccleſiæ, ex quo deſumitur ſolutio ſatisfactionum; tum cauſa pia, & rationabilis, concedendo v. g. illas pro his, qui pro defenſione Eccleſiæ pie occubuerunt in bello, deinde adiungendo opera pia à viuentibus in fauorem harum animarum peragenda; ac demum conditiones illæ, quæ requiruntur ex parte ſuſcipientis, nimirum quod ſit in gratia, habeatque pœnas temporales exoluendas; his igitur omnibus in indulgentijs pro animabus purgatorij concurrentibus, certum eſt eas illarum capaces eſſe.

Si quis dicat collationem indulgentiæ eſſe actum iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ad quam animæ in purgatorio exiſtentes non amplius pertinent, atque adeo defectu poteſtatis in concedente, illas non eſſe capaces indulgentiæ.

